Digitized by Google

NAZIONALE
1
33 I
8
VITT. EMANUELE
ROMA

FARNESI ALFREDO
ROMA
B.V.E.
LEGATORE DI LIBRI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1. 33

L. APULEII

OPERA OMNIA

EX

FIDE OPTIMORUM CODICUM AUT PRIMUM
AUT DENUO COLLATORUM

RECENSUIT

NOTAS OUDENDORPII INTEGRAS AC CETERORUM
EDITORUM EXCERPTAS

ADIECIT

PERPETUIS COMMENTARIIS ILLUSTRAVIT

PROLEGOMENIS ET INDICIBUS

INSTRUXIT

Dr. G. F. HILDEBRAND

SCHOL. LAT. ORPHANOTROPH. HALENS. COLLABORATOR.

PARS I.

PROLEGOMENA ET METAMORPHOSEON LIBROS CONTINENS.

LIPSIAE

SUMTIBUS C. CNOBLOCHII.

MDCCCXLII.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
1
33 -I
8
ROMA

Digitized by Google

GOTHOFREDO BERNHARDYO

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

D. D. D.

AUCTOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Apuleius, omnium Afrorum cum Tertulliano longe praestantissimus, ex quo innotescere coepit, mirificentissima permensus est fatorum curricula. Antiquitus iam de eo dispersi erant mali rumores, qui quomodo exorti fuerint ac temporum decursu permanare et augeri potuerint difficile est intellectu. Quod enim postea accidit Virgilio, ut pro malefico et incantatore haberetur, idem de Apuleio divulgatum fuit, ut Augustini iam aetate essent, qui Christo eum comparare vel etiam praeferre conarentur: quem errorem quamquam perspicuis verbis ille coarguit, (cf. Epist. CXXXVIII. 18. *quis autem vel risu dignum non putet, quod Apollonium et Apuleium ceterosque magicarum artium peritissimos conferre Christo vel etiam praeferre conantur*) a praeiudicata tamen sui temporis opinione non recessit, magicis artibus non adiutum fuisse Apuleium testificatus, ut ad iudiciariam reipublicae potestatem perveniret. Perverso igitur sermone diffamabatur philosophus, qui quam vehementer a rebus magicis abhorruerit, oratione luculentissima comprobavit; atqui ille naturae subtili studio et accurata cognitione aequalibus praestitit, quamquam vanis suae aetatis superstitionibus initiatum fuisse eum apparet. Quanto autem in honore apud veteres Apuleii scripta fuerint, hoc unum satis magno argumento sit, quod Metamorphoseon libri ab Augustino iam *aurei* appellati sunt (cf. de Civ. Dei XVIII. 18. *Apuleii in libris quos asini aurei titulo inscripsit*): quod cognomen quin ex librorum et praestantia et dulcedine profectum fuerit, eo minus dubium est, quod ex Imperatoris Severi ad Senatum Epistola ipsum Clodium Albinum Apuleii Metamorphosin in tantis deliciis habuisse scimus, ut inter Milesias Punicas Apuleii sui ille consenuerit. Quantopere et posterioris et mediae quam dicunt aetatis homines Apuleium lectitaverint, quanto studio et favore amplexi eum fuerint, testimoniis amplissimis hoc quidem confirmatur, quibus nihil excellentius, nihil iucundius extitisse inter veterum scripta certatim clamatur. Hic autem applausus quem Apuleius tulit quamvis rerum quas tractavit et copiae et lepori maximam partem tribui possit, eae vero a Lucio quodam Patrensi inventae repetitae tantum ab Apuleio videantur, negari tamen nequit, propriis eius virtutibus, illo dicendi genere vegeto vividissimisque coloribus distincto, viribus ac nervis orationis quae lectorem vel invitum capiant, factum esse, ut tanto illo amore

Digitized by Google

eum veteres foverent. Huc accedit fervidissima scriptoris imaginandi vis, argumenta satis ludicra, obscoenitatum quamvis plena, sordibus tamen turpissimis non fastidiosa.

Haec erat Apuleii apud veteres condicio, quam ex quo typis libri eius excusi sunt, miserrime commutatam fuisse constat. Princeps editio Romae prodiit eodem anno quo Virgilii, Caesaris et Taciti scripta primum edita sunt A. MCCCCLXIX, ante quem paucissimi tantum Romanorum scriptores hominibus doctis typis cogniti fuerunt. Summa vero editionis huius principis praestantia in eo cernitur, quod Cardinalis Bessarion in ea curanda tam locupletibus Mss. usus est, ut qui ad pristinam integritatem Apuleii libros revocare studet, in ea potissimum nitatur necesse sit, id quod a Casaubono iam observatum videmus, qui in praefatione suae editionis Apologiae summis illam laudibus effert. His tamen tam laetis primordiis tempora futura minime responderunt. Quamquam enim celerrime Apuleii editiones singulis subsequentibus annis ac maximo numero diversissimisque locis repetitae sunt, omnes tamen editionem principem sine ulla fere mutatione expresserunt, ut ad novam usque Beroaldi editionem digna quae conferatur nulla extiterit. Praeterea omnes istae editiones negligentissime sunt confectae et lucri tantummodo cupidinem, quod satis magnum fore sperari poterat in hoc libro qui in omnium esset deliciis, aperte coarguunt viros doctos commovisse, ut Apuleium qualicunque forma divulgarent, de textu emendando minime tamen solliciti; quo factum est, ut posteriores editiones non modo omnes principis errores typographicos repetierint sed tot tantosque praeterea adiecerint, qui turpissima tantum negligentia committi potuisse putandi sint. Quam quidem posteriorum editionum miseram condicionem ea de caussa breviter attingere mihi lubitum est, ne quis miraretur, quod quae lectionum varietas in istis habetur, eam in notis criticis plerumque omiserim, quum sequentium editionum collationem quam accuratissime instituerim, satius quippe ratus, si editionis principis, Vicentinae et Venetae 2. lectiones enumerarem, quae etsi plurimis locis congruunt, in singulis tamen dissident et correctoris pravam sedulitatem aperte testantur. In apparatu enim critico conficiendo eam semper observavi legem, ut qui manifesti erant editionum peioris notae errores typographici, eos nunquam indicarem, nisi viri cuiusdam aut emendationes aut coniecturae in iis niterentur, quae ad textus conformationem atque censuram aliquantum facere viderentur, ac posteriores omnes editiones negligenter eosdem repeterent, qua quidem socordia scriptores quoties miserrime depravati sint difficile est dictu. Earum vero editionum vel ipsa vitia litteris consignavi, quas ex optimis codicibus prodiisse perspicitur, ut Iuntinae 2. A. MDXXII., quae omnium veterum Apuleii editionum sine ullo dubio longe est praestantissima, quoniam in his erroribus non raro latet, quod ad meliorem scripturam reducere possit.

Post principem Beroaldi editio Bononiae A. MD. fol. mentione digna est, quippe qui primus Apuleium ex norma quadam ac certo consilio tractaverit, etsi scriptori suo plus detrimenti quam commodi adtulisse eum mani-

Digitized by Google

festum est. Quae vero perperam tractata sunt, minus ex editoris segnitia ac securitate profecta esse videntur, quam ex ingenii eius tenuitate, ex iudicii inopia, ex rudi indigestaque antiquitatis cognitione, quae cum in omnibus quas paravit scriptorum editionibus tum in Apuleii aperte perspiciuntur. Maxima enim ad Apuleium inde redundavit calamitas, quod priorem qui in editione principe constitutus erat verborum contextum temere satis ille mutavit aliasque lectiones proposuit et recepit, quae minus ex fida codicum auctoritate quam ridicula antiquitatis affectatione emanarunt. Caussas vero quibus a priore scriptura ut recederet commotus est quum rarissime adiiciat nec ipse, quod fieri par erat, num codices secutus sit pronuntiet, dubii semper haeremus, ubi melior scriptura extet, utrum ipsius ingenio an Mss. tribui ea debeat; unde meum esse duxi, in eius lectionibus comprobandis cautius agere, eiusque sententiae nunquam assentiri, ni melioris notae codicibus lectio confirmaretur. Quid autem de ineptissimis Beroaldi commentariis iudicandum sit quamque in explicando Apuleio ingressus fuerit rationem alio loco fusius exponam.

Denique Beroaldus a perversitate quadam non liber fuit, quam omnes fere Apuleii interpretes occupasse cognoscitur, quaeque accuratius hic eo explicanda erit, quod inde perspici licet, qua ratione scriptoris toties tractati libri hodieque tam mutilati et depravati sint. Est enim ista tamquam prurigo, qua obsoleta quaeque et pervetusta Apuleio vindicata sunt, quaeque in nullo praeter eum quantum video scriptore tam magna ac tam pestifera unquam fuit, quamvis Beroaldus certis vinculis adstringi se passus sit, quae tamen secure eius imitatores rumpere soliti sunt, ut ad eam progressi sint iudicii ac mentis perversitatem, quam non doctrinae affectationem sed insaniam rectius nominaveris, a Wowerio denique et Brantio ad summum fastigium evectam. Ii enim isto furore plane obcoecati, verissima corrigunt, clarissima offuscant, simplicissima detorquent, et licet ipsi locorum quos explicant veritatem agnoscant, tamen ne quid intactum relinquant, coniecturarum mole lectores quasi obruunt nec raro ita aliis interpretibus imposuere, ut neglecta vera lectione eorum alucinationes isti praeferrent. Est autem abominanda rudis illa et incondita doctrina, quae omnium longe est facillima, quum sit nihil tam cassum, nihil tam obsoletum, nihil tam absurdum, quod tali scriptori qualis Apuleius est, intrudere illi non conentur: si latina non sufficiunt, graeca petunt, si Plautus effugit, Naevium sectantur. Quid vero absurdius est opinione, omnia quae a fabularum et historiarum priscis scriptoribus dici potuere, ea ab recentioribus qui eorum vestigia legunt dici debere? Quid quod cuiusque scriptoris natura et indoles, doctrinae gradus, rerum quas tractavit ratio consideretur oportet, si quid ille dicere quid non dicere debuerit diiudicandum est, quoniam multa sunt, quae sententiarum quas dicturus erat insolentia excusantur, quae si ab aliis ratione eius non habita repetuntur, aut inepta aut plane intolerabilia apparent, multa quae singularem rei cuiusdam condicionem mirifice illustrant, ad alia temere translata frigent et languent. Nam etsi negari nequit, esse aliquot veterum, Frontonem dico Dictyn Cretensem eorumque similes, qui

Digitized by Google

propter ingenii stoliditatem ac iudicii sani penuriam floseulis quos putabant ex vetustissimis scriptoribus decerptis suos libros quodammodo exornant, et quaequae iis placent quocunque loco inserunt, ita orationem elegantem reddi insulse opinantes, haec tamen temeraria imitandi libido ad omnes posterioris temporis scriptores pertinere neutiquam putanda est. Quam rem ut uno exemplo demonstrem, sunt qui graeca vocabula sine ulla ratione ac consilio Apuleio vindicent, quam parum illi in eius scriptis versati ingeniumque eius perscrutati fuerint eo testificantes, quod graeca vocabula Apuleium nunquam recepisse patet, nisi quae aut singulari proborum scriptorum usu in linguam ante eum inducta erant, aut omnino in quotidianum sermonem ita abierant, ut latinitatem adepta essent. E contrario tamen interpretes et ipsi audaciores multa repudiarunt, quae indoli cum Afrorum tum Apuleii optime conveniant, eo quippe errore decepti, per quem novissimis temporibus lapsus est etiam Ruhnkenius, Apuleium nil sine exemplo dixisse elocutus: quod dictum si ita exponatur, ut quae contra verborum analogiam, iustam construendi ac iungendi rationem, denique contra linguae latinae ingenium atque naturam pugnent, Apuleium dicere unquam potuisse negetur, probandum est, sin vero de usu tantum verborum et formatione cum multis explicetur nihil unquam pronuntiatum est perversius.

Haec vero coniectandi tamquam prurigo non solum eos viros doctos incessivit qui Apuleii libros foras divulgarunt, sed eos etiam haud raro occupavit, qui obiter tantum singulos difficiles locos tetigere, quorum quidem numerus satis magnus est. Vix enim fieri potest, ut omnes omnino quae ad textum Apuleii emendandum factae sunt coniecturae hic illic in commentariis et singularibus libris dispersae ab uno homine quamvis diligentissimo colligantur, nec operae quidem pretium erit, collectas omnes oculis perlustrare, quoniam paucae probabiles, pauciores verae, plurimae ineptissimae sunt, nec ipsos Heinsios nec Burmannos, quorum commentarii scatent quasi coniecturis quibus Apuleii libros emendarent, ex horum virorum numero excipiendos esse facile sibi persuadebit, qui in hanc meam editionem accuratius inquisiverit. Quem quidem hominum doctorum errorem, a quo ne Oudendorpius quidem plane alienus est, eo consilio fusius exposui, ut quam ego in emendandis et explicandis Apuleii libris inii ratio utrum vera sit an falsa lectores diiudicare melius possint. Ab his enim coniecturarum alucinationibus me totum abstinuisse spero, id unice agens, ut quas ego protuli coniecturas aut ex unius Apuleii indole, aut ex usu loquendi Afrorum communi, aut ex linguae latinae ingenio comprobarem. Quod ut bene perfici posset, necessarium mihi quidem visum est, non solum ceteros qui maioris momenti sunt Afros Tertullianum, Frontonem, Arnobium, Cyprianum, Minucium Felicem, Martianum Capellam studio quoad eius fieri potuit diligentissimo pertractarem, sed glossas etiam et excerpta veterum grammaticorum omnia cum fragmentis scriptorum vetustissimorum et comoediis Plauti ac Terentii quam accuratissime cognoscerem, quum ita tantum sperari liceret, firmum dictionis Africanae quasi fundamentum poni atque

Digitized by Google

omnes omnino interpretum ineptias funditus everti posse. Nec operae molestae ac saepius fastidiosae nunc me poenitet, quoniam ita factum gaudeo, ut plura quae ante ut minus latina ac plane perversa viri docti et in dubium vocarunt et prorsus improbarunt, veterum exemplis ita confirmata sint, ut nihil dubitationis amplius habeant; unde speramus, alia quoque quae hodie in medio relinqui debebant, comprobatum iri, si quae in bibliothecis adhuc latent glossaria edita in lucem fuerint. Quantum enim iis excerptis proficere possimus, Placidi glossis eximie monstratum est, quae ad Apuleii libros emendandos multum faciunt.

Itaque in nimia coniectandi lubidine et quae hinc consectaria est vaga et incerta contextus conformatione ac censura gravissimi conspiciuntur Beroaldi errores, quos sequentes editores partim tantummodo corrigere potuerunt.

Omnium optimae quae ad Oudendorpium usque comparuere editiones sunt Iuntinae, quarum una A. MDXII.; altera M.DXXII. prodiit, in tam locupletibus Mss. nitentes, ut qui ad pristinam integritatem Apuleii contextum revocare velit, iis carere neutiquam queat. At negligentissime ante Oudendorpium utraque fuit collata, quod ut ceterae priores editiones nullius momenti videbantur esse interpretibus, qui cum multis locis eas cum primis convenire intelligerent, ex hoc eodem fonte integras profluxisse opinabantur et uno lectionis veteris s. vetustae nomine comprehendebant. Quantopere vero isti erraverint, quam parum in fidem librorum inquisiverint, inde iam potest coniici, quod inter utramque editionem quantum discriminis intercedat, ne divinasse quidem videntur, coniunctim semper utramque appellantes, etsi ex longe diversis Mss. fontibus eas emanasse accuratius perscrutanti facile apparebit. Multo enim priore praestantior est editio posterior, ac rarius ab edd. primis ea pendet, quibuscum altera plus minusve in locis praesertim corruptissimis concinit, ita ut ex iisdem atque principes Mss. subsidiis verborum contextum habere videatur, praeterquam quod eius editor ubi aperte falsa vel minus recte dicta videret ex suo ipsius ingenio vitia correxit, unde mirum esse nequit, quod utraque Iuntina vehementer inter se discrepat et ibi fere tantummodo magis consentit, ubi loci tam misere corrupti et contaminati sunt, ut ne ex codicibus quidem qui adhuc collati sunt, certa iis medicina dari possit. Huius autem dissensionis hanc mihi rationem excogitavi: Quum Bertinus et Pithoeanus vel qui ex eodem fonte emanarunt codd. veteris quam dicunt scripturae fundamenta sint, id quod ex Metamorphoseon libris luculentissime comprobari licet, et vulgata etiam lectio ab iis pendeat, editor Iuntinae 2, qui plures eosque optimos codd. haberet, censuram operum Apuleii ita peregit, ut ex singulis scripturis eas potissimum eligeret, quae ad scriptoris ingenium dictionisque indolem, prout eleganti erat ille iudicio, aptissima esse viderentur, in iis vero locis, quos in suis codicibus mutilatos et corruptos invenit, nisi coniecturis eos emendare posset, id quod rarissime factum est, lectionem vulgatam praeferret. Nec ita mihi improbabilis videtur esse sententia, quae singulos codices inter se comparanti vel invito subnata est, Florentinos codices qui in

Digitized by Google

meam notitiam pervenerunt vel eorum fontem editorem Iuntinae 2. ante oculos habuisse, quippe quae cum eorum scripturis plerumque conveniat et quod satis grave est momentum, verborum collationem in longe plurimis codicibus diversam eandem cum Florentinis fere semper praebeat. Quoties enim Apuleii libri manu exarati verborum ordinem mutaverint vix est credibile, nec ulla alia ratione haec negligentia explicari possit, nisi aliquot codices in librariorum calamos dictatos esse ponatur: quae res quum mihi quidem magni momenti videatur, alio loco de ea quid sentiam fusius illustrabo. Praeterea autem minor editoris Iuntinae 1. in enuntiationibus distinguendis comparet accuratio, quae contra veram loci sententiam saepissime modo coniunctae modo disparatae sunt, ut quam parum ille suo scriptori consuluerit, apertissime pateat, quum e contrario alterius Iuntinae editor tam caute ac diligenter ea in re versatus sit, ut quantum sententiarum perspicuitati profuerit, fere singulis quibusque versibus possit demonstrari. Alteram igitur Iuntinam ubique sequendam esse duxi, ubi cum codicibus optimis congruebat, vel adeo ad veram quae mihi videretur esse lectionem aliquoties per eam me esse adductum grato animo confitendum mihi est.

Post Giuntam Colvius, Vulcanius ac Wowerius nominandi sunt, qui suis editionibus scriptorem suum multum adiuverint, iunctimque recensendi, quod rarissime inter sese discordant et in textu constituendo non solum eosdem codices sed emendandi quoque leges maximam partem amplexati sunt, quae sequentibus editoribus tam verae videbantur esse, ut ubique iis obtemperarent: quae tamen temeraria obedientia effecit, ut vulgata quae dicitur lectio constitueretur, a qua solus quantum video Elmenhorstius paululum recessit. Multa vero sunt Colvii in Apuleii libros merita. Primus enim omnium *certam* textus emendandi normam proposuit, quae ab vaga ista et arbitraria temeritate longe remota in codicum sola auctoritate nitebatur, unde reliquos quoque qui Mss. ope plus minusve destituti erant editores non mirandum est eius vestigia pressim legisse editionemque ab eo paratam esse, quam elegantissimam et nitidissimam eius aevi homines existimabant. Nec minus rationes probandae sunt, quas in edendis Apuleii scriptis Colvius religiosissime servavit. Quum enim uno codice qui nondum collatus erat Lipsiensi usus sit isque rarius tantum bonae notae lectiones praebeat, cum peioribus Mss. plerumque concordans, haud ignarus ille quoties a suo codice abire deberet, dictionem non solum Apuleii sed ceterorum etiam Afrorum pro virili parte in rem suam convertit, et quamvis parvi essent quos fecit in eo progressus, quotiescunque cognitione haud accurata deceptus perversam lectionem meliori praetulit, ideoque textum depravavit, nonnullos tamen locos in pristinam integritatem restituit, plures corruptos esse demonstravit, multos in dubium vocavit. Hanc igitur viam si reliqui editores diligentius muniissent nec in Colvii et emendationibus et erratis acquievissent, vix dicendum est, quantum contextus Apuleii mundities hodie promota foret, quoniam comparatione inter Beroaldi et Colvii editiones instituta, tantos progressus fecisse posteriorem apparet, quantos nec antea nec

Digitized by Google

postea ab uno viro factos esse cognoscitur. Quod tum de Vulcanii tum de Wowerii editionibus dicendum est, qui in Colvii auctoritate persistentes non ita multum cum eo dissident; quod verum esse ei facilius apparebit, qui in Colvii commentarios accurate inquisiverit. Quum enim plurima, quae ille feliciter emendavit vel ex cod. auctoritate aperte restituit, in textum recepta non sint, Vulcanius in longe pluribus locis ab eius editione recessisse videatur, quam re vera est factum, nec negandum est eum qui obiter tantum Vulcanii editionem oculis perlustrat, decipi posse, ut satis magnum esse locorum in quibus a priorum sententia dissenserit numerum primo adspectu existimet, quia omnes vel levissimae emendationes litteris longiori intervallo positis denotatae sunt, etsi ad typographicos errores et perversa interpungendi signa haud raro eae pertinent. Attamen maius est Vulcanii in Apuleii libros meritum, quam Wowerii, qui coniecturis maximam partem infelicissimis scriptorem suum potius inquinavit quam emendavit.

Has vulgatae lectionis editiones Elmenhorstiana excepit quae diversissima in utramque partem iudicia subiit, in quibus aut comprobandis aut refutandis ne multus sim, statim quae mea sit sententia, breviter exponam. Quoniam vero quae quis effecerit in re sibi proposita non ex numero eorum quae consecutus est sed ex eo quod praestare ille e re nata potuit, ponderanda sunt, Elmenhorstius non tantis mihi quidem efferendus videtur esse laudibus, quantis aequales eum celebrare solebant. Quamvis enim de textu emendando multum eum meruisse et aliquot locis veram lectionem restituisse negari nequeat, tamen si sanam et certam corrigendi rationem secutus esset, plus proficere ille potuisset, quippe qui tantis librorum subsidiis quantis ante eum nemo largiter esset instructus. In manu erant non solum codicum Florentinorum collationes, quorum varias scripturas cum Elmenhorstio Lindenbrogius communicaverat, sed aliorum quoque Palatini, Fulviani, Bertiniani, Lipsiani, Puteani excerpta, ex quibus textum constituere emendatiorem nemini nisi stulto non licuisset. Primum autem hoc errore satis magno lapsus est Elmenhorstius, quod quanta auctoritate singuli quique codd. essent aut ignoravit aut neglexit, ut in hanc saepissime incideret inconstantiam, ex qua summa sine dubio calamitas ad veteres scriptores redundavit, ubi animus modo huc modo illuc distractus quam sententiam sequatur pessime haesitat, quippe certo iudicii fundamento destitutus et ex momentario quasi instinctu inter singula potius eligens. Hinc raro in Elmenhorstii editione sanas rationes perspici licet, quibus ductus inter varias lectiones delectum habuerit, saepius ex solo ingenii sui, si quod est, impetu subito ex codicibus diversissimis diversissima miscens. Quae quum ita sint, mirationem facere nequit, cur Elmenhorstius qui ob largissima codicum subsidia optima quaeque se praestiturum esse spem excitasset, promissis stare non potuerit, at nihilo minus omnium quae inde ab Iuntina 2 usque ad Oudendorpium comparuere editionum dederit praestantissimam.

Tum alio nomine vehementissime vituperandus est. Nam quum Lindenbrogius Apuleium emendatius edere ante Elmenhorstium consilium cepisset, quod

non solum cognoscitur ex collationibus, quas fecit codicum Florentinorum et ex adnotatis quibusdam et coniecturis, quae vel in margine Vulcan. 2. quacum illos codices contulit, vel in schedis huic editioni interpositis adscripserat, sed ex indice etiam ad calcem libri posito, qui et voces rariores et alia memoratu digna aut diutina meditatione expedita aut repentina cogitatione inventa continet; haec eius scrinia Elmenhorstius tam fraudulenter expilavit, ut ne nomen quidem viri adderet, a quo coniecturas, emendationes et adnotata repetiisset. Itaque qui Elmenhorstii plagium non noverit, doctrinam eius et ingenii acumen saepius mirabitur, quae quanta fuerint ex ceteris quas paravit veterum scriptorum editionibus, ut Arnobii, Minucii Felicis sat superque perspicitur. Adnotationes denique ad rectam Apuleii explicationem parum faciunt, quod ex parallelis quos dicunt locis iisque a recentissimis ac minus cognitis scriptoribus tumultuarie conquisitis consistunt resque grammaticas ac sententiarum connexum rarissime illustrant. Hinc sane dolendum est, Lindenbrogium vel morte vel casu aliquo interceptum esse, quominus Apuleii editionem quam parare instituisset, conficere posset, quum et Apuleii et Afrorum dictionem qui melius cognoverit, praeter Oudendorpium nemo adhuc existat.

Triginta annis post Elmenhorstii editionem Pricaeana in lucem prodiit, quae singularem suam praestantiam ex doctissimis adnotationibus magis nacta est, quam ex codd. uberibus subsidiis, quia unius tantum codicis Oxoniensis ope qui fere totus cum Guelferbytano priore consentit, Pricaeus adiutus est. Ceteris enim quos iuris publici fecerat Elmenhorstius Mss. plane neglectis artem criticam non factitavit eam quae in codd. evolvendis et inter se comparandis versatur, sed scriptorem, quem multis locis inquinatum et depravatum videret, ex ipsius scriptis et dicendi genere Africano corrigere et ad pristinam integritatem reducere conatus est. Intelligens itaque ne codd. quidem auctoritates in scriptore satis certas et graves esse eo, qui tot obsoletas et pervetustas voces et locutiones, tam raras et singulares constructiones haberet, ut librarii earum loco magis tritas et usitatas posuissent, Apuleium ipsum, eius populares quosque imitatus ille est scriptores in iudicium vocavit, et diligenti cura et mira subtilitate effecit, ut multa quae ante eum aut in dubium vocata aut e medio plane sublata erant, aliis locis confirmaret aut reponeret. Itaque vix dici potest quantum ad Apuleii libros melius intelligendos et explicandos ille contulerit, ut vanae gloriae auram captasse non videatur, bis centies et fere nonagies meliorem contextus scripturam ex suo ingenio dare se conatum pronuntians, et quamquam non parvus est coniecturarum et emendationum numerus, in quibus errasse eum evincitur, nemo tamen ante eum extitit editorum, qui tam caute ac diligenter, tam docte ac sagaciter in textu Apuleii et emendando et defendendo versatus esset. Hanc vero eius praestantiam quum Oudendorpius minus intellexisse videatur, factum esse puto, ut rarius eius adnotationes in Metamorphosi repeteret; nisi forte quod postea Bosschae opere peractum est, totas Pricaei animadversiones seorsim edere instituerat.

Digitized by Google

Post Priscianum novam Apulei editionem in usum Delphini Floridus paravit, quam plane omittendam esse censeo, quod ad textus censuram et interpretationem nullius fere momenti est, si cum Oudendorpii editione per Ruhnkenium A. MDCCLXXXVI. in lucem emissa comparatur, quae eo fusius tractari debet, quod quid ego profecerim vel certe voluerim ita tantum recte possit diiudicari. Duo autem in iudicio de Oudendorpii editione ferendo videntur spectanda esse, et quid ipse praestiterit, et quid Ruhnkenius in illa parando effecerit.

Haec vero Apulei editio si cum ceteris quae ab Oudendorpio paratae sunt veterum scriptorum Frontini, Caesaris, Iulii Obsequentis editionibus conferatur, dubium esse nequit, quin summa doctrinae copia, subtili rerum grammaticarum expositione, incredibili paene editoris industria omnes ea longe superet. Oudendorpius enim etsi non is est qui excellenti et raro ingenii acumine veterum locos depravatos corrigere, mutilatos suppiere, suspectos munire prosperrime cum successu possit, tamen in latinam linguam tam diligenter et accurate inquisivit et haud exigua memoria adiutus tam facile quae legerat pro rerum quas tractabat argumentis in usum suum convertere potuit, ut singulari observationum elegantia et sollerti rerum grammaticarum vel subtiliorum explicatione excellat, et ubi erravit, tantam exemplorum copiam suppeditet, ut meliora edoceri facillime possis. Hinc mirum non est, quod aliquot prae ceteris nostri temporis VV. DD. in scriptorum quos ediderunt commentariis has Oudendorpii in Apuleium adnotationes licet non addito huius viri nomine compilarent, quaeque ille de rebus grammaticis observaverat sui iuris facerent, quippe hunc librum tam rarum esse quari, ut metuendum non esset, ne plagii accusarentur: quum ex contrario longe plurimos, quanti doctrinae thesauri in ea editione lateant, effugisse videatur, ut haud mediocriter mirarentur, si multa quae novissimis temporibus ut primum observata venditabantur, ab Oudendorpio iam illustrata viderent.

In rerum igitur grammaticarum et scita et diligenti expositione summa editionis Oud. praestantia cognoscitur. At in textus censura atque conformatione minus cautum et religiosum se praestitit, quod tamen vitium non ita eius negligentiae quam praeoccupatae sui temporis tamquam opinioni tribuerim. Quod enim de perversa qua Elmenhorstius aliique interpretes codicibus usi sunt ratione dictum est, id aliqua ex parte in Oudendorpium cadit, qui quamvis cuiusque Mss. fidem et auctoritatem accurate cognovisset, ab iis tamen nec sententiarum ordine nec usu loquendi nec regulis grammaticis coactus temere saepius recesserit, ut ex communi suae aetatis emendandi scriptores errore eam lectionem pro verissima haberet, quae a plerisque codicibus praeberetur, ea utrum ingenio Apulei apta an apertum librarii interpretamentum et corruptela esset minime sollicitus. Qui quidem eius error eo magis corroboratus est, quod quae cum Afrorum esset dictio, tum singularis Apulei indoles minus accurate exploraverat, et ex ingenii sui et doctrinae magis subitario quodam impetu quam certis regulis ductus de lectionum veritate diiudicabat.

Digitized by Google

Quum vero ab insana ista coniectandi libidine remotus quando ingenii et acuminis lusu delectabatur textum inquinari nollet, sed ubi potuit codicum lectiones religiosissime servaret, consectarium erat, ut textum multis locis emendaret, pluribus copiosissima sua doctrina ac sano iudicio aperte eum restitueret. Quantum autem inter singulos codices, quorum optimos Florentinos esse vel ipse cognovisset Oud. fluctuaverit, id unum argumento sit, quod d'Orvillianum codicem, quo inferiorem fere nullum Apuleii codd. esse apparet, plurimi fecit nec raro eo duce lectionem depravavit; quod vitium ex nimio tantum fere omnium DD. VV. amore explicari debet, quo quem primi contulerunt codicis lectiones mirifice amplectuntur. Ex his igitur quae modo exposui satis evincitur, eum qui novam huius scriptoris editionem parare instituerit in re potissimum critica versari debere. Huc accedit, quod ea explicationis pars quae ad antiquitates pertinet, paulo negligentius ab Oudendorpio tractata est, ut non raro res gravissimae festinanter exponantur aut omnino praetermittantur.

At utinam Oudendorpio licuisset editionem, quam summa cum diligentia multos annos apparaverat, in lucem emittere, neu fato acerbo interceptus esset, quum quantas eius editio per Ruhnkenium fecerit iacturas vix credibile sit, quippe qui tam negligentem in hoc libro edendo se praebuerit, ut Oudendorpii adnotationes ab eo perlectas esse vix mihi persuadere possim, quum tanta sit in rebus gravissimis Ruhnkenii ab Oudendorpio dissensio, ut ne auctoritate quidem viri doctissimi in hoc litterarum genere per triginta integros annos versati duci se patiatur sed suam potius opinionem plerumque subito exortam eamque arbitrariam amplexetur. Ex hac vero dissensione id ad lectores redundat incommodi, ut quae ab Oudendorpio quae a Ruhnkenio probatae sint lectiones nesciant et ad notas redire cogantur; qui labor quum maximus sit et tantum taedium haud raro afferat, ut qui aliis negotiis distenti sunt, subire eum nequeant, saepius factum est, ut vocabula, quae Oudendorpius ut minus latina iamdudum refutasset, a lexicographis nostris bona fide reciperentur. Tum vero Oudendorpium, si suae editionis contextum ipse conscripsisset, non negandum est multa accuratius constituturum fuisse, quae hodie minus recte ab eo disputata sunt, quoniam editor, donec opus in scriniis latet, de iudicum sententiis non sollicitus minus caute agit et obiter in multa inquirit, quae si publici iuris librum facere velit, retractanda et corrigenda sint. At ne gravius quam quod iuvenem deceat de tanto viro iudicium protulisse videar, textum libri XI. cum adnotationibus Oudendorpii componam:

p. 673. ed. Ruhnk. cum optimis codd. Oud. legit *nec vidisse quidem*, Ruhnken. ex Vulc. 2. retinuit *non vidisse* licet ex ipsis Ond. dictatis ad Met. IV. p. 258. quoties Apuleius cum ceteris *nec quidem* pro *ne quidem* vel in mediis enuntiationibus posuerit efficiatur.

p. 876. ed. meae voc. *deo* particulam *iam* praeponi Oud. cum Pricaeo maluit, Ruhnken. eam postposuit.

p. 894. Oud. probavit *mandaverit*, Ruhnken. recepit *mandaverat*.

p. 894. Oud. maluit *me non olim*, Ruhnk. recepit *mecum non olim*.

Digitized by Google

p. 909.	Oud. probavit	*vestro iudicio*,	Ruhnk. recepit	*nostro iudicio.*
p. 910.	- -	*quod quotidie f.*,	- -	*quod furatis.*
p. 911.	- -	*electibiles*	- -	*electiles.*
p. 913.	- -	*liber ioci cachinnus*	- -	*liber cachinnus.*
p. 914.	- -	*me tum*	- -	*me tamen.*
p. 928.	- -	*nimio modicis*	- -	*nimis modicis.*
p. 945.	- -	*crudelissimae*	- -	*crudelissime.*
p. 947.	- -	*praesente*	- -	*praesenti.*
p. 980.	- -	*portam potitus*	- -	*porta potitus.*

Eadem pagina Ruhnken. habet lectionem *fugitivum*, quum omnes codd. et edd. *furtivum* optime praebeant, quam tamen negligentiam saepius ille commisit, ut p. 806., ubi *periturum caput* pro *periurum* recepit, ab nullo libro nec edito nec scripto probatum.

Hinc quod Apuleio semper fatale erat, ut qui eius scripta in lucem edere constituerant eorum opera morte aliisve impedimentis interciperetur, fortasse erat commodo, quod Ruhnkenius postquam Metamorphosin per sedecim annos inter typothetarum manus pertractata est, ne alteram partem absolvere posset, primum librarii tergiversatione tum suo obitu impeditus est. Bosschae denique contigit, ut triginta fere annis post primae partis editionem doctissimum Oudendorpii in ceteros libros apparatum in communem litterarum fructum evulgaret, qui vir quamquam non ita in Afrorum latinitate exercitatus erat, cautius tamen et religiosius in edendo Oud. opere egit, nec solum quas ille probaverat lectiones in textu posuit, sed ibi tantum de sua sententia aliquid protulit, ubi codices omnino corruptos et Oudendorpii sententiam plane perversam esse videbat. Tum Apologiam quam Oudendorpius intactam reliquerat, suis Bosscha commentariis interpretatus est, in quibus raro tantum ad textus emendationem aliquid attulit.

Haec sunt quae de Apuleii editionibus praefanda esse videbantur, ut quid novus huius scriptoris editor sequi quid evitare deberet intelligeretur et de meo qualicunque opere sincerum a VV. DD. iudicium posset proferri. Itaque liceat quas ego in hac editione secutus sum rationes breviter nunc exponere.

Primum enim quum vidissem, quam vaga esset et incerta Apuleii librorum lectio, quot coniecturis vel potius alucinationibus interpretum inquinata apertisque vitiis depravata, meum esse duxi, ex codd. optimorum fide contextum, quoad eius fieri posset, restituere. Hoc vero aliter effici non potuit, nisi codicum ipsorum praestantia ac fide diligenter examinatis quibus potissimum in contextu verborum emendando obtemperandum esset, inveniretur, unde codd. Florentinorum quae nobis ab Oudendorpio traduntur scripturae denuo conferendae esse mihi videbantur, quippe cui inter legendum innotuisset, corruptis Apuleii libris, si unquam sperari liceret, medelam his codd. esse afferendam, qui etsi ubique non veras tamen probabiles et ingenio Apuleii accommodatas lectiones praeberent. Diu autem effugere me non potuit, quam negligenter isti a Lindenbrogio essent collati, quod non solum Elmenhorstium et

Digitized by Google

Lindenbrogium in VV. LL. Florentinorum tantum inter se discrepantes videbam sed Lindenbrogius etiam in collatione locos intactos reliquerat, quos ex totius sententiae ratione et ex ceteris codd. cognosci poterat esse corruptissimos. Quum igitur de necessitate, codices Florentinos denuo conferendi, bibliopolae honestissimo persuasissem, ille non solum his optatis morem gessit, sed novum praeterea optimum codicem Florentinum 3. conferri iussit et fortuna satis mira accidit ut eius codicis collatio in excerptoris manus traderetur, quo nemo diligentior, nemo accuratior esse potest. Tum editionis principis cuius exemplar splendidissimum Viennae asservatur VV. LL. per eandem bibliopolae humanitatem in meum usum enotatae sunt, nec minus Guelferbytanorum codd. post Florentinos longe praestantissimorum usum mihi concessit Schoenemannus, cuius quanta sit liberalitas cum omnes qui precibus eum adiere experti sunt, tum ego verbis exprimere nequeo. Ad haec locupletissimorum codd. larga subsidia accesserunt Mss. Florent. 1. 2. Palatini et Bertiniani lectiones variae a Putschio et Modio ad marginem ed. Pricaeanae adscriptae, quae in bibliotheca Hamburgensi asservatur et mihi roganti per Petersenium, V. D. tradita est. Dresdensem denique codicem et VV. LL. in Vicent. margine enotatas inspiciendi potestatem mihi fecit Falkensteinius, V. C. qui vetustissimas etiam editiones conferendas misit.

Ex his vero codicum subsidiis commodum redundaturum esse sperare licuit, si certae eorum tamquam familiae designarentur, ut de eorum fide et praestantia iudicium accuratum ferri posset. Quo facto quum intellexissem Florentinos, Guelferbytanos, Harlemensem, Vossianos et Iuntianam ed. 2. omnium esse optimos libros, religiosissime eos secutus sum, nisi ubi melior rerum cognitio ac sana ratio ab iis me recedere iuberent. Ut vero omnium Mss. et edd. variae scripturae uno litterarum obtutu possent perlustrari, in adnotatione critica omnes in ordinem redegi, experientia et ipse edoctus, quam difficile esset de loco iudicium, si quis lectiones huc illuc dispersas nec ordine compositas undique colligere cogeretur. In iis variantibus et colligendis et enotandis quam accuratissimum me fuisse affirmare possum, quum quater hunc laborem satis fastidiosum in me susceperim.

Altera laboris mei pars in antiquitatum versatur expositione, quae obiter tantum a prioribus editoribus pertractatae sunt, ita tamen ut grammatica nunquam neglexerim, atque omnibus fere locis auctas esse Oud. adnotationes, facile perspiciet, qui meam editionem cum Oudendorpiana contulerit. Ne tamen ambitus editionis novae, quae praeter Oud. et aliorum dictata fere trecentas plagulas complectentia meos quoque commentarios uncinis circumclusos caperet, nimium extenderetur, neve lector multis Oudendorpii doctis observationibus privaretur, eam semper servavi legem, ut veterum locos integros nunquam exscriberem, nisi ubi aut propter rei illustrandae gravitatem vel propter argumentationem ipsam vel denique propter libri raritatem e re lectorum esse videretur. Hoc igitur ipsum erat, cur aliquoties tantum ceteros praeter Colvium et Oudendorpium interpretes commemorarem, quum raro ex iis emolu-

menti quid redundaret, ipsas Oudendorpii adnotationes in epitomen redactas darem, et eius in alios scriptores emendationes plane omitterem, quarum plurima pars ab recentissimis eorum editoribus suo loco inserta est, ut ab Orellio ed. Arnobii, ab Creuzer. edd. Ciceron., a Peerlkampio ed. Horatii, a Dederichio ed. Dictyis Cretensis, a Koppio ed. Martiani Capellae aliis.

His rite expositis pauca tantum in animo est addere, quae ad externam editionis speciem pertinent. Sunt ista primum codd. et edd. signa quae in adnotatione critica leguntur ita explicanda:

F. 1. 2. 3.	*Florentinus primus secundus tertius*, e collatione Lindenbrogii, tertius est meus.
G. 1. 2.	*Guelferbytani prior et posterior.*
P.	*Palatinus.*
D.	*Dresdensis.*
B.	*Bertinianus.*
R.	*Regius.*
L.	*Lipsianus.*
Coll. Voss.	*Collatio Gerard. Vossii cod. Lipsiani.*
O.	*Oxoniensis.*
f.	*Fuxensis s. Tolosanus.*
φ.	*Fulviani.*
U.	*Ursini cod. sive Fulvianus alter.*
M.	*Manganus Erycei Puteani.*
β.	*Bembinus Erycei Puteani.*
Z.	*Zabarellae codex.*
p.	*Pithoeanus.*
Petrarch.	*cod. Petrarchae.*
δ.	*d' Orvillianus.*
π.	*Paraeanus s. Anglicanus.*
H.	*Harlemensis.*
Cant.	*Cantabrigienses.*
Pu.	*Puteanus codex.*
Leid.	*Leidensis.*
Th.	*Thuaneus.*

Numeri qui ad contextus marginem appositi sunt, uncis inclusi paginas editionis Elmenhorstianae indicant, quam, ut omnium tritissimam citare satius duxi, quam cum Oudendorpio ed. Pricaeanae paginas adscribere; alter numerus ad editionem Oudendorpianam pertinet, ex qua etiam in notis criticis et adnotationibus singulos locos excitavi. Libros in capita describere primus conatus sum.

In textu constituendo quum optimos codd. sequerer, tum tantum coniecturas in textum recipiebam, quando vel ex corruptissimis codd. locus restitui non poterat. Ne vero lector deciperetur, ut quae mera esset emendatio pro vera Apuleii lectione haberet, neve VV. DD. qui propter temporum angustias diversamque studiorum rationem obiter tantum Apuleii scripta tractare possent,

Digitized by Google

in coniectura ratiocinationem vel argumentationem fundarent, curabam ut loci emendati litteris longiore intervallo diductis exciderentur, corrupti et a nullo adhuc bene explicati duobus asteriscis circumscriberentur. Eo magis tamen dolendum est, quod haec contextus conformatio a p. 80. edit. meae demum incipit, quia diutius vanae gloriolae specie antea deterrebar quam affectasse iis videri possem, qui ita omnes meas qualescunque coniecturas uno oculorum obtutu perlustrari posse conspicerent. Prius igitur haec verba litteris diductis excudenda erant:

p. 1. *en ego.*
p. 16. *affector.*
p. 28. *cuiatis sim quive Aeginensis, et audite.*
p. 29. *cauponiorum.*
p. 33. *poculo *mitigo**
p. 34. *dicacitas tumida.*
p. 36. *cladis ... quae me satis.*
ibid. *luem.*
p. 41. *ut multi noceretur.*
p. 54. *ociter inquirere.*
p. 55. *medici sciti.*
p. 56. *mantica mea humeros.*
ibid. *intentior ex acie.*
p. 63. *mendiconis semper incedit.*
p. 64. *peregrinatorem.*
p. 65. *se intro capessivit.*
p. 74. **subito.**
p. 77. *inextimabiliter ad regulam.*
p. 79. *utraque.*

Denique restat, ut viris qui humanitate ac liberalitate in hac editione paranda me adiuverunt, quam summas agam gratias, Schoenemannum dico, Petersenium, Falkensteinium, Orellium, qui suo me consilio litteris humanissimis benignissime sustentavit, et prae ceteris Ecksteinium, qui quanta sit suavitate et in thesauris suae bibliothecae aperiendis comitate omnibus satis compertum est. Quot denique et quanta Bernhardyi, viri praestantissimi et praeceptoris dilectissimi, summae doctrinae ac sagacitati debeam, verbis exprimere nequeo, ut si quid in his litteris profecerim, eius tantum laudi tribui possit, qui huius operis suscipiendi suasor, suscepti adiutor fuerit.

Scribebam Halis. IX. ante Cal. April. MDCCCXLII.

Digitized by Google

DE

VITA, SCRIPTIS, CODICIBUS ET EDITIONIBUS

APULEII

PROLEGOMENA.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAPUT I.

DE APULEII VITA.

§. 1.

De anno Apuleii natali.

Sub Antoninis floruisse Apuleium exploratum est. Tempus vero si accuratius velis constituere, quamquam ad certum quendam annum id revocari nequit, coniecturis tamen effici videtur, ut intra artissimos fines subsistamus. Omnis autem ratio necesse est ab Apologia proficiscatur.

Apologiam enim Pio etiamtum superstite actam esse probat locus Apol. p. 570. Oudendorp. [1]), a quo loco Divi agnomen abest, quod per temporis consuetudinem plerisque imperatoribus vita defunctis tribui solet [2]). Atqui Pius est mortuus a. 161 p. Chr. n.: unde Apologiam hunc annum esse praegressam sequitur. Ipso dein teste Apuleio scimus praeside Claudio Maximo habitam esse hanc orationem [3]), quem consulem fuisse anni 144 collega Lolliano Avito veri simile est [4]), quique hunc consulem in proconsulatu Africae excepisse tra-

1) *matris suae epistolas . . . pro tribunali Proconsuli recitet . . . ante has Imperatoris Pii statuas.* Aliis locis *Divi* nomen additur Hadriani nomini, ut Apol. p. 410. *Ipsius etiam divi Hadriani multa id genus legere memini* et *divus Hadrianus ita scripsit* ac paulo post p. 411. *divus Hadrianus fecit.*

2) cf. Ruhnken. ad Sueton. Caes. c. 1. et Spanhem. de Usu et Praest. Numism. p. 398.

3) Apolog. p. 377: *Certus equidem eram prope vero obtinebam, Claudi Maxime quique in consilio estis;* p. 457. 495. p. 503. et p. 570. *apud virum sanctissimum Claudium Maximum.* p. 601. *putate vos causam non apud Claudium Maximum agere.* Huius viri laudat constantiam et integritatem p. 561. *virum aequum et institiae pertinacem*, et p. 570. *apud virum sanctissimum;* humanitatem p. 476. *nae tu Claudi Maxime, nimis patiens vir es et oppido proxima humanitate;* doctrinam p. 582. *an quod multo praestabilius est, tua doctrina, Claudi Maxime, tuaque perfecta eruditione freus;* philosophiae sectatorem eundemque divitem p. 435. *An tibi Claudius Maximus idoneus auditor videtur ad irridendam paupertatem, quod ipse uberem et prolixam rem familiarem sortitus est. Erras, Aemiliane, et longe huius animi frustra es, si eum ex fortunae indulgentia non ex philosophiae censura metiris, si virum tam austerae sectae tamque diutinae militiae non putas amiciorem esse coërcitae mediocritati quam delicatae opulentiae.*

4) Fast. Consulares (cf. Orell. Cic. T. VIII. p. LXXXV) ann. 144. post Christum:

Imp. T. Ael. Caesar Antoninus Augustus Pius P. M. Tr. P. VI.
P. Lollianus Avitus
C. Gavius Maximus

ubi forsitan ex Apuleio pro *Gavius* legendum est *Claudius*, quod eo verisimilius est, quod in consulatu *Lollium Avitum* excepit, cf. Apol. p. 587. *Itaque acceptis litteris* (Pontianus) *Carthaginem pergit, ubi iam prope exacto Consulatus sui munere Lollianus Avitus te, Maxime, apperiebatur.* Ad hunc Lollianum Avitum epistola scripta Frontonis V. inter epistolas ad amicos p. 278 sq. Mai. quam vide Capitolin. Pertin. c. 1. Is Lollianus idem est, coram quo Apuleius disseruit; cf. Apol. p. 443. *meis scriptis ostendi scis, quibus memet professus sum, cum Lolliano Avito, C. V. praesente publice dissererem Saninnodam et Senigoetium.* Avili laudes fuse celebravit Apuleius Apol. p. 588 sqq.

Digitized by Google

ditur (Apol. p. 587). Quod si mihi concesseris, terminus ex quo agi poterat Apuleii causa, erit annus 146, si quidem annus 144 utriusque fuerit consulatus, 145 praefecturae Lolliani, 146 Claudii.

Formis reipublicae commutatis consulatus non ea erat condicio, ut consularis in provinciam proficisci cogeretur, cum ex Caesaris arbitrio quicunque alius eo mitti posset; unde facili negotio eorum refutari licet sententiam, qui hunc annorum ordinem in praefecturis Africae administrandis observatum esse colligant, ut Lollianus et Maximus consulatu perfuncti provinciis statim praeficerentur. Ego vero potius exeunte Antonini Pii imperio habitam esse orationem existimo. Inscriptio enim extat arcus triumphalis, quem Tripoli Africae urbe repertum memorat Tillemont. (Hist. imper. II. p. 320.) [5]) a Servilio Cornel. Scipione Orfito proconsule et Uttedio Marcello legato dicatum M. Aurelio et L. Vero, qui, ut ex ea potest intelligi, Armenici iam cognomine erat praeditus, quod factum esse constat a. 164. Quem Scipionem eundem esse, quo praesente Apuleius orationem habuit Carthagini, non est cur neges. Apuleius verō se per sexennium Carthagini iam versatum dicit ibid. p. 86 [6]). Quodsi verum est efficitur annus 158 quo Oea relicta Carthaginem Apuleius se contulit. Oeam vero reliquisse Apuleium statim post caussam pro se dictam inde mihi fit probabile, quod insidiae adversariorum erant semper metuendae. Unde Apologia intra annum 154 et 158 videtur esse habita. Eo vero tempore quo pro se dicebat, iuvenem fuisse Apuleium, triginta vel duodetriginta annos natum probat inimicorum accusatio [7]): dein quod Pudentillam uxorem quadraginta annos natam se vero multo minorem profitetur [8]), denique quod Pontiano Pudentillae filio amicus Athenis fuerat [9]). Hinc consectarium est, Apuleium si probamus tum triginta vel duodetriginta annos agentem, Apologiam vero intra 154 et 158 actam, eum natum esse intra annum 126 et 132 Hadriano principe.

§. 2.

De Metamorphosis usu ad tempora Apuleii constituenda.

Quantae fuerint, ne Augustinum commemorem, priorum editorum de Apuleii vita alucinationes vix credibile est, quum eo temeritatis progressi sint ut scriptoris narrationem, qui asini habitum se induisse tradit, ad Apuleium convertant. Omnia enim quae in Metamorphosi de persona origine ac familia leguntur Lucii ad Apuleium transferebant, unde lepidae illae narrationes subortae sunt, quas his nostris temporibus Buhlius prave repetiit [1]). Quamquam

5) Ann. 140. Serv. Scipio Orfitus et Non. Prisc. Coss. Le premier est apparemment cet Orfitus, qui demanda à être déchargé de la dignité de Préfet de Rome. On croit qu'il s'appellait aussi Vettius. Apulée recita un discours devant Scipio Orfitus Proconsul d'Afrique, dont il loue la modération et la modestie. On a une inscription d'un arc de triomphe fait a Tripoli en Afrique dedié par Servilius Cornelius Scipio Orfitus Proconsul et Uttedius Marcellus son lieutenant en l'honneur de M. Aurele et L. Verus qui avait déja le titre d'Arménique. cf. Spon. Miscell. p. 269., quem vide. De eius virtutibus carmen Apuleius conscripsit; cf. Florid. p. 82.

6) *et vox mea utraque lingua iam vestris auribus ante proximum sexennium probe cognita.*

7) Apol. p. 454. *At enim maior natu non est iuvenem adspernata;* et p. 543. *quoniam iuvenem talem qualem dicitis elegit.*

8) Apol. p. 578. *iube, Maxime, consules computari; nisi fallor, invenies nunc Pudentillae haud multo amplius quadragesimum annum aetatis ire.*

9) Apol. p. 545. *Eo venit ad me Pontianus: nam fuerat mihi non ita pridem ante multos annos Athenis per quosdam communes amicos conciliatus et arto contubernio intime iunctus.* Una igitur studiis Athenis incubuerant paucis annis ante quam Apuleius Oeam venerat.

1) Buhle de Apuleii vita in Ersch et Gruber Encyclopaedia s. v. Augustin. Epistol. Centur. III. 138. §. 19. T. II. Part. I. p. 623. ed. Gaum. *Apuleius, ut de illo potissimum loquar qui nobis Afris Afer est notior, non dico ad regnum sed ne ad aliquam quidem iudiciariam rei,*

Digitized by Google

vero Oudendorpius quem Bosscha secutus est, quam perversa esset istorum ratio probe primus intellexerat, ille tamen non prorsus ab hac praeoccupata opinione recessit [2]). Cur autem suas res enarrasse Apuleium credamus, quum graecam se tractasse fabulam profiteatur Metamorphosis initio ideoque plane diversam sibi personam [3]); quomodo Atticam, Spartam et Corinthum veterem suam prosapiam nominare poterat, si de se ipso sermonem fecisset? Sed ne multus sim, ipse meam ea de re sententiam proferam. Itaque certum est Apuleium tum demum suas ipsius res significasse, quum Lucius humanam in formam restituitur [Met. p. 782.], ut quae in ultimo Metamorphosis libro leguntur pro veris eius vitae indiciis queant haberi. Igitur temere factum esse nego, ut ille Lucius Madaurensis sibi cognomen tribuat, quum hac ipsa voce transitionem ad suas res parari satis indicet; quo reiicitur Oudendorpii reprehensio, qui oblivionis scriptorem arguat [4]). Nullus igitur est Theseus pater, nulla Salvia, nulla Byrrhaena, nec aliter ceterarum quae in Metamorphosi commemorantur personarum nomina ut Demeae, Milonis, Pamphilae, Fotides mero ficticia sunt; omnia ad fabulam debent referri [5]). — Restat ut loci difficultatem expediam, quam omnes editores fugisse satis miror. Postquam fabulae initio se graecam narrationem in latinum sermonem transtulisse pluribus auctor exposuit, de sua persona aliquid se additurum esse indicat his verbis: „*Quis ille? paucis accipe. Hymettos Attica et Isthmos Ephyraea et Tenedos Spartiaca mea vetus prosapia est. Ibi linguam Attidem primis pueritiae stipendiis merui, mox in urbe Latia advena studiorum Quiritium indigenum sermonem aerumnabili labore nullo magistro praeeunte aggressus excolui. En ecce praefamur veniam si quid exotici ac forensis linguae rudis elocutor offendero.*“ Haec verba plane iis repugnant, quae in Floridis leguntur p. 86 et 91 [6]), quum non in Graecia

publicae potestatem cum omnibus suis magicis artibus potuit pervenire .... Miror laudatores eius qui eum nescio quae fecisse miracula illis artibus praedicant; et §. 18. *quis autem vel risu dignum non putet, quod Apollonium et Apuleium ceterosque magicarum artium peritissimos conferre Christo vel etiam praeferre conantur;* cf. Lactant. Institt. V. 3. §. 7. *Idem cum facta eius mirabilia destrueret, nec tamen negaret, voluit ostendere Apollonium vel paria vel etiam maiora fecisse. Mirum quod Apuleium praetermisit, cuius solent et multa et mira memorari.* Eandem pervulgatam magiae suspicionem idem Augustinus memorat Epist. Cent. II. Epist. CII. in Sex Quaest. contra Paganos. T. II. Part. I. p. 423. Gaum. Epist. Cent. III. 137. Ibid. p. 608. Apuleium in Metamorphosi suas ipsius res narrare idem sentit August. de Civit. Dei XVIII. c. 18. *sicut Apuleius in libris quos Asini aurei titulo inscripsit, sibi ipsi accidisse, ut accepto veneno humano animo permanente asinus fieret aut indicavit aut finxit.*

2) cf. ad Met. I. p. 69. Ceterum pater quidem Apulei Madaurensis fuit duumvir, ut ex Apologia notum est. At ille non fuit Theseus, sed pater *Lucii, sub cuius persona hic latet Apuleius.*

3) *Fabulam graecanicam incipimus.*

4) Cf. Met. I. p. 1. et ad Met. XI. p. 812.

5) Met. I. p. 72. *nam et maiorem domum dignatione tua feceris et tibi specimen gloriosum arrogaris, si contentus lare parvulo Thesei illius cognominis patris tui virtutes aemulaveris;* Ibid. II. p. 87. *En, inquit, sanctissimae Salviae matris generosa probitas ....* p. 89. *et adiecit: Ego te, o Luci, meis istis manibus educavi; quidni? parentis tuas non modo sanguinis verum alimoniarum etiam socia fui. Nam et familia Plutarchi ambae prognatae sumus et eandem nutricem simul hibimus et in nexu germanitatis una coaluimus. Nec aliud nos quam dignitas discernit, quod illa clarissimas ego privatas nuptias feceramus. Ego tum Byrrhaena illa, cuius forte saepicule nomen inter tuos educatores frequentatum retines.* Quae de sua origine a Plutarcho et Sexto philosopho repetenda Lucius ille protulit, ad locum Met. p. 13. ed. meae iam exposita et refutata sunt. Neque tamen cum Oudendorpio putandum est, hoc temporum rationi prorsus adversari, quae sententia fusius eo loco improbata est.

6) Florid. p. 86. *An non multa mihi apud vos adhortamina suppetunt, qui tum vobis nec lare alienus nec pueritia invisitatus nec magistris peregrinus nec secta incognitus nec voce inauditus nec libris intactus improbatusve? Ita mihi et patria in concilio Africae id est vestro et pueritia apud vos et magistri vos;* et Florid. p. 91. *Hanc ego vobis mercedem, Carthaginenses, ubique gentium dependo pro disciplinis, quas in pueritia sum apud vos adeptus. Ubique enim me civitatis vestrae alumnum fero, ubique vos omnimodis laudibus celebro; vestras disciplinas studiosius percolo.*

sed Carthagini eum primam egisse pueritiam inde eluceat. Qua re commotus duplicem Tillemont. hist. imper. II. p. 413. Apuleii in Graecia commorationem posuit. Alterutrum vero per se tantum potest stabiliri, ita tamen ut maior fides Floridorum loco habeatur. Hanc igitur molestiam sic removeo, ut putem Apuleium studium suum excusare, quod graecae potissimum linguae tribuerit. Nam si initio fabulae Carthagini se esse eruditum dixisset, miraremur cur iguarum se profiteretur latini sermonis, quem illic floruisse constat. Ideo se potius fingit graecum ut ne mirationem iniiciat lectoribus, quippe quos dictionis latinae infantia deberet offendere. Errant vero interpretes, qui Romae edidicisse linguam latinam Apuleium colligant: quod ut fieri potuerit, nil tamen eiusmodi in verbis istis inest, quum *excoluisse* tantum in Latio sermonem Romanum se aperte profiteatur.

Sed dubito rem ita esse a me explicatam ut omnibus omnino satis faciam. Doctiores meliora probent. Nam si ad sententiam Viri doctissimi longe probabilissimam nolis confugere, hanc quoque de eius origine narrationem ad fabulae ingenium referendam esse, quo pacto te possis expedire non video. In ea tamen subsistam sententia.

§. 3.

Apuleii vitae uberior descriptio.

Itaque Lucius [1]) Apuleius natus erat sub Hadriano circiter annos 126—132, Madaurae civitate Africae in Numidiae Gaetuliaeque confinio [2]) sita, quae primum Syphacis erat oppidum, quo victo ad regem Masinissam munere populi Romani concessit ac deinceps, ut verbis utar Apuleii [3]), veteranorum militum novo conditu splendidissima erat colonia. Patrem ibi habuit duumvirum [4]) cunctis perfunctum honoribus, qui haud modicis perfruebatur divitiis, quum duobus quos habebat filiis vicies sestertium reliqueret [5]). Liberaliter educatus [6]) Carthaginemque missus ut in litteris eruditetur quas tum edoceri iuventus solebat, postquam prima ibi stipendia meruerat [7]), Athenas se contulit, ut quae inchoaverat philosophorum ac rhetorum scholis ad summam ibi perfectionem proveheret [8]).

Athenis relictis magna suscepit itinera [9]) summo discendi studio flagrans. Inter hanc vero peregrinationem pro temporis superstitione mysteriis initiatus

1) Lucii praenomen quamquam re vera ei fuisse certis veterum locis demonstrari nequit, in codd. tamen auctoritate persisto qui ubique id retinent. Hinc ad fabulam illud referri nolo, nec fortuitum esse puto, quod Apuleio et Lucio, fabulae personae, idem nomen est. Ex eo Metamorphosis finis melius intelligitur.

2) Apol. p. 445. *De patria mea quod eam sitam Numidiae et Getuliae in ipso confinio meis scriptis ostendi scis, quibus memet professus sum, cum Laltiano Avito V. C. praesente publice dissererem, Seminumidam et Semigaetulum.*

3) Apol. p. 447.

4) ibid. p. 447: *in qua colonia patrem habui loco principe duumviralem, cunctis honoribus perfunctum.* De duumvirali potestate in provinciis cf. dict. ad h. l. Noris Cenot. Pisan. Diss. II. Welser. Rer. Aug. Lib. II. Opp. 208. Brucker. Histor. Phil. II. p. 171.

5) Apol. p. 443: *quodsi haec exempla nihili putas ac me non ad causam agendam verum ad censum disserendum vocasti, ne quid tu rerum mearum nescias, si tamen nescis, profiteor mihi ac fratri meo relictum a patre HS. vicies paulo secus.*

6) Augustin. Epist. Cent. III. 138. §. 10. ed. nov. fratrum Gaum.: *Apuleius ... honesto patriae suae loco natus et liberaliter educatus magnaque praeditus eloquentia.*

7) cf. Florid. p. 86 et p. 91. quos locos supra descripsi §. 2. n. 6.

8) Apolog. p. 545: *Eo venit ad me Pontianus: nam fuerat mihi non ita pridem ante multos annos Athenis per quosdam communes amicos conciliatus et arto postea contubernio iunctus,* et Florid. p. 86. *et secta licet Athenis Atticis confirmata, tamen hic inchoata est;* p. 97. *ego et alias crateras Athenis hibi, poeticae commentam, geometricae limpidam, musicae dulcem, dialecticae austerulam.*

9) de Mund. p. 327: *vidi et ipse apud Hierapolin Phrygiae non adeo ardui montis vicinum latus nativi oris hiatu reseratum.* Huc referendum puto Florid. II. 15., quo Samon

Digitized by Google

est [10]), quae res quum summis patrimonii sumptibus iuncta esse soleret et ipsa itineris dispendia non admodum parva essent, in pauperiem haud mediocrem detrudebatur [11]): quo accessit quod diutinis studiis crebrisque largitionibus res familiaris erat imminuta [12]). Romam dein translatus [13]) linguae, cuius rudimenta tantum didicerat, summam dedit operam, ut publice caussas ageret [14])

insulam eiusque res notatu dignissimas tam accurate ac tam vividis coloribus ille describit, ut ipsum eas vidisse verisimile sit; cf. Met. XI. p. 813. *Nam et viriculas patrimonii peregrinationis attriverant impensae.* Ut ea itinera hoc ipso tempore ab Apuleio suscepta esse statuam, coniectura tantummodo satis probabili inducor, quum nullum aliud commodum eius vitae tempus excogitari queat nisi post matrimonium cum Pudentilla factum ponere ea malueris. Hoc tamen mihi quidem minus placet. Certe Graeciam iuvenem eum peragrasse pro certo affirmari licet, quum plerisque in Graecia mysteriis se initiatum fuisse in oratione ipse profiteatur, quam paulo post quam matrimonium cum Pudentilla iuerat, habere coactus est, ut a magiae suspicione se defenderet. Quo anno hanc Apologiam habitam esse ponam vide §. 1.

10) Apol. p. 517: *Sacrorum pleraque initia in Graecia participavi: eorum quaedam signa et monumenta tradita mihi a sacerdotibus sedulo conservo. Nihil insolitum nihil incognitum dico, vel unius Liberi patris mystae qui adestis scitis, quid domi conditum celetis ... At ego, ut dixi, multiuga sacra et plurimos ritus et varias cerimonias studio veri et officio erga deos didici.* In Isidis, Osiridis et Serapidis sacris eum initiatum fuisse, ex libro Met. XI. cognoscitur.

11) Met. XI. p. 813: *Nam et viriculas patrimonii peregrinationis attriverant impensae et erogationes urbicae pristinis illis provincialibus antistabant;* et p. 812. *Nam sibi vivus est quiete proxima, dum magno deo coronas exaptat et de eius ore quo singulorum fata dictat audisse, milti sibi Madaurensem sed admodum pauperem.*

12) Apol. p. 443. *idque* (patrimonium) *a me longa peregrinatione et diutinis studiis et crebris liberalitatibus modice imminutum. Nam et amicorum plerisque opem tuli et magistris plurimis gratium retuli, quorumdam etiam filias dote auxi.*

13) Met. XI. p. 808: *diu denique gratiarum gerendarum sermone prolixo commoratus tandem digredior et recta patrium larem revisurus meum post aliquam multum temporis contendo pauculisque post diebus deae potentis instinctu, raptim constrictis sarcinulis nave conscensa Romam versus profectionem dirigo, tutusque prosperitate ventorum ferentium Augusti portum celerrime ac dehinc carpento pervolaci vesperaque quam dies intequebatur iduum Decembrium sacrosanctam istam civitatem accedo;* Florid. p. 77: *ad hoc ita semper ab ineunte aevo bonas artes sedulo colui eamque existimationem morum ac studiorum tum in provincia vestra tum etiam Romae penes amicos tuos quaesisse me, tute ipse locupletissimus testis es.*

14) Met. XI. p. 814: *quae res summum peregrinationis meae tribuebat solatium nec minus etiam victum uberiorem subministrabat, quidni? spiritu faventis Eventus quaesticulo forensi nutrito per patrocinia sermonis Romani;* ibid. p. 816. *nec hercules laborum me sumtuumque quicquam tamen poenituit, quidni? liberali deum providentia iam stipendiis forensibus bellule folum;* et p. 817: (Osiris) *per quietem recipere visus est, quam nunc incontanter in foro redderem patrocinia nec extimescerem malevolorum disseminationes, quas studiorum meorum laboriosa doctrina ibi disseruerat.* Postea quoque caussas publice agere Apuleium non desisse probat locus Apol. p. 378. *Nam, ut meminisli, dies abhinc quintus an sextus est, cum me caussam pro uxore mea Pudentilla adversus Graniou agere aggressum .... incessere maledictis.* Satis magna eloquentiae gloria floruisse Apuleium Augustin. testatur Epist. I. *magnaque praeditus eloquentia.* Ipse multis locis hanc dicendi facultatem indigitat, ut Apol. p. 377. *quod mihi copia et facultas te iudice obtigit purgandae apud imperitos philosophiae;* et p. 390. *de eloquentia vero si qua mihi fuisset, neque mirum neque invidiosum deberet videri, si ab ineunte aevo suis studiis litterarum ex summis viribus deditus omnibus aliis spretis voluptatibus ad hoc aevi haud sciam anne super omnes homines impenso labore diu noctuque cum despectu et dispendio bonae valetudinis eam quaesissem;* Florid. p. 61. *qua moderatione videor ab omnibus tuis antecessoribus haud minus opportuni silentii laudem quam tempestivae vocis testimonium consecutus;* Florid. p. 38. *ac praedicabili tuo* (proconsulis) *testimonio ad omnem nostram Camoenam frui! non hercule penuria laudis, quae mihi dudum integra et florens per omnes antecessores tuos ad te reservata est;* et p. 77. *Nam et quantulumcunque ingenium meum iampridem pro captu suo hominibus notius est, quam ut indigeat novae commendationis.* Quanta fuerit ingenii ubertate et dicendi copia, hinc potest effici, quod subito saepius orationes diversissimis locis habuit, quod pluribus infra demonstrabo; nec raro publice disceptavit cf. Florid. p. 86. *et qui penes extraneos saepenumero disceptavi:* Apol. p. 446. *cum praesente Lolliano Avito V. C. publice dissererem;* p. 517. *abhinc ferme triennium est, quum primis diebus quibus Oeam veneram, publice dissererem de Aesculapii maiestate ... Ea disputatio celebratissima est, vulgo legitur, in omnium manibus versatur, non tam facundia mea quam mentione Aesculapii religiosis Oeensibus commendata;* p. 547. *dissero aliquid postulantibus*

BIBLIOTECA ROMANA GIUSEPPE MANUELI

Digitized by

non sine magna eloquentiae laude invidiaque malevolorum. Romae Osiridis et Serapidis [15]) sacris initiatus e mysteriorum inferiore loco in collegium pastophorum et inter ipsos decurionum quinquennales electus est [16]).

Inde in patriam redux diutius ibi commoratus videtur esse, quum, ut ipse testis est, eadem patris munia administraret [17]), dissentiente Augustino [18]), qui nullis eum honoribus perfunctum esse contendit. Per itinera quae in vicinas regiones suscepit, Alexandriam profecturus [19]) in civitatem Oeam delatus est, ubi per aliquot dies versatus amicitiam renovavit, quam cum Pontiano, Pudentillae viduae satis divitis filio, Athenis iam inierat. Tres fere annos ibi commoratus [20]) et a Pudentilla matrimonio petitus hanc sibi prosperam condicionem non repudiavit: itaque iuvenis cum uxore quadraginta annos nata [21]) nuptias fecit. Qua re irati Pudentillae affines magiae eum accusabant, quo crimine notissima illa oratione se liberavit, cuius publicae litis actionem infra accuratius exponam. Eum vero insidiis adversariorum commotum Oea statim relicta Carthaginem migrasse probabile est, ubi per omnem aetatem videtur vixisse. Tanta ibi floruit eloquentiae laude, ut cui publice statua poneretur Carthaginienses dignum eum iudicarent [22]), quem honorem et Oeae [23]) et aliis urbibus [24]) ad-

amicis publice, omnes qui aderant ingenti celebritate basilicam ... complentes inter alia pleraque congruentissima voce insigniter acclamant, petentes ut remanerem, fierem civis Oeensium.

15) cf. Met. XI. p. 810 sqq. et 813. *insuper etiam de Serapis principalis dei nocturnis orgiis illustratus*, quomodo equidem cum ceteris lego, quamquam codd. vehementissime in scriptura loci fluctuant.

16) Met. XI. p. 817. *Ac ne sacris suis gregi cetero permixtus deservirem, in collegium me pastophorum suorum, immo inter ipsos decurionum quinquennales adlegit.*

17) Apol. p. 447. *in qua colonia patrem habui loco principe duumviralem cunctis honoribus perfunctum, cuius ego locum in illa republica, exinde ut curiam participare coepi, nequaquam degener, pari apero honore et existimatione tueor.*

18) Augustin. Epist. I.: *Apuleius ... non dico ad regnum sed nec ad aliquam quidem iudiciariam potestatem cum omnibus suis magicis artibus potuit pervenire.* Hanc manifestam dissensionem ita componi posse existimo, si censeamus, Augustinum de iis tantum rebus certiorem factum fuisse, quae ad Apuleium pertinebant, dum ille Carthagini viveret, ceteras autem quae ad priora tempora spectabant omnino ignorasse. Ita Augustini verba Apulei condicionem describunt, quoad ille Carthagini degeret, nec improbabile est eum a negotiis publicis se removisse ad otiumque perfugisse, quippe qui philosophiae quam maxime deditus, postquam hominum invidiam et malevolentiam subierat, in solo litterarum studio hominis felicitatem inesse certam intellexisset. Haec sententia eo magis comprobatur, quod eius dignitas et honores vel ipsos accusatores effugiebant, quod ex Apulei verbis p. 447. *cur ergo illa protuli* etc. et ex ipsa adversariorum accusatione, qui patriam ei exprobraverant, videndum est.

19) Apol. p. 545: *quum in hoc statu res esset inter procationem matris et metum filii furiens an fato ego advenio pergens Alexandream ... Hiems anni erat. Ego ex fatigatione itineris advectus apud Appios scitos amicos meos ... aliquam multis diebus decumbo. Eo venit ad me Pontianus; nam fuerat mihi non ita pridem ante multos annos Athenis per quosdam communes amicos conciliatus .... Multis etiam precibus meis ab Appiis aufert, ut ad sese in domum matris suae transferar .... Haec omnia adnixus impenso studio persuadet; matrem suam summque fratrem puerum istum mihi commendat: nonnihil a me in communibus studiis adiuvantur: augetur oppido familiaritas.*

20) Apol. p. 517. *sed abhinc ferme triennium est, quum primis diebus quibus Oeam veneram...*

21) Apol. p. 578. *iube, Maxime, consules computari: nisi fallor, invenies nunc Pudentillae haud multo amplius quadragesimum annum aetatis ire.*

22) Florid. 16. p. 61. *priusquam vobis accipiam, principes Africae viri, gratias agere ob statuam, quam mihi praesenti honeste postulastis et absenti benigne decrevistis.* Pluribus de ea statua agit p. 70 sqq.

23) Augustin. Epist. I.: *et pro statua sibi apud Oeenses locanda, ex qua civitate habebat uxorem, adversus contradictionem quorundam civium litigaret.*

24) Florid. p. 73. *quin etiam commemoravit et alibi gentium et civitatium honores mihi statuarum et alios decretos;* et p. 76. *quid igitur superest ad statuae meae honorem nisi aeris pretium et artificis ministerium? quae mihi ne in mediocribus quidem civitatibus unquam defuere, ne ut Carthagini desint, ubi splendidissimus ordo etiam de rebus maioribus iudicare potius solet quam computare.*

Digitized by Google

eptum se esse narrat. Tanta apud omnes ei constitit auctoritas ac laus, ut, quod ipse indicat [25]), primum facundiae locum facillime tum teneret. Sacerdotio ibi functus est Aesculapii [26]) et munera edidit venatoresque vestivit [27]). Quo tamen tempore mortuus sit omnino latet. Tantum de Apuleii rebus compertum habemus. Effigies Apuleii extat, ubi promissa caesarie est depictus in Museo Capitolin. Rom. 1750. T. I. Tab. 1. cf. Klotzii Act. Litt. Vol. II. P. 1. p. 4. [28]).

Magna est hominum doctorum dissensio utrum ad Christianam religionem inclinaverit an adversarius ei Apuleius fuerit, quae quidem ex mea sententia plane futilis est, quum in neutram partem certum aliquod testimonium proferri liceat. Warbutonius in libro: *de div. Legat. Mosis* acerrimis christianae religionis inimicis eum adnumerat, eiusque contra Christianos odium et inimicitias confirmata et aucta esse audacter pronuntiat lite, quam ei intenderit Aemilianus, homo Christianus. Cui sententiae plane fictitiae et arbitrariae locum dedisse videntur verba Apuleii Apol. p. 518.: *Atque ego scio, nonnullos et cum primis Aemilianum istum facetiae sibi habere, res divinas deridere.. Nam ut audio partim Oeensium qui istum novere, nulli deo ad hoc aevi supplicavit, nullum templum frequentavit, si fanum aliquod praetereat nefas habet, adorandi gratia manum labris admovere. Iste vero nec diis rurationis qui eum pascunt ac vestiunt segetis ullas aut vitis aut gregis primitias impartit, nullum in villa eius delubrum situm, nullus locus aut lucus consecratus. Et quid ego de luco et delubro loquor? Negant vidisse se qui fuere unum saltem in finibus eius aut lapidem unctum aut ramum coronatum. Igitur agnomenta ei duo indita Charon .... sed alterum quod libentius audit, ob deorum contemptum Mezentius.* Sed recte Bosscha iam monuit, ab Apuleio homine fanatico et magicis superstitionibus addicto vix aliter Aemilianum potuisse describi, nec difficile est intellectu, cur in adversarii imagine delineanda omnem modum ille excesserit, quum ita tantum magiae suspicione purgare se posset, cuius ab homine insimulatus esset, deorum pertinaci spretore. Eo magis mirandum est, Bosscham Warbutonii coniecturam ut probabilem haudquaquam adspernari, etsi ut omni dubio carentem eam amplecti non ausus est. Nec minus commenticia et absurda est eorum sententia, qui iudices apud quos caussam dixit Christianos fuisse putarunt.

25) cf. supra adnot. 14.

26) Florid. p. 91. *Nunc quoque principium mihi apud vestras aures auspicatissimum ab Aesculapio deo capiam ... Eius dei hymnum graeco et latino carmine hic canam, iam illi a me dedicatum. Sum enim non ignotus illi sacricola nec recens cultor nec ingratus antistes.* Huc refero locum Florid. p. 76. *immo etiam donavit argumento suscepti sacerdotii, summum mihi Carthaginis honorem esse*, et Augustini verba Epist. l.: *An forte ista ut philosophus voluntate contempsit, cui sacerdos provinciae pro magno fuit*, cf. Iurel. ad Symmach. IV. 62.

27) Augustin. Epist. l.: *ut munera ederet venatoresque vestiret.*

28) Apuleium vultu fuisse satis decoro et formosum adversariorum evincit accusatio Apol. p. 386. *accusamus apud te philosophum formosum.* Ipse suam formam ita describit p. 388: *cui praeter formae mediocritatem continuatio etiam litterati laboris omnem gratiam corpore detergat, habitudinem tenuat, sucum exsorbat, colorem obliterat, vigorem debilitat. Capillus ipse, quem isti aperto mendacio ad lenocinium decoris promissum dixere, vides quam sit amoenus ac delicatus, horrore implexus atque impeditus, stuppeo tomento assimilis et inaequaliter hirtus et globosus et congestus, prorsum inenodabilis diutina incuria non modo comendi sed saltem expediendi et discriminandi.* Quum omnia quae in Metamorphosi leguntur ad fabulam pertinere existimem, a partibus eorum stare nequeo, qui Met. I. p. 76. sub Lucii imagine se ipsum delineasse Apuleium opinantur: *At Byrrhaena obtutum in me conversa: En, inquit, sanctissimae Salviae matris generosa probitas! sed et cetera corporis inextimabiliter ad regulam sunt congruentia, inenormis proceritas, suculenta gracilitas, rubor temperatus, flavum et ineffectatum capillitium, oculi caesii quidem sed vigiles et in aspectu micantes prorsus aquilino, os quoque verecundum floridum, spatiosus et immoditatus incessus.*

Digitized

Apuleium Christianam religionem cognovisse sunt qui probare studeant ex loco Met. IX. p. 620.: *tunc spretis atque calcatis divinis numinibus in vicem certae religionis mentita sacrilega praesumtione dei quem praedicaret unicum, confictis observationibus vacuis fallens omnes homines et miseram maritum decipiens*, ad quem locum vide adnot.

Ii vero qui propensum fuisse christianae religioni et philosophiae praecepta eius rationibus attemperare studuisse Apuleium censent, Platonicae philosophiae indolem minime perspexerunt. De religione Apulei liceat verbis uti Moshemii ad Cudworth. Syst. Intell. c. IV. §. 32. *„Quatenus ex eius cognoscitur Metamorphosibus, erat is ex eorum genere qui religionem populorum, invita licet ac reluctante veritate, ad philosophiae quam probabant praecepta studebant accommodare.“* Qui enim unum deum esse totius mundi rectorem et gubernatorem putavit ethnicorum, inter Christianos ideo referendum esse nego. Optime suam religionem Apuleius describit se omnium deorum sacerdotem nominans, Apol. p. 493.

CAPUT II.

DE APULEII SCRIPTIS.

§. 1.

De varietate dictionis Apuleianae.

Praeter Ruhnkenium (praef. ad Metam.) neminem adhuc deprehendi interpretum, qui quantum ad dictionem discriminis inter ipsos Apulei libros intercedat, lectores commonefecerit. Quod quamquam ille intellexit, caussas tamen aut reperire non potuit aut, id quod magis probatur propter summam viri doctrinam, addere omisit. Mihi vero accuratius libros perlegenti haec statim quaestio sese obtulit, cur in Metamorphosi auctor turgidum plane et conquisitum et ad taedium usque luxurians genus dicendi affectasset: qua quidem verborum copia nimiisque eloquendi ac fucatis illis pigmentis tanto lectorem fastidio affecit, ut nisi animus vivida imaginandi et speciosa describendi alliceretur ratione, librum statim e manibus deponeremus. Quodsi Floridâ praecipue tamen Apologiam ceterosque Apulei libros accuratissime perlectos cum Metamorphosi contuleris, unius eiusdemque esse scriptoris omnia vix tibi persuaseris. Nec multum abesse videtur quin sententiarum concinnitate, verborum elegantia, dictionis castitate ac splendore in iis Ciceronem assecutus sit: quo minus improbaveris Ruhnkenii iudicium, qui modo cum Cicerone modo cum Euandri matre Apuleium dixisse pronuntiet. Verumtamen accuratius hanc quaestionem expendenti haec constitit sententia, scriptorem meliora edoctum ut temporum suorum scribendi pravitatem verborumque illuderet vanissimum strepitum, hoc dicendi genus studiose affectasse. Quamquam huic sententiae obstat, quod Metamorphosis opus videtur esse tam perfectum omnibusque numeris absolutum, ut hoc consilium auctor omnino abscondere non potuerit. Itaque videndum num altera sen-

Digitized by Google

tentia sit probabilior. Metamorphosis enim, id quod statim demonstrabo, est primo quum Romae versaretur Apuleius tempore composita, ubi linguam cuius non plane erat ignarus latinam excoluit. Ea igitur est in his libris dicendi ratio, quam Carthagini iam adeptum esse eum iure possumus nobis sumere, quia haud ita multum ab eo, quod in Tertulliani, Cypriani, aliorum scriptis deprehenditur orationis genere distat. Omnes enim Afros constat antiqua quaeque affectasse, ut eam fere, quae in Metamorphosi est doctis hominibus Afris fuisse scribendi rationem haud immerito probaveris. Quod quomodo fieri potuerit, ab hoc loco alienum est exponere, quum ad Afrorum et ingenium et indolem haec quaestio pertineat. Si vero Apuleium saepius quam ceteros Afros hanc antiquitatem plane obsoletam sectatum fuisse apparet, minus dedita opera quaesitae affectationi hoc tribuo, qua sui temporis perversitatem corruptumque iudicium perstringere voluerit, quam iuvenili eius ingenio et quae in adolescentulis saepius observari potest, verborum insuitatorum captationi, qua orationem vividiorem reddi et exornari putant. Quantum enim etiam ceterorum Afrorum libri his archaismis quasi scateant, et quomodo pro sua quisque indole novis vocabulis linguam latinam ditare studuerint, neminem effugit, qui accuratius eorum scripta perscrutatus est. Nec desunt in ceteris quoque Apuleii libris, in Floridis, in Apologia, quae Africanae quam dicunt dictionis admonent. Quum vero accurata instructus linguae cognitione et quotidianis paene fori laboribus Romae exercitatus in patriam redlisset, id sibi genus scribendi comparaverat, quo in Apologia, Floridis usum eum esse intelligimus: ut gloriari liceret coram proconsule Romano hominibusque omni litterarum genere instructis: *Quis vestrum unum mihi soloecismum ignoverit? quis vel unam syllabam barbare pronuntiatam donaverit? quis incondita et vitiosa verba temere quasi delirantibus oborientia permiserit blaterare? quae tamen aliis facile sane meritissimo ignoscitis. Meum vero unum quodque dictum acriter examinatis, sedulo pensiculatis, ad lineam et limam certam redigitis, cum torno et cothurno iterum comparatis.* Qui talia de se ipso profiteri potuit, necessarium erat, pro sui temporis indole tantam sibi comparasse dictionis perfectionem, quam omnes admirarentur. Qui igitur in aliorum scriptis vitia condonabant docti Afri, tantam in Apuleii orationibus et libris sermonis elegantiam et munditiem invenire assueti erant, ut si quid peccasset, demirati essent. Nec negari potest, Apuleium, si cum ceteris Afris comparetur, omnium dictionis ubertate, venustate, elegantia et exquisito in verborum delectu iudicio longe esse praestantissimum, quae ille putandus est accurato veterum scriptorum studio sibi acquisivisse, etsi quae utpote Afro ei innata erant ingenium suum atque indolem abilcere tota non potuit.

A. DE METAMORPHOSI.

§. 2.

De tempore, quo Metamorphosis conscripta sit, expositio.

Inprimis Bosscha merult de scriptore suo, quod primus hanc de tempore, quo ille liber conscriptus sit, quaestionem investigavit, sed rem tam leviter persecutus est, ut ne ipse quidem in sententia acquievisse videatur (cf. de scriptis Apul. Tom. III. p. 511). Metamorphosin igitur post Apologiam ideo compositam esse putat, quod in hoc opere multa inventuri fuissent adversarii, quae magiae suspicionem non mediocriter augere potuissent. Invenem vero quum Romae versaretur Apuleium hoc opus perfecisse, hisce de caussis mihi comprobatur.

Digitized by

Primum enim si provectiore iam aetate compositae essent fabulae, extarent certe vestigia temporum eorum, quae Romanam habitationem sunt secuta. Nulla enim caussa excogitari potest, cur in libro ultimo narrationem Apuleius statim abruperit, nisi eo tempore confectam esse Metamorphosin statuas, quo ipse Romae degebat. Cui sententiae id opponi non licet, plura narrare e re Apuleii non fuisse, quippe qui mysteriorum tantummodo in vita humana vim ac potestatem, quam vel ipse expertus esset, describere sibi proposuisset, ideoque etiam Osiridis et Serapidis initia commemorasset. Nam cetera quoque in quibus initiatus erat mysteria eodem iure attingere debebat, quae puto ab eo omissa non fuisse si eorum eo tempore iam particeps fuisset, quia minoris momenti quam Isidis et Osiridis mysteria Aesculapii, Liberi, aliorum non sunt. Tum ipsam qua hac in urbe versabatur aetatem novissima libri pars aperte indicat: *Ac ne sacris suis gregi cetero permixtus deservirem, in collegium me pastophorum suorum, immo inter ipsos decurionum quinquennales adlegit. Rursus denique qua raso capite collegii vetustissimi et sub illis Sullae temporibus conditi non obumbrato vel obtecto calvitio sed quoquoversus obvio gaudens obibam.*

Dein quod magiam insano paene amore complectitur, quam eum evitasse, immo potius improbasse testatur locus Apol. p. 504. [1]), quum philosophiae studio ad meliorem vitae frugem revocaretur. Quae res ita videtur explicanda. Iuvenis quum in Graecia commoratus multorumque particeps factus sacrorum, superstitiosa quae tum viguit temporis ad magiam proclivitate accenderetur, opportunitas se obtulit ut quam intimis praecordiis concepisset sententiam his Metamorphosis libris consignaret. Denique ipsum quod his libris traditur argumentum iuvenis arguit lasciviam, qui lepidis nondum et libidinosis vitae voluptatibus se abdicasset: obscenitates igitur quae omnem honestatem maculant, tam laeto et fervido colore, tam aptis ad rem turpissimam verbis exornavit, ut ipsum auctorem oblectatione haec argumenta amplexum esse intelligatur. Praeterea in iuvenilem aetatem ea tantum conveniunt eius, qui in intimo voluptatum gremio facile ad rem tam spurcam tamque detestabilem delaberetur, neque vero in virum aetate iam provectiorem eundemque philosophum, qui gloriari non dubitaverit se omnium deum esse sacerdotem [2]), et nihil se unquam cogitasse, quod eloqui non auderet [3]).

Silentium vero, quo ipse auctor hoc suum opus ubique transigit, non est indicio, post ceteros id confectum esse libros; quod eum sine dubio earum, quae philosophum ac probum hominem dehonestant obscenitatum adeo puduit, ut eas in lucem emitti non pateretur. Iam quod Bosscha proposuit de tempore quo conscripta sit Metamorphosis, huic sic occurrere licet ut ponamus libros etiamtum in scriniis esse repositos, ut ad eos *provocare non possent adversarii.*

Ceterum etiamsi concedamus, non in scriniis repositos fuisse hos Apuleii libros, tamen mirandum non est, adversariorum notitiam eos fugisse, qui cum stultissimi omnisque et graecae et latinae litteraturae plane imperiti essent, tum Apuleii scripta omnino ignorarent plurima. Quam parum vero aliorum hominum eorumque doctorum auxilia in consilium isti vocaverint, a quibus, siquidem in lucem missa esset Metamorphosis, notitiam eius comparare sibi potuissent, ex totius accusationis stoliditate atque ineptiis aperte cognoscitur. De adversariorum ignorantia Apuleius saepius memorat; cf. p. 458: *tam rudis vos esse omnium litterarum.*

1) *Magia ista, quantum ego audio, res est legibus delegata, iam inde antiquitus duodecim Tabulis . . . interdicta. Igitur et occulta non minus, quam tetra et horribilis.*

2) Apol. p. 493. *An hariolis licet iocinora rimari, philosopho contemplari non licebit qui se scint omnium animalium haruspicem, omnium deum sacerdotem!*

3) Apol. p. 380.

omnium denique fabularum, ut ne fingere quidem possitis ista verisimiliter? p. 460: *Memorassem tibi etiam Theocriti paria et alia Homeri .... ni te dudum animadvertissem, Graecam Pudentillae epistolam legere nequivisse* p. 473. *disce nomina verum latina, quae propterea varie nominavi ut denuo instructus accuses;* p. 581. *Quid faciam tam rudibus, tam barbaris? Doceam rursum haec et multa plura aliâ in bibliothecis publicis apud clarissimos scriptores me legisse.* Hoc tamen de Metamorphosi silentium adversariorum non tam ex eorum ignorantia, quam inde explicandum esse, quod in lucem nondum hi libri fuerint editi, hinc mihi fit probabile, quod Apuleius contra lasciviae criminationem, cuius ex versiculis aliquot eum adversarii insimulaverant, tam audacter coram iudicibus et tot cuiuscunque generis et condicionis hominibus defendere se non potuisset, nisi Metamorphosin ab omnibus ignorari scivisset. His igitur argumentis Bosschae opinionem, post Apologiam compositam esse Metamorphosin non firmam esse evincitur, quum e contrario meam sententiam, iuvenis eam esse opusculum plura argumenta confirment.

His concessis iuvenem fuisse Apuleium, quippe qui ne quintum vicesimum quidem annum superasse potuerit, satis poterit probari, quum Roma relicta Madauram rediret, ubi per breve tempus versatus Oeam proficiscebatur, qua in urbe post triennium iuvenis, ut ipse profitetur, pro se dicebat, ut iam demonstratum est, vix annos duodetriginta vel triginta natus.

Quodsi Apuleium intra annum 126—132. natum esse mecum posueris, efficiuntur anni 151—157, intra quos Metamorphosis absoluta fuerit.

§. 3.

De caussis fabulae quae in Metamorphosi continetur.

Commemoratur a Photio Cod. CXXIX. Luciani libellus, qui *Λοῦκις ἢ ὄνος* inscribitur quique eandem quae in Metamorphosi Apuleiana tractatur fabulam continet. Si quidem Photio fides habenda, Lucius quidam Patrensis auctor erat argumenti, quamquam uter prius vixerit, Lucius an Lucianus, et uter ex alterius libro hauserit, in medio relinquit, coniecturis tantum ut Lucium maiorem habeat ductus. Quid Photium mirer quum vel nostra aetate qua lis facillime potest dirimi viri docti dubitent, immo sint qui aut Lucium extitisse praecise negent, ut Wielandius [1]), aut Apuleii fontes a Luciano repetant [2]). Sed ex Luciano repetere sua non poterat Apuleius, quum tota temporis ratio huic sententiae repugnet. Prius enim Apuleio, ut Reizius de vita Luciani dudum demonstravit, natus est Lucianus circiter annum 120 p. Chr., ut fere aequalis fuerit Apuleio. Ab iuvene vero intra annos 151—157 conscriptam esse Metamorphosin supra iam caussis comprobatum est. Atqui Lucianum constat eo potissimum tempore quo Athenis philosophandi caussa iam triginta vel plures annos natus, circiter 155—160 commorabatur, libros confecisse plurimos. Sed ut hunc librum prius confecerit, quo tandem modo notitiam eius sibi poterat Apuleius comparare, quum eo quo Lucianus in Gallia erat tempore Athenis versaretur? Hinc mihi probabile fit, Lucii Metamorphosin esse fontem, unde suam narrationem Madaurensis repetierit. Liceat nonnulla de Lucio addere. Conscripserat ille, teste Photio, Metamorphoses seu Transformationum narrationes varias, quae pura dictionis suavitate excelluere [3]), quarumque erat argumentum hominum in alios

1) Cf. versionem libri Lucianei. Omnia enim quae apud Photium leguntur sciolo nescio cui tribuit.

2) Cf. Pauly versionem opp. Lucian. IX. p. 1046. Tübing.

3) *Ἔστι τὴν φράσιν σαφὴς τε καὶ καθαρὸς καὶ φιλοζηλωτότατα.* Phot. Cod. CXXIX.

Digitized

transformationes animaliumque in homines et vice versa [4]). Scatebant tamen illae obscenitatibus [5]), ut non mirum sit, cur eae in Luciani et Apuleii libris repetitae sint. Constat dein nonnullas fuisse id genus Lucii narrationes per plures libros dispersas, quum quod Lucianus tractat argumentum Photio teste duos tantum Lucii libros amplectatur [6]). Nec mirationem facit, quod Apuleius eos tantum cum Luciano libros compilavit, quoniam ea quam uterque tractat narratio per illos erat diffusa, tertio vero libro alius rerum ordo progrediebatur.

Plane alia est de libro *Λούκιος ἢ ὄνος* dubitatio, utrum Luciani ingenio possit vindicari. Ducor fere omnium interpretum auctoritate, qui libellum ab Luciano abiudicant. Quo minus probabilis visa Lehmanni opinio [7]) Lucii librum apud nos circumferri, cuius nomen ob litterarum similitudinem facillime in Luciani transmigrare potuerit. Quid? Nonne Photii aetate integra restiterunt et Lucii scripta et Luciani epitome? Qua igitur ratione fieri poterat, ut haec tantummodo Lucii narrationum particula reservaretur, ceteri vero praeter hos duos libros cum Luciani epitome deperirent; quum multo probabilior sit sententia, totum periisse Lucii opusculum, narrationis vero quae fortasse totius libri erat potissima epitomen servatam esse? Neque est cur ad tam incredibilia fugiamus, quoniam Photius, homo non ita sobrii ac recti iudicii, quae temporum fuit credulitas, in auctore errare poterat constituendo erroremque posteris tradere. Est igitur alius ac Lucianus auctor Lucii habendus.

§. 4.

De consilio quod in Metamorphosi persecutus videatur Auctor. De Amore et Psyche fabulae explicatio.

Quum in fine et consilio quo Apuleius Metamorphosin conscripserit constituendo plurimi momenti videatur esse fabula, quae est de Amore et Psyche, summa cum arte contexta inde proficiscatur explicatio necesse est.

Primum diversissima sunt virorum doctorum de origine et caussis fabulae opiniones, quae quum nullis veterum testimoniis adiuventur et coniecturis tantum omnes nitantur, longum est hic repetere. Omnium optime hanc quaestionem absolvere studuit Baumgarten-Crusius [1]), qui postquam per longos rerum ambitus Platonicae philosophiae fundamenta in priorum philosophorum disciplinis posita esse demonstravit et quae Platonis de statu animae post mortem esset opinio, fusius illustravit, eam sententiam in medium protulit, fabulae Amoris et Psyches quasi semina in Platonis de anima placitis iacta esse; eam vero temporum decursu multis partibus exornatam et ab Apuleio ad saeculi ingenium et ipsius iudicium veri et pulcri deformatam, inquinatam, perversam, conturbatam esse pronuntiavit. Ille igitur ad mysteria fabulam pertinuisse negare videatur, id quod alii existimavere, quorum princeps facile est Berger. Thorlacius [2]) ad Bacchanalia et Priapeia transiisse cum iisque arctissime coniunctam esse fabulam ratus. Eorum sententiae non possum quin accedam ex mysteriorumque arcanis Apuleium hanc repetiisse infitiandum non est, quia ita tantum ratio, cur

4) *ὁ Λούκιος σπουδάζων τε καὶ πιστὰς νομίζων τὰς ἐξ ἀνθρώπων εἰς ἀλλήλους μεταμορφώσεις τάς τε ἐξ ἀλόγων εἰς ἀνθρώπους καὶ ἀνάπαλιν.* Ibid.

5) *γέμει ὁ λόγος πλασμάτων μὲν μυθικῶν ἀφύκτοποιίας δὲ αἰσχρᾶς.* Ibid.

6) *οἱ δέ γε πρῶτοι αὐτοῦ δύο λόγοι μόνον οἱ μετεγράψησαν Λουκίῳ ἐκ τοῦ Λουκιανοῦ λόγου ἢ ἐκ τῶν Λουκίου λόγων Λουκιανῷ.* Ibid.

7) Cf. praef. ad h. l.

1) In commentatione: *De Psyche fabula Platonica*, quae programmati Schol. Reg. Afranae Ann. MDCCCXXV. praefixa est.

2) In disquisitione: *Fabula de Psyche et Cupidine* inserta Prolusionibus et Opusculis Academicis Havniae 1836. p. 273 sqq.

his Metamorphoseon libris ut potissimam partem hunc mythum interposuerit intelligi potest. Sane otiosa mihi quidem videtur esse quaestio, in qua philosophorum doctrina quibusve poetarum carminibus primas radices haec fabula egerit, quum tota res ab eius explicatione pendeat, quae quam diversa sit, statim illustrabo, nec ab eorum stare possum opinione qui mythos omnes per philosophos in mysteria inducta esse proponunt, ut quae docti homines meris philosophorum placitis edocerentur, ea indoctioribus et a litterarum studio paulum remotis mysteriorum ceremoniis atque ritibus sensus externos moventibus tradita fuisse censeant. Mythos enim priscis temporibus excultos esse probabile est, quibus homines sensibus magis movebantur, et omnia ex externa rerum specie et forma repetebant, ita ut deorum quoque naturas et quodammodo vitas ceremoniis in sensum cadentibus repraesentarent. Hoc igitur aevo de Cupidinis et Psychae conciliatione fabula exorta fuerit, omnibus tamen suis partibus prout erat huius aetatis simplicitas, expedita et clara, qua animae cum corpore copulationem significarent. Postea pro temporum ingenio et cultura is mythus exornatus est, et quo magis mysteria ab externis istis obvolucris recedentia internam quasi vim et potestatem nacta sunt, fabulae quoque forma et externa species immutata est, ut ab rudibus istis elementis tam libera evaderet, qualis hodie extat apud Apuleium. At vero qui hinc coniecturam faciet, nihil ab Apuleio fabulae additum nihil detractum esse, in magnum ille errorem incidet, quum multa sint quae eius ingenium lepidissimum et vel in rebus seriis iocosum et festivum coarguant, ut ineptire videretur et qui omnia ab Apuleio inventa esse putaret et qui omnia ad mythum referret. Itaque in gremio tanquam mysteriorum haec fabula exorta et exculta est, ut Apuleium primum fuisse censeam, qui in Romanorum notitiam eam pertulerit, quia vix cogitari potest mythum tam iucundum animumque lectoris tenentem ab Ovidio non esse tractatum, quem eius temporibus iam extitisse ex veterum artificiis discitur. Nec mirum esse poterit, ab artificibus et pictoribus hanc fabulam plurimis sui partibus esse adumbratam, quod illi saepius in mysteriorum usum simulacra conficiebant et cum Thorlacio l. c. p. 388. puto, in mysticis sive anaglyptis sive picturis nonnisi quasdam mythi partes singulatim profanis ob oculos positas esse [3]). Apuleium primum fuisse, qui hunc mythum *Romanis* enarrasset, non sine consilio protuli, quod si Fulgentio Mythol. III. 6. fides habenda est, Aristophontes Athenaeus eundem exposuit, qui utrum prius Apuleio an post eum vixerit prorsus ignotum est.

Ex tota igitur quam institui disputatione hoc pro certo colligi posse videtur, singulas mythi partes et quasi fundamenta Graecis deberi, omnem vero expositionem et descriptionem ab ingenio Apuleii proficisci. Haec enim ex multis apertissime cognoscuntur, quae ab Africano auctore addita esse clamant, ut locis, ubi Mercurius metarum Martiarum [cf. Met. p. 395.], ubi Iupiter legis Iuliae [cf. ibid. p. 424.] facit mentionem, ubi oscula a Venere danda praemium constituuntur eius qui Psychen frustra diu quaesitam reduxerit, praeterea alia, in quibus aevo suoque ingenio Apuleius indulsisse putandus est. Multa tamen alia, quae Thorlacius p. 337. ad eundem numerum refert, ut famula Veneris Consuetudo, et Sobrietas ei inimica ad totum fabulae tenorem pertinere existimo, id quod pluribus infra exponam.

Postquam de fabulae origine et tractatione quae coniectura proferri potuerunt exposita sunt, ad sententiam licet progredi, quam subesse ei censendum

3) Optime ita Thorlacius Opusc. academ. T. I. p. 389: *Cum mythus*, inquit, *mysteriis diu ita peculiaris fuisset, ut aliquot tamen eius partes sive caelo sive penicillo ab artificibus exprimerentur, seculo secundo a scriptore quodam primum expositus est.*"

Digitized by Google

est: qua in re illustranda ne plurimus sim, eas tantum virorum doctorum sententias commemorabo, quae probabiles esse mihi videntur, ceteris omnibus neglectis quibus magis se ariolatos quam verum perscrutatos esse illi testificantur.

Agmen ducit Fulgentius l. c. qui tota fabula breviter enarrata hanc eius addit explicationem: *Is qui fabulam legerit, in nostra haec transeat, sciturus, quid sibi illorum falsitas sentire voluerit. Civitatem posuerunt in modum mundi, in qua regem et reginam velut deum et materiam posuerunt, quibus tres filias addunt, id est carnem, ultroneitatem, quam libertatem arbitrii dicimus, et animum: ψυχὴ enim graece anima dicitur, quam ideo iuniorem voluerunt, quod corpori iam facto postea inditam esse animam dicebant. Hanc igitur ideo pulcriorem, quod et a libertate superior et a carne nobilior; huic invidet Venus quasi libido, ad quam perdendam Cupidinem mittit. Sed quia cupido est boni et mali, cupiditas animam diligit et ei veluti in coniunctione miscetur: quam persuadet ne suam faciem videat id est cupiditatis delectamenta discat, unde et Adam quamvis videat, nudum se non videt, donec de concupiscentiae arbore comedit. Neve suis sororibus id est carni ac libertati de suae formae curiositate perdiscenda consentiat sed illarum compulsamento percita lucernam desub modio eiecit, id est desiderii flammam in pectore absconsam depalat visamque taliter dulcem amat ac diligit, quam igitur lucernae ebullitione dicitur incendisse, quia omnis cupiditas quantum diligitur, tantum ardescit et peccatricem suae carni configit maculam. Ergo quasi cupiditate nudata et potenti fortuna privatur et periculis iactatur et regia domo expellitur.*“

Montfaucon. Antiq. expl. T. I. p. 191: „cette fable qui a tout l'air d'un conte des Fées, est toute allegorique et marque les grands maux et les peines infinies, que la cupidité figurée par Cupidon cause à l'âme signifiée par Psyché.

Commentatores Musei quod dicitur le cabinet du duc d'Orleans T. I: Tous ces monumens bien anterieurs au temps d'Apulée ne representent jamais que l'union et les caresses de l'amour et de Psyche, ou Psyche tourmentée par l'Amour et beaucoup plus rarement l'Amour par Psyche, d'où nous croyons être en droit de conclure, que les incidents et les episodes de ce conte, qu'aucun artiste ancien n'a traités, bien qu'ils eussent été très favorables à l'art, appartiement uniquement à l'imagination d'Apulée et que primitivement cette fable ne designait autre chose, que l'union de l'âme et du corps ou plutôt l'empire des passions sur l'âme et tres rarement celui de l'âme sur les passions.

Eckhel. choix de pierres gravées du cabinet impérial des antiques à Vienne 1788: tous ces contes étant des allégories qui selon quelquesuns dénotent en général l'union, les caresses, les querelles des amans, selon d'autres l'empire des passions sur l'âme, dont Psyche est l'emblème et le pouvoir de l'âme sur les passions.

Manso in libro: *Versuche über einige Gegenstände aus der Mythologie der Griechen und Römer: „Die Geschichte Amors und Psyches ist nichts anderes als eine Allegorie in Platon's Geschmack. — Das Bild der menschlichen Seele, die durch Leiden und Unglück geläutert und so auf den Genuss reiner und ächter Freude vorbereitet, und für selbigen empfänglich gemacht wird.*“

Thorlacius libro cit. p. 367: Haec fabula symbolum fuit diu *tentatae* sed felici denique eventu compensatae *fidei coniugalis.* Feminae coniugi cum nomen mysticum imponendum esset, nullum commodius reperiri poterat quam Psychae, si quidem anima, dulcis anima, solitum erat blandimentum, quo uxores mariti compellabant... Velatum caput quod in artis monumentis saepe Psyche

Digitized by Google

habet recens nuptam rursus indigitat... De statuis et gemmis, in quibus certus est ad mythum nostrum respectus, etiam observamus, quod non solum explorationes quas subiit Psyche in fidei et patientiae specimen frequenter sistant sed et duplex cui muliebri victa curiositate succubuit, tentamen expresserint... et p. 339. Fabula ostendit, depingere autorem voluisse impedimenta coniugali plerumque fidei obiecta. Unde Psychae incipit malum, nisi ex nimia quae ipsi contigerat venustate? Contra ortam inde Veneris invidiam ne summa quidem virginis innocentia eam tueri poterat. Dum misera videbatur, accurrunt ad eam solandam sorores, sed eaedem vix aliquam eius felicitatem compererunt, cum ab amore sororio ad summam furoremque proximam malignitatem transirent, id quod in hoc sexu saepe fieri docet experientia. Vix simulationem muliebrem fidius vividiusque depictam reperies, quam in isto Apuleii loco. Alia omnia tentamina bene sustinuit Psyche, ubi vero de curiositate, ubi de pulcritudinis affectatione agebatur, tum communi sui sexus imbecillitate victa est. Vides igitur, ea Psychae pericula inprimis attigisse auctorem, unde feminae coniugium cogitanti naufragium maxime timendum?

Becker Augusteum, Dresdens antike Denkmäler enthaltend, p. 211. ita iudicat: *Apuleius, welcher uns die Fabel zuerst erzählt, lebte unter den Antoninen; aber mehrere Darstellungen in Marmor und auf Gemmen zeigen offenbar eine ältere Kunstperiode. Auch weiss die Kunstgeschichte nichts von den Aeltern und Schwestern der Psyche. Man sieht daraus, dass die schönste Fabel der Griechen in ein abentheuerliches Mährchen verwandelt ist. Aller Wahrscheinlichkeit nach stammte sie, wie Buonarotti zuerst vermuthet hat, aus den Mysterien der Venus und des Amor her. Diejenigen, die in denselben eingeweiht waren, durften nicht davon reden und hielten sehr gewissenhaft darüber. In den spätern Zeiten, wo man diese Mysterien vielleicht zu sehr profanirt und den Zweck derselben aus den Augen verloren hatte, oder wo man wenigstens leichtsinniger darüber zu denken anfing, erlaubten sich die Schriftsteller zuweilen Anspielungen und Mittheilungen, die ihren Zeitgenossen freilich verständlicher waren, als sie es uns sind. Aus obigen Gründen kam vermuthlich die Fabel von Amor und Psyche sehr spät ins Publikum, und vielleicht veranstaltete sie Apuleius, wenn er selbst ein Eingeweihter war und sie nicht durch Verrath erfahren hatte, mit Absicht. Die Kunstwerke, die sie behandeln, mussten übrigens zu seiner Zeit so häufig vorhanden sein, dass sich bei einiger Bekanntschaft mit andern Mysterien sehr leicht ein Mährchen daraus zusammensetzen liess; und Apuleius war, wie wir wissen, in den Mysterien der Isis eingeweiht. — Psyche erscheint also darin zuerst in ihrer Reinheit und Unschuld, weil sie aber selbige verscherzt, muss sie dafür leiden, bis sie endlich durch anhaltendes Bestreben, ihr Vergehen wieder gut zu machen, von neuem glücklich wird und selbst noch höheres Glück erreicht.“*

Bosscha de Scriptis Apuleii [T. III. p. 513.]: Hac fabula illicitis Veneris commerciis quibus ad omnem nequitiam rapi aequales suos videbat Apuleius, opponere voluit fidem coniugalem, quae quamvis multa saepe inveniat impedimenta, tamen aliquando felicem experitur eventum, deorum favore compensatur et homines ad immortalium deorum beatitudinem evehit.

Hirtii (in commentatione: Ueber die Fabel des Amor und der Psyche nach Denkmälern. Abhandlung. der historisch-philolog. Klasse der Königl. Preuss. Akademie der Wissensch. aus den Jahren 1812—1813. *Berlin*, 1816.) sententiam his verbis exposuit Baumgarten-Crusius l. c. p. 10.: Postquam de mysteriis Cupidinis, de cultu Cupidinis Thespiensis, de duplice Venere et duplice Cupidine, vulgari altero, corporei amoris auctore, altero coe-

lesti, omnium deorum antiquissimo et virtutis felicitatisque humanae auspice, docte exposuit, describi illa fabula existimavit animi humani conditionem et sortem; animum divinae originis, quamdiu corporis tamquam carcere contineatur, errori esse obnoxium, itaque multiplici exploratione et lustratione eum indigere, donec ad sublimiorem rerum cognitionem et verae voluptatis usum admittatur, nunc terrestri amore ad terrestria seduci, nunc coelesti ad aeternam divinae pulcritudinis speciem extolli, tandem victo turpi illo aemulo hunc divinum cum animo nuptias concelebrare.

Omnium optime de hac fabula egit Lange: *Ueber den Mythus von Amor und Psyche* (*Vermischte Reden und Schriften* 1832. p. 142.): *In den Schicksalen und Leiden der Psyche erkennen wir die tausendfältigen Prüfungen, durch welche die Seele hindurch muss, um endlich zur seligen Ruhe und zur Vereinigung mit der göttlichen Liebe zu gelangen. Streifen wir ab, was in der Fabel mährchenhafter, späterer Zusatz ist, und es tritt uns im Eros, dem allgewaltigen, der Genius entgegen, den man als den Weltschöpfer betrachtete, dem die Natur unterthan ist, der die Geister und die Herzen bindet; in Psyche die menschliche Seele, wie sie durch eigene Schuld, durch verderbliche Leidenschaft, Sinnlichkeit und Selbstsucht von jenem Verbande losgerissen, mit sich selbst entzweit, doch von Sehnsucht nach jenem höchsten Schönen, das nur in Gott ist, und ringend um jeden Preis nach dem höchsten Gute des innern, unvergänglichen Friedens duldet, arbeitet, leidet, zagt, hofft, verzweifelt, und durch alles dieses bewährt und geläutert eingeht in den Wohnsitz der ewigen Götter, zu himmlischer Verklärung.*

Enumeratis aliorum de hac fabula iudiciis, quorum refutationem hic locus non capit, ad meam sententiam statim progrediar, qua id assecutum me esse gaudeo, ut cum ultimo Metamorphosis libro fabulam arctissime connecterem. Quod priusquam aggredior, e re mea videtur esse ut singulas fabulae partes uti potero persequar et quae cuiuscunque interna quasi notio sit et consilium quoque modo cum totius fabulae tenore eae congruant, fusius illustrem: qua explicatione effici posse videtur, ut quae ad mythum necessario pertinuerint quaeque ab Apuleio adiecta sint melius secernantur.

Sorores quae Psychae fuisse dicuntur, cupiditates sunt turpes et inhonestae corporisque voluptates, quae externa sua tamquam specie gratae ac formosae et dulcedine sua allicientes describuntur, quaeque quum animae arctissime coniunctae sint et eandem cum ea sedem habere videantur [4]), eius sorores apte appellantur. Eae propter formae praestantiam a multis petitae beatas nuptias iam inierant cum viris tamen sua lascivitate et turpitudine dignis [5]).

Psyche pura est et incorrupta nec ulla labe contaminata anima, qualis prima et genuina sua forma e summi dei manibus prodiit, divina ac coelesti pulcritudine ac venustate praedita dearumque et ipsa similis, quia divinae originis est, unde a Venere, formositatis et cuiusque decoris dea, ista ei munditia et pulcritudo, quae *illicita* nuncupatur [6]) vehementer invidentur. Veneris partes pro fabulae interna notione mihi quidem non tanti videntur esse momenti, ut utra significetur *coelestis* an *terrena*, quaeque eius vis ac potestas sit fusius disquiratur, etsi suis se verbis ipsa indigitaverit Met. p. 303. *en rerum naturae parens, et elementorum origo initialis, orbis totius alma Venus.* Itaque pro fato mihi est Venus, sive pro vi illa superiore, quae vitas hominum regit et

4) cf. Met. IV. p. 309. *hi tres numero filiae forma conspicuae habuere sed maiores quidem natu quamvis gratissima specie* cett.

5) Met. IV. p. 310. *olim duae sorores quarum temperatam formositatem nulli diffamarunt populi proceis regibus desponsae iam beatas nuptias adeptae.*

6) Met. IV. p. 304. *iam faxo huius etiam ipsius illicitae formositatis paeniteat.*

animam ut purgetur et probetur cuiuscunque generis calamitatibus tentat et amore cum deo consociat. Illa enim naturae parens et elementorum origo initialis omnes deos et res mundanas suo arbitrio ac potestate tenet, et eadem est Isidi, quae talis ab Apuleio describitur [7]). Praeterea Venus ut Cupidinis mater ad totius fabulae copulationem plurimum contulisse videtur. Haec igitur Psyche, prout erat natura incorruptissima et origine augustissima, neque unquam petita est nec unquam concupivit, ita sublimis illa ac superior est, ut cupiditates nec accendat nec ipsa habeat [8]).

Cupido denique, etsi ab Apuleio totam fabulam magis ludicre et festiviter quippe tractante, tamquam puer lascivus et petulans designatur [9]), qualis in mysteriis ille minus intelligitur quam a vulgo imperito, coelestem potius atque divinum Amorem significat, qui purae et castae animae quodammodo innatus est, animos et mentes coniungens [10]). Attamen ne in fabula quidem ab terrestri, si ita dicere licet, Cupidine coelestis ille non satis accurate separatus videtur esse, quum vindicis iniuriae maternae partes hic habeat.

Donec anima pura ab libidinibus non stimulatur, beate vivit. eius tamen felicitatis prorsus inscia: sicubi vero leniter surgere illae incipiunt, desiderium ei obrepit seque derelictam et solitariam opinatur [11]), nec tamen quae ipsius sit condicio aperte intelligit, quamquam non terrenae quasi copulationi, sed divino consortio et immortalitati destinatam se esse praesagit, id quod Apollinis oraculo in fabula apte indicatum esse opinor. Summus igitur deus est [12]), in cuius manus anima traditur, quocum arctissime mulieris instar coniuncta est: summa perfruitur felicitate [13]), cuius tamen fontem aperte dignoscere nequit, divinae tantummodo naturae eam esse augurans, unde Amor ille maritus invisus ei semper erat, et manibus et auribus solis sentiebatur [14]).

Haec divina autem incredibilis felicitas animae ipsius culpa brevi tempore perturbatur et evertitur, quia a sororibus i. e. cupiditatibus commoveri se passa est, licet a marito ipso id est ab invisa et occulta voce admonita, ne sororibus

7) Met. XI. p. 754. *seu tu coelestis Venus quae primis rerum exordiis sexuum diversitatem generato amore sociasti, et aeterna sobole humano genere propagato nunc circumfluo Paphi sacrario coleris*, et p. 761. *rerum naturae parens, elementorum omnium domina, summa numinum ... prima caelitum, cuius numen unicum ..... nomine multiugo totus veneratur orbis ..... illic fluctuantes Cypriī Paphiam Venerem.* Hoc fato Psychen stimulari et exagitari indicant verba Met. VI. p. 360. *fati tamen saevitia subministrante.*

8) Haec sententia mihi videtur esse, quum Psyche pro dea coli et a nemine in matrimonium petita esse dicitur; cf. Met. IV. p. 300: *multi denique civium et advenae copiosi quos eximii spectaculi rumor studiosa celebritate congregabat, inaccessae formositatis admiratione stupidi et admoventes oribus suis dexteram ... ut ipsam prorsus deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur;* et p. 309. *Interea Psyche cum sua sibi perspicua pulchritudine nullum decoris sui fructum percipit. Spectatur ab omnibus, laudatur ab omnibus nec quisquam non rex non regius nec de plebe saltem cupiens eius nuptiarum petitor accedit. Mirantur quidem divinam speciem sed ut simulacrum fabre politum mirantur omnes.*

9) cf. Met. IV. p. 304. *et vocat confestim puerum suum pinnatum illum et satis temerarium, qui malis suis moribus contempta disciplina flammis et sagittis armatus per alienas domus nocte discurrens et omnium matrimonia corrumpens, impune committit tanta flagitia et nihil prorsus sani facit.*

10) Lange l. c. p. 142. *Es tritt uns in Eros dem allgewaltigen der Genius entgegen, den man als Weltschöpfer betrachtete, dem die Natur unterthan ist, der die Geister und die Herzen bindet.*

11) Met. IV. p. 310. *sed Psyche virgo vidua domi residens deflet desertam suam solitudinem aegra corporis, animi saucia et quamvis gentibus totis complacitam odit in se suam formositatem.*

12) Met. IV. p. 312. *nec speres generum mortali stirpe creatum, ... quo tremit ipse Iovis.*

13) Hoc indicatur apparatibus paene divinis, vocibus invisis, dulcibus symphoniis, quas Langius l. c. ita explicat p. 143: *Das Flötenspiel aber, womit dort Amor seine Geliebte erquickt, ist der reine Klang der Weltharmonie ... nur dem Ohre der Himmlischen hörbar.*"

14) V. p. 327. *praeter oculos et manibus et auribus sentiebatur.*

Digitized by

aditum ad se perpitteret, nam si ita fecisset, de sua et coniugis beatitudine actum esse [15]). Primum eius monitis invitissima obtemperat [16]), postea vero cupiditatibus modice iam inflammata non prius orare desinit, quam per famulum sorores staturum se esse maritus adnuit; vocisque eius dehortantis gravitatem blanditiis ac lenociniis devicit [17]), ita ut conscientiae sensum contra morsus consopivisse et tamquam indurasse eam appareat. En ecce irruunt cupiditates et blandimentis suis puram adhuc sed iam labantem de integritatis statu animam irretire student, nam pro natura sua maligna sorori eam felicitatem invidentes ac divitias, quarum partem et ipsae asportant, de hoc fortunarum et sanctitatis suggestu deiicere et ad suam depravationem detrahere nituntur, eo magis quod quae castae et simplicis animae est maiestas et elatio, eam pro superbia et ludibrio habent [18]). Quamquam multa de Psychae condicione quaerunt sorores, tamen de sua fortuna nimis sollicita per Zephyrum eas auferri iubet, i. e. nondum ita obtemperat cupiditatibus ut felicis sui status obliviscatur. Demuo per maritum commonefacta et de sua ipsius simplicitate admonita quae sororum pravitati nullomodo resistere possit, tamen libidine iam victa iterum pugnam imparem aggreditur. Iterum sorores apparent utque eo certius piam animam corrumpant multis lenociniis eam allicere et deligere student, matrem sobolis divinae plurimis laudibus efferendo [19]). Hac fallacia quae matris animum flectere poterat facillime decepta sororibus mariti formam interrogantibus, pro sua simplicitate plane aliud respondet quam quod prima dixerat, unde istae ne ipsam quidem certi quid de eo noscere suspicantur. Iterum dimissae tertium regrediuntur sorores et minis ac precibus eo perpellunt Psycham haesitantem, ut de forma mariti exploraturam se esse promittat; et consilium ei dant, quo optime fieri id possit. Hinc lucerna admota mariti faciem collustrat et eius pulchritudine tota capitur i. e. ex eo temporis momento quo divinae legi inobediens priorem sui statum anima abiicit, eius divinitatem et venustatem intelligit atque ita summo eius recuperandi desiderio continuo tenetur. Hinc lampadem cum aliis non ad mysteria retulerim sed symbolum esse duco, quo animam iudicatur percepisse, quo statu prius fuerit, antequam lapsa erat. Praestantissima est animi affectuum descriptio, quibus Psyche perculsa est antequam hoc

15) V. p. 328. *Psyche dulcissima et cara uxor exitiabile tibi periculum minatur fortuna saevior, quod observandum pressiore cautela censeo. Sorores iam tuae mortis opinione turbatae tuumque vestigium requirentes scopulum istum protinus aderunt. Quarum si quas forte lamentationes acceperis, neque respondeas, immo nec prospicias omnino. Ceterum mihi quidem gravissimum dolorem, tibi vero summum ereabis exitium.*

16) V. p. 328. *sed eo simul cum nocte dilapso diem lacrimis ac plangoribus miscella consumit, se nunc maxime periisse iterans, quae beati carceris custodia septa et humanae conversationis colloquio viduata nec sororibus quidem suis de se moerentibus opem salutarem ferre ac ne videre eas quidem omnino posset. Nec lavacro nec ulla denique refectione recreata fletus ubertim decessit ad somnum.*

17) V. p. 330. *tunc illa precibus et dum se morituram comminatur extorquet a marito, cupitis annuat ... Sed identidem monuit ac saepe terruit, ne quando sororum perniciosa consilio suasa de forma mariti quaerat neve se sacrilega curiositate de tanto fortunarum suggestu pessum deiiciat ... Et inprimens oscula suasoria et ingerens verba mulcentia et inserens membra cohibentia his etiam blanditiis adstruit: mi mellite, mi marite, tuae Psyches dulcis anima.*

18) V. p. 334. *lavacro pulcerrimo reficit .... ut illarum prorsus coelestium divitiarum copiis affluentibus satiatae iam praecordiis penitis satiarent invidiam ...* p. 338. *iamiam sursum respicit* (Psyche) *et deam spirat ...* p. 340. *Eminvero ego nequeo sustinere ulterius tam beatam fortunam collapsam indignae. Recordare enim quam superbe quam arroganter nobiscum egerit et ipsa iactatione immodicae ostentationis tumentem suum prodiderit animum.*

19) V. p. 347: *complexaeque praedam suam sorores nomine mentientes thesaurumque penitus abditae fraudis vultu laeto tegentes sic adulant: Psyche non ita ut pridie parvula et ipsa iam mater es. Quantum putas boni nobis in ista geris perula? quantis gaudiis totam domum nostram hilarabis? O nos beatas quas infantis aurei nutrimenta lactabunt; qui si parentum ut oportet pulcritudini respondent, prorsus Cupido nascetur.*

a se impetrare potuit, ut contra mariti dilectissimi praeceptum peccaret [20]). Hac tota igitur narratione expositum est, quibus modis vel purissima anima cupiditatibus devinci et ad infimum statum deiici possit.

Eros e somno excitatus depravatam animam summo commotus dolore derelinquit [21]): Psyche vero primum desperatione adducta in flumen praecipitem se dare constituit sed reiecta ab eo in Pana incidit, qui ipsi desperandum non esse spem facit, si amisso marito digne viveret [22]). Ita deorum consilio et ope servatur aegra et furiis quasi ob delictum agitata anima [23]).

Cupidinis gratiam priusquam sibi reconciliare studet, sorores i. e. cupiditates pessum dat et plane evertit eadem plane astutia, qua a virtute et Amore puro eam avocarant, quod libidinibus demum remotis homo in pristinam integritatem rediturum se esse sperare potest [24]). Hoc facto quem amiserat Cupidinem Psyche omnibus locis perquirit, summo desiderio vexata, quo eodem etiam Cupido tenetur qui omnia a matre sibi obiecta impedimenta vincit, ut lapsam animam foveat et sustentet [25]). Sub Veneris imagine quae de filii contumacia et levitate certior facta acerbissima ira inflammatur, fati intelligo saevitiam, quod nullis nec deorum quidem precibus sed summis tantum invisae animae poenis leniri potest. Priusquam igitur ad Venerem ipsam Psyche proficiscitur, in Cereris ac Iunonis tutelam se recipere conatur quae deae quomodo hic commemorari possint infra exponam. At ab utraque repudiata Veneri se sistit, ideoque fati se totam committit crudelitati; ab Consuetudine per capillos introducta a Venere iratissima primum diris excipitur [26]) et Sollicitudini et Tristitiae torquenda traditur i. e. summis conscientiae doloribus et contemtione, qua Venus in eam invehit, principio punitur. Tum in ancillae modum tractata turpissima negotia perficere cogitur et ita a summa qua prius fruebatur vitae fortuna ad infimum locum detruditur [27]). In opera satis fastidiosa a formicis deorum consilio adiuvatur et a Venere, quae operis adiutrices suspicatur, frustum cibarii panis proiectum accipit. Ab eo inde tempore gravissimae ei imponuntur

20) V. p. 359. *at Psyche relicta sola, nisi quod infestis furiis agitata sola non est, aestu pelagi similiter moerendo fluctuat et quamvis statuto consilio et obstinato animo iam tamen facinori manus admovens adhuc incerta consilii titubat multisque calamitatis suae distrahitur affectibus. Festinat, differt; audet, trepidat; diffidit, irascitur, et quod est ultimum in eodem corpore odit bestiam diligit maritum.*

21) V. p. 364. *deque alto eius cacumine sic eam graviter commotus affatur.*

22) V. p. 368. *ergo mihi ausculta nec rursus praecipitio vel ullo mortis arcessito te genere perimas. Luctum desine et pone moerorem, precibusque potius Cupidinem deorum maximum pereole et utpote adolescentem delicatum luxuriosumque blandis obsequiis promerere.*

23) Summi hi animae dolores ac tormenta sub corporeae aegritudinis imagine describuntur cf. Met. V. p. 367. *ab ipso titubante et saepius vacillante vestigio deque nimio pallore corporis et adsiduo spiritu, immo et ipsis moerentibus oculis tuis amore nimio laboras.*

24) cf. V. p. 368 sqq.

25) V. p. 370. *interim dum Psyche quaestioni Cupidinis intenta populos circuibat ... ille in thalamo matris iacens ingemebat;* VI. p. 382. *Interea Psyche variis iactabatur discursibus dies noctesque mariti vestigationibus inquieta, animo tanto cupidior, iratum licet si non uxoriis blanditiis lenire certe servilibus precibus propitiare;* VI. p. 422. *sed Cupido iam cicatrice solida revalescens nec diutinam suae Psyches absentiam tolerans per artissimam cubiculi quo cohibebatur elapsus fenestram ... Psychen accurrit suam.*

26) p. 397. *Iam enim excipiam te, ut bonam nurum condecet et: Ubi sunt, inquit, Sollicitudo atque Tristities, ancillae meae! Quibus introvocatis torquendam tradidit eam. At illae sequentes herile praeceptum Psychen miserlam flagellis afflictam et ceteris tormentis excruciatam iterum dominae conspectui reddunt.*

27) *Ancilla* ubique nominatur; hac appellatione eam excipit Consuetudo p. 396. *tandem, ancilla nequissima, dominam habere te scire coepisti* et p. 399. *His editis involat eam vestemque plurifariam dilaceat capilloque discisso et capite conquassato graviter affligit et accepto frumento et hordeo et milio et papavere et cicere et lente et faba commixtisque acervatim confusisque in unum grumulum sic ad illam: videris enim mihi tam deformis ancilla nullo alio sed tantum sedulo ministerio amatores tuos promereri.*

a Venere tentationes, quas omnes sine deorum auxilio vincere non potuisset. Primum lanam rabidissimis ovibus detractam reportare iubetur, quem laborem ope vocis divinae perficit [28]), tum ex fonte a draconibus custodito et fere inaccesso haustam per Iovis alitem aquam Veneri refert [29]), denique in Orcum ascendit ut in pyxide formositatis aliquid a Proserpina petitum conferat, in summis istis periculis ex turri edocta [30]). His gravissimis calamitatibus superatis iam redux facta humana qua est animi infirmitate victa pyxidem aperiendo ad mortem paene consopita est, sed Cupidinis auxilio in vitam revocata [31]) per Iovem ipsum praesentibus diis cum marito reconciliatur atque immortalitatem adipiscitur [32]).

Ut haec omnia denique comprehendam, totius fabulae sententia breviter ita potest constitui:

Psychen castam intelligo atque pudicam animam, qualem a summo numine profectam Plato iam disseruit. Cupido sive Eros coelestis ille est et sanctus amor qui pudicae ac purae insitus animae a natura est, unde eius nominatur maritus, quia artissimo naturae vinculo cum Psyche coniunctus est. Summam innocentiae et sanctitatis felicitatem quum Venus, qua fati repraesentatur violentia, ei invideat, mittuntur cupiditates turpes atque invidiae, sorores Psyches, quae corrumpere eam et ex felici castimoniae statu deiicere student. Earum dein illecebris allecta Psyche a recta via desciscit Amoremque castum violat, qui pennis ad coelum elatis moerens eam deserit. Tum delictorum conscientia excruciata et vehementi pristinae integritatis et felicitatis desiderio capta vitam finire miserrima cupit aliquantulum tamen retardata, quod se in gratiam redire posse cum deo spem concepit. Iam terra peragrata in summas proiecta miserias, extremis tandem poenis et periculis quibus adiuvatur ab Amore deo cuiuscunque boni fautore reconciliari potest cum marito i. e. in pristinum felicitatis ac integritatis statum redit et cum diis in aeternum coniungitur, ad coelum evecta, sedem suam ac domicilium.

His expositis quae sit huius fabulae indoles et cum ceteris in Metamorphosi enarratis coniunctio potest indagari. Temere per ingenii lusum, quod Paldami fuit indicium, interpolatam eam fuisse quisque negaverit, qui accuratius novissimum Metamorphosis librum cum ea contulerit: *nimirum in utroque loco summam patet totius operis et quasi medullam inesse, cetera vero obvolucra tantum et extrinsecus petita.* Apuleius enim, qui ex Graecia redux initiatus erat omnibus quorum tum viguit auctoritas mysteriis, animo ad superstitionem suae terrae propriam alioquin valde inclinans, et mystica temporis ratione philosophandi hoc in errore fanatico prae ceteris corroboratus librum studuit componere eum, quo civibus mysteriorum quibus ipse erat addictus praestantiam commendaret, quippe quae ad rectam vivendi cogitandique viam perducerent. Ideo aetatis suae mores aequaliumque summam depravationem tam horridis depinxit coloribus, ut animi torpore obsopiti ad meliorem frugem redirent. Cuius improbitatis medelam in eo tantum putabat esse positam, ut cives ad puriorem deorum cultum rerumque coelestium interiorem, quae in solis mysteriis tradebatur, intelligentiam se converterent, ab omnibus malis se liberatum iri in iis sperantes. Itaque fabulam narravit de anima, quae cum puro et vero amore, cum deo ipso, coniuncta postquam vitae illecebris et hominum malignitate ab vera vivendi et agendi via descivit, tum facinoribus cruciata, poenis tantum et purgatione cum deo in gratiam pofest redire. Hae vero purgationes ut notum est in solis mysteriis porrigi credebantur.

28) Met. VI. p. 402 sqq. 29) VI. p. 404 sqq. 30) VI. p. 411 sqq.
31) VI. p. 422. 32) VI. p. 423 sqq.

Digitized by Google

Cum mysteriorum cultu ac religione hanc fabulam arctissime coniunctam fuisse apertissime evincitur. Primum huc refero ternarii numeri continuam repetitionem, quem cum ubivis sanctum tum mysteriorum et religionum proprium fuisse constat; cf. ad Met. II. p. 141. ed. meae. Ter enim Psychen invisunt sorores, ter deorum opem frustra implorat, ter Veneri reddita castigatur, tres in terris labores exsequitur, tribus apud inferos illecebris feliciter resistit. „Cum bis (dicit Thorlac. p. 371.) ex nimia curiositate lapsa esset, cur tertium errorem non addiderit mythus, in proclivi est explicare. Nec tamen in terno numero tam apertum mysterii indicium quam in ipsis profectionibus posuerim. Cum ad terrendam Psychen, quae aquam ex Cocyti fonte petitum iverat, nunc saxum immani magnitudine, nunc vigiles dracones, nunc vocales aquas conspirasse, cum hos inprimis clamores ipsi oblatos fuisse lego Met. VI. p. 407: *discede, quid facis, vide quid agis, cave fuge, peribis*, videre mihi videor et audire hominem initiandum, per mysticos maeandros ductatum variaque terriculamenta quorum dramatica repraesentatio graves in eius animo aculeos relinquere deberet. In mythis antiquissimis nulla terrena virtus coelo digna visa fuit, nisi in regno quoque Plutonio explorata. Sic Hercules, sic Bacchus inter coelites referri meruere. Quid itaque mirum, si Psychae ambrosiam non gustare nisi edito utroque specimine permitteretur? "Eandem sententiam Lange l. c. p. 141 expressit: *Schon in der mährchenhaft eingekleideten und verbildeten Erzählung kündigt sich mehreres als mysterienartig an; z. B. die Wiederkehr der heiligen Drei .... Die gefährlichen Wanderungen und Prüfungen selbst durch die Schrecken der Unterwelt hindurch, erinnern nicht minder an ähnliche Gebräuche, Maschinerien, Decorationen oder Wirkungen. Apuleius erzählt diese Dinge, die man früher in den Schleier eines tiefen Geheimnisses eingehüllt hatte.*" In mysteriis omnibus talia terriculamenta initiandis ante oculos proposita esse, ut eorum constantiam animique fortitudinem explorarent et totius dramatis quodammodo sanctitatem et maiestatem adaugerent et religiosum timorem profano inculterent, satis notum est. Quod idem, ut uno exemplo illustretur de Mithriacis sacris observavit Nonius Collect. Hist. ad Greg. Nazianz. orat. in Iul. in Opp. Gregorii T. II. col. 501. 511. dicens qui vellet ea participare, multiplices explorationes vel potius tormenta nunc in aquis nunc per ignem nunc in solitudine et eiusmodi alia subiisse.

At non ad mysteria in universum hunc mythum pertinere patet, sed equidem cum mysteriis Isiacis potissimum eum coniunxisse Apuleium existimo. Quodsi demonstrari potest, id assequar ut quem inter totam Metamorphosin et hanc fabulam interesse puto, nexus apertissime restituatur. Primum per Cererem, Iunonem, Proserpinam ac Venerem, quae deae in hoc mytho saepius commemorantur, Isidem indicari probant verba Apulei Met. XI. 754, ubi Isidem Lucius alloquitur: *Regina coeli sive tu Ceres alma frugum parens originalis, quae repertu laetata filiae, vetustae glandis ferino remoto pabulo, miti commonstrato cibo nunc Eleusiniam glebam percolis, seu tu coelestis Venus, quae primis rerum exordiis sexuum diversitatem generato amore sociasti et aeterna sobole humano genere propagato, nunc circumfluo Paphi sacrario coleris... seu nocturnis ululatibus horrenda Proserpina, triformi facie larvales impetus comprimens terraeque claustra cohibens, lucos diversos inerrans vario cultu propitiaris*, et Met. XI. p. 761 sq. ubi Isis, *en adsum*, inquit, *tuis commota, Luci, precibus, rerum naturae parens, elementorum omnium domina, seculorum progenies initialis, summa numinum, regina Manium, prima coelitum, deorum dearumque facies uniformis, quae coeli, luminosa culmina, maris salubria flamina, inferum deplorata silentia nutibus meis dispenso ... Illic fluctuantes Cyprii Paphiam Venerem ... Siculi trilingues*

Stygiam Proserpinam, Eleusinii vetustam deam Cererem et Iunonem alii ... appellant, ad quem locum vide adnotata mea. Cererem vero in mytho ob mysteria quae ei erant celebratissima introduci ex verbis elucet Met. IV. p. 385, quae omnia ad Eleusinia spectant, uti in adnotatis meis comprobatum est: *Per ego te frugiferam tuam dexteram istam deprecor, per laetificas messium cerimonias, per secreta cistarum et per famulorum tuorum draconum pinnata curricula et glebae Siculae sulcamina et currum rapacem et terram tenacem et illuminarum Proserpinae nuptiarum demeacula et luminosarum filiae inventionum remeacula et cetera quae silentio tegit Eleusinis Atticae sacrarium*, unde Bosscha Cererem ad auxilium vocatam esse a Psyche perperam putavit, quia illa feminae coniugi potissimum imploranda fuisset, quod censuit ille ex mentione nuptiarum Proserpinae satis ostendi. Cur Iunonem vero Psyche imprecata sit, facile potest intelligi, quum gravida esset; ea enim est feminarum tutela promuba et luga; quocirca minus ob mysteriorum condicionem sed ob totius mythi ordinem et descriptionem istam deam memorari elucet. Alterum indicium mihi est asini claudi cum sene simili mentio Met. VI. p. 415. *Iamque confecta bona parte mortiferae viae continuaberis claudum asinum lignorum gerulum cum agasone simili*, quos quomodo in Tartarum transferre potuerit Apuleius perspici nequit, nisi ad Isidis religionem respiciatur, in cuius pompa *asinus* inducebatur *pinnis adglutinatis adambulans cuidam seni debili*, cf. Met. XI. p. 1011. et p. 1003 sq. ed. meae. Denique eaedem quae in mytho Psychae describuntur formidines in Isidis mysteria initiando superandae erant, cf. Met. p. 1073 ed. meae. Igitur audi sed crede quae vera sunt: *Accessi confinium mortis et calcato Proserpinae limine per omnia vectus elementa remeavi, nocte media vidi solem candido coruscantem lumine, deos inferos et deos superos accessi et adoravi de proxumo.*

His igitur comprobatis apparet Apuleium ultimum Metamorphosis librum addidisse, ut demonstraret civibus, quae vis mysteriorum esset in sceleribus purgandis: quum Lucius ille homo nequissimus, postquam sub forma asini extremas calamitates toleraverat, mysteriis deorum gratiam sibi reconciliaverit. *Quomodo igitur fieret, ut anima corrumperetur, poenis vero et lustrationibus ad meliorem frugem rediret, demonstravit Apuleius in mytho de Amore de Psyche; quomodo hae lustrationes possent parari ultimo libro: ita ut utriusque artissima sit cohaerentia.* Ut breviter omnia colligam: consilium erat auctoris vitam sui aevi describere scelestissimam, quibusque subsidiis meliores reddi possent homines demonstrare.

B. DE APOLOGIA.

§. 5.

Quum [1]) inter itinera, quae *Madaurae* versatus ad vicinas regiones Apuleius suscepit (cf. Cap. I. §. 3.), Alexandriam profecturus Oeam venisset, amicitiae foedus redintegravit [2]) quod prius iam Athenis cum Sicinio Pontiano inierat. Erat is Pudentillae filius, feminae satis divitis [3]) et per quatuordecim annos iam

1) Apol. p. 545. *quum in hoc statu res esset inter procationem matris et metum filii forte ne an fato ego advenio, pergens Alexandream.*

2) Apol. p. 545. *Eo venit ad me Pontianus, nam fuerat mihi non ita pridem ante multos annos Athenis per quosdam communes amicos conciliatus et arto postea contubernio intime iunctus.*

3) Apol. p. 544. *omnes illi fratrique divitiarum spes in facultatibus matris sitae erant. Avus medium reliquerat, mater H.S. XXXX. possidebat.*

Digitized by Google

viduae [4]), quae diutius medicis suadentibus [5]) alteras nuptias affectavit. Consilio [6]) cum filiis (alter enim erat Sicinius Pudens) communicato quum Pontianus qui tum Romae erat timere inciperet, ne per vitrici futuri nequitiam hauriretur patrimonium, matri tamen bene cuperet, ad Apuleium [7]) advertit animum, de cuius honestate sibi persuaserat, multisque precibus [8]) ut ad ipsum deverteret effecit. Celebrantur sponsalia; quo facto matrimonium iniit Pontianus cum virgine malis rumoribus notata [9]), cuius pater Rufinus, qui rebus suis plane exturbatus in divitiis generi solam salutis spem posuerat [10]). Pontianum commovit ut neglecta matris pietate nuptias cum Apuleio ineundas rescindere conaretur. Pudentilla vero, quae nec vi nec precibus eo ut divortium faceret cum Apuleio perduci poterat [11]), facillime filium marito auctore ad bonam frugem revocavit et Apuleius ipse litteras privigno Carthaginem dedit quibus impietatis crimine purgaretur ille proconsuli [12]) qui ea de re certior erat factus. Redux

4) Apol. p. 541. *Aemilia Pudentilla quae nunc mihi uxor est, ex quodam Sicinio Amico, quicum antea nupta fuerat, Pontianum et Pudentem filios genuit eosque pupillos relictos in potestate paterni avi per annos ferme quatuordecim memorabili pietate sedulo aluit. Non tamen libenter in ipso aetatis suae flore tam diu vidua, sed puerorum avus invitam eam conciliare studebat alteri filio suo Sicinio Claro eoque ceteros procos absterrebat; et praeterea minabatur, si extrario nupsisset, nihil se filiis eius ex paternis eorum bonis testamento relicturum. Quam condicionem quum obstinate propositam videret mulier sapiens et egregie pia, ne quid filiis suis eo nomine incommodaret, facit quidem tabulas nuptialis cum quo iubebatur, cum Sicinio Claro; verum enimvero vanis frustrationibus nuptias eludit, eoad dum puerorum avus fato concessit, relictis filiis eius heredibus.*

5) p. 542. *Mulier ... tot annis viduitatis sine culpa, sine fabula, adsuetudine coniugis torpens et diutino situ viscerum saucia, vitialis intimis uteri saepe ad extremum vitae discrimen obortis doloribus exanimabatur. Medici cum obstetricibus consentiebant penuria matrimonii morbum quaesitum, malum in dies augeri, aegritudinem ingravescere, dum aetatis aliquid supersit, nuptiis valetudinem medicandum.*

6) p. 543. *ceterum ipsa ea de re Pontiano suo Romam scripsit, etiam caussas consilii sui plene allegavit. Dixit illa omnia de valetudine* cett.

7) p. 544. *Pontianus acceptis litteris matris confestim Roma advolavit, metuens ne si quem avarum virum nacta esset, omnia, ut saepe fit, in mariti domum conferret ...* p. 546. *quippe etenim videbatur sibi peridoneum maritum matri reperisse, cui bono periculo totam domus fortunam concrederet.*

8) ibid. *multis etiam precibus meis ab Appiis aufert, ut ad sese in domum matris suae transferar, salubriorem mihi habitationem futuram; praeterea prospectum maris qui mihi gratissimus est liberius me ex ea fruiturum.*

9) p. 557. *Filia per adolescentulos ditioris invitamento matris suae nequiequam circumlata, quibusdam etiam procis ad experiundum permissa, nisi in facilitatem Pontiani incidisset, fortasse an adhuc vidua antequam nupta domi sedisset. Pontianus ei, multum quidem dehortantibus nobis, nuptiarum titulum faltum et imaginarium donavit* cett.

10) p. 555. *pater reliquit Rufino huic HS. XXX. devorandum. Tantum enim ad eum de bonis matris liberum venit, praeter quod ei uxor suis quotidianis dotibus quaesivit. Quae tamen omnia in paucis annis ita hic degulator studiose in ventrem condidit et omnimodis colluchinationibus dilapidavit, ut crederes metuere, ne quid habere ex fraude paterna diceretur;* p. 559. *infit generum obiurgare, quod matrem suam mihi desponderat, suadet, quam primum ex tanto periculo, dum licet, pedem referat; res matris ipse potius habeat, quam homini extrario sciens transmittat; ni ita faciat, iniicit scrupulum amanti adulescentulo veterator: minatur se filium abducturum.*

11) p. 559. *It* (Pontianus) *ad matrem verborum Rufini gerulus. Sed nequiequam tentata eius gravitate, ultro ipse levitatis et inconstantiae increpitus reportat ad socerum haud mollia: matri suae praeter ingenium placidissimum immobile iram quoque sua expostulatione accessisse, non mediocre pertinaciae alimentum. Respondisse eam denique non clam se esse, Rufini ex oratione secum expostulari: eo vel magis sibi auxilium mariti adversum eius desperatam avaritiam comparandum.*

12) p. 557. *matrem filiis reconciliavi, privignos meos primo hoc vitrici beneficio grandi pecunia auxi ... Venerat ad nos priusquam istam donationem mater perficeret cum dissimili isto fratre suo Pontianus, pedes nostros advolutus, veniam et oblicionem praeteritorum omnium postularat, flens et manus nostras osculabundus ac dicens poenitere quod Rufino et similibus auscultarit. Petit postea suppliciter uti se Lolliano quoque Acilo C. V. purgem ... quippe*

inter viam Pontianus morbo concessit naturae [13]). Cuius post mortem Rufino et Aemiliano Pudentillae leviro instigantibus per Siciniam Pudentem novae Apuleio insidiae struuntur [14]). Magiae enim accusatus coram Claudio Maximo proconsule Africae orationem habuit copiosissimam, qua et magiae crimine et aliis adversariorum accusationibus se liberavit.

Mirum est, quod omnes codd. a verbis p. 537. *Nunc tempus est ad epistolam Pudentillae praeverti* alteram Apologiae partem sive secundum quem nominant librum incipiunt. Hunc satis magnum errorem Augustini prae ceteris refutat auctoritas, qui de Civ. Dei VIII. 19. hanc Apologiam nominat *copiosissimam orationem*, unde unam eum cognovisse neque duas apparet. Deinde quis non videt totum orationis contextum una propositione contineri, uno epilogo claudi? Denique quae fuit caussa, in scribendo orationem dividendi, quam uno tenore apud proconsulem pronuntiasset? Hic vero error librariorum iude mea sententia exortus est, quod nimis longa videretur esse haec oratio, quam quae uno eodemque die ab uno homine pronuntiari potuisset, unde qui in eius longitudine offendebant librarii, in duas partes eam discernebant, atque vetustum fuisse hoc peccatum codd. evincit auctoritas, qui vetustissimi quique eo polluti sunt. Uti vero ab his verbis orationem distribuerent, ipse orationis tenor et descriptio locum praebuit, quia Apuleius iis quae minus ad fontem accusationis pertinebant adversariorum criminibus refutatis, ipsum caussae fundamentum altius repetit invidiamque solam iudicium ipsi et multa priora pericula vitae conflasse demonstrat. Ab ista arbitraria opinione pendet etiam eorum sententia, qui propter nimiam orationis longitudinem, ut Ciceronis contra Verrem orationes, Apologiam non pronuntiatam sed litteris tantummodo mandatam putant. Casaubonus quamquam eo argumento eam refutavit, ut multas hodie extare et Graecorum, et Romanorum orationes longiores affirmaret, nemo tamen fidem ei habebit qui ad longitudinem eas inter se comparaverit. Ego quoque existimem ea qua nunc legitur forma Apologiam ab Apuleio pronuntiatam non fuisse, sed ut Milonianam Ciceronis aliasque orationes partim tantummodo vel aliter prius compositam, postea demuo pertractatam et elimatius et politius conscriptam fuisse. Mirum enim foret, si Apuleius tantis verborum ambagibus et eleganti ut ita dicam loquacitate vanissimas adversariorum et ineptissimas criminationes, ut capillorum honestamentum, formositatem, utraque et graeca et latina lingua loquendi facultatem refutasset, quas omnes aut ne commemorari quidem aut breviter tantum attingi coram proconsule Romano et iudicibus eruditissimis par erat; ac quotiescunque Apologiam perlegi, eam suspicionem ab animo meo avertere non potui, etiam sequentes partes accuratius postea ab Apuleio elaboratas et pluribus locis auctas fuisse. Forsitan posterior, quam alteram nominant codd. orationis partem, ea qualis hodie extat, revera ab auctore est pronuntiata. Ad hanc sententiam confirmandam facere videatur Mss. fides, qui Apologiam non *orationem* sed *librum* omnes nuncupant, quem titulum si comprobari posset ab Apulei manu esse profectum, inde appareret, eam non orationem fuisse, qua se defenderet sed potius uberiorem caussae expositionem. Denique plurimi momenti

compererat ante paucos dies omnia me, ut acta erant ad eum perscripsisse. Id quoque a me impetrat.

13) p. 590. *quod utinam* (Pontianus) *incolumis Carthagine revertisset.*

14) p. 592. *Pontianus filiam Rufini male compertam non modo heredem non reliquit, sed ne honesto quidem legato impertivit .. Scripsit heredes tam hoc testamento quam priore quod lectum est matrem cum fratre; cui, ut vides, admodum puero eandem illam filiae suae machinam Rufinus admovet ac mulierem aliquam multo natu maiorem, nuperrime uxorem fratris, nisero puero obiicit et obsternit. At ille puellae meretricis blandimentis et lenonis patris illecturentis captus et possessus, exinde ut frater eius animam edidit, relicta matre ad patruum commigravit, quo facilius remotis nobis corpta perficerentur.*

videtur esse, id quod Scipio Gentilis ante me protulit, vix tres vel quatuor Apuleio dies integros fuisse, quibus hanc orationem conficere potuerit, quum ipse initio Apologiae p. 377. dicat: *quamquam istae calumniae ut prima specie graves ita ad difficultatem defensionis repentinae fuere? Nam, ut meministi, dies abhinc quintus an sextus est, cum me caussam pro uxore mea Pudentilla adversus Granios agere aggressum de composito nec opinantem patroni eius incessere maledictis et insimulare magicorum maleficiorum ac denique necis Pontiani privigni mei coepere. Quae ego cum intelligerem, non tam crimina iudicio quam obiectamenta iurgio prolata ultro eos ad accusandum crebris flagitationibus provocavi.* Itaque quamvis disertissimum fuisse Apuleium, ut qui ex tempore orationes habuerit, largiar, tamen vix credibile est, orationem tam longam et copiosam omnibusque suis numeris tam perfectam et absolutam litteris mandare eum potuisse. Praeterea in hac propositione id offensioni est, quod ab adversariis necis Pontiani insimulatum se esse dicit, quod crimen tota Apologia ne tetigit quidem, unde tamen non putaverim eam partem deperiisse sed ab eo ut prorsus absurdo nec ullo argumento comprobando istos recessisse verisimilius est.

De tempore quo habita sit oratio supra iam expositum est Cap. I. §. 4.

Atqui de loco dubitant interpretes. Sabratne vero pago iuridico nec Carthagini actam esse caussam probat Bosscha ad Apol. p. 525. his verbis: „Non me fugit, admissa lectione *Sabratae* falsum fieri, quod vulgo creditum est, orationem hanc ab Apuleio habitam fuisse Carthagini; sed hoc ipsum emendationem confirmat. Carthagini enim caussam suam non dixisse Apuleium colligas ex iis quae infra p. 590.[15]) leguntur. Proximum est ut de Oea cogitemus, sed nec hoc verum, uti et ex aliis locis suspicari possis et clarissime patet e proxime seqq.: *an hic Iunium Crassum Oeensem viderint.* p. 527. *idque Oeae nemini ignoratur;* et p. 534: *iussi curriculo iret aliquis et ex hospitio meo Mercuriolum afferret, quem mihi Saturninus iste Oeae fabricatus est.* Pronuntiavit itaque Apuleius orationem hanc in urbe, ubi *hospitium* non domum habuit, quo profectus erat ad caussam dicendam. Vicina oppida sunt Oea et Sabratu, Sabratae autem conventus iuridicus videtur fuisse.

C. DE FLORIDIS.

§. 6.

Ea est omnium fere interpretum sententia, Florida esse eclogarii nescio cuius excerpta, qui pulcerrimos ex omnibus Apuleii scriptis locos in lectorum usum collegerit, ad eclogarum modum compositos[1]). Oudendorpio placet sententia Maussaci, haec *ἀνθηρὰ χρήσιμα* esse ipsius Apuleii, more oratorum florida quaedam et exculta loquendi genera verborumque emblemata parata habentis, quibus uti possent, cum tempus dicendi veniebat adeoque et integras periodos, exordia, epilogos et omnigena dictionum schemata; cf. ad Harpocrat. p. 5. *Barthius*[2]) (Advers. XVI. 8. p. 834.) autem eo progressus est credulitatis, ut

15) Hoc loco Carthago urbs his commemoratur, unde Bosscha censuisse videtur, Apuleium si hac in urbe orationem habuisset, non nomen urbis sed potius *hic* vel *huc* dicturum fuisse.

1) Wower. primus erat qui sententiam proposuit, esse *ἀνθολογίας* seu *χρηστομαθίας*, quemadmodum Plin. Epist. III. 5. testatur avunculum suum reliquisse electorum commentarios unde et *eclogarii* apud Cic. ad Att. I. XVI. et *analectae* apud Senec. Epist. 27. Sic etiam *ἐκλογῶν* libros VI. reliquisse Melitonem Asianum refert D. Hieronymus, et *Flores* et *Deflorare* hoc sensu usurpari Cassiodoro aliisque eius aevi scriptoribus idem monet Wower.

2) Barthius pro sua iudicii temeritate sibi non constitit in sententia de Floridis concepta. Advers. VIII. 12. p. 389. haec profert: Videtur hic libellus eo fine a Prudentio scriptus, ut

ipsum auctorem e codice vetusto Fulgentium illum Planciadem eruerat, quia in eo a se Venetiis emto titulum Fulgentii Floridi invenit. Priori vero sententiae obstat, quod nulla ratione intelligitur, quomodo eclogarius tam stolide ac temere in his locis agere potuerit eligendis, qui nec rerum iucunditate nec dictione ita excellunt, ut qui memoriae tradantur digni sint. Aliter equidem de Floridis sentio.

Notum est his potissimum temporibus magnam fuisse rhetorum auctoritatem, qui ex more veterum sophistarum singulas urbes et regiones celeberrimas peragrantes de quolicunque argumento magno cum verborum strepitu et iactatione publicas habuerunt orationes, summa cum arte elaboratas [3]). Tales orationes fuisse Apulei Florida cum Cresollio (l. c. III. c. 10. p. 206.) constituimus, qui liberas fuisse materiae pompas sophistarum dicit et in eo potissimum delectatos esse rhetoras, ut id ad dicendum arriperent sibi argumentum, quod tum varie et mirabiliter, tum iucunda novitate et elegantissima copia tractari posse videretur. Inde subnatae sunt tam diversae inter sese materiae, ut nullus omnino rerum nexus intelligatur: quo temerarii confutantur illorum conatus, qui eas inter sese coniungere student. Qua vero ratione acciderit ut hae nobis servarentur Apulei declamationes argumenti varii, facillimum est demonstratu. Ipse enim Florid. p. 31. *quodcunque*, inquit, *ad vos protuli exceptum illico et lectum est*, unde summa floruisse tum eloquentiae laude Apuleium, ut omnia ab exceptoribus statim inter dicendum litteris consignarentur, coniectura possumus assequi. Quodsi mihi concesseris, mirum non est dictu, cur res quae nec argumento nec dictione excellunt splendidissima ad nostram aetatem pervenerint, quum ea quae ab notissimo huius temporis rhetore proferebantur, homines nollent interire, qua quidem explicatione omnes dubitationes lectorum animis possunt eximi.

Sunt igitur Florida, ut mea breviter colligam, declamationes, quas Apuleius huc illuc profectus ex rhetorum consuetudine diversis locis ostentabat. Longe vero plurimas Carthagini esse habitas in ipsis orationum vestigiis nititur ratio.

Casaubonus non quatuor Floridorum libros sed tres fuisse putabat initio Apologiae nec tamen caussas adtulit. Frustra Vincent. Contarenus in digerendo horum librorum ordine sudavit irritumque laborem insumsit Var. Lect. I. 4.

Temporis autem nonnulla tantum extant indicia. Commemorantur enim Caesares Florid. p. 40. M. Antoninus et Luc. Verus, qui anno 169 mortuus est, et Orfitus proconsul, de quo supra iam egimus (Cap. I. §. I.) Severianus vero, qui Florid. p. 40. commemoratur, idem videtur esse, qui sub fratrum imperio circa annum 162 Cappadociae praeses contra Parthos cecidit [4]).

Usu saepius venit, ut rhetor qui publice aliquid locuturus esset, imparatus ad id accederet, ut pote qui summam linguae volubilitatem promptique ingenii vim auditoribus vellet ostentare (cf. Cresoll. II. c. 11. p. 210—212). Dictionis quam dicunt subitarine exemplum est Apulei

insignioribus scripturae locis in breves titulos et capita versu redactis pro re incidente deinceps uti posset, et titulus *Amoeniorum* fortasse manavit videlicet ut ex multis amoenitatis in scriptionibus ergo excerptorum. Non aliter quam *Florida* Apulei, Vestii Valentis et nonnullorum aliorum velut loci quidam inscribuntur, quamvis hi excerpti ex maioribus operibus, illi tractationis uberioris gratia velut praefigurati et praelineati; et ibid. XXI. 16. p. 2412. „Libros istos (Marci Antonini) nequaquam ita ad nos pervenisse uti a sapientissimo principe scripta sunt, nihil attinet disputare. Omnes paginae decent modo *Floridae* esse locos insigniores, sententias illustriores et commentariis excerptos, quales defloratores Apulei habemus in iis, quae Florida eius inscribuntur.

3) Accuratissime haec explicantur a Cresollio in Theatr. Rhet. (Par. 1620.) l. 3. 4. qui de Sophistis huius aevi luculentissime disputat.

4) Lucian. Pseud. p. 435. 436. Tillemont. Hist. Imperat. II. p. 345.

D. DE DEO SOCRATIS

oratio cum Floridis accuratissime coniungenda, cuius argumentum in eo consistit, ut auctor explicet, quid Socrates voluerit tribuens sibi daemonem, qui eum a re male gerenda arceret. Deos enim esse dicit medioxumos sive medios qui inter terram atque coelum habitent, quum ex Platonis sententia inter homines atque deos propter horum summam perfectionem, illorum vero vitia necessario interesse putet gradum quendam numinum, quae media sint inter deos atque homines. Sed redeamus ad orationem.

Miror interpretes, qui contra omnium qui extant codicum auctoritatem ab novissimis Floridorum eclogis orationem seiungerent, quum Mstus. a Lindenbrogio collatus [5]) meliora eos docere posset. Is enim ante prima Fragm. 24. verba habet: Apuleii Madaur. de D. S. L. I. *incipit prolocutio, et* ad vocem Plato: *Narrationis exordium:* cui accedunt Cod. Harlemen. et Cuiac. secundus qui exhibent: *Explicit Prologus de D. S. Tractatus incipit.* Decepti enim sunt interpretes argumenti quod in prologo tractatur varietate. Hanc rem ita expedio. Invitatus erat, ut publice subito aliquid dissereret Apuleius, uti coniicere licet, ab amicis Carthaginiensibus, quod dicendi rudimentum ut excusaret apud auditores haec prolocutus est et cur ad id provocatus esset explicavit. Tritissimos fuisse apud rhetoras tales orationum prologos exemplis confirmat Cresoll. IV. c. 8. p. 414 seq. His concessis utrumque quod ultimo Floridorum loco legitur fragmentum et oratio ipsa artissime connectantur necessarium videtur. Neque est cur in principio orationis lacunam suspicentur Wowerius et alii, quum omnia sic disposita rite procedant.

Restat nunc, ut de suspicione quadam Stahrii [6]) moneam, qui mediam hanc orationem putat detruncatam esse. Extat enim incerti libri fragmentum, ab Isidoro Orig. VIII. c. 11. §. 100. p. 281. Lindem. Bosscha II. p 609. Apuleio adscriptum, quo explicatio fit vocabuli *Manium.* Stahrius id cum Colvio ad eum huius orationis locum delegat, ubi de Manibus, Lemuribus aliis id genus Daemonibus sermo est, quoniam nusquam alias aiunt eius vocis ab Apuleio fieri mentionem. Horum tamen ratio improbatur, quod nulla intelligitur caussa, cur in quocunque alio id fragmentum positum esse libro negemus, qui nostram non tulerit aetatem. Quanta enim est librorum deperditorum copia, quanta argumenti in mutilatis varietas! Nec exordium orationis cum aliis mancum esse dixerim.

E. DE DOGMATE PLATONIS LIBRI III.

§. 7.

Librorum transpositio quam instituit Oudendorpius cum Vulcanio et Scaligero, assentiente codice Florentino, ut de Mundo liber primus esset, quem exciperent libri de philosophia naturali et de philosophia morali, ideo videtur esse improbabilis, quod quae ratio intercedat inter librum de Mundo ceterosque de dogmate Platonis, non intelligitur. Dein p. 189. auctor ipse initium indicat se facturum esse a *naturali philosophia.* Quod vero Faustinum non primo, uti debebat, sed altero libro allocutus sit auctor, ita poterit explicari, ut non uno tenore omnes ab Apuleio libros scriptos esse ponas sed diverso inter sese tempore, ut alterum facillime Faustino potuerit mittere.

5) Item etiam Florent. 3. optimus Florida et de deo Socratis librum coniungit.
6) Stahr. in libro: *Aristoteles unter den Römern* p. 156.

Digitized by

Transgrediendum est ad tertium qui

περὶ Ἑρμηνείας

inscribitur librum, quem inter spurios refero, quamquam hoc contra omnium ceciderit exspectationem. Caussae quibus commoveor hae sunt:

Optimi enim qui reliquos habent libros et omnes omnino codices tertium hunc librum non praebent, si Nansii Msstos. *Leidensem*, *Carnotenses* duos exceperis, qui in reliquis constituendis aut nullius aut parvi sunt momenti. Huc accedit dictionis ieiunitas, regulae dein aridae et sine ullo ingenio compositae et ipsa totius libri designatio. Componere talia non poterat Apuleius, qui excellentissimus huius aetatis orator summaque erat philosophiae instructus scientia idemque Africanus, cuius fervidum ingenium floridamque dicendi rationem ne aridissimae quidem philosophiae occupatio ita poterat inducere. Redolent haec scholarum pulveres et grammatici languorem, qui discipulis ea tradidit ediscenda. Hoc fere modo conscripti sunt libri, quos ingenium tulit aevi quod dicunt medii.

Certissimum denique indicium ex ipso quod in libro tractatur argumento petitur, cf. de philos. natur. p. 189: „*Quae consulto ad utilitatem hominum vivendi et intelligendi et loquendi rationem Plato extulerit, hinc ordiemur. Nam quoniam tres partes philosophiae inter se primus obtinuit, nos quoque separatim dicemus de singulis.*“ Videmus igitur proposuisse sibi Apuleium ut quae graece Plato tractasset latinis ipse consignaret litteris. Atqui hunc servavit scribendi tenorem, ut in prioribus *de philosophia naturali et morali* libris accuratissime Platonis disciplinam sequeretur. Necessarium igitur erat ut, si vellet promissis stare suis, tertiam quoque philosophiae partem ex Platonis ratione conficeret. Quod tamen aliter cecidit. Videmus enim in tertio *περὶ Ἑρμηνείας* libro Aristotelis et Peripateticorum philosophiam eum esse amplexum, ratione Platonis non habita, (cf. Stahr. l. c. p. 157—160.), unde consectarium est, hoc scriptum ab Apuleio proficisci non potuisse.

Quamquam vero constituerat Apuleius, tertiam *de philosophia rationali* partem addere, perscriptam tamen eam esse nego; quod aliter quomodo hic liber exortus sit suppositicius intelligi nequit. Est autem ille libellus grammatici cuiusdam opus negligenter et imperite satis compositum, qui, quum hanc philosophiae partem omissam ab Apuleio videret stolide regressus ab ea quae in ceteris exponitur libris Platonica ratione, suam ea de re sententiam explanavit et maiorem huic opusculo paraturus auctoritatem Apuleii nomen dolose praefixit. Quod factum puto intra tertium et quartum saeculum p. Chr. n., quum Cassiodorus *) adscito Apuleii nomine verba ex hoc libro descripserit. Unde hoc ipso tempore deceptos iam esse lectorum animos ab illo fraudatore colligitur; qui dein error ad nostram usque aetatem invaluit, mire promotus ille atque auctus interpretum credulitate.

F. DE MUNDO LIBER.

§. 8.

Denique disserendum erit de libro, qui magnas creavit hominibus doctis molestias. Ex graeco enim libro, qui falso Aristoteli tribuitur [1]), eum esse translatum, satis trita est opinio. Ingeniose tamen Stahrius [2]) non interpreta-

*) Cassiodor. de dialectica (ed. Nievelt. Paris. 1589.) p. 397. Isidor. Orig. II. c. XXVIII. §. 22. p. 94. Lindem. Bosscha III. p. 530.

1) Cf. Stahr. l. c. p. 169. N. I.

2) Sententia iam ab Heumanno partim est proposita; cf. Interprett. ad Apul. de Mundo p. 255. „Heumannus (cf. Fabric. B. Gr. III. 5. 13.) Apuleium verum esse libri auctorem credit,

Digitized by Google

tionem suspicatur esse graeci operis Apuleii scriptum, sed ab ipso profectum, graeca vero latini libri conversionem. Qua sententia quum fraudis suspicionem Apuleius facillime subire possit, pluribus ea erit illustranda. Quas Stahrius protulit caussas, in hisce nituntur.

Primum enim miratur quod auctor *secutum* se esse dixerit *Aristotelem et Theophrastum* (cf. de Mundo p. 289.)[3]. At si accuratius in librorum fidem inquisivisset, cautius certe suam opinionem pronuntiasset. Desunt enim verba: *quare nos Aristotelem prudentissimum et doctissimum philosophorum* in optimis quibusque codicibus[4]), quae res totam rem plane convertit. Primum enim consectarium est, Apuleii auctoritatem, ad quam provocare solent, qui ab Aristotele hunc librum confectum esse affirmant, prorsus cadere, quum, quantum video, nullus praeterea extet apud Apuleium locus, ex quo Aristotelem de Mundo libri esse auctorem possit colligi. Deinde vero quam Stahrius cum aliis movebat dubitationem, ea tota reiicitur, quoniam ita a crimine fraudis Apuleius absolvitur, qui non Aristotelis se esse secutum dixerit disciplinam sed tantum Theophrasti. Hoc vero libere pronuntiare ille potuit, quod quae de ventis fulminibus aliis extat expositio, ex Theophrasto *περὶ πνευμάτων* libris[5]) desumpta esse queat. Hinc huius libri graeci cuius interpretationem dedit auctorem non nominavit, quippe qui omnibus satis notus. Itaque mihi comprobasse videor, Apuleium apertam fraudem, cuius Stahrius eum insimulare volebat, non commisisse, et totam de Aristotelis libro dissensionem in alium plane locum esse transpositam. Haec igitur verba quae in codicibus desunt ab librario addita esse puto, qui Aristotelis *περὶ κόσμου* librum cognoverat et mirabatur, qui Apuleius in hoc libro

Graecum vero textum esse versionem." Nunnes. Miscell. Observ. V. ff. p. 166. citat ab Oudend. p. 289. credit esse Posidonii Elementa Meteorologica et Heins. Oration. p. 533 sqq. dicit esse qui ex Apuleio putent Graecum et primo Arabicum factum. Stahr. p. 172.

3) *Quare nos Aristotelem prudentissimum et doctissimum philosophorum et Theophrastum auctorem secuti quantum possumus cogitatione contingere dicemus de omni hac coelesti ratione naturaque et officia complexi et cur et quemadmodum moveantur explicabimus.* Tota Stahrii ratiocinatio his verbis continetur p. 169. „*Man mag über Apuleius urtheilen wie man will, zweierlei wird man ihm zugestehen müssen: tüchtige Kenntniss der Aristot. Litteratur und ein unverächtliches Talent leichter Zusammenstellung. Zugegeben also, Apuleius hätte nach seiner Weise eine Uebersetzung einer ihm vorliegenden Aristotel. Schrift, wie die vorhandene ist, geben wollen, — wie wir ja auch aus der Apologie gesehen haben, dass er allerdings verschiedene Aristot. Schriften in dieser Weise bearbeitet hat, so sehe ich es doch für eine vollkommene Unmöglichkeit an, dass ein Mann von nicht ganz bornirtem Verstande, einigem Ehrgefühle, ein Mann endlich, dem die Form so wenig Schwierigkeiten machte wie Apuleius, selbst das Sendschreiben an seinen Freund (?) Faustinus, womit er seine Arbeit einleitet, fast Wort für Wort und nur mit den nöthigen Auslassungen und Veränderungen der Person, an welche das griechische gerichtet sein will, sollte gestohlen haben; ich begreife ferner nicht, wie der wörtliche Uebersetzer einer Schrift des Apuleius sagen konnte: dass er den vorliegenden Gegenstand nach besten Kräften zu entwickeln versuchen wolle und sich dabei nicht nur an den scharfsinnigsten und gelehrtesten Denker Aristoteles, sondern auch an Theophrastus zu halten gedenke. Die erste wie die letzte Versicherung werden zur leersten, unverschämtesten Lüge, wenn wir die darauf folgende Entwicklung für reine Uebersetzung halten müssen.... p. 172. Wir bekennen uns also kurzweg zu der freilich nicht neuen, sondern schon wiewohl flüchtigen und ohne Beweis von Heumann und andern hingeworfenen Ansicht, dass vielmehr das heutige griechische Original eine Uebersetzung sei und wir fügen hinzu: eine mit Plan und Absicht veränderte und ungestaltete Uebersetzung des Textes sei.*

4) Oudendorpii adnotatio critica haec est: Desunt haec in Vossiano utroque et Benedictino, nisi quod Vossianus alter habeat *qua* et Benedictinus *quare*. Hos vero optimos esse ad textum huius libri constituendum qui adhuc cogniti sunt codices, infra accuratius demonstrabo, ubi de Apuleii codd. singulorum auctoritate dicendum erit. Florentini vero codices et Fulviani duo, hic pessimae notae sunt, priores quia corruptos et interpolatos esse constat, posteriores quia pro more eius aevi a Fulvio partim tantum ac negligenter sunt collati.

5) cf. Diog. Laert. V. §. 43.

Digitized by

tantummodo Theophrasti neque Aristotelis disciplinam se amplexatum fuisse dicere potuisset. In ea sententia duo praeterea me confirmant, primum quod *auctorem* non *auctores* omnes omnino codd. praebent, qui pluralis necessarius erat, si Apuleius *Aristotelem* et *Theophrastum* iunctim nominasset; deinde quod additamentum: *prudentissimum et doctissimum philosophorum*, contra morem videtur esse Apuleii, qui Theophrasti nomini appositionem addere non omisisset. Lego igitur: *Quare etiam Theophrastum auctorem secuti* (i. e. praeter eum cuius interpretatio hic liber est auctorem.) Potissima igitur quam attulit Stahrius dubitatione refutata, quas praeterea nobis iniecit, nullo negotio eae tolli possunt. *Quantum possumus cogitatione adtingere* verba eo scrupulum iniecerunt Stahrio, quod qui ad verbum Aristotelis librum transtulisset Apuleius, interpretis tantum nec philosophantis et exponentis munus obiisset. Hoc vero additamento, si quid recte video, significare ille voluit, quam gravis ea res esset, in latinam linguam converti, quae tam subtiliter graece exposita essent; forsitan id ipsum coarguit, Apuleium eo tempore non ita fuisse exercitatum in rebus philosophis pertractandis, ut recte omnia se redditurum esse spem posset concipere. Idem de aliis dictis iudicandum est, ut p. 332. *ut possum de universitate dicam.*

Tertio denique loco hic liber Stahrio suspicionem fecit, quod Apuleius fieri non potuisset, ut totum Graeci libri exordium, quale Alexandro missum esset ad verbum convertisset et prooemii loco in Faustini manus tradidisset. Ille autem Faustinus Romanus sine dubio erat discipulus Apuleii [6]) quem Aristotelis (?) de mundo philosophiam cogniturus rogaverat, ut ipsi ut pote Romano haec latine interpretaretur. Quodsi probaveris, haec praefatio te non offendet, quoniam causas, cur haec potissimum philosophiae pars aggredienda sit, continet, unde eam quoque addendam putavit esse Apuleius, ne quid libri quem interpretaturus erat omitteret. Nunc ad ea argumenta progrediamur quibus Stahrius comprobare voluit, Apuleium non interpretis sed auctoris partes egisse, latinumque eius librum postea a Graeco quodam homine esse translatum [7]). Primum hoc monendum est, Stahrium rectius et verius de Apuleii libro iudicaturum fuisse, nisi hac praeoccupata opinione nimis obcoecatus fuisset, quum hoc intelligi liceat, Apuleium non tam accurate graecum librum convertere voluisse, ut singula verba exprimeret, sed id unice egisse ut sententias redderet. In ea re demonstranda, quam ne Stahrius quidem in dubitationem vocare possit, ne plurimus sim liceat prooemium describi graecum addita versione Budaei, quod utrumque si cum Apuleii interpretatione comparatum fuerit, quantum suum ipsius iudicium Apuleius secutus sit facile apparebit.

6) Mirum est quomodo Stahrius in eam incidere potuerit sententiam, ut amicum Apuleii illum Faustinum fuisse pronuntiaret p. 170., quum *filius* ab eo nominetur: de Philosophia morali, qui liber eidem inscriptus est, p. 219. *Moralis philosophiae caput est, Faustine fili.* Romanum fuisse filium Faustinum loci mihi comprobant p. 298. *ipsarum vero quae sunt in nostro mari digna memoratu Trinacria*; p. 326. *ut Vesuvius noster*; p. 366. *ad Minutiam frumentatam.*

7) p. 177. *Für die Autorschaft des Apuleius abgesehen von dem Stoffe, den er geradezu nicht nur aus dem Aristoteles sondern auch aus Theophrast entlehnt zu haben gesteht, sprechen mir zunächst alle directen, Individualität und selbstständige Darstellung andeutenden Aeusserungen, die im Griechischen ganz ausgelassen und verwischt sind. Dahin gehören Aeusserungen wie* p. 332. *verum ut possum de universitate quod sentio breviter absolvam.* p. 341. *quoquomodo possumus*; *und vieles Aehnliche.* p. 206. *nec sum nescius*, *worunter sogar sich Andeutungen finden, die darauf schliessen lassen, dass Apuleius die Schrift während seines Aufenthaltes zu Rom abgefasst haben mag; denn nur so ist es begreiflich, wie er dazu kommt, von einem Vesuvius noster zu reden, und aus diesem Umstande gewinnt auch die Erwähnung der Minutia frumentaria ihre Erklärung. An diese Bemerkungen knüpft sich eine nicht minder wichtige. Bei Apuleius findet sich nemlich da, wo er über die Winde redet eine lange Stelle aus Favorinus mitgetheilt ... wir finden in diesem Zusatze einen Beweis mehr dafür, dass seine Schrift keine Uebersetzung der vorhandenen griechischen sei.*

BUDAEI INTERPRETATIO.

Πολλάκις μὲν ἔμοιγε θεῖόν τε καὶ δαιμόνιον ὄντως χρῆμα ὦ Ἀλέξανδρε ἡ φιλοσοφία ἔδοξεν εἶναι μάλιστα δὲ ἐν οἷς μόνη διαφαμένη πρὸς τὴν τῶν ὅλων θέαν ἐσπούδασε γνῶναι τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν καὶ τῶν ἄλλων ταύτης ἀποστάντων διὰ τὸ ὕψος καὶ τὸ μέγεθος αὖτη τὸ πρᾶγμα οὐκ ἔδεισεν οὐδ' ἀνύτὴν τῶν καλλίστων ἀπηξίωσεν ἀλλὰ καὶ συγγενεστάτην ἑαυτῇ καὶ μάλιστα πρέπουσαν ἐνόμισεν εἶναι τὴν ἐκείνων μάθησιν. ἐπειδὴ γὰρ οὐχ οἷόν τε ἦν τῷ σώματι εἰς τὸν οὐράνιον ἀφικέσθαι τόπον καὶ τὴν γῆν ἐκλιπόντα τὸν οὐράνιον ἐκεῖνον χῶρον κατοπτεῦσαι, καθάπερ οἱ ἀνόητοί ποτε ἐπενόουν Ἀλωάδαι ἡ γοῦν ψυχὴ διὰ φιλοσοφίας λαβοῦσα ἡγεμόνα τὸν νοῦν ἐπεραιώθη καὶ ἐξεδήμησεν ἀκοπίαστόν τινα ὁδὸν εὑροῦσα καὶ τὰ πλεῖστον ἀλλήλων ἀφεστῶτα τοῖς τόποις τῇ διανοίᾳ συνεφρόντισε ῥᾳδίως οἶμαι τὰ συγγενῆ γνωρίσασα καὶ θείῳ ψυχῆς ὄμματι τὰ θεῖα καταλαβοῦσα, τοῖς τε ἀνθρώποις προφητεύουσα. τοῦτο δ' ἔπαθε, καθ' ὅσον οἷόν τε ἦν, πᾶσιν ἀφθόνως μεταδοῦναι βουληθεῖσα τῶν παρ' αὐτῇ τιμίων. διὸ καὶ τοὺς μετὰ σπουδῆς διαγράψαντας ἡμῖν ἑνὸς τόπου φύσιν ἢ μιᾶς σχῆμα πόλεως ἢ ποταμοῦ μέγεθος ἢ ὄρους κάλλος οἵά τινες ἤδη πεποιήκασι φράζοντες οἱ μὲν τὴν Ὄσσαν οἱ δὲ τὴν Νύσαν οἱ δὲ τὸ Κωρύκιον ἄντρον οἱ δὲ ὁτιοῦν ἔντυχε τῶν ἐπὶ μέρους οἰκτίσειεν ἄν τις τῆς μικροψυχίας τὰ τυχόντα ἐκπεπληγμένους καὶ μέγα φρονοῦντας ἐπὶ θεωρίᾳ μικρᾷ· τοῦτο δὲ πάσχουσι διὰ τὸ ἀθέατοι τῶν κρειττόνων εἶναι κόσμου λέγω καὶ τῶν ἐν κόσμῳ μεγίστων· οὐδέποτε γὰρ ἂν τούτοις γνησίως ἐπιστήσαντες ἐθαύμαζόν τι τῶν ἄλλων, ἀλλὰ πάντα αὐτοῖς τὰ ἄλλα μικρὰ κατεφαίνετο ἂν καὶ οὐδένος ἄξια πρὸς τὴν τούτων ὑπεροχήν· λέγωμεν δὴ ἡμεῖς καθ' ὅσον ἐφικτόν, θεολογῶμεν περὶ τούτων συμπάντων ὡς ἕκαστον ἔχει φύσεως καὶ θέσεως καὶ κινήσεως· πρέπειν δὲ οἶμαί γε καί σοι, ὅττι ἡγεμόνων ἀρίστῳ, τὴν τῶν μεγίστων ἱστορίαν μετιέναι φιλοσοφίᾳ τι μηδὲν μικρὸν ἐπινοεῖν, ἀλλὰ τοῖς τοιούτοις δώροις δεξιοῦσθαι τοὺς ἀρίστους.

Mihi quidem saepe divina quaedam res, Alexander, admirationeque digna visa est philosophia, praecipue vero ea in parte in qua sola ipsa sublime sese tollens ad contemplandas rerum naturas magno illic studio contendit exsistentem in eis veritatem pernoscere; et cum ceteri quidem mortales altitudine ipsa rei atque magnitudine deterriti eo instituto abscessissent dignum id inceptum esse duxit philosophia quod intrepide ipsa nec dubitanter aggrederetur. Earum etiam rerum disciplinam ubi tum cognatissimam tum maxime decoram arbitrata est, si quidem cum per rerum naturam negatum hoc esset homini, coelestem ut in locum corpore se conferret utque veluti e terra peregre proficiscens locum illum oculis perlustraret, id quod stolidi illi Aloadae quondam facere instituerunt, eo factum est animus ut humanus huius vitae ducem nactus intellectum peregrinabundus illuc importaretur: ex quo evenit, viam cum invenisset philosophia lassitudinis vacuam atque laboris, res ut inter se situ longissime seiunctas una intelligentia complecteretur, facile nimirum eas res nosceitans, queiscum sibi naturalis intercedit necessitudo. Eadem etiam cum divino animae oculo divinarum rerum naturam comprehendisset, hominibus subinde eas res interpretari coepit quasique antistitis officio perfungi. Id enim libens philosophia faciendum susceperat, ut quas res cunque praecipuae commendationis esse existimasset, eas quoad eius fieri posset, inter homines erogaret, quibus utique ipsis abunde atque prolixe consultum ipsa cupiebat; quapropter istos miserari quivis iure possit, ut pusilli animi scriptores res quaslibet vulgoque expositas summa admiratione persecutos, qui nobis unius loci naturam aut urbis cuiusdam formam situmque aut magnitudinem fluminis aut denique amoeni montis adspectum describere instituerunt, cum interim magnifice de semet sentiant ob exilem quampiam naturae perceptionem, cuiusmodi nonnulli magno illi quidem studio fecerunt,

accurata ut dictione describerent hic Ossam montem, ille Nyssam, alii Coryceum specum, alii quidvis eorum quae inter orbis particulas censentur, id quod ideo evenit, quod illis maiora vidisse non contigit, mundum scilicet et praecipuas eius partes. Haudquaquam nempe illi tantopere quaelibet admirarentur, si hisce contemplandis incubuissent legitima contentione, omnia vero et parva et flocci facienda duxissent duntaxat praeut extat horum excellentia. Proinde dicere ipsi aggrediamur de iis omnibus universim collectis, quamque fieri potest maxime theologica commentatione edisserere, quaenam sit cuiusque horum natura, situs, motus. Tibi vero utpote imperatorum praestantissimo, hoc quoque decorum consentaneumque esse arbitror, cum maximarum rerum commentationem animo consectari, tum vero ex philosophiae studio nihil iam non grande animo agitare, optimates etiam viros iis rebus invitare quibus rebus ipsi ab eadem munifice praedito esse contigit.

Praeterea sunt, quae in graeco libro non leguntur et ab solo Apuleio sunt addita, alia quae a graeco auctore exponuntur, latine non expressa sunt. Horum nonnulla ne lectores decipere consulto videar, in medium proferam:

1. Apul. p. 291. *οὐρανοῦ δὲ καὶ ἄστρων οὐσίαν μὲν αἰθέρα καλοῦμεν, οὐχ ὥς τινες διὰ τὸ πυρώδη οὖσαν αἴθεσθαι πλημμελοῦντες περὶ τὴν πλεῖστον πυρὸς ἀπηλλαγμένην δύναμιν ἀλλὰ διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κυκλοφορουμένην στοιχεῖον οὖσαν ἕτερον τῶν τεττάρων, ἀκήρατόν τε καὶ θεῖον· τῶν γε μὴν ἐμπεριεχομένων ἄστρων τὰ μὲν ἁπλανῆ τῷ σύμπαντι οὐρανῷ συμπεριστρέφονται τὰς αὐτὰς ἔχοντα ἕδρας, ὧν μέσος ὁ ζωροφόρος καλούμενος κύκλος ἐγκάρσιος διὰ τῶν τροπικῶν διέζωσται κατὰ μέρος διῃρημένος εἰς δώδεκα ζῳδίων χώρας. τὰ δὲ πλανητὰ ὄντα οὔτε τοῖς προτέροις ὁμοταχῶς κινεῖσθαι πέφυκεν οὔτε ἀλλήλοις, ἀλλ' ἐν ἑτέροις καὶ ἑτέροις κύκλοις ὥστε αὐτῶν τὸν μὲν προγειότερον εἶναι τὸν δὲ ἀνώτερον· τὸ μὲν οὖν τῶν ἁπλανῶν πλῆθός ἐστιν ἀνεξεύρετον ἀνθρώποις, καίπερ ἐπὶ μιᾶς κινουμένων ἐπιφανείας τῆς τοῦ σύμπαντος οὐρανοῦ.*

2. p. 293. *ὁ δὲ αἰθὴρ τά τε θεῖα ἐμπεριέχει σώματα καὶ τὴν τῆς κινήσεως τάξιν μετὰ δὲ τὴν αἰθέριον καὶ θείαν φύσιν, ἣν τινα τεταγμένην ἀποφαίνομεν ἔτι δὲ ἄτρεπτον καὶ ἀνετεροίωτον καὶ ἀπαθῆ συνεχής ἐστιν ἡ δι' ὅλων παθητή τε καὶ τρεπτὴ καὶ τὸ σύμπαν εἰπεῖν φθαρτή τε καὶ ἐπίκηρος. ταύτης δὲ αὐτῆς πρώτη μὲν ἡ λεπτομερὴς καὶ φλογώδης οὐσία, ὑπὸ τῆς αἰθερίου φύσεως πυρουμένη διὰ τὸ μέγεθος αὐτῆς καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς κινήσεως· ἐν δὲ τῇ πυρώδει καὶ ἀτάκτῳ λεγομένῃ τά τε σέλα διάττει καὶ φόγες ἀκοντίζονται.*

3. desunt omnia quae exposuit Aristoteles his verbis: (Apul. p. 297. inter verba: *ambiuntur et Elementorum inter se*): *ἡ δὲ σύμπασα τοῦ ὑγροῦ φύσις ἐπιπολάζουσα κατά τινας τῆς γῆς σπήλους τὰς καλουμένας ἀναπεφυκυῖα οἰκουμένας, ἕξῆς ἂν εἴη τῆς ἀερίου μάλιστα φύσεως. μετὰ δὲ ταύτην ἐν τοῖς βυθοῖς κατὰ τὸ μεσαίτατον τοῦ κόσμου συνερηρεισμένη γῇ πάσα καὶ πεπιεσμένη συνέστηκεν ἀκίνητος καὶ ἀσάλευτος· καὶ τοῦτ' ἔστι τοῦ κόσμου τὸ πᾶν, ὃ καλοῦμεν κάτω.*

Haec vero omissa, in brevius contracta, mutata et correcta, tantum abest ut ad ingenium Apuleii referat Stahrius, ut omnia graeco isti homini tribuat qui Apuleii librum transtulerit, quippe summa in ea re uso dexteritate. Ego plane contraria his probo; Apuleium pro suo iudicio et cognitione alia omisisse, alia addidisse, alia denique correxisse, ita ut multis locis illa latina interpretatio ipsius quodammodo liber sit. In his quoque rebus non semper tam accuratum se praestitit Stahrius, quam par erat, id quod prius iam de dubitatione eius primaria comprobatum est. Ita locum p. 361. *Phidiam illum quem fictorum probum fuisse tradit memoria, vidi ipse in clypeo Minervae* in rem suam convertit, ut graecum hominem Apuleii librum transtulisse demonstraret, quia ille vertisset: *φασὶ δὲ καὶ τὸν ἀγαλματοποιὸν Φειδίαν .... ἐκτυπώσασθαι καὶ συνδῆσαι;* haec vero Aristotelem dicere non potuisse, qui dimidio plus vitae Athenis vixisset ut quotidie ea de re sibi persuadere potuisset. In omnibus vero praeter unum Bertinum codicem Mss. Apuleii extat *vide ipse in clypeo*, nec *vidi*, unde mihi quidem extra omnem dubitationem positum videtur, Apuleium graecum illud *φασί* ante oculos habuisse. Plane aliter res se habet in verbis p. 327 sqq., ubi de exhalationibus Delphicis plura quae ipse viderat Apuleius protulit; quum haec in graeco libro omnino non legantur, qui tantum habet: *τὰ δὲ καὶ παντάπασιν ἀναιρεῖ καθάπερ τὸ ἐν Φρυγίᾳ.*

Denique de loco agendum est quem Apuleius ex Favorini scriptis graeco libro interposuit. Male omnes praeter Salmasium et Stahrium pro glossemate librarii hoc fragmentum habent, quod repetitum legitur apud Gellium II. 22. Primum vero nemo adhuc interpretum exposuit, quomodo librario isti in mentem venire potuerit, ut hoc fragmentum hic insereret; deinde vix putes, tantam operam in eo describendo istum posuisse, ut plane aliis quam quae apud Gellium extant verbis id proferret; et praeterea multa omitteret quae Gellii loco leguntur. Haec omnia optime probant, ex Favorini libro hoc fragmentum pro more suo mutatum et in brevius detractum Apuleium descripsisse.

Romae conscriptum fuisse hunc librum Stahrii est sententia quam ego quoque prius in dissertatione inaugurali *de Apuleii vita et scriptis* p. 22. amplexus eram. Haec vero quae Romanam habitationem indicare videantur, cf. supra adn. 4. ob Faustinum potius dicta puto, quippe qui Romanus esset. Eadem ratione Apuleius Apol. p. 400. *quum coram Romano dissereret*; p. 400. *apud Graecos* inquit *Teius quidam .... apud nos Aemilianus et Portius et Catulus.*

Haec vero sufficiant. Ita mihi comprobasse videor, mere ficticiam esse eorum sententiam, qui ab Apuleio *hunc* de Mundo librum non translatum sed ex ipsius ingenio compositum esse affirmant. Quis auctor graeci libri sit, explorare mea nihil refert, si modo hoc teneatur, prius extitisse graecum libellum, ex quo suum Apuleius conficeret.

G. HERMETIS TRIMEGISTI DE NATURA DEORUM DIALOGUS.

§. 9.

Quum ante hos septem annos primum de Apuleii scriptis dissererem, ita eram destitutus codd. subsidiis, ut quum plurimis iisque gravissimis mendis hunc librum depravatum esse non viderem Apuleio eum abiudicandum esse cum Bosscha censerem; nunc tamen postquam codd. optimorum ope plane alia forma liber prodiit et multa quae mere Apuleiana vel potius Africana esse apparet, restitui poterant, hunc dialogum ab Apuleio confectum esse persuasum mihi quidem est. Quae Bosscha de libro profert, quoniam in brevius contrahi nequeunt, describi ea liceat.

„Versionem latinam Hermetici dialogi de deo, homine et mundo, cum Asclepio habiti, praesentibus Ammone et Tatio, Apuleio nostro tribuunt alii [1]), abiudicant alii [2]). Atque adeo si suffragiorum numero caussa unice sit iudicanda. Hermetici dialogi versio latina ab Apuleio non est profecta. Sed audiamus argumenta. Qui eam Apuleio revera tribuunt, nituntur auctoritate MStorum omnium, in quibus inter alia Apuleii opera Asclepius quoque Apuleio tribuitur. Excipio tamen MS. in Bibl. D. Marci quem infra inter MSS. enumerabo. Praeterea infirmum hoc est argumentum, ubi idoneae afferri possunt rationes quae auctori abiudicandum opus illud suadeant. Et Colvius quidem in fine vitae Apuleii, suae editioni praemissae: „*Non bene*, inquit, *illi etiam de stilo floque orationis Apuleianae iudicare videntur, qui ab eo Asclepium Hermetis Trismegisti e graeco in latinum conversum volunt, interque eius scripta numerare et excudere non dubitant; cum eo dialogo, quantum ad verba et ad phrases, vix quicquam in tota lingua latina exstet ineptius.*“ Wowerii autem iudicium eiusmodi est: „*Sunt qui Asclepium Hermetis Trimegisti dialogum tanquam ab Apuleio versum inter eius opera vulgare solent. Impellere illum poterat auctoris dignitas et argumenti praestantia, sed oratio plane sicca et exsanguis, nihilque simile habens cum Apuleiana ubertate et laetitia.*“ Idem de stilo huius versionis, Apuleio non tribuendae, iudicant Elmenh. et Scriv. Lubet denique adscribere iudicium Harlesii Bibl. Gr. Vol. I. p. 63. „*Primum non omnes codices praefixum habent, uti vidimus* (Harless. quoque MS. D. Marci laudaverat) *nomen Apuleii interpretis: dein Apuleius de libris Hermeticis eorumque cum philosophia Platonica consensione nunquam disserit; quod cur non fecerit, ne divinando quidem intelligi poterit: denique, cur veteres scriptores atque ipse Augustinus*“ (et Lactantius, quorum uterque alibi Apuleii scripta laudat) „*nomen Apuleii, si fuisset interpres, reticuissent, perspectu erit difficile.*“ Post diligentem Apuleii lectionem, nulla, ut mihi videbar, praeiudicata opinione occupatus, ad Hermetis dialogum legendum me converti: et inveni quidem in eo rariora quaedam vocabula, quibus Apuleius quoque usus est, *impossibilis medietas*, alia, aut eiusmodi quae ab eius sermone non abhorrent, ut *humanitas* de genere humano, *adunatus*, *sustollere*, *mutescere*, *vivificare*: sed totus dialogi stilus ab Apuleiano adeo prorsus diversus est, ut ab auctore nostro eum non esse profectum audacter ausim affirmare. Non Graecorum frequentes illae imitationes, non periodi paribus membris procedentes, quibus intemperantius delectabatur Apuleius, non adverbiorum creber usus; non reliquae Apuleiani stili proprietates in Asclepio comparent: sed contra voces inauditae *inaltatus* pro in altum evectus, *transiet* pro transibit, *ambitudo*, *inaversabilis*, *salvatus* et quaedam aliae. Delectatur interpres latinus inchoativis, ad fastidium usque, quod in Apuleio non deprehenditur. Sic p. 320. Ed. Bip. legitur: *Coelum humescens*; cf. Florid. p. 83. *vel arescens vel frigescens vel ignescens vel clarescens vel sordescens in una coeli specie, hae sunt quae saepe alternantur species.* Dein vox *benedictiones* et locutio *passio poenarum*, et similes ab Apuleio proficisci potuisse mihi non videntur. *Angelos* diversos a daemonibus qui memorantur p. 321. et *angelos nocentes* p. 309. [quos ἀγγέλους πονηρούς vocaverat Hermes.[3])] si ex hoc dialogo et sua ipsius versione novisset Apuleius, eorum haud dubie in Libro de Deo Socratis meminisset, aut in sua versione de

1) Albertus ad Eyb. Margar. Poët. I. 4. Betuleius ad Lactant. VII. 13. Cudworth. Syst. Intell. p. 383. Ed. Jenens. et, ut videtur, Pricaeus ad Met. L. I. p. 158. Append. Apul.

2) Colvius, Wowerius, Elmenhorstius, Scriverius, Floridus, Lambecius in Prodrom. Hist Liter. p. 131. Fabricius Bibl. Gr. L. I. c. 8. et ibi Harlesius. In medio relinquere videtur Canegieterus ad Cuton. Distich. Ed. Arntzen. p. 398.

3) Cf. Lactant. II. 15.

illis verbo momisset. Sed qui penitus sibi persuadere volunt, Asclepii versionem ab Apuleio confectam non esse, il legant Aristotelicum librum *περὶ κόσμου* ab auctore nostro latine versum, et ut appareat aliquomodo huius comparationis ratio, apponam hic istius versionis specimen, prout sese mihi offert:

Aristoteles.

Ὅταν οὖν ὁ πάντων ἡγεμών τε καὶ γεννήτωρ, ἀόρατος ὢν ἄλλως πλὴν λογισμῷ, σημήνῃ πάσῃ φύσει μεταξὺ οὐρανοῦ τε καὶ γῆς φερομένῃ, κινεῖται πᾶσα ἐνδελεχῶς ἐν κύκλοις καὶ πέρασιν ἰδίοις ποτὲ μὲν ἀφανιζομένη, ποτὲ δὲ φαινομένη, μυρίας ἰδέας ἀναφαίνουσά τε καὶ πάλιν ἀποκρύπτουσα ἐκ μιᾶς ἀρχῆς. Ἔοικε δὲ κομιδῇ τὸ δρώμενον, τοῖς ἐν πολέμου καιροῖς μάλιστα γινομένοις, ἐπειδὰν ἡ σάλπιγξ σημήνῃ τῷ στρατοπέδῳ. Τότε γὰρ τῆς φωνῆς ἕκαστος ἀκούσας, ὁ μὲν ἀσπίδα ἀναρεῖται, ὁ δὲ θώρακα ἐνδύεται, ὁ δὲ κνημίδας, ἢ κράνος, ἢ ζωστῆρα περιτίθεται. καὶ ὁ μὲν ἵππον χαλινοῖ, ὁ δὲ συνωρίδα ἀναβαίνει, ὁ δὲ σύνθημα παρεγγυᾷ. καθίσταται δὲ εὐθέως, ὁ μὲν λοχαγὸς εἰς λόχον, ὁ δὲ ταξίαρχος εἰς τάξιν, ὁ δὲ ἱππεὺς ἐπὶ κέρας, ὁ δὲ ψιλὸς εἰς τὴν ἰδίαν ἐκτρέχει χώραν. πάντα δὲ ὑφ' ἕνα σημάντορα κινεῖται κατὰ πρόσταξιν τοῦ τὸ κράτος ἔχοντος ἡγεμόνος· οὕτω χρὴ καὶ περὶ τοῦ σύμπαντος φρονεῖν.

Apuleius de Mundo Ed. Oud. 357.

Quum igitur rex omnium et pater, quem tantummodo animae oculis nostrae cogitationes vident, machinam omnem iugiter per circuitum suis legibus terminatam, claram et sideribus relucentem, speciesque innumeras modo propalam, saepe contectas, ab uno, ut supra dixi, principio agitari iubet, simile istuc esse bellicis rebus, hinc liceat arbitrari. Nam quum tuba bellicum cecinit, milites clangore incensi, alius accingitur gladio; alius clypeum capit; ille lorica se induit; hic galea caput, vel crura ocreis involvit; ille equum temperat frenis, et loris iugales ad concordiam copulat; et protinus unusquisque competens capessit officium. Velites excursionem adornant, ordinibus principes curant, equites cornibus praesunt, ceteri negotia, quae nacti sunt, agitant: quum interea unius ducis imperio tantus exercitus paret, quem praefecerit, penes quem est summa rerum. Non aliter divinarum et humanarum rerum status regitur, etc.

Graeca dialogi Hermetici interciderunt praeter pauca fragmenta, quorum insigniora, collata versione latina, apponam.

Hermes apud Lactant. IV. 6.

Ὁ κύριος καὶ τῶν πάντων ποιητής, ὃν θεὸν καλεῖν νενομίκαμεν, ἐπεὶ τὸν δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὁρατὸν καὶ αἰσθητὸν (αἰσθητὸν δέ φημι οὐ διὰ τὸ αἰσθέσθαι αὐτόν, περὶ γὰρ τούτου οὐκ ἔστι πότερον αὐτὸς αἰσθοιτο, ἀλλ' ὅτι εἰς αἴσθησιν ὑποπέμπει καὶ εἰς νοῦν) ἐπεὶ τοῦτον ἐποίησε πρῶτον καὶ μόνον καὶ ἕνα, καλὸς δὲ αὐτῷ ἐφάνη καὶ πληρέστατος πάντων τῶν ἀγαθῶν ἠγάσθη τε καὶ πάνυ ἐφίλησεν ὡς ἴδιον τόκον.

Interpres Latinus.

Dominus et omnium conformator, quem recte deum dicimus, quem a se secundum fecerit, qui videri et sentiri possit, eundem secundum sensibilem ita dixerim, non ideo quod ipse sentiat (de hoc enim, an ipse sentiat, an non, alio dicemus tempore) sed eo quod videntium sensus incurrit. Quoniam ergo hunc fecit ex se primum et a se secundum visusque est ei pulcher, utpote qui sit omnium bonitate plenissimus, amavit eum ut divinitatis suae partem.

Hermes apud Lactant. VII. 18.

Ἐπὰν δὴ ταῦτα ὧδε γένηται, ὦ Ἀσκληπιέ, τότε ὁ κύριος καὶ πατὴρ καὶ θεὸς

Interpres Latinus.

Cum haec cuncta contigerint, o Asclepi, tunc ille Dominus et pater et Deus

καὶ τοῦ πρώτου καὶ ἑνὸς θεοῦ δημιουργὸς, ἐπιβλέψας τοῖς γενομένοις καὶ τῇ ἑαυτοῦ βουλήσει τοῖς τοιούτοις, τὸ ἀγαθὸν ἀντερείσας τῇ ἀταξίᾳ, καὶ ἀναχαλεσάμενος τὴν πλάνην, καὶ τὴν κακίαν ἐκκαθήρας πῇ μὲν ὕδατι πολλῷ καταλύσας, πῇ δὲ πυρὶ ὀξυτάτῳ διακαύσας, ἐνίοτε δὲ πολέμοις, καὶ λοιμοῖς ἐκπιέσας ἦγαγεν ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον καὶ ἀπεκατέστησε τὸν ἑαυτοῦ κόσμον.

primipotens, et unus gubernator mundi, intuens in mores factaque voluntaria voluntate sua, quae est Dei benignitas, vitiis resistens, et corruptelae omnium, errorem revocans, malignitatem omnem vel alluvione diluens, vel igne consumens, vel morbis pestilentibus ubique per diversa loca dispersis finiens, ad antiquam faciem mundum revocabit.

Sed Graeca haec pluribus in locis corrupta sunt.

Tandem speciminis loco apponam Gratiarum actionem, qua Dialogus clauditur:

„*Gratias tibi agimus, summe et exsuperantissime. Tua enim gratia tantum sumus cognitionis tuae lumen consecuti. O nomen sanctum et honorandum, nomen unum, quo solus deus est benedicendus religione paterna, quoniam omnibus paternam pietatem et religionem et amorem et quaecunque est dulcior efficacia, praebere dignaris! Condonas nos sensu, ratione, intelligentia. Sensu, ut te cognoscamus: ratione, ut te suspicionibus indagemus: cognitione, ut te cognoscentes gaudeamus. Ac numine salvati tuo gaudemus, quod te nobis ostenderis totum. Gaudemus, quod nos in corporibus sitos aeternitati fueris consecrare dignatus. Haec est enim sola humana gratulatio, cognitio maiestatis tuae. Cognovimus te, [et] lumen maximum, solo intellectu sensibili. Intellexisti te, o vitae vera vita, o naturarum omnium foecunda praegnatio. Cognovimus te, totius naturae tuo conceptu plenissime: cognovimus te, aeterna perseveratio. In omni enim ista oratione adorantes bonum bonitatis tuae, hoc tantum deprecamur, ut nos velis conservare perseverantes in amore cognitionis tuae, et nunquam ab hoc genere vitae separari. Hoc optantes convertimus nos ad puram et sine animalibus coenam.*“

Stilus versionis Asclepii, nostro quidem iudicio, Tertulliani orationi quam Apuleii videtur similior. Quaedam sane locutiones auctorem indicare videntur, qui si minus ipse Christianus fuerit, certe Christianorum scripta lectitaverit. Huc refero locutiones *mundanus homo* de corpore humano, *benedicere deum*, *salvatus*. Notandum etiam quod ab interprete Asclepii *dominari* genitivo iungitur p. 323. *Coelestes Dii catholicorum dominantur*, quod legere me non memini nisi apud unum Tertullian. Apologet. cap. 26. extr. *nunquam dominaturi eius, si non ultimo deliquisset in Christum.* Sed quisnam fuerit auctor versionis Asclepii, non affirmo, modo ne Apuleio tribuatur. Vixit certe ante tempora Augustini, a quo versionem lectam esse constat e L. VIII. de Civ. Dei cap. 23. 24 et 26. et Orat. de 3 haeresibus cap. 3. Ceterum de ipso Hermete eiusque Asclepio vide Fabric. Bibl. Gr. L. I. c. 8. Viris Doctis ibi citatis add. Beausobre Histoire Critique de Manichée et du Manicheisme Tom. II. p. 36. et 101, 202. ubi de Basilide: *Cette Théologie est tout-à-fait la même, que celle de cet ancien Gnostique, qui, si je ne me trompe, florissoit à Alexandrie, dans le même temps que Basilide (c'est-à-dire, dans le tems de Trajan et d'Adrien) et qui a pris le nom de Mercure Trismegiste.* Quem locum scriptum inveni in fronte Edit. Mercurii Trismegisti cum comm. Rosselii, quae olim fuit Wyttenbachii V. Cel.“

His descriptis singula refutentur necessarium est. Primum difficile est iudicium de ratione quae inter graecum Hermetis librum eiusque interpretationem intercedat, quoniam praeter pauca fragmenta graeca omnia interciderunt, quamquam ex iis quae supersunt fragmentis plane aliam interpretandi rationem iniisse Apuleium cognoscitur, quam quae in libro de Mundo conspicitur. Sed immemor

Digitized by Google

erat Bosscha, ut hoc maximum ei quod invenit inter utrumque librum discrimen concedamus, prorsus diversum fuisse consilium, quo de Mundo librum Apuleius transtulit ab eo quo Hermetici dialogi versionem confecisse videatur. In priori enim supra demonstratum est graeci libri non verba sed sententias pro suo ipsius ingenio emendatas, auctas et in breves contractas in notitiam Faustini perferre voluisse, ut ille liber magis elaboratus quam translatus, hic vero dialogus nihil nisi nuda sit graeci libri interpretatio, in qua a graeco libro nunquam recessit, id quod ex fragmentis perspicitur. Hinc diversus utriusque libri color, sententiarum coniunctio, enuntiationum dispositio, ut mihi quidem hic dialogus iuvenis videatur esse scriptum, quo dicendi genus excolere studuerit; ut multae inveniuntur et rhetorum et oratorum conversiones, quas exercitationis caussa factas scimus, quemadmodum ne Ciceronem quidem iuvenem ab hoc exercitamenti genere abhorruisse constat. Qua de caussa cur hunc nec alium librum Apuleius sibi elegerit ineptum est interrogare; nec is errare videbitur qui Phaedonem et de Republica libros Platonicos stili exercendi caussa ab Apuleio eodem modo esse translatos (cf. infra) putaverit. Quodsi posueris, eorum refutatur sententia, qui ideo dialogum Apuleio abiudicant, quod de Hermeticis libris eorumque cum philosophia Platonica consensione nusquam alias ille commemoraverit. Praeterquam quod longe maximus librorum Apuleii numerus, nostram aetatem non tulit, ille ad hanc Hermetis disciplinam iuvenis accedere potuit, postea vero ab ea recedere, quod eius iudicio longe elegantiori forsitan non conveniret, nec unquam in sucum et sanguinem transiisset. Hoc certe intelligi potest, ex silentio scriptoris certi quid constitui non posse. Gravius videtur argumentum quod e dictione petitur. Primum desiderat Bosscha frequentes Graecorum imitationes, quae quales sint equidem nescio, tum periodos paribus membris procedentes, quibus intemperatius delectetur Apuleius, adverbiorum crebrum usum, reliquas stili Apuleiani proprietates, quae omnia parum definite sunt pronuntiata et eius sollicitudinem aperte testantur qui quoniam haeret de certis argumentis, elegantibus quae videntur verbis et simulata quadam doctrina lectoribus imponere studet. Sed ut omnia haec vera sint, plane aliter iudicandus est is, qui suum ingenium et loquendi genus sequi potest in sententiis suis exponendis prorsus liber quam qui graeci libri vinculis maxime constringitur. Multo tamen magis in eo erravit Bosscha, quod quae ab Apuleio profectum esse hunc librum demonstrant, in suam rem ita convertit ut contrarium demonstraret, ut verba *inaltatus* pro *in altum evectus, transiet, ambitudo, inaversabilis, salvatus* et quaedam alia (??).

At ne in idem vitium incurram, dictionem huius dialogi accuratius pertractabo.

Quae Apuleianum omnino dicendi genus indicare videantur nonnulla sunt, ut voc. *contentus*, quod significatione *detentus* Apuleii videtur esse proprium cf. ad Met. p. 760. et Asclep. p. 305. ed. meae: *deorum qui in templis sunt humana proximitate contenti;* tum *conversatio* pro *conversio;* cf. ad de Dogm. Plat. p. 201. et Ascl. p. 318: *coeleste vero reversionibus siderum ad eadem loca temporaria conversatione currentium;* ita *nubila* pro *nubilus* Apuleius usurpavit de Mundo p. 306. Met. XI. p. 808. et Asclep. p. 223. ed. meae. *ubi nec nubilis locus est.* Ad Apuleianam dictionem refero particulas *itaque* [cf. ad Met. p. 169. ed. meae et Asclep. p. 282. et 287] *etenim* [Met. p. 469. et Ascl. p. 282 et p. 287.] *enim* [ad Met. p. 518 et Ascl. p. 286.] *autem* [Ascl. p. 312.] post alterum tertiumve enuntiationis vocabulum poni; huc refero ellipsin particulae *tamen* praecedente *quamvis* particulae [cf. ad Met. p. 188 et 783. Ascl. p. 284.] *etiam* post *verum*, praegressis *non solum* [Met. p. 45. Ascl. p. 282.]; constructionem verbi *iubere* cum *ut* particula [cf. ad Apol. p. 533. et Ascl. p. 333] verbi *suadere* cum accusativo [cf. Met. X. p. 807. et Ascl. p. 308.

et his amplius multoque deterius ipsa Aegyptus suadebitur] et participii cum verbo *esse* [cf. Met. p. 179. 559. ed. m. et Ascl. p. 281.]; genitivi contracti usum, in quo Apuleius plurimus est [cf. ad Met. p. 260 et 257 ed. m. Ascl. p. 290. *teremûm*], pronominis personalis pro possessivo usum [cf. ad Met. p. 312. Ascl. p. 299. *sui principes*, formationes verborum *innominis* et *omninominis* [Ascl. p. 301. ex analogia voc. *multinominis* Met. XI. p. 801.] *ambitudo* [Ascl. p. 320. ex analogia vocc. *aspritudo*, *acritudo* al., in quibus Apuleius cum Afris multus est.] *valitidas* [Ascl. p. 322.] et terminationem *transiet* pro *transibit* [cf. Ascl. p. 314. ad Met. p. 464., ubi *redies* extat]; quorum numerus posset augeri, si hic locus caperet. Praeterea multae dictiones et constructiones Apuleii ingenio sunt dignissimae: ut *naturae puros* p. 291., *praegnans suae voluntatis* p. 301., *terrae dominantur* p. 313., et *catholicorum dominantur* p. 330., *revocare corruptela* p. 311., *contigit* cum acc. et infinitivo p. 303., *contigit remanere malitiam* et p. 329; et p. 307. *quum appareat Aegyptus.... divinitatem servasse*; *comitari* cum dativo p. 295: *et mundo comitabatur spiritus*; ita singulari ratione dixit: *praetendere aliquem ad spem* p. 304., *gratias tibi* omisso *agimus* p. 333., *venerari* notione passiva p. 309., *sepulcra* pro *Manibus* 308, *credulitas* de eo cui de re persuasum est p. 316., *corpulentus* pro *corporalis* p. 313., *rogare* pro *orare* p. 333., *intendere* pro *respicere* p. 333., *nisi* pro *praeterquam* p. 304., *nasci habuerunt* p. 295., *imaginans* pro *repraesentans* p. 283., *maris profunda descendere* p. 286. (cuius constructionis fere unum extat exemplum Apul. p. 360. *altum soporem descenderat*); *generabilis* p. 295. et *incredibilis* p. 314. significatione activa; huc refero terminationes *domui* p. 288. cf. ad Met. p. 792, *utraeque* pro *utrique* p. 288., *marum* pro *marium* 303, *operi* pro *opere* p. 309. [ut saepius cf. ad de Deo Socr. p. 116. ed. m.] summam elegantiam testantur dictiones: *unus enim quisque* p. 315. *usque per* p. 311. *torrentis fluvius* p. 282. et adtractionis genus p. 283. *hoc quo dicturus sum genere.*

Ex his igitur demonstrasse mihi videor, dicendi rationem quae in hoc dialogo cognoscitur ab Apuleiana non esse alienam ac pluribus locis cum ea concordare. Inde quamquam colligi per se nequit, Apuleium revera huius dialogi esse auctorem, tamen cum accedat Mss. auctoritas, qui optimi quique Apuleii nomen in fronte habent, non intelligo, cur nostro scriptori hic liber abiudicandus sit.

Gravissimum vero quod contra hanc meam disputationem proferri possit argumentum Augustini est auctoritas, qui etsi hanc interpretationem eum legisse efficitur ex lib. de Civ. Dei VIII. 23. 24. 26. Orat. de Heres. V. 3., nusquam tamen ab Apuleio conscriptam eam esse pronuntiat [4]). Ex verbis enim quae addidit VIII. 23. *uti in nostram linguam interpretata sunt* omnino huius dialogi interpretem ei incognitum fuisse probabile fit, quod eo magis mirum est, quum accurate eum in Apuleii scriptis versatum fuisse appareat. Haec dubitatio forsitan ita tolli queat, si ponamus, huius interpretationis auctorem Augustini temporibus tam notum fuisse, ut eius nomen proferri necessarium non esset aut consilio id omissum esse, quod in praegressis sententia Apuleii cum Hermetis Trismegisti placitis comparetur.

4) Prave Barth. Advers. LV. p. 2598. proposuit: „Haec Hermes, cuius interpretem Platonicum Madaurensem, ne cum Colvio et aliis dubitemus citat Augustinus."

Digitized by Google

II. APULEII FRAGMENTA IN ORDINEM REDACTA.

§. 10.

Quantum perditis Apuleii libris iacturae fecerimus, inde colligitur, quod fere in omni litterarum genere studio elaborasse Apuleium scimus, ut plura ipsius in camoenis extarent quam Hippiae in opificiis opera [1]). Eo magis tamen e re videtur esse lectorum, ut omnia quae restant librorum fragmenta in ordinem cogantur ut, quae fuerit doctrinae copia et ingenii ubertas facile intelligatur scriptoris, qui Florid. p. 36. et 37. gloriari non dubitat *„praeoptare me fateor uno chartario calamo me reficere poemata omne genus apta virgae, lyrae, socco, cothurno, item satiras ac griphos, item historias varias rerum nec non orationes laudatas disertis nec non dialogos laudatos philosophis atque haec et alia eiusdemmodi tam graeca quam latina, gemino voto, pari studio, simili stilo,“* quibuscum conferas velim locum Florid. p. 98: *Ego et alias craterras Athenis bibi, poeticae commixtam, geometriae limpidam, musicae dulcem, dialecticae austerulam, enim vero universae philosophiae, inexplebilem scilicet nectaream. Canit enim Empedocles carmina, Plato dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon historias, Xenocrates satiras, Apuleius vester haec omnia novemque Musas pari studio colit.* Hanc ipsius sequens enumerationem fragmenta ita constituo.

a) POETICA.

1) *Ludicra carmina.* Carmen eius extat de dentrificio, quod Calpurniano cuidam missum verterant inimici vitio propter eam cuius insimulabant lascivitatem. cf. Apol. p. 391. 392. 393. Depromtum est ipso teste Apuleio ex Ludicris et epistolium nominat versibus conscriptum; unde Woweranus et Fabricius inter perditos eius libros *epistolas* referunt, quarum tamen alias nulla videtur esse commemoratio. Eas enim quae ab Ausonio Cent. Nupt. ad Cerilliam scriptae memorantur epistolas Gronovius [2]) et Tollius Ciceroni potius adscribunt, quem notum sit (?) turpem cum Cerillia notitiam contraxisse. Sed revertamur ad carmina. Quamquam ex parvulo quod extat carmine, quae fuerit poematum Apuleii ratio atque indoles certo nequit intelligi, ut de maiore illo quod *Ἀνεχόμενος* [ex Menandri interpretatione] inscribitur carmine interponi queat iudicium, caussis tamen ut id cum Dousa [3]) Apuleio vindicem ducor, quum hoc certe constet, vetus esse carmen [4]) quod simplicitate et inaffectata dictione cuique statim persuadet, tempori id non esse adscribendum recentiori [5]), quod in nimia et fucata veterum affectatione plurimum peccaverit. Unde haud sollicitor Scriverii [6]) sententia, qui insipientiae ac stoliditatis eos accuset, qui infimae esse aetatis carmen cum eo non iudicent. Composuisse enim Apuleium poemata, quae candorem animi et castimoniam violant ipse profitetur, aliorum persequens exempla philosophorum qui in re amatoria operam posuerint. cf. Apol. p. 398. 399. 400. 407. 472. Dein quae fuerit Apuleii nimia lascivitas ex Metamorphosi conspicuum est, ut versus tales quales continet *Ἀνεχόμενος* iuvenis potuerit conficere. Huc accedunt vocabula ipsa ut: *intimare amplexus* [7]), *delectamen* [8]) et *deminutivorum* formationes quae nusquam alias

1) Florid. I. p. 31. 2) Gron. ad Auson. p. 561.
3) cf. Dousa l. III. Praecidan. cf. Bosscha II. p. 610.
4) Barth. Advers. XXVIII. 5. et ad Stat. Silv. II. 153.
5) Burm. Anthol. Lat. Elmenhorst.
6) Scriver. ad v. 7. Bosscha II. p. 611.
7) v. 15. 8) v. 22.

leguntur ut: *gemmula* [9]), *fessula* [10]) quaeque ita omnino in deliciis Apuleius habuit, ut nimius in his vocabulis esset conformandis. Haec sufficiant.

Leguntur praeterea versus amatorii Apol. p. 401—404.

2) *Carmen de virtutibus Orfiti* Proconsulis Africae a. 164. cf. Cap. I. §. 1. Florid. p. 140.

3) *Hymnus in Aesculapium*, quem graeco et latino sermone cecinit, saepius iam prosa oratione et carminibus eius laudes prosecutus; cf. Florid. XIX. p. 91.

4) *Comoediae et tragoediae.* Florid. p. 37. *reficio poëmata apta socco et cothurno.* Florid. p. 98. *Canit Epicharmus modos, omnia vester Apuleius.*

5) *Hymni.* Florid. p. 37. *reficio poemata apta lyrae.* Florid. p. 98. *Canit Socrates hymnos — omnia vester Apuleius.*

6) *Carmina epica.* Florid. p. 37. *reficio p. apta virgae.* Ibid. p. 98. *Canit Empedocles carmina.* Aliter explicat verba Elmenhorstius, qui ea ad carmina refert lyrica, quae in theatris aut conviviis olim a pueris recitabantur ramum gestantibus. Sed tum eadem haec essent hymnis, qui iam ab auctore commemorati sunt. *Virgam* idem esse quod Graecorum *ῥάβδον*, inter omnes constat, ut *carmina apta virgae* sint *epica*, quia a rhapsodis lauri ramum s. virgam in manu tenentibus [11]) publice ea recitabantur.

7) *Satirae atque griphi.* Florid. p. 37. ibid. 98. *Xenophanes (?) canit satiras, vester Apuleius omnia.* Ad carmina videntur pertinere, quamquam prosa etiam oratione confici poterant. Sed ob satiras huc malim ea referri. De his haec profert Bosscha: Macrob. Saturn. L. VIII. cap. 3., *Cum videas anceps esse omne scommatum genus; suadeo in conviviis, in quibus laetitiae insidiabitur ira, ab eiusmodi facessas: et magis Convivales Quaestiones vel proponas, vel ipse dissolvas. Quod genus veteres ita ludicrum non putarunt, ut et Aristoteles de ipsis aliqua conscripserit, et Plutarchus, et vester Apuleius,* quae ad verbum fere transcripsit Ioannes Sarisberiensis Policratici sive de Nugis Curialium L. VIII. cap. 10. Sidon. Apollin. IX. Ep. 13. *Quoties epulo mensae lautioris hilarabere, religiosis narrationibus vaca. Iis proferendis, confabulatio frequens; iis relicendis sollicitus auditus inserviat. Certe si saluberrimis avocamentis, ut qui adhuc invenis, tepidius inflecteris; a Platonico Madaurensi saltem formulas mutare Conviralium Quaestionum. Quoque reddaris instructior, has solve propositas, has propone solvendas, iisque te studiis et dum otiaris exerce.* Non apparet igitur quale fuerit opus ad quod respexerunt Macrobius et Apollinaris. Lubet tamen adscribere Scriverii notam eius Edit. Apul. p. 376. „*Libri Ludicrorum*, (*opinor*) *quorum obscure veteres meminerunt, cum Quaestionibus Convivalibus, quae plurium auctoritate clarae, cognati argumenti fuerint. Suadere videtur Macrobius, qui totum hoc scribendi genus ludicrum vocat, ex quo etiam, cuius argumenti fuerint, colligere licet; nam Plutarchum eiusdem argumenti libros reliquisse tradit. Quo pertinet, quod in Floridis legimus, Apuleium inter alia scripsisse griphos. Moris enim fuit γρίφους, seu quaestiones ambagibus involutas in conviviis ad solvendum proponere. De quibus praeter Hesychium, Suidam, Scholiasten Aristophanis, Athenaeus Lib. X. ex Clearcho et aliis. Pollux κυλίκεια ζητήματα vocat. Sed Convivales Quaestiones Apuleii non ab urbanitate dicteriorum et salibus tantum quibus in conviviis ludebant, verum etiam a praeceptis salubribusque monitis commendantur, et quidem voce Apollinaris.*“ Pleraque haec desumsit Scriv. e Wowerio, qui putat in Libris Ludicrorum tractasse Apuleium illud dicteriorum et cavillationum genus, quo inter pocula delectabantur veteres, sed

9) v. 9. 10) v. 19. 11) Boeckh. Expl. Pind. I. 3. 56.

by Google

quod cum contumelia alterius coniunctum; unde dissidia et rixae saepe ortae: in Convivalibus Quaestionibus vero magis ingenuam et seriam iocandi rationem.

Griphi vero ea mihi videntur esse scripta, quae *Quaestiones Convivales* nominantur, quum utrumque genus in aenigmatis constaret per mensas ad dissolvendum propositis. Griphos certum est aenigmata fuisse versibus saepius compositos [12]), quaestiones vero convivales etiam in aenigmatis constitisse ex locis probatur Macrobii et Sidonii.

Vix commemoranda Barthii (Advers. XXXVII. c. I. p. 1675.) sententia qui Lucilii illud dictum, *„pergit capulare cadaver* [13])" Apuleio vindicat, quod in uno Cod. Lucius pro Lucilio legatur et gaudeant praenomine molles auriculae. Quod vero addit, hemistichium acumen Apuleii alludere, ineptissimum est quum quid ex tribus tantum vocabulis de indole scriptoris possit cognosci, equidem non intelligam.

b) HISTORIAE.

Cf. Florid. p. 37. et ibid. p. 98. *Xenophon historias — Apuleius vester omnia.* Earum tamen, quantum scio, nullum extat vestigium, quum quod apud Priscian. XI. p. 262. Krehl. ex Apuleii *Epitoma* legitur fragmentum ad *Arithmetica* Apuleii contra Colvium malim referri.

c) ORATIONES.

1) *De maiestate Aesculapii* quam primis quum Oeae venisset diebus habuit [14]) id argumenti persecutus, ut de iis quibus ipse erat addictus mysteriis nec recens cultor Aesculapii nec ingratus antistes [15]) ageret. Quanta cum laude Oeenses eum exceperint ut in omnium oratio versaretur manibus ipse indicat Apol. l. l.

2) Alia oratio *apud Oeenses habita*, quum amicis rogantibus diutius iam Oeae versaretur, incerti est argumenti [16]).

3) Orationis, qua *pro statua apud Oeenses sibi locanda* adversus quorundam civium contradictionem litigavit posterisque scriptam tradidit, mentio extat apud Augustinum [17]).

4) Orationem publice egit *praesente Lolliano Avito*, nescio qua urbe cuiusve argumenti [18]).

5) *Libellum* huc refero quem ad dedicationem Statuae Carthagini conscriptum profitetur [19]), quem tamen dubium est num usui publico tradiderit.

6) Huc pertinent orationes, quas publice in caussis agendis habuit ut Romae aliisque urbibus, quarum tamen una tantum nominatur, qua pro uxore contra Granios se litigasse dicit [20]).

d) DIALOGI.

Unius tantum fit mentio [21]), quem Aesculapio praetexuisse se narrat graeco et latino sermone. Cuius principio loquentem introduxerat virum, qui Athenis cum ipso litteris studuerat, quique a Persio graece erat percontatus, quae pridie in templo Aesculapii disseruisset. Partes deinde agentium demandaverat Persio graece, Severo latine loquenti.

12) Cf. Athen. V. p. 520. Schweigh. et Auson. eclog. XI. quae griphus tenarii numeri inscribitur. Gell. Noct. Att. I. c. 2. Odofr. Mueller. Dor. II. p. 392.
13) Fulgent. s. V. *capularem* p. 368. Merc.
14) Apol. p. 517. 15) Florid. p. 91. 16) Apol. p. 547.
17) Augustin. Epist. V. ad Marcellum. 18) Apol. p. 445.
19) Florid. p. 76. 20) Apol. p. 378. 21) Florid. p. 91. 92.

Ad dialogos cum Seriverio Hermagoram refero, quod opus ex duobus certe libris constitisse probat prioris (vel primi?) commemoratio apud Priscianum [22]).

e) LIBRI PHILOSOPHI.

1) *De republica* liber quem cum Stahrio [23]) non ad Aristotelis eiusdem argumenti librum expressum esse puto, sed potius ad Platonicum. Quod quamquam ex fragmento [24]) colligi nequit, eo tamen id conici licet quod Apuleius alios Platonis libros, uti Phaedonem [25]), interpretatus esse traditur et omnino Platonis magis quam Aristotelis disciplinam secutus est.

Restat libellus de *proverbiis*, qui teste Charisio [26]) e duobus certe libris constitit.

f) MATHEMATICA.

Mathematicis rebus studuisse Apuleium probant loci Apol. p. 425. 426. Florid. p. 98.

1) *De Arithmetica* liber, quem ex Nicomachi Arithmeticis primum latino sermone transtulisse dicitur a Cassiodoro [27]) et Isidoro [28]).

2) *De Musica* liber a Cassiodoro [29]) commemoratus.

3) *De ratione sphaerae Pythagoricae* [30]), *et de ponderibus et mensuris* [31]) libros suppositicios habet Fabricius.

g) LIBRI PHYSICI.

Aristotelem potissimum secutus in res inquisivit Apuleius naturales [32]). Iam reiecta est a Bosscha eorum sententia, qui ex loco Apol. p. 478. male explicato singulos *Naturalium Quaestionum* libros Apuleium conscripsisse colligant. Fragmenta enim, quae apud Palladium [33]) et Servium [34]) *de arboribus* leguntur, ad unum de *Rebus naturalibus* pertinuisse opus luculentissimum existimo, in diversas partes dispositum. Nec dubium quin illud, quod a Frederico II. imperatore [35]) servatum est fragmentum, huc referri debeat.

His iungendi sunt *Medicinalium* libri a Prisciano commemorati. Quanti fuerint hi libri apud posteriores momenti, indicat Marcellin. de Medicament. ad filios praef.: „*Veteres medicinae artis auctores latino sermone perscripti Apuleius et Celsus et Apollinaris.*“

De libro *de Herbis*, quem si deo placet, seorsim edendum curabo, suo tempore fusius dicam.

22) Prisc. l. III. p. 105. 133. 160. 285. 499. Krehl. et Fulgent. s. v. pollinctores p. 559. Merc.
23) l. c. p. 144.
24) Fulgent. s. v. celocem. pag. 565. Merc.
25) Sidon. II. 9. Priscian. X. p. 486. et p. 493. Krehl.
26) Charis. l. III. extr.
27) Cassiod. de Arithmet. p. 499. Niev.
28) Isid. Orig. III. c. 1. §. 3. p. 108. Lindem.
29) Cassiodor. de Musica p. 433. Niev.
30) Barth. Advers. XXX. c. 7. Bosscha III. p. 525.
31) Bosscha III. ib. 522.
32) Apol. p. 477. 478. 479.
33) Palad. de R. R. I. t. XXXV.
34) Serv. ad Virg. Georg. III. 26.
35) De arte venandi c. avibus s. de re accipitraria: „*Ciconiae et illae, quae dicuntur ab Aristotele in libris animalium Pelicani, qui ab Apuleio dicuntur Cofani.*“

CAPUT III.

DE CODICIBUS ET EDITIONIBUS APULEII.

A. DE CODICIBUS.

§. 1.

De codicum ordinibus et auctoritate.

Priusquam ad singulorum codicum descriptionem me convertam, necessarium est, ut qui ordines eorum sint et familiae, et quaenam cuiusque sit auctoritas exponatur. Quae disputatio ne longius evagetur nec iterum eadem repetantur, singuli quique libri seorsim pertractandi sunt, quod eo magis e re lectorum videtur esse, quoniam paucissimi tantum Apul. codd. omnes omnino libros continent.

A. METAMORPHOSIS.

Longe maximus est codicum numerus qui Metamorphosin praebent: *Florentini* 1. 2. 3., *Guelferbytani* 1. 2., *Lipsianus*, *Fuxensis*, *d'Orvillianus*, *Palatinus*, *Regius*, *Oxoniensis*, *Fulviani*, *Bertinianus*, *Dresdensis*, *Bembinus*, *Manganus*, *Paraei*, *Vossianus alter*, *Pithoeanus*, *Petrarchae*, *Zabarellae*, *Becichemi*. Horum codd. tres familiae, si quid recte video, possunt constitui, quarum prima complectitur

1. *Florentinos* 1. 2. 3.
2. *Guelferbytani* 1. 2. et Dresdensem qui accuratissime cum Guelferbytano 2. consentit.
3. *Palatinum* plurimis locis cum Guelferbytanis congruentem.
4. *Pithoeanum*.
5. *Iuntinam* 2.

Huius ordinis codices omnium sunt optimi et ex his contextus ubique constitui debet.

Secunda codicum classis habet *Oxoniensem*, *Regium*, *Lipsianum*, *Fuxensem*, *d'Orvill.* *Paraei cod.*, qui quamquam multis locis probam lectionem habent, mutilati tamen singulis partibus et corrupti sunt. Arctissime cohaerent Regius et Fuxensis, qui ex uno fonte promanarunt. D'Orvillianus magis ad Oxoniensem inclinat.

Tertia denique familia uno codice Bertiniano constituitur, qui omnium longe est pessimus, si quidem ad Metamorphosin respexeris; ex eo vulgata quam dicunt vetus lectio originem duxit.

De ceteris codd. verum iudicium afferri non licet, quod aut singulis tantum locis, ut *Petrarchae*, *Zabarellae*, *Becichemi* codd. aut partim, ut *Bembinus et Manganus* aut negligenter collati sunt, ut *Fulviani*, in quorum lectionibus recensendis Fulvius et Wower. toto coelo saepius inter se distant.

Digitized by Google

B. FLORIDA.

Florentini **1. 2. 3., *Pithoeanus, Lipsianus, Fulviani* et *Bembinus* Florentini quum optimi hic quoque sint, ubique iis obtemperandum est, Pithoeanus modo ad Florentinum 3. modo ad Lipsianum inclinat, qui posterior veterem vulgatam lectionem constituit. Fulviani et Bembini codd. variae lectiones rarissime citantur.**

C. DE DEO SOCRATIS.

Florentinus **1. 2., *Fulviani, Cuiaciani* 1. 2. 3., *Palatinus, Harlemensis, Cantabrigiensis, Benedictinus, Vossianus, Puteanus, Leidensis, Bremensis, Thuanaeus et Guelferbytani* 1. 2. *cod. Fabri.***

Omnium optimi sunt Guelf. 1. Voss. Harlemensis, Cantabrig. Leidensis et Florent. 1. 2.

Guelferbytanus 2, qui cum Cantabrigiensibus 1. 2. plerumque consentit minus corruptus est et interpolatus. E Cantabrig. 1. 2. plurimis locis vetus lectio vulgata profecta est, quamquam hic editor principis codicem secutus videtur esse qui hodie non extat.

Benedictinus paulum corruptus nullum horum codicum sequitur sed plane diversas a ceteris praebet lectiones.

D. DE DOGMATE PLATONIS.

Florentinus **1. 2. *Puteanus, Leidensis, Vulcanii, Harlemensis, Benedictinus, Thuanaeus et Vossianus.***

Optimi sunt Harlemensis, Vossianus et Vulcanius, qui inter se plurimis locis conspirant. Benedictinus item ut in libro de Deo Socratis a ceteris libris distat, Thuanaei lectiones variantes raro a Florido adnotantur, Florentini minoris sunt momenti.

E. DE MUNDO.

Florentini **1. 2., *Vossiani* 1. 2., *Benedictinus Fulviani* 1. 2., *Vulcanii cod.***

Ex Vossianis fere solis textus verborum emendari potest, Florentinos codd. nimium interpolatos esse demonstravi ad h. l. p. 387 ed. meae.

F. APOLOGIA.

Florentini **1. 2. 3., *Fulvianus, Bembinus, Lipsianus, Pithoeanus, d'Orvillianus, Pithoeanus.***

Omnium optimi F. 1. 2. 3. quocum Pithoeanus, ut in Metamorphosi conspirat. D'Orvillianus in hoc loco meliores praebet quam in Metamorphosi lectiones.

G. ASCLEPIUS.

In eo emendando duobus codd. *Guelferbytanis* usus sum, quorum prior optimas lectiones dedit.

§. 2.

Codicum descriptio et enumeratio.

a) *Florentinus* 3. Bandinius (Plut. LXVIII. Cod. 2.) eum ita describit: Cornelius Tacitus et Apuleius Longobardicis Characteribus exarati.

p. 1. *Taciti XI.—XX.* Annal. libri.

p. 104[b]. *Apuleii Platonici Madaurensis de magia libri II.*

Digitized by Google

ut in codice II. Plut. XXIX. supra §. 4. §. 1., ubi editionem Florentinam ann. MDXXII. consuluimus. In calce libri primi quadratis Romanis scriptum est: *Ego G. Crispus Sallustius emendavi Romae felix. Apuleii Platonici Madaurensis pro se aput Cl. Maximum Procos de Magia Lib. I. Explicit. Incipit Lib. II. Lege feliciter.* Itemque in calce libri II. legitur: *Apuleii Platonici Madaurensis Prosae de Magia Lib. II. explicit. Ego Sallustius emendavi Romae felix.* Loca Graeca quae in hisce libris occurrunt, sunt ea quidem graecis characteribus sed valde corruptis et mendosis expressa, recentior tamen ac docta manus eadem in margine emendate diligenterque conscripsit.

III. p. 126. *Eiusdem Metamorphoseon s. de Asino Aureo libri XI.*, praevio Prologo, ut in dicto cod. §. 11. In calce omnium librorum primo et ultimo exceptis legitur censoris subscriptio: *Ego Sallustius legi et emendavi Romae felix;* in calce vero libri IX. aliquanto longior ita habet: *Ego Sallustius legi et emendavi Romae felix, Olibio et Probino V. C. Cons. in Foro Martis controversiam declamans Oratori Endelechio. Rursus Constantinopoli recognovi Caesario et Attico Conss.* (eadem subscriptio in dict. cod. II. Plut. XXIX.).

IV. p. 184. *Eiusdem Floridorum Libri IV. ut ibid. §. III.* Subscriptio quae habetur in fine Metamorphoseon est ab imperito supposita, Montfauconio etiam teste, qui codicem hunc num. XXVIII. ideo recenset, quum hodie sit sub num. II., quod post Duccianum Catalogum quem Montfauconius edidit, diversa codicum quorumdam interfuit enumeratio. Curtius Pichena qui hunc vidit librum eoque usus est, uti apparet ex syngrapha autographa ipsius Pichenae nona die Iulii 1599 in veteri catalogo reposita deceptus est, dum putavit, esse hunc codicem eiusdem antiquitatis quam praefert subscriptio Sallustii et tempus consulum. Ita enim in supra citata praefatione lectorem alloquitur: *Alterum est exemplar barbaricis characteribus exornatum, quos Longobardicos appellant sed meo iudicio haud recte; nam is liber exscriptus annis ab aevo hoc mille ducentis; adnexa enim sunt Apuleii nonnulla iisdem characteribus et eadem ut videtur manu ac frequens in libellorum fine subscriptio Sallustii, qui etiam alicubi ait: Ego Sallustius legi* etc. *Priores eo anno consules, quo Theodosius obiit a Christo nato CCCXCV. alteri post biennium, necdum itaque eo tempore quo liber est transcriptus Longobardi in Italiam imperant.* Fallitur Pichena etiam dum inferius adiungit: *itemque in priorum Annalium volumine aliut, illut, istut, aput, huut, quit, aliquit, set; nam non ideo crediderim sic antiquitus usitatum sed ex pronuntiatione Germanica irrepsisse; transcriptoris negligentia in Virgiliano codice set passim reperitur.* Mirum quod Franciscus Venturius Patricius Flor. sane doctus et acerrimi ingenii vir, cuius opera usus est hac in adornanda sparta Pichena, huius erroris et acriseos non commonuerit. Excusandus Pichena, qui ab ineunte aetate aulicis ut de se ipso fatetur occupationibus innutritus politiora studia summis tantum labris delibaverit.

Cod. Membranaceus Ms. in fol. Saec. XI. charactere Longobardico conscriptus, multis in locis evanidus, ubi posterior quidem sed vetusta manus deleta verba in spatiis interlinearibus rescripsit, quem admirabilem codicem dixit Holstenius in schedis Mss. In principio haec legitur notula: *De XXII. banco ex parte occidentis Cornelius Tacitus et Opera Apuleii* etc. *Conventus S. Marci de Florentia Ordinis Praedicatorum de hereditate Nicolai Nicoli Florentini viri doctissimi.* Constat foliis scriptis 191. In Catal. Montfauc. sub num. XXVIII.

b) *Guelferbytanus* 1.

Hic codex Membran. in fol. 72 folia continet, undetricenas tricenasve lineas habentia. Metamorphosin habet. Mutilatus ille aliquot locis est et in libri secundi

verbis incipit: *Verum enim puero Fotis famula petitur* (cf. Lib. II. p. 87.) item magna a fol. XXIV. inde a verbis Lib. V. *sed male prima* usque ad Lib. VI. *in asino meo* lacuna est, et in verbis: *id sacrum nec solicita nec* terminatur. In fine ultimae paginae verbum *profana*, in quo textus pergit ab alia manu positum est, quod ideo commemoratum volui, ne quis eo vocabulo sequentia indicari putaret; litterarum formae sunt diversissimae et quamquam ab una manu sunt exaratae cognosci tamen licet, quibus singulis verbis librarius describere desierit, quibus inceperit, ita ut pro studio quo codicem depingere singulis diebus aggressus est, modo negligentes et compressae, modo elegantes et accuratae sint litterae. Item membrana diversi est coloris et materiae, modo alba et candida, modo luteola et subflava. Codex est palimpsestus, multis foliis plane attritus, quum saepissime lectitatum fuisse eum ex diversorum hominum adnotationibus eluceat, quae aut spatiis interlinearibus aut margini sunt adpositae. Sex manus equidem dinoscere potui: prima quae vocabula minus cognita et ex antiquitate maximam partem petita pro more aevi in margine repetiit: altera quae narrationis argumentum breviter in margine exposuit ut: *fabulam unam narrat Lucius Miloni, complexus lutii et fotidis hic incipiunt: Theliron incipit fabulam hic;* tertia quae adnotationes ad argumentum rerum pertinentes margini adposuit, ut fol. VI. *hic tangit fabulam de pipleto et acteone ut habemus,* fol. VII. *nota fabulam quam tangit hic de gerione qui fuit in versibus aberullae,* fol. IX. *bulla quae fit ex aqua pluvia currente?* (cadente) ibid. *octo pedum auctiores* i. e. *octo pedum plures s. equus apuleii et apuleius qui erat asinus ambo habebant octo pedes;* fol. X. *fabula alcimi et exitum eius; praecipitatur per fenestram per quandam vetulam:* quarta manus interpretis italici, qui inter spatia interlinearia et italica et latina lingua conscriptas explicationes interseruit, ut fol. I. p. 1. *scitula saporella* fol. II. p. 2. *praeditus ornato proceres grando,* fol. III. *diutine longamente,* fol. IV. *vetusti vechio,* fol. VI. *postliminio mortis et passere della morte* et fol. I. p. 2. *constituta—firma, gestivit: desideravit, edita: nata;* quinta manus latine aliquot verba explicuit, ut fol. XII. pl. *post haec vale facto* i. e. *post salutationem receptam ab ipso demochare discedunt sc. ipsi latrones* et ibid.: *capulus est gladii capulus qui casducam portat;* sextam denique manum saepius deprehendi, quae verba per librarii negligentiam omissa supplevit in margine: ut fol. XIII. p. 2.: *quidni quod inter genua sua deposito capite sine modo flebat, at illa illi introvocate anni praecipiunt assidens eam quantum possit solaretur,* fol. XV. p. 2.: *incolumitatis ipsius fortuna dampnavit tamque infimi ut per totum orbem non inveniat;* fol. XVII. p. 2. pro verbis *opimas dapes quidam introcessit* in margine posuit, *al' copiosas,* fol. XIX. p. 1. verbis: *ego maritum articulari* interposuit *vero;* fol. XXXIX. *teneres,* quod excidit in textu supplevit. Plurima horum glossematum et supplementorum in primis quatuor foliis continentur, tum post primam lacunam fol. XXV. et prae ceteris fol. XXVI. et XXVII.; ubi longa adnotatio est marginalis ad verba; *inducis inquisitionem commilitonum* i. e. *necesse est quod inquiramus alios socios, ut numerus nostrae cohortis* i. e. *societatis compleatur, quia ut dixit superius aliqui ex istis interfecti fuerunt et ut compleatur numerus deficientium erat inquirere et qui venient per amorem bene quidem, sin autem ducantur inviti.* Inde a fol. XXIX. hae adnotationes terminantur. A fol. XXXIV. manus docti viri conspicitur, quae a ceteris longe diversissima lacunas contextus supplevit, ut fol. XXXIV. 1. *nuopte,* XLII. *succidaticum,* fol. XLIII. *interantium passim quod circumfusi nudatum supinatumque invenem exerrandis uriginibus;* LXI. *sceleratis (ad exitium disciplinae.)*

In librorum initio inauratis litteris mainusculis pictum est:

lutii apuley madaurensis metamorphoseon liber (tertius cett.) *incipit.*

gitized by Google

c) Guelferbytanus alter continet quadraginta Metamorphosis folia ex quadragenis versibus constantia et in duas columnas bipartitus est summa cum cura et diligentia et admirabili litterarum elegantia perscriptus. Initiales minio rubro sunt depictae. Inscriptio libri primi est *Incipit liber primus* cett. tum *Lucii apulei platonici Maudorensis Metamorphoseon Liber primus incipit.* Subscriptio: *Lucii apulei platonici Maudorēsis Methomōpheō Explicit lib' p' m'. Incip' &s*, eademque subscriptio in cett. libris extat, nisi quod post librum VII. pro *apulei* legitur *apulegii*. Glossatoris manus primum comparet fol. IV. p. 2. col. 2. vers. 33., ubi in textu est *ul'cano*, pro quo in spatio interlineari ea posuit *vulcano*; fol. V. p. 1. col. 1. pro *sabium* scribit *basium*, ut paulo post v. 14. pro *sabiolo : basiolo* et v. 15. pro *sabiari — basiari*, fol. V. p. 2. col. 1. pro *correptis numinibus : nummis* ibid. col. 2. pro *naniter : gnaviter.*

Tertia recentior manus multis locis deprehenditur, ut fol. V. p. 2. col. 2. *in aspectum* verba in textu omissa suppleta sunt; fol. VI. p. 1. col. 1. vers. 42. *pollice* quod in textu desideratur in margine additum est; item fol. XII. p. 2. col. 1. vers. 44. *et in lemures reformati*, fol. XV. p. 1. col. 2. vers. 7. pro verbis *mortalem mentio*, quae textus habet in marg. emendatum est ab ea manu *muntio*, et fol. XXXIX. p. 1. col. 2. v. 43. pro *omni qui e Luci: o inquit Luci.*

A quarta manu multa interposita sunt ut fol. XI. p. 2. col. 1. vers. 7. fol. XIV. p. 2. col. 2. v. 44. *petiti thebanis conatib⁊ abnuētes plateas*, quae verba in textu non comparent; fol. XIV. p. 2. col. 2. v. 44. *q̄ nec uti recte tāta bonorum copia novit. Vidisti soror quāta ī domo iacent et qualia monilia.*

Denique ipsa librarii manus emendationes in textu addidit quae incertum est an correctiones sint verborum in textu negligenter ab eo descriptorum an codicis depravati emendationes ab ipsius ingenio profectae, ut fol. VI. p. 1. col. 1. v. 10. pro *utensibus*, quod in textu est, emendavit *utensilum* ibid. p. 2. col. 2. pro *fomenta* correxit *foremma.*

In calce libri atramento nigro adpicta sunt: *Amē Explicit Deo gratias Amen* post atramento rubro:

Lucii Apulei platonici Maudorensis Methamorphoseon
liber undecim' explicit. Explicit liber Methamorphoseon
Lucii Apulei platoīci Maudorēsis. Deo gratias.

d) *Dresdensis*
codex membran. fol. nondum collatus continet Metamorphosin, ex quadraginta foliis constat quadragenas lineas habentibus, in duas columnas divisus ac diligenter conscriptus. Plures lineae et paginae ita sunt adtritae ut aut omnino non aut vix legi queant, ut fol. V. p. 2. XIV. XXII. p. 1. XXXVIII. p. 1. col. 1. v. 32. *prorsus*, p. 33. *corpore sane divinitus*, v. 34. *sacerdos ut reapse cognoscere.* Initiales minio et colore caeruleo sunt depictae. Codex maximam partem cum Guelferbytano 2. consentit sed multis locis tam interpolatus et ignorantia librarii depravatus est, ut minimi sit momenti.

Plurimae virorum doctorum manus cognosci possunt, quarum hae sunt potissimae.

1) quae nomina singularia et nomina propria in margine repetiit ut: *Socrates, Aristomenes, Castorem, Ranam, Elephantum, Panthia, Meroe, Enosmion, Catamitus, Byrrhena.*

2) quae corrupte et minus perspicue scripta vocabula correxit vel varias lectiones dedit: ut fol. 1. p. 1. col. 2. *oppiōnibus*, ibid. p. 2. col. 1. pro *ꝺ quaestum macedonicum* in marg. est *secutus* fol. II. p. 1. coll. v. 11. *cogitarint* pro *cogitant*, ibid. *mira inquam* pro *mira namque*; ibid. *adgesto* pro *aiecto*; ibid. *subterhabitis* pro *subterabitis*; fol. VI. p. 1. col. 1. *subsiliens* pro *subsilies*;

insecuso pro *incuso*; ibid. p. 2. col. 2. *comesatum* pro *conversatum*; *summis* pro *simus* al.

3) tertia manus lectiones dedit emendatas sed raro conspicitur, ut *luvido* pro *nutili (centunculo)*.

4) quarta manus supplevit vocabula omissa et corrupta correxit ut fol. I. p. 1. col. 1. *homines in alias* minus perspicue scripta sunt, indeque emenduta in margine, ibid. in textu *accipe* omissum, ab ea manu additum est; ibid. in textu *stilus qui* correctum est in *stilus quem*, ibid. *vegetatione* in *vegetationem*, ibid. *sciscitor alioquin* in *sititor alioquin*; col. 2. *pigrum congelare* pro *colligari*; ibid. pro *sermo iactetur : iactatur*.

Eodem modo quinta sexta et septima manus accurate discerni possunt, quae tamen nullius sunt momenti.

Emendationes ad fabulam usque de Amore et Psychae pertinent. Libr. IV., ab eo inde libro rarissime tantum manus aliena reperitur, ut Libr. VI. eius loci margini, ubi turris loquens introducitur, turris adpicta est, ut asinus nitidus loco lib. 3., ubi Lucius in asinum transformatur.

Codicem hunc ex Bibliotheca Reverendissimi Amadaei Canonici Bononiensis Henr. Ionathan. Clodius, Bibliothecae Regiae et Electoralis Praefectus comparavit.

Post libros singulos inscriptio est:

Lucii Apuleii Madaurensis Metamorphoseon liber (secundus) *incipit.*

in calce codicis:

Lucii Apuleii Maudorensis Metamorphoseon liber Undecimus explicit.
Q' me sc̓pt̄at Anno Milleno et t̄c̄eteno
bisq̊ꝫ vigeno addito deno et numero seno
ille me finierat quando november erat.

e) *Guelferbytanus* 3. Nro. 168.

Cod. Membran. in 4. ex septuaginta tribus foliis constans, ab una eademque manu accuratissime et nitidissime scriptus omnibus tamen suis partibus non absolutus est, quum initiales et librorum et articulorum et enuntiatorum desiderentur. Litterae in lineis accurate subpositis sunt perscriptae vel ipsi margines lineis circumducti sunt. Prima pagina triginta duos versus continet, reliqui tricenos quaternos. Codex habet:

1) *Senecae declamationes* p. 1 — 41^{b}. folium 42. purum est.

2) *Hermetis Trismegisti Asclepius* fol. 43^{a} — 55^{b}. Litterae nominum Loquentium minio sunt depictae: fol. 56. purum est.

3) *Seneca de Beneficiis* fol. 57 — 66^{b}.

4) *Apuleius de deo Socratis* 66^{b} — 74^{b}. In margine a manu posteriore summaria argumenti addita sunt, ut fol. 69. p. 1. ad verba: *neque enim illa sac̃ rerum humanarumque contrectatione sola removit Ceterum hic de mediis diis scilicet demonibus*; fol. 41^{a} ad verba: *est et secundo significatu species demonum (de secundo genere daemonum)*; solum fol. 73. a manu diversa videtur perscriptum, certe litterarum formae et notae voce. plurimum discrepant.

f) Guelf. 4. (Nro. 80. 10.)

Cod. membr. in 8. constat e l. 181 fol., et hosce libros continet:

1) *Pauli Orosii Hormista Mundi Chronici lib. VII.* fol. 1 — 97., cod. recentissimus cum glossis interlinearibus et marginalibus, quae verba et sententias explicant. Fol. 98. purum est.

2) *Apuleii de Deo Socratis* fol. 99 — 109^{a}.

3) *Apuleii Asclepius* fol. 109^{b} — 124. Uterque liber ab eadem manu descriptus est.

4) *Continentia megacosmi bernardi silvestris* 125ª — 126ª. liber ab eadem manu scriptus, quae Apuleii libros transcripsit.

5) *Virgilii Bucolica* fol. 127 — fol. 142. cum VV. LL. et emendationibus recentioris manus.

6) *Principum et Episcoporum statuta et edicta absque auctoris nomine* fol. 143—180. recentioris temporis liber et minus perspicue scriptus. In calce huius libri a V. D. manu: *codex hic continet formulas epistolarum, edictorum, privilegiorum, concessionum, confirmationum vel omnis generis in unum cancellariae principis Sec. XIV. in Silesia collectas.*

Nam fol. 176. *mentio est actorum a.* 1385 *praesente episcopo pragensi; fol.* 180. *Th. ep. wratislaviensis; fol.* 165. *Hinnei ducis opolosiensis; fol.* 170. *et pluribus seqq. K. ducis opol.; fol.* 174. *eius coniugis Margaretae; fol.* 171ᵇ. *civitatis ad oderam collocandae. Ducem tamen opoliensem K. eo aevo in tabulis Commeni non invenies.*

Praeterea multi versus Ovidii, Virgilii aliorum in vacuo singulorum foliorum spatio sunt a manu posteriori descripti, qui interdum bonam lectionem continent.

Priusquam ad ceterorum codd. censuram progredior, licent de ceteris quibus usus sum codd. subsidiis paucis exponere.

1) *Excerpta Florent.* 1. 2. *a Lindenbrogio confecti.*

Emendationes perpallido atramento sunt notatae vel in margine edit. Vulcan, cum qua hi codd. collati sunt vel in charta scriptoria singulis foliis interserta. Interdum adnotationes additae sunt Lindenbrogii, quas Elmenh. plerumque pro suis fraudulenter venditavit, nigriore atramento perscriptae, quod argumento est eo quo libri Florentini comparati sunt tempore eas confectas non esse.

In *libro de Mundo* p. 1 — 26. hos *duos* codd. nusquam citatos inveni, sed unum.

p. 26 — 60. *de Dogmate Platonis*, ad cuius initium Lind. haec scripsit: *In conferendo hoc libro usus sum Mss. Lugd. Batav. et Lut. Paris. Puteani, Florentin. D. Marci.*

LVCII APVLEI. DE HAB. DOCTRINAQ. ET NATIVITATE
Platonis Philosophi lib. sec. Ms. Flor.

Quoties Batavum excitat, *Ms. Bat.* vel *Bat.* addit. Notam *Put.* semel inveni p. 28. Interdum numerus 2. legitur, ita tamen ut incertum sit, quos codd. significaverit, nonnunquam 3. extat, quo omnes tres codd. notantur. Ad librum II. de Dogmate Lind. adiecit in margine: *Usus sum Mss. codd. Puteani CIↃIↃCI et Florentino:* quae calamo crassiore perscriptae sunt V. V. L. L., ad Florent. pertinent, calamo subtiliore notatae ad Puteani cod.

p. 61. *de Deo Socratis.*

In margine legitur: *In hoc libro conferendo usus sum codd. duobus altero Lugd. Bat.* 1595., *altero Lut. Paris. Puteam. CIↃIↃCI.*; VV. LL. Bat. nota *Bat.* ubique insignitae sunt. Pag. 63. ad vocem *inscita* cod. Boum. commemoratus est. Numero 2. qui saepius hic invenitur, Put. et Bat. codd. eandem lectionem praebere notatur. Florent. cod. lectiones atramento nigriore, Batav. pallidiore sunt scriptae.

In libris Metamorphoseon, Florid. et Apol. Florentinos codd. contulit Lindenbrog.; num. I. Florent. 1., num. 2. Florent. alter signatur.

Ad calcem editionis adnexa sunt viginti duo folia chartae scriptoriae, paulo sordidiora et oleo superfuso inquinata, quorum primum purum est, nisi quod in pagina altera extat a manu Lindenbrogii: *EGO CRISPUS SALLUSTIUS EMENDAVI ROMAE FELIX.*

Digitized by Google

APULEII PLATONICI MADAURENSIS PRO SE APUT CL. MAXIMUM, PROCŌS DE MAGIA LIB. I. EXPLICIT.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

Ita Mss. exemplaria Longobardicis litteris scripta in Bibliotheca Medicea Florentina.

EGO SALLUSTIUS LEGI ET EMENDAVI ROMAE FELIX OLIBRIO ET PROBINO V. C. COSS. IN FORO MARTIS. CONTROVERSIAM DECLAMANS ORATORI ENDELECHIO RURSUSQUE CONSTANTINOPOLI. RECOGNOVI. CAESARIO ET ATTICO COSS.

In fol. 2. p. 1. haec leguntur a Ms. Lindenbrogii. *In veteri Ms. membrana sic initium Milesiarum legebatur* (nunc sequuntur versus eo ordine constituti, ex quo ad initium Metamorph. eos descripsi). Tum pergit: *Viginti quinque versus praemittit author. Genus carminis trimetrum iambicum constans sex pedibus. Recipit autem poeta licentiose pedes et eos etiam ubi communiter non solent, ut in fine Spondaeum. Hoc autem carmen admittit iambum unde et dicitur, omnibus locis praecipue paribus, dactylum, spondeum, anapaestum, tribrachyn et pyrrhichium atque trochaeum. Metra autem alia suis pedibus et syllabis constant et dicuntur acatalectica, aliquando syllaba una deficiunt et dicuntur catalectica, aliquando duabus et dicuntur brachycatalectica. Pro minore igitur parte sunt trimetra acatalectica. Ita tamen quod prima dictio duodecimi versus per ae diphthongum scribenda dividatur, ut illa dispartita diphthongus iambum pedem efficiat. Et in sequenti versu penultima syllaba quae est A, de metro non abiiciatur. Insuper sciendum versum XVIII. esse hyponatium trimetrum catalecticum, quia una deficit syllaba. In antepenultimo versu dividitur etiam diphthongus in fine illius dictionis Scientiae, ubi scribi debeat Scientiaï. Penultimus autem versus etiam catalecticus est, una videlicet syllaba deficiens. Ultimus vero versus dimeter est iambicus hypercatalecticus, constans quatuor pedibus et una syllaba qui et Alchaicus dicitur.*

Sic vetus Ms. membranae.

Inde a fol. 4. usque ad 13. p. 1. VV. Lectiones in Asclep. Trimeg. perscriptae sunt, ad cuius collationis calcem extat: *hic codex adservatur Florentiis monasterio B. Marci.* Sequentia folia genus quoddam continent indicis et adnotationes, quae Apuleii dictionem illustrent, a Lindenbrogio in usum novae editionis conscriptae.

Hic liber Hamburgi asservatur.

2. *Palatini et Bertiniani codd. collationes*, quas Modius et Putschius adscripserunt ad marg. editionis Pric. quae Hamburgi adservatur.

Ante editionis titulum sex folia chartae scriptoriae interposita sunt, quorum alterum hanc habet subscriptionem:

Saalbachio Prof. Gryphiswaldensi ex cuius bibliotheca auctionis ritu Hamb. vendita pervenit ad Io. Christoph. Wolfium.

in quarto folio a Wolfii manu haec leguntur:

Cl. Gottlieb. Corte cui hoc exemplum miseram idem remittens cum litteris suis inter cetera ita: Feci operae pretium, dum discrepantes ab editis lectiones exscripsi, licet iam aliis viris doctis iidem codd. Bertiniensis nempe et Palatinus fuerint in consilium adhibiti.

In altera eiusdem folii pagina haec extant:

In Bibliotheca Iohannea Hamburg. extant Apuleii scripta ex editione nescio qua (titulus enim deest; ex litteris autem Belgicam esse suspicor, in 12) cum Mss. variis a Frider. Lindenbrogio collata notisque eiusdem in charta pura instructa.

In calce haec ab eodem scripta legis quae codicem Florentinum quo inprimis usus est ita describunt.

EGO CRISPUS SALLUSTIUS — COSS.

Quintum folium continet a Modii manu verba praefationis Colvian. Apologiae, inde a verbis *in emendando* usque ad *abstersimus.*

In sequenti haec leguntur:

Casaubonus putat biliosam illam librorum Apuleianorum inscriptionem a Bernardo Philomathe Pisano esse qui Apuleium Florentia Anno CIↃIↃXXII. edidit.

Menander.

— ἐστὶν ἀρετῆς καὶ βίου διδάσκαλος
ἐλευθέρου τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγρός.

Sequuntur tum loci aliquot ex libris de Dogmate Platonis excerpti.

In titulo ipso extat nomen: *Io. Christ. Wolfius.*

In altera tituli pagina et prima praefationis a Modii manu singulae dictiones ex Apuleii libris depromptae leguntur, ut *mundus Cereris, modico prius.* Wolfius vero verba: *suadela, querela, medela, custodela, turbela, tutela* in summa hac pagina adposuit.

Post veterum testimonia quae huic editioni inserta sunt, haec extant a Putschii manu:

MS. ASINI AUREI LUCII APULEII PLATONICI MADAURENSIS METAMORPHOSEON LIBER PRIMUS INCIPIT.

Contulit Milesiarum libros cum Mss. exemplari Palatinae Bibliothecae Gruterus ann. M. DLXXXXIII. qui nobiscum communicavit. Heydelbergae M. CIↃIↃCIII.

Helias Putschius.

In altera pagina a Modii manu:

Libros hos omnes XI. de Asino contuli cum Mss. S^t. Bertini optimo illo quidem sed in Charta satis recenti characteris genere etc. Kl. Octobr. Ann. M. IↃLXXXIX.

F. Modius.

Communicavit mecum hunc codicem Illustris Vir Marcis Ulfert Reipublicae Augustae Decemvir.

A. MIↃCII.

Aliquot locis Florentinorum codd. lectiones margini huius editionis a Modio additae sunt. Codices Palatini et Bert. signis *B.* et *V. C.* notati sunt. Hae collationes ad Metamorphosin tantum pertinent. Inde demum a Pag. 303. Apol. Pric. collatio lectionum Casaub. et aliquot locis Florentinorum descripta est.

3) *Variae lectiones quae in editionis Vicent. a.* 1493. *margine adscriptae sunt.* Adservatur ea Dresd. D. 189.

In chartae purae folio ante praefationem haec extant:

Hic codex Apuleii qui ex Bibliotheca Nicolai Fabri ad Vallimum pervenerat est is ipse quem laudat Iosias Mercerus in not. ad Apuleii librum de Deo Socratis a. 1625. *Lutetiae a se editum his verbis:*

Iamdudum.] Hoc esse principium diatribae de Deo Socratis monuit dudum doctissimus Pithoeus in Adversariis veteres codices secutus, quibuscum consentiunt duo ex iis quos ante annos quadraginta contulimus, unus maximi Cuiacii optimae notae, alter humanissimi et candidissimi Nicolai Fabri longe is quidem deterior. Docuit me hoc Nobilis et Doctus hospesque mihi cum Parisiis agerem, perbenignus Iacobus Mentelius.

Metamorphoseon libris ab eadem manu adscriptae sunt mendorum thypothetae

Digitized by Google

emendationes et variae lectiones, quae tamen nullius momenti maximamque partem e vulgatis edd. excerptae sunt, ita ut excerptorem nullum codicem ante oculos habuisse appareat. Initiales librorum 1—5 coloribus sunt distinctae.

Ad Floridorum libros nonnulla VV. LL., emendationes et adnotata a tribus diversis manibus adscriptae sunt, uti in Apologia eadem manus quae in Metamorphosi aliquot emendavit locos, graecos locos qui in hac editione desiderantur supplevit. Ad librum de Deo Socratis alia a prioribus manus VV. LL. adiecit; quae eadem VV. LL. et adnotationes ad libros de Dogm. Platonis dedit inde ab initio usque ad verba Lib. II.: *modestia coerceri*, uti etiam ad librum de Mundo usque ad verba *abolitionem infert*. Ad Hermetis Trimegisti initium eadem manus aliquot VV. LL. adlevit.

Ad calcem editionis a manu nescio cuius haec leguntur:

In quodam meo libro veteri manuscripto haec figura eo modo disposita est, quam ego puto esse Apulei sed tractatum ex quo excerpta est non superesse. Itaque in eo libro delineata fuit atque huec verba subiecta erant quae esse cuiusdam Monachi putem, hoc modo:

Ratio Spherae Pythagoricae quam descripsit Apuleius. Dicc prius aetatem ipsius dici in qua decubuit. Idem nomen decumbentis et numerum litterum sub alphabeto notatum cett.

Tum sequitur figura ipsa.

His expositis liceat nonnulla addere de codicibus quae ultro mihi inter legendum se obtulerunt.

Roaldus ad Met. II. c. 32. p. 149. ed. meae lectionem cod. Florent. protulit: *spiritus efflaverunt*, quam etiam F. 3. habet. In Lindenbrogii collatione *efflaverunt* scriptura enotata non est.

Mirum est, qui Elmenhorstius et Lindenbrogius in VV. LL. Florentinorum afferendis saepius discrepent, quum unam collationem eam esse notum sit; ita Met. VII. c. 18. p. 595 ed. meae, quo loco Florent. 3. *cidit* et *fusti* habet, easdem lectiones Elmenhorstius e cod. Florent. enotavit, quum in collatione Lindenbrogii nihil emendetur sed lectio vulgata *caedens* intacta remanserit; VII. c. 23. p. 609. ex Florent. 1. Elmenh. scripturam citat *obisse*, quam Lindenbrog. collatio ignorat; VIII. c. 5. p. 655.: *nec diu sed eum aper furens invadit* Florent 1. praebet teste Elmenhorstio idemque est in excerpt. ad marg. ed. Colv. adpositis; Lindenbrogii collatio habet: *nec diu et eum furens aper invadit;* ibid. p. 656. Elm. e Florent. 1. excitat: *plagosa crura*, quam lectionem F. 3. habet; Lindenbrog. lectionem ed. Vulc. *plagosa vulnera* non correxit. Has utriusque viri dissensiones quomodo explicem non habeo, quum VV. Florentin. codd. LL. cum Elmenhorstio communicavisse Lindenbrogium constet, uti Oud. ad Met. VI. 3. p. 404. testatur, ubi Elm. *instructum*, Lindenbrog. *structum* e Florent. enotat. Nec in Metamorphosi tantum hanc discrepantiam licuit observari, sed etiam in aliis libris, ut Florid. p. 53. *oleri* habet Lindenbrogii collatio cod. Florent; Elm. *olitori* dat; et ibid. *praequam* e Florent. 1. notat Elm., qua in lectione Flor. 3. consentit, at Lindenbrogius cum ceteris *perquam* praebet. Hoc tantummodo ex multis locis intelligi potest, Elmenhorstium in varia lectione cod. Florent. enotanda non satis accuratum fuisse, ita ut saepius lectiones in textum reciperet, quas in adnot. crit. non commemoravit, ut Florid. p. 52. *a circumstantis* e cod. Florent. primus legit sed unde lectionem hauserit addere omittit.

Oudendorpius collatione codd. Florent., quam ei Fabricius miserat, aliquot locis negligenter usus est, ut Met. X. 729. *naresque* habet Florent. teste Lin-

denbrogio, quod in Oud. adnot. crit. non extat, X. c. 30. p. 966. *diadema candidum*, quod Florent. 2. habet, Oud. non enotavit; X. c. 35. p. 980. *quod oppidum est* in marg. Florent. 1. *a manu secunda* esse testatur Oud.; equidem in collatione Lindenbrog. nihil adscriptum video, qui Florent. 1. *est* habere tantummodo profert. Quam negligenter ille saepius in Guelf. 1. 2. collatione versatus fuerit, multis locis potest comprobari, ut in eadem pagina bis erravit, *tamidus* e Guelf. 1. enotando, qui *timidus* habeat et *conchareas* pro *cochirens* p. 981. *foveo* ex eodem citat, quum *refoveo* ibi extet; p. 986. *morti* ex Guelf. 1. pro *mori*, ibid. *Merocantem* pro *marocantem*. —

Lindenbrogii collatio ex more hominum eius aevi confecta est, qui obiter tantum vel partim codd. contulere. Ita in multis locis quos corruptos esse apparet, V. L. eruere omisit, in aliis nimis accuratus est, ut de Mundo p. 11. ed. Scal. ubi per typothetarum errorem exorfam lectionem *seriote* e codice corrigit in *seriore*, p. 18. ibid. *tecta* in *recta*.

Haec sufficiant. De ceteris codd. et edd. quum meliora proferri non liceat, quam quae a Bosscha edit. Bipont. ope adiuto disputata sunt, haec typis repeti curavi, iis tantum omissis quae ut plurimae editorum praefationes minus necessaria videbantur

1) MSS. FLORENTINI duo, quorum varias lectiones Lindenbrogius cum Elmenhorstio communicarat, sed quorum collationem ipsius Lindenbrogii manu scriptam, Oudendorpio miserat Io. Alb. Fabricius. In excerptis, tam Lindenbrogii quam Elmenhorstii, duo hi MSS. promiscue citantur, licet, si minus bonitate, at certe aetate, discrepent. Raro in Exc. Lindenbr. MS. Longobardicus ab altero distinguitur.

Alter horum est Codex membranaceus MS. in folio saec. XII. binis columnis, characteribus Longobardicis. Graeca vocabula, quae in Archetypo unde descriptus est hic MS. mainusculis erant litteris expressa, picta potius quam descripta sunt, atque ita, ut scriptor Graecae linguae prorsus ignarus fuisse videatur. Vid. in primis Apol. p. 482. hui. Ed. cf. et de Mundo p. 335 et 369 ubi tamen animadvertendum, formas literarum, prout scriptae erant in excerptis, typis exprimi non potuisse. Fieri tamen potuit, ut iam in Archetypo corrupta fuerint Graeca. Alibi certe, etiam in hoc Cod. Graeca prorsus desunt. cf. Apol. p. 466. Continet autem hic MS. *Madaurensis Apuleii Platonici de Magia Lib. II.* Post illa, *cuius legibus obedientem me videtis*, ubi vulgo Apologiae alteram partem incipere aiunt, haec leguntur: *Ego Crispus Salustius emendavi Romae felix*, ac deinde *Apuleii Platonici Madaurensis pro se de arte Magia Liber primus explicit. Incipit Liber secundus.* In fine quoque legitur, ut supra, *Apuleii Plat. Mad. pro se de Magia Liber II. explicit. Ego Salustius emendavi Romae felix.* Porro hoc Codice continentur *Metamorphoseon seu de Asino Aureo Libri XI.* In fine singulorum librorum, ultimo excepto, eadem Salustii subscriptio legitur; in calce vero Libri XI. aliquanto longior, hoc pacto: *Ego Salustius legi et emendavi Romae felix, Olibrio et Probino V. C. Conss.* [A. U. C. 1148. p. C. N. 395.] *in fora Martis controversias declamans Oratori Endelechio, rursusque Constantinopoli recognovi Caesareo* [leg. Caesario] *et Attico Conss.* [A. U. C. 1150. p. C. N. 397.]

Subscriptio illa *Ego Sallustius legi et emendavi Romae felix*, legitur etiam post L. III. Metam. in MS. Lipsii. item post L. IX. qui ibi est VIII. et ante verba *post dies plusculos* init. L. X. in Cod. qui fuit olim Franc. Petrarchae, ut notavit V. D. ad marg. Ed. Vicent. item in MS. Pith. passim, et in MS. D'Orvill. post Apologiae partem primam, item in aliis MSS. Florentinis, vid. Montfauc. Bibl. Biblioth. p. 344 et 374 et in MS. Vaticano, vid. Sirm. ad

Sidon. Apollin. L. IV. Ep. 8. ubi agit de Endelechio oratore, quem eundem esse putant, cuius exstat de Mortibus Boum carmen. cf. Burman. ad Vales. L. I. de Crit. p. 181. Aliorum istiusmodi subscriptionum exempla vide apud Lindenbrog. ad Terent. Andr. extr.

Sed ut ad Cod. MS. revertamur. Continet is, praeter Apologiam et Metamorphoses, etiam Floridorum Libros. In calce legitur nomen Francisci Aretini, cuius esse notas quasdam marginales et interlineares, quae passim in hoc Cod. inveniuntur, arbitratur Bandinius in Catal. Codd. Latinorum Mediceorum T. II. p. 4. e quo plurima ad hunc Cod. describendum hausi. Bandinium autem hunc MS. descripsisse didici ex Ruhnkenii V. Cel. praefat. p. VIII.

Alterum Codicem Florent. a Lindenbrogio collatum, eum esse, quem describit Bandinius l. c. p. 654. idem monet Ruhnken. Describitur autem ita, ut sit Cod. Membranaceus in fol. saec. XV. nitidissimus, cum correctionibus quibusdam in margine, et initialibus librorum litteris, auro variisque coloribus eleganter depictis. In fine haec adscripta sunt litteris partim rubris, partim nigris: *Antonius Marius Florentinus transcripsit Florentiae XII. Kal. Iulii MCCCCXXV. Liber Petri de Medicis Cos. fil.* Spatia ad Graeca exscribenda passim vacua relicta sunt. Continentur hoc Cod. Liber *de Deo Socratis*, cum duobus ultimis Floridorum fragmentis, quae vulgo huic libro addi solent; *Hermetis Trismegisti Aegyptii de* .... (lacuna est) *ad Asclepium Liber*; Libri *de Dogmate Platonis*, ut in hac Oudend. Editione dividuntur. Primus et Secundus, sed ita ut unum efficiant Librum, et postrema Libri I. verba, cum primis Secundi ita coniungantur: *veluti singillatim exaequatum cunctis partibus dividitur. Verum enimvero tunc exilium: copo: moralis philosophiae caput est* etc.; *de Mundo* Liber; *Metamorphoseon* Libri XI. cum epigraphe: *Ego Sallustius legi et emendavi Romae felix.* (Maioribus litteris partim rubris, partim nigris adscriptum est: *Apuleii Platonici Madaurensis Metamorphoseon Liber ultimus explicit, quem transcripsi cum duobus incorruptissimis exemplaribus me inscio, neque cognito. Correctus deinde et emendatus per me ipsum scriptorem cum optimo atque vetustissimo exemplari MCCCCXXV. Valeas feliciter;*) Apuleii *pro se apud Claudium Maximum Procos. Africae Orationes duae de magia*; (in fine orationis primae additur: *Ego Crispus Sallustius emendavi Romae felix*, et secunda inscribitur, *Pro uxore Pudentilla apud Claudium Maximum Procos. Africae.*) denique *Floridorum Libri IV.* Non omni ex parte haec descriptio convenit cum variis lectionibus, quae a Lindenbrogio sunt enotatae. In fine Lib. I. de Dogm. Plat. certe de illa lectione *copo*, quae totidem literis exstat in MS. Voss. nihil monuit Lindenbrogius. In fronte vero Var. Lect. Libri I. de Dogm. Plat. Lindenbrogius MS. quem contulit, vocat *Florentinum D. Marci.* Quare primo suspicatus sum, alterum Florent. ab illo collatum, eum esse, quem describit Bandin. T. II. p. 834. ubi est Cod. No. II. Plut. LXVIII. qui exstat sub No. XXVIII. apud Montf. Continentur hoc Cod. primo loco Taciti Libri XI. Tum *Apuleii Platonici Madaurensis de Magia Libri duo.* In calce libri primi, characteribus quadratis Romanis scriptum: *Ego Sallustius emendavi Romae felix. Apuleii Platonici Madaurensis prose apud Cl. Maximum Procos. de Magia Liber primus explicit. Incipit Liber secundus. Lege feliciter.* Itemque in calce Libri II. legitur: *Apuleii Platonici Madaurensis Prosae de Magia Liber secundus explicit. Ego Sallustius* etc. Prior subscriptio plane convenit cum Excerpt. Lindenbrog. quae tamen non habent τὰ *Lege feliciter*, quae enotare operae pretium non duxisse potuit Lindenbrog. uti nec posteriorem subscriptionem, quam non enotavit quoque. Loca Graeca quae in Apologia leguntur sunt in hoc Cod. Graecis quidem characteribus, sed valde corruptis expressa. Recentior tamen ac docta manus

eadem in margine emendate diligenterque conscripsit. Fortasse hinc petita est emendatio Graecorum verborum, quam Excerptis suis adscripsit Lindenbrog., pag. hui. Ed. 536., a, sibique arripuit Elmenh. Praeterea reperiuntur in hoc Cod. *Metamorphoseon seu de asino aureo Libri XI.*, cum eadem subscriptione, atque in Florent. priore, in calce singulorum librorum, exceptis Libro I. et ultimo. In calce vero L. IX. ita: *Ego Sallustius legi et emendavi Romae felix Olibio et Probino V. C. Cons. in foro Martis causas declamans Oratori Endelechio. Rursus Constantinopoli recognovi Caesario et Attico Conss.* Tandem continet etiam Floridorum Libros. In principio Codicis haec legitur notula: *De XII. banco ex parte occidentis. Cornelius Tacitus et Opera Apuleii* etc. *Conventus S. Marci de Florentia Ordinis Praedicatorum de hereditate Nicolai Nicoli Florentini viri doctissimi.* Est hic Cod. Membr. in fol. saec. XI. charactere Longobardico, eumque admirabilem Codicem dici ab Holstenio in schedis MSS. testatur ibid. Bandin. Videtur esse idem, quem vidit Burnet. Itinerar. p. 138. Ed. Belg. qui notat, in hoc Cod. aliquoties diphthongorum duas vocales in unam literam esse contractas, quem scribendi morem non adeo antiquum esse putabat. Neque tamen hic esse potest Cod. D. Marci quem laudat Lindenbrog. quia non habet Libr. de Dogm. Plat. Sed videntur variae lectiones a Lindenbrogio e diversis Codd. Florent. esse notatae. Apparuit autem mihi e Lindenbrogii excerptis, eum Metamorphoseon et Floridorum libros, itemque Apologiam, cum 2 MSS. Florentinis, reliqua vero opera cum uno Florentino contulisse.

Itaque non clare apparet, quinam sint Codd. Florentini, quorum variae lectiones ab Elmenhorstio et Lindenbrogio citantur: nam complures exstant Florentiae auctoris nostri Codices. Praeter iam memoratos, in Pluteo LXXXIV. a Bandinio Catal. T. III. p. 254. laudatur Cod. XXIV. mirae pulchritudinis in fol. saec. XV. quo continentur *de Deo Socratis, Trismegistus, de habitudine doctrinaque et nativitate Platonis philosophi Liber secundus, de habitudine doctrinaque Platonis Liber III., Metamorphoseon Libri XI.* Alius optime servatus, saec. XV. in cuius primae paginae infimo margine legitur: *Dalla Communita di S. Gimignano*, continet Metamorph. Libb. XI. Floridorum Libb. IV. cum scholiis marginalibus et interlinearibus. In fine rubrica notatum: *Explicit Liber quartus Floridorum Apuleii Platonici completus die XXVI. Ian. MCCCCXXII. hora XVI.* Tum additur index capitum, quae pertractantur in 2 Oratt. de Magia. V. Bandin. ib. p. 681. Alium Florentinum Apuleii MS. supra quam dici possit elegantissimum et ornatissimum vocat Bandin. T. II. p. 5. Cod. est membr. in fol. saec. XV. complectens Asclepium, de Dogm. Plat., de Mundo, Metamorph., Apolog. et Florid. Alios vide apud Bandin. ibid. et p. 529. et T. III. p. 107. et T. IV. p. 177.

2) MS. LIPSIANUS, ita dictus ab eo, qui praecipue hunc Codicem ad Apuleium castigandum adhibuit, Iusto Lipsio. Acceperat is eum a Victore Giselino, a quo iam antea eum suo usui impetraverat Groslotius Lislaeus, ut didici ex Gruteri Suspicionibus editis supra p. 426. Est itaque *vet. cod. Giselini*, qui vocatur ad Met. L. X. p. 748., b. idem ac Cod. Lipsianus. Collatio Groslotii, enotata in marg. alius exemplaris Aldini, quod habuit Oudend. et nunc est in Bibl. Lugd. Bat. Non igitur hic est alius Cod. ut putasse videtur Ruhnk. praef. p. IX. Ante Giselinum possedit eum Lucas Fruterius. Continet Metamorphoses, exceptis iis quae de Psyche L. IV. V. et VI. narrantur, Florida et Apologiam. Lipsius hunc Cod. commodavit Colvio, qui nimis temere nonnunquam eius lectiones in contextum recepisse, arguitur a Pricaeo ad Met. supra p. 368., b. Lipsius ipse varias lectiones margini Ed. Bas. adscripsit, et eiusdem Codicis ea est

Digitized by Google

collatio, quae ad oram Ed. Vulcan. post. facta est a Gerardo Vossio, cuius patrem MSti Lipsiani fuisse possessorem, didici ex Oudendorpii schedula. Quare non incerti Codicis est illa collatio, ut monuit Ruhnken. in praef. p. IX.

3) MS. FUXENSIS sive TOLOSANI, adhibitus a Salmasio, (v. ad Solin. p. 662.) et Roaldo, qui eum hoc modo describit in *Libro Variarum Lectionum in Apulei Metamorphosim ex C. MS. perantiquo Collegii Fuxensis excerib. F. R. F. F.*: „*Omnino vetus ille liber (quamquam elegantissimis literis exaratus) quod est in notis optimorum librorum, non adeo vetustus et probus, sed ex pervetusto et longe optimo exemplari, ut videtur, descriptus est. Num in eo variantes duae lectiones saepissime ipsi textui simul appinguntur. Porro librorum ordo ut numerus, alius est a vulgaria partitione, nempe XI. librorum cum MS. X. circumscribatur: ea mutatio incipit ab narratione fabulae Psyches, quae in vulgatis Lib. IV. annumeratur, in MS. Lib. V. esse incipit. Libri autem in quaedam veluti capitula tributi sunt, sine numero tamen et ratione: eorum ergo nullam rationem habuimus, cum nimiae prope diligentiae fuisset, ea suo quaeque loco indicare.*“ Continet hic Codex praeter Metamorphoseon libros, etiam Apologiam, in cuius fronte eius mentionem facere negleximus; quia non nisi perpaucas eius MS. lectiones potuimus adhibere, quas invenimus in marg. Ed. Vulc. licet saepe non potuerit distingui, fueritne adscripta lectio e Codice Fuxensi petita, an vero Salmasii coniectura. Ceterum suspicatur Oudend. hunc eundem Codicem esse cum Parisiensi ex Bibl. Episc. Tolosani, apud Montfauc. Bibl. p. 909., no. 318. unde *Fuxensem seu Tolosani MS.* passim vocat; quia et ibi Metamorphoseon opus in X. Libros distinguitur. Sed idem dicendum de MSto Regio, de quo infra, qui ubique fere cum Fuxensi conspirat.

4) MS. D'ORVILLIANUS, ita dictus ab eius possessore Iac. Phil. D'Orvillio, a quo eum acceperat Oudend. Membrana est eleganter scripta, saeculi XIII. in parvo 4to. Servatur in Bibl. Lugd. Bat. in Legato Oudendorp. no. 113. Caret autem primo folio, incipit Met. p. 77., Ed. Oud. et continet Libros *Metamorphoseos qui et de asino aureo dicuntur*, et Apologiam, in duas partes, ut vulgo, divisam, quarum prima inscribitur: *Incipit primus liber Apulei Platonici philosophi de Magia;* et in fine legitur haec subscriptio: *Ego Crispus Salustius emendavi rome felix, Apulei Platonici madaũte set pro se apud claudium maxim proconsulem de magia liber primus explicit.* Alia deerant, sed deleta sunt. In fine totius Apologiae nulla subscriptio legitur, praeter verba: *Explicit Deo Gratias.* Accurata huius optimi Codicis collatione, ab ipso Oudendorpio instituta, (cf. Ruhnken. in praef. p. X.) multum adiumenti ad Apuleium expoliendum accessit, et plus etiam accessisset, nisi multis locis Codex esset lacunosus, qui ceteroquin cum Ed. Iunt. post. saepissime convenit.

5) MSS. GUELPHERBYTANI duo, a G. Cortio cum Colviano exemplari collati in Bibliotheca Gudii, qui eos in Italia emisse videtur, ut apparet ex Epist. Heinsii in Syllog. Epp. T. III. p. 484. cf. Cort. ad Plinii Epist. Hos Codd. quomodo describat Ernestus, videndum in praef. Ruhnken. p. X.

6) MS. PALATINUS, collatus a I. Grutero, ad oram Edit. Colvianae, in Bibl. Lugd. Bat. v. Catal. p. 153. Habuisse se hanc collationem testatur Wow. in praef. iens Gruterum librum illum cum plurimis MSS. Bibliothecae Palatinae contulisse. Sed in fine istius exemplaris Colvianae Edit. haec adscripta sunt manu Gruteri: „*Explicit liber undecimus et ultimus Lucii Apuleii Platonici Mandorensis de asino aureo metamorphoseon. MS. Palatinus: quo unico tantum usus fui in istis Metamorph. libris, non pluribus; uti voluit Wowerius in praef. Apuleiana.*“ Eiusdem collatio forsan est, quam Freherus instituit et possedit Fabricius. V. Bibl. Lat. T. III. p. 39. Continuri hoc codice

videntur Metamorphoseon Libri, de Deo Socr. et de Dogm. Plat. Libri I. et II. licet Wow. l. c. dicat se ex Palatino Cod. solos Metamorphoseon libros emendasse. Sunt sane variae lectiones in Libb. de Dogm. Plat. a Grutero adscriptae, admodum paucae, sed in de Deo Socr. plures. Eundem quoque esse MS. quem adhibuit Vulcanius, (vid. eius praefat.) affirmat Oudend. Quod si verum est, continet etiam de Mundo Librum, et Hermetis Trismegisti dialogum.

7) MS. REGIUS, in Bibl. Reg. Paris. no. 5301². secundum collationem, et Montf. Bibl. p. 756. sed Catal. MSS. cum no. 8668. adsignat. vid. Ruhnken. praef. p. IX. ubi corrigendum no. 8667 in 8668. cf. Catal. MSS. Bibl. Reg. T. IV. p. 481. Codex membranaceus, olim Tellerianus, XV. saeculi, quo solae continentur Metamorphoses, in libros tantum X. divisae. Nam Lib. IV. pag. huius Edit. 300. haec leguntur: *Lucii Apulcii Platonici Madaurensis Metamorphoseon Liber quartus explicit, incipit eiusdem liber quintus continens fabulam phsice formosissime puelle.* Dein L. VI. Oud. Ed. 429. *L. A. Pl. M. Met. Liber quintus explicit, incipit sextus liber eiusdem.* Tum in fine Libri VIII. *L. A. Pl. Met. Liber sextus explicit, incipit septimus eiusdem;* et sic porro.

Collatus est hic MS. sumtu Oudendorpii, Parisiis, a nescio quo, qui scribit, esse praeterea in eadem Bibliotheca Codd. 2. alios membranaceos, in quorum antiquissimo exstat Latina interpretatio Isagoges Porphyrianae, Apuleio tributa; in altero, versio Libri *περὶ ἑρμηνείας*.

8) MS. OXONIENSIS, sive LAUDIANUS, dictus a veteri possessore Guilielmo Laudo, Archiepiscopo Cantuariensi, olim Pricaei, qui emerat Venetiis, an. 1629. collatus a Iac. Gronovio, et citatus passim a Pricaeo. Variae lectiones ad Metamorphoseon libros tantum enotatae sunt. An et alia opera contineat, nescio.

9) MS. CANTABRIGIENSIS, ab eodem Gronovio collatus Cantabrigiae. Continet de Deo Socratis Librum. Videtur esse Cod. ille, qui in Catal. MSS. Angliae et Hiberniae est n. 2375, post Gregorium Nazianzenum, Trogum Pompeium, Solinum, aliaque scripta. Alius Cantabrigiensis ibid. est n. 1009. MS. nitidissimae scriptionis, continens de Deo Socr. Librum, Hermetis Dialogum, De Dogmate Plat. L. I. et II.

10) MS. BENEDICTINUS, idem a Gronovio collatus Cantabrigiae, continens Libros de Deo Socr. de Dogm. Platonis I. et II. et de Mundo. Librum esse minimae auctoritatis affirmat Oudend. ad de Deo Socr. p. 160. suae Ed. In Catal. MS. Angliae et Hiberniae laudatur MS. Benedictinus n. 1566. sed qui tantum Librum de Deo Socratis, post Macrobium, continet.

11) MSS. FULVIANI, duo: nam duos esse, colligas ex Scioppii notula ad Met. L. III. Oud. Ed. 216., b. licet Wower. in praef. unum tantum memoret Fulvii Ursini codicem, qui, cum aliquot manu exaratis libris comparatus, lectiones et emendationes adscriptas exhibebat, quemque Romae a Scioppio sibi suppeditatum scribit. Reperiuntur in his membranis opera, quae Apuleio sine controversia tribuenda sunt, omnia, excepto libello *περὶ ἑρμηνείας*. Varias earum lectiones exhibent Wowerius et Scioppius in *Symbola Critica in L. Apulei Platonici Opera*, edita Aug. Vindel. an. 1605., dein repetita Lugd. Bat. 1644. et Amst. 1664. Hunc Cod. vel eorum alterum suspicatur Oudend. esse MS. Vaticanum, ab aliis citatum: a Iac. Sirmondo nempe, ad Sidon. Apollin. vid. Heins. in Ep. ad Reginam Christinam inter Gudian. p. 9. et in Sylloge Burmann. T. V. p. 783. *Quod si verum est*, veterrimum est exemplar, si credas Sirmondo. Sed Burnetus in Itiner. Helvet. p. 138. Ed. Belg. affirmat, in Bibliotheca Vaticana Latinos MSS. vetustos admodum se non vidisse, exceptis Virgilianis.

Digitized by Google

12) MS. BERTINIANUS, collatus a Fr. Modio. De hoc Cod. Colviano exemplari, quod possedit I. Chr. Wolfius, haec adscripta sunt, omnia eadem manu: *„Libros hos omnes XI. de Asino aureo contuli cum MS. Sti Bertini, optimo illo quidem, sed in charta, satis recenti characteris genere; ex eo igitur sunt omnes variantes, quibus aut nihil, aut M. litera adiuncta est. Arcae Postr. Kal. Octob. a CIↃIↃLXXXIX. F. Modius. Communicavit mecum hunc cod. Illustris vir Marcus Velserus, Reip. Augustanae duumvir A. CIↃIↃCIII.* Eidem exemplari Putschius adscripserat, se Palatini Codicis lectiones a Grutero accepisse, quarum pleraeque ibi etiam adscriptae erant. Hic Codex ad solos Metamorphoseon libros adhibitus est.

13) MSS. BEMBINUS et MANGANUS, quorum varias lectiones ab Erycio Puteano, sed parce, enotatas, exhibet Edit. Elmenh. In Epist. ad Elmenh. queritur Puteanus, se Bembini Codicis lectiones amico cuidam dedisse, qui eas perdidit.

14) MS. ANGLICANUS s. PARAEI s. ETONENSIS, cuius varias lectiones in Metamorph. a Wassio accepit Oudend.

15) MS. ZABARELLAE, nunc Patavi in Bibliotheca Publica, v. Montf. p. 482. collatus a Ferrario in Electis. Huius collationem forte possedit Iob. Christoph. Wagenselius: nam testatur, se habere varias lectiones ex optimo Cod. ab Octavio Ferrario collectas, in dissertat. de fragmento Petronii Traguriano p. 141.

16) MS. VOSSIANUS, Cod. membranaceus, sine columnis, distincta manu scriptus, continens: *Platonis Timaeum de generatione mundi Chalcidio interprete*, maiori characteris genere, quam reliqua, excepta ultima pag. *Ciceronis disputat. super Timaeo Platonis; Mercurii Trismegisti ad Asclepium dialogum, interprete L. Apuleio; L. Apuleii Madaurensis de Dogmate Platonis; Eiusdem de Philosophia Morali; Eiusdem de Mundo; Eiusdem de Deo Socratis*, cui libro, ut solent, praemissa sunt, duo ultima Floridorum fragmenta. Additur Theologicum aliquid alia manu.

17) MS. VOSSIANUS alter, quem G. I. Vossius accepit a C. Barlaeo, nunc Romae servatur in Bibl. Ottoboni. vid. Montf. p. 185. Continet Metamorphoses et Florida. Collatus hic Cod. nondum videtur, nisi quod duobus locis eius varias lectiones citat Voss. de Anal. II., c. 20.

18) MS. PITHOEANUS, cuius varias lectiones Aldino exemplari adscripsit P. Pithoeus. Ad Apolog. huius Cod. variantes in margine Edit. Casaub. descripsit Oudend. ex exemplari Colvii Ed. e Bibl. Reg. Gall. Plura de hoc Codice indagare non potui. Citatur de eo ab Oudendorpio, Salmas. Ep. 87. cuius libri inspiciendi facultatem frustra quaesivi.

19) MSS. BARTHIANI. In pervetusto Cod. Grammaticorum nonnullorum opuscula continente, Venetiis a se emto, Floridorum Apuleianorum excerpta invenit Barth. Adv. XVI. 8. qui ex hoc Cod. conatur probare, primum Floridorum excerptorem fuisse Placiadem Fulgentium sed vid. Oudend. ad init. Florid. An hic idem sit MS. cum eo, e quo Metamorphoseon Lib. III. locum citat Advers. L. XXXII. c. 6. non liquet. Certe et eum Venetiis emtum (unde MS. Venetus vocatur ab Oudend. ad Met. L. III. p. 199.) longeque esse optimum ait. Alium Cod. Metamorphoseon libros complectentem, rarae vetustatis librum, qui nihil vituperandum habeat, nisi *quod deformissime scriptus et consarcinatus* sit, praedicat id. Barth. Advers. L. XXIV. cap. 1.

20) MS. PETRARCHAE, cuius varias lectiones ad Metamorph. orae Ed. Vicentinae adscripsit Vir Doctus.

21) MS. PUTEANEUS. Lindenbrogius contulit hunc Cod. Lutetiae Paris. anno 1601, eamque collationem Oudendorpio misit I. A. Fabricius. Con-

Digitized by Google

tinet haec collatio varias lectiones ad Libb. de Dogm. Plat. I., II. et de Deo Socr. Est itaque procul dubio MS. 6286. in Bibl. Reg. Paris. Cod. membranaceus, olim Puteani, qui XIV. saec. exaratus videtur. vid. Catal. Bibl. Reg. X. IV. p. 224. Continet etiam *Hermetis Trismegisti Librum ad Asclepium*, aliaque ab Apuleio non profecta.

22) MS. THUANEUS. continens Librum de Deo Socr. cum 2 ultimis Floridorum fragmentis, et parte Libri I. de Dogm. Plat. De hoc MS. vide Notitiam MSS. in fronte L. de Deo Socr.

23) MS. HARLEMENSIS, membranaceus, in Bibl. Harlemensi no. 8. Catal. p. 141. sine columnis, literis initialibus eleganter deauratis, quae tamen ante Hermetis Trismegisti Dialogum et Lib. de Dogm. Platonis exsectae sunt, ita ut ante Lib. de Deo Socr. tantum integra sint relicta. Continentur hoc Cod. *Lucii Apuleii Philosophi Platonici Asclepius seu Liber Hermetis Trismegisti de Natura Deorum*; foliis XIII., primo folio mutilato propter exsectam literam initialem. Fol. XIII. legitur *Apulei Madaurensis Platonis discipuli de Deo Socratis Liber incipit*, et tum fol. seq. *Liber Apuleii de Deo Socratis*, foliis IX.; *Apuleii Madaurensis Platonis discipuli de Platone et eius Dogmate Liber*, foliis V; primo folio mutilato, ut in principio: sequuntur *Hermetis Trismegisti Poemander*, et alia opuscula octo. Sed Poemander et octo reliqui libelli alia manu scripti sunt, ac tres Apuleiani. In calce codicis adscripta haec leguntur: *Hunc librum comparavit Raphael divina miseratione Episcopus Rosensis, Abbas St. Bavonis, et quoad potuit correxit anno Dn.* 1485, *die* 14. *Martii.* Membrana, licet non pervetusta videatur scriptura, tamen ex optimo exemplari descripta est, et bonas lectiones plerumque tuetur. Eius descriptio debetur Humanitati Doctissimi Viri Ab. de Vries.

24) MSS. CUIACIANI tres, a Mercero adhibiti ad Lib. de Deo Socr. Eorum unum esse optimae notae, alium paulo recentiorem priori, sed ex optimo exemplari descriptum, tertium multo recentiorem et minus emendatum, testatur Mercerus.

25) MS. FABRI, item a Mercero adhibitus ad Lib. de Deo Socr. sed, ut ait Mercerus, multo deterior Cuiacianis.

26) MSS. BECICHEMI. Mar. Becichemi Opuscula varia, a. 1504 eadem auctiora a. 1506 eadem ipsius Becichemi manu emendata et adaucta Paris. 1519 memorantur in Catal. Librorum N. Heinsii. Hic igitur Becichemus complures Apuleii MSS. habuisse videtur. cf. Colv. ad Metam. Oud. Ed. p. 8. Citantur enim ab eo MSS. *Maripetri*, *Flaminii*, *Baduarii Beatiani*, *Moreti*, *Ciantani*, aliusque, quem suum vocat. vid Becichem. Epp. 58, 65, 71 et 72.

27) MS. BREMENSIS, cuius varias lectiones ad Lib. de Deo Socr. citat Elmenh. qui idem liber videtur cum MS. Boumanni, quem contulit Lindenbrog. Alia de hoc Cod. comperire non potui.

28) MS. LEIDENSIS. Sic vocatur MS. Lib. de Deo Socratis, quem contulit Lindenbrogius an. 1595. Ex hoc Cod. varias lectiones citat etiam Elmenh. sub titulo *Excerpt. Batav.* Neque de hoc Cod. quidquam aliud didici, neque ubi servetur, invenire potui. Ceterum probe ab eo distinguendus

29) MS. LEIDENSIS alter, qui hodieque in Bibliotheca Leidensi servatur, no. 25. et in quo solus Liber *περὶ ἑρμηνείας* exstat: ut solet libellus iste in MSS. separatus esse a reliquis Apuleii operibus. Codex est membranaceus, optimae notae, in folio quadrato, sine columnis, continens *Expositionis in Periermenias Aristotelis commentarios Boethii, et Apuleii librum περὶ ἑρμηνείας.*

30) MS. NANSII, a Colvio citatus ad Lib. *περὶ ἑρμηνείας*, qui scribit eum satis veterem, at non ex omni parte emendatissimum esse.

Digitized by

31) **MSS. CARNOTENSES** duo, eumdem *περὶ ἑρμηνείας* librum continentes, a Florido citantur, qui eorum alterum ad saec. XI. alterum ad saec. X. refert. Plurimum hi MSS. contulerunt, ad corruptissimum illud Apuleii opusculum emendandum.

32) **MS. PETAVIANUS** eiusdem Libri *περὶ ἑρμ.* ex Bibl. Bosheidii, postea ipsius Oudendorpii, in 4to. post Boëthii scripta quaedam. Codex optimus est, qui saepe cum Carnotensibus conspirat.

33) **MS. BONONIENSIS**, e quo variam lectionem in Met. L. IV. Ed. Oud. p. 244. citat B. Pius in Thes. Crit. T. I. p. 368.

34) **SCHEDA CANNEGIETERI.** Diu quaesivi quaenam tandem esset *Sch. Canneg.* cuius variae lectiones aliquoties citantur ab Oudend. ad Florid. N. 8 et 9. Tandem inveni schedam membranaceam, quatuor paginarum MSti Apuleiani, quae olim compingendo libro cuidam inservivit. In ea distincta manu scripta legitur ipsa illa Floridorum pars, ad quam variae lectiones e *Sch. Canneg.* ab Oudend. sunt enotatae, inde a pag. Oud. Ed. 27. extr. *et adhuc ex bonis paucis* (sic) *eruditi*, usque ad pag. 38. *nostram Camenam frui: non.* Floridorum Lib. II. incipit *Et Hippias* etc. litera initiali auro et coloribus depicta. Suspicor igitur, hanc schedam a Cannegietero accepisse Oudend. qui propterea eam vocaverit *Schedam Cannegieteri.* Eadem scheda, cuius duae postremae paginae dictam Floridorum partem continent, duabus prioribus habet Metamorph. partem L. XI. pag. Ed. Oud. 770. *solum sternebant flosculis*, ad pag. 780. *felicius auspicarer quibus.* Videtur Oudend. quum Metamorphoseon libros recenseret, schedam illam nondum possedisse; certe non contulisse. Itaque ego contuli: neque tamen variantes a reliquis MSS. admodum diversas in ea inveni, nisi quod p. 771. habeat quoque *ficti luminis*, et pag. 774. addita sit praepositio, *in medio sui pectore* (sic), ubi Oudend. ait in MSS. omnibus deesse praepositionem. Codex, cuius pars fuit haec scheda, videtur minime contemnendus.

Codices autem qui cum vulgata scriptura nondum, quod sciam, collati sunt, in Bibliothecis passim latent. In his

35) In Bibliotheca Regia MS. n. 6634. membranaceus, primum Coenobii Sancti Victoris Parisiensis, postea Henrici Memmii, quo continentur Lib. de Deo Socr. Herm. Trismeg. Asclepius, Libb. de Dogm. Plat. I. et II., et de Mundo. Exaratus videtur saec. XII. vid. Catal. MSS. Bibl. Reg. T. IV. p. 264.

36) In eadem Bibl. duo MSS. **COLBERTINI** extant, quorum alter n. 8624. Libros de Deo Socr. et de Dogm. Platonis, alter n. 6288. Librum *περὶ ἑρμ.* continet. Catalogus hunc ad saec. X. illum ad XIII. refert. vid. T. IV. p. 425 et 477. Alii Codd. Apuleii in eadem Bibliotheca sunt n. 6366, 6369, 6398, 6638, qui olim Petavianus fuit et continet Lib. I. de Dogm. Plat. probe distinguendus a Petaviano supra memorato. Porro n. 7730.

37) **MS. NEAPOLITANUS**, membran. in Bibl. D. Valettae, continens Metamorph. Florida, Apologiam, De Deo Socratis et De Dogm. Plat. Libros, Cosmographiam (i. e. Librum de Mundo) et Trismegisti Dial. v. Montfauc. in Diar. Ital. p. 304. et Bibl. MSS. p. 230.

38) **MS. TRIVISINI**, ex Museo Nicolai Trivisini, in Bibl. Patavina, continens Apuleii *Cosmographiam* v. Montfauc. Bibl. p. 488.

39) **MS. VATICANUS**, continens Florida. vid. ibid. p. 54. Cod. 1834. De alio Vaticano Cod. v. supra, ubi de Fulvianis.

40) **MS. MONASTERII B. M. DE BECCO**, complectens *De Deo Socratis, de Habitudine, Doctrina et nativitate Philosophi Platonis*, et *Hermetem Trismegistum.* vid. ibid. p. 1251.

Digitized by Google

41) MSS. D. MARCI Bibl. Venet. duo, quorum altero, qui est Cod. membr. saec. XIV. n. 468. Catal. p. 185., continentur soli Metamorphoseon Libri; altero vero ibid. n. 467. Cod. membr. in 4to. saec. XV. *de Deo Socratis; de Magia sive pro se ipso Apologia; de Habitudine doctrinarum* etc. *Hermetis Trismegisti de divinitate ad Asclepium.* Notablilis est hic Codex, quia Hermetici Dialogi versio in eo non tribuitur Apuleio.

B) DE EDITIONIBUS APULEII.

AETAS I. ROMANA 1469—1521.

ab ed. principe auctoritate *Bessarionis*, cura *Io. Andreae* Episc. *Aleriensis*, opera *Conr. Sweynhemii* et *Arn. Pamarz*, Romae 1469 facta, 1472 et 1499 repetita, quam aemulati sunt Veneti 1473, 1483 et 1498, Vicentini an. 1480, 1485, 1488 et 1498, Mediolanenses *Leon. Pachel.* 1497. Parmensem memorat Guil. Dan. Mollerus in Diss. de Apuleio. Anno 1472 Albertus de Eyb Papae Pii II. Cubicularius Margaritam Poëticam et in ea Apuleii quaedam edidit. Accessit commentator in Apuleii Asinum PHIL. BEROALDUS, qui primus eum ratione critica tractavit in ed. Bononiensi 1500, repetita statim Venetiis 1501 iterumque 1504, tertium 1510 et quartum 1516, Parisiisque bis, 1510 et 1512. Apuleium cum pluribus MSS. contulit Mar. Becichemus et aliquot emendationes proposuit in Epistolis, editis inter eius Opuscula Varia an. 1504, quae deinde auctiora prodierunt 1506, et emendata atque adaucta Paris. 1519. Emendationes Becichemi in Omissis suae Edit. adiecit Colvius. Florida Apuleii librosque I. et II. de Dogmate Platonis rectius edidit graecaque restituit NIC. GERBELIUS I. C. Argent. 1516. Florida sigillatim castigavit IO. PYRRHUS ENGLEBERMAEUS Paris. 1518. Praecessit hos Iuntina Apuleii Prima 1512, quam superatura erat altera Iuntina, novae aetatis princeps.

1469. Romana I. fol. Editio Princeps. *L. Apuleii Madaurensis Philosophi Platonici Metamorphoseos Liber ac nonnulla alia opuscula eiusdem, nec non epitoma Alcinoi in Platonem, Romae, in domo Petri de Maximo, anno* 1469 *in fol.* Hunc titulum habet haec Ed. in Dict. Bibl. Hist. et Crit. des Livres Rares; sed in Catal. de Crevenna no. 5365, paulo aliter: *L. Apuleii Madaurensis Philosophi Opera omnia nec non Epitoma Alcinoi disciplinarum Platonis ex recognitione et cum praef. Io. Andreae Episcopi Aleriensis Romae (per Conr. Sweynheim et Arn. Pannartz) in domo Petri de Maximo*, 1469, *die ultima mensis Februarii.* Add. Baudin. Catal. Codd. Mediceor. Lat. II. p. 657. *Stolles Nachricht von den Büchern in seiner Bibliothec* Vol. I. p. 453. de Bure Bibliogr. no. 3583. Renouard Catal. T. IV. p. 107. *Schweiger. Handbuch der class. Bibliogr.* T. II. P. I. p. 8. Haec ed. facta est auctoritate Bessarionis S. R. E. ecclesiae Cardinalis, eique praefuit *Io. Andreas Episcopus Aleriensis*, cuius et praefatio inest, repetita in sequentibus. De praestantia eius, ut correctorum manu minime interpolatae sive corruptae, vid. Casaubon. in praef. suae Edit. Apolog. Additam habet Alcinoi Epitomen philosophiae Platonicae ex versione Nic. Cusani Cardinalis quae et in sequentibus legitur. Alii primam editionem memorant Romanam anni 1472, quae est repetitio illius. Fabricii, Maittariique errorem, qui eius editorem faciunt Bessarionem, refutavit Hambergerus, in *Zuverlässigen Nachrichten* T. II. p. 342 seqq.

Digitized by Google

1472. Romana II. Conr. Sweynheim. et Arnob. Pannartz. et Venet. Nic. Ienson. 1472. supposititicae sunt nec vere existunt; cf. Schweiger. l. c.

1480. Vid. infra ad an. 1488.

1483. Veneta I. fol. Fuit in Bibliotheca Gudiana eaque usus videtur Colvius.

1485. Hoc anno edita legitur Vicentina editio, quae cum notis marginalibus MSS. in Bibliotheca Romana reperta est a Montf. Bibl. Biblioth. p. 178., licet vulgo Vicentina I. dicatur, quae prodiit an. 1488.

1488. Vicentina I. fol. *Apuleii* etc. *cum Alcinoi Opusculo, ex recognitione et cum Praefat. Io. Andreae Episcopi Hylariensis* (sic, pro *Aleriensis*) *Vicentiae per Henr. de Sancto Urso.* 1488. *Die nona Augusti.* Cf. Catal. de Crevenna no. 5366, Maitt. Annal. Typogr. T. I. p. 14. Ea usus est Io. Pricaeus, qui eam cum Romana II. principes vocat et perperam Vicentinam Romanae subiungit. Nisi ille Vicentinam anni 1480 viderit, quam cum alia Vicent. an. 1486 memorat Maittaire.

1493. Veneta II. fol. *L. Apuleii Opera. Impressa Venetiis per Philipp. Pincium, Mantuanum. Anno Domini MCCCCLXXXXIII.* — Exstabat quondam in Bibl. C. G. Schwarzii Prof. Altorfini. et in Bibl. Io. Mori Episc. Eliensis Cantabrigiae; pariterque exstat in Bibliotheca Paullina Lipsiensi. cf. Clement. Biblioth. Curieuse p. 438. Falso ea in Catalogo Bibl. Gudianae ad an. 1473 relata, unde Io. de la Caille de Orig. Typogr. pag. 22. et ex eo Maittaire p. 103. Annal. Typogr. et p. 174. in errorem inducti sunt.

1494. Memmingae, fol. *L. Apuleii Epitoma de mundo, seu Cosmographia, ductu Conr. Celtis. Memmingen, per Alb. Kanne, de Duderstadt.* — Vid. Cat. Bibl. Bun. T. I. Vol. I. p. 384. et Hamberger. l. supra cit. p. 347.

1497. Ad hunc annum refert simillimam praecedenti Edit. Clement. p. 439, quam ut omnium rarissimam hoc titulo recenset: *L. Apuleii Platonici et Aristotelici philosophi Epitoma Divinum de Mundo, seu Cosmographia ductu Conradi Celtis impressum Viennae*; et in fine: *Impressum per Ioannem de hiberna urce haud procul rivis Rhenanis et urbe inventrice et parente impressorie artis Mogunciaco feliciter.*

1497. Mediolani, fol. per Leon. Pachel. Omissa Fabricio et Maittario, memoratur Hambergero l. l. p. 347.

1498. Vicentina II. fol. teste Bibliotheca Fabriciana.

1499. Romana III. fol. quam post Venetam 1493 et Vicentinam memorat Th. Crenius in Animadv. Philol. et Crit. P. XI. p. 16.

1500. Bononiae, fol. *Commentarii a Phil. Beroaldo conditi in Asinum aureum Lucii Apuleii.* — Vid. Hamberger. l. l. p. 347. Singulari industria in Apuleio versatum esse Beroaldum iudicat Boecler. Bibliogr. Crit. p. 460. Contra audacter ab eo tractatum esse auctorem censet Daumius in Coll. Graev. v. 493. In prolixo Beroaldi commentario licet alia sint multa quae ad Apuleium nihil faciunt, alia ad fastidium usque repetita; imo non pauca loca ab eo perperam sint intellecta et explicata, nihilo minus tamen haud exiguam operam Apuleii studiosis praestitisse censendus est. Praefatio et specimen commentarii supra in Ed. Oud. edita sunt, unde intelligi possit, quae commentarii istius sit ratio.

1501. Veneta III., fol. Eadem repetita per *Simonem Papiensem dictum Bivilaquam. A. D. I. Ch.* 1501 *d.* 29. *Aprilis.*

1504. Veneta IV., fol. *Apuleius cum commentariis Philipp. Beroaldi, Impressum Venetiis per Bartholomaeum de Zanis de Portesio. Anno Domini*

Digitized by Google

MCCCCCIV. die XI. mensis Novembris. cf. inter incunab. artis typogr. n. CCXXVI. in Bibl. Uffenbach. T. II. App. p. 79.

1510. Veneta V., fol. eadem cum figuris noviter additis exstabat in Bibl. Schwarzii Prof. Altorf. P. I. p. 107., n. 1778.

1510. Parisina I., 4. eiusdem repetitio.

1512. Parisina II., fol. nitidissima: Metamorphoses cum Philippi Beroaldi commentariis etc. ap. Io. Philippum Magistrum.

s. a. Paris. 4. cum Beroaldi argumentis.

1512. Iuntina I. 12. vel parvo 8. *L. Apuleio de Asino aureo Libelli XI. Floridorum L. IV. De Dogmate Platonis Liber unicus. De philosophia item Liber unicus. Asclepii Mercurii Trismegisti Dialogus de voluntate divina, interprete L. Apuleio. Eiusdem Trismegisti Dialogus de potestate et sapientia Dei, interprete Marsilio Ficino. Apuleii Orationes duae pro se ipso. L. Apuleii Cosmographia sive de mundo Liber. Florentiae, apud Phil. Iuntam* (Phil. de Giunta) 1512. Ita titulus scribitur apud Clement. p. 438. cf. Catal. de Crevenna n. 5367.

1516. Argentorati, 4. *L. Apuleii Floridorum Libri IV., de Dogmate Platonis liber unus, de Philosophia liber unus, in quibus restituta Graecanica quaedam, quae in reliquis fere omnibus exemplaribus desiderantur* (editore Nic. Gerbelio) *Argentor. in aed. Schurer.* — Vid. Cat. Bibl. Bun. T. I. Vol. III. p. 2134. et Hamberger. l. l. p. 348.

1516. Veneta VI., fol. cum Beroaldi Comm. et fig. Venalis erat in Bibl. Harscheriana Basil. an. 1769, p. 218.

1518. Parisiis. 4. Florida, ex castigatione *Io. Pyrrhi Englebermaei*, ex officina Ascensii.

AETAS II. ALDINO-IUNTINA 1521—1533. HENRICO-PETRINA S. BASILEENSIS 1533—1585.

Scilicet an. 1521 *Aldus* Apuleium accuratiorem dedit, addito Alcinoi libro Graece. Sed BERNARDUS PHILOMATHES, Iuntinae II. curator, eam ad vetustissimi Codicis fidem denuo se exegisse profitetur. Secutus inde typographus celebris Basileensis *Henricus Petrus* dedit primam 1533: quae cura *Marci Hopperi* melior et Beroaldi Comm. aucta an. 1560 prodiit. Parisiis quoque post illam *Sim. Colinaei* 1536, prodiit praestantior *Henr. Stephani* 1585. Ex quo autem Stewechius an. 1586 publicaverat suas in Apuleium Quaestiones et Coniecturas, atque adhibere etiam alii himen Apuleio quum coepissent, suborta est nova aetas eaque tertia.

1521. Venetiis, 8. *L. Apuleii Metamorphoseos, sive lusus Asini libri XI. Floridorum libri IV. De Deo Socratis I. De Philosophia I. Asclepius Trismegisti dialogus eodem Apuleio interprete. Eiusdem Apuleii liber de Dogmatis Platonicis. Eiusdem liber de Mundo, ad fidem antiquissimi Codicis restitutus Apologiae II. Isagogicus liber Platonicae philosophiae per Alcinoun philosophum. Graece impressus. Venetiis, in aedibus Aldi et Andreae Soceri, mense Maio.* Editio rara. Vid. Clement. p. 438.

1522. Iuntina II., 8. *L. Apuleii Madaurensis, Metamorphoseon sive de Asino aureo Libri IX. Floridorum Libri IIII. De Deo Socratis Libellus. Apologiae Liber II. Trismegisti dialogus. De Mundo sive de Cosmographia Liber I. Omnes ante nostram impressionem mutilati, nunc autem ad fidem ve-*

Digitized by Google

tissimi Codicis, diligentissime recogniti ac castigati, et in fine: *Florentiae per haeredes Philippi Iuntae Anno domini M. D. XXII. Kalen. Octobris.* Hanc praeclaram Editionem, cuius textum acri iudicio et bonis libris usus constituit Bernardus Philomathes Pisanus, omnibus aliis longe multumque praeferebat Oudendorpius, eaque quantum Apuleio profuerit, singulae paginae ostendunt, v. Ruhnken. in praef. Non magnifice tamen de ea iudicat Casaub. in praef. ad Apolog. quoniam, credo, aliquoties corruptae MStorum lectiones in ea sunt expressae. Sed id ipsum facit, ut editio haec Iuntina posterior etiam scripti codicis auctoritatem habeat.

BERNARDI PHILOMATHIS PRAEFATIO AD APULEII EDITIONEM IUNTINAM POSTERIOREM.

Bernardus Philomathes Pisanus studiosis S.

„Statueram a principio, studiosi adolescentes, cum castigandi auctoris huius provinciam suscepissem, nihil ex his, quae aut restituissem aut immutassem omittere, quin quo consilio quave ratione id fecissem, legentes commonefacerem. Ita enim futurum prorsus videbatur, ut et labor hic noster gratior esset, et nos, veterum exemplarium fide (quae nobis inviolabilis ac pene sacrosancta fuit), non nostris commentis emendatum esse Apuleium testificaremur. Verum cum, ipsa exemplaria conferens, deprehendissem adeo mendosum, adeo mutilatum mancumque scriptorem hunc fuisse, ut non modo unum et alterum interim verbum corrigere, reponereve oporteret, verum etiam integrae multis in locis periodi desiderarentur, tum ubi ille Graeca aliquando carmina interposuisset, caeca tantummodo loco comparerent, quae nos nisi plane omnia, eorum certe quam plurima ex veteribus qua potuimus diligentia restituimus: intellexi equidem haud sane opportunum fore, quod nihil magis quam fastidium ac taedium legentibus afferret. Si quidem videbar quasi alterum Apuleium scripturus, mihique vel avidissimus lector insusurrare illud iure potuisset, in crastinum historias. Quamobrem quod maxime ad rem pertineret, id satis mihi esse duxi, si omnes facti mei admonerem; qui autem rem melius cognoscere optarent, eos et Venetam editionem, et quotcunque ad hoc aevi circumgestatae sunt, cum nostra hac conferre adprecarer. Quod si quis fecerit, sciat idem, nullum se gratius labori huic nostro praemium parare potuisse; quando nos nihil tam cupide optamus; quam ut planum omnibus fiat, et nos ut studiosis prodessemus pro virili laborasse. Quod quidem an fecerimus, aequum sane id iudicem censere oportet: quam nos etiam atque etiam oratum volumus, ut iudiciariam illam tabellam eo usque substineat, donec totum librum perlegerit. Vos autem illud scire volumus, nos, ne qua diligentiae pars in hoc castigandi munere a nobis excluderetur, summo studio dedisse operam ut videremus, quas complures bene literati viri alius collectaneis, alius adnotationibus, alius scholiis suis in Apuleium castigationes interseruerint. Quibus accurate perpensis, non pauca quidem subscribente etiam Codicum fide recepimus. In quibusdam autem ipsa eadem refragante, quoniam idoneo sensu et intellectu minime carere videbantur, pluris nobis fuit antiquae lectionis veritas, quam perspicax eorum ingenium. Ex illis prooemium est in libros Metamorphoseon, quod ab Epigrammate incipere nonnulli adseverant. Quod ut probabilius facerent, immutarunt singulis versiculis dictiones, nam pro *fabulas, fabellas*, pro *auresque tuas, atque aures tuas*, reposuere, atque alia adiecerunt, quae contra omnium veterum exemplarium fidem sunt commenti. Legunt enim:

At ego sermone isto Milesio
Varias fabellas conseram, atque aures tuas
Benevolas lepido susurro permulceam
Modo si papyrum Aegyptiam tu arguta
Nilotici calami inscriptam non spreveris
Inspicere, figuras fortunasque hominum in alias imagines
Conversas, et in se rursum nexu mutuo
Refectas, ut mireris hic exordior.

Atqui ut penitus liqueat, esse haec nugamenta et somnia, demus sic legi in probatis codicibus, demus versiculos esse hos metrica ratione dispositos, demus denique ab Epigrammate Iambico bimembri, ut quidam scripsit, Apuleium incepisse. Quaero, quo pacto temporum, syllabarum, pedum distributio in his versibus competat. Profecto Iambicum carmen Iambos plerumque paribus locis expostulat, hic quam rarissimus Iambus invenitur. Contra Trochaeum, Pyrrichium, Amphimacrum, nothosque alios pedes videmus, ut nihil minus possimus dicere, quam Iambicum hoc esse epigramma. Quo ex censu si excluditur, multo minus opinor in Phalerios, Scazontas, Asclepiadeos aut Adonios referetur. Verum credo ego, his priores duos versiculos arrisisse, quos speciem quidem aliquam senariorum prae se ferre non negaverim, quod nihilominus credibile fuit, casu auctori accidisse; nam et senarios saepenumero in Oratione se sponte nobis offerre testatur M. Tullius. At dicunt quidem esse omnino carmina; sed ex multiplici genere, ut illud senarium, aliud quadratum, aliud acatalecton, aliud hypercatalecticum. Hic illud solum respondere libet ac de nobis magnifice praedicare, si ita ex vario multiiugo perplexoque carminum acervo epigrammata coalescunt, quandocumque placeat totum Apuleium in metra concludere. Sed impendio longiores in re tam tenui eam ob causam fuimus, quod probatorum et inveteratae iam famae virorum auctoritas, nostro quod nunc primum exoritur nomini sinistram opinionem conflare posse videbatur, si illorum praeiudicium in hac re vim iudicii habuisset. Multoque posthac deterius de Apuleio nos statuisse legentes sibi persuadere poterant, si solventes adhuc in ipso portu impegissemus. At neque praetereundum, librum, cui de philosophia nomen erat, falso hoc titulo inscriptum fuisse, atque divulsum a reliquo corpore membrum huc usque iacuisse. Est enim sive fragmentum sive liber alter de Platonica Isagoge, quod nos ex vetustissimo e Septimiana bibliotheca codice comperimus, cum nulla interiecta distinctionis nota priori libro eum videremus annexum. Quod autem librum alterum potius quam fragmentum censuerimus, duplex nobis ratio persuasit. Primum quod nomen Faustini filii veluti in prooemio quodam auctor adpellat, deinde quod a principio prioris libri triplicem ponit philosophiae partitionem, a naturalique auspicatur, hic vero de morali agit. Unde nobis coniicere subiit non modo hunc alterum de Platonis dogmate esse librum; sed et alium quoque desiderari, in quo de rationali fuisset disserendum. Curavimus igitur, ut corpori membrum iungeretur amoto scilicet libello de Deo Socratis, qui praepostero et importuno se inter duos illos, veluti inter fratres alienus quidam, interiecerat. Haec nos ac multo plura quam hic narrare sit commodum, secus quam in omnibus Editionibus habeatur, et fide antiquae lectionis pensitata, et doctorum virorum, quos consuluimus, iudicio adhibito correximus. Quod si in nonnullis aut negligentiae aut ruditatis arguemur, non adeo sumus nostri ipsius amatores, ut melioribus cedere poeniteat, et si opus fuerit, Stesichori illius more, canere Palinodiam. Etenim eiusmodi est ingenium nostrum, ut pluris multo semper nobis fuerit doceri, quam laudari. Valete studiosi adolescentes, et Apuleii enchiridion hilari fronte suscipite.

Digitized by Google

Ad Lectorem.

Antequam lector candidissime ad Apuleium ipsum aggrediaris hoc te volumus admonuisse. Quoniam librorum cusores non satis habent literarum ut possint vel leviores quosdam errores corrigere, nobis autem nec ocium fuit, nec nostri oficii erat diurnam illis operam exhibere, factum est ut plures dictiones corrupte provenerint, quas nos omnes recognovimus, restituimus et post omnia auctoris opera adnotavimus, inscripto singulatim paginarum numero. Hoc volebam nescius ne esses. Vale.

1524. h. a. editionem Rob. Stephani memorat Mollerus, in Diss. de Apuleio §. 37. sed commentitiam esse notat Maittarius T. II. p. 649. Errori occasionem dedisse videtur editio, 1625. ap. Rob. Stephanum nepotem, Libelli de Deo Socratis.

1533. Basileensis I, Henrico-Petrina. *L. Apuleii Madaurensis Philosophi Platonici quae quidem extare novimus monimenta, quorum catalogum sequens exhibet pagella. Basileae excudebat Henricus Petrus.* In pagina aversa: *L. Apuleii Madaurensis Platonici hoc encheridiolo continentur lucubrationes, nempe: Metamorphoses, sive de Asino aureo Libri XI. Floridorum Libri IV. De Dogmate Platonis Liber I. De Philosophia Liber I. De Deo Socratis Liber I. Apologiae sive defensionis Magiae pro se ipso orationes II. Postremo de Mundo Liber I. Adiecta sunt insuper vita auctoris, quantum ex scriptis eius colligere licet: Singulorum librorum Metamorphoseon argumenta.* In fine: *Basileae excudebat Henricus Petrus mense Martis, anno XXXIII.* Hanc Editionem, quae semper primis Edd. adhaeret, curavit *Albanus Torinus*, ut apparet ex epistola Nuncupatoria *Dignissimis atque praestantissimis viris D. Mauritio Huterio, et Danieli Stibaro, equitibus auratis, et Herbipolensis ecclesiae canonicis*, inscripta.

1536. Parisiis, 8. Metamorph. cum praef. et argg. Phil. Beroaldi et auctoris vita cum interpr. verborum difficilium, ap. *Sim. Colinaeum.*

1560. Basileensis, sive, Henrico-Petrina II. 8. *L. Apuleii Opera omnia et inprimis de Asino aureo cum Comm. Phil. Beroaldi, adiecto indice copioso.* 8. *Basil. H. Pet.* 1560. 3 *voll.* Hunc titulum habet Catal. Bibl. Thuanae rec. Hamburgi 1704 sed Bibl. Harscheriana an. 1769 in titulo huius Edit. memorat etiam Stewechii notas, quae an. 1586 demum editae sunt apud Plantinum. Huius Edit. non nisi partem ultimam vidi, in qua tamen Stewechii notae ad Florida et Apologiam comparere debebant, si omnino in ea Ed. editae essent, neque tamen comparent. Sed confusa videtur Basileensis sec. cum Basil. tertia: quod facile fieri potuit, quoniam et in ea legitur Epistola Nuncupatoria *Marci Hopperi, Nobilibus* etc. *adolescentibus Stanislao et Ioanni Pieniazek* an. 1560 scripta, et in quibusdam edit. tertiae exemplaribus in fine deest notula: *Basileae Per Sebastianum Henric Petri: Anno Salutis humanae CIↃ XCVII.* Elmenhorstius quoque citat nonnunquam Basil. sec. intelligens tertiam anni 1597. Sed haec secunda anni 1560 in margine habet hic illic varias lectiones luntinae post. unde, et quia ea usus est Colvius, olim Apuleio haud parum profuit.

AETAS III. STEWECHIO-COLVIANA SEU VULCANII. 1586—1620.

Primum quidem GODESCH. STEWECHIUS Belga in Apuleium quaestiones et coniecturas edidit in off. Plantini 1586, quae dein Basileensibus e.

Digitized by Google

Henrico Petrinis III., IV. et V. adiectae leguntur. Successit PETR. COLVIUS itidem Belga, iuvenis apprime doctus, qui 1588 Apuleii opera notis suis illustrata apud eundem Plantinum edidit. Tertius curator BONAV. VULCANIUS lectionem Apuleii recensuit ap. Raphelengium 1594, quae adeo dici possit *Colvio-Vulcaniana*. Repetita est 1600, 1601, 1610 et 1623. Idem Vulcanius versum ab Apuleio Aristotelem de Mundo apud Raphelengium paulo ante curaverat; et IS. CASAUBONUS in castiganda Apologia ap. H. Commelinum Heidelb. 1594 similem operam praestiterat, quem aemulati sunt IO. MEURSIUS et SCIPIO GENTILIS. Colvio et Vulcanio sese iunxit IO. WOWERIUS in ed. Hamburg. 1606; adversarium vero invenit CASP. illum SCIOPPIUM, cuius Symbola critica in Apuleium Aug. Vindel. edita an. 1605, postea recusa est Lugd. B. 1644 et Amst. 1664. Tandem quae Beroaldus, Stewechius, Casaubonus, Io. Pyrrhus, Fr. Roaldus, Gruterus et Scioppius contulere bona in Apuleium, coniuncta habet ed. Lugdunensis 1614. Praeter eos qui Editiones Apuleii curarunt, sub finem huius aetatis etiam alii Viri Docti auctori emendando aut illustrando operam dederunt: ut *M. Schickeradus* in Epist. Crit. *Rycquius* in Primitiis, *Contarenus* in Variis Lectionibus, *Pontanus* in Analectis. *Erycius Puteanus* Apuleii edendi consilium ceperat, vid Promuls. Cent. III. 44. Specilegium animadversionum eius exhibet Edit. Elmenh. *Valens Acidalius* notas in Apul. promisit ad Vellei. Pat. I. 9. et ad Curt. p. 345. Ed. Snakenb. Quaedam eius animadversiones ad Apolog. in hac Edit. primum editae sunt. *Casp. Barthius* Indicem operosum in Apul. fecerat, qui igne periit. vid. Advers. III., 10. ad Claud. II. in Rufin. 469. Praef. ad Stat. L. I. Silv. in fine.

1586. Antverpiae, 8. ex offic. Plantin. Godeschalci Stewechii in Apuleii opera integra Quaestiones et coniecturae.

1587. Hoc anno editum fuisse Apuleium Lugduni Batav. in 8. ita ut ea editio saepe conspiret cum Iunt. post. praesertim in Philosophicis, scriptum video in Schedula ab Oudendorpio. Sed nusquam alibi istius Edit. mentionem inveni.

1588. Lugduni Bat. 8. *L. Apuleii opera omnia quae exstant, emendata et aucta cura Petri Colvii cum eiusdem ad omnia uberioribus notis. Accessit nunc primum inter alia liber περὶ ἑρμηνείας, ex bibl. Franc. Nansii. Lugd. B. ex offic. Plantiniana.* — De Colvio haec in suo Codice annotavit Marquardus Freherus: *Hic doctus iuvenis, qui etiam militiam experiri voluit cum Principe Anhaltino Bernhardino ut interpres castra Gallica a.* 1591 *secutus est, cum incaute aliis adequitavit, crus ipsi a calcitrante equo vicino fractum est. Ipse delatus in oppidum Normandiae Granville, ibidem exstinctus, et* 26. *Dec. sepultus est.* cf. de Colvii morte Barth. ad Stat. Sylv. V. 2. 30. Ianus Dousa in Epigramm.:

Auctor mula necis iuvenem quae calce peremit,
Heu scelus, heu dira bestia caede nocens.
I nunc, Luci asino nativum redde nitorem,
Nata asino rumpat quo tibi mula caput.

Colvius, cui Lipsius pro Aristarcho fuit, in Apuleium multa bona contulit et eruditis notis suis plurimam lucem ei affudit. Contextus tamen adhuc valde corruptus est, et amor MSti sui, quem a Lipsio acceperat, Colvium, ut fieri solet, saepius fefellit: quocirca acriter eum perstringit Pricaeus ad Met. hui. Ed. Append. p. 367., b. et 396., a.

Digitized by Google

1591. Lugduni Bat. 8. *Aristotelis de Mundo Lib. Graece: cum duplici Interpretatione Latina; priore quidem L. Apuleii: altera vero Guilelmi Budaei. Cum scholiis et castigationibus Bonaventurae Vulcanii, tam in Aristotelem, quam in utrumque eius interpretem* etc. *Lugd. Bat. ex off. Plantin. ap. Franc. Raphelengium.* Dedicavit Vulcanius hanc Editionem Illustrissimo Mauritio Principi Auriaco.

1594. Lugd. Bat. 16. *L. Apulei Madaurensis opera omnia quae extant. E quibus, post ultimam P. Colvi editionem, Philosophici Libri ope vetustiss. Cod. MS. innumeris mendis expurgati, quam plurimis locis aucti, per Bon. Vulcanium Brugensem. Lugd. Bat. ex off. Plantiniana ap. Franciscum Raphelengium CIↃIↃXCIV.*

In hac Editione paucae quaedam Animadversiones Vulcanii in libros Philosophicos habentur, quae omissae sunt in Edd. an. 1600 et 1601. Nihil boni a Vulcanio esse praestitum, nimis dure censet Scriverius, quemadmodum etiam non multum ab eo praestitum iri, antequam ipsa ed. prodiret, praeiudicavit Groslot. Lislaeus. vid. Syllog. Epp. Burm. T. I. p. 360.

1594. Heidelbergae, 4. *L. Apulei Apologia, Isaacus Casaubonus recensuit, Graeca supplerit, et castigationum libellum adiecit. Ex typogr. H. Commelin.* — Usus est Casaub. Edit. Rom. principe, cuius ope plurimas mendas se sustulisse fatetur, et revera sustulit. (cf. Casaub. ad init. Apol.)

1597. Basileenses sive Henrico-Petrina III. 8. 3 voll. *L. Apulei Madaurensis philosophi Platonici Opera, quaequidem extant, omnia. In primis vero de Asino aureo Libri XI. cum eruditissimis Philippi Beroaldi Commentariis. Et Godescalci Stewechii Heisdani in L. Apulei Opera omnia Quaestionibus et Coniecturis: nec non aliorum doctiss. virorum in eundem Emendationibus. Demum totus Apuleius ab innumeris, quibus scatebat, mendis, non solum vindicatus, verum etiam cum vetustiss. Codicibus collatus, notis marginalibus lucidior est redditus. Adiecto quoque ad calcem Operis rerum et verborum in iisdem memorabilium Indice copioso. Reliquorum Operum catalogum Partis II. Titulus indicabit. Basileae per Sebastianum Henricpetri.* In fine: *Basileae per Sebastianum Henricpetri. Anno salutis humanae CIↃIↃXCVII.* cf. supra dicta de Basil. II. Passim sequitur haec Ed. Vulcanianam, et habet, praeter Herbarium, etiam Asclepii dialogum, qui abest Basil. II.

1600. Hoc anno repetita est Vulcanii editio a Christophoro Raphelengio, cura Scaligeri qui nimis pronus fuit ad novas lectiones, in primis coniecturas Vulcanii marginales admittendas. cf. Ruhnken. in praef. p. VII. Editionem ipsam non vidi, sed eius varias lectiones enotaverat Oudend. qui eam saepius citat, et vocat *Ed. Vulc. sec.* cf. ad Met. p. 6, a. et Burmanni not. in Syllog. Epp. T. I. p. 360.

1601. Paris. *L. Apulei opera omnia quae extant. E quibus, post ultimam P. Colvii editionem, Philosophici Libri ope vetustiss. Cod. MS. innumeris mendis expurgati, quam plurimis locis aucti, per Bon. Vulcanium Brugensem. Lutetiae Parisiorum ex off. Christophori Beys, via Iacobaea. MDCI.* — Itaque titulus praeterquam in loco et tempore impressionis ad verbum respondet Edit. Vulc. anni 1594. Nescio quo errore inductus, Oudendorpius fere ubique hanc Edit. vocat Vulcan. primam, quum videatur esse tertia quomodo nos eam vocavimus. Duobus locis Metam. p. 579 et 814, b. citat

Digitized by Google

Oudend. Merceri Edit. Paris. 1601., quam mihi clare apparuit eandem esse quam Vulcanii primam dixerat alibi, nos Vulcanii tertiam dicendam putavimus. Habet quoque haec Ed. dedicationem Theod. Cantero inscriptam, quam ab editore Parisiensi reiectam esse, monet Burm. l. c. Sed alia quoque Ed. Paris. hoc anno prodiit: quae in Bibl. Röveriana, Part. II. p. 308. hoc titulo recensetur: *L. Apuleii opera omnia quae exstant, e quibus Philosophici Libri mendis expurgati et aucti per B. Vulcanium. Lutetiae Paris., Michael Sonnius*, 1601. Mirum sane videatur bis eodem anno Parisiis editum fuisse Apuleium, qui etiam proximo anno in eadem urbe fuerat editus: si qua fides Oudendorpio, Burmanno, Ruhnkenio. Vid. supra.

1604. *Apuleii opera c. Phil. Beroaldi comment. in asin. aur. et Godesch. Stewechii quaestionibus et coniecturis*, 2 Vol. 8 Lugd. Hug a Porta Repetitio ed. Ann. 1587.

1606. *L. Apuleii Madaurensis Platonici opera Ioan. a Wouuer ad veterum librorum fidem recensuit, infinitis locis emendavit, nonnullis auxit. Ex Bibliopolio Frobeniano. CIↃIↃCVI.* 12. — Ad Apuleii contextum emendandum non multum contulit Wowerius et aliorum emendationes non raro sibi vindicavit: sed omnium accuratissime de auctoris vita et scriptis egit in praefatione.

1606. Francofurti, 12. Ἀνεχόμενος cum Priapeiis Casp. Scioppii, et c. n. varr.

1607. Apologia hoc anno cum notis Heidelbergae a Ioanne Meursio edita legitur in Act. Lips. m. April. 1736. Lugduni Batavorum hoc anno prodiisse Meursii Editionem, monet Hallewordius Bibl. Curiosa v. Apul. Sed nunquam equidem a Meursio Apuleii ullam partem editam credo. Error inde ortus est, quod hoc anno Meursius Scipioni Gentili Apologiae editionem paranti misit per epistolam, datam Altorphii Noricorum postrid. Non. Iun. CIↃIↃCVII., animadversiones paucas exigui sane pretii, quae post Editionem Scipionis Gent. leguntur et huic etiam Edit. insertae sunt.

1607. Lugd. Bat. 8. Apuleii Liber de Deo Socratis subiectus est priori ed. Heinsianae dissertationum Maximi Tyrii.

1607. Hanoviae, 8. Apologia cum commentario Scipionis Gentilis, cui Meursii castigationes subiectae sunt. Scipio Gentilis, ICtus nobilissimus, Apologiam uberrimo et utilissimo commentario ornavit, multa loca e Iure Romano illustravit et vicissim Ius Romanum ex Apuleio explicuit. Commentarius ille cum textu Apuleiano constituit Vol. VI. Operum omnium Scip. Gent. quae edita sunt Neapoli an. 1768.

1610. Lugd. Bat. 8. *Apuleii opera omnia, quae exstant. Ex off. Plantin. Raphelenq.* — Exstabat inter libros in Bibl. regia Acad. Gotting. in duplo exstantes, an. 1784 divenditos, num. 3444. Repetitio edit. A. 1600.

1614. Lugduni, 8. II. voll. *Apuleii Madaurensis philosophi Platonici opera quae exstant omnia. Cum Philippi Beroaldi in Asinum aureum eruditissimis commentariis: recensque Godeschalci Stewechi in L. Apuleii opera omnia quaestionibus et coniecturis, nec non aliorum doctorum virorum in eundem emendationibus adiectis. Postremae huic editioni accesserunt Is. Casauboni in Apologiam doctissimae castigationes. Io. Pirrhi in libros quatuor Floridorum scholia. F. Roaldi variae lectiones. Iani Gruteri suspi-*

ciones, et Gasp. Scioppii suspectae lectiones. Nova editio emendatior, et variis lectionibus locupletior. Cum Indice. Lugduni; vid. Ant. de Harsy. — Scioppius in Lectionibus, quae Augustae Vindel. iam an. 1605, 12. seorsim editae fuerunt, et Lugd. Bat. 1644 et Amst. 1668, 8. postea recusae sunt, Wowerium hinc inde acerbius perstringit.

1614. Henrico Petrina IV. Apuleium ex editione Seb. Henrici Petri Basileensi recusum esse hoc anno, testis est Fabricius. Sed videtur eadem esse Ed. ac Lugdunensis.

1620. Basileae, 8. Henrico Petrina V., II. voll. *L. Apuleii Madaurensis philosophi Platonici opera, quae quidem exstant omnia. In primis vero de Asino aureo libri XI, cum eruditissimis Ph. Beroaldi commentariis, et Godescalci Stewechii Heusdani in L. Apuleii opera omnia Quaestionibus et Coniecturis. Nec non aliorum doctissimorum virorum in eundem Emendationibus. Demum totus Apuleius ab innumeris, quibus scatebat, mendis, non solum vindicatus, verum etiam cum vetustiss. Codicibus collatus, notis marginalibus lucidior est redditus. Adiecto quoque ad calcem operis rerum et verborum in iisdem memorabilium Indice copioso* etc. *Basileae per Sebastianum Henricpetri.* — In fine: *Basileae per Seb. Henricpetri. Anno salutis humanae CIↃIↃCXX.* — Itaque huius Edit. titulus non differt a Basil. III. an. 1597.

AETAS IV. ELMENHORSTIO-SCRIVERIANA 1621—1650.

inde PRICAEI, et IUL. FLORIDI.

GEV. ELMENHORSTIUS quum Apuleium ex MSS. Florentinis aliisque emendasset, successit P. SCRIVERIUS, qui textum accuratius ad criticam rationem exigeret quam Vulcanius. In singulis libellis laudabilem praeterea posuerunt operam IOS. MERCERUS, Gallus, editor Libelli de Deo Socratis; IO. PRICAEUS, Anglo-Britannus, in Apologia et in Metamorphoseon Libris. Praeterea quaedam in Apuleio emendarunt LATINUS LATINIUS in Bibl. Sacra et Prof. PICCARTUS in Periculis Criticis, CRUSIUS in Probabil. Crit. alii. Editor Operum in usum Delphini IULIANUS FLORIDUS, in primis libros *περὶ ἑρμηνείας* et de Deo Socratis ex MSS. emendatiores dedit. Posteriorem hunc libellum etiam notis suis illustravit interpres alius Gallus, BARO DE COUTURES. Germani inde ab Elmenhorstio ad nostra usque tempora, philosophum Platonicum plane neglexerunt, nisi quod Altenburgi 1778 nitide magis quam emendate editus est. Sed in Gallia THEOD. IUGEUS (DE IUGES), is qui Senecae editionem curavit, in Apuleio quoque studium operamque suam posuit, eumque edendi non solum consilium cepit, sed etiam aliquot folia, forma maxima, typographorum operis iam expressa fuerunt. Constituerat Iugeus, textum reddere Elmenhorstianum et priorum Editorum notis suas adiungere. Sed MStorum copiam Iugeus nullam habuisse videtur, neque in eius commentario ingenium criticum aut magna doctrina comparet. Apparatus Iugei nunc adservatur in Bibliotheca Guelpherbitana, in quam devenit an. 1664. cf. Burckhardi Histor. Biblioth. Augustae P. I. p. 228. Eius notitiam debeo humanitati et diligentiae Schönemanni Viri Doct. cf. Praefat.

1621. Francofurti, 8. *Apuleii Mad. Plat. Opera omnia quae exstant. Geverhartus Elmenhorstius ex MStis et vett. Codd. recensuit, Librumque*

Digitized by Google

Emendationum in Indices absolutissimos adiecit. Francof. in offic. Wechel. — Praeter Elmenhorstii emendationes ac notas, habet haec Ed. Specilegia *Iani Rutgersii*, *Erycii Puteani*, *Io. Brantii*, et *Corn. Martini* animadversiones in librum *περὶ ἑρμηνείας*. Praemittuntur etiam vita auctoris veterumque de eo testimonia. Optima vulgo habita est haec Editio; et habet etiam suas virtutes, textum exhibens multis locis emendatum e MSS. et haud exiguam variarum lectionum copiam. Sed Elmenhorstius ipse ei non multum ingenii et diligentiae adhibuit, qui ubique Lindenbrogii excerpta compilavit, et doctrinam suam magis ex aliorum scriniis, quam ex antiquorum fontibus hausit. Desideratur etiam in eius animadversionibus ingenium criticum et accurata linguae scientia. Quum editio fere ad finem perducta esset, mortuus est Elmenh. eique finem imposuit *Io. Loccenius*.

PRAEFATIO ELMENHORSTII.

(Omissa sunt, quae ad vitam et scripta auctoris pertinent.)

„Plurimum ad hanc editionem nobis contulerunt, viri et municipes mei amicissimi Lindenbrugii fratres, excerpta Codd. Puteani, Batavici, Bremensis et Membranarum Florentinarum (quarum alibi memini) benigne suppeditando. Submisit et nobis ex Bibliotheca Leidensi optimus Heinsius MStum Cod. quo olim usus Vulcanius, sed parum diligenter. Nacti etiam sumus veneraudissimi senis Iani Gruteri librum ad cuius marginem religiosa diligentia Variantes Codicis Palatini olim adscripserat, et Melchior Goldastus, homo in studiis bonarum artium praecellentissimus, Excerpta Bertini Codicis amice communicavit. Contulimus quoque ipsi Romanam, Aldinam, Venetam et Basileenses editiones, semper pro regula habentes *Florentinas Membranas*, quarum ope aliquam multa scabie prius atque ulceribus foeda, nitori pristino et nativae integritati restitui. Resident tamen adhuc haud pauca, falsa, corrupta, hiulca lacunis, deformata maculis, obvoluta obscuritatum ambagibus et tenebris errorum, quae felicioris ingenii homines, et quibus in eruendis Codd. MStis fortuna benignior adfulserit, fortasse an emendabunt: nobis hoc tempore negatum fuit. In lib. EMENDATIONUM rationem correctionis dedi; In INDICE obscuris lucem attuli, et ea quae ad salutem eruditissimi scriptoris facerent, breviter disserui, quae omnia si probi et eruditi probabunt, (improbos et ineruditos nihil moror) magno, imo nimio praemio labores nostros compensatos iudicabo. Tantum est! salve, LECTOR STUDIOSE, et nostris in literis ornandis conatibus fave.“

1623. Lugd. Bat. 12. Opera omnia serio emendata. Editio nova. in Catal. univ. Bibl. Uffenbach. Editionem hoc anno Lugd. Bat. proditam citat V. D. in Misc. Obs. Vol. II. p. 401. ubi ea Scriverio tribuitur, ut et ab Oudend. ad Met. L. I. p. 5, b.

1624. Amstelodami, 12. *Apuleius Madaurensis Platonicus serio castigatus. Amsterod. apud Guili. Caesium, CIↃIↃCXIIII.* — Curavit hanc Edit. *Petr. Scriverius*, qui tamen non nominatur. Scriverius, cui notulas suas quoque transmiserat Io. Isaacius Pontanus (vid. Ant. Matthaei Syllog. Epist. p. 269.) textum multis locis emendavit, adhibitis subsidiis criticis, quae in Edit. Elmenhorstii aderant.

Digitized by

1624. Lugd. Bat. 12. Apulelus ex rec. Petr. Scriverii memoratur Fabricio in Bibl. Lat. Sed videtur eadem esse Ed. ac Leidensis an. 1623 vel Amstelodamensis, supra memorata.

1625. Paris. 12. *Apuleii Liber de Deo Socratis. Iosias Mercerus e libris manuscriptis recensuit, et Notas adiecit. Lutet. ex off. Rob. Stephani MDCXXV.* — In emendando Libro de Deo Socratis egregiam operam navavit Mercerus, MStorum copia adiutus.

1627. Amstel. 16. Ex rec. P. Scriverii, Hauptmanno memoratur.

1628. Amstel. 16. *Apuleii opera ex rec. Bonav. Vulcanii.* cf. Th. Crenii animadv. Philol. et Crit. P. XI. p. 17. Fuit haec Ed. in Bibl. Hermanni Cannegieteri, in cuius Catal. sub Vulcanii nomine tamen non recensetur, uti nec in Catal. Henrici Stinstra p. 140.

1635. Paris. 4. *L. Apulei Mad. Phil. Plat. Apologia, recognita et nonnullis notis ac observationibus illustrata a Ioanne Pricaeo Anglo-Britanno. Accesserunt Antiquitatum fragmenta quaedam aeri incisa. Paris. ap. Simon Fevrier MDCXXXV.* — v. Colomesii Opera Hamb. 1709. p. 463. Egregiam operam Pricaeus in Apulei Apologia illustranda praestitit, et editionem suam ornavit figuris aliquot marmorum Arundelianorum, quorum quaedam memorantur etiam inter marmora Oxoniensia a Maettaerio promulgata. Quorum vero in iis nulla exstat memoria, eorum Indicem hic apponam ex scheda Oudendorpii.

Pag. 47. Lapis, in quo Schema domini servum flagris caedentis.

Pag. 93. Veneris Marinae signum.

Pag. 132, 133. alius monumenti meminit Pricaeus, quod Saturnum referre putat. Quoniam vero in exemplo, quod olim contulerat Oudendorpius, uti et in alio quod penes me est, figura deest, confirmare certo non potuit Oudend., extetne inter edita Academiae Oxoniensis, an secus. Suspicatur tamen Oudend. ibidem quoque desiderari.

Pag. 136. Sileni signum cubitale, ex Arundeliae Comitis reconditioribus cimeliis depromptum, quod Sylloge Maettariana non exhibet.

Pag. 207. Icon Magistri, in sella docentis puellam, dextraque ferulam tenentis, ex selectis, ut ait, Illustrissimi Arundeliae Comitis monumentis delineata exhibetur, quam frustra etiam in editis Maettarii quaeres.

1650. Goudae, 8. *L. Apulei Mad. Metamorphoseos Libri XI., cum notis et amplissimo Indice Ioannis Pricaei. Accessit eiusdem Index Alphabeticus Scriptorum qui in Hesychii Graeco vocabulario laudantur. Goudae, Typis Gulielmi van der Hoeve MDCL.* — Praeclara haec est, et Metamorphoseon optima editio, qua Pricaeus textum quidem Wowerii expressit, sed multis locis ad fidem MStorum emendatum. In notis quid praestare studuerit Pricaeus, ipse in praefat. profitetur, quidque revera praestiterit, quivis potest cognoscere ex doctis illis notis, quas integras huic Editioni inseri placuit. Itaque hac Edit. quae pertinet ad Edd. *cum notis variorum*, multum lucis medelaeque Apuleio accessit: licet non magni eam faciant Bibliographi.

1688. Paris 4. II. Tom. *Lucii Apulei Mad. Plat. Phil. opera: interpretatione et notis illustravit Iulianus Floridus. I. U. L. Can. Carnot. Iussu Christianissimi Regis, in usum serenissimi Delphini. Paris. ap. Fed. Leonar-*

dnm MDCLXXXVIII. — In hac edit. liber *περὶ ἑρμηνείας* et Lib. de Deo Socratis emendati habentur, ille ex 2 MSS. Bibl. Capituli Carnotensis, hic ex Cod. Thuani. Textui subiecta est Interpretatio, ut solet in Edd. in usum Delphini, interpretationi autem notae, maximam partem ex aliorum commentariis compilatae. cf. de Florido, aliorum compilatore Spanhem. ad Callim. p. 137. Textui haudquaquam illam diligentiam adhibuit Floridus, quae in edendis veterum libris desideratur. Negligenter interdum vocabula omisit, aut alia pro vulgatis substituit. Ceterum ridicule satis omnia obscoena e textu sublata (quod tamen ubique indicatum est) ad calcem Editionis reiecta sunt: credo, ut Galliae Delphinus uno oculorum coniectu cuncta turpia simul contemplaretur. Subiectus ex Index copiosissimus omnium vocabulorum, quae in Apuleio reperiuntur.

1698. Paris. 12. Liber de Deo Socratis, cum Gallica versione Baronis de Coutures, et notis, praefixa Apuleii vita. Nihil novi attulit Couturius, qui ubique Mercerum exscripsit, licet eum nusquam laudet. cf. Oudend. ad L. de Deo Socr. p. 119, a.

1707. Paris. 12. II Voll. Libri Metamorphoseon et Lib. de Deo Socr. cum versione Gallica. vid. infra inter verss. Gall.

1768. Neapoli, 4. Hoc anno prodiit Tom. VI. Operum omnium Scipionis Gentilis, continens Apologiam, quae iam an. 1607 edita fuerat, vid. supra.

1778. Altenburgii, 8. II Voll. *L. Apuleii Mad. Phil. Opera. Altenburgi ex off. Richteria MDCCLXXVIII.* — Nitidis typis cusa est haec Ed. sed semper adhaeret Edit. Floridi, a qua si aliquoties recedit, ut in primis in Lib. *περὶ ἑρμ.* factum, tamen vitia a Florido commissa in substituendis novis vocabulis non correxit editor. Posteriori Tomo adiuncta est Lectionis varietas, collecta ex Colvii, Stewechii, Brantii, Puteani, et Elmenhorstii commentariis. Praefatiuncula eadem est quae Editionis Amstelod. an. 1624.

1788. Biponti, 8. II Voll. *L. Apuleii Mad. Plat. Phil. Opera, ad optimas editiones collata. Praemittitur notitia Literaria studiis Societatis Bipontinae.* — Respondet plane haec Editio praecedenti.

AETAS V. OUDENDORPIANA. 1786—1836.

1786. *Metamorphoseon libri XI. Cum notis integris Petr. Colvii, Ioann. Wowveri, Godeschalci Stewechii, Gerverharti Elmenhorstii et aliorum, inprimis cum adnimadverss. hucusque ineditis Franc. Oudendorpii. Praefationem praemisit Ruhnken. 4. Lugd. Batav. apud van der Eyk et Vygh.*

1789. *Psyche ein Feenmährchen des Apuleius. Lateinisch nach Oudendorps und Ruhnkens Edition. Mit Anmerkungen. 8. Göttingen, Vandenhöck u. Ruprecht.*

Apuleii fabulosa enarratio de nuptiis Psyche non minus theologica quam poetica (cum praefat. Andr. Ernest. Northus) s. l. et a.

1796. Paris. 12. III Vol. *Apuleii Metamorphoseon Libri XI. ex optimis exemplaribus emendati Paris. apud Ant. Aug. Renouard.* Nitidissima est editio, textum habens ex Ed. Oudendorpio — Ruhnkeniana expressum.

Digitized by Google

1796. *Psyches et Cupidinis amores ex Apuleii Metamorph. libris excerpti. Titi Petroni Arbitri matrona Ephesiaca ex eius fragmentis scripta* 18. *Paris Renouard.*

1823. *Apuleii opera omnia* [idem titulus ut edit. Oud. ann. 1786.] *inprimis cum animadversionibus hucusque ineditis Fr. Oudendorpii.* T. II. III. (minores libros, fragmenta et indices continentes) *ed. Ioannes Boscha. Lugdun. Bat. apud S. et I. Luchtmans.*

1836. *Apuleii de Amore et Psyche fabula ed. Orellius.* Turiac.

L. APULEII MADAURENSIS

METAMORPHOSEON LIBRI.

Digitized by Google

Digitized by Google

L. APULEII MADAURENSIS METAMORPHOSEON LIBRI.

L. [Dubitat Oud. de hoc praenomine, quod a nullo, qui Apuleium excitet, scriptore antiquo praefigatur usquam nomini et a nummo absit contorniato in Morell. Tab. III. et apud Havercamp. in num. contorn. p. 152 [Cuper. in Hom. Apoth. p. 19] alios, nec minus ab omnibus omnino librorum philosophorum Mss. omittatur, si ab uno Cod. F. recesseris, in quo semel ante librum de dogm. Platon. exaretur. Hinc id eiiciendum et *Lucius s. Lucis* Apuleii, quippe quem e Graeco Lucii Patrensis noster converterit, legendum esse arbitratur. Quae vero attulit Oud. argumenta non tanti videntur esse momenti, ut nomen ab omnibus Metamorph. Codd. servatum exulet, cui obstat praeterea, quod Cod. F. optimus quamquam semel tantum, in libro tamen philosopho id retinet et Lucii praenomen familiae Apuleiorum non ita erat infrequens. cf. Fabr. Bibl. Lat. III. p. 28. Cic. Divin. in Caecil. c. 15. §. 47; et cui non innotuerunt L. Apuleii Saturnini, tribunus plebis et propraetor? cf. Cic. pro Planc. 8. §. 19 et 41. §. 100. Ineptiit vero Marinus Becichemus Scodrensis in Centur. Epist. LVII. e suis Mss. ut ait addens *Ap. Herculis*, quasi a gloria atque studio magiae auctor ita appellatus esset, loco Met. Lib. II. p. 85 *„en Hercules Lucius“* satis ridicule adscito: ubi poni *Hercules!* pro *certe, profecto* luce clarius est, quamquam cum Oud. non probaverim, librarios ex eo loco credidisse, nostro auctori fuisse *Lucio* praenomen, sicut ex eodem *Herculis* ei adfinxissent. Eodem nec minus ridendo errore deceptus est Sabbatherius [in Dict. pour l'Intelligence des Auteurs classiq.] qui ex loco Fulgent. Mythol. lib. III. c. VI. p. 718. Stav. *„Sed quia haec saturantius Apuleius enarraverit“* Saturantii praenomine Apuleium condonavit, quum *saturantius* pro *plenius, uberius* dictum esse Munkerus ad h. l. accuratissime demonstraverit. Quid vero de Barthii sententia Advers. XXXIII. 22. p. 1543 dixeris, qui *Lucium amasionem* significare putat, unde et tantopere illud frequentare idem aureus asinus videatur, et Tertullianum Apologet. c. 2 testem excitat, ubi legitur *qui iuvenis! quam lusius! quam amasius!* de quo loco accuratius agam ad Met. II. p. 85 Oud. Sed idem mira qua est oblivione alio loco Adv. XXXVII. c. 1. p. 1675 se ipsum auctorem ait Lucii nomine quandoque citasse, quod, teste Horatio, gaudeant praenomine molles auriculae. Hagenbuch. Epist. p. 96 *Lucii* nomen nullo addito alio non infrequens fuisse Graecis demonstrat, unde pro gentis nomine id accepisse eum apparet.]

Apuleii. [de huius nominis *Appuleii* an *Apuleii* scriptura, lis diu erat inter iudices, quam novissimis temporibus Osann. ad Apul. Grammat. p. 14 ex codicum, monumentorum et nummorum

Digitized by

auctoritate mea quidem sententia optime ita diremit, ut priorem scribendi rationem *Appuleius* ante Caesarum aetatem, alteram vero postea obtinuisse censeat, cf. nummum in Rasch. Lex. Tom. I. p. 978 et eund. Osann. in Ephem. Schol. a 1828 p. 958. Cuius scripturae ut unum tantum exemplum proferam, apud Tacitum Ann. I. 7. cod. Mediceus *apuleius* praebet. Oud. cum Duk. ad Flor. III. 12. Drak. ad Liv. Epit. V. Voss. de Art. Grammat. I. c. 43 [ubi cf. Förtsch. p. 118.] Zeibichio de Athl. Paradox. p. 179. quos omnes excitat. geminationem literae praetulit. Ita Orellius Ciceroni ubique duplicem literam restituit. Onomast. Tullian. p. 58 s. v. Appuleia.]

Madaurensis. [In libris manu exaratis et editis vulgo verba *Platonici philosophi* annectuntur, quae cum Oud. pro librariorum additamento habuerim, quod inde exortum probatur, quoniam Apuleii nomen, ut accuratissimi Platonicae philosophiae et interpretis et asseclae, inter posteriores ita viguit, ut eo cognomine ubique distingueretur.]

Metamorphoseon. [Quae in nonnullis libris additur inscriptio „*de asino aureo*" quamquam ab Fulgentio de prisc. serm. v. *edulium* [p. 779 Stav.] et v. *pumilior* et *glabrior* [p. 774] Augustino de Civ. D. XVIII. 18 „*sicut Apuleius in libris quos asini aurei titulo inscripsit*" et Commentatore vetere Horatii Epod. XV. comprobata est, bene tamen eius origo ab Erycio Puteano Cent. I. Epist. 38 ad Lips. per admirationem explicatur, qua ille liber ab antiquitate exceptus sit, quum quidquid pulchrum ac decorum Latinis *aureum*, Graecis χρυσοῦν nominetur cf. Barth. ad Claud. in Cons. Olybr. v. 49. p. 21. Advers. XLIX. 8. p. 2294. Salmas. Prolegg. ad Solin. Wagn. ad. Virg. Ecl. III. 70. Bach. ad Ovid. Met. I. 89.] Quanta enim voluptate iam imperatorum tempore Romani Metamorphosibus Apuleii delectati fuerint, inde potest intelligi, quod Albino Severus vitio vertit in oratione ad senatum habita cf. Jul. Capit. vit. Albin. c. 12: *cum ille inter Milesias Punicas Apuleii... consenesceret.* Ex hoc quoque loco repetendum videtur esse additamentum *Milesiarum*, quod in nonnullis libris et editionibus prave invenitur. Porro quum *Metamorphoseon* titulum praeter Mss. p. et f. omnes codices praebeant, et Fulgentius Mythol. III. 6. et de prisc. serm. s. v. *Choragium* testetur, hinc non dubitandum erit, quin alteri *Metamorphoseos* titulo praeferatur, qui Photii tantum debetur auctoritati in Cod. CCXIX., ubi Lucii Patrensis libri λόγοι μεταμορφώσεως nominantur, etsi ibidem etiam μεταμορφώσεις nuncupentur; cf. Heins. ad Ovid. Metamorph. init. p. 8. Verus igitur horum librorum titulus mihi videtur is esse:

L. APULEII MADAURENSIS
METAMORPHOSEON
Libri

nec cum Oud. probaverim

LUCIUS APULEII MAD.
SIVE
METAMORPHOSEON LIBRI.
vel METAMORPHOSEON ASINI
LIBRI.]

Digitized by Google

LIBER I.

CAPUT I.

En ego tibi sermone isto Milesio varias fabulas conseram aures- [2][102]

et habent Codd. F. 1. *at ego* F. 3. D. et G. 2., quos sequuntur edit. princ. et omnes ante Elm., qui *et* ex F. restituit. *tibi* abest ab ed. Iunt. 2. *fabellas* ed. Iunt. 1. Aldin. et Bas. pr. contra omnes Mss. et Beroaldum. *ut ego* Basil. 1. *at ego t. Milesio sermone isto* cod. Anglican. Parael, cuius varias lectiones Oudend. miserat Wasse. *conferam* cod. R. et edit. Florid.

Cap. I. *En ego tibi.* [Initium huius libri et codd. F. et O. teste Pricaeo [cf. Burm. ad Anthol. Tom. II. c. 114. p. 390.] et editiones Junt. 1. Aldin. Basil. Beroald. et Elmenh. versibus iambicis constituunt. Hic error pervetustus defendebatur a Scaligero, Beroaldo, Elmenhorstio, qui vel scholion addidit interlineare in cod. F. repertum, quo metrica initii constitutio comprobaretur, quod a Lindenbrogio descriptum apud Elmenh. potest conferri. Versus vero ipsi in cod. F. auctore eodem Lindenbrogio ita sunt ordinati:

Et ego tibi sermone isto Milesio
Varias fabulas conseram auresque tuas
Benivolas lepido susurro permulceam,
Modo si papyrum Aegyptia argutia
Nilotici calami inscriptam non spreveris
Inspicere et figuras fortunasque hominum
In alias imagines conversas et in
Se rursum mutuo nexu refectas, ut
Mireris exordior. Quis ille? paucis.
Hymetos Attica et Hitmos Epyrea
Et Thenedos Spartiaca, glebae felices
Aeternum libris felicioribus
Conditae, mea vetus prosapia est.
Ibi linguam Athidem primis pueritiae
Stipendiis merui: mox in urbe Latia
Advena, studiorum Quiritium indigenum
Sermonem, aerumnabili labore, nullo
Magistro praeeunte aggressus excolui;
Et ecce praefamur veniam, si quid
Exotici atque forensis sermonis rudis
Locuter offendero, iam haec equidem ipsa
Vocis immutatio desultoriae
Scientiae stilo, quem accessimus
Respondet, fabulam Graecam incipimus:
Lector intende, laetaberis.

His versibus, quales a F. cod. proferuntur, accuratissime respondet dispositio versuum in codice Sangallensi oppidano, cuius collatio ab Orellio, cf. praef. ad Cic. Brut. p. XLVII. sq., instituta est, nisi quod in singulis verbis recedit. Pro *et* enim versu primo in cod. Sang. legitur *at*, tum *papyron Aegyptiam, Hymettos, Isthmos Ephyrea, Taenaros Spartica, Quiritum, En ecce, haec quidem ipsa.* His codicibus deceptus Rutgersius eo audaciae processit, ut quum ea, qua se excipiebant verba, ratione veros non efficerent versus iambicos, vi Apuleio adhibita, singula pro arbitrio emendaret, transferret, converteret. Quam temeritatem a nullo codice comprobatam cum Becichemo Epistol. LVIII. Bernardo Philomatha Pisano in praef. Junt. a. 1522 optime reiecit Oud. Quantis vero erroribus metricis hi versus scateant, nemo est quin intelligat, ut cum Orellio l. c. recte statuamus, ingenii lusu commotum esse grammaticum quendam vel librarium, qui multa verba in iambos redigi posse viderat, ut omnia per numeros efferret. In eo tamen erravit Orellius, quod grammatico Italo saec. XIV. vel XV. hunc er-

Digitized by Google

rorem adtribuit, quum codex F., quem pervetustum nominat Lindenbrogius, his certe saeculis prior sit, ut a saeculo inde undecimo vel duodecimo hic error profluxisse videatur. Oud. teste Morianus Tuccius clericus Florentinus in ed. Iuntina a. 1512 primus versibus vere Iambicis omnia constituit Francisco Asulano in Aldin. edit. a. 1521 aliisque sequentibus. Quantum vero interpretes in versibus apud prosaicos pangendis genio suo dederint, exemplum est notissimum Rhenani, qui Liv. I. 34. §. 8., ubi poetae cuiuspiam verba latere sibi persuaserat, locum in versus hexametros cogebat et recte a Drakenb. vituperatus est, qui *verum hac ratione*, inquit, *addendo, demendo, mutando integer Livius in numeros poeticos cogi potest.* cf. Wolf. et Ritter. ad Tac. Ann. I. 1. Santen. ad Terentian. p. 276. Hermann. opusc. I. p. 124. Quint. IX. 4. 74 sq. Cic. de Or. 3, 47 et in Or. c. 56. Ruperti ad Tacit. Ind. III. v. *Versus.* Apuleio enim per imprudentiam tales versus saepius excidisse eo minus poteris mirari, quod pro ingenio Afrorum et vividam et poeticis coloribus depictam et fucis variegatam dicendi rationem ubique secutus est. Exempla si plura desideraveris, alia Pricaeus praebebit ad Metamorph. IV. p. 294 Oud. D'Orvill. ad Charit. IV. c. 1. p. 421. Alia conferas ex Apuleio deprompta apud Barthium Advers. VII. 19. p. 350. VIII. 21. p. 407. XVI. 14. p. 838. XVII. 7. p. 868.]

En ego. Discrepant codices inter scripturam *et* et *at*, quae posterior a longe pluribus confirmatur, ut ab editione inde prima usque ad Oud. particula *at* initio Metamorphosis adhaereat. Docte refutat Oud. Becichemi in Epist. 58. et Beroaldi sententiam, *at* particulam principio orationis ornatus caussa praefigi statuentium, quum veteres sermonem per „*at*" cum indicativo praesentis et futuri iunctum in obiectione tantum vel admiratione ac reprehensione incipiant (cf. Hor. Epod. V. 1. Ovid. Heroid. XII. 1. ibique Heins. Peerlkamp. ad Horat. Epod. XV. 17., qui Gronov. ad Justin. XIV. 4. Burm. ad Anthol. II. p. 555. Int. ad Tibull. I. 20. 1. excitat, ubi etiam editiones inter *at* et *at* fluctuant.) Eo magis esse offensioni ait coniunctivum, quippe qui huic particulae nunquam iungatur, nisi sit imprecantis, iubentis et petentis, ut Liv. I. 12. Horat. Od. I. 28. 23. Pro *at* igitur Oud. *ut* emendavit, cum sequentibus verbis *ut mireris* accuratissime coniungendum, quae lectio omnium adhuc est probabilissima. Facillime enim fieri potuisse, ut quod prima litera auro miniove deinde appingenda omissa esset, vel *ut* vel *at* vel *et* (quomodo habent codd. F.) efficerent librarii, quum praesertim *at* et *ut* [cf. Heins. ad Ovid. Heroid. XII. 1. Drak. ad Liv. I. 18. 9] *at* et *et* [Cort. ad Lucan. I. 141. Bentl. ad eund. X. 136] saepius in Mss. confunderentur. Praeterea provocat Oud. ad locum Fulgent. Mythol. I. p. 597 Stav. *Ut tuarum aurium sedes lepido quolibet susurro permulceam.* [Sed res accuratius debet perpendi. *At* enim non solum est irascentis vel indignantis, ubi cum indicativo ponitur, et imprecantis vel iubentis, ubi coniunctivum vel imperativum adsciscit, sed etiam est cavillantis et ironice rem perstringentis, ut apud Ovid. Heroid. I. 44. Burm. ad Grat. Cyn. 68. cf. Hand. Tursell. I. p. 442. Barth. Advers. XXXIV. 22. p. 1583., qui hunc locum defendit, *at* particula eleganter quasi et ex abrupto initio posita. Ita apud Fronton. de feriis Alsiens. III. p. 127. ed. Rom. legendum est: *At ego homo multum facundus.* Deinde transitionem saepe parat ad rem conspicuam vel admirabilem [cf. Bach. ad Ov. Met. XI. 331. Cort. ad Lucan. IV. 811. IX. 708.] Hinc accuratissime intelligitur, *at* particulam hic suo loco stare non posse, et aliud quid esse substituendum, quo totius loci sententiae arctius inter sese connectantur. Oud. coniectura *ut* nimis mihi videtur esse propter verborum positum languida, quum alterum *ut*, quod ante *mireris* extat, plane sit supervacaneum, et cavendum sit, ne talia Apuleio intrudantur. Ex toto enim sententiarum nexu exhortantis esse orationem, et animum auditoris in rem tractandam

convertentis apparet, unde probabilis videtur esse coniectura *„en ego tibi sermone isto milesio“*, de qua vocis significatione cf. Hand. Turs. II. p. 368 sq. Recte Stewech. ad Apul. Met. IX. p. 630 *„en ecce* particulae sunt perfamiliares iis, qui magnum aliquod facinus narraturi et velut in scena fabulam posituri sunt“ cf. Apul. IX. p. 620. Corruptelae vero caussam praebuit sequens illud *en ecce praefamur veniam*, quod sciolis quibusdam librariis prave repetitum esse videbatur ut *en* in *et* deinde in *at* facilius abiret. De *en* et *et* inter se commutatis cf. Heins. ad Val. Flacc. I. 342. Oud. ad Apul. II. p. 129. Cort. ad Lucan. V. 58.]

Milesio. [Quod propter regionis fertilitatem Milesii ad lasciviam, luxum deliciasque ita inclinabant, ut in proverbium abirent, Milesia carmina s. Milesiae apud veteres nominabantur ea, quae ludicro eoque satis lascivo argumento sunt composita, fabuloso praesertim et mere ficticio. cf. Jul. Capit. in vit. Clod. Albin. c. 12. et Ovid. Trist. II. 413. Kopp. ad. Mart. Cap. II. §. 100. p. 141. Spanh. ad Jul. Caesar. ed. Amstel. p. 49. Erasm. Adag. *domi Milesia* p. 135 ed. Basil. 1551. Lindenbrog. in marg. adnotavit Hieronym. epist. 39. *quasi non cirratorum turba Milesiorum in scholis figmenta decantet.*]

Fabulas. Est lectio omnium et codicum et editt. ante Iunt. 1., quacum Aldin. Basil. 1. Colv. conspirant. Orta est altera ex ingenio eorum, qui metricam rationem sequebantur in principio libri constituendo, ut ĭdem isti postea pro *aures que tuas, atque aures tuas* ementiti sunt.

Conseram. Monet Oud. *conferre sermonem* dici de ĭis, qui alternis agant et mutuo respondeant, ut apud Cic. de Inv. II. 4. §. 14. Liv. VII. 2. §. 7., ubi Drak. cf., *conserere* vero *verba, sermonem, blanditias* cet. de uno vel pluribus, qui sermonem iaciant, de aliorum responsione non solliciti, ut explicant Int. ad Liv. III. 17. §. 10. VII. 39. §. 6. ad Virg. Aen. VI. 160. [Quod per se mihi probatum accuratius tamen proferendum est. Quum enim *conferre sermonem* constet idem esse quod *sermonem cum aliquo copulare*, ut Plautus ait Poen. III. 3. 41., nego poni id posse, *nisi is ipse additur, quocum sermones communicantur, ad quem verba diriguntur, aut ex praegressis possit intelligi.* Ita apud Ciceronem, Livium, Virgilium, ceteros fere semper adiectam videbis *cum* praepositionem, *inter sese*, alia, ex quibus persona, quacum confabulamur, dignoscitur, cf. Cic. de Invent. II. 4. §. 14. ad Attic. I. 20. §. 1. de Off. II. 11. §. 39. Petron. c. 152. Plaut. Curc. II. 3. 11. vel ex toto sententiarum nexu persona addi poterit apud Apul. Met. V. p. 343. 349, ubi Oud. contra Mss. *conserentes* male praetulit, Ter. Hecyr. I. 64. Tibull. I. 2. 21. Nec obstat huic sententiae locus Ter. Eun. IV. 6. 5. *verba dum sint, verum si conferantur ad rem*, ubi plane alia est vocabuli significatio, et Stat. Silv. II. 1. 5. *et verba medentia saevis confero*, quum *conferre*, verbum funebre, locum suum hic capiat, cf. Markl. ad Stat. Silv. III. 3. 134. p. 284. ed. Dresd. Contra *sermonem conserere*, ut *verba iacere* [cf. Broukh. et Wund. ad Tib. III. 6, 40. Spohn. ad Virgil. Ecl. II. 5.] de quacunque dicitur sermocinatione, ubi, ad quem verba direxeris, omnino accuratius non additum est. His probatis nostro loco cum Mss. *conseram* alteri lectioni *conferam* erit praeferendum. Quis enim *tibi* ad *conseram* retulerit? Inveniuntur tamen loci, ubi *serere* vel *conserere sermonem* adiectam habent personam, quacum sermocinamur, sed vice versa de dictione *conferre sermonem* probari contrarium nequit. cf. Caecil. ap. Gell. N. A. II. 13. §. 10. Arnob. V. 3. Isid. Orig. VI. 8. §. 3. *sermo autem dictus, quia inter utrumque seritur.* Haec me movet sententia, ut, ubi *inter sese* vel talia adiecta leguntur, siquidem Mss. addicant, *serere* in *ferre* commutari velim v. c. apud Virg. Aen. VI. 160. e. Mss. sine ullo dubio *multa inter sese vario sermone ferebant* legendum est, ubi cf. Heins. Drak. ad Liv. VII. 39. §. 6. XXXIII. 22. §. 3. eund. et Heins. ad Sil. Ital. VIII. 266. Burm. ad Anthol. V. 139.

3 que tuas bene|volas lepido susurro permulceam, modo si papyrum Aegyptia

benevolas Iunt. 1. Aldin. et Iunt. 2. *benivolas* omnes codd. praeter F. 1. f. R. P. qui habent *bibulas*. Ita in Ms. legi I. Scaligero dicente didici, ait Lindenbrog. *et lepido* habet p. *Aegyptia* F. 1. L. G. P. B. *Aegyptiam* F. 3. et D. *Aegyptia tu argutia* Iunt. 1. Aldina sqq. usque ad Iunt. poster. contra omnes Mss. *papyro Aeg. argutiam* R. *papyrarum* B.

Tom. II. p. 415. Quam trita sit Mss. inter *conserere* et *conferre* commutatio, satis notum est, quamquam saepius ab interpretibus neglecta. Ita apud Arnob. V. 22. corrige: *neque ullum turpitudinis genus est, in quod eius non nomen consociatis libidinibus conferatis*, vel *in quo eius non nomen .... confoedatis.*]

benevolas ex optimis libris Oudend. recepit, eorum reiiciens interpretum ut Vulc. Pric. dubitationem, qui cur benevolentiam captet Apuleius, quum Milesiae per se omnium animos pascant, non intelligunt, licet adiectivum referendum sit ad sequentia *non sprevereris inspicere*. Multos enim esse viros graves seriaque indole, quibus hae nugae displiceant. Exempla affert Pers. Sat. IV. 50. et Cic. ad Att. II. 14. §. 1. [Haec sola videtur esse caussa, cur *bibulas* lectio elegans nec ita vulgaris alteri posthaberi debeat, quum *bibere auribus* de iis dicatur, qui cupidissime verba loquentis audiunt, ut in succum quasi et sanguinem vertant. cf. Plaut. Mil. 3. 3. 10. *Postquam adbibere aures meae tuam moram orationis*; Propert. III. 7. 8. ubi cf. Burm. Pacat. Panegyr. 29. §. 3. Gron. ad Stat. Achill. II. 119. Burm. ad Val. Flacc. I. 262. Schmidt. ad Hor. Epist. I. 2. 67. Matthiae. in Verm. Schr. p. 19. Peerlk. ad Hor. Carm. II. 13. p. 205. Sed Graecis quoque in usu est verbum *πίνειν* de iis, qui ore verba hauriunt. cf. Jacobs. ad Meleagr. 66, 4. Anthol. Pal. p. 96.a Alia proferam ad Met. IV. p. 403. Minus probatur coniectura Oudend. *bene bibulas*, quod facilius in *bene avidas* poterat commutari, sed temere, quum scriptura *benevolas* bene se habeat.]

susurro. [*sussuru*, quod Sopingius in ora ed. Colvianae in *susurro* permutavit, ἀρχαικῶς dictum esse putat Oudend., locum Apul. Florid. p. 80. excitans, ubi accuratius de hac forma disseram. Hic tamen cum Mss. *susurro* esse retinendum hoc unum comprobat, quod Fulgentius, Apuleii sectator, Mythol. I. p. 597. Stav. in eadem re *ut feriatas adfatim tuarum aurium sedes lepido quolibet susurro permulceam* aperte locum imitatus est. *susurrus* quid hic significet cf. not. ad Met. p. 536.]

permulceam. [In proverbium quasi abiit dictio *aures permulcere* de delicatis et voluptuariis sermonibus. cf. Pacat. Paneg. IV. §. 4. Virg. Aen. I. 197. Apul. Met. I. p. 31. de deo Socr. p. 158. Eodem modo Graeci dixerunt *ἐπέεσι μαλακοῖσι θέλγειν* cf. Hom. Odys. I., 56 *ἀεὶ δὲ μαλακοῖσι καὶ αἰμυλίοισι λόγοισι θέλγει*. Burm. ad Prop. I. 13. 32. Hoc idem vocabulum Frontoni restituerim in Epist. ad Verum X. p. 194. ed. Rom. *ex tantis me malis permulsum* [cod. palimps. *perpulsum*] *recreatumque tamen aliquantulum fateor*, ut apud Priscian. IX. p. 466. Krehl. Cic. in concione Metelli: *Permulsa atque recreata est.*]

papyrum Aegyptia argutia Nilotici calami. Ut elegantius tam papyro quam calamo epitheton addatur, Oud. contra longe plurimos eosque optimos Codd. *Aegyptiam* defendit, acumen et subtilitatem artemque scribendi per Niloticum calamum in papyro Aegyptia intelligens adversus Baptist. Pium in annot. poster. fol. 128, qui papyrum Aegyptiam ineptissime interpretatur genus dicendi molle et lascivum. Nec minus Beroald. erravit, quippe *Aegyptia argutia* ad solos sales et festivos lepores Aegyptiorum proprios referens. [Oud. vero interpretatio doctior videtur esse quam verior. Primum enim appareret, faciliorem esse ad sensum scripturam *Aegyptiam*, quam quae ab omnibus fere librariis in longe difficiliorem *Ae-*

Digitized by Google

argutia Ni|lotici calami inscriptam non spreveris inspicere et figuras for- 4
tunasque hominum | in alias imagines conversas et in se rursum mutuo 5
nexu refectas ut mire|ris exordior. Quis ille? paucis, Hymettos Attica et 6

Aegyptia argutia illotici calami Ms. Colv. *arg. inlocutici* Ms. p. *inspicere* abest ab Iunt. 2. Colin. et Basil. *et fig.* particula exulat ab omnib. vtt. editt. usque ad Pric. *fortunasque* quod praeter β, in quo legitur *formasque hominum*, omnes codd. habent, non comparet in ed. Iunt. 1. et Ald. *hominis* Lindenb. habet collatio. *nixu* in nonnull. editt. prave conspicitur, ut in Vulcan. Raphel. 1622. *et in se.* Male carent copula edd. Bas. 1. et Colin. *hic exordior* Venet. 2. Basil. 2. Colv. *hoc exordior* Basil. 1. *accipe* deest a Mss. F. 1. O. π. G. P. B., et in marg. cod. D. annotatum est. *accipe* F. 3. c. editt. vett. usque ad Elm. *Ymethos* F. 3. *ymectos* D. *ymetos* G.

gyptia permutari potuerit. Tum quidni argutiam Aegyptiam comprobaveris, quoniam teste Herodoto II. 121. §. 6. omnium doctissimi erant Aegyptii, Apuleius ipse Met. XI. p. 764. *prisca doctrina pollentes* et Florid. p. 19. *eruditos* eos nominat et quod propius ad rem accedit, auctore Vopisco in vit. Saturn. 7. *versificatores* et *epigrammatarii* Aegyptii audiebant, Alexandrinae denique deliciae apud Quint. I. 2. §. 7. ut lepidissimae et risum commoventes hilarissimum in proverbium abierunt? Nonne fortasse ad suam ipsius originem Apuleius alludit, qui quamquam non Aegyptius tamen Afer erat? Sententia vero fere eadem erit, quam Oud. proponebat, quum per *argutiam Aegyptiam* sagacitatem intelligam, facetissimum ingenii acumen, sales, calamo Nilotico papyro [chartae ut Iuven. VI. 100] inscripta. De *papyro Aegyptia* praeter Fulgent. Mythol. I. p. 612. ibique Munk., quem Oud. affert, conferantur velim quae adnotavit Kopp. ad Mart. Cap. II. §. 135. p. 18 f.]

Nilotici calami [Lindenbrog. in marg. adscripserat: Sedulius in opere paschal. c. 1. *nonnulla etiam probra narrationis arte composita Niliaci papyro gurgitis calamo perarante contradunt* et Isidor. VI. c. 9.]

argutia. De usu vocis *argutia* Oud. confert Voss. de Anal. I. 43. [Tom. I. p. 487. Förtsch.] [*Argutia* enim singulari numero usurpatum huius aevi videtur fuisse proprium; nam praeter locos Gell. III. 1. §. 6. XII. 2, init. et Pallad. XIV. praef. 1. quantum scio nullus invenitur, quo singularis stabiliatur, quem Charis. p. 20. Putsch. et Phocas. p. 1708. [Tom. I. p. 340. Lindem.] omnino denegabant. Nec Glossas audiendas esse, in quibus legitur: *Argutia σοφιστία argutiae στωμύλια singulare non habet,* Oud. iam monuit.]

inspicere. Propter metricam illam initii descriptionem a nonnullis interpretibus reiectum e Ms. Becich. F. P. al. ab Elm. bene revocatum est. Item ex optimis et plurimis Codd. c. Oud. recepi *fortunas*, quamquam *formas figurasque* defendi poterit ex locis Cic. de Off. I. 35. §. 126. ibique Heusing. Plin. Paneg. c. 55. §. 11. Mart. Cap. IV. §. 370. Kopp. Apul. de Dogm. Plat. Tom. II. p. 573. Apollon. IV. 1192. ἡρώων εἴδεα καὶ μορφάς, ubi vide Schol. ab Oud. iam allatis [Quibus si tanti est addere licet Cic. Tusc. I. 16. §. 37. Orat. III. 45. §. 179. cf. Creuz. ad Cic. de Nat. Deor. I. 18. p. 81. et Doed. in Etymol. III. p. 25. sqq. VI. p. 129. egregie de utriusque vocabuli discrimine disputantem. De *forma* et *fortuna* in Mss. permutatione, quae ex compendio *fortuna* exorta est, cf. Schaef. ad Plin. Epist. I. 1. §. 19. Drak. ad Liv. XLI. 20. §. 2. ut *formatus* et *fortunatus* apud Liv. IV. 7. §. 3. confusa video. Neque vero formae tantum et corporum metamorphosis ab Apuleio describitur, sed sors quoque et conditio hominum. Melius cum Lindenbrog. si F. est lectio *hominis* comprobatur, qui adnotat: *de se solo namque Apuleius locuturus est.* Ipse enim dicit Apuleius III. p. 190. *quae fortunarum mearum repentina mutatio.*

[*mutuo nexu.* [Photius de Lucio Patrensi Cod. CXXIX. *ὁ Λούκιος σπουδάζων τε καὶ πιστὰς νομίζων τὰς ἐξ ἀνθρώπων*

Digitized by Google

7 Isthmos Ephyraea et | Taenaros Spartiaca, glebae felices aeternum libris feli-

Isthmos F. 3. D. *Isthomos epirea*, quod a m. s. in D. permutatum in *ephirea — ihysthomos epyrea* G. *Hystomos* P. *π.* quae tamen ab Elm. enotatur F. 1. *Hytmos* lectio tum male ab eo edita, a Lindenb. non consignata est. *Epiraea* tantum in iis extat. Fere eandem scripturae diversitatem invenies Lucan. I. 101 et VI. 17. *Taenaros* F. 1. et D. ubi a m. s. correctum *Teneros*. *Tenedos* F. 3. et f. *Trenedos* G. *Treneros* P. *Thenedos* O. *Spartica* f. O. *felices*] Inconsiderate Modius in margine coniecerat *feraces*. Pro *aeternum* V. et D. habent *etiam num* a m. s. correctum in *aeternum*. *liberis* f. R., quod Becich. Epist. 65. de civibus et alumnis, quibus illae terrae sint felices, male exponit.

εἰς ἀλλήλους μεταμορφώσεις τάς τε ἐξ ἀλόγων εἰς ἀνθρώπους καὶ ἀναπάλιν.]

paucis accipe. accipe, quod in nonnullis Mss. et vett. editt. legitur, ab Elm. pro glossemate reiectum est, quum librarii elegantem hanc interrogationem et responsionem comicam non caperent. [cf. Ter. Andr. I. 1. 2. *paucis te volo* V. 3. 22. *licetne pauca*, ubi Donat. Coniecerat vir quidam doctus adnotante Oud. *ille ego*, qui de hac dictione Sil. Ital. IX. 128. affert, [cui addas: Burm. ad Ovid. Met. I. 757. ad Quint. Declam. CCCLXXII. ad Anthol. Lat. T. II. p. 685. et Eckst. ad Voss. Arist. Tom. III. p. 920.]

Hymettos Attica. [Hymettos mons erat Atticae, herbis mellifluis et marmoribus, quae ibi effodiebantur et lignis notissimus. cf. Strabo IX. p. 399. Plin. H. N. XXXVI. 3 et 5. Ttzetz. hist. Chil. 2. hist. 370. Galen. de Antidot. I. c. 11. Mart. Lib. VII. Epig. 88. Hor. Sat. II. 2. 15. ibique Heind. Paus. I. c. 32. Dioscor. II. c. 101. Deinde, ut in reliquis, Hymettos dictus est pro tota Attica terra, quam constat per se infelicem, ut *Ἀττικὴ πενία* in proverbium abiret, per incolarum industriam ad summam fertilitatem esse evectam, unde Strabo IX. p. 393. *ἐστὶ ἡ χώρα τῶν Μεγαρέων παράλυπρος; καθάπερ καὶ ἡ Ἀττική.* Nam in regione tantum fluminis Ilissi Attica erat feracissima, cf. Barth. Stat. IV. 52. ceterum *λεπτόγεως καὶ ξηρά* nominatur cf. Wolf. Leptin. p. 251. Thucyd. princ. Spanh. Julian. I. p. 78. Sed notum est frumentum ibi mortalibus a Cerere esse donatum; et Atticam melle, olivis et terra argillacea pulchrisque vasibus prae ceteris excelluisse. cf. Diss. Pind. Nem. X. 67. et Boeckh.]

Isthmos Ephyraea. [cf. Rutil. I. Itin. 319. *Qualis per geminos fluctus Ephyreius Isthmos.* *Ephyraeum* enim est *Corinthium*, quum Corinthus primum *Ἔφυρα* nominaretur; cf. Il. VI. 152. et Schol. ad Il. V. 301. Plin. Hist. Nat. IV. 4. 5. Hygin. fab. CCLXXV. p. 394. Stav. *Ephyra nympha Oceani filia Ephyren condidit, quam postea Corinthum adpellarunt.* Munk. ad h. l. et ad fab. CCXXI. p. 339. qui plurima affert. Sed mirum esse debet, quomodo inter fertilissimas Graeciae regiones eam referre potuerit scriptor, quoniam contrarium plane docemur a Strab. IX. p. 382. *Χώραν ἔσχεν οὐκ εὔγεων σφόδρα, ἀλλὰ σχολίαν καὶ τραχεῖαν ἀφ' οὗ πάντες ὀφρύοντα Κόρινθον εἰρήκασι.* Quod equidem aliter explicare nequeo, nisi dictum esse de divitiis et magnificentia, quibus Corinthus propter mercaturam fruebatur, mecum statuas; cf. Strab. IX. p. 382. et ibid. p. 378. Hom. Il. II. 570. *ἀφνειόν τε Κόρινθον.* Thucyd. I. 13.]

Taenaros. [Ita Oud. cum Theod. Gattak. ad Anton. VI. §. 36. scribi voluit pro *Tenedos*, cuius commutationis exemplum aliud habes ap. Burm. Anthol. Tom. II. p. 548., ubi longe plurimi Codd. *unde Tenedos* pro *undae Taenaros* praebent, quod nullo modo potest comprobari. Tenedos enim, quo longe plurimi codices inclinant, Sporadum insula et sterilis et arida est, unde Salm. in Prol. ad Sol. frustra coniecerat *Sporadica*. *Taenaron* vero promontorium pro tota Laconica dictum accipias, quae fertilitate inprimis pascuorum et saltuum inclaruit; cf. infra.]

Spartiaca. [Quia omnes fere Codd. *Spartiaca* praebent, non dubitavi contra Oud., qui cum Salm. l. c. et N. Heins. in Epist. Syll. Vol. IV. p. 250.

Spartiatica praetulit, scripturam *Spartiaca* recipere. Quamquam enim probe scio, adiectivi terminationem analogiae adversari, quum a *Σπαρτιάτης* fiat *Σπαρτιατικός*, ea tamen usitatior erat quam quae Apuleio in mentem venire non posset, si praesertim tam varias esse adiectivorum gentilium formationes respexeris. Huc accedit quod Apuleius falsus esse poterat analogia multorum adiectivorum, quibus in *iacus* terminatio est frequentissima; quid? si consulto eam formavit tot tantaque in aliis nova sectatus. Quae forma si quem offenderit, probet me volente *Spartica*, quod contra constantem librorum lectionem nonnulli interpretes apud Virg. Cul. 398. permutare conantur. Oud. vero coniecturam, quia nimis recedit a tractu litterarum, reiici; aliter si eo opus est, *Spartiata* coniiciens. Nec dubitarem id ut facillimum in textu ponere, nisi obstaret ceterorum vocabulorum genus femininum, quod temere Apuleius praetulisse non putandus est. Sed miror in eo Oud., cuius sententiam Schneid. Gr. Lat. II. p. 46. prave repetiit, qui feminina adiectivorum ad glebam ita referre potuerit, ut ad singulas quasque voces cogitatione adderetur. Nec ad ellipsim *urbis* vel *regionis* cum Beroaldo et Voss. de Anal. I. 10. p. 303. et I. 32. p. 391. Förtsch. refugiendum est, quoniam apud ipsos Graecos *Isthmos* ita usurpatum invenitur; cf. Pind. Olymp. VIII. 64. Nem. V. 69. Heyn.; Jacobs. Anth. P. p. 789. Ex analogia igitur feminini generis usum in ceteris comprobo, utpote poetis proprium, qui saepius in montium, fluminum, urbium cett. nominibus genus variant; cf. Voss. de Anal. I. 10. p. 303. Förtsch.; Schneider. l. c. p. 107. et quae infra dicam ad Met. VII. p. 493.]

glebae felices. Negat Oud. *felix* h. l. dici de agrorum fertilitate, quod Atticam teste Liv. XLIII. 6. §. 2. et Laconicam notum sit ad frumentum fuisse steriles, unde locos Aristoph. Nub. 288. *λιπαρὰν χθόνα Παλλάδος* c. Schol., qui *εὐθαλῆ τὴν πᾶσαν κομῶσαν* interpretatur et Equit. 1346. *λιπαρὰς Ἀθήνας* non de frumento in universum sed de proventu oleagineo vult intelligi. Propterea felices dicit esse regiones celebratas, clarissimas. [Huic tamen sententiae duo potissimum obstant. Primum enim vellem Oud. demonstrasset *glebam* a Latinis posse pro regione dici quod idem Reines. ad Petr. Sat. c. 32. p. 374. Burm. falso pronuntiat, quum, ut Graecorum *βῶλος*, semper aut ad humum pertineat et per synecdochen de agris (cf. Virg. Aen. I. 531.) vel possessionibus agrariis usurpetur aut ad alias res transferatur, quae glebis sunt consimiles. Deinde si gleba omnino de humo dicitur, mirum esse nequit, cur Athenae, Laconia et Corinthus felices glebae nominentur. De Athenis et Corintho iam prius dictum est. Laconiae vero nonnullas partes fertilissimas fuisse praestantium arborum et fructuum optimorum testatur Strab. VIII. p. 366. *περὶ τῆς φύσεως τῶν τόπων Λακωνικῶν καὶ τῶν Μεσσηνιακῶν ταῦτα μὲν ἀποδεκτέον, λέγοντος Εὐριπίδου τὴν γὰρ Λακωνικὴν φησιν ἔχειν πολλὴν μὲν ἄρουραν ἐκπονεῖν δ' οὐ ῥᾴδιον. κοίλη γὰρ ὄρεσι περίδρομος τραχεῖά τε δύσβολός τε πολέμοις.* cf. Meurs. Lacon. IV. 2. Denique glebae felices si indicarent gloriam locorum atque celebritatem cur adiecta legimus *libris felicioribus conditae*? De significatione vocis *felix* pro *fertilis* cf. ad Apolog. p. 444. Praeterea *glebae* e. Oud. non pro casu appellandi habuerim, sed pro genitivo, qui a *felices* aptus est (cf. Meurs. ad Non. p. 726. Hor. Sat. I. 9. 9. ubi Lambin., Burm. ad Ovid. Met. III. 132. Jahn et Bach. ad Ovid. Met. V. 267.) ut gleba pro glebis ponatur eademque efficiatur sententia, quam Virgil. Aen. I. 531. expressit. Il. IX. 141. *οὐθαρ ἀρούρης.*]

aeternum. Salm. in praef. ad Solin. memoriae forsan vitio citat *in aeternum* [cf. Ovid. Met. VI. 369. Virg. Aen. VI. 400. 607. Schmidt. ad Hor. Epist. I. 10. 41.]

libris felicioribus conditae. conditae Oud. *libris repositae atque servatae* explicat locis Apul. IV. p. 303. *nomen meum coelo conditum profa-*

8 cioribus conditae mea vetus | prosapia est. Ibi linguam Atthidem primis pueritiae
9 stipendiis merui: mox | in urbe Latia advena studiorum Quiritium indigenum sermonem aerumnabili labore nullo magistro praecunte aggressus excolui. En ecce

creditae p. B. Becich., quod Oud. confirmat locis Hor. Od. IV. 9. 11. Sat. II. 1. 30. [de horum vocabulorum permutatione cf. Ded. ad Dict. Cr. V. 15. Liv. I. 14. §. 2. ut *creditor* et *conditor* Liv. I, 20, §. 3.] Editt. usque ad Pric. *creditae.* Mss. ceteri *conditae*, quod in marg. Cod. D. a. m. s. interpolatum est in *creditae. mei* P. cf. ad V. 323. *linguam Atthidem* [Lindenbrog. i. e. linguam Atticam uti etiam Mercero visum] F. 1. P. R. O. p. *linquam Attidem* F. 3. *linguam atidem* D. ubi s. m. correxit *inquam in Attide. linguam Atheidem* G. 2. *ibi apud Attidem* B. Editt. vett. usque ad Pric. *inquam in Attide. merui*] G. et P. *inveni;* in P. *merbii*, unde vir doctus coniecit *exercui* vel potius *imbibi*, quod et Salmas. s. edit. margini adlevit. *indigenum* F. 1. L. R. O. f. G. P. D. π. *indigenam* F. 3. et B. et a m. s. in cod. D. Editt. vett. *aerumnabili* omnes codd. Modius tantum in marg. adscripsit *aerumnali* in F. legi, quod tamen collat. Lindenbr. minime comprobatur. — *aerumnali* legitur in edilt. Venett. Junt. 1. Ald. et Paris. *exolui* R. et Ms. Colv. *et ecce* F. 1. ceteri omnes *en ecce.* Unde vero hauserit Oudend. alterum cod. F. *en ecce* habere nescio, quum ab Lindenbrog. nihil sit adnotatum; neque B. habet *sed ecce*, ut Elm. proposuit, quum in coll. Modii nil designetur.

natur. Paneg. Const. Mag. c. 24. Arnob. II. p. 24. ed. Lugd. et Veget. LIV. prol. eos damnans, qui c. Burm. ad Eleg. Alb. de M. Dr. 343. *litteris celebratae* interpretantur. [Quid vero sibi velint Attica, Sparta, Corinthus libris servatae vix intelligo. Barth. Adv. XXXIV. 19. p. 1579. *glebas conditas* male consecratas dicit, munitas ab iniuria oblivionis et constitutas in aeternum, quod defendi poterit ex Non. p. 249. *condere consecrare*, sed, ut est obliviosus, ibid. XLIII. 15. p. 1956. *condere* explicat ap. Apul. h. l. in librum redigere, posteritati commendare. Equidem probo Burm. interpretationem. Regiones enim, quae in libris quasi sunt repositae atque delitescunt in iis, sunt perscriptae atque concelebratae, unde Oud. sententia Burmanno minime repugnat. cf. eund. Oud. in Miscell. Obs. Vol. IX. T. I. p. 215. Nec audiendus est vir doctus, qui *traditae* coniecerat in margine ed. Colv., ut voluit Barth. ad Claud. Epigr. 8. 10. p. 1016.]

linguam Atthidem. Scripturam *Attidem* quae ab optimis libris confirmatur, in textum recipere non dubitavit Oud. Colvium secutus et Atthidem linguam Atticam interpretatus. [nisi forte rectius scribitur *Atthidem* ab praestantissimis libris alibi ut apud Lucret., Martial. al. confirmatum. Cui mira est substantivi Atthis ad linguam positio, conferat exempla, ut *mare Oceanum.* cf. ad Met. I. p. 24. De forma *Atthis* adeatur Burm. ad Anthol. II. p. 390. Salm. ad Treb. Poll. XXX. Tyr. c. 18. p. 302. Lindenbrog. in margine adnotaverat: *Versus antiquus de ventis — dictus Lips.* vid. Isid. p. 894. [IX. 2. 76. p. 290. Lind.] Versus ille est, qui legitur Burm. Anthol. Tom. II. l. V. ep. CXIV. *hinc dextram tangit dictus Lips Atthide lingua.*]

merui. Merere linguam stipendiis explicat Oud. *ediscere linguam* eiusque cognitionem accipere tamquam mercedem operae impensae in militia studiorum ac Minervae castris, sicuti milites suis stipendiis *aera merent.* Minus recte ex vestigiis cod. B. *lingua sub Atthide* praeferre videtur ex Ovid. Am. II. 9. 23., ubi vid. Burm. ut lingua quasi dux consideretur, cuius disciplinam tamquam miles in castris didicerit. [De forma *mereo* cf. quae largissima manu diligenter adnotavit Eckst. ad Voss. Arist. Tom. II. p. 767.]

indigenum. [Haec forma quam alias usurpatam non reperi analogia vocis *alienigenus* defenditur, quamquam haec quoque terminatio rarior est. Oud. utrumque recte dici pronuntiat ex loco Apul. I. p. 12. *indigena equo* Flor. II. c. 18. ubi cf. Duk., Gell. II. 24. *vino alienigena.* Plura dabit Heins. Adv. I. 17. p. 180.]

en ecce. [*sed ecce*, quod ex B. Elm. prave enotavit, ibi tantum locum habere potest, ubi enunciatum posterius priori opponitur; cf. Cic. ad Att. VIII. 4. §. 7.

by Google

praefamur veniam, si quid exotici atque forensis sermonis rudis locutor offen-

praecamur O. *praefabor*, quae P. lectio a Wow. indicatur, in Gruteri collat. non comparet. *atque for.* est in F. 1. ceteri *ac for.*

vel ubi oratio ad aliam rem transit plane diversam. Hand. Turs. III. p. 349. *Et ecce* mea quidem sententia nusquam alias admittitur, nisi ad nova plane progrediaris, quae cum praegressis ita coniuncta esse apparet, ut ad prius aliud quid afferatur: unde hic poni non potuit. cf. ad Met. II. p. 283. Quam frequens vero sit *et — en* vocularum permutatio docebunt praeter V. D. p. 5. adcitos Broukh. ad Prop. IV. 6. 60. Heins. ad Ovid. Am. I. 2. 10. Met. XV. 667. ad Val. Flacc. I. 266. Oud. ad Lucan. V. 58. *en ecce* igitur non solum propter codicum auctoritatem, sed propter sententiam quoque unice probandum est. Est enim formula demonstrantis et acriter cohortantis, quae significatio quamquam in utraque particula inest, hac tamen ipsa repetitione augetur; cf. Apul. Met. VIII. p. 776. Satis temeraria videtur esse Oud. adnotatio, qui *en ecce* praefigere Apuleium verbis primae personae observaverat, quum alter tantum locus Met. X. p. 696. *et en ecce perlatam coram exhibeo*, hunc usum probare possit, tertius vero, qui apud Apuleium invenitur, adversetur. Met. XI. p. 783. *en ecce . . . Lucius triumphat.* Hoc magis fortuito factum esse dixerim et caveto ne ad ceterós scriptores refe-
ras; cf. Sen. Oedip. V. 1003. *en ecce prosiluit gradu*, ut ex optimis codd. pro *et ecce* legendum est. Hand. Tursell. II. p. 373. A Graecis eodem modo ἦν ἰδού usurpatur. Plane aliud est Virgil. Ecl. V. 65. 66. exemplum, quocum Plauti fragmentum apud Varronem L. L. VII. §. 58. ed. Muell. apte coniungitur. Non rara est haec vocabulorum, quae idem fere significant, apud Apuleium geminatio, ut *ergo igitur, tandem denique*, de qua suo loco plura afferam. Ita *en adspice* Ovid. Am. I. 8. 31. Met. II. 92. Alia dabit plurima Jacob. ad Lucil. Aetn. p. 236. Voss. de constr. c. 63. cum adnot. Eckstein.

praefamur — si quid — offendero. Gruterus, qui in hac numeri permutatione offendebat, *praefabor* correxit inconsiderate; cf. Apul. Met. I. p. 76. *abnuebam quippe qui . . . prospexeramus* II. p. 162. III. p. 215. cf. Burm. ad Virg. Aen. II. 32. [de D. S. p. 177. *audistis . . . te docet.* Heins. ad Claudian. Nupt. Hon. 309. Burm. ad Prop. II. 7. 59. Cort. ad Lucan. VII. 80. Int. ad Cic. de N. D. I. 19. p. 85. sq. Cr. *Praefari* ab nostro positum est nova, quod sciam, significatione nec comparari debebat ab Oud. *honorem praefari*, quod ii dicuntur, qui obscoeni quid prolaturi verbis nonnullis praemissis turpitudinem rei minuunt; cf. ad. Apol. p. 551. *Praefari* vero *veniam* ut Florid. II. p. 2. *praefanda venia*, est antequam loqui incipias veniam petere, unde lectionem cod. O. glossema esse intelliges.]

exoticus et forensis. [Sermo latinus nominatur *exoticus* quod graeco opponitur qui nativus erat Lucii. *Forensis* vero quid sit dubitat Oud., quum nonnisi a *foro* deduci posse autumans eam orationem intelligat, quam id in foro loquebantur Romani sui sermonis bene gnari ac caussidici, non plebeii. Sed sibi ipsi non satisfecisse videtur quod quam h. l. reiecerat Salm. prol. ad Sol. et Barth. Adv. XXXII. c. 15. p. 1491. explicationem per miram quandam negligentiam Met. IV. p. 268. amplexatur. [Sermonem enim forensem foras petitum, peregrinum c. Salm. et. Barth. intelligo; cur enim lingua latina prae ceteris forensis sit et caussidicorum orationibus aptissima non intelligitur, et exemplo erat comprobandum. *Forensis*, quamquam nova dixit significatione Apuleius, alio tamen loco stabilitur Met. IV. p. 268. *Nam praecipuo studio forensi etiam.* Prorsus inepta est coniectura Heins. ad Ov. Met. V. 450. *forinsecus sermonis rudis accitor.*]

10 dero. Iam | haec equidem ipsa vocis immutatio desultoriae scientiae stilo quem
11 accessimus res|pondet. Fabulam Graecanicam incipimus. Lector attende: laetaberis.

equidem F. 1. 3. D. *desultoriae*] Unde Oud. P. lect. *dessolutoriae* sumserit, quam notante Grut. aperte *desultorie* exhibeat, non invenio. *respondit* f. P. F. 3. *graecanicam*] nec P. lectionem *graicam* nec B. *graecam*, ut testatur Elm., enotatam video. *graecam* F. 1. D. *graecaricam* cod. *π*. — a f. cod. verba *fabulam—laetaberis* exulant.

equidem. [Fere semper ubi *equidem* tertiae personae apud Apuleium adiunctum legitur, codicum et editt. est in *quidem* discrepantia. De vi particulae omnium optime disputavit Hand. in Turs. II. p. 422 sqq. cf. Voss. Analog. II. 27. p. 1008. Eckst. His probari potest, quam inconsiderate agant il, qui optimorum scriptorum locos ubi ad secundam et tertiam personam positum est, omnino reficiunt et in *quidem* permutant, ut Garaton. ad Cic. pro Mil. 2. Bentl. ad Ter. Eun. V. 4. 33. alii quos Kritz. ad Sall. Cat. c. 51. p. 248. et Eckst. ad Tac. Dial. de Orat. 27. excitat. cf. Hand. Turs. l. c. p. 429.]

desultorius [vid. Isid. Orig. XVIII. 39. De desultoribus cf. Argolii Annot. ad Panv. de Lud. Circ. I. 4. in Graev. Thes. IX. p. 28. L. I. c. 9. p. 91. Buleng. de Circ. Rom. c. 9. ibid. p. 726. et p. 740. Munk. ad Hygin. fab. 80. p. 156. Burm. ad Anthol. Tom. I. p. 469. Orell. in Append. ad Arnob. p. 26. Ovidius iam eadem metaphora usus est in Am. I. 3. 15. et Martian. Cap. in loco, qui nunc non ad manus est, teste Voss. in Etym. s. v. salire, *desultoria leritas.* Sed mirum est quomodo hic VV. DD. se torserint. Vossius enim, qui Inst. Orat. IV. 8. locum contra Ant. Maioragium defendit, male explicat de Apuleio, qui a studiis philosophis ad ludicra se receperit. Aliter Argol. l. c. p. 28. de stilo uni dialecto aut linguae non inhaerente. Sed *desultorius* hic ad artem magicam refertur, qua homines in alias imagines convertuntur et in se rursum mutuo nexu redeunt, ut desultor ex uno equo in alterum transiliens ad priorem revertitur. — Sic omnia arctissime cohaerent; nec temere *vocis immutatio* Apuleius videtur posuisse. Totus igitur locus ita capiendus est: Eo quod graecum sermonem cum latino transmutavi, stilus respondet arti magicae. Nam ut in illa homines in alias figuras transiliunt et vice versa in suam redeunt, sic ego quoque ab lingua latina saepius ad veram mihique ingenitam desilire cogar, ut fiat utriusque linguae commixtio. *Desultoriae* enim *scientiae* est dativus, *stilo* est ablativus, quod omnes omnino interpretes adhuc fugerat. His probatis per se intelligitur quam prave Heins. d. l. *quam adsciscimus* coniecerit.]

accessimus. De scriptura *accersimus*, quae in Venet. 2. extat, cf. ad Met. VI. p. 444. Oud. c. Scaliger., Pontan. Annal. I. 4. Lips., Scriver. legendum esse censet *arcessimus.* i. e. affectamus, comparamus, acquirimus, ut Met. V. p. 367. IV. p. 302. VII. p. 485. Cic. Orat. III. 8. [*Arcessere* enim omnia illa dicuntur, quae aliunde petimus, quae neque naturalia, neque propria, neque ordinaria nobis sunt; cf. Burm. ad Petron. c. 37. p. 213. Quum vero omnium libb. et edd. lectio sit *accessimus*, in ea oportet persistamus. *Accedere* enim quod c. Acc. iunctum praeter Drak. ad Liv. IX. 40. 19. Burm. ad Phaedr. I. 25. 6. Tac. Ann. II. 58. XII. 31. locus Apuleii Met. V. p. 326. confirmat, est *rem aggredi, cognoscere, explorare,* ut apud Virg. Georg. II. 483. Hinc efficitur, utrumque vocabulum unam eandemque sententiam h. l. praebere. *Accedere* vero et *arcessere* non raro in Mss. permutantur. cf. Int. ad Hor. Epist. II. 1. 168.]

Graecanicam. Etsi Oud. nihil mutandum esse pronuntiat, tamen ad coniecturam suam *Graiam* magis inclinat, Apul. Met. IX. p. 619. de D. Socr. II. p. 160. comparans. [Sed recte se habet *graecanica* fabula. Varrone enim auctore de L. L. IX. 89. p. 228. Müller. et

CAPUT II.

Thessaliam [nam et illic originis maternae nostrae fundamenta a Plutarcho [103]
illo inclyto ac mox Sexto philosopho nepote eius prodita, gloriam nobis fa-

illo incl. ipso G. D. R. P. B. O. R. *f.* Colv. *originis materie* Ms. Col. et *f. Sesto* P. *gloria* F. 3.

Sciopp. p. 233. extr. *Graeca* et *Graecanica* inter se ita differre videntur, ut illa tota graeca, haec a Graecis ad latinam consuetudinem traducta sint. cf. Varro X. p. 258. Quo discrimine probato, Apuleius graecanicam fabulam eam dicit, quae e Graecis petita, tamen non tota graeca est; cf. Apul. Met. X. p. 732. et Florid. p. 52.]

incipimus. N. Heins. ad Val. Flacc. VII. 114. *accipimus* typothetarum errore, quae Oud. opinio est, pro *occipimus.* Idem pro *laetaberis* mavult *delectaberis*, ut absorpta fuerit iteratio syllabae *de.* Sed non opus est.

Cap. II. *A Plutarcho faciunt* [Locus Oud. est difficillimus, ex quo se expedire nullo modo potest. Quum enim Sextus Apuleio non ita fuerit maior, ut inde genus maternum possit deduci et Thessalia Plutarchi nominetur patria, quem notum sit Boeotum fuisse, totum locum a sciolo profectum esse iudicat, qui de Plutarcho eiusque nepote Sexto quaedam sciverit, sed chronologiae ignarus et Thessalum Lucium cum Chaeronensi confundens Sextum fabricatus sit; cf. de h. l. Salm. in Prolegg. ad Solin. Casaub. ad Jul. Capit. in vit. Marci c. 3. Sam. Petit. in Observ. LII. c. 10. Mauss. Diss. Crit. ad Harpocr. p. 326. Sed erravit vir doct. et bene poterit demonstrari, Sextum viginti certe annis Apuleio priorem fuisse. Inter praeceptores enim M. Antonini Philosophi *Sextus* traditur a Capitol. vit. Marc. c. 3. *audivit et Sextum Chaeronensem Plutarchi nepotem* [cf. Eutrop. VIII. 12. ed. Verheyk. ubi de eo plura leguntur]. Marcus vero Antoninus IV. Hadriani imperatoris anno Anio Vero iter. et Augure Coss. (cf. Casaub. ad Capitol. d. l.) i. e. anno 121. p. Chr. natus est. Quum igitur probabile sit Antoninum certe vigesimum pluresve annos egisse, ex quo tempore Sexti scholas frequentare incepit, Sextum autem praeceptorem philosophiae iam tum celebrem atque eximium, ut a principe audiretur, triginta ad minimum annos confecisse, apertissime efficitur Antonino eum circiter decem fuisse annis maiorem, ut Sexti annus natalis inter 110—111. incidat. Apuleius vero, quod satis mihi demonstrasse videor in *Comment. de vita et script. Apul.* §. 1. intra annos 126—132. natus est, unde eum Sexto viginti minimum annis minorem fuisse probabitur, ut commode ab eo originem ducere posset. Altera vero quae est Oud. sententia, quam etiam Bosscha de vit. Apul. Tom. III. p. 506. repetiit, sine ullo dubio est absurdissima. De Chaeronensi enim neque de alio Plutarcho dicere Apuleium verba testantur *illo inclyto eiusque nepote Sexto.* Hanc litem ita diremerim, ut aut errasse in eo Apuleium ponamus, qui Thessalum eum fecerit, id quod in rebus sat cognitis per aliorum scriptorum exempla indicatur, aut, quod timide pronuntio, non tam accuratam fuisse eo tempore Graecarum provinciarum descriptionem, ut una pro altera poni liceret. Glossema haec verba non sapiunt. Quomodo enim quaeso fieri potuit, ut sciolus quidam librarius nomine Thessaliae lecto Plutarchum eiusque nepotem Sextum in memoriam sibi revocaret, quum nemo Thessalus notus sit, qui cum Boeoto permutari queat. Doctus tantum Apuleii librarius, qui totos Metamorphoseon libros iam antea perlegerat, loco Met. II. p. 89., ubi Byrrhaena, Lucii propin-

Digitized by Google

ciunt] eam Thessaliam ex negotio petebam. Postquam ardua montium et lu-
12 brica vallium | et roscida cespitum et glebosa camporum emensi me equo indi-

postquam ardua Ms. Colv. F. 3. D. a. m. s. *lubbrica* G. *rosida* in cod. Petrarchae praefat. oper. ad Socratem fratrem et ed. Venet 2. *emersi me* F. 3. D. G. P. B. et editt. vett. Male Wow. ex cod. P. *emensit* et Oudend. *enisi* fabricantur, compendio, quod teste Graev. in eo extat *em'si* male intellecto. *amensa* F. 1. 2. *in equo* unus cod. Tolosan., ceteri omnes et edd. vett. *me equo.*

qua, originem a Plutarcho deducit, commoveri poterat, ut initio iam Apulei familiam commemorarit. Quam inconsiderate tamen ii egerint, qui hanc Lucii stirpem ad ipsum Apuleium referre voluerint, ex prioribus elucet, ut Lipsium mirer, qui Elect. I. 18. has fabellas repetiit.]

ille quod in nonnull. Codd. in *ipse* commutatum est, laudis vel vituperii adiectivis saepissime additur [cf. Apul. Met. IV. p. 269. X. p. 712. al. Serv. ad Virg. Aen. X. 677. Heins. ad eiusd. L. VII. 110. Tibull. I. IV. 19. Broukh. ad Prop. II. 7. 17. Burm. ad Prop. I. 19. 7.]

prodita Burm. ad Ov. Met. V. 517. *edita* a nonn. Mss. legi scribit sed nec Oud. nec ego codicem invenimus, in quo illud reperiatur. de *proditus* cf. ad Met. IV. p. 274. [Barth. Advers. XXXIII. 1. p. 1526.]

eam Thessaliam cf. ad Florid. II. p. 24. Becichemus Epist. XXII. in suis codd. addi ait (ut etiam Junt. 2. recepit) *dueronico seduente* quod per *puero unico me sequente* explicat et Oud. probatur, quum Apuleius hic mentionem facere famuli debeat, qui demum libr. II. p. 168. III. p. 188. et 227. commemoratur. [Sed quid eius mentio adeo erat necessaria, ut contra codd. ceteros verba intrudantur, praesertim quum Becichemi auctoritas tam male audiat, ut suis Mss. stabiliri additamentum dubitem. Nisi Becichemo ipsi debetur lectio, docti est librarii, cui Lucian. ὄνος ante oculos versabatur: *Ἀπῆειν ποτὲ εἰς Θετταλίαν . . . . θεράπων ἠκολούθει εἷς.* Quid, si plane ineptum erat Apuleio, talia apponere? Nam non unus erat puer, qui Apuleium in Thessaliam comitabatur, sed plures aperte commemorantur. Lib. II. enim p. 124. dicit: *nam et pueris extra limen . . . . distratum fuerat,* ubi Becichemus *puero* emendare voluit, et pueri ad Milonis servos referri nequeunt, qui Met. I. p. 67. *praeter unicam non pascit ancillulam et habitu mendico semper incedit.* Plures Lucio domi fuisse famulos apparet ex Met. XI. p. 798.]

ex negotio. [Lucian. ὄνος p. 568. *ἦν δέ μοι πατρικόν τε συμβόλαιον ἐκεῖ πρὸς ἄνθρωπον ἐπιχώριον.* De praepositionis vi cf. Hand. ad Tursell. II. p. 643.]

ardua montium cf. ad Met. IV. p. 311.

Postquam ardua . . . emersi. Haec scriptura vulgaris ut latinitati contraria ab Oudend. reiicitur, licet apud Manil. I. 116. *tantas emergere moles* [Bentl. coniecit *evincere*] legatur. Hinc unice veram esse dicit F. lectionem *post ardua emensa,* participio passiva usurpato significatione, id quod saepius occurrit; cf. Dr. ad Sil. I. 636. III. 648. Markl. ad Stat. Silv. III. 5. 7. p. 292. ed. Dresd. Apul. IX. p. 675. VII. p. 383. [Haec quamquam probantur, in eo tamen erravit Oud., quod *emergere* activo sensu positum latinitati repugnare putat. Sunt enim exempla, quae contra codd. nullo modo possunt induci, cf. Eckst. ad Voss. Arist. III. p. 962. Misc. Obs. Vol. VII. P. 1. p. 363., ubi larga manu plurima afferuntur. Quod quominus hic recepe-
rim, eo impedior, quoniam *emergere* c. accusativo iunctum est *edere, prodere, emittere,* quae significatio hic locum habere non potest. In iis tantum locis *emergi* probum iudico, ubi de sole sermo est, ex oceano surgente, cf. Bach. ad Ovid. Met. XV. 186. Quum vero omnes omnino, si F. exceperis, codd. *emersi* constanter retineant, hunc locum ita constituerim: *Postquam ardua montium . . . emensi.* Quamquam enim scio, *emetio* a nullo scriptore comprobari, tamen quid obstat, quin hanc formam activam

Digitized by Google

gena peralbo vehens, | iam eo quoque admodum fesso, ut ipse etiam fatigationem 13
sedentariam incessus vegetatione discuterem, in pedes desilio, equi sudorem fronte curiose exfrico, aures remulceo, frenos detraho, in gradum lenem

peralto cod. O. de qua permutatione cf. Liv. I. 32. §. 2. *etiam* prave exulat ab ed Vinc. Beroald. Iunt. 1. Ald. Basil. contra fidem omnium Mss. Ita tantum praecedens *quoque* potest intelligi. Per negligentiam pro *fatigationem* in ed. Florid. legitur *lassitudinem* — *fronde* cod. O. ceteri *fronte* — *sudorem frontem* F. 3. L. et Coll. V. et edd. vett. *curiosa* P. *extrico* p. B. et Reald. c. codd. vett. praeter Iunt. 2. *aures* Venet. 2. *et gradum* p.

Apuleio vindices, qui saepius in his deponentibus a quotidiano usu recessit. Idem enim Met. IV. p. 260. solus dixit *comminiscimus* et Arnob. II. c. 61. Or. *metiri* passivo sensu usurpavit *orbe sit sol amplior an pedis unius latitudine metiatur;* cf. ad Met. p. 74. Ad sensum et grammaticam lectio F. 1. 2. potest defendi, sed contra ceteros codd. mutare quidquam nolui. De permutatione verborum *emergere et emetiri* in codd. cf. Duk. ad Flor. III. 10. 22. Bentl. ad Manil. I. 178. Oud. ad Front. I. 43. III. 1. 2.]

me equo vehens. Oud. latine dici hoc negans c. cod. Tolos. *in equo vehens* legere mavult, quae iungendi ratio exemplo Quadrig. ap. Gell. II. c. 2. et Gron. et Dr. ad Liv. II. c. 19. Cic. II. Div. c. 68. stabiliatur [cui addas Eckst. ad Voss. Arist. III. p. 735. Creuz. ad Cic. de N. D. I. 28. p. 124. Quamvis trita sit haec dicendi ratio, tamen caveas contra omnium Mss. fidem et edit. vett. quidquam mutes. Conceditur enim *vehere* semper absolute aut passive poni, sed licet non exemplis, analogia tamen alteram constructionem tuebor. Si Barthio fides habenda est Advers. XXI. 18. p. 1059. Tertullianus dixit *se vectare*, qui locus, quem tamen adhuc frustra quaesivi, totam litem tolleret. Ita erat, quum apud Fronton. Epist. ad Anton. I. I. 1. p 142. ed Rom. legerem *peto a te sed impetratum sit ne te ob diem natalem Cornificiae Lorium vectes* [*pro vexes* palimps., quae intolerabilior videtur esse dictio.] Quomodo enim explices constantiam librorum *me equo* retinentium, quum illa structura *in equo* tritior esset, quam quae a librariis in insolentem plane alteram commutaretur. Eodem modo *inclinare* et *inclinari* fere semper dicitur, sed apud Caes. B. C. I. 52. Cic. de Fin. III. 5. *se inclinare* extat, ita *remittere* et *remitti* de morbis, qui sedantur aut decrescunt, ut Cic. Brut. 34. Liv. VI. 36. §. 3. Ter. Hecyr. III. 2. 14. Cels. III. 12. attamen apud Cels. IV. 14. *ubi dolor et inflammatio se remiserunt* et Ovid. Heroid. IV. 51. *cum se furor ille remisit* legitur. Nam si in Apuleio omnia certis exemplis essent stabilienda, multa quamquam optimis codd. confirmata derelinqui deberent, quae contra usum quotidianum ille protulit. Nisi analogiae repugnant talia, fidenter recipias.]

peralbo. [Non sine caussa equi colorem indicasse videtur Apuleius. Refertur enim ad libri XI. p. 794. narrationem, ubi Lucius somno monitus est, servum ei de Thessalia supervenisse nomine Candidum, qui equus erat colore candidus; cf. ibid. p. 796. sq.]

sedentaria fat. [ea est, quae diu sedendo efficitur, ut Colum. XII. 3. *sedentaria opera* contra usitatam, quae in hac adiectivorum terminatione inest, significationem. cf. Ramsh. Syn. I. p. LXX. sq. Schmid. hypomn. p. 170. Eckst. ad Voss. Arist. III. p. 716.]

incessus vegetatio. [Quum *vegetare* proprie sit *excitare, roborare, exercitare,* vegetatio incessus significat agilitatem vegetam, pedum exercitationem quasi et motum, quo fatigationem diutina equitatione ingruentem Lucius tollere studuit.]

equi sudorem fronte exfrico. Omnes quantum video, codd. aut *frontem* aut *fronte,* unus *fronde* exhibent, ut de scriptura dubitari nequeat. Oud. tamen proposita a Becich. Epit. 64. Bernat. ad Stat. Theb. III. 567. coniectura

Digitized by Google

sensim proveho, quoad lassitudinis incommodum alvi solitum ac naturale praesidium eliquaret. Ac dum is | ientaculum ambulatorium prataque praeterit ore in latus detorto pronus adfector, | duobus comitibus, qui forte paululum proces-

eliquari f. *iantaculum* Colv. et f. *prataque* cod. F. 1. 2. D. G. 2. P. B. et edd. vett. *praeterit* F. 2. 3. *praeteriit* P. D. B. G. 2. *oreque* B. *protinus adiector* P. G. *pronus adiectat* B. *pronus adiector* F. 1. D. sed a m. s. *protinus affectat* — *pronus adiecto* Colv. lib. *pronus adiectat* F. 3. *atque deiecto* R. f. *adiectat* edd. vett. *adfectat* Iunt. 2. *comitum* p. B. F. 3. Iunt. 1. Venet. 2. 3. Ald. A R. et f. exulat *qui*. *paulum* Iunt. 1. Ald. *praecesserant* P. π. B. [*Modius margini adlevit. Hic laudo industriam hominis, qui nuper in suspect.* praecesserant, *quod in Bertiniensi repererat, praeferebat*].

fronde perplacet, quod equus non solum aestuet fronte, sed vel maxime sudent eius cum pedibus armi et pectora, et equisones equitesque viridi herba, foliis, gramine sudorem equis detergere soleant. cf. Oud. in Misc. Observ. Vol. II. Tom. II. p. 296. [Coniectura minime probatur, quia est supervacanea. Equitum enim in pedes desilientium est, non integro equi corpori sudorem abstergere, sed frontem, malas et colla equi admodum fessi palpare, curare eiusque aures remulcere. cf. Philostr. 2. 5. qui ὦτα καὶ χαίτην καταψῆσαι ait esse boni equitis. Sudorem igitur equi fronte exfricare est, caput demulcendo ei sudorem abstergere, quae explicatio propter sqq. magis arridet. Nam ut equum refrigeraret Lucius, in lenem gradum provexit, unde frondis curatio non erat necessaria. De *fronte* et *fronde* inter se commutatis cf. Heins. Advers. I. 16. p. 174. ut Oud. in Varrone apud Non. s. v. *Torialim quod* fronde *lecticae structae erant* et in Priap. 36. fronde *comatos* restituit.]

proveho. Heins. ad Ovid. Met. V. 450. coniectura *promoveo* Oud. non displicuit, qui Met. III. p. 212. VII. p. 496. Florid. p. 11. comparat. De *provehere* neutraliter posito excitat Oud. Int. ad Suet. Caes. c. 37. Nep. Timoth. c. 2. [Sed *provehere* scil. *equum* significat freno detracto leni gressu producere, quod equitum hodieque est, si nimio sudore equi fluitant.]

naturale praesidium eliquaret. Albert. Hamilton. coniecerat *naturale residuum* vel *prosicium* quia vulgata nullum sensum haberet, Gruter. in margine adleverat *profluvium*. Sed Beroald. iam monuit, Lucio spem fuisse lassitudinis equo minuendae in praesidio alvi eam cum sordibus eliquantis. [De *eliquare* cf. ad Met. X. p. 736.]

prataque — adfector. [Omnes omnino interpretum coniecturas, quibus hunc locum perversissimum sanare studebant, enumerare longum est. Sufficiat potissimas adscribere. Sciopp. in Susp. Lect. proponit. *Ac dum sitiens aquulam ambulat ac in prata, quae praeteriit ore i. l. d. p. affectat*, in Symb. crit. *ac dum is ientaculum ambulatorium prata quae praeterit ore in latus detorto pronus adfectat:* quae eadem est Becichemi sententia, nisi quod pro *quae qua* maluerit. Barthius Adv. XXIV. c. 1. p. 1170. haec verba glossema et interpretationem censet *ientaculi ambulatorii*, et Ferrar. in Elect. I. c. 13. legit *in ient. amb. prata quae praet. affectat*, Markl. Epist. Crit. p. 15. 18. *ient. amb. parat, quod per iter ore* etc. *affectat*. Modius neque vero Putschius, ut Oud. putat, emendavit in margine *praeterita*, quum Oud. ipse Becichemi emendationem omnino comprobet. Nunc mea restat ut defendatur sententia. *Ientaculum* enim *ambulatorium* appellat gramen, quod ambulando et leni gradu praetereundo equus ille appetit, quum *ambulare* iis sit proprium, qui otiosi ac lenti spatiantur; cf. Burm. ad Anthol. Lat. Tom. II. p. 239. Verba vero *prataque* appositionis et interpretamenti caussa sunt apposita: *que* enim esse particulam explicativam dudum iam viderunt viri docti cf. Goer. ad Cic. de Leg. II. IV. §. 8. de Fin. III. 17. §. 57. Beier. ad Off. II. 4. §. 16. Kritz. ad Sall. Cat. IV, 2. p. 24., qui tamen

Digitized by Google

serant, tertium me facio. Ac dum ausculto, quid sermonis agitarent, alter exerto cachinno: Parce, inquit, in verba ista tam absurda tamque immania

at dum Ms. Colv. et O. *ac dum* P. F. 3. D. G. 2. Iunt. 2. *iam dum* R. f. quod celeritatem et aviditatem audiendi indicaret. *absculto* D. *agitarent* F. 1. G. D. P. f. p. R. Petrarch. princ. et Iunt. 2. unde in textu recepi. ceteri codd. et edd. *agitaretur*. — *exorto* B. D. a m. s. R. p. f. edd. ant. Colv. *extorto* B. 1. *inquid Parce* G. 2. π. D. — *tu verba* R. f. — *haec*, quod post *ista* in nonnullis codd. et edd. vett. legitur, abest a F. 1. 3. P. G. L. f. R. D. — *inania* P. B. D. G. O. R. f.

Sall. locum male explicuit: *incepto studioque* fere idem esse ratus, quamquam *inceptum* non generale sit substantivum, sed periculum indicet Sallustii historias conscribendi, *studium* vero operam, quam in incepto perficiendo collocaverat. Particulae enim *que, id est* aliave id genus ab Apuleio explicationis causa adduntur, quae pro spuriis interdum et glossematis habuerunt interpretes; cf. ad Met. I. p. 42. Plura dicam ad Met. p. 398. *Prata* eodem modo dici existimo, ut apud Claudian. de Laud. Seren. 9. *prata legentes;* Colum. de cult. hort. 281. *laetisque virent convivia pratis*, ubi cf. Wernsd. in Poet. L. M. Tom. VI. P. 1. p. 98. Ovid. Art. A. I. 299. Plaut. Pseud. III. 2. 21. de floribus et herbis in pratis nascentibus. Ita *arva* et *campus* alias inveniuntur: Virg. Georg. III. 325. ubi cf. Intt. *Affector* denique, quod pro fabulosa librorum lectione constitui, sententiae, quam h. l. exprimi apparet, omnino convenit. *Afficere* enim idem esse, quod *affectare*, cuius tantum est frequentativum, iniuria adhuc viri docti dubitarunt. cf. Salm. ad Spart. in Hadr. vit. c. 4., cum quo ex cod. P. scriptura *adiectae* in *adfectae* corrigenda est. cf. eund. ad Hadr. c. II. p. 101. et ad Vulcat. Avid. Cass. c. I. p. 442. Ita apud Serv. ad Aen. III. 209. *stupri affectores* retinendum est. cf. Met. X. p. 718. *Affectare* vero est summe cupere; cf. Ciof. ad Ovid. Met. I. fol. 5. Capitol. vit. Ant. 7. p. 262. *affectatae tyrannidis reus hoc est Attilius Tatianus . . . filio eius in omnibus semper adiuto*, ubi c. P. et ed. Mediol. corrigas *ad omnia semper adiuto*, idem dixit ibid. cap. 8. p. 267. *adiuvaret et senatores ad functiones suas. Adiectum* vero et *adfectum* commutari in Mss. iam supra vidimus, et ansam depravandae scripturae praebuit ignota et inusitata novi vocabuli forma, quae tamen per alia substantiva eodem modo ab Apuleio noviter conformata potest defendi, ut *gloriator* Florid. II. p. 77. *modificator* ibid. p. 17. In his enim verbis pangendis plurimi erant Africani, inprimis Arnobius, cuius locum II. 60. simili modo corrigo: *in deo rerum capite et progenitore defixus.* Denique *equus affector* dictum est, ut *equus advector* Florid. II. p. 77. *animus corruptor* Tac. Ann. III. 54. *domus regnatrix* ibid. I. 4.; cf. ad Met. p. 110. Erat, quum *adreptor* coniicerem (cf. meam Censur. Met. Oud. in Jahn. Ann. Phil. p. 381. a. 1837.) quae vocabula saepius in Mss. commutantur.]

duobus comitibus. Hoc solum c. Oud. probandum est, quum *duo comitum* pro *duobus comitibus* vix latinum sit, sed duos ex pluribus indicet.

processerant [quod Oud. reiecit, ab optimis codd. servatum retinui, quoniam *pro* et *prae* paene eandem habent in multis compositis significationem, ut *proludere* et *praeludere*, cf. Hand. ad Stat. Silv. I. p. 15., qui tamen unam tantum scripturam certo iudicio quemcunque auctorem secutum esse contendit; quae sententia omnino displicet. Gloss. Philox. *procedit* et *praecedit* explicant *προάγει*. Harum vero praepositionum propter scribendi compendium commutatione nihil est frequentius.]

exerto [Liberiorem indicat risum, quem tollere solent, qui vanae alterius superstitioni et credulitati illudunt. cf. Intt. ad Matth. IX. 24. Tertull. ad uxor. II. 1. Apul. Met. I. p. 56. *exer-*

16 mentiendo. Isto accepto sititor | alioquin novitatis, immo vero, inquam, impar-

sciscitor β. π. O. f. P. quod videtur esse *sciscitator*. *siscitor* G. *sitor* D. a p. m. [*siscitor* a s. m. *sititor* in marg.] *sitior* B. 1. *primo vero* f. quod ex scriptura *imo* cf. Hand. Tursell. III. p. 220. et Mos. ad Tuscul. I. 7. p. 46. exortum videtur esse. *impartire* f. O. D. a m. p. [*impartite* a m. s.] *impertite* G. et Aldin.

tus enim de omnibus iis rebus dicitur, quae nudae et apertae sunt eamque ob caussam impensius exercentur, cf. Intt. ad Caes. de B. G. VII. 50. 2. Livin. et Arntz. ad Pacat. Paneg. 35. §. 1. Heins. ad Claud. Rufin. II. 401. Markl. ad Stat. Silv. V. 2. 38. ubi eadem, quae nostro loco deprehenditur, lectionum est varietas *exorto* et *extorto*. Apul. Met. II. p. 144. *exertis oculis* i. e. palpebris non obductis ibid. p. 164. Schol. Cic. Planc. ed. Mai. p. 156. *liberius et exertius dixisset*.]

parce in verba propter dictionis insolentiam in Mss. R. et f. in *parce tu verba* commutatum est, cuius constructionis exempla apud priscos extant; cf. Serv. ad Virg. X. 532. Praeter locum Apul. I. p. 37. *parce in istam feminam* haec nova dicendi ratio nullo alio exemplo stabilitur, quam tamen facile Apuleii ingenio concesseris. Male Barth. Adv. IX. 8. p. 427. *in verba* a *mentiendo* pendere voluit. — Cum optimis Codd. *haec* pronomini *ista* adiectum omisi.

immania. [Contra optimos codices, qui omnes *immania* praebent, Oud. *inania* textu recepit. *Immane* vero quicquid ingens, enorme et modum superans significat, unde cum priori vocabulo *absurdum* bene congruit. *Inanis* vero, quod rem nullius momenti et falsam fabulosamque indicat, eo nomine non placet, quod *ementiendo* additum est. Nam id quod mentimur per se iam falsum et inane est. Nec cum Oud., qui ad Met. X. p. 689. provocat, *immania* mendacia et *absurda* eadem esse dixerim, quum l. c. nefaria sint et crudelissima. *Absurda* enim mendacia nominantur inepta, fatua, anilia: *immania* vero, quae omnem fidem excedunt, sed per se salsa atque iucunda esse possunt. Eadem dubitatio incidit in locum Arnob. II. 54. ubi tamen legendum est: *nam stoliditas inveniri quae immanior potest*, ex cod Reg. i. e. maior et enormior. De *immanis* et *inanis* permutatione cf. Burm. ad Virg. Aen. IV. 120.

sititor [quum lectio sit Florentt., volens amplectebar. *Sitire* enim saepe, ut *esurire* et *fames* de iis dicitur, qui studiosissime et ardentissimo animo aliquid affectant. Eadem vox corrupta legitur apud Mart. Cap. I. §. 82. p. 122. Kopp. *sititorque sanguinis*, ubi Grot. edit. habet *sitior*. Hic locus iam ab Oud. comparatus sed male intellectus est, quum *sititor sanguinis* non Pluto sit, quamquam a Petron. c. 121. eius *regna sitientia* nominantur, sed Mars; cf. Kopp. ad h. l. De *sitire* cf. Iuven. X. 140. Sil. Ital. III. 578.]

alioquin ex Mss. Oud. scripsit et ex excitat ad Suet. Tib. c. 71. [Male Cort. ad Plin. Epist. I. 20. in Apuleii et Plinii Mss. ubique hanc formam inveniri ait, quum aliter aliis locis codd. varient, ut pro eorum auctoritate scripturam eligere debeas. cf. infra I. p. 44. II. p. 82. IV. p. 236. Optime egit de his particulis Hand Turs. I. p. 235. sqq., cui tamen in eo non assentior, quod *alioquin* rei oppositae magis efferre notionem pronuntiat, quum promiscue et ex arbitrio scriptoris soni potissimum ratione habita utrumque ponatur, ut ante vocalem *alioqui* usurpari liceat et vice versa; cf. Drak. ad Liv. VIII. 9. §. 1.]

impartite [de vocis orthographia cf. Intt. ad Nep. Alcib. VI. 5. §. 5. Cort. ad Sall. Iug. c. 53. fin. Eam recepi, quod Apuleius in compositis vocalem verbi simplicis retinere amat. cf. ad Met. IV. p. 315. *quid detracto* et saepius. De forma *impertio* et *impertior* Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 766.]

impartite — sed qui. [Vulgata est *impertite sermone non quidem curiosum*. Oud. qui totum locum non intellexit, codd. f. et O. scripturam

tite sermones non quidem curioso|, sed qui velim scire vel cuncta vel certe plu- 17
rima: simul iugi quod insurgimus aspritudinem fabularum lepida iucunditas levigabit.

sermones F. 1. 3. G. R. Colv. D. a m. p. [*curiosum* a m. s.] *curiosos* G. P. *curiósus* F. 1. 3. D. O. R. Colv. *sed quid velim* D. a m. p. *iugum quidem ins. f. aspritudinem* — F. 1. 3. L. — *iocunditas* G. et D. — *te levigabit* D. O. — *iucunditate* Cod. Wass.

impartire male recepit, frigide praeterea: *immo vero impartire sermonem. Non equidem curiosus sum, sed qui scire velim* coniiciens; nec melius ceteri interpretes loco sanissimo mederi studebant, ut Grut. Susp. III. 12. *imperti sermone hominem curiosum et qui;* Fulvius *impertite hominem n. q. c. s.* Beroald. *impartite sermonem n. q. curiosum.* Scriver. *impartito.* Primum vero Oud. *impartite* damnat, quia sermo Lucii non ad ambos fuerit directus viatores, sed ad eum, qui miras istas aniles fabulas enarravit. Sed cum alterius etiam verba de narratiuncularum veritate dubitantis Lucius percepisset, nec quid a sermonis initio essent confabulati ei innotesceret, ad utrumque se convertit, ut sermonibus mutuis cum ipso communicatis iudicium de utriusque sententia proferre possit, unde etiam *sermones* lectio neque *sermonem*, quod in nonnullis Mss. Oud. legi ait, unice comprobatur, quia alternis isti viatores agunt. *Curioso* quod in textu recepi, facillima est emendatio; cuius rationem codd. G. et P. vestigia aperte indicant. Littera enim *s* ex sequenti particula *sed* nomini adhaesit, quod a temerariis librariis non intellectum in *curiosus* abiit, syllaba *us* et *os* in codd. saepius fluctuante. Ita usus dicendi Apuleianus restituitur, cuius Oud. iam monuit, *impertio s. impertior* nunquam a nostro c. Accusat. person. et Abl. rei, sed ubique cum Dativo pers., si quidem ea addatur, et Accusativo rei coniungi, quamquam notum est, utramque constructionem apud scriptores optimos inveniri; cf. Ruddim. Instt. II. p. 173. cf. Met. VIII. p. 577. *bellum pullulum tuis palumbulis impertias.* Apol. p. 448. *veniam impertias.* Florid. p. 78. *veniam impertire.*]

Curioso. Oud. monet, ne hic *curiosus* ut apud Gell. XIX. 13. et Vopisc. in vit. Prob. c. 3., ubi cf. Casaub. et Salm., pro *πολυμαθεῖ* et *πολύϊστορι* sumatur, sed in malam partem de eo, qui scire aliena et quae ad se non pertinent conetur alienique negotii sit perscrutator, ut apud Cic. de Off. I. 34. Ter. Eun. III. 5. 5. Phaedr. IV. 21. Apul. Met. p. 99. [Quomodo huic explicationi optimae alteram tam lepidam praeferre Oud. potuerit, non intelligo. Putat enim h. l. curiosum esse *ὠταχουστὴν* et iudicem, qui speculetur et excipiat verba et in acta alterius inquirat, ut ea criminose deferat imperatori vel magistratibus, atque ideo se excusare auctorem, quod cuncta, quamquam scire cupiens, tamen curiosus non sit. Haec enim venia petenda erat a peregrinis et ignotis viatoribus, quorum sermocinationes participare voluit Lucius, ne impudentem eum haberent. *Curiosus* vero homo proprie is nominatur, qui multum curae et diligentiae rei cuipiam adhibet. cf. Salm. ad Spart. Hadr. c. II. p. 102. Ita apud Arnob. VI. 7. corrigo *vel in parte, qua arcis* [i. e. Capitolii] *curiosa obsc.* vel *in parte, qua tenebricosa obs.* Refertur enim ad praecedentia *quamvis nolle istud publicare se fingant.* Ad res potissimum magicas *curiosus* pertinet cf. Met. II. p. 99. et Peerlk. ad Hor. Epod. 17. p. 508. In malam partem *curiosus* significat eum, qui nimia cura utitur in alienis rebus exquirendis et molestus fit ei cui instat. Excusat igitur se Lucius, quod qui nova percipiendi sit cupidissimus sermonibus hominum ignotorum se immisceat, quamquam molestus iis ne fiat rogando praecavet.]

[*insurgere* c. Acc. iunctum; cf. Kopp. ad Mart. Cap. VII. §. 755. p. 605. nec aliud praeter hoc innotuit mihi exemplum.]

[*aspritudinem:* ut in Ennii versu apud Apul. Apol. p. 485. *aspra ostrea plu-*

CAPUT III.

At ille, qui coeperat, Nae, inquit, istud mendacium tam verum est, quam si quis velit dicere, magico susurramine amnes agiles reverti, mare pigrum colligari, ventos inanimes exspirare, solem inhiberi, lunam despumari, stellas

nae de more Mss. et Edit. vett. *ne* de qua scriptura cf. Bentlei ad Ter. Andr. prol. 17. Kritz. ad Sall. Cat. 52, 27. et infra p. 29. et p. 53. ubi Oud. Voss. de Art. Gr. I. 43. p. 117. Förtsch. Cort. ad Sall. p. 483. et Arntz. ad Plin. Pan. p. 315. affert. Inverso ordine *inquid ne* legunt G. D. *n.* quod per doctum puto commutatum esse interpretem, qui *nae* particulam iungi semper pronomini habuit cognitum; cf. Heind. ad Cic. de N. D, I. 20. quamquam novissimis temporibus Gronovium secuti alii aliter doceant. cf. Rudd. Inst. Gr. II. p. 312. Sufficit quum ex Plauto et Terentio exempla afferantur, ut Apuleio quoque hanc dicendi rationem vindicem. *ne illico mendacium verum est* R. *illud mendacium* f. de qua commutatione cf. Cort. ad Lucan. VIII. 870. Heins. ad Ovid. Her. XVI, 220. Broukh. ad Tib. IV. 3. 28. *quis* F. 1. 3. G. D. f. In ceteris *si qui*. *agiles* F. 3. *amnes agiles agiles* G. *congilari* D. a m. p. [*congelari* a m. s. et *colligari* in marg.] *congelari* O. de qua verborum commutatione cf. Oud. ad Lucan. I. 246. Gerard. Voss. marg. adleverat *concitari*. *inanimos* f. *dispumari* Ms. Brantii.

rima Abydi. De hac syncope cf. quos Oud. excitat, Rhod. Lex. Scribon. s. v. et Burm. ad Grat. Cyneg. 241. Apoll. Sidon. Carm. II. 419.]

Cap. III. *si quis*. Male Oud. contra Mss. optt. fidem *qui* in textu posuit ad Met. II. p. 149. VIII. p. 571. Dr. ad Liv. III. 17. Intt. ad Suet. Caes. c. 56. provocans, ubi eadem pronominis forma legatur, quam idem Solin. p. 17. *si qui Graecus est* restituit. [Ex locis tamen res nequit confici, sed Mss. tantum auctoritate nititur, utra terminatio praeferenda sit. *Qui* enim substantive usurpari docent Beier ad Cic. de Off. I. 7. §. 21. et II. 21. §. 74. Bentlei. ad Hor. Sat. I. 6. 79. Ellendt ad Cic. Brut. 69. §. 242. Drak. ad Liv. III. 10. §. 7., ubi plura exempla enumerantur. Certa ratio grammatica in his pronominibus observata esse non videtur, particula *si* praecedente.

magico susurramine: cf. ad Apol. p. 504.

amnes agiles reverti. [De hac cantaminum magicorum efficacia cf. Lucan. VI. 240. Tibull. I. 2. 44. ibique Huschk. Ovid. Am. I. 2. 26. Val. Flacc. VI. 443. Anthol. Lat. Tom. II. p. 644. Burm.]

mare pigrum colligari. [*Congelari*, quod in nonnullis Codd. legitur, interpretamentum est librarii, quum *colligari* ego de mari intelligam, quod arte magica subito refrigescit. *Piger* enim frequens est maris et amnium epitheton, si frigore concrescunt; cf. Rupert. et Hess. ad Tac. Germ. 45. Drak. ad Sil. V. 5. Tibull. I. 2. 50., id quod Apuleius Met. I. p. 38. per *fontes durare* de saga quadam exprimit, Rupert ad Iuven. V. 23. Altera huius vocabuli significatio ea est ut de rivis et fluminibus dicatur, quae lente profluunt et quasi stagnant, ut *iners;* cf. Bach. ad Ovid. Met. IV. 434. quae tamen significatio hic non probatur. Recte enim Oud. intellexerat, adiectiva *agiles*, *pigrum* et *inanimes* adverbii vicem hic sustinere. Minime vero satisfaciunt, qui *pigrum mare* de malacia intelligant. cf. Intt. ad Tac. Agr. c. 5. Prae ceteris cf. Cort. ad Lucan. V. 434. quo l. lectio *colligari* certissime affirmatur. Eodem modo ut hic apud Plin. IV. Epist. 30. §. 2. *pigrior rivus et agilior*, quamquam alia sententia sibi opponuntur. Mirifice Pricaeus exempla inter sese commiscuit.]

ventos inanimes exspirare [Heins. ad Virg. Aen. IV. 8. et Doed. Syn. IV. p. 167. iudicium consequor, qui ex soni tantum suavitate diversam adiectivorum in *us* et *is* terminationem dependere pronuntiat, ut ubi neutra earum aures offendat, alteram in *is* veteres praetulerint. Alii aliter rem diiudicant, quos Kritz. ad Sall. Iug. I. §. 2. uberius re-

evelli, diem tolli, noctem teneri. Tunc ego in verba fidentior: Heus tu, inquam, qui sermonem ieceras priorem], ne pigeat te vel taedeat reliqua perte- 18
xere. Et ad alium: Tu vero crassis auribus et obstinato corde respuis, quae forsitan verè perhibeantur. Minus hercule! calles pravissimis opinionibus ea

notem G. *sermonem iteras* G. et P. *ceperas* D. *pigeat te. te* abest ab O. — *praetexere* Iunt. 1. Aldin. Venet. 2. *aliqua pert. f.* — *a crassis auribus* O. Oud. comparat Lucret. VI. 1052. Vitruv. VII. c. 4. *prohibeantur* Mss. Colv. tritissima permutatione. *parvissimis* p. cf. Liv. I. 27. §. 5.

censuit; de *exanimis* et *exanimus* cf. Drak. ad Liv. I. 25. §. 6. et VII. 21. §. 5. *inanimes* nominantur venti; quod animae ipsi venti sunt; cf. ad de Mundo p. 316.]

solem inhiberi [Magos solis cursum sistere posse, ex hoc uno, quod sciam, Apuleii exemplo indicatur, quum ceteri scriptores solem aut nubilo obducto tenebris abdi, Ovid. Heroid. VI. 83., aut equos solis revocari dicant; cf. Ovid. Am. II. 2. 24.]

lunam despumari. Heins. *despumare* rectius poni existimat, quia Lucano VI. 505. ipsa luna *spumare* dicatur, seu spumas evomere magico carmine; cf. ad Ovid. Met. VII. 268. Claud. in Prob. et Olybr. Cons. 54., quos Oud. allegat. Sed, ut idem demonstrat, *despumare mel, undam* etc. dicitur is, qui spumam melli detrahit, unde non solum *despumari* probum est, sed eos quoque falli intelligitur, qui *dispumari* praeferunt. [*Despumari* equidem refero ad sententiam veterum, qui putabant luna terram humectari, unde *roscidam, rorifluam* eam nominabant. Virg. G. III. 337. Sil. I. 576. Burm. Anthol. T. II. p. 301. et p. 327, et quae praeterea uberius adtulit Kopp. ad Mart. Cap. I. §. 14. p. 48. Terrae enim halationibus Luna ita gravidatur, ut aer quasi in aquam depactus terrae defluat. Sine dubio huc referendum, quod Lydus dicit in Excerpt. 12. p. 10. Roeth. *pervenire ad circulum Lunarem omnis materiae excrementum* i. e. vaporibus terrae abundat et Macrob. Somn. Scip. I. 11. et 19. lunam *aetheream terram* appellat, et Aegyptii teste Procl. in Tim. I. p. 45. rorem Aeris et Lunae filium dicunt. Sed non solum luna, sed stellae etiam rorem terrae demittunt; cf. Forbig. Virg. Tom. II. p. 129., quia eae ex coelo et terra nutriuntur; cf. Senec Quaest. Nat. II. 5. Cic. de Nat. Deor. II. 16. Lips. Physiol. Stoic. lib. II. diss. 14. p. 932. opp. Vol. IV. p. 932. ed. Vesal. 1675. et Kopp. ad Mart. Cap. IX. §. 912. p. 708. Fulgent. Mythol. II. 19. p. 702. Sagae igitur abundantem lunae spumam vel virus, quo uterentur, in herbas se effundere suo carmine cogebant. Ita Lucan. VI. 505. 6. *et patitur tantos cantu deprensa labores, donec suppositas propior despumet in herbas,* ubi plurima adtulit Cortius, quem velim prae ceteris conferas et Intt. ad Iuv. VI. 442. 43.]

stellas evelli. [Putabantur enim veneficae lunam et stellas sua vi et arbitratu movere. Plura adtulit Forbig. ad Virg. Bucol. VII. 69. Fea ad Horat I. p. 232. Horat. Epod. XVII. 5. Lindenbrog. ad Anth. Lat. Burm. Tom. II. p. 328. sq., qui rem accuratissime persecutus est et Intt. ad Tibull. I. 1. 19.]

diem tolli [cf. Triller. et Cort. ad Lucan. VI. 461. Pro commentario velim perlegas Ovid. Met. VII. 199. sqq. Heroid. VI. 83. sqq. et Lucan. VI. 461. sqq., ubi magarum vires et effectus uberius enumerantur.]

ieceras. Oud. comparat Graecorum *βάλλειν* et *καταβάλλειν*, quod eodem modo de sermonibus dicatur [cf. Drak. ad Liv. 25, 4. §. 7. Heins. ad Ovid. Met. V. 665. Kritz. ad Sall. Iug. XI. §. 5. Miscell. Obs. Vol. II. Tom. II. p. 186. Item apud Petron. c. 39. p. 231. Burm. legendum erit: pro *sermonibus publicatis, publice iactis.* cf. Apul. Met. II. p. 138. *iam illatis luminibus epularis sermo percrebruit. Publica* enim *verba* Burmanni non satisfaciunt.]

pravissimis opin. etc. De sententia Lindenbrogius, quem pro more Elm. compilavit, comparat Sall. Cat. III. §. 2. *Quae sibi quisque facilia factu putat,*

BIBLIOTECA VAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

putari mendacia, quae vel auditu nova, vel visu rudia, vel certe supra captum cogitationis ardua videantur: quae si paulo accuratius exploraris, non modo compertu evidentia, verum etiam factu facilia senties.

CAPUT IV.

Ego denique vespera dum polentae casealae modico secus offulam gran-

videatur Beroald. — *non incomperta cuiquam verum evid. facta f.* R. et f.

denique Cod. Barth. cf. Advers. XXIV. 1. p. 1171. *polentae* in F. 1. *modico secus* F. 1. 3. G. D. à pr. m. [*securius* a m. s.] P. f. R. Z. *mordicis securus* B. *modico secusnollam* O. *mordico securius* Iunt. 1. Venet. 2. Aldin. *modico securius* ed. pr. Venet. 4. Iunt. 2. Paris. *aefulam* F. 3. *ofulam* D. [a m. s. *ofulam.*] *offulam* absent a G.

aequo animo accipit: supra veluti ficta pro falsis. Elm. addit. Oppian de pisc. I. 219. Plin. Hist. N. VII. 1.: Pricaeus, Lucian. in Alcyon. c. 3. et Apul Met. I. p. 64. [Minut. Fel. Oct. 14. §. 4. *nescientes, inesse et in incredibili verum et in verisimili mendacium.*]

vim rudia [*rudis* idem est, quod *novum*; cf. Tertull. Apol. c. 8. *fugientem animam noram specta, excipe rudem sanguinem.* Minut. Fel. Oct. 30. §. 1. *rudem sanguinem.* Petron Sat. 94. *rudis noracula.* Apul. Met. VI. p. 439. (Elm. in ind. excitat Ulpian. L. 37. D. de aed. edict. *rudia mancipia.* Hieronym. Epist. 21. *rudis lagena.* Fulgent. Mythol. I. p. 615. Stav. *rudis accola Pieridum*) Apul. Met. IX. p. 630. Ovid. Amor. III. 6. 15. Burm. ad Val. Flacc. V. 642. Ita intelligo Met. XI. p. 803. *rudi me contectum amicimine* de veste nova, quae in sacris indui solebat.]

Cap. IV. *denique* [Particula hic mihi videtur posita esse pro: *ut uno exemplo fungar.* Savignyo enim, qui contenderat de Dominio p. 40. *denique* apud Ulpianum ceterosque ICt. significare *exempli gratia*, Köhlerus in Anal. Wolf. IV. p. 329. acriter adversatus est, qui in eiusmodi locis *denique* idem quod *ut breviter dicam* esse proposuit, et ibi tantum locum habere, ubi, quae eiusdem generis restant, complectantur. Sed erravit Köhlerus, nec usus particulae *denique*, rem antea expositam exemplo quodam confirmantis, ullo modo negari poterit; cf. Hand. Tursell. II. 275. qui tamen in eo falsus est, quod Ulpiano tantum et ICt. hanc significationem vindicat; cf. Apul. Met. I. 59. *Mihi denique.*]

vespera Bapt. Pii Tom. I. Thes. Crit. p. 449. fidem secuti Colv. et Vulcan. *vesperna* contra omnes Mss. ediderunt, quod cum Becichem. Epist. 69. ut minus latinum Oud. reiecit Charisio teste II. p. 198., a quo forma *vespera* pro *vesperi* defendatur. Huc accedere, quod Apuleio ea esset frequentior; cf. Met. II. p. 116. V. p. 353. Plin. Hist. Nat. XIII. 8. §. 32. [Lectionem *vesperna* defendit Voss. Etymol. s. v. *vesper* fin. Charisii tamen auctoritate niti non possumus, qui *vespera* formam exhibet, cum in codd. palimp. Mai p. 58. ed. Rom. eo loco non *respera* sed *vespere* legatur. Sed alia extant apud Frontonem exempla; cf. Epist. Ant. I. 3. p. 9. ubi corrigas: *Haec satis tui amori potius, quam meae fiduciae luserim. Nunc bene accusato somno dormitum eo nam vespera haec ad te detexui.* Lib. II. ep. 9. p. 54. *Id vespera et concubia nocte.*]

pollentae caseatae. Colvius et Pric. ex locis veterum, quos affatim proferunt, scribi voluerunt *placentae.* Heins. ad Ovid. Met. V. 450. *pulmenti*, quos Oud. refutavit per *polentam* dicens *caseatam* seu hordeum, aqua et lacte mixtum et caseo imbutum intelligi placentum [quo hospites libenter fuisse excepti videntur: cf. Ovid. Met. V. 450. ibiq. Burm. Senec. ep. 21.; de polenta non ita vili cibo cf. Casaub. ad Athen. XIV. 16. Salm. ad Solin. p. 231. Plum. ad Pers. Sat. III. 55. p. 273. Bulleng. de conviv.

diorem in convivas | aemulus contruncare gestio, mollitie cibi glutinosi fauci- 19
bus inhaerentis et mea gula spiritus detinentis minimo minus interii. Et 20

in convictos aemulus R. f. *in gingivas eminulas* coniecit Heins. — *aemulos* F. 1. 3. G. D. P. et B. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. — *obtruncare* B. *truncare* P. *inhaerente* edd. et Vulg. ut *detinente* minus accurate, quum mollities non inhaereat, sed cibus, ut Oud. bene monuit. *moll. cibi glutinose facibus inhaerentis* Cod. D. a m. p. *mea gula* F. 1. 3. G. D. a m. p. [a s. m. *mia gula*] P. O. p. *in mea gula* f. In reliquis *imo*. Heins. coniecit *mea in gulae*, quam coniecturam Oud. confirmat Lucan. V. 191. Prudent. *περὶ στεφ.* 10, 18. Gell. XVII, 11. In cod. Voss. et Wass. D. *ima gula spiritum det.*, quod tamen Oud. non probatur, quoniam Apul. hoc sensu pluralem praeferat; cf. Apul. de Mundo p. 339. *de stinentis* f. et P. *distinentis* F. 3. p.

c. 39. ap. Graev. Thes. Antiq. Tom. XII. p. 137.]

modico secus. Diversissime huic loco succurrere studebant Intt. Colvius emendat: *mordicus securi in conv. aemulos.* Ioann. Pontanus ad Macrob. Sat. VII. 15.: *dum polentae caseatae immordico securius offulamque gr.*, quasi frequentativum sit ab *immordeo*, de quo cf. Heins. ad Vell. II. 87. Broukh. ad Prop. III. 6. 21. Oud. *modico securius* comprobat et cum verbis *contruncare gestio* coniungit *paullo securius offulam grandiorem.* [Sed verba, quae sequuntur *in convivas aemulus* indicare videntur, Lucium nimia aviditate has polentae offulas devorasse, unde omnium fere codd. lectio retinenda est. *Modico* enim *secus* ut Met. II. p. 68. *et cum dicto modico secus progressus* intelligo: meam ipsius moderationem supergressus, iusto nimis cibo cupidior. Si quid mutandum *modico ocius* mecum corrigas.]

offulam [Male Buleuger. de Conviv. Diss. II. c. 18. ap. Graev. Thes. Tom. XII. p. 230. *offulam* de genere quodam panis positum esse existimat et pro eodem fuisse polentas caseatas. Quid hic sibi velit *offula*, apertissime elucet.]

in convivas aemulus. Offensioni erat haec lectio Intt., qui virum ingenuum decere negant, tam voraciter cibos deglutire. Sed quod Ond. bene iam commemorat, animi caussa haec omnia enarrantur a viatore, omnes omnino cibos in deversoriis et cum quibuscunque hominibus devorante. [Constructio enim adiectivi *aemulus* viros doctos plane in errorem perduxit, quum non considerarent, quam vario id veteres iungerent. *Aemulus* cum *in* et Accus. iunctum probatur loco Apul. V. p. 371., ut Val. Flacc. I. 663. dixit *contra ruentem aemulus*, Sall. Hist. III. p. 978. Cort. *facta consultaque eius erat aemulus*, Tac. Ann. XII. 54. *aemulus ad deterrima.* Eodem modo perturbavit haec rarior constructio Intt. in loco Septim. de B. Tr. I. 16., ubi optimi codd. St. Gall. s. IX., Cod. Bern. et St. Gall. oppid. legunt: *cum iuventus partim sua sponte, alii aequalium ad gloriam aemulatione munia militiae festinant*, quem frustra coniecturis tentarunt. Sententia enim est: alii sua sponte i. e. ingenii ac fortitudinis naturali quodam impetu ac fervore perducti, alii vero gloriae cupidine, ut aequalium gloriam aemularentur.]

et mea gula. [Lectio *mea*, quae ab omnibus bonae notae Mss. retinetur, unice probanda videtur, nec audiendi sunt interpretes, qui pronomen illud supervacaneum hic esse duxerunt. Per se utrumque potest ferri, sed amat Apuleius pronomina possessiva substantivis apponere, ubi ex nexu sententiarum nos iis supersedere possimus. cf. Met. I. p. 29. *defletis oculis suis* p. 30. *faciem suam.* I. p. 79. *suis pedibus* etc.]

detinentis. [Quam crebra sit voc. *detinere* et *distinere* in Mss. permutatio docent Intt. ad Ovid. Ep. ex Pont. IV. 10. 67. Dr. ad Liv. V. 20. 4. Discrimen vero, quod inter utrumque intercedit, recte ita constituit Wagn. ad Virg. Aen. XI. 381., ut *detinere* sit aliquem morari et reprimere, *distinere* vero disiuncta prohibere, ne in unum coire possint. Hic igitur unice probatur *detinentis.*]

minimo minus. [Haec formula, quae

tamen Athenis proximo ante Poecilen porticum isto gemino obtutu circulato-
21 rem aspexi equestrem spatham praeacutam | mucrone infesto devorasse, ac mox

eum Ath. pr. R. f. *et in Athen. pr.* p. *inprime ante* O. *proxime ante* φ. *proxime et ante* F. 3. P. B. D. G. R. f. *Poetilen* F. 3. G. D. a pr. m. [a s. m. *poecilen*] *isto* exulat a P. et G.

comicis tantam videtur esse propria, unde Apuleius eam hausit, idem quod particula *fere* significat. cf. Plaut. Bacch. IV. 4. 21. Rud. II. 5. 3. Trucul. III. 2. 5. Apul. Florid. p. 42. *illi minimo minus.* Respondere videtur alteri comicorum formulae *minus nihilo*, de qua cf. Hand. ad Tursell. III. p. 618. *de minimo minus* cf. Hand. ibid. p. 620.]

proximo Oud. bene explicat *proxime s. nuper* ex Cic. ad Att. IV. 17. §. 3. [ubi et Manut. et Orell. vid.] Liv. IV. 23. §. 6. Gronov. [Hanc adverbii terminationem quum librarii non caperent factum est, ut *proximo* pro verbo sumerent, cui errori intrusam sine dubio debemus post *proximo, et* particulam, quae utramque enunciationem arctissime connecteret. Multo peius Piccart. Pericul. crit. c. 16. et I. Guielm. Veris. II. c. 4. conflarunt *exante*, quae tamen barbara locutio iam diu ex latinitate expulsa est a Drak. ad Sil. VI. 580. Nec minus barbariem olent particulae *abante* et *inante*. De *exante* cf. Hand. ad Tursell. I. p. 665. III. p. 357. Defenditur *inante* a Salmas. ad Spart. Hadr. c. 13. p. 117. Accuratissime de his, ut solet, Eckst. ad Voss. Arist. III. p. 999. agit, qui plura suppeditat.]

circulatorem [Varia huius vocabuli origo a viris doctis proponitur. Gloss. Latin. Gr. *circulator* explicant *ὀχλαγωγεύς, ἀγύρτης*. Nonnulli dictos eos putant, quod populum in circulo circumstantem suis praestigiis et ariolationibus alliciebant. Plane aliter interpretatur Schol. ad Iuvenal. VI. 583. *quod circulatores hoc consueverint adhibere, ut delectis sibi locis duobus eos lustrent, id est circueant, deinde per eos sortes id est taxillos iactitent, quo exinde, quod suae geneseos signum se accommodaverit, inspiciatur, numquid vivet et quando: et paucis ex verbis ibidem conscriptis sortes educant suas*, unde intelligi potest, a circulando i. e. circum eundo eos esse denominatos. Ison. Mag. Gloss. ad Prudent. Hymn. in Rom. v. 303. p. 817. ed. Weitz. *circulator — deceptor, quia alios quodam circulo erroris involvit et decipit.* Circulatorum plures erant apud veteres genera et denominationes: praestigiatores, serpentarii, acetabularii et graece *ἀγύρται, πωγοί, ψηφοβλαῖπται, ψηφοπαῖκται, ψευδοτεχνῖται, θαυματοποιοί* et his potissimum temporibus Graecis et Romanis erant gratissimi. De miraculis praestigiatorum qui plura desiderat cf. Onuphr. Panvin. de Lud. Circ. Lib. I. c. 14. ibiq. Argolum apud Graev. in Thes. Antiqq. Rom. Tom. IX. p. 153. et Buleng. de Theatro L. I. c. 40. ibid. p. 902. sq. Ita emendandum puto apud Isidor. Gloss. p. 672. *circulator, qui furat* pro *fumat*, ubi male Vulcan. qui *fumum vendit. furat* dictum est pro *furatur* ut *furatis* passive ap. Apul. Met. I. p. 704. *furatis clanculo partibus.* cf. Artemidor. III. c. 16. *ψηφοπαικτεῖν παραλοζάμενον καὶ ψευδόμενον διὰ τὸ πολλὰς ψήφους κλέπτειν καὶ ταύτας ἄλλοτε ἄλλας δεικνύειν.* Gregor. Naziaz. in Athanas. 16. *ἀλλὰ τάνιον οὖν ψήφοις τε παίζειν τὴν ὄψιν κλεπτούσαις.*]

aspexi [Argol. in l. c. nescio an editione usus, legit *inspexi* et pro *invitamento — incitamento* et *inguinem* et *dicens.*]

equestrem spatham. Oud. eam breviorem et latiorem dicit fuisse pedestri, et vocabulum accuratissime cum *praeacutam* coniungit. [Aliter hunc locum Argolius l. c. intelligit, qui *equestrem* cum *circulatorem* copulans, equo insidentem intelligit. Prior tamen ratio explicandi magis comprobatur, quod circulatores equo insidentes nusquam commemorantur. *Spatha* testibus Hesychio et Glossis Cyrilli *σπάθη, ξίφος* gladius est. cf. Barth. Advers. XXXIII. 12. p. 1524.

eundem invitamento exiguae stipis venatoriam lanceam, qua parte minatur exitium, in ima viscera condidisse. Et|ecce pone lanceae ferrum, qua bacillum [104]
inversi teli ad occipitium per inguen subit, puer in mollitiem decorus insurgit
inque flexibus tortuosis enervam et exossam|saltationem cum omnium qui 22

eundem abest a f. et R. *stipitis* cod. D. a pr. m. — *in intima viscera* O. — *quam ad occipitium per inguinem subito puer in moll. d. insurg.* G. *ingruviem* F. 1. 3. *inguinem* P. B. f. *inguciem* p. Venet. 4. *inguimen* ed. pr. Vicent. cum varia lectione *inguinem* v. *inguen.* et Iunt 2. *inguen* Iunt. 1. 2. Ald. π. — *ferrum puer in moll. decorus ins.* O. coll. Wass. et D. in cuius margine adnotatum est, *qua bucillum inversi teli ad occipitium per inguen subiit. in mollitie* O. et f. — *enervem* β. Wass. Pric. et Florid. *enervam* praeter codicum auctoritatem soni suavitate auribus commendatur cf. ad p. 17.

Ita emendandum puto Isid. in Gloss. p. 696. *sica clunaculum, machaera spathula* pro *clunaculus, machaera, splendona* Gloss. Placidi ap. Mai. in class. auct. in Vatic. codd. repp. p. 448. *clunaculum pugionem dictum ab eo, quod clunibus religatur i. e. spatha.*]

mucrone infesto, [cf. Servius ad Virg. X. 877. Burm. ad Petron. c. 108. p. 644.]

per inguen subit. Oud. probat scripturam *ingluviem,* quae vox avibus propria saepe pro ipsa hominum gula usurpetur; cf. Met. V. p. 353. Gell. VII. 16. Gloss. *Ingluvies τράχηλος,* Serv. et Phylarg. ad Virg. Georg. III. 431. Ruhnk. Epist. Crit. II. p. 7. [Doederl. Syn. V. p. 148. Mai ad Front. p. 168. ed. Rom.] totumque locum ita explicat, ut circulator lanceam in ima viscera per gulam condiderit usque ad eam lanceae partem, qua pone ferrum subeat bacillum teli per gulam ad occipitium conversi. [Ingenio confitendum est, me verbis ita explicitis non intelligere, qua lanceae parte puer iste saltationem explicare et quomodo hastae parti insistere potuisset, si in gula tantum ea esset abscondita. Haec me commovent, ut ab optimorum codd. scriptura recedam, nisi exemplo possit ostendi, *ingluvies* pro toto ventre esse positum; *inguen* vero, quod pro latere etiam dicitur (cf. Plum. ad Pers. Sat. V. 4. p. 374. et Virg. Aen. X. 589.) et de toto ventre Stat. Theb. VI. 900., optime respondet praegressis verbis *ima viscera* et ita erit explicandum: Per inguen s. per alvum perfoderat circulator hastam venatoriam in ima viscera, ut pone tergum ferrum cum ligni parte exiret et ad occipitium esset directum. In hac igitur ligni parte teli inversi saltationem puer lascivus explicuit. Quomodo autem Oud. lectio duorum Mss. nescio quorum *coli* pro *teli* non de nihilo esse potuerit, vix capio. Quamquam enim largior, *colus* secundae declinationis in masculino genere poni, cf. Pass. et Broukh. ad Prop. IV. 9. 48. [et Voss. Arist. Tom. I. p. 384. Förtsch.], tamen nisi ad alterum miraculum refugere velis, colus imum ventrem penetrare non potuit, ut acies tergo exiret.]

in mollitiem decorus. Inter ablativum et accusativum praepositione *in* tali sententiarum nexu iunctos Oud. ita discriminat, ut ablativus rei caussam notet vel instrumentum et explicari possit praepositione *per* vel simili: [cf. Met. II. p. 115. et p. 84.] accusativus vero modum rei vel quantitatem indicet [Met. II. p. 94. VII. p. 479.] de quo usu Heins. ad Ovid. Met. V. 450. Salm ad Solin. p. 65. et Sciopp. Susp. Lectt. V. ep. 12. conferre iubet [quibus adde Serv. ad Virg. Aen. XI. 770. Kritz. ad Sall. Cat. IX. p. 47. sq. Jacob. Lucil. Aetn. p. 87. qui tamen in eo falsus, quod Oud. secutus praepositionem *in* c. Ablativo iunctam saepius apud Afros redundare existimat, quo errore potissimum in Arnobio suo Orellius multa perturbavit. Peerlk. ad Horat. p. 27 h. Hand. Tursell. III. p. 324 et 327.]

enervam et exossam. Quamquam aliis Apuleii locis terminatio in *is* praeferatur: Apol. p. 493. *ille cum sit cetera exossis.* Apol. p. 551. *in saltandis fabulis exossis plane et enervis fuit.* de Dogm. Plat. p. 243. *effoetum* et *enervem;* hic tamen ex optimis codd. c. Oud.

Digitized by Google

aderamus admiratione. Diceres Dei medici baculo, quod ramulis semiamputatis nodosum gerit, serpentem generosum lubricis amplexibus inhaerere. Sed
23 iam cedo, tu sodes qui coeperas fabulam | remetire. Ego tibi solus hic pro

diceres abest a R. et f. qui iidem *de* pro *dei* vitiose habent. — *baculo quem* O. *semjamputat nodosus* f. — *inhaerentem* R. f. *hoc* f. *acceperas* Ms. Colv. *haec* F. 1. 3. D.

retineo. [Sunt tamen qui *exossam* et *enervam* omnino damnent, ut Stallb. ad Rudd. II. p. 136 et 164. qui quamquam *exossam* hoc Apuleii loco comprobat, *enervam* ex melioribus codd. legere mavult. Idem Forbig. ad Lucret. p. 313. pronuntiat, qui tamen sibi non constitit, quum hic *exossem* retineat, p. 393. *exossam* saltationem praeferat. *enervis* formam in usu fuisse apud vett. docet locus Frontonis princip. hist. p. 320. ed. Rom. *arcus imbribus enerbes;* exossam saltationem optime describit Claudian. in Eutrop. II. v. 359. sq.

Quis melius vibrata puer vertigine molli
Membra rotet? verrat quis marmora crine supino?
Queis magis enodes laterum detorqueat *artus.*

[al. *arcus* male] cf. Lucret. IV. 1267. ibiq. Forbig. Barth. Advers. XXXV. 14. p. 1611.]

diceres. [De hac eleganti dubitationis formula, qua nil apud Apuleium frequentius extat cf. Met. p. 94. ubi Oud. excitat Dr. ad Sil. III. 417. 430. V. 390. Burm. ad Phaedr. Fab. 55. Ovid. Met. XI. 83. Servius ad Virg. Aen. IV. 401. *Honesta figura, si rem tertiae personae in secunda referas.* Sed plane idem est coniunctivi et futuri usus in hac sententia, ut ex Mss. tantum auctoritate rem possis diiudicare; cf. Met. p. 92. *eum putabis exire* V. p. 319. *iam scies* cf. Heins. Advers. Lib. III. c. 3. p. 416. Cort. ad Lucan. I. 493. et VII. 768. Arntz. ad Plin. Panegyr. c. 8. §. 7. p. 42. nisi quod futurum rem animo lectoris accuratius proponit.]

Dei medici etc. [Fest. p. 82. Lind. s. v. insula. *In insula Aesculapio facta aedes fuit... Eiusdem tutelae esse draconem, quod vigilantissimum sit animal. . . Bacillum habet nodosum, quod difficultatem significat artis.* De bacillo Aesculapii cf. Ovid. Met. XV. 65. Arnob. c. VI. 25. quae profert Cuper. in Harpocrat. ap. Graev. in Thes. Antiq. Suppl. Tom. II. p. 441. de Aesculapii serpente Funkii diss. *de Nechusthane* et *Aesculapii serpente,* et Böttiger. in diss. *„über die medicinische Schlangengaukelei* in Sprengelii: *Beiträge zur Geschichte der Medicin,* Fasc. 2. p. 163. et Munk. ad Albric. de imaginibus deorum 20. p. 929. Stav.]

baculo quod Heins. ad Ovid. Met. II. 681. et Isidor. XVIII. c. 2. 5. *licet scipio et baculum sit, in quo homines innituntur.* [sed plurimi codd. hic legunt *baculus.* Cels. VIII. 20. Ovid. Met. XV. 655. et haec forma videtur fuisse ea, quae optimis in usu erat scriptoribus; cf. Fürtsch. ad Voss. Arist. I. p. 430. Drak. ad Sil. XIII. 334.]

generosus. Pro *generosus* Heins. ad Ovid. Fast. I. 551. coniecerat *gyrosus,* quod *goerosus* fuisset scriptum, quum *gyri* et *spirae* et *orbes* proprie serpentibus adtribuantur. Oud. excitat Virg. Aen. V. 84. Mart. Cap. IV. [§. 328. p. 328. Kopp., quem vide] Val. Flacc. IV. 393. [ibique Burm. Virg. G. III. 423. Aen. XII. 847.] et *generosum* comprobat, quod de divino dictum sit serpente; cf. ad Met. IV. p. 269.

inhaerere. Wow. ex vet. cod. *errantem* edidit, quod de serpentibus elegantissime dictum, sed saepius corruptum in *haerentem* legitur, uti apud Manil. II. 71. ubi Oud. coniecit: *erraretque standove.* cf. Cort. ad Plin. Epist. VIII. 27. Ita *circumfluere* de serpentibus invenitur Lucan. III. 421. ubi Oud. lectionem *circumfluxisse* praefert, sed cf. Corte. [de hac permutatione, quae ex scriptura *erere* nata est, cf. Bach. ad Ovid. Met. IV. 132.]

ceperas acceperas, quod in Cod. Colv. extat, Vulcanius iam in *acceperas* commutavit et Oud. ex usu Apuleii defendit, Gebh. et Drak. ad Liv. I.

isto credam et quod ingressu primum fuerit stabulum, prandio participabo. Haec tibi merces posita est.

ingressum Colv. Ms. P. R. f. O. Z. D. a m. p. [*ingressui* a m. s.] edd. vett. *in ingressum* G. *quod ingressi* β. — *prandium* P. f. R. — *participato* P. G. Ms. Colv. *praeparato* O. *haec tibi mercede* F. S. *hoc tibi merces est* p. — *exposita* G. D. O. R. quod Oud. improbat, quum *exponere* sit, oculis ad contemplandum proponere, et ut hanc lacunam expleat, *ea* vel *ecce posita* conicit. [Ego ex ultima prioris vocabuli syllaba male adnexam esse praepositionem existimo.]

7. §. 6. III. 55. §. 2. excitans [Drak. ad Liv. XXXI. 50. §. 6. Ita legendum puto apud Arnob. VII. 14. *aut esse dii magis divinitate occipiunt ampliata*, ubi cod. Reg. habet *concipiunt*. Praecedentis voculae littera finalis ansam praebuit corruptelae. Nec minus corruptus est Virgilii locus Georg. III. 190., ubi eadem est scripturae diversitas. Legendum enim est *At tribus exactis, ubi quarta accesserit aestas. Accipere* enim hic probari nequit, quod non addita re vel persona dici nego. Quum enim ab aequinoctio verno i. e. mense Martio equi admittantur et per annum fere equae sint gravidae, intelligitur, sicubi quarta aestas confecta est, hoc initium esse anni quarti, quo domandum esse equum praescribitur a Colum. VI. 29. 4. Varr. II. 7. 12 sq. Sic *accedere*, quod in numerando significat *insuper addi, adiici*, recte defenditur.]

solus hic. Oud. qui *hic* pro *hac in re, quod ad haec pertinet* interpretatur, bene ita in textu posuit. [Ego his locis Mss. auctoritati obsequendum esse duxi; cf. Met. V. p. 354. X. p. 688.]

ingressu. Hanc lectionem quae auctoritate codd. F. nititur cum Oud. retinui, quum *esse alicui rei* pro convenientem esse vel aptum alicui rei perficiendae, non solum Apuleio Met. I. p. 31. II. p. 72. 73., sed aliis quoque scriptoribus sit tritissimum et per socordiam tantum librariorum immutari posset [cf. quae uberius exposuit Voss. Arist. VII. 12. p. 1072. sq. Eckst. quem ibi vid.] Formam dativi IV. decl. quam priscam dicunt amare Apuleium, Oud. comprobat ex locis I. p. 65. IV. p. 262. IV. 276. [de hac terminatione cf. quae docta manu adnotat Eckst. ad Voss. Arist. p. 647.]

stabulum. stare idem esse, quod commorari, diversari, *stabulum* vero et *stationes* tabernas, porticus, basilica, in quibus et recitationes fiebant et otiosi ad confabulandum conveniebant, docet Burm. ad Ovid. Trist. III. 1. 79. cf. Munk. ad Hygin. Fab. VIII, p. 30. Stav. Unde *stabularius* de caupone dicitur. August. de Civ. D. XVIII. 18. init. *stabulariae mulieres* Apul. Met. I. p. 56. et 58. Barth. Adv. XXXIII. 12. p. 1524.]

prandio participabo. Oud. lectionem *prandium* ideo improbat, quod hoc verbum c. accus. iunctum non sit *participem facere, communicare*, sed *participem fieri*. [Sed refutant eius sententiam loci Liv. III. 12. §. 5. *suas laudes participare cum Kaesone*. Iustin. 34, 2. *participato cum eo regno*. Treb. Poll. in vit. Gal. c. 12. *participato imperio*, quamquam ei largior saepius dici *participare aliquem alicui rei, rei aliqua re*, ut Apul. Met. p. 656. *dominum prandio participat*. Lis adhuc est inter iudices, utrum casus tertius an sextus poni debeat rei, quam cum aliquo communicamus. In omnibus enim, quod sciam, locis ex terminatione ipsa id intelligi non potest, quum apud Lucret. III. 69. *ut dentes sensu participentur* et ablativus possit esse et dativus. Plaut. Mil. gl. II. 2. 109. alii pro *sermone, sermoni*, legant, ut Lindemannus, qui omnino dativum poni denegavit. Oud. ad h. l. et Burm. ad Ovid. Epp. ex Pont. II. 5. 42. acriter dativum defendunt, quamquam in locis, unde suam sententiam comprobent, Mss. aut variant, aut dativus esse potest, cf. Rudd. II. p. 110. *Particeps* cum genitivo posse coniungi, res est vel tironibus notissima, unde Plaut. Cistell. I. 3. 17. *paternum servum sui participat concilii*, cf. Rudd. II. p. 120. Ubi vero

CAPUT V.

At ille: istud quidem quod pollicéris aequi bonique facio, verum quod inchoaveram porro exordiar. Sed tibi prius deierabo solem istum videntem deum, me vera comperta memorare |, nec vos ulterius dubitabitis, si Thessa-
24 liam proximam civitatem perveneritis, quod ibidem passim per ora populi sermo iactetur, quae palam gesta sunt. Sed ut prius noritis, cuiatis sim quive: sum

illud quidem f. *incohaceram* Vicent. *sed tibi pius detestabor* β. Mss. omnes praeter D. et G. qui habent *s. t. p. sol. ist. vident. deum degerabo*, quod sciam, et edit. ante Scriver. *deierabo* postponunt verbis *sed tibi prius*, quod merito revocavi. *degerabo* F. 3. G. D. ed. Par. — *vera comperta* O. *coperta* Vicent. *ne vos* B. *ne tua ult. dubietatis* p. *dubitetis* B. *ne etiam vos ult. dubitetis* ed. vett. edtt. praeter ed. pr. et Vicent. quae habent *ne et vos ult. dubitetis* et Iunt. 2. quae *nec vos ult. dubitabitis.* — *Thessaliae pr.* f. et D. a m. s. in margine additum est *in iactatur* D. in marg. — *sed ut p. n. cuiatis sim qui sim. Aeginensis aud. et quo q. ten. melle* Ms. Colv. *sed ut p. n. qui s. et cuiatis et q. quaestu ten. aud. Aeg. quidam sum Aetn. melle* P. *s. u. p. n. qui s. et c. et q. q. inita eam Aegin. quidem s. Enneo m.* B. *Set ut p. n. cuiat. sim, qui sim aegin. aud. et quo quaestum ten. melle vel caseo* G. F. 1. *cuiatis sim, qui sim, Aegensis audite et quo quaestum et aeneam melle* F. 3. *cuiat. sim, qui sim egiensis aud. quod quaestum teneam melle vel caseo.* D. a m. p. [a m. s. *cuiatis s. et qui sim audite aeginensis quidem sum et quoq.* etc. — *c. s. quod sim Argiensis aud. et quo* p. *curiatis sim, quod sim Argiensis* [f. Egiensis] *aud. et quo* R. f. *c. s. quidem sim Aeginensis audite* Cod. Wass.

particeps cum alio casu constructum invenitur, dubii haeremus iidem, utrum ablativus, an dativus sit. Sed ex contrario videtur res posse confici. *Expers* enim aperte cum ablativo construitur apud Sall. Cat. c. 33. §. 1. cf. Forbig. ad Lucret. II. 1092. ita ut recte et *particeps* eodem casu aptum esse colligamus, nec aliter *cupidus studiosus* et *compos*. genit. et abl. iunguntur.]

ponere [de mercibus et praemiis cf. Drak. ad Liv. XXXIX. 17. §. 1.]

Cap. V. *deierabo* [ut *deierare* hic cum accusativo personae, per quam iure iurando obstringimur, coniungitur, ita saepius *iurare*. cf. quae Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 741. et ad III. p. 963. docte congessit et Bach. ad Ovid. Met. II. 46. De vocis significatione cf. Taubm. ad Plaut. Rud. V. 2. 49.]

solem videntem deum [Solem enim cuncta videre, cuncta cognoscere veteres credebant, unde ἥλιος Graecis nominatur *παντόπτης*. cf. Stanl. ad Aesch. Prom. 91. Munk. ad Fulgent. Mythol. X. p. 683. Intt. ad Ovid. Met. I. 769. et Heins. ad eiusd. XIV. 375.]

vera comperta. Unius Cod. O. scripturam *compertu* Oud. contra ceterorum auctoritatem recepit ad praegressa verba *compertu evidentia* respiciens. Constructio satis est usitatissima. Dr. ad Liv. VI. 3. 8. Ego tamen obsequi nolui.

Thessaliam. Oud. hoc adiective pro *Thessala* seu *Thessalica* dictum putat, Heins. ad Prudent. Symm. I. 40. Burm. ad Ovid. Epist. ex Pont. I. 3. 74. ad Lucan. VI. 402. excitans. [Eodem modo Apuleius Met. I. p. 48. *florem Thessaliae regionis* dixit, ubi unus et alter Ms. *Thessalicae* exhibent. De hac adiectivorum, quae ducunt esse, forma cf. Voss. Arist. VII. 2. ibiq. quos accurate collegit Eckst. p. 1019., quibus adde Taubm. ad Plaut. Trin. IV. 2. 88. Munk. ad Hygin. fab. 3. p. 22. Stav. Utrum revera sint adiectiva, quod tamen minus comprobatur, an substantiva, quae naturam tantum adiectivorum induunt, dubitant adhuc grammatici, quorum posteriorem sententiam sequor.]

Thessaliam pervenéritis. De simplici accusativo verbis quae motum indicant addito Oud. comparat Apul. Met. VI. p. 443. VIII. p. 568. [De singulis suo loco disseretur; cf. Forbig. ad Virg. II. p. 27. Cort. ad Lucan. V. 572. Wagn. ad Amm. Marc. 17, 13, 24. Hand. Turs. III. p. 301. Ita apud Spart. Hadr. I.

Aeginensis | et audite, quo quaestu me teneam: melle vel caseo et huiuscemodi cauponiorum mercibus per Thessaliam |, Aetoliam, Boeotiam ultro citroque dis- 25 26

quo quaestum nunc eam ed. pr. Vicent. Venet. 2. Aldin. Venet. 4. Par. Iunt. 2. — *Ennaeo* Iunt. 2. — *cauponorum* F. 3. G. D. a s. [a m. p. *caponarum*] L. Cod. et Z. — *ultro citroque* F. 1. 3. G. O. P. π. D. In ceteris particula abest.

missus Germaniam superiorem translatus est, ex cod. P. poterit defendi.]

sed ut prius — et huius. [Haec quo modo vulgo leguntur et Oud. ordinavit: *Sed ut prius n. qui sim et cuiatis et quo quaestu teneam, audite: Aeginensis quidem sum Aetneo* cett., quamquam bene procedunt, invitis tamen omnibus Mss. emendantur. Ego Mss. vestigia secutus ita constituo: *sed ut pr. n. cuiatis sim quive: sum Aeginensis et audite, quo quaestu me teneam melle vel caseo. quive* enim ut legam, me commovet nonnullorum codd. lectio *quid sim* vel *quod sim*, *quaestum* deinde in *quaestu me* commutavi et *Aetneo vel Ennaeo*, quod refragantibus Mss. intrusum est, expuli, quum scriptura Cod. F. 3. *et aeneam melle* aperte indicetur, unde mendum irrepserit. Notissima est interrogatio *quis* et *unde* in hominis descriptione; cf. Burm. ad Ovid. Heroid. II. 106. Bach. ad Met. XI. 279. XIV. 162. Jahn. ad Virg. Bucol. p. 17. de *qui* cf. Eckst. ad Arist. III. p. 917. de *cuiatis* eund. ad Arist. III. p. 940: ut emendandum puto locum Arnob. I. 23. *Exuto corpore, quod in exigua sui circumferebat parte, postquam videri se passus est cuias esset, aut cuius magnitudinis sciri.* Ad coelum enim rediens Christus corpore exuto, unde esset stupenti persuasit multitudini. *cuias* quamquam exemplis destitutum agnoscit Prisc. XII. 6. p. 556. XVII. c. 3. p. 19. Krehl.]

Aeginensis. Oud. praefert *Aegiensis* ab Aegio, Achaiae ad sinum Corinthiacum celebri oppido, cuius frequens mentio fit in Nummis, Inscriptionibus, Geographis et Historicis [cf. Strabo p. 385. Paus. VII. 7. 1. XXIII. 7. 24.] Talem virum hic melius convenisse, quam civem quendam ex *sterili* et *metallifera insula* Aegina. [Sed valde erravit hic vir doctissimus. Quum enim sermo sit de negociatore, non erat ad humi feracitatem segetumque felicitatem, sed ad mercaturae florem respiciendum. Mercatura vero Aeginetas in Graecia excelluisse testatur Strabo VIII. p. 376. *ἐμπόριον γὰρ γενέσθαι διὰ τὴν λιπρότητα τῆς χώρας τῶν ἀνθρώπων θαλαττουργούντων ἐμπορικῶς, ἀφ' οὗ τὸν ῥῶπον Αἰγινῆτον ἐμπολεῖν λέγεσθαι.* Hesiod. ap. Schol. Pind. N. III. 21. Tantopere enim viguit apud eos mercatura, ut ad minutissima usque pertineret Hesych. *Αἰγιναῖα τὰ ῥοπικὰ φορτία καὶ οἱ πιπράσκοντες αὐτὰ Αἰγινοπῶλαι ἐλέγοντο.* Talem *Αἰγινοπώλην* fuisse Aristomenen viatorem apertissime intelligitur. De Aeginetarum mercatura cf. Müller. Aeginet. p. 77 sqq.]

cauponarum. Cur cauponas feminas elegerit Apuleius, summae est offensioni, quam Oud. coniectura *cauponum* tollere conatur. [Hoc tamen vocabulum tritius est, quam quod in Mss. possit commutari. Ego coniecerim vel *cauponariùm* cf. Gloss. Cyrill. *cauponarius καπηλός* Gloss. Gr. Lat. *καπηλός; cauponarius*, vel *cauponiorum*; cf. Plaut. Poen. V. 5. 19. quod adiectivum ut *cauponarius* naturam substantivi induit. De contracta Genitivi forma in *um*, qua nil Apuleio usitatius, ut *ariolùm, pastophorùm, inferùm, superùm* cf. ad Met. XI. p. 762.]

ultroque citroque. Oud. in utram partem inclinet, aperte non indicat. [Elegans est enim dicendi ratio, qua copula in tali verborum nexu omittitur. Sed multi inveniuntur loci, quibus additam eam videbis; cf. Cic. de Nat. D. II. 33. §. 84. ubi tamen Orell. *ultro citro* praefert Horat. Sat. 1. 1. 107. Cic. pro Rosc. Amer. 23. Caes. B. G. I. 42. Beier. ad Cic. de Off. I. 17. §. 56. et quos ibi laudat, Hand. Tursell. II. p. 88. et Ruhnk. Dict. ad Suet. p. 265.]

currens. Comperto itaque Hypatae, quae civitas cunctae Thessaliae antepollet, caseum recentem et sciti saporis admodum commodo pretio distrahi, festinus accucurri, id omne praestinaturus. Sed | , ut fieri assolet, sinistro pede 27
profectum me spes compendii frustrata est. Omne enim pridie Lupus negotiator magnarius coëmerat. Ergo igitur inefficaci celeritate fatigatus commodum vespera oriente, ad balneas processeram.

antepollet caseum recentem F. 1. L. *antepollere, caseus recens* P. *antepollet caseus recens* F. 3. *ypatae civitatis cunctae thessaliae antepollere caseum recentem et scit.* G. D. R. f. O. L. in quo a *s.* m. *quod hyp. quae civitas c. th. antepollet caseus esset recens et sciti sapor. adm. commodus pr. — commodus* B. ed. pr. Vicent. Iunt. 1. Venet. 2. 4. π. *esset caseus recentem* Aldin. cett. vett. edtt. *caseus recens — adcurri* Ms. Colv. O. — *ad omne* L. quod Scriver. et Brant. inepte ex usu particulae *ad* apud Afros frequenti defendunt. — *praedestinatur* p. *provectum* B. — *magnus* P. *magnanimus* f. — *inefficaci cel.* In marg. F. 3. ab eadem manu: *inefficaci itinere — admodum vesp.* B. quod Wow. et Sciopp. per *fere* explicant. [cf. Baumg. Cr. Clav. Suet. s. v. Herzog. ad Caes. B. G. V. 40. Graev. ad Iustin. XVII. 3.]

comperto. De hoc ablativi absol. usu cf. Dr. ad Sil. XIV. 97. [Kritz. ad Sall. Cat. XLI. p. 193. Intt. ad Caes. B. G. VII. 52. Walch. ad Tac. Agr. 10. et Emendatt. Liv. p. 207. Popp. Proleg. in Thucyd. I. p. 576. Günth. et Wachsm. Athen. Tom. I. fasc. I. p. 88.]

caseum recentem. Oud. lectionis discrepantiam ita conciliare studuit: *C. i. Hypatae (quae civ. c. T. antepollet) caseum recens et sciti sap:* ut *caseum* genere neutro usurpetur: quod ei ex seqq. verbis *id omne* eo magis persuadetur, cf. Barth. Adv. XXIV. 1. p. 1171. [cuius Ms., si ullum unquam habuit, *caseum recente ἀρχαικῶς*, uti dicit, ineptissime praebet. De duplici forma *caseus* et *caseum* cf. Non. p. 200. Merc. Voss. Arist. III. 36. p. 431. Förtsch. Ego, quum locus sit perturbatissimus, ut constans inde scripturae vestigium indagare nequeas, F. secutus et alios plurimos *caseum recentem* retineo. *Id omne* vero editores offendere non debebat, quum pronomina gen. neut. saepius ad praegressum masc. vel fem. gen. substantivum pertineat. cf. quae dicam ad Florid. II. p. 26. Dein propter diversam librorum lectionem verba *quae — antepollet* c. Oud. pro glossemate non habuerim, quum eadem urbs III. p. 193. splendidissima et unica Thessaliae civitas nominetur, unde licet id parum faciat ad casei commendationem, ratio tamen intelligitur, cur in hanc potissimum urbem talia venditum mitterentur, et magnarius negociator omnia coëmeret.

sciti saporis. [*scitum* est elegans, delicatus cf. Creuz. ad Cic. de Nat. D. I. 33. p. 152. Goer. ad Cic. de Fin. I. 14. p. 63. Gron. ad Plaut. Bacch. II. 2. 31. Apul. Apol. II. p. 545. *scitos amicos.* Gloss. Philox. *scitum εἰδήμων χαρίεις.* Gloss. Cyr. *εἰδήμων gnarus scitus sciens.* Onom. *scite ἐπισταμένως. scitamenta ἡδύσματα.* Lampr. Commod. c. 2. p. 478. Casaub., quem locum ita emendo: *Mulierculas formae scitioris ut prostibula, mancipia perficiens lupanaria in ludibrium pudicitiae contraxit* i. e. emtiones et venditiones perficiens lenonum, quae explicatio sequentibus verbis comprobatur *imitatus etiam propolas circumforaneos,* ubi cf. Casaub.]

magnarius cf. Cuiac. Obs. X. c. 19. August. de Civ. Dei. VII. 4. Turneb. Advers. XVII. c. 21.

ergo igitur [Amat Apuleius, adverbia eiusdem fere significationis ita copulare, ut maior vis in iis videatur inesse. *ergo itaque* Drak. ad Liv. I. 25. *ergo iccirco* Cic. pro Rosc. Am. 39. *quare ergo* Arntz. ad Plin. Pan. p. 31. *itaque ergo* cf. Hand. ad Tursell. II. p. 465. *illico statim* Met. IV. p. 241. *quamquam etsi* Apul. Apol. p. 561. *frustra nequidquam* Met. VIII. p. 553. *tandem denique* Met. IV. p. 288. *tum deinde* Arnob. V. 23. cf. Eckst. ad Arist. III. p. 1006. Rubnk. D. S. p. 10.]

Digitized by Google

CAPUT VI.

Ecce Socraten | contubernalem meum conspicio. Humi sedebat scissili 28
palliastro semiamictus, paene alius lurore ad miseram maciem deformatus, qualia solent fortunae deterrima stipes in triviis erogare. Hunc talem quamquam necessarium et summe cognitum |, tamen dubia mente propius accessi. 29
Hem, inquam, mi Socrates, quid istud? quae facies? quod flagitium? At vero domi tuae iam defletus et conclamatus es: liberis tuis tutores iuridici provincialis decreto dati: uxor persolutis feralibus officiis luctu et moerore diuturno

Socraten F. 3. G. *qui humi sed.* f. D. R. Wass. G. *scisili* F. 3. *lurore ac misera macie* P. B. et omnes ed. vett. praeter Iunt. 2. *pone alius lyrate ad m. m.* Colv. Ms. Lipsius coniecit *pernali lurore ac*; Heins.: *lemurali vel larvali os lurore.* Salmas. *miram maciem* [de qua commutatione cf. Burm. ad Ov. Am. II. 15. 14.] *deterrima stipes* F. 1. 3. [in 3. tamen marg. est ex eadem manu *determina stipes*] et omnes edd. vett. *deterima* G. D. *determina* B. *intrimiis* G. *agnitum* F. 1. et D. a m. s. P. B. *provinciales* F. 3. D. a p. m. *praesolutis* F. 3. R. p. P. G. D. B. L. et editt. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. male. *ferialibus* F. 3. G. D. P. W. *feralis* f. *funeralibus* M. *diuturno* F. 3. D. G. p. f. O. Coll. Voss. et editt. vett. praeter Iunt. 1. Ald. cf. ad Met. VIII. p. 506.

Cap. VI. *scissili palliastro.* [cf. Lucian. Dial. mort. I. c. 2. *γέρων, τριβώνιον ἔχων πολύθυρον.*]

maciem [refero ad pallorem potissimum et corporis tenuitatem, quae ex nimio congressu et pestilenti morbo venereo (cf. 35.) coorta erat. Burm. ad Anthol. II. p. 501. Priap. XXV. 7. *confectusque macerque pallidus.* De *lurore* cf. Cort. ad Lucan. V. 549. Voss. Etym. v. *lurcare*, ad Met. VIII. p. 574. Apol. p. 555.]

deterrima. [Lipsius coniecit *fortunae decermina* ex Festo p. 55: *decermina, quae decerpuntur purgandi caussa.* Quomodo tamen ad res vilissimas et abiectas possit referri non constat. cf. Doed. Syn. VI. p. 96. Oud. mavult *detrimina* a nominativo *detrimen*, quod eodem modo dictum putat, ut *fundamen* et *fundamentum*, *tentamen* et *tentamentum* alia. Iam Ferrar. Elect. I. c. 19. recte comprobaverat *deterrima*, quamquam *fortunae* mutavit in *fortuna*, ut ablativus sit quem dicunt qualitatis. Ego genitivum retineo et *deterrima fortunae* interpretor infimae notae et sordidae omnino condicionis genus hominum, quod stipes erogando miserrimam vitam trahit.]

cognitum [Hoc c. Oud. praeferri debet alteri scripturae *agnitum*, quae ex ingenio docti librarii profecta videtur esse, quippe cui notum esset, *cognoscere* de iis dici, qui primum nosci incipiunt, *agnoscere* vero, quos in memoriam nobis revocamus. cf. Dr. ad Liv. II. 40. §. 4. Non. Marc. s. v. *cognoscere*. Quamquam haec verborum differentia non ita accurate semper observatur, cf. Hotting. ad Cic. Ecl. p. 48. et Kritz. ad Sall. 47, 3. et quos excitat Forbig. ad Virg. Buc. IV. 60. p. 93. Quoties *agnoscere* et *cognoscere* a librariis commutentur, docuerunt Burm. ad Ovid. Met. X. 719. Heins. ad Met. II. 183. ut nisi sensus aperte flagitat, de utroque vocabulo ex auctoritate tantum Mss. diiudicemus.]

defletus et conclamatus es [de hoc more cf. Cort. ad Lucan. II. p. 23. Herald. ad Arnob. V. p. 305 sq. cf. infra Met. II. p. 156. Donat. ad Ter. Eun. II. 3. 56.]

iuridici provinc. decreto [Oud. conferri iubet Dig. I. tit. 20. de offic. iurid. lib. I. et II. Sed puto errasse Apuleium, qui suae regionis descriptionem ad Graeciam transtulerit. Ex Augusti enim instituto Aegyptus non a procuratore, sed a praefecto administrabatur, quippe Augustus huic provinciae propter situm, incolas atque opes omnium minime confideret. cf. fr. 2. Dig. I. 20. de off.

deformatâ, diffletis paene ad extremam captivitatem oculis suis, domus infortunium novarum nuptiarum gaudiis a suis sibi parentibus hilarare compellitur. At tu hic larvale simulacrum cum summo dedecore nostro viseris. Aristomene, inquit, nae tu fortunarum lubricas ambages et instabiles incursiones et reci-
[105] procas vicissitudines ignoras! Et cum dicto sutili centunculo | faciem suam
30 iam dudum punicantem prae pudore obtexit, ita ut ab umbilico pubetenus ce-

defletis D. et M. Aldin. et Paris. — *suis* deest a Ms. Barth. [cf. supra] *domus* F. 3. ab eadem manu *vel demum* habet — *infortunio* P. *gradus* B. pro *gaudiis*. — *sibi* deest a R. f. — *inlarare* F. 3. — *at tu hoc* f. Colv. — *vestro vis*. R. — *vixeris* Z. ex frequentissima litterarum *s* et *x* commutatione. cf. Dr. ad Liv. I. 23. §. 4. *Aristonome* f. R. *Aristomine* O. — *futili* B. G. D. a pr. m. *futuli* f. *sutuli* Vicent. — *centuculo* P. G. f. p. O. Vicent. [quod improbatur: ab *homo* enim fit *homunculus*, a *leno*, *lenunculus* Plaut. Poen. V. 5. 7. cf. Voss. de Anal. II. 29. p. 698 sq. Eckst.] *imbilico* O.

praef. aug. Huic praefecto subiecti erant iuridicus et rationalis; cf. Spart. Sev. 17. Walther. in libro: *Geschichte des röm. Rechts p.* 318. Alii putant hunc iuridicum Alexandriae tantum praefuisse urbi, prae ceteris seditiosae; cf. Ritter. ad Heinecc. Hist. Iur. I. 172. Grut. Inscriptt. 373, 4. Iuridicum, qui Graeciae praepositus fuerit, non invenio.]

persolutis [Si quis lectionem *praesolutis* defendat, intelligi tantum potest de exsequiis factis, priusquam uxor de morte viri certior erat facta.]

diffletis [quod Heins. Advers. p. 771. in *effletis* commutare non debebat, ex codd. auctoritate recepi, quamquam *deflere* fere eadem sententia dictum comprobari possit cf. Met. V. p. 332. Burm. ad Prop. I. 18, 16. p. 170. Santen. et Quinct. Decl. 16. *efflevit oculos.*]

suis sibi [Nihil est Apuleio hac formula, a comicis desumta, frequentius; cf. I. p. 29. 41. IV. p. 309. VI. p. 443. VII. p. 471. et p. 501. cett. Ita emendandum puto apud Dict. Cret. VI. 2. *mobile sua sibi natura*, ubi codd. *mobile suasu natura* habent. cf. Ruhnk. ad Ter. And. V. 8. 35. Schop. p. 209. Burm. ad Petron. c. 66. p. 430. *suus* enim de rebus dicitur, a natura nobis distributis vel quarum potestatem habemus.]

larvale simulacrum [Sic *macies larvalis* in Priap. XXXIII. ap. Burm. Anthol. II. p. 50. f. Plaut. Merc. V. 4. 20. ibiq. Taubm.]

Aristomene. [de hoc vocativo cf. Ochsn. ad Cic. Ecl. p. 388. ed. 3. Meerm. de dial. Aeol. §. XXX. p. 662. Schaef.]

fortunarum lubricas. Hunc pluralem, qui rarissime hac quidem significatione reperitur, defendunt loci Mart. Cap. I. §. 15. et Moser. ad Cic. Tusc. V. 39. p. 253. De sententia cf. quae cumulavit Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 88. p. 126 sq. Burm. ad Anthol. I. p. 557 sq.]

sutili. Futilis, quod Oud. non improbat, dictum esse putat de centone multis rimis patente, quia futile sit, quod contineri nequeat. cf. Intt. ad Phaedr. Tab. 74. [Mos. ad Cic. Tusc. IV. 17. §. 351.] Sed recte praefert *sutilem centonem* multis variisque pannis consartum et hinc vilissimum cf. Val. Flacc. VI. 81. quod Lucian. Dialog. Mort. 1. p. 332. exprimit *ταῖς ἐπιπτυχαῖς τῶν ῥακίων ποικίλον.*

faciem obtexit [*Faciem obtegere* est eorum, qui rubore per pudorem suffusi sunt, cf. Met. X. p. 684. *lacinia contegens faciem* de noverca, quae libidine privigni capta, sed omni pudore non exuta amorem illicitum ei revelat. Eodem modo ob subitam, crepe-ram et desperatam rem caput obvelabant veteres cf. Intt. ad Petron. VII. p. 46. Burm. Nec minus, qui ad adulterium meretricesve festinabant, ne ab obviis noscerentur, cf. Intt. ad Petron. VII. p. 43. 44. Apul. Met. X. p. 630. VIII. p. 537. Heins. ad Ovid. Art. Am. I. 754. Rup. ad Iuv. III. 170. Iuv. Sat. VI. 330.]

pubetenus [de hac iunctura, quae vicem abverbiorum sustinere videtur, accuratius egit Munk. ad Fulg. Myth. I. praef. p. 619. Stav., unde intelligi potest, Apuleium ceterosque Africanos ea

Digitized by Google

tera corporis renudaret. Nec denique perpessus ego tam miserum aerumnae spectaculum iniecta manu ut adsurgat enitor.

CAPUT VII.

At ille ut erat capite velato: Sine, sine, inquit, fruatur diutius tropaeo' Fortuna quod fixit ipsa. Effeci sequatur|: et simul unam e duabus laciniis 31
meis exuo eumque propere, vestio dicam an contego, et illico lavacro trado, quod unctui, quod tersui ipse praeministro: sordium enormem illuviem operose effrico, probe curato, ad hospitium lassus ipse fatigatum aegerrime sustinens perduco: lectulo refoveo, cibo satio, poculo mitigo, fabulis permulceo. Iam

corporis abest a L. R. f. *renudaret* F. 3. *enudaret* F. 1. D. R. f. B. et edd. vett. *nudarentur* G. P. 2. *redundaret* p. *scruptaculum* P. 2. *aerumna* ed. Vulc. 2. *innitor* L. Hinc Lipsius marg. adiecit *annitor*.

sine semel positum in O. et D. [in cuius marg. additum est] ed. Beroald. Bas. 1. *sine fine* p. *fruat* P. G. *quod si illa* L. *finxit* P. *ipsa* abest a G. P. O. D. π. *effeti* L. *effici* ed. pr. Ald. Venet. 2. coll. V. p. *effice* Iunt. 2. *sequatur* non comparet in D. *ex duabus* O. p. Vicent. Iunt. 1. Ald. *de duabus* π. *prope* G. f. [cf. ad Liv. IV. 17. §. 5.] *anne* O. e coll. Gron. p. et D. a m. s. edd. vett. praeter Iunt. 2. [quod Oud. non ita displicet, *ne* saepe in interrogationibus abundare dicenti cf. eum ad Suet. Aug. c. 69. [ibique Brem.] ad Lucan. VIII. 302. Matthiae ad Cic. pro leg. M. XIX. §. 57. Sed contra codd. nihil muto] *quod ante tersui* exulat a B. *quod tersui opus est* L. G. D. R. f. O. P. π. male cf. ad p. 27. *cursui* pro *tersui* ed. Vicent. ed. pr. *ipse* abest a f. *eluviem* Mss. omnes *eluiem* D. m. p. *operose* deest in R. Colv. et Vulc. *officio* pro *effrico* Venet. 4. *curato* F. 1. (ut a Modio notatum est, quod Lindenbrog. collatio non probat.) F. 3. G. P. L. B. p, et D. a m. s. et edd. vett. In ceteris *curatum*. *lapsus* L. π. D. a m. p. (cf. Cort. ad Lucan. I. 690.) *ipse* non est in D. nisi a m. s. *fatigatus* D. a m. p. *subsistens* D. a p. m. *perducto* π. i. e. totis viribus et aegre perduco; Oud. comparat Plaut. Most. III. 2. 170. *tam* Ald. f.

fuisse delectatos. Recte igitur ubique haec vocabula uno ductu conscribenda curavi. cf. Apul. Met. VIII. p. 580. *humerotenus* ctt. Ita apud Lact. Placid. Fab. LXIV. 1. p. 879. Stav. pro *tenus pube pubetenus* corrigo.]

renudaret [Oud. quum ex Apuleii locis VIII. p. 580. al. in more auctori fuisse hoc verbum sibi persuasisset, hic *renudaret* contra plurimorum codd. auctoritatem posuit. Ego veram scripturam ex F. 3. revocare non dubitavi. *Enudare* tamen ita defendi potest, quod omnes corporis partes ab umbilico ad pubem usque Socrates nudaverat.]

Cap. VII. *sine sine*. Hanc eiusdem vocabuli geminationem elegantem et per omnes scriptores obviam docet Oud. conferens Intt. ad Liv. II. c. 40. ad Caes. B. G. V. 44. Apul. Met. II. p. 160. 162. VI. p. 400. Florid. p. 29. [cf. Heins. ad Petron. c. 42. p. 257. Burm. Fronto de eloquent. p. 228. ed. Rom. *ipsi ipsi inquam*.]

effeci sequatur. [Elegantius abesse *ut* particulam post verbum *efficere*, pluribus non est quod demonstrem. De imperfecto tempore sequente praesentis coniunctivo cf. Kritz. ad Sall. Cat. XLI. p. 193.]

illuvie. Contra omnes Mss. hic *illuvie* c. Oud. lego, quoniam facilior erat haec depravatio in glossis quoque obvia. In Gloss. Gr. Lat. p. 500. *χαχόσμια*, cum Salm. ad Solin. p. 655. pro *eluvies* — *illuvies* scribendum est. [Eodem modo falso ibi legitur *χάχοσμος spurcus, elluatus* pro *illavatus* et in Gloss. Phil. p. 85. *elludies* — *ἀφόσια* emendandum est *illuvies* — *ἄλουσία*. *Illuvies* enim proprie *alluvies*, cf. Doed. Syn. II. p. 45. sqq., est inundatio aquae et sordes, quae inde adspersae sunt, *eluvies* vero est inundatio vel effusio aquae. cf. Gron. ad Liv. I. 4. Apul. Met. V. p. 372. VIII. p. 526. Ut nostro loco *sordium illuviem* ita Gell. II. 6. *squaloris* dixit *illuvies*.

curato i. e. postquam haec omnia bene curata essent, ut *cognito, percepto* cf. p. 30. Temere enim lectionem optt. codd. commutare nolui.

poculo mitigo. [Non placet illud

Digitized by Google

32 adlubentia proclivis est sermonis et ioci et scitum est cavillum: iam dicacitas tumida, cum ille imo de pectore cruciabilem suspiritum ducens, dextra saeviente frontem replaudens: Me miserum, inlit, qui dum voluptatem gladiatorii spe-

ad lubentia G. et edd. vett. *adlubentia* F. 1. 3. D. f. *a lubentia* B. *adlubentias* Bas. 1. *proclivus* B. L. *providius* O. *erat serm.* β. *est* deest in R. et aliis codd. nescio quibus teste Colv. *loci* G. P. D. [Burm. ad Quint. Inst. VI. 3. p. 527. Init. ad Liv. XXXVI. 14. §. 4.] *et scit. et c.* F. 3. G. D. (a m. p.) O. L. p. f. et Iunt. 2. ed. pr. In ceteris libris et edd. *scitum est cav.* *timida* F. 1. 3. G. D. R. f. p. π. L. In ceteris *timula*. *cruciabilem* G. *cruciabile iam* O. π. *cruciabile* R. f. p. *suspirium* G. O. π. R. f. p. B. et edd. vett. *serviente* Venet. 4. Paris. Ald. *suiente* p. a m. p. Oud. excitat. Heins. ad Ov. Met. II. 867. Iuv. XV. 52. Lucan. II. 24. Sil. Ital. II. 668. [de *servire* et *saevire* commutatis cf. ad Liv. II. 52. §. 7. c. 29. §. 9.] *fronte* P. *voluptate* p.

mitigare ad *poculum* positum, quia antecedit *cibo satio* et sequitur *fab. remulceo*, quod posterius eandem exprimeret sententiam. Fortasse hic legendum erit *irrigo* i. e. *madefacio*, quod bene respondet antecedenti *satio* et verbis p. 44. *vinolentia pertentatus Socrates*. Eadem est apud Petron. 4. p. 25. Burm. scripturae discrepantia, ubi nunc legitur: *ut studiosi iuvenes lectione severa mitigarentur*. Sed cum optimis codd. retinendum est: *irrigarentur*: animus enim eorum sapientia ut ager aqua perfunditur.]

adlubentia. Oud. hunc locum ita constituit: *iam ad lubentias proclivi sunt sermones et ioci*, quia sententiam verborum ex vulg. nec capi nec iungi posse *proclivis sermo* dicit. [Sed id ipsum in eius sententiam incidere videtur. Ioci enim ad lubentias proclives quales sunt?. *Lubentia* idem esse quod *gaudium, laetitia* ex Plaut. Stich. II. 1. 3. intelligitur. cf. Taubm ad Plaut. Pers. V. 1. 8. p. 1164. ubi nostra verba male: *iam ad lubentiam proclivis est ioci* excitantur. Anne vero ad aliud quid nisi ad hilaritatem ioci possunt esse proclives? *Adlubentia*, ut Isidori *adpetulantia*, pro simplici dictum est Apuleio et *gaudium* significat. Hilaritas igitur sermonis et ioci et scitum cavillum in promptu erant non ea quidem Socrati, sed ipsi Aristomeni, quibus animum Socratis exhilararet. *Ioci* enim est nominativus. cf. Met. II. p. 138. *Proclivis* vero absolute poni ut *prona libido* Met. III. p. 119., Oud. negare non debebat. cf. Phaedr. IV. 25. *proclivis ultro cum sit misericordia*. *Adlubescere* familiare est Apuleio cf. Met. II. p. 114. VII. 467. saepius.

tumida. [Bene coniecerat Oud. *tinnula*, quod saepius de vano verborum strepitu et garrulitate positum invenitur. cf. Plaut. Pseud. III. 2. 99. Cas. II. 3. 32. Ita Eurip. Cycl. v. 104. ἄνδρα κρόταλον dicit; τύμπανον φῦσαν cf. Iacobs. Anthol. T. II. P. I. p. 126. 127. *Cymbalum* orator dicitur Anthol. Burm. I. p. 428. Fronto de orator. p. 240. *sententiae tinnulae*. cf. Turneb. Advers. II c. 7. Barth. Adv. XXXIII. 5. p. 1512. Rup. ad Iuven. VI. 441. Orell. ad Arnob. IV. 16 p. 214. inprimis Osann. ad Apul. de Orthogr. p. 32 sq. Rectius fortasse ex Mss. legas *tumidae*. *Tumor* enim de sermonis vaniloquentia, de ventoso verborum strepitu usurpatur; cf. Petron. I p. 6. ubi item *verborum tumore* mecum corrigas. Fulg. Myth. Lib. I. praef. p. 608. *verbosas fabulas propter scholaribus rudimentis tumidas*. Aptissimus est Gell. locus I. 15. *importuni locutores nullo rerum pondere innixi verbis tumidis* [ita corr. pro *humidis*] *et lapsantibus difflunt*. Esse vero epulantium et vino madidorum, ut dicaces fiant et pompa verborum lasciviant, notissimum est. cf. Bulleng. de Conviv. prolus. ap. Graev. Thes. XII. p. 158. Munk. ad Alb. de Imag. 19. p. 926. Stav. *timidus* et *tumidus* saepissime confunduntur; cf. Dr. ad Sil. II. 626. ad Liv. II. 52. §. 1. Trill. Obser. I. 1.]

suspiritum ex Florentt. c. Oud. recepi; cf. Gron. et Drak. ad Liv. XXX. c. 15. [Per se enim *suspirium* et *suspiritus* probantur; cf. Ovid. Met. X. 402. *suspiria duxit ab imo pectore*. In eo tamen perverse Oud. agit, quod Met. V. p. 367. et VIII. p. 547. *suspiritus* ob-

Digitized by Google

ctaculi satis famigerabilis consector in has aerumnas incidi|. Nam, ut seis 33
optime, secundum quaestum Macedonia profectus, dum mense decimo ibidem attentus nummatior revertor modico prius quam Larissam accederem, per transitum spectaculum obiturus, in quadam avia et lacunosa convalli a | vastis- 34
simis latronibus obsessus atque omnibus privatus tandem evado, et utpote ultime affectus ad quandam cauponam Meroen anum sed admodum scitulam devorto: eique caussas et peregrinationis diuturnae et domuitionis anxiae et spolia-

gladiatorum Ald. *famigeralis* f. *secundo questu* φ. Z. *sed quaestum* D. [In marg. per glossam *secutus quaestum*.] *Macedoniam* G. P. R. Z. π. B. D. Venet. 2. Iunt. Ald. *Macedonici profectus* O. *de* pro *dum* f. *attentius Numantiam* P. *numantior* G. D. *revortor* G. D. O. ed. pr. Venet 2. Iunt. 1. Paris Ald. *obiecturus* D. a m. s. in marg. *et* ante *lac.* abest in D. *laciniosa* B. et F. 1. ut adnotat Modius, quod tamen Lindenb. coll. non comprobatur. *lacavosa* codd. Becich. *convallia* v. G. D. *caupam* Vulc. 2. *Maeoten* P. teste Elm. sed in excerptis Oud. erat *Meotim* pro *Meroen*. Pro *causas* Groslotius marg. adlevit *f. casus* *et* ante *peregr.* abest a f. *peregr.* *ducturnae* π. *axiae* π. non addito *domuit*. *sp. diuturnae* F. 1. 3. *duiternae* π. *dicinae* Venet. 2. Vicent. *anxiae* usque ad *miser* desunt p.

trudere vult textui, quum ab optimis libris hic *spiritus* praebeatur. *Suspiritus* legitur etiam Met. X. p. 682. VI. p. 441. Taubm. ad Plaut. Cist. I. 1. 58.]

replaudens [De loco cf. Heins. ad Ovid. Met. II. 867. De more impotenter indignantium frontem feriendi cf. Munk. ad Fulg. Mythol. I. prol. p. 615.]

voluptatem [*voluptas* de ludis publicis dicitur; cf. Isidor. Orig. XVIII. c. 16. §. 1. Apul. Met. IV. p. 267. et 270. al. Elm. ad Minuc. Fel. p. 19. ed. 1612 fol. d'Orv. ad Charit. VIII. c. 8. p. 649. ed. Lips.]

secundum quaestum Macedonia ex F. restitui. [Oud. unius Oxon. scripturam praeferens, *lucrum peregrinationis Macedonicae* explicat. Ego ita interpretor: Postquam largum quaestum feceram, ex Macedonia, ubi per novem menses versatus eram, decimo profectus nummatior in patriam revertor, sed per iter a latronibus obsessus divitiis meis spolior. Male agunt, qui *Macedoniam profectus* legunt, ut Taubm. ad Plaut Curc. II. 3. 60., quum nullum habeat sensum. Eadem ratione Fronto Arion. p. 223. ed. Rom. dicit: *Arion Corintho secundum quaestum profectus*, unde mea lectio luce clarius defenditur. *Secundum* enim est *post*.]

revertor ex optt. Mss. restitui. Cur autem Oud. *reverto* hic praetulisset, nisi Mss. adversati essent, quam formam classicis scriptoribus inusitatam nominat: coll. Dr. ad Liv. XLV. c. 28. ad Caes. B. G. VII. 5. Heins. ad Nep. Them. c. 5. Met. IX. p. 648. [Forbig. ad Lucret. praef. XVIII. et Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 771.] equidem non intelligo.

obiturus. Elm. in ind. s. v.: *obire* est *circumire* inspiciendae alicuius rei caussa. Tertull. de pudicit. 22. *omnia sanctus pro peccatoribus obiret*. [cf. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. XVI. 176. p. 95. ed. Fried. Cort. ad Lucan. VII. 565.]

lacunosa Colv. probat *laciniosa* ex Apul. Met. VI. p. 405. [ubi tamen *lacunis* legendum est] et Tertull. de Virg. Vel. IV, (ut recte legitur apud Hieronym. in Daniel. II, 22. *sermone luculentissimo* i. e. in diversissimas partes diffuso) et de flexuosa meatuumque plena convalli intelligit. [Melius defendi poterit scriptura ex Apul. Apol. p. 439. *sanitas expedita imbecillitas laciniosa est*. Tertull. adv. Marc. IV. 29. med. Sed cum Mss. optt., quibus Oud. assentitur, retineo *lacunosae*, quia in valles confluunt aquae et instar lacus stagnant. Ita sunt convalles rimosae et praeruptae. cf. Met. VI. p. 405. IX. p. 610. Ovid. Met. VIII. 334. Virg. Georg. I. 117. cf. Taubm. ad Plaut. Asin. III. 2. 41. et Voss. Etymol. s. v. *lacinia*.]

cauponam. Scaliger maluit *caupam*. *Caupona* enim testibus Gloss. Papiae manuscriptis et muliorem, quae vinum et esculenta venui habet, et tabernam ipsam significat. Prisc. VI. p. 684. Putsch. Gloss. *caupona καπηλίς*. Apul. Met. I. p. 37. *regina caupona*.

scitulam de calido hic aniculae amo-

Digitized by Google

tionis diurnae et cladis miserae refero; quae me satis quam humane tra-
35 ctare adorta coenae | gratae atque gratuitae ac mox urigine percita cu-
bili suo applicat. Et statim miser ut cum illa acquievi, ab unico congressu
36 damnosam ac pestilentem luem contraho. | et ipsas etiam lacinias, quas boni

diurnae aperio B. et ed. vett. praeter Iunt. 2. *dum misere* F. 1. 3. G. P. D. f. R. nisi quod F. 3. habet *miser* cum caeteris libris. *refero quae memini illa me satis* B. et F. 1. in excerptis Modii, a coll. Lindenbr. non probatum. *quem enim his quam h.* F. 3. *quae enim is quam h.* F. 1. *quae me satis quam* G. D. *π. q. ei is quam* p. *virgine* Bas. I. *uredine φ. prurigine* f. [Sed sunt glossae vocabuli *urigine*, quod de amore usurpatur vehementissimo Arnob. V. 44. ubi cf. Orell. Apul. Met. VIII. p. 586., ubi ita emendandum est.] *ut cum* F. 3. ab eadem manu *connexu* I.. f. et alii nescio qui codd. teste Colv. quod de venerea consuetudine dictum Oud. comprobat ex Mart. Cap. IX. §. 902. Kopp. Ovid. Met. IV. 184. Suet. Tib. c. 43. Ovid. Art. II. 484. *annosam* F. 1. 3. G. D. B. et fortasse omnes codd. et edd. vett. *annalem ac φ. damnosam* Vulcan. 2.. *pestem φ. atque pest.* D. *concontraho* F. 1. G. O. *cum contraho* F. 3. Lindenbrog in margine sagaciter coniecit *congressu anus noxam pestilentem contraho.*

re dici monet Grut. Susp. ex Plaut. Trin. Agr. c. 25.] qui ubique *adorsus* legen-

V. 42. [cf. Plaut. Merc. V. 4. 59. *inscitum arbitrabimur.* Meretrices enim eum, qui in rebus obscoenis experientiam nactus erat, *scitum* vel *scitulum* nominabant. Sic intelligo Arnob. V. 31. *scituli pusiones.* Ita quoque h. l. intellexerim, quum *forma scitior* anui minime apta sit, sed de libidinosa et viros diutissime experta Apuleius dicat.]

diurnae spoliationis et cladis miserae refero. [Omnes omnino codd. *aperio*, quod in nonnullis edd. post *diurnae* legitur, carent et totam loci difficultatem in verbis inesse *dum misere* apertissime intelligitur. Scaliger, qui veritati proxime accessit et substantivum in iis latere quoddam bene perspexit, *domitionis serae refero* coniecit, quod tamen propter praegressa minime probatur. Minus bene Oud. locum ita constituit: *diurnae dum misere refero, illa me satis;* displicet enim illud *misere* et omissio particulae *et*, quae in omnibus codd: reperitur. [Equidem ita corrigo: *diurnae et cladis miserae refero: quae me satis quam humane adorta,* ut *clades misera* referatur ad verba: *ultime affectus.* Vestigiis Mss. respondere coniecturam et cetera cum iis convenire videbis. De *satis* pro *valde* et *nimis* cf. Salm. ad Capitol. Ant. Phil. Tom. I. c. 24. p. 385. Cort. ad Lucan. VIII. 314. Orell. ad Arnob. III. 33. p. 163.]

adorta. Ita habent omnes codd., quibus invitis Oud. *adorsa* mutavit secutus Drak. ad Liv. Epit. XXXVI. [cf. XXXV. 51. §. 8. XLIII, 18. §. 7. Eckst. ad Tacit.

dum esse censet, ubi infinitivus addatur, quum contra Heins. ad Ovid. Trist. II. 92. Ep. ex Pont. II. 216. ubique *adorta* placeat. [Haec res videtur esse aliter diiudicanda. *Adorior* enim ex *ad* et *orior* eodem modo compositum est, ut ἐπιφύεσθαι Graecis, unde Gloss. Philox. *adortus* — ἐπιχειρήσας ἐπιφυείς et Gloss. Cyrill. φύομαι *orior adorior nascor* explicant. Ex analogia verborum *aggredior, adpugno* iungitur latine cum accusativo, graece vero cum dativo. Quid igitur impediat, quin infinitivum adsciscat, eo magis mirandum est, quod *aggredi* ita constructum nemini unquam erat offensioni. Ita male correxit Oud. locos Met. I. p. 79. V. p. 379. Florid. p. 38. p. 109.]

damnosam et pestilentem luem contraho. Varie emendarunt viri docti hunc locum difficillimum. Scip. Gent. in Symb. Crit. et Syll. Epist. II. p. 51. coniecit *anatem* ex Gloss. Philox. *anas γῆρας κατ' ὀργὴν τῶν θεῶν*, ut *ac* pro *et quidem* positum sit [cf. Beier. ad Cic. de off. I. 10. §. 33. Kritz. ad Sall. Cat. LI. p. 242. et LII. p. 280.] Ferrar. Ecl. 19. et Scalig.: *annosam s. anosam pestilentem* e Gloss. *Annosa s. Anosa θεογωλοσία ἢ θεῶν μῆνις*; Heins. Adv. p. 189. et ad Vell. II. 87.: *saniosam et pestilentem luem,* quum quodvis serpens latius malum *lues* dicatur cf. Lucan. I. 565. III. 680. Intt. ad Sil. XII. 385. Doed. Syn. II. p. 62. not. Oud. ipse coniecit infeliciter *en! noson pestilentem.* Barth. Adv. XXIII. 1. 1172. *vim ab uno cong.*

Digitized by

latrones contegendo mihi concesserant, in eam contuli: operulas etiam, quas adhuc vegetus saccariam faciens merebam, quoad me | ad istam faciem, quam 37
paulo ante vidisti, bona uxor et mala fortuna perduxit.

CAPUT VIII.

Pol quidem tu dignus, inquam, es extrema sustinere, si quid est tamen novissimo extremius, qui voluptatem Veneream et scortum scorteum Lari et liberis praetulisti. At ille digitum a pollice proximum ori suo admovens et in

oppellas φ. operculas ed. Stewech. *sacariam* P. ed. pr. Ald. *sicariam* B. *scatariam*, vel *sceta-riam* R. f. teste Oud. In excerptis Rosidi erat *secutariam*. *in rebus faciens* in Beeich. est codd. unde Oud. coniecit *oneribus*. *faciens* abest a R. f. *merebar* F. 1. *merebat π. moerebam* Iunt. 1. *quos* L. a m. p. O. F. 1. Bas. 2. *quoad* Bas. 1. et plures Mss. adnotante Colv. In ceteris *quod me*. *illam faciem* f. *uxor* abest ab O. et *π*.

inquam abest a G. P. D. (a m. p.) f. O. Z. L. *sustinere extrema* G. *et si* G. D. P. L. Z. f. O. *tam* Z. *tamen* non est in D. nisi a m. s. *extrem. novissima* vel *si quid est tamen et noviss.* Wass. *veneriam* Venet. 2. Iunt. 1. *scorteum* abest a G. D. a p. m. O. *π*. P. *apollicem* P. *appolice* G. *apollice* D. *promissum* pro *proximum π*. *amonens* ed. pr. *ammovens* P. *admonens* D. a m. p.

damnosam et XXXIII. 22. p. 1573. *annosam pestilentiam*. [*Anas* nullo modo potest defendi. Est enim morbus annum, qui ex nimia senectute contrahitur, fortasse quem aliter *aetatem decrepitam* dicimus. Ego ita locum constituo: *damnosam ac pestilentem luem contraho*. Illud enim *con* s. *cum* in Mss. F. et G. obvium tale quid suspicari nos cogit.]

operulas. Oud. exposuit merces parvas, quas meruerat opera et labore, s. portando onera et saccos [cf. Orell. ad Arnob. IV. 30. in Append. p. 50. Rarissima est deminutivi forma.]

saccariam faciens. *Sagariam*, quod nonnulli Intt. praeferunt, ideo Oud. improbat, quod Socrates per se exercere eam non potuerit, omnibus spoliatus et homo peregrinus, quamquam notissimum fuerit v. c. Romae sagariorum collegium. Fabr. Inscr. p. 34, 495. [Inscript. ap. Grut. 650. 1. Orell. Coll. Inscriptt. 4176. Bene enim habet lectio *saccaria* de gerulo, qui adhuc vegetus onera mercede conductus portabat. Ita Hygin. fab. c. 134. p. 237. Stav. *piraticam facere* legitur.]

quoad Oud. c. nonn. edd. in textu posuit, quum relativum *quod* nunquam *donec* possit significare, sed modo *in quantum, quantum fieri potest*, quo sensu saepius cum *quoad* commutetur [cf. Burm. ad Ovid. Heroid. VIII. 5. Dr. ad Liv. XXVI. 32. 6. XXXIX. 45. 7. Duk. in Miscell. Obs. Vol. VII. T. III. p. 437.]

uxor. [Hac voce male carent duo codd. *Uxor* enim de meretrice et de concubina, quibuscum consuetudo est adulteris, usurpatur; cf. Met. X. p. 721. Ita etiam *coniux* vocatur *amica* et *concubina* cf. Broukh. ad Tib. III. 2. 4. Virg. Ecl. VIII. 66. Aen. IV. 536. Wagn. ad Eleg. Mess. p. 47. *maritus* pro *amato*: Virg. Aen. IV. 536. Tibull. III. 4. 31. ut graece ἀνὴρ pro *adultero* Valken. ad Eur. Hipp. 490. Toup. ad Theocr. XV. 113. Schol. ad Soph. Trach. 431. Herm. Eodem modo *coniugium* de consuetudine amantium dicitur Tibull. III. 4. 73. Ovid. Met. VII. 69. Obbar. in Bibl. crit. a. 1825. III. p. 290.]

Cap. VIII. *scortum scorteum*. [Exprimit Apuleius anum vietam et deformem, quae instar erat corii; cf. Varr. de L. L. VII. §. 84. Müll. Gell. III. 3. §. 6. Fest. p. 258. Lindem. *Scraptae* et *scrupipedae* nominantur. cf. Müller. ad Varr. VII. §. 65. p. 145.]

digitus a pollice pr. [Est digitus index. cf. Quint. Inst. Or. XI. 3. §. 101. Plin. H. N. 33. c. 1. Alexand. ab Alex. Gen. D. IV. 26. De more eorum, qui digito salutari os prementes sibi alterive silentium indicabant cf. Spon. in Misc. Erud. Ant. Sec. I. Art. V. tab.

Digitized by Google

stuporem attonitus: Tace, tace, inquit, et circumspiciens tutamenta sermonis: Parce, inquit, in feminam divinam, ne quam tibi lingua intemperante noxam contrahas. Ain tandem? inquam; potens illa et regina caupona quid mulieris
[106] est? Saga, inquit, et divina, potens coelum deponere, terram suspendere, fon-
39 tes durare, montes diluere, Manes | sublimare, Deos infimare, sidera extinguere, Tartarum ipsum illuminare. Oro te, inquam, aulaeum tragicum dimoveto, et siparium scenicum complicato et cedo verbis communibus. Vis, inquit, unum vel alterum immo plurima eius audire facta? Nam ut se ament efflictim non modo incolae, verum etiam Indi vel Aethiopes utrique vel ipsi Antichthones, folia sunt artis et nugae merae. Sed quod in conspectu plurium perpetravit, audi.

attonitus St tace coniecit Burm. ad Catull. p. 630. [cf. Varro LL. V. §. 57. Müll. ubi Scaliger *St* emendat.] *nequirquam t.* O. *intemperate* L. *antandem* L. *anant* O. G. D. a m. p. f. P. cf. Dr. ad Liv. X. 25. *et illa* D. a m. p. *divini potens* F. 3. G. D. et edd. vett. *littora susp. f. et terram* p. *diffluere* p. Lipsius marg. cod. adlevit *diruere. infirmare* F. 1. p. G. D. f. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. *tart. impium ill.* R. f. *oro et oro te* D. a m. p. et p. *oro te inquam oro te inquam* in marg. cod. D. adnotatum est a m. s., ut habent Iunt. 1. Ald. Venet. 2. 4. Par. *oro te inquam et oro te inquam* ed. pr. *inquit* D. a m. p. pro *inquam. aulicum* O. *amoveto* L. D. a m. s. *amoto* π. f. *velatum* pro *vel alterum* D. *ut* abest a B. *eurim* pro *ament* f. *afflictim* G. P. *affatim* D. a m. p. *efficti* Venet. 4. et Bas. 1. *ediopes* G. *etyopes* D. *Antiochones* ed. pr. Vicent. *Anthyothones* L. *anthythones* G. *antistenes* D. *aras* pro *artis*. F. 1. alius *artis. meroe* D. m. s. *conspectum* G. D. P. *audi audi* D. m. p. (a m. s. *audit.*)

30. ap. Graev. Thes. Suppl. IV. p. 682. Burm. ad Anthol. I. p. 630. Rup. ad Iuven. I. 160. Kopp. ad Mart. Cap. I. §. 90. p. 129. Echtermeier. in Progr. *Proben aus einer Abhandlung über N men und symb. Bedeut. der Finger bei den Rom. u. Gr.* p. 16 sq.]

attonitus in stuporem [cf. Cort. ad Lucan. V. 476. Haud. Turnell. III. p. 316.

ain tandem [cf. Mos. ad Tusc. I. 17.] p. 132. Met. VII. p. 495.]

saga [hic de muliere venefica intelligo cf. Gloss. *saga φοιβάς*, nec de lena et meretrice, ut Scalig. voluit, quamquam scio hanc notionem vocabulo subesse, quia utraque arte utebantur aniculae, ut magicis cantationibus prurientem libidinem suscitarent; cf. Broukh. ad Tibull. I. 2. 42. Lohm. de lustratt. c. XIII. p. 119 sq. ed. Utr. an. 1781. *divina* est fatidica, divinatrix; cf. Burm. ad Petron. 7. p. 43. Munk. ad Hygin. fab. CXVIII. p. 210. Stav. Orell. ad Arnob. III. 20. p. 140. Unum verbum esse *diuinipotens* putavit Stewech. ad Arn. III. p. 39. ed. Lugd., qui *flammipotens* et *ignipotens* comparat. Sed tum non video unde infinitivi dependeant; cf. Burm. ad Prop. II. 4. 28. p. 247.]

coelum deponere [Ita *coelum trahere* dicitur, Senec. Med. 674. ubi cf. Baden. *coelum deponere* est solem, lunam ceteraque omnia sidera coelo devocare; Voss. ad Virg. Ecl. VIII. 69. Heins. ad Ovid. Heroid. VI. 88. Diss. ad Tibull. p. 44.]

fontes durare [cf. Prop. I. 1. 20. Virg. Aen. IV. 489.]

Manes sublimare [cf. Intt. ad Virg. Ecl. VIII. 98. Schol. ad Stat. Theb. III. 140. Burm. ad Prop. I. 1. 23. p. 17. Forbig. ad Virg. Aen. Tom. II. p. 278.]

deos infimare [Lectio nonn. codd. *infirmare* propter praegressum *sublimare* nullo modo potest comprobari. De commutatione verbb. cf. Dr. ad Liv. IV. 59. §. 6. X. 6. §. 4. Ita apud Arnob. II. 16, ubi in seqq. *vultis homines suum spiritum supercilumque deponere* legendum est, Ursinus male coniecit *infimioribus* pro *infirmioribus*. Melius tamen apud Fronton. de eloquent. p. 232. ita corrigitur: *ornandi conciliandi, infimandi laxandi.* Quamquam *infimare*, si lexicis fides est, apud solum Apuleium invenitur, analogiae tamen non repugnat; cf. Lobeck. ad Aiac. p. 258. ed. nov. De sensu cf. Cort. ad Lucan. VI. 493.]

aulaeum dimov. cf. infr. ad Met. X. p. 735.

Antichthones [cf. Turneb. Advers. XX. 11. Fragm. incerti script. post Censorin. c. 2. *Antipodes infra sunt. Quod ut posse videatur, efficiunt flexus obliquitatesque terrarum. Antichthones idem Antoecoe nominantur.*

CAPUT IX.

Amatorem suum, quod vi aliam temerasset|, unico verbo mutavit in fe- 39
ram castorem, quod ea bestia captivitatis metuens ab insequentibus se praecisione genitalium liberat, ut illi quoque simile, quod Venerem habuit in aliam,

in aliam omnes Mss. praeter F. 3. qui *ni aliam* praebet. D. habet *in ai aliam themer.* — *in* abest ab ed. Pric. *captivitati* F. 3. O. P. Θ. p. π. D. edd. vett. praeter Iunt. 2. et ed. pr. *capticari* L. f. R. *et ab inseq.* p. *ab inseq. se* F. 3. et G. In cett. est *se ab ins.* *expraecios* D. a m. p. sed a m. s. *reprae-sione*, quod legitur in R. p. L. O. π. ed. pr. *praescissione* f. *se* abest a R. *liberatur* G. D. a m. p. p. R. *liberavit* O. Vulc. 2. *in alin* P.

Sed male agunt qui *Antichthones* et *Antipodes* eosdem esse praescribunt ut Serv. ad Virg. G. I. 235. Aen. VI. 532. *Antipodes* enim nominantur, qui diversum hemisphaerium incolunt, *Antichthones* autem, qui ad perpendiculum sub aliis sunt. Accuratissime de iis egit Ioann. Nunnes. in Miscell. Observ. Vol. VII. Tom. II. p. 163 sq.]

folia sunt artis [*folium* de re levissima et facili negotio movenda dici, proverbium docet Cic. ad Att. VIII. 5. *pluma et folio facilius moveri.* Taubm. ad Plaut. Menech. II. 3. 24. Vulcan. ad Gloss. Lat. Gr. p. 12. ad vocem *apinae.* Aristoph. Ran. 93. ibique Schol. Lipsius coniecerat Epist. Quaest. II. epist. 22. *farfari sunt artis*, de quo voc. cf. Taubm. ad Plaut. Poenul. II. 31. et Rost. Opuscul. Plaut. p. 228.]

Cap. IX. *vi aliam.* Oud. bene restituit *vi temerasset* non solum propter genuinam vocabuli constructionem, sed verborum quoque sententiam, quoniam punitus est a saga amator, quippe qui puellam invitam violasset. *vis* enim dici de stupro notissimum est. De confusione vocabulorum *in* et *vi* cf. Oud. ad Caes. I. B. C. 39. Drak. ad Liv. III. 20. §. 67. et quos Haud. Turs. III. p. 356. excitat. [*temerare*, quod Gloss. Vulc. καταισχύνω explicant, est *adulterio polluere.* Elmenh. in ind. comparat. Ovid. Met. II. 592. Stat. Theb. IX. 613. XI. 12. Ambros. epist. 65. *alienae pudi citiae temerator.* Praeterea cf. Tac. Ann. I. c. 53. Heins. ad Ovid. Am. I. 8. 19. Burm. ad Anthol. Tom. II. p. 674. et Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. V. 101. p. 37. Fried.]

feram castorem. Feram N. Heins. ad Ovid. Am. I. 8. 19. pro glossemate habet, et Oud. ipse de hoc voc. dubitat, qui *ferum* scribi malit, si quidem castor *ferus* possit nominari. [Sed castor, qui in se ipsum saevit testiculos ut fabula fert excidens, bene potuit dici *ferus.* Alia feritatis indicia docet Plin. Hist. N. VIII. 30. 47. Femininum vero Apuleius pro more praetulit, ut infra videbimus ad Met. VII. p. 493.]

captivitatis metuens. Solum id dici posse neque vero *captivitati*, quod plurimi codd. praebent, egregie demonstravit Oud. *Metuere* enim *captivitati* est metuere, ut capiatur, *metuere* vero *aliquid* et *metuentem esse alicuius rei* de eo dicitur, qui veretur inimicum, vel quod novit sibi noxium. cf. Oud. ad Suet. Vitell. c. 15. Virg. Aen. V. 716. Oud. et infra ad Apul. Met. VIII. p. 551. [Heins. ad Ovid. Met. I. 323. Iuven. VII. 210. Voss. in Etym. s. v. probat *captivari.*]

praecis. genit. [cf. Tertull. adv. Marc. 1. 1. *quis tam castrator carnis castor, quam qui nuptias abstulit.* Isidor. Orig. XII. 2. 21. Rup. ad Iuv. XII. 34. Plum. ad Pers. Satir. p. 443 sq. Intt. ad Virg. G. I. 59.]

Venerem habuit in aliam. Comparat Oud. *ardere in aliquam, commoveri in aliquam* et Heins. ad Virg. Aen. VII. 623. Arnob. IV. p. 135. Elm. et Solin. c. 22. excitat, q. l. legitur: *in quamcunque commotus sit*, ubi tamen in *quacunque* c. Mss. retineo, quia rectius videtur. [*Ardere* enim et similia cum Ablat. et Accusat. iunguntur; cf. Ovid. Heroid. IV. 99. Met. VIII. 50. Discrimen, quod

Digitized by Google

proveniret. Cauponem quoque vicinum atque ob id aemulum deformavit in ranam, et nunc senex ille dolium innatans vini sui adventores pristinos in faece submissus officiosis ronchis raucus appellat. Alium de foro, quod adversus eam locutus esset, in arietem deformavit: et nunc aries ille causas agit. Eadem amatoris sui uxorem, quod in eam dicacule probrum dixerat, | iam in sarcinam praegnationis obsepto utero et repigrato foetu perpetua praegnatione damnavit. Et, ut cuncti numerant, iam octo annorum onere misella illa velut elephantum paritura distenditur.

perveniret f. *reformavit* D. a m. p. *immnam* pro *in ranam* G. *tunc sen.* B. *adrectores* marg. O. *adcenatores* f. *in* ante *faece* abest a B. *officiosis ronchis* non comparent in G. P. D. a m. p. L. f. et in O. abest *ronchis*. F. 3. habet *rontis*, edd. vett. *roncis*. *quidem*, quod ante *de foro* legitur in nonn. libris, abest a F. 3. G. D. B. f. unde Burm. coniecit *quemdam*. *causas quatit* Vnic. 2. Sic graculus parieti palos infigit vulgo apud Aristoph. Vesp. 192. sed cf. Bergl. Epist. ad La Croze. Tom. I. p. 64. Auct. de Corr. Eloq. c. 15. cf. Intt. ad Sil. IV. 7. Lipsius marg. adlevit *causam agit*. *dimcule* G. *dicaculum* R. *in ea didaculum* supra scripto *e*. habet f. *dicaclem* p. *sarcina* F. 3. G. P. D. L. f. *obseno* D. a m. p. G. *obseto* ed. pr. *obsecto* Venet. 2. et Vicent. *abaceno* P. *obsceno* L. π. *obstino* f. *repignato* F. 1. 3. *repugnato* D. in marg. a m. s. O. et edd. vett. praeter Ald. et Iunt. 2. *repigro* L. *ut* abest ab Venet 4. *sciunt numerantia* G. D. P. L. O. π. *sentiunt* non addito *numerant* B. *numerant iam* F. 3. p. Iunt. 2. *numerant* non addito *iam* ceteri codd et edd. *opto* D. *onera* Iunt. Ald.

inter utramque iungendi rationem intercedere videtur, cum Heins. ad Virg. Aen. VII. 623. et Burm. Anthol. II. p. 122. non ita proposuerim, ut *ardere in aliquo* dicatur de amore, *in aliquid* de rebus aliis, quarum cupiditate flagramus, sed potius ut ablativus maiorem indicet cupiditatis gradum et de eo ponatur, qui in quadam persona vel re quasi habitat et totus ab ea possidetur. cf. Hand. Tursell. III. p. 268. qui eadem docet. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. IV. 99. p. 30. Fried. Burm. ad Prop. I. 13. 7. Bach. ad Ovid. Met. IV. 234. Heintl. ad Hor. Sat. I. 2. 49. Wagn. ad Virg. Ecl. VIII. 83. Peerlk. ad Horat. p. 116. Ita dicitur *facere in aliquo* et *in aliquem* plane diversa sententia, de quo dicam ad Met. III. p. 197. Sic *ardentem in proelia* pro *audentem* sine ullo dubio legendum est apud Virg. Aen. II. 347.]

[*fece* scriptum est in ed. Oud., Ruhnk. puto auctoritate. *Faex* scribendum esse non solum Priscian. II. p. 63. Krehl. et Apul. de Diphthong. c. 17. p. 137. Osann. testantur, sed ex monumentis intelligitur; cf. Dronk. ad Tac. Orat. 32. Osann. ad Apul. l. d.]

in sarcinam praefert Oud. Uterus enim non obsepitur sarcina praegnationis sed quia obseptus est, onus crescit in dies in maiorem sarcinam, cui explicationi assentior. [Heins. ad Met. I. 69. excitat *sarcina obsepto utero. sarcina* de infantulo quem mater in utero gerit dicitur. cf. Arn. III. 10. *intestini ponderis morositate cunctari*, ubi male *morositatem* explicant de molestia graviditatis, vel quod gravidas praegnatio morosas facit, sed quamquam novo sensu, tamen de diutina mora, ne parturire gravidae possint intelligendum est. Ibid. IV. 26. *genetricum pondera*. Tertull. ad uxor. I. c. 5. *uteri sarcina*. Apul. Met. X. p. 722. *sarcina praegnationis oneratam*.]

repigrato bene restituit Oud. pro *repugnato*. Ita Mart. Capell. I. p. 35. p. 78. ubi cf. Kopp., dixit *repigratus foetibus*. [*Repigrare foetum* enim idem est, quod *retardare, impedire* cf. Firmic. VI. c. 31. §. 107. *nam intra matris viscera impedito partu: ἐποχὴ τοκετῶν*, ut dicit Maneth. II. 290. D'Orv. ad Charit. IV. c. 1. p. 417. Modius in margine *repigrare* intelligit de frigore. Ut enim frigus membra torpore afficit, ita foetus in utero obtorpuit; cf. Bach. ad Ovid. Met. II. 763.]

[*damnare praegnatione* cf. quae huius locutionis exempla profert Barth. Advers. XVII. 15. p. 880.]

ut cuncti numerant. [*Sciunt* quod in multis codd. legitur, glossa videtur esse sequentis *numerant*, cui prave adhaesit particula *iam* in cod. F. 3. obvia, unde monstrum illud oriebatur lectionis *numerantia*. Oud. acute coniecit, *sciunt tuberante ... onere* Gloss. *tubero φυματόω*.]

elephantum parit. Elephantos perpe-

C A P U T X.

Quae cum subinde, ut multi, noceretur |, publicitus indignatio percre- 41
bruit statutumque est, ut in eam die altera severissime saxorum iaculationibus vindicaretur: quod consilium virtutibus cautionum antevortit. Et ut illa Medea, unius dieculae a Creonte impetratis induciis, totam eius domum filiamque cum ipso sene flammis coronalibus deusserat; sic haec devotionibus sepulcralibus in scrobem procuratis, ut mihi temulenta narravit proxime, cunctos in

quam cum L. *quae cum subinde ac multi nocerentur* omnes Mss. et edd. vett. praeter D. qui habet *quaenam subinde multi n.* et B. *a multis n.* et Iunt. 2. *a multis notarentur. percrebruit* Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 4. In codd. est *percrebuit. que* post *statutum* exulat a Vulc. 2. et in Lind. de *V.* 1. nihil adnotatum video et D. a m. p. *statutumque nit* G. *saecissime* P. *iaculatoribus* D. a m. p. *iaculationis* Elm. ed. vitiose. *iudicaretur* P. et G. *antevertit* edd. vett. praeter Iunt. 2. *Moedea* Vicent. *Acreonem* L. a *Creone* G. D. P. O. p. f. Venet. 4. *eius* inde ab ed. Elm. excidit. *totam ei d. π. cum suo sene* p. *decxerat* D. *denerat* L. *ut inde t.* B. *proxime cunctos* desunt in f. R. *prox. me cunctus* B. *cunctos ut in s.* Iunt. 1. 2. Ald.

tuos decem annos esse gravidas intelligitur ex Plin. VIII, 10. et Arist. de Hist. Anim. V. 14. [nisi ad circuitum malis referre, qui utero gravidae elephanti erat similis.]

Cap. X. *ut multi, noceretur.*] Difficillimus locus multis coniecturis tentatus est. Sciopp: *cum subinde ac multa noceretur* vel *quae perinde ac multi noceretur*, Halmiton: *a multis noscerentur.* Ego lego *ut multi, noceretur.* Primum legebatur, *ut* in Mss., quod in *at* depravatum corruptelae *ac* ansam praebuit, quo mutato ut *noceretur* in *nocerentur* abiret necessarium erat. *Nocere* c. Acc. iunctum docet Oud., qui Salm. ad Spart. Hadr. c. 20. Sciopp. Susp. L. IV. 6. Heins. ad Petr. c. 46. Keuchen. ad Seren. Samm. c. 46. et Dr. ad Liv. III. 55. excitat. *nocere* de re magica legitur Ovid. Met. X. 398. [cf. Oud. in Misc. Obs. Vol. IX. Tom. II. p. 219.]

percrebruit. Hanc formam probat Oud. excitans se ad Caes. B. C. III. 26. ad Suet. Caes. 79. [cui addas eund. ad Front. II. 1. 15. Arntz. ad Aur. Vict. Epit. c. 9. Wagn. ad Virg. G. I. 359. Alterius formae *percrebuit* iam diu explosae patronus extitit Heind. ad Hor. Sat. II. 5. 93.]

saxorum iacul. [Errant viri docti, qui a iudicibus hanc poenam constitutam esse contendunt, quae Romanis, Graecis et Hebraeis (cf. Meurs. ad Lycophr. p. 182.) fuerit usitatissima. Apud Romanos enim nullus potest afferri locus, eo modo ex legibus esse actum, apud Graecos tantum inter Macedones. Tertullianus enim adv. Marc. IV. c. 39. disertis verbis lapidationem popularibus coetibus et inermi tumultui familiarem nominat. Etiam inter Graecos a populo tantum tumultuante lapidationem decretam et per consensum exercitam esse, demonstrant loci quos affert Wachsmuth. in libro: *Hellen. Alterth.* Tom. I. P. 1. p. 92. n. 35.]

ut illa Medea. De hac fabula cf. Hygin. fab. 25. ibiq. Stav. p. 74.

Creonte. [Altera quae in Mss. legitur ablativi forma non ita est improbabilis, ut si F. addicerent Mss., ego lubenter eam reciperem. Ita apud Plin. V. 31. legitur *mons Lesbi Creonem*, et *Phaenon* stella latine declinatur *Phaenonis.* cf. Oud. ad Front. IV. 7. § 45.]

coronalib. flammis. [Ex fabula corona erat aurea ex venenis facta, quae Creüsae Medea dono dedit. Ovid. lb. 606. Secundum Horat. Epod. V. 65. palla erat veneno tincta, quo loco tamen videas Schol. Utrumque coniunxit Senec. Med. 570. Ex aliorum testimonio scriniolum fuit, cui abditus erat ignis extinctus.]

in scrobem procuratis. Morem veterum diis infernalibus effossa terra sacrificandi exponit Elm. ex Festo s. v. *altaria* p. 24. Liud. Hor. Epod. V. 32. Heliod. Aethiop. VI. p. 292. [cui addas Wow.

Digitized by Google

suis sibi domibus tanta numinum violentia clausit, ut toto biduo non claustra
42 perfringi|, non fores evelli, non denique parietes ipsi quiverint perforari, quoad mutua hortatione consone clamitarent, quam sanctissime deierantes, sese neque ei manus admolituros, et si quis aliud cogitarit, salutare laturos subsidium. Et sic illa propitiata totam civitatem absolvit. At vero coetus illius auctorem nocte intempesta cum tota domo, id est parietibus et ipso solo et omni fundamento, ut erat clausa, ad centesimum lapidem in aliam civitatem summo vertice montis ex-
[107] asperati sitam et ob id ad aquas sterilem transtulit. Et quoniam densa inhabitan-
43 tium | aedificia locum novo hospiti non dabant, ante portam proiecta domo discessit.

tussit pro *in suis* p. *tacita* G. B. P. R. O. L. *f. Z.* D. a m. s. In ceteris libris *tanta* [de qua verborum commutatione cf. Heins. ad Ovid. Met. V. 195. ad Val. Flacc. IV. 201. Miscell Obss. Vol. V. T. 2. p. 213.] *numinum* omnes codd. quod primus Vulcan. in *cantionum* mutavit. *evelli* abest a Venet. 4. et Paris. *quiecerunt* D. a m. p. *perquierint* P. *perquirerint* G. *quierunt* Vulc. 2. quod mutare omisit Lindenb. in collat. *perforarari* G. *cohortatione* O. et ita videtur fuisse in G.: nam litora nunc inter verba *mutua* et *hort.* est. *admolituras* et *laturas* f. *quis* F. 3. G. P. D. O. f. In cett. *qui*. *cogitarit* F. 3. G. R. L. O. f. *cogitarint* B. et omnes edd. vett. *cogitaret* P. *cogitant* D. a m. p. (in marg. *cogitarint*) *agitarint* F. 1. [de hac verb. permutatione cf. Intt. ad Prop. I. 1. 17.] *et sic* F. 3. p. et omnes edd. vett. ante Colv. *actorem* R. cf. de Deo S. p. 117. *exasperata sita* p. *exqperti* D. a m. p. *situm* p. *ad quas* D. a m. p. *ab aquis* in Vulc. 2. primum comparet sed a Lind. in collat. non est emendatum. *steriles* B. *dempsa* P. *hominum habitantium* f. *an. part.* L. *discedit* p. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 2.

ad Petron. c. 135. p. 831 sqq. Bach. ad Ovid. Met. VII. 243. Hartung. in libro: *Relig. d. Röm.* I. p. 163. Apul. Apol. p. 466]

tanta violentia. Hoc sensu per se probabili ex codd. optimis praetuli. *Tacita* voce Oud. coecam et occultam magiae vim indicari dicit, qua ipsos Deos anus violenter torqueat, ut suae voluntati obediant idque perficiant, ad quod numina clandestino coegit; compp. Lucan. VI. 492 sqq. Cort. ad Val. Flacc. III. 432. Apul. Met. III. p. 207. *caeca numinum coactorum violentia.* Sed *tacitus* hoc significare mihi non videtur. [De re cf. Sagittar. de Ianuis c. 35. apud Graev. in Thes. Antiq. Tom. VI. p. 537.]

parietes perforari [i. e. *perfringi, destrui.* Ita lego apud Placid. Gloss. p 462. Mai. pro *feriatum—perfractum: foratum* vel *feritum*, quod Charis. probat. III. p. 222.]

si quis aliud cogitarit. Si quis aliud ex F. 3. aliisque recepi, de quo supra dictum est. *Agitarit* nisi oppt. codd. comprobaretur, c. Oud. pro glossemate vocis *cogitarit* lubenter habuerim, quum de conciliis clandestinis saepius dicatur. cf. Drak. ad Liv. XXV. c. 36. Oud. ad B. Hisp. 25. et Apul. Met. VII. p. 452. Et ita apud Cic. Tuscul. IV. 15. sine dubio legendum est: *agitantur perturbationis* quum *concitantur* propter sequens *concitati* displiceat.

id est parietibus. Wower. et Elm. haec verba pro glossemate habent, quae Oud. recte defendit cui *parietibus* suspectum erat, quum haec tria *domus*, *solum*, *fundamentum* satis differant. [Sed equidem puto haec tria *parietes*, *solum* et *fundamentum* ad domum omnino pertinere, cuius singulas partes omnes saga funditus evertit, ita ut iis fiat gradatio. *Id est* interpretamenti caussa additum esse Oud. comprobat ex Apul. Met. XI. p. 775. Florid. p. 68. 74. de Deo S. p. 138. de Dogm. Plat. II. p. 235. Quamquam non negandum est, talia saepius a librariis esse intrusa, cf. Burm. et Oud. ad Suet. Aug. 32. 88. 97. Cic. de Inv. II. 33. Beier. ad Cic. Lael. 26, 18. 156. Eckst. ad Tac. Dial. de Orat. c. 9. p. 259. et in ind. s. v. Sed quid in his glossematis sibi sumserint interpretes, notissimum est. Wower. inprimis plurimus est in iis eiiciendis, ut ubi *id est*, *hoc est* alia invenerit, statim omnia suo loco turbet. Hoc monendum est in edit. Arnobii, Apulei, Minuc. Felic. (cf. c. 25. §. 3. p. 154.) et Firmici de prof. relig., cuius plurimi loci sunt restituendi p. 3. *quae mysteria vocant.* p. 13. *id est Proserpinam* p. 6. *id est aerem* p. 25. *id est in revelatione* edit. Lugd. Bat. 1652.]

[*solo et fundamento* cf. Doed. Syn. V. p. 35.]

Digitized by Google

CAPUT XI.

Mira, inquam, nec minus saeva, mi Socrates, memoras. Denique mihi quoque non parvam incussisti sollicitudinem immo vero formidinem, iniecto non scrupulo sed lancea, ne quo numinis ministerio similiter usa sermones istos nostros anus illa cognoscat. Itaque maturius quieti nos reponamus et somno levata lassitudine noctis antelucio aufugiamus istinc quam pote longissime. Haec adhuc | me suadente, insolita vinolentia ac diuturna fatigatione pertentatus bonus Socrates iam sopitus stertebat altius. Ego vero adducta fore pes- 44
sulisque firmatis, grabatulo etiam pone cardines supposito et probe aggesto, super eum me recipio. Ac primum prae metu aliquantisper vigilo, dein circa tertiam ferme vigiliam paululum conniveo. Commodum quieveram et repente impulsu maiore, quam ut latrones crederes, ianuae reserantur, immo vero

namque pro *inquam* D. a m. p. *scaeva* M. *vir Socr. f.* *denique* abest a D. a p. m. *quoque* exulat a f. et P. *nunc* pro *non* π. *ne quo* abest a D. a p. m. *iniquo* pro *ne quo* Bas. 2. et Lugd. *minus pro numinis* R. *mysterio* Bas. 1. *simul usa* p. *uso* G. *antelucio* R. f. *ante lucios* G. P. *ante lucem* in D. videtur fuisse a p. m. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *nocte ante lucem* coniecit Grosl. *quam puta* F. 3. L. P. G. D. O. π. f. (a m. s. sed a m. p. *pute quam putas* p. et edd. ante Colv. *violentia* G. P. O. f. L. *diuturna* F. 1. G. D. O. P. f. p. et omnes edd. vett. In ceteris est *diurna*. *percunctatus bon.* f. *sopitus iam* edd. inde ab Elm. *aducta* D. a m. p. (*abducta* a m. s.) Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *forte* p. *cardine* F. 3. L. B. O. f. ed. pr. et Vicent. *cardinem* P. p. D. G. Venet. 4. et Bas. *adiecto* B. *aiecto* D. a m. p. (*adgesto* a m. s.) *adiesto* P. *ac congesto* cf. *oggesto* L. *deinde* D. G. *ferme* abest a Venet. 4. Bas. 1. *paulum* P. *conihibeo* F. 1. 3. *conhibeo* P. O. *conibeo* G. D. [ex constanti literarum *b* et *c* permutatione cf. Dr. ad Liv. II. 29. §. 12. Spanh. de usu et praest. N. Diss. II. p. 120. Plum. ad Pers. Sat. p. 458. Kopp. ad Mart. Cap. I. §. 25. p. 67. Ita Gloss. Isid. p. 692. legendum est: *reducias — reliquias*. *commodo dum* F. 3. p. 7. | quod non ita est improbabile *Commodo* enim est *commodum* cf. Plaut. Mil. IV. 4. 61. Charis. II. p. 274. Sed in particula *et* valde offendo, quin in textu posuerim.] *impropulsu* D. *reseeantur* Bas. 1. *eniculsus* D. a p. m. *grabatus a iuq.* edd. vett. praeter Iunt. 2.

ad aquas sterilem, de significatione huius praepositionis, Graecorum *κατὰ* vel *πρὸς* accuratissime respondentis cf. Hand. Tursell. I. 92. p. 104. 113. Drak. ad Liv. 37, 7, 15. *Ab aquis* damnandum non erit, quum *a parte* significet, de quo accuratius dicam ad Met. VI. p. 437.]

Cap. XI. *scrupulo iniecto*, quod Lips. sagaciter in *spiculo* commutavit, propter sequens *lancea* mutandum non erat. *Scrupulum iniicere* locutio notissima est. cf. Cic. pro Rosc. Amer. 2. [Doed. Syn. III. p. 208.]

noctis antelucio. Bene coniungit Oud. haec verba et de antelucano intelligit tempore [*Nox* h. l. videtur eodem modo abundare, ut Met. IV. 403. *solis meridies*. Met. V. p. 371. *mortis exitium*.]

pote [Hoc unice probatur. cf. Heins. ad Val. Flacc. IV. 680. Burm. ad Anthol. II. p. 499. Met. XI. p. 792. et Eckst. ad Arist. II. p. 667.]

diuturna. [Contra Oud. sic ex Mss. recepi. Quid enim sibi velit *diurna fatigatio* non capio, quum sedentem et lue venerea maceratum Socratem inveniret Aristomenes, et in hospitio deinde bene curaret. Si vero ad Aristomenem referretur, probari id posset, quippe qui itinere esset fatigatus. Sed quum Met. I. p. 31. Socratem fatigatum auctor nominaverit, efficitur, morbum ac miseriis eum ita fuisse affectum, quas diutius perpessus erat. Lassus igitur diutinis miseriis eo altius stertebat, quod longo tempore intermisso tam bene nunc tractatus erat. Eos enim, qui *diurnus* et *diuturnus* vice versa poni posse contendunt, non audio. De voce *commodum* cf. Hand. Tursell. II. p. 100.

adducta fore cf. Gron. Obser. II. 11. p. 152. ed. L.

impulsu [*Impellere* et *impulsus* de ianuis dicuntur, quae vehementer pulsantur; cf. Burm. ad Petr. c. 17. p. 77. et Cort. ad Lucan. VI. 123. De re cf. Sagittar. de Ianuis c. 7. l. c. p. 436.]

Digitized by Google

fractis et evulsis funditus cardinibus prosternuntur. Grabatulus alioquin breviculus et uno pede mutilus ac putris impetus tanti violentia prosternitur: me quoque evolutum atque excussum humi recidens in universum cooperit ac tegit.

CAPUT XII.

Tunc ego sensi | naturalitus quosdam affectus in contrarium provenire. 46
Nam ut lacrymae saepicule de gaudio prodeunt, ita et in illo nimio pavore risum nequivi continere, de Aristomene testudo factus. Ac dum infimum deiectus obliquo aspectu quid rei sit grabatuli sollertia munitus opperior, video mulieres duas altioris aetatis. Lucernam lucidam gerebat una, spongiam et nudum gladium altera. Hoc habitu Socratem bene quietum circumstetere. Infit illa cum gladio: Hic est, soror Panthia, carus Endymion, hic catamitus meus, qui diebus et noctibus illusit aetatulam meam, hic est, qui meis amori-

alioquin G. P. F. 3. f. O. π. Vicent. Ber. In cett. *alioqui*. *brevis* D. a p. m. *mutilatus* B. *atque excussum* F. 3. L. p. f. P. π. D. a m. p. G. et edd. vett. praeter ed. pr. In ceteris est *et exc. residens* D. a m. p. *in* ante *universum* exulat a G. P. O. β. B. *coperit* D. G. *at tegit* G.

naturalitus F. 3. O. π. *naturalius* R. f. In reliquis *naturaliter saepiculae* Iunt. L. *de gaudeo* D. *ita* abest ab ed. Beroald. *Aristomeno* R. *in infimo* D. a m. s. *in* ante *infimum*, quod in nonn. libris legitur, non comparet in F. 3. G. P. B. p. et edd. vett. *abbliquo* D. a m. p. *munitus* exulat a D. *Socraten* G. *bene quietum* deest in π. *iussit* pro *infit* f. *Endymion* F. 3. B. Iunt. 2. *Endosimon.* F. 1. *Endosonion* f. teste Roaldo sed in excerpt. Oud. est *Enosmion* vel *Enosimum* ut in P. O. p. et codd. Petrarchae. *Enosinion* G. D. *Endosmion* ed. pr. Venet. 2. *Endosmyon* Venet. 2. et Paris. *Endromion* Iunt. 1. Ald. *calamitus* Venet. 2. *illusit aetat. m.* F. 3. ed. pr. et Iunt. 2. *meam ill. aetat.* G. P. f. p. *meam illuxit aet.* D. π. In ceteris exiat *illusit m. aet.* *hic est* F. 1. 3. L. O. P. f. π. G. D. In cett. libris et edd. vett. *est* non comparet.

humi pro *in humum* dictum est, de qua significatione Oud. adiri iubet Burm. ad Ovid. Met. IV. 121, Heins. ad Val. Flacc. I. 710. [Bach. ad Ovid. Met. V. 197. Forbig. ad Virg. Aen. Tom. I. p. 61.]

recidens. *Recidere* hic pro simplici *cadere* positum Oud. explicat, qui usus potissimum in verbis cum *re* compositis conspiciatur. Affert *reportare* pro *portare* Apul. Met. IV. p. 276. *revincta* Met. VI. p. 401. *religandă* ibid. p. 425. *reficere* Florid. IX. p. 36. [cf. Bremi. ad Nep. Alcib. X. p. 2. *recipere* Tac. Ann. XI. 9. Hist. IV. 32. *redire* pro *venire* Hist. II. 38. §. 6. *respicere* Ann. XIII. 55. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. III. 143. p. 25. VIII. 100. p. 57. et eiusd. Dict. ad Sueton. p. 160.]

Cap. XII. *naturalitus* [Hoc recepi ex optimo Cod. F. 3. quia non solum rarior forma est, ut ab sciolis facilius in *naturaliter* potuerit mutari, sed quod ea adverbiorum terminatione Apuleius delectatur, ut *humanitus*, *largitus*, *raritus* alia. *Naturalitus* legitur Sidon. Epist. 9, 11.]

lacrymae de gaudio prodeunt. De re cf. Burm. ad Virg. Aen. VI. 699. Suet. Aug. 58. Petron. 89. Möllium ad Longi Pastoral. IV. p. 132. 133. Barth. ad Claudian. de L. Stil. IV. 408., quos omnes laudat Oud. [cui adde Burm. ad Ovid. Met. X. 445. et Arntz. ad Plin. Pan. 2. §. 8. p. 14 sq.]

testudo factus. [Lepide Aristomenes testudini comparatur, quod a lecto coopertus ut testudo suo tegumento totus tegebatur.]

infimum. Recte defendit Oud. ellipsin praepositionis *in* ex satis notis locutionibus, ut *sublime raptus*, *immensum*, *aeternum* pro *in aeternum*. cf. Burm. ad Vell. II. 125.

[*Endymion* coniecit assentiente F. 3. Beroaldus probante Oud. ex Iuven. X. 318. Accuratius de hoc loco agam in Excursu I.]

aetatulam meam illusit. [Barth. Advers. XXIV. 6. p. 1184. vocem *aetatula* in rebus mollibus in usu fuisse docet: *illudere* enim hic habet significationem *stupraudi*. Si enim de cavillatione et opprobrio intelligeres, quomodo Socrates noctu diuque sagam verbis lacerasse dici posset, cum semel tantum coram Aristomene contumelias in eam dixisset? Deinde intolerabilis esset quae sequitur eiusdem sententiae repetitio.

bus | subterhabitis, non solum me diffamat probris verum fugam instruit. At 46
ego scilicet Ulixi aestu deserta vice Calypsonis aeternam solitudinem flebo. Et porrecta dextera meque Panthiae suae demonstrato: At hic bonus, inquit, consiliator Aristomenes, qui fugae huius auctor fuit, et nunc morti proximus iam humi prostratus grabatulo succubans iacet, et haec omnia conspicit |, im- 47
pune se relaturum meas contumelias putat. Faxo eum sero, immo statim, immo vero iam nunc, ut et praecedentis dicacitatis et instantis curiositatis poeniteat.

CAPUT XIII.

Haec ego ut accepi, sudore frigido | miser perfluo, tremore viscera qua- [108]

superhabitis F. 1. *insuperhabitis* Iunt 2. Ceteri codd. et edd. vett. *subterhabitis*. *defamat* D. *etiam* post *verum* insertum inveni in D. G. B. et P. in excerpt. Putschii. Venet. 4. et Paris. *velixis* D. *Ulyxis* Iunt. 2. *desertum sum et* C. B. p. et edd. vett. praeter Iunt. 2. quae habet *vice Calyp.* *vitae* Cod. Becich. F. 3. *vite* G. P. R. D. f. *citam* O. π. *et alipsonis* F. 3. G. D. p. f. P. *porrepta* D. *flebo* abest a Venet. 2. *Panthene* f. *at hic bonus inquit* F. 3. *inquit at hic* G. D. P. π. *inquit* abest a f. In ceteris est *at hic inquit bon.* *actor* P. D. et G. ut videtur ab eadem manu correctum. *iam* abest a D. *grabatus grabatulo* vitiose ed. Elm. *et si omnia* f. *hic omnia* edd. vett. praeter Ald. et Iunt. 2. *conspexit* p. *se* abest a F. 3. et p. *cum sero* L. *immo statim* desunt in Venet. 2. 4. Ald. Iunt. 1. 2. *praesentis* P. 1. *Hic ego* p. *sudore insuperfluo timere* R. f. *superfluor.* D.

Aetatulam illudens est *mecum rem agens*. cf. Taubm. ad Plaut. Pers. V. 2. 23. Heins. Advers. Intt. ad Petron. 132. p. 818. et Lindner. ad Min. Fel. 25. §. 3. p. 154.

subterhabitis. Oud. unice probatur *insuperhabitis* ex Gell. I. 19. IV. 1. fin. cf. Brant. ad Met. Apul. V. p. 376. Muret. Var. Lectt. XI. 17. [Duk. de Lat. Ictt. p. 413. Voss. Arist. III. p. 999. Eckst. Hand. Tursell. III. p. 386. Contra Mss. tamen mutare quidquam nolui, quum praesertim *subterhabere* ex analogia eandem habeat significationem. *Superhabere*, quod F. 1. habet, cf. Cels. VII. S. 20. *supra tenere* est, nec nostro loco respondet.]

verum. *Etiam* omissum post particulas *non solum*, *non tantum* haud raro invenitur. Oud. excitat se et Burm. ad Suet. Caes. 14. Apul. IV. p. 244. [Duk. ad Flor. III. 4. Wolf. Anal. litt. III. p. 3. Passov. et Hess. ad Tac. Germ. 15. Rupert. ad Tac. Ann. I. 60. init. Forbig. ad Virg. Bucol. V. 48. p. 107. Arnob. II. 65. ubi legendum est *verum in alia verba contamines*.]

Ulixi. [Scriptura *Ulysses* vix videtur apud Latinos in usu fuisse, ut ex more Romanorum videantur esse explicanda, qui geminato *s* pro *x* utebantur. cf. Osann. ad Apul. de Orthogr. §. 17. Priorem formam *Ulixes* unice probatam esse contendunt Burm. ad Ovid. Heroid. I. 1. Osann. ad Apul. de Orthogr. p. 52. Quo igitur iure Deder. ad Dict. Cret. I. 4. u. crit. antiquam eam formam Apuleio et Gellio amatam nominaverit, hinc facile poterit diiudicari.] De Genitivi forma substantivorum in *es* vel *eus* desinentium Oud. affert Graev. ad Cic. II. Verr. 53. Heins. ad Ovid. Art. I. 743. Cort. ad Cic. Fam. V. 12. §. 16. [Mai. ad Front. Epist. ad Anton. I. 3. p. 6. ed. Rom. Moser. ad Tuscul. IV. 33. p. 444. et quae largissima manu Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 587 sq. adscripsit.]

Ulixi astu [cf. Petron. 97. p. 600. Burm.]

vice [cum Oud. in textum recipere nunc non dubito, quamquam prius *viduae* legere malui. *Vitae* enim et *vice* eodem modo corrupta videbis apud Liv. I. 25. §. 6.]

Calypsonis. Defenditur hic Genitivus, quem Heins. ad Ovid. Art. I. 27. temere emendat in *Calypsus* contra Phocam Tom. I. p. 336. Lindem. et Quint. I. 5. §. 63. quem tamen vide, Serg. in Donat. II. p. 1839. Putsch. et Prisc. VI. p. 231. Krehl. cf. Voss. Arist. II. p. 589 ibiq. Eckst. De *iam nunc* cf. eund. Eckst. III. p. 1006.

solitudo [*solus* et *solitudo* de amantibus dicitur, qui amplexibus amatorum frui nequeunt aut deserti aut viduati; cf. Burm. ad Prop. II. 741. ad Anthol. Lat. Tom. II. p. 670.]

Cap. XIII. *perfluo* [cf. Intt. ad Pe-

Digitized by Google

tior, ut grabatulus etiam succussus et inquietus super dorsum meum palpitando saltaret. At bona Panthia: Quin igitur, inquit, soror, hunc primum bacchatim discerpimus, vel membris eius distentatis virilia desecamus. Ad haec Meroe:
48 (sic enim | reapse nomen eius tunc fabulis Socratis convenire sentiebam) Immo, ait, supersit hic saltem, qui miselli huius corpus parvo contumulet humo. Et capite Socratis in alterum dimoto latus per iugulum sinistrum capulotenus gladium totum ei demergit, et sanguinis eruptionem utriculo admoto excipit diligenter, ut nulla stilla compareret usquam. Haec ego meis oculis adspexi. Nam etiam ne quid demutaret, credo, a victimae religione, immissa dextera

succussusque sum adeo, ut gr. etiam inquiet B. et omnes edd. vett. *succensus iam eo inquiet.* p. *subcussus* G. *adeo* primus Colv. reiecit. *inquit* abest a D. a m. p. *baccatim* D. *destinatis* omnes codd. et edd. quantum scio. *resecamus* B. *at hoc* f. G. *enim* abest a B. *re ab se* G. P. f. Venet. 2. 4. Paris. *re h se* D. *re esse* π. *quam fabulis* edd. vett. praeter Iunt. 2. Correxit illud Beeich. Ep. 73. et Marg. Bas. 1. *tam fabulis* p. *primo* pro *immo* p. cf. supra p. 18. *hoc corpus* p. *parvo* F. 3. p f. *parca* D. a m. s. sed quid prius scriptum fuerit, cognosci non potest. In reliquis est *parva. altum dim.* G. f. *demersit* L. D. a m. s. *eruptione* F. 3. *eruptioni* D. *vasculo* F. 1. *utriculo* F. 3. B. G. D. L. π. *uterculo* P. R. p f. et edd. vett. [utraque forma *uterculus* et *utriculus* potest comprobari, quum et *utris* et *uter* Latini dicerent. Glossae: ἄσκος *uter, utris, follis* cf. Caecil. apud Non. p. 118. et eund. p. 231.] *amoto* D. a m. p. *admoto* non extat in f. *deligenter* Venet. 4. *compereret* G. *hoc ego* D. *ac etiam* B. probante Sciopp. Lectt. Susp. IV. 6.

tron. c. 6. p. 42. Burm. Fea. ad Horat. Od. IV. 3. 10.

succussus. [Est verbum argenteae potissimum latinitatis, ab Apuleio et Seneca saepius usurpatum. Ita apud Arnob. II. 6. lego: *quibus et sua decreta confirment et aliorum succutiant et labefaciant.*" Codex habet *subrupeant et lab. secreta*, quod sine ullo dubio in *decreta* est emendandum et ex prioribus huc irrepsit.]

adeo succussus. Recte omittunt interpretes *adeo*, quod saepe ante particulam *ut* negligitur. cf. Oud. ad Caes. B. G. III. 14. Tac. Hist. II. 46.

bacchatim discerpimus, de Pentheo cf. Ovid. Met. III. 514. et Pausan. II. c. 2. p. 116. Munk. ad Hygin. fab. 86. p. 304. Stav.

membris distentatis. [*Destinare* Colv. et Oud. recte explicant *vincire* et *colligare*, ita ut *membris destinatis* sit *membris devinctis.* Haec vero significatio huic loco non videtur esse consentanea, quum pedibus tantum varicus distentis haec virilium desectio bene posset procedere, id quod Colv. iam viderat. In Glossis Philox. legitur *destinat* περισπᾷ, quod Vossius, quum explicationi non aptum esset, in *distinet* vel *distendet* emendabat. *Distinere* vero quod *impedire, arcere* significat, graeco voc. περισπᾶν non convenit, *distendit* vero a literarum tractu nimis recedit, unde *distentat* et in Glossa et nostro loco legendum esse affirmaverim, nec minus in eiusdem Philox. Glossa *destinare* ἀποσπᾶσαι corrige mecum *distentare* ἀποσπᾶσαι. *Distentare* etiam apud Virg. Ecl. IX. 31. et Tibull. II, 5. 84. recipiendum videtur.]

parvo, [Ex F. optt. aliisque codd. recepi, quod antiquitate genus neutrum satis confirmatur. cf. Priscian. VI. p. 278. Krehl.]

per iugulum — demergit. [cf. Cort. ad Lucan. III. 748.]

Nam etiam. Ac etiam cod. B. lectionem Oud. reiicit propter constantem Romanorum usum, qui *ac* ante vocales spernunt; cf. Oud. ad Suet. Caes. c. 26. unde Apul. Met. VI. p. 421. legendum est *at etiam* et VII. p. 451. *ac saepius immodice.* [Ex innumerabili VV. DD. copia, qui *ac* vocali sequente a veteribus poni omnino negarunt cf. Oud. ad Caes. B. G. VI. 38. Wolf. Anal. II. p. 288. Spald. ad Quint. V. 2. 3. Garat. ad Cic. pro Mil. 12. Eckst. ad Tac. Orat. IV. p. 232. Patrocinati sunt alteri sententiae Stallb. ad Rudd. Institt. II. p. 343., contra quem Frotsch. in Exc. V. ad Quint. X. p. 257. acriter pugnavit, Hand. Tursell. I. p. 454. Böttich. Lex. Tac. s. v. Sed negligentia tantum Ruhnk. et Bosschae id non ubique accurate ob-

per vulnus illud ad viscera penitus | cor miseri contubernalis mei Meroe bona 49
scrutata protulit, cum ille impetu teli praesecata gula vocem, immo stridorem incertum per vulnus effunderet et spiritum rebulliret. Quod vulnus, quam maxime patebat, spongia offulciens Panthia: Heus tu, inquit, spongia, cave in mari nata per fluvium transeas. His editis ac meo remoto grabatulo, varicus

ut viscera D. *ptinus* L. *ad instar penitus* f. *mei* non est in L. *scrupta.* *in* G. D. *eumque ille* L. et D. [ab eadem manu in marg.] *cum illo* f. R. *tele praesentata* p. *ebulliret* p. et Grosl. coniecit *quod* ante *cuius* in D. a m. s. est erasum. *qua* G. P. Iunt. 2. *quod maxime* B. In reliquis *quam. spongiam* F. 3. *offulgiens* P. *effulciens* L. B. et edd. vett. praeter Iunt. 2. *effultiens* p. *per flumen ne transeas* B. et edd. vett. praeter Iunt. 2. unde Oud. *per flumina* coniecit *post fluvium* p. *his edictis* β. *ab unâ* F. 3. L. p. et edd. vett. praeter Iunt. 2. In cett. *ab imo.* *varicis* D. *sexicam* G. D. *exhonerant* G.

servatum est. Met. p. IX. 610. *ac itendidem* et saepius. Ita male legitur apud Lact. Plac. enarr. I. 1. p. 788. Stav. *ac imaginem.*]

a victimae religione. Mos extrahendi victimis viscera, ut inde divinaretur, notissimus est [Male tamen Elm. excitat. Lucian. de Sacrif. c. 13. nam *καρδιουλκεῖν* etsi cor extrahere significat, in sacrificiis tamen usitatum erat, ut adipe obductum cremaretur neque vero divinandi causa expromtum est. In sacrificiis cor ipsum perscrutati non videntur esse aruspices, sed utrum adesset pecori nec ne; cf. Brem. ad Suet. Caes. 77. Equidem puto, cor hic in universum pro iecore esse positum, cuius fibrae s. fissa accuratissime aruspices inspiciebant, vel pro totis extis cf. Serv. ad Virg. Georg. I. 120. Böttig. in libro: *Ideen z. K. M.* p. 73—83. Gies. ad Cic. de N. D. I. 10. p. 32. prae ceteris tamen Bullenger. de sortib. I. c. 7. ap. Graev. Thes. Antiq. V. p. 392.]

penitus. Penita legendum videtur Pric. quod saepe intrudebant interpretes Oud. refragante, qui quamquam huius adiectivi formam cum Burm. ad Sammon. 45. et Stevech. ad Arnob. p. 71. ed. Lug. agnoscit, contra Mss. tamen nihil mutandum esse iubet. [Apuleio adiectivum *penitus* amari probant loci Met. V. p. 334. VIII. p. 527. Apol. p. 467.; alii cf. Prisc. III. p. 103. et 121. Krehl. Fest. p. 204. 211. et p. 605. Lind. Taubm. ad Plaut. Asin. I. 1. 27. Barth. Adv. XII. 16. p. 696. Martian. Capell. I. §. 9. p. 35. *penita mundi* et §. 600. *penita terrae.* Sic *protinus*, de quo adeas Fest. p. 124. et p. 585. Lindem.]

praesecata [cf. Voss. Arist. p. 817. ibique Eckst. De voc. *incertum stridorem* cf Cort. ad Lucan. VI. 623.]

rebullire animam cf. Intt. ad Petron. c. 42. p. 257. Burm. Sed ibid. c. 62. p. 410. legitur *ebulliret*, quod non mutandum est, quamquam totus locus mendosus ita debet corrigi: *Gladium tamen strinxi et eo territatas* [Mss. habent *mataritata*] *umbras cecidi* . . . De re Lindenbrog. conferri iubet Burchard. Decret. XIX. p. 278. a]

quam maxime pro *quantum maxime* dici Oud. comprobat ex Hirt. Bell. Gall. VIII. 52., ubi eum cf. Offulciebat enim mulier spongia vulnus, non quo maxime patebat, sed totum quantum hiabat. Hac tantum ratione se non vulneratum esse, Socrates postridie sentire poterat.

ab meo remoto grab. Ab imo, quod fere omnes Codd. praebent, nullo modo posse defendi Oud. iam intellexerat, *atque una* coniiciens. Grabatulus enim supra corpus Aristomenis iacebat, ut *ab imo* nullam praebeat sententiam. Ego correxerim *ac meo remoto* vel *et una.* Ita variant Mss. Met. I. p. 23. *ima gula.*

varicus. Haec forma quum recte se habeat, non est cur alteri *varitus* postponatur. cf. Heins. ad. Ovid. Art. III. 304. [Eodem enim modo ut a *seco* fit *secus*, a *mordico*, quo depravata latinitas utitur, *mordicus*, ita a *varico* formatur *varicus*, quamquam etiam altera forma per se probabilis est, ex analogia adverb. *imitus*, *primitus*, *funditus*, ut *varitus* fiat a *varus.* Erat quum *varicae* vel *varices* coniicerem, ut sequens littera *s.* priori vocabulo addita esset, quod facile in *varicus* posset abire. Sed editam lectionem defendunt Glossae *varicat ὑπερβαίνει* et Gloss. Isid. p. 697.

Digitized by Google

super faciem meam residentes vesicam exonerant, quoad me urinae spurcissimae madore perluerent.

CAPUT XIV.

Commodum limen evaserant et fores ad pristinum statum integrae re-
50 surgunt | cardines ad foramina resident, postes ad repagula redeunt, ad claustra pessuli recurrunt. At ego ut eram etiam nunc humi proiectus, inanimis, nudus et frigidus et lotio perlitus, quasi recens utero matris editus, imo vero semimortuus, verum etiam ipse mihi supervivens et postumus, vel
51 certe damnatae iam cruci candidatus |: Quid, inquam, de me fiet, ubi iste

D. a m. p. *proluerent* B.
evaserant D. *gradum* D. *integrae* abest a B. et P. *cardines et foram* L. *postes et repag.* L. *residunt* F. 3. supra scriptum est ab eadem m. idemque erat in D. a m. p. *etiamne* p. *nunc etiam* B. P. Bas. 2. *etiamnum*. F. 1. *etiam nunc* F. 3. G. D. cett. *inanimis* in omnibus edd. vett. equidem legi et codd. praeter D. R. p. f., qui habent *inanis*. *nudus* non comparet in p. *perlitus* omnes edd. vett. et Mss. *per littus* π. *ipse* abest ab O. *mihi* non conspicitur in G. P. Verba *cel* usque *ad candidatus* exulant in O. π. et D., in cuius marg. a m. s. addita sunt. *damnatae* G. P. L. R. et D. a m. s. *denatae* F. 3. *destinatae* F. 1. B. et edd. vett. *donata iam* p. f. *de* exulat a F. 1.

varicat, *divertit ambulat*, ubi forte emendandum *distentus ambulat*.

perluerent. Oud. reprobat lectionem Elm. *proluerent*, quod sit *leviter tantum adspergere*, *perluere* autem *totum madefacere*. De confusione utriusque praepositionis adiri iubet Burm. Aen. I. 737. se ad Caes. B. G. VI. c. 21. Virg. G. III. 543. al.

Cap XIV. *integrae*. Consulto dicit Oud. hoc adiectivum fuisse additum, ut ostendat Apul. fractas non fuisse fores, licet tanta vi reseratae et prostratae fuissent.

repagula [cf. Intt. ad Fest. s. v. p. 648. Lind. et Doed. Syn. V. p. 292.]

etiam nunc. Hoc Oud. defendit c. Colv. et Dav. ad Min. Fel. p. 42. Res exemplis non indiget, quum ex ratione tantum ubique possit diiudicari. [Hand. ad Tursell. II. p. 580. cui *etiamnunc* et *etiamnum* eadem dici significatione, nec aliter utrumque nisi Mss. auctoritate et metri necessitate discerni posse proponenti non concedo. Meliora docebit Kritz. ad Sall. Cat. 2. 1. Bach. ad Ovid. Met. I. 357. Alii aliter proponunt.]

inanimis. [Nec *inanimis* nec *inanimus* mihi propter sequens *semimortuus* comprobatur. Nulla enim est gradatio, si, qui antea iam animam efflavit, semimortuus deinde dicitur. Ego lego *pavidus*, quamquam mihi ipsi non satisfacio. Corruptela maior videtur, quam quae hoc vocab. possit sanari. Ceterum frequens est *inanis* et *inanimis* permutatio; cf. Creuz. ad Cic. de N. D. II. 35. p. 351.

perlitus. Contra Mss. nihil mutaverim, quamquam Oud. *perlutus* praetulerit, quia *perlini* rectius dicatur, si de coeno, luto, cruore et metallis ac solidioris rei sordibus sermo fiat, cf. Heins. ad Ovid. Art. III. 232. Burm. ad Vell. II. 22. [Sed *perlitus* idem est quod *perspersus*, quia illae anus vesicam super eum exonerantes madore urinae persperserant. Eum totum madefactum esse praep. *per* indicatur.]

supervivens. [cf. Sid. Apoll. epist. IX. 9. Plura exempla dabit Barth. Adv. L. c. 5. p. 2341.]

damnatae cruci cand. Hoc ex optimis et plurimis codd. recepi contra Oud., qui *destinatae* praefert explicans *certo me manentis, decretae mihi, et statutae*, et *destinari* verbum esse de reis et damnatis proprium ostendit.

Cruci candidatus. Ita optime legitur. Amat enim Apuleius dativum substantivis addere; cf. Met. V. p. 380. De forma *damnatae cruci cand.* pro *damnatus cruci cand.*, qua Apuleius saepius utitur, cf. Drak. ad Liv. I. 9. Walch. ad Tac. Agric. IV. p. 138. 139. De voce *candidatus* cf. Barth. Adv. 36, 13. p. 1653. Cruci enim affigi, non solum servorum

iugulatus mane paruerit? Cui videbor veri similia dicere, proferens vera? Proclamares saltem suppetiatum, si resistere vir tantus mulieri nequibas.| Sed 52
oculis tuis homo iugulatur et siles? Cur autem te simile latrocinium non peremit? Cur saeva crudelitas vel propter indicium sceleris arbitro pepercit? Ergo quoniam evasisti mortem nunc illo redi. Haec identidem mecum replicabam, et nox ibat in diem. Optimum itaque factu visum est anteluculo furtim evadere, et viam licet trepido vestigio capessere. Sumo sarcinulam meam, subdita clavi pessulos reduco. At illae probae et fideles ianuae, quae sua sponte reseratae nocte fuerant, vix tandem et aegerrime tunc clavis suae crebra immis|sione patefiunt. 53.

patuerit L. P. G. D. O. Iunt. 1. 2. Ald. *deferre proferens* Stewech. *differentiae proferens* Bas. 1. et in marg. *differens*. Alii *dicere perferens*. Sciopp. coniecit: *verisimilia disserere, etiam proferens*. *dicere* habent omnes codd. et edd. *proferens* Ald. Iunt. 2. et plerique codd. *perferens* L. Vicent. *diceret aliquis mi Aristomene procl.* O. *dicat aliquis in Aristomeni, procl. π.* e glossa. *suppetiarum* L. Bas. 1. Vulcan. *suppetium* P. in excerptis. Elm. sed in Oud. P. et G. habent *suppetiatim* quod in cod. G. ipse legi. *iugulatus* Venet. 2. *et tamen siles* G. a m. p. sed videtur ab eadem manu esse correctum. *cui autem* D. a m. p. *latronum* D. a m. p. *sceleris citandum arbitro* O. *π. arbitrium* P. in excerptis Elm. *arbitrio* in Oud. collat. quod etiam Putschii coll. comprobat et in *π* et G. praeterea extat. *non pepercit* L. *peperci* Iunt. 2. *ego q. evasi π.* unde Wass. coniecit *evasti. vel haec* D. a m. p. *replicans β. diem optimum. Itaque* D. *factum* G. L. R. p. f. In cett. *factu. ante diluculo* B. *antelucium* O. *antelucio* G. Scriv. et Pric. ut mox et supra. *anteluceico* D. *via* p. *summo* G. D. Venet. 2. *et* ante *subdita* quod in nonn. codd. additur, abest a F. 3. p. f. edd. vett. *clave* ed. Pric. *reseratae* F. 1. 3. G. O. f. p. B. P. *π. deseratae* Vicent. et reliq. edd. probante Tollio. *vit. tandem.* Elm. *crebra* in D. est a m. s.

poena erat sed latronum quoque et homicidarum; cf. Rup. ad Iuven. XIV. 77. Lips. de cruce II. 13.]

de me fiet. Ita ex codd. optt. c. Oud. recepi, quum utrumque dici possit. cf. Ter. Andr. III. 5. 7. Voss. de const. c. 48. Drak. ad Liv. 45, 39. [Hand. Tursell. II. p. 221.]

paruerit. [cf. Munk. ad Hygin. fab. 204. p. 335. Mos. ad Cic. Tusc. I. 28. p. 233. dictum enim est pro *apparere*. Sic ap. Placid. Gloss. p. 449. Mai. legendum est *censio, multa qua citatos, si non paruerint* [Cod. *ponderum*] *censor afficiebat.*]

vir tantus. Brantii coniectura *vir natus* Oud., cui vulgata lectio nullam habet efficaciam, videtur esse elegantior usumque huius participii per pleonasmum substantivis adiecti ex Graecis [Xenoph. Cyrop. I. p. 2. Leuencl.] et Romanis (Phaedr. III. 8. 11. Apul. Met. IX. p. 593.) illustrat, cf. Cuper. Obs. III. 10. [Burm. ad Petron. 19. p. 92. Arnob. I. c. 37. Fronto de bell. Parth. p. 200. ed. Rom. *homini nato* Ita apud Arnob. II. 77. ex Mss. corrigendum est: *si aliquis brutus ac stolidus in carcerem hominem natum iniectum* [cod. habet *natum ingressum.*]. *Tantus* tamen defendo quod et ad corporis et animi infirmitatem referam.]

arbitro. [Si plures addicerent codd. ego *arbitrio* e G. P. *π.* retinerem; cf. Oud. ad Caes. B. C. III. 40. Arntz. ad Plin. Pan. 49. §. 8. p. 227 sqq. Nec aliter apud Min. Fel. 33. §. 2. legitur *indiciis* pro *indicibus,* qui locus ita interpungendus est: *Reges, tantum regni sui per officia ministrorum, universa novere. Deo indiciis opus non est.* Cf. infra Met. II. p. 124.]

haec identidem. [cf. Hand. Turs. III. p. 177. Met. III. p. 174. 284 et 440.]

factu. Oud. refutat Colv. sententiam qui *optimum factum* et *factu* idem esse dixerat, quum *opt. factum* id sit quod iam bene, optime peractum sit vel credatur, *opt. factu* id quod faciendum adhuc restare videatur; cf. eund. ad Caes. B. G. II. 30.

subdita clari. [cf. Barth. Advers. XXXV. 14. p. 1613. Sagittar. de ianuis c. 14. in Graev. Thes. VI. p. 455. Nam veterum claves subditae seris pessulos reducebant.]

reserari. [cf. Fest. p. 138. et 233. ibiq. Intt. p. 651. Lindem.]

vix tandem et aegerrime. [cf. Doed. Syn. III. p. 94. Lucan. V. 161. ibique

Digitized by Google

CAPUT XV.

[109] Et heus tu ubi es? inquam, valvas stabuli absolve: | antelucio volo ire. Ianitor pone stabuli ostium humi cubitans et iam nunc semisomnus: Quid tu, inquit, ignoras latronibus infestari vias, qui hoc noctis iter incipis? Nam etsi tu alicuius facinoris tibi conscius scilicet mori cupis, nos cucurbitae caput non habemus, ut pro te moriamur. Non longe, inquam, lux abest. Et praeterea quid viatori de summa pauperie latrones auferre possunt? An ignoras, 54 inepte, nudum nec a decem palaestritis despoliari posse? | Ad haec ille marcidus et semisopitus in alterum latus evolutus: Unde autem, inquit, scio an convectore illo tuo cum quo sero devorteras iugulato fugae mandes praesidium? Illud horae memini, me terra dehiscente ima Tartara inque his canem Cerberum

inquam ubi es pleraeque edd. praeter Iunt. 2. et Marg. Bas. 1. *stabili* D. *absolue.* Venet. 2. *Ianitor ante pone* D. a m. p. quod sine dubio *autem* esse debet, ex mutatione compendiorum *an* et *au.* *et iam nunc* F. 1. 3. et edd. vett. *et nunc iam* G. P. O. D. *et iam nunc* B. *vicis* B. unde Sciopp. in Symb. et Susp. Lectt. II. 20. emendat *vicos.* *quid hoc* edd. vett. praeter ed. pr. Vicent. et Venet. 2. *nemetsi* F. 3. L. P. p. f. *ne met si* G. unde Scriver. edidit *nam etsi* quod legitur in D. *nec moret si* π. *ne me etsi* Barth. Mss. Advers. XXXIV. c. 15. *facinoris tibi* π. *silicet* D. *si* pro *scilicet* f. *semel* p. *sed* quod multi codd. habent ante *et praeterea* non comparet in F. 3. P. G.: unde eiecerunt Scriv. Elm. Florid. et Pric. *et* ante *praeterea* exulat a D. O. f. *quia viatori* Venet. 2. *ante ignoras* f. Forte pro *anne.* *ad decem* G. *palaestinis* O. *palestitis* G. *palestrinis* D. *spoliari* L. φ. Iunt. 2. *expoliari* D. *te spoliari* ed. pr. Vicent. Iunt. 1. Venet 4. et Paris. *dispoliari* Elm. *ad hoc* P. p. *evolutus inquit unde autem inquit evolutus* G. posteriore *evolutus* minio ab eadem manu deleto. *evolutus inquit* D. f. π. *revolutus* Salm. mavult. *unum* pro *unde* f. *cum vectore* G. π. P. in excerptis Putsch. Stewech. coniecit *combitore* Sciopp. Susp. Lectt. II. 20. *convenone* Gruter. Susp. L. I. c. 8. *conventore* Guilelm et Wass. *convictore. Concectere* Venet. 2. *tuo illo* D. *devorteras* F. 3. G. P. p. Cod. Petr. O. Iunt. 2. In ceteris *deverteras.* Elm. vitiose *deverteres. devertera.* Venet. 2. *id horae me memini* f. *ore* D. *me* abest a G. P. D. π. *terram* G. P. *in quibus* pro *inque his* π. *tu canenem Cerb.* Ms. Barth. Advers. XXXIV. 15. unde ipse fecit *tricanenem.* Sed Cerberus non est *tricanis* sed unus canis triceps.

Cort., ubi praeferendum erit *vix tandem* pro *tandem vix.*]

Cap. XV. *et heus tu.* [cf. Hand. Turs. III. p. 73. ubi *et* recte defenditur. Aliis tamen locis Apuleius *sed heus* praefert cf. Met. II. p. 133. et 146. VIII. p. 537. *et heus* legitur VII. p. 489. IX. p. 657. X. p. 708.]

scilicet in *ilicet* id est *statim* Stewech. depravavit. [De *ilicet* cf. Hand. Turs. III. p. 201. Doed. Syn. V. p. 157. Ianitores ut in utramque aurem securius dormitare possent, vix cuiquam noctu fores pandebant; cf. exempla quae affert Sagitt. de Ianuis c. 16. in Graev. Thes. VI. p. 469.]

cucurbitae caput proverbialem Colv. dicit locutionem Menandri, sed quos affert loci huc non faciunt. Beroald. orginem eius repetit, quia seminosae sint cucurbitae et singula semina singulas quasi cucurbitarum animas in se ferant. Quod inepte expositum est. [Ego de inepto et stulto homine cum Rupert. ad Iuvenal. praef. p. LXVII. intelligo. Cucurbitae enim erant ventosa, plena aëris, inania, unde ii quorum capita stolida et inania quasi erant, cucurbitae caput habere bene poterant dici; cf. Iuvenal. XIV. 58. Et nos quoque eodem proverbio uti memini.]

convectorem. Oud. bene hoc voc. defendit de quocunque viae comite, licet equos vel currum non habeat. Coniecerant viri docti et *combitore* et *conbibone* et *convennone* [cf. Barth. Adv. XXXV. 14. p. 1612.]

devorteras. Eandem formam vindicat Oud. Apul. Met. I. p. 66. II. p. 90. III. p. 180. IV. p. 235 et 242. al. [Sed audacter in ea immutanda versatus est, qui optimos tantum codd. sequi debuerit. Hic ab opt. codd. comprobatum *devorteras* retineo.]

me. Nonnulli codd. *me* omittunt, quod c. Oud. explicandum est ex eleganti el-

Digitized by Google

prorsus esurientem mei prospexisse. Ac recordabar profecto bonam Meroën non misericordia iugulo meo pepercisse sed saevitia cruci me reservasse.

CAPUT XVI.

In cubiculum itaque reversus, de genere tumultuario mortis | mecum deli- 55
berabam. Sed cum nullum aliud telum mortiferum Fortuna quam solum mihi grabatulum subministraret: Iam iam, grabatule, inquam animo meo carissime, qui mecum tot aerumnas exanclasti, conscius et arbiter quae nocte gesta sunt, quem solum in meo reatu testem innocentiae citare possum, tu mihi ad Inferos festinanti subministra telum salutare. Et cum dicto restim qua erat intextus aggredior expedire, ac tigillo quod fenestrae subditum altrinsecus prominebat iniecta atque obdita parte funiculi et altera firmiter in nodum coacta ascenso

exurientem L. D. π. *me prosp.* F. 1. 3. G. P. D. L. O. f. π. Cod. Petr. In cett. est, *mei*. *a record.* D. a m. p. *Moeroem* D. *Meucem* O. *mira* pro *misericordia* P. ex compendio *mĩa*. *pepercisse* exulat ab O. D. a m. p. *servasse* B. p. et edd. vett. ant. Colv.

cuniculum Venet. 2. *tumultuariae* P. in excerptis Elm., quod secutus est Scriv. In coll. Putsch. legitur *tumultuari* ut in G. D. f. *exaudisti* L., unde Colv. emendat *exhausisti* et Oud. *exsudasti*, quae glossemata sunt. *exanclasti* F. 3. B. P. G. f. p. edd. vett. *exanglasti* O. *exaclasti* D. a p. m. *innocentiae* in D. non est nisi a m. s. in marg. *tu* usque ad *salutare* verba absunt in D. a m. p. *sestinati* Venet. 2. *rextim* D. *restim qua erat is tentus* Colv. emendat et Scriv. in Anecdot. p. 6. *intextus* D. π. *expetere* pro *expedire* R. f. *fenestra* Bas. 1. et Colin. *altasecus* L. *obducta* B. unde edidit Elm. Pric. et Florid. *obdicta* est in F. 3. *obilita* p. *a latera* pro *altera* F. 1. *aucta* pro *coacta* P. unde Oud. coniecit *acta* vel *aucta* s. *artata*.

lipsi pronom. person. in constructione Acc. c. inf. saepissime obvia. Sed hic nihil muto. Alterum *me* pro *mei* Oud. ab iis mutatum esse putat, qui *me* post *memini* necessario adesse debere crediderunt. [A Graecis quoque verba desiderii cum genit. iunguntur sed accusativum rarius adsciscunt. Ita apud Latinos accusativus verbis esuriendi et sitiendi additur, ut hic *me* c. optimis codd. retinere non dubitem.]

Cap. XVI. *exanclasti*. Omnes codd. et edd. vett. consentiunt in hac scriptura, quae ab Oud. nulla caussa addita reiicitur. Voss in Etym. s. v. *exantlare* rem ita dirimere studuit, ut duplex proponeret verbum, quorum alterum *exanclare* significaret *ministrare*, alterum *antlare*: *haurire, exhaurire*, quem secutus est Doed. in Syn. Tom. VI. p. 115. Equidem scripturam *exanclare* probaverim, non solum hic, sed in aliis quoque codd. optimis semper reservatam. *Anclare* enim ab ἀντλεῖν deducendum, ut saepius fit mutata littera, retinuit latinitas ab iisque est mutatum qui formam ad originem erant reducturi; cf. Intt. ad Fest. p. 314. Lindem. Mos. ad Cic. Tuscul. I. 49. p. 408 sq. II. 8. p. 460. *Exantlare* probat Stephan. in Castigg. ad Cic. Tusc. cf. Moser. Tom. III. p. 370 sq. Burm. Anthol. II. p. 460. *exanclare* etiam probat Placid. Gloss. p. p. 458. Mai. *exanclare exhaurire* et p. 460. *exanclare* ubi legendum est *exanimare* [cod. *examinare*] vel *exinanire*.]

reatu [i. e. statu rei. Hoc vocabulum teste Quint. VIII. 3. 34. primum a Messala Augusti temporibus usurpatum in omnes deinde scriptores abiit eius aevi et ab Apuleio saepius ponitur: Met. III. p. 184. VII. p. 460. Idem restituere voluerim Tac. Ann. I. 44. *Centurionum reatum egit*, ut ap. Liv. XXIV., 25. §. 1. *is tanquam reos ageret*. *Reatus* apud Apuleium et ipsam significat speciem externam rei et habitum; cf. Met. IX. p. 650.]

restim [cf. Doed. Syn. Tom. V. p. 36.]

obdita [est adligata, constricta; cf. Met. III. p. 206. IX. p. 699. Haec tamen vocabuli significatio quod sciam Apuleii est propria, quamquam confirmata Gloss. Philox. p. 45. *obdit coniungit obiicit*.]

coacta [Ex scriptura P. *aucta* Oud. emendat *aucta* vel *artata*. Nihil

Digitized by Google

grabatulo, ad exitium sublimatus immisso capite laqueum induo. Sed dum pede altero fulcimentum quo sustinebar repello, ut ponderis deductu restis ad
56 ingluviem| adstricta spiritus officia discluderet, repente putris alioquin et vetus funis disrumpitur. Atque ego de alto recidens Socraten (nam iuxta me iacebat) superruo cumque eo in terram devolvor.

CAPUT XVII.

Et ecce in ipso momento ianitor introrumpit exerte clamitans: Ubi es tu, qui alta nocte immodice festinabas et nunc stertis involutus? Ad haec nescio an casu nostro an illius absono clamore experrectus Socrates exsurgit prior: et Nae, inquit, immerito stabularios hos omnes hospites detestantur. Nam iste curiosus dum importune irrumpit, credo studio rapiendi aliquid, clamore vasto

et ad exit. P. *exitum* nonnullae edd. *et* ante *immisso* exulat a F. 1. et edd. vett. *et demisso capite* Colv. emendat. *emisso* non praegressa particula B. *et misso* F. 3. G. D. edd. vett. *punderis* Venet. 4. *testus ad* D. a m. p. *ad gulam* G. P. in exerptis Putschii D. R. f. Petr. Colv. et Vulc. unde Modius coniecit *ingulam* quod quid sibi velit non intelligo nisi legitur *ingulum*. *astricta* G. D. *adstricte* f. *officio* F. 3. p. *putrix* L. D. *aliquin* D. a m. p. *alioqui* Ald. Iunt. 2. Colin. Bas. 1. *dirumpitur* F. 1. R. f. O. P. L. ed. pr. In cett. *disrumpitur*. *ergo* D. a m. p. *decidens* L. B. R. F. 1. [Certe in coll. Lindenb. nihil est correctum.] *residens* D. *Socraten* F. 3. G. D. In cett. *Socratem*. *supino* pro *superruo* O. ex compendio *supruo* nata est lectio. *cumque ego* π. *intextam* L.

introrumpit. F. 3. *interrupit* D. In cett. *introrupit*. *stertis* F. 1. 3. G. D. R. π. Iunt. 2. Becich. Epist. 62 et 73. In ceteris est *stratis*. *assiono* D. a m. p. *immerito* F. 1. 3. G. D. O. P. p. f. B. Vicent. Bas. 1. cf. infra p. 58. *nae merito* primum ab Aldo fluxit. Iunt. 2. *merito* L. R. *hostes* pro *hospites* P. in coll. Putschii. *ille* pro *iste* p. f. *furiosus* Schikerad et Grosl. in marg. *curiosius* G. O. D. *dum* abest a D. a m. p. *irrupit* L. P.

enim voc. *angere* et *augere* permutatione frequentius cf. Drak. ad Liv. IV. 51. §. 6. Ita corrigas apud Arnob. II. 40. ex Ms. *et miserorum e sanguine supputandis augerent insomnia* i. e. iis quae ex sanguine miserorum lucratae erant animae computandis. *Insomnia* vero sunt *insomniae* cf. Plin. XX, 9, 23.]

Cap. XVII. *absono*. [Hic est inconditus et barbarus clamor; cf. Barth. Adv. XIX., 15. p. 492. Fronton. de orat. p. 247. *vox impedita, vox vincta, vox difficilis, vox* [*fracta*] *vox imperfecta, vox absona. His contraria quaerenti tibi subvenisse certum habeo vox expedita, vox absoluta, vox facilis,* [*vox firma* cf. Quint. XI. 3. §. 40.] *vox* [*perfecta*] *vox* [*consona.*] Ita enim lacunae videntur esse supplendae.]

nae immerito. [Oud. perplacet lectio codd. L. et R. *nae merito*, quae mihi quidem interpretamentum videtur esse eius, qui vulgatam non intellexerat. Sic enim solent Afri saepius vocabulorum vim per *in* praepositionem adaugere. Ita apud Front. Epist. ad Caes. II. 1. p. 34. legitur *instructura*. Et Elm. in indice enumerat *infibulo, inacus, incastus, incursus* apud Tertull. *inaltatus*. Ita in G. 2. et aliis codd. Met. p. 493. legitur *immaturius*, pro *maturius, immedicatum os* Apol. p. 558. *infractus* quod et fractus et infessus significat; cf. Lexica. *inhabitabilis* pro *habitabilis* apud Arnob. I. c. 2.]

marcidum. [De iis dicitur *marcidus* qui languent et flaccidi sunt vino et libidine. Cf. Mart. Cap. VII. §. 727. Kopp. Burm. ad Petron. 22. p. 102. ad Anthol. Lat. Tom. II. p. 669. Ruhnk. ad Rut. Lup. II. 7. p. 156. Frotsch. Bene haec ferri possunt de Socrate, qui insolita vinolentia [cf. p. 44.] et diutina fatigatione pertentatus stertebat altius. In nonn. editt. legitur *marcidus*, quod referri debeat ad verba p. 54. ille *marcidus* et *semisopitus*.]

Digitized by Google

marcidum alioquin me altissimo somno excussit. Emergo laetus atque alacer insperato gaudio perfusus, et: Ecce ianitor fidelissime comes et pater meus et [110]
frater | meus, quem nocte ebrius occisum a me | calumniabaris. Et cum dicto 57
Socraten deosculabar amplexus. At ille odore alioquin spurcissimi humoris percussus quo me Lamiae illae infecerant, vehementer aspernatur: Apagete,

marcidum autem me f. *marcidus* Vicent. *alloqui* pro *alioquin*. Edd. vett. Colv. et Vulc. *alioqui* F. 1. B. *altos* P. In excerptis Putsch. est *alto*. *diffusus* Pric. in notis. *inquam* quod ante *ianitor* in nonnullis libris legitur non comparet in F. 3. 1.. P. R. D. G. p. f. π. Bas. 1. Vicent. *et pater meus* delet Scalig.; quod ab haesitante librario repetitum esse putat, probatus Oud. *Socraten* F. 3. G. In cett. *Socratem*. *deobsculabar* D. *odore* F. 1. 3. G. P. D. p. f. O. L. edd. vett. praeter Venet 4. et Paris. In cett. *olore*. *alioquin* F. 3. D. G. Vicent. Beroald. Iunt. 2. In cett. *alioqui*. *perfusus* B. et Vulg. Elm. *interfecerant* D.

emergo. Contra Pric., qui *exsurgo* scribit, Oud. hanc lectionem defendit efficacius dici adnotans de eo, qui praeceps de alto reciderat et superruens cum eodem in terram devolutus erat. *Emergere* enim est *exsurgere*, ut legendum est apud Iuv. XII. 30:

Quum plenus fluctu medius foret alveus et iam
Alternum puppis latus emergentibus undis
Arbore in incerta et nullam . . . . .]

laetus atque alacer. [Cf. Cic. Mur. 24. §. 49.]

pater meus et frater meus. [Salmas. ad oram ed. Colv. deleri iubet *pater meus* assentiente Oud. Mihi ipsi haec blanditiarum inconcinna geminatio habet aliquid ieiuni et molesti, quod tamen contra Mss. non removerim, quoniam non intelligatur, unde haec glossa si qua est oriri potuerit, praesertim quum Horat. Epist. I. 6. 54. item dixerit. *Patres* enim dicuntur ii qui maiores natu et arctiore amicitiae vinculo coniuncti sunt. cf. Met. IV. p. 292. Schmidt. ad Hor. Epist. I. 6. 54. *fratres* comites et amici appellantur. cf. Minuc. Felix 9. §. 2. ibique Lindner. Petron. c. 12. p. 60. Propert. ad Iuv. V. 135. Cort. ad Sall. Iug. 10, 5. Burm. ad Phaedr. IV. 24. 16. Obbar. ad Hor. Epist. I. 10, 4. Ita *soror* pro amica; cf. Met. I. p. 47. Virg. Aen. XI. 823. de *amata* Tibull. III. 1. 26. Minuc. Fel. IX. §. 8.]

odore. Hoc ex Mss. suo loco reposui, quamquam Oud. *olore* ex uno codice Bert. placeat quod *olor* sit malus odor, foetor. Haec tamen eius significatio ex Isidor. Glossis p. 688. tantum cognoscitur, ubi *olacitas foetulentia olor* legitur. Sed Varro L. L. VII. p. 261. Speng. profert: *litera commutata dicitur odor olor, hinc olet et odorari et odoratur et odora res*, unde iam intelligitur nullum interesse discrimen; cf. Voss Etymol. s. v. *alacer*. Accedunt Glossae Philox. p. 148. *olor κύκνος πνοὴ ὀσμή*, et quod nullus invenitur veterum locus, ubi *olor* pro certo liceat ex Mss. stabiliri. Nam apud Arnob. II. 59. rectius *coloris* praeferas et apud Pallad. I. 19. §. 1 et 33. priore loco *humore* posteriore *odore* cum optt. Mss. recipiendum est. Si quid recte video, vocabulum *olor* apud veteres omnino rarissime tantum in usu erat et uno tantum Varronis loco defenditur, ac sequenti tantum aetate discrimen inter utrumque propositum est, ut *odor* in bonam, *olor* in malam partem acciperetur. *Odor* de foetore dictum, cf. Petron. Satyr. 117. fr. Sall. Iug. 48. Varro L. L. V. p. 42. Speng. Arnob. VII. 17. Doed. Syn. III. p. 127. sqq. et p. 131., et ita restituendum est ex vetere lectione Arnob. V. 14. *odorem nisi membri unguentorum illa suffectio temperaret*.]

percussus. Recte monet Oud. eos errare, qui *perfusus* legi malint, quum Socrates non fuerit *perfusus lotio* sed *percussus* i. e. tactus odore foetido, quo infectus erat Aristomenes. *Tangi feriri, ici, quati, percuti* dicuntur sensus humani re inopinata sive visa sive audita sive odorata; cf. Burm. ad Ovid. Met. VII. 238. Miscell. Observ. Vol. II. T. III. p. 389.

Apagete. *Apage te* quod Florido aliisque probatur Oud. displicet, quia

Digitized by Google

inquit, foetorem extremae latrinae. Et causas coepit huius odoris ociter inquirere. At ego miser afflicto ex tempore absurdo ioco in alium sermonem intentionem eius denuo derivo et iniecta dextra: Quin imus, inquam, et itineris
58 matutini gratiam capimus. Sumo sarcinulam et pretio | mansionis stabulario persoluto capessimus viam.

CAPUT XVIII.

Aliquantum processeramus et iam iubaris exortu cuncta collustrantur et ego curiose sedulo arbitrabar iugulum comitis, qua parte gladium delapsum videram, et mecum: Vesane, aio, quin poculis et vino sepultus extrema somniasti. Ecce Socrates integer, sanus, incolumis; ubi vulnus? spongia ubi?

huius modi pro *huius* G. P. in excerptis Putsch. *odoris* F. 1. 3. G. P. in excerptis Putsch. edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris. In reliqq. est *oloris*. *obiter* pro *comiter* coniecit Burmannus qui miratur, quomodo is qui *apage* dicebat et *aspernabatur*, *comiter* dicere potuerit. *apage inq. f.* Iunt. 2. *latrinae extremae* G. *at ego mi e re effecta . . . eius derico* coniecit Stewech. et Guilelm. in Plaut. Asin. c. 8. *Mire* pro *miser* omnes edd. praeter Iunt. 2. *miser* omnes codd. praeter p. et F. 3., qui quamquam in textu *miser* habet, ab eadem manu correctus est in *mire*. De hac perturbatione cf. Met. II. p. 100. *adfecto* R. f. *aficto* D. *afflicte* Bas. 1. *asurdo* D. *loco* G. p. f. Vicent. Venet. 2. supra p. 32. *interrogationem eius* φ. *dirico* F. 1. B. L. In cett. *derico*. *dirno* Bas. 1. *ei denuo* φ. *et* ante *iniecta* exulat a Bas. 1. *dextra* F. 3. et edd. vett. In cett. *dextera*. *imus* abest a f. *imus in viam* O. *etiam itineris* G. P. *matutini* G. *capimus* F. 1. 3. L. P. O. φ. *capiamus* R. f. In cett. *carpimus*. *summo* G. D. pro more et Venet. 2.

aliquantum edd. ante Colv. F. 3. G. In reliqq. est *aliquantulum*. *iubari* ab eadem manu in F. 3. correctum est in marg. *lustruntur* B. *ego* in B. abesse adnotat Oud. Sed male, quum signum quo deleri quid indicatur, ad *ego* referat et potius ad *col.* sit referendum. *iugulum* exulat a D. sed in marg. extat a m. s. *dilapsum* G. f. P. in excerptis Putsch. *curioso oculo* Gruter in Susp. IV. 2. emendat. *alio* pro *aio* Elm. vitiose *animo* Venet. 2. *quid poculis* p. quod plane deest in D. a m. p. *vexane* D. *sepultis* p. *somnianti* f. *incolumis* Venet 2. *eis vulnus* Elm. vitiose. *ubi vulnus spongea. ubi postremo* G. *spongia* delent D. L. f. R. *ubi* post *spongia* non comparet in B.

Aristomenes per appositionem *foetor* hic dici nequeat. [Quamquam fortasse huc facit exemplum Flor. I. 2. ***Numa Romanis Ianum geminum, fidem pacis et belli Romanis dedit***, tamen melius *Apagite* legerim, de qua numeri variatione supra iam dictum est p. 9.]

ociter. [Recte offendit Oud. in scriptura codd. *comiter*, quoniam is qui summum expresserat taedium, ita quaerere et investigare nequeat. Burm. *obiter* coniecit, quod non satisfacit. Ii enim qui re repentina eaque abominata tanguntur, non e transcursu rem scisciantur, sed celeriter et cupidissime in rem inquirunt. Unde *ociter* coniicio quod adverbium soli Apuleio quantum scio in usu est. Quae coniectura eo adiuvatur quod Met. I. p. 73. eodem errore pro *ociter comiter* extat in cod. f. Idem vocabulum restituo Arnob. V. 24. ubi legendum est: *flammis ociter* vel *propere prensas Aetnaeis* [ed. pr. *onere pressas*.]

intentionem. Oud. explicat studium et voluntatem Quint. Inst. X. 3. et Levin. ad Plin. Paneg. c. 78. [Metaphora eleganti verbum *derivandi* positum saepius esse constat; cf. Lucret. II. 364. Cic. Verr. II. 1. 53.]

capimus. Elm. frustra coniecit *carpimus* dictum ut *iter, campos carpere*. Sed in his ut Oud. monet sensus est minutatim deminuendi viam quod fit progrediendo [cf. Peerlk. ad Hor. Od. p. 221. Bach ad Ovid. Met. II. 549. IV. 616. Ruhnk. Dict. ad Heroid. XVIII. 34. p. 101. Fried.] Nec proferri possunt dictioni *carpere gratiam* omnino paria. *Capere* vero *gratiam* dictum est *ut capere gaudium, dolorem, laborem*.

pretio mansionis [cf. Intt. ad Petron. c. 95. p. 590. Burm.]

CAP. XVIII. *curiose sedulo* [cf. quae dixi p. 9. et de *immerito* p. 52.]

Digitized by Google

postremum cicatrix tam alta, tam recens? Et ad illum: Nae, inquam, immerito medici sciti ci|bo et crapula distentos saeva et gravia somniare autumant. Mihi denique quod poculis vesperi minus temperavi, nox acerba diras et truces imagines obtulit, ut adhuc me credam cruore humano adspersum atque impiatum. Ad haec ille subridens: At tu, inquit, non sanguine sed lotio perfusus es; verumtamen et ipse per somnium iugulari visus sum. Nihil non et iugulum istum dolui et cor ipsum mihi avelli putavi: et nunc etiam spiritu deficior | et genua quatior, et gradu titubo et aliquid cibatus refovendo spiritu desidero. Eu, inquam, paratum tibi adest ientaculum. Et cum dicto

postremum F. 3. D. O. In cett. *postremo*. *tam alta* deest in Venet. 2. *ne immerito inquam* L. P. in excerptis Putsch. Vicent. *non immerito* Venet. 4. et Bas. 1. *ne inquam immerito* F. 3. P. in excerptis Oud. O. R. f. p. G. cf. supra 56. *nae merito inquam* F. 1. *nec inquam immerito* D. *medici fidi* F. 1. 3. *fidicilo* B. non *ficticilo* ut Oud. adnotat. *medifidi* D. a m. p. Grut. Susp. IV. 3. emendat *medici viri*. Lips. Elect. II. 21. p. 820. ed. Vesal. *medicifices*. Sciopp. et Ioann. Isacius Analect. XI. 19. *medici filii* vel *medicum filii*. *cibi* P. *distenctos* Iunt. 1. *sevia* et *gr.* L. *sceva et gravia* Theodor Canter. sese scripsum reperisse dicit Lovanii in quodam veteri libro Deflorationum, in quo ex Apuleio etiam excerpta quaedam erant. *scaeva* etiam in Vulc. 2. F. 1. M. *saeca* F. 3. G. D. edd. vett. *gravia* Venet 2. *auctumant* G. *mihi quoque denique* P. G. *quod vèspera minus compereram* R. f. i. e. *comperseram*; cf. Front. laudib. neglig. p. 328. ed. Rom. ad *comparcendum cibum* Terent. Phorm. I. 1. 9. coll. Fest. p. 46 et p. 387. [Lindem. *detulit* p. *at* abest a R. f. *aduc* D. *me* abest a B. p. P. in excerptis Putsch. *coctiore humano* in B. legi ait Oud.; unde vero hoc hauserit, nondum inveni. *esse* quod in nonnullis libris ante *humano* legitur, non comparet in F. 3. G. f. D. B. P. Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 2. 4. *cruore et humano* Venet. 4. *respersum* P. G. *asperum* L. *verumptamen* D. *et ipse* exulat a G. P. *per somnum* Ald. Iunt. 1. 2. *visus sum*. *Nihil nam* F. 3. G. L. ed. pr. Vicent. Venet. 4. In p. pro *nihil* est n. *nihil non* f. Ald. Iunt. 1. 2. *visus sum mihi*. *Nam* F. 1. D. *visus sum*. *Nam* P. in excerptis Putsch, *illum* pro *istum* f. *mihi* ante *evelli* abest in B. *evelli* β. *spiritum* f. *deficio* f. Bas. 1. *ienua* D. *et* ante *gradu* exulat a f. *spiritum desid.* π. *et inquam* R. f. Venet. 2. *est inquam* O. *hem inquam* π. *inquit* Pric. vitiose. *adest* non comparet in B. *abest* Bas. 1. Venet. 4. *iantaculum* L. *et tum dicto* F. 3.

medici sciti [Frustra est Pric. qui multa veterum exempla prodit, ex quibus *fidos* nominari prae ceteris medicos demonstret. Ad eorum enim religionem et integritatem ubique referendum est; cf. Schmidt ad Hor. Epist I. 8. 9. p. 209. Quid vero hic animi candor? De prudentia, de artis medicae scientia sermo fit, unde *sciti* emendo. Ita apud Cic. ad Famil. XII. 20. medici fidelitas et scientia discernuntur.]

saera. Male Oud. *scaeva* ex Met. IV. p. 296. comprobat, ubi *scaevissima somnia* ab opt. codd. legatur. [Sed ratio quaedam in iis tenenda est. *Scaera* enim somnia tantummodo possunt nominari, quibus res sinistrae et calamitatem divinantes animo offeruntur, unde, si Mss. accederent Met. IV. p. 296. recte ea ita appellari possent. *Saera* vero sunt, quae res terribiles horrendasque obiiciunt ut h. l., ubi in somniis iugulari Socrates visus est. In sqq. respondent *dirae et truces imagines*.]

avelli. Oud. hoc voc. defendit ex vi praep. *a* vel *ab*, quae in compositis saepe idem quod *e* vel *ex* significet, ut *avellere* non modo *abstrahere*, sed etiam *extrahere* sit; cf. Lucan. II. 694. Cic. ad Famil. V. 12. [cf. Moser ad Cic. Tusc. V. II. p. 311. sq.]

deficior. *Deficio spiritum* quod in nonnullis codd. legitur, Oud. reiicit ex Hirt. B G. VIII. 3. *copia deficeretur* et Pomp. Mel. III. 9. *non se mari sed commeatu defecisse* [ubi *mare* et *commeatum* male emendat. Est enim dativus quem hoc voc. quamquam rarius adsciscit; cf. Drak. ad Sil. VIII. 661. Constructio tamen *deficior aliqua re* frequentissima est; cf. Cic. pro Cluent. 65. §. 84. Senec. Epist. 76. §. 9. Spalding. ad Quint. IV. Prooem. Tom. II. p. 11. not. crit. ubi eadem est lectionis varietas; Oud. ad Suet. Aug. 84. Schwarz ad Plin. Paneg. 26.]

ientaculum. [*Ientaculum* primum ci-

Digitized by Google

mantica mea humeros exuo, caseum cum pane propere ei porrigo, et: Iuxta platanum istam residamus aio.

CAPUT XIX.

Quo facto et ipse aliquid indidem sumo. Eumque avide esitantem aspiciens aliquanto intentior, ex acie atque pallore buxeo deficientem video. Sic

mantica mea F. 3. p. edd. vett. In cett. *manticam meam*. *residamus* F. 3. P. G. B. p. Vicent. In cett. *residemus*. *animo* pro *aio* Bas. 1. Lipsius coniecit *aubo*.

esitantem F. 3. *exitantem* D. *hesitantem* G. *intentiorem acie* F. 3. p. q. *intentorem acie* D. *intentiore acie* F. 1. G. O. B. R. f. *intentiore macie* edd. vett. *intentiore e acie* G. et Iunt. 2. *interiore macie* Vicent. Venet. 2.

fuisse, quo ieiunium solvebatur docet Isidor. Orig. XX. 2. 10. Constabat praesertim pane sicco, sale vel aliis rebus condito; cf. Sen. epist. 83. *Panis deinde siccus et sine mensa prandium*, ubi prandium de ientaculo debet intelligi ut apud Martial XIII. epig. 30. Vopisc. Tac. cap. 11. cf. Buleng. de conviviis c. 4. in Graev. Thes. Tom. XII. p. 60. Voss. Etymol. s. v. et Ursin. in Append. ad Ciacon. de triclin. p. 161. Becker. in Gallo. Tom. II. p. 133. sqq.]

mantica mea humeros exuo. [Ita ex optt. libris restituo, quum rarior videatur esse iungendi ratio, quam quae alteri ab librariis potuerit praeferri; cf. de ea Bach ad Met. IV. 591. Horat. Epod. XVII. 15. et *humeros* emendatio facillima est.]

residamus. Hoc cum optimis Mss. Oud. recepit ex Virg. Aen. VIII. 476. Plin. Epist. VI. 20. §. 4. et Apul. Met. VII. p. 446. et adsciscit de his compp. a *sidere* factis dict. sua ad Suet. Tiber. 14. Arntz. ad Plin. Panegyr. c. 82. p. 355. Comment. ad Virg. Ecl. V. 3. VII. 1. et adnot. ad Met. VII. p. 518. [Quamquam *resideamus* non aspernandum erit; cf. Cic. de Fin. III. 2. §. 9. Intt. ad Virg. Aen. III. 365., *praeceteris*. Eckst. ad Voss. Aristarch. Tom. II. p. 891.

Cap. XIX. *intentior ex acie.* Locum hunc varie tentarunt interpretes. Ii qui *intentiore acie* approbabant, *atque* particulam pro *statim, mox* positam explicarunt renuente Sciopp. L. III. Susp. ep. 8. cui durius hic videbatur esse. Oud. qui tamen dubitat an unquam ea sententia voc. Apuleius usurpaverit. Et recte quidem ut suis locis videbimus [cf. Gron. ad Liv. XXVI. 39. 16. Duk. ad Liv. XXXVII. 21. 7. Gron. ad Gell. II. 29. Hand. ad Tursell. I. p. 481. Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 21. p. 58.] Oud. igitur ita coniecit: [*Eumque ads. aliq. intentior, macie atque pallore* vel *ab intentiore acie aciem atque pall.* ut librarius oculorum errore *macie* propter antegressum *acie* omiserit. Mihi ipsi haec ratio non probatur. Ex sqq. enim hos ablativos caussam indicare elucet, unde deliquium istud animi Aristomenes praesagiverit, idque bene ex pallore buxeo, quo totum os Socratis obducebatur, poterat divinari, sed quomodo ex macie, quae diu iam eum occupaverat? cf. p. 28. *furore ad miseram maciem deformatus.* Propterea ita lego: *intentior, ex acie atque pallore. Acies* pro *oculis* dictum constat cum ex aliis, cf. Moser ad Tuscul. I. 22. p. 166. Iuven. IX. 65., cum ex ipso Apuleio Met. II. p. 144. praesertim si animus vel ira vel terrore commotior accedit; cf. Bach. ad Ovid. Met. IV. 464. De sententia cf. Cael. Aurel. Acut. Morb. II. c. 10. Tom. I. p. 118. ed. Picat. de Catalepsi: *Catalepsi est similis animi defectio . . . Item a ieiunitate vel abstinentiae defectu s. ex capitis caussa quam Graeci σκότωσιν vocant, demersi aegri videntur. Discernuntur autem hoc modo quod primum habent oculos distentos.* Ac-

Digitized by Google

denique eum vitalis color turbaverat, ut mihi prae metu nocturnas etiam Furias illas imaginanti frustulum panis quod primum sumpseram, quamvis admodum modicum mediis faucibus inhaereret, ac neque deorsum demeare neque rursum remeare posset. Nam et crebritas ipsa commeantium metum mihi cumulabat. Quis enim de duobus comitum alterum sine alterius noxa peremptum crederet? Verum ille ut satis detruncaverat cibum, sitire impatienter coeperat. Nam et 61

calor O. Venet. 4. *frustum* p. *sumpserat* F. 3. L. *β*. *facibus* F. 3. *nec sursum* G. D. *brevitas* F. 1. 3. G. D. B. p. f. *π*. et edd. ante Vulcan. 2.: quae lectio orta est ex scriptura *crebitas*, quae extat in φ. R. *β*. P. *ipsa* abest a G. P. *comantium* p. *comitum* F. 1. 3. G. D. B. edd. vett. praeter Iunt. 2. *comitem* habent, cett. *cibi*, Heins. ad Ovid. Met. V. 450. emendat.

curatissime agit de his oculis distentis et ruptis Cort. ad Lucan. VI. 95. ubi plurima invenies. De *pallore buxeo* signo et timoris et mortis cf. Burm. Anthol. Lat. Tom. II. p. 606. et Intt. ad Ovid. Met. IV. 134.]

color. Oxon. lectionem *calor*, quae Pricaeo perplacuit et ex Senec. de Benef. IV. 6. et Boeth. I. prosa 6. confirmatur, Oud. ideo reiicit, quod *turbare calori* non conveniat, sed potius *torpuerat* tum esse scribendum sit ut apud Lucan. IV. 290. Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 269. [*Torpere* enim de rebus dicitur, quae prius calidae et animatae subito rigescunt; cf. Bach. ad Ovid. Met. V. 196. Cort. ad Lucan. III. 432, Drak. ad Liv. XXI. 40. §. 9. Ita apud Placid. Gloss. p. 503. Mai emendari poterit *tabes torpor* [Ms. *orbor*] *sanguinis* et apud Ovid. Met. XII. 631. *timore torpuerant*, quum *horrere* tantum de rebus dicatur quae prius facent et deinde surgunt ut *comae*.]

turbaverat. Stewech. *eum* in *tum* mutans *turbare* neutraliter accipi voluit, cuius usus exempla nonnulla etiam apud Apuleium extant quae suo loco notabuntur, [De *turbare* cf. Eckst. ad Voss. Arist. Tom. II. p. 735. Serv. ad Aen. VI. 802. Ex eodem usu defendo apud Virg. Georg. III. 143. *saltibus in vacuis pascunt*, quippe qui plura eius generis habeat; cf. Aen. IV. 529. *ingeminant curae.* Georg. I. 133. Aen. II. 235. *accingunt operi.* Aen. VII. 235. *cum venti posuere.* Georg. I. 479. *sistunt amnes.* Attamen non necessaria Stewech. emendatio.] Bene enim defensa est lectio ab Oud. ex Plaut. Epidic. IV. 1. 33. et Gell. XIX. 1. Simili constructione usus est Apuleius Met. V. p. 354. *praegnationem maturavit uterus* pro *praegnatio uteri maturata est.* XI. p. 781. *nam me tegmine spoliaverat asinus* pro *despoliatus tegmine asini.* Unde infelicem apparet esse Markl. ad Stat. Silv. I. 3. 103. correctio: *eum letalis color turpaverat* quum *letalis color* non sit leto similis, vel qualem habet mortuus, sed qui mortem afferat, quamquam *turbare* et *turpare* in codd. saepius permutantur. Boeth. de Consol. Philos. in fin. *fronte turbatus* ubi cf. Intt. et Markl. ad l. c.].

crebritas. Ita Oud. restituit, cum Heins. ad Ovid. Met. IV. 46. *celebritas* praeferat. Utrumque per se probum est [cf. Doed. Syn. I. p. 23. sq. Lectionem Mss. *brevitas* ex vitiosa scriptura *crebitas* exortam esse puto de qua dicam ad p. 67.]

comitum hic contra Oud. defendo. Alia enim est ratio loci Met. I. p. 16. ubi genitivus nullo modo poterat retineri.

satis cibum. Heins. ad Ovid. Met. V. 450. male *cibi* praetulit, mire oblitus, *satis* eiusdemque generis adverbia saepe absolute poni, ut substantivum ab alio nomine vel verbo dependeat; cf. Intt. ad Nep. Epam. IV. §. 6. Burm. ad Val. Flacc. IV. 546. Virg. Aen. III. 348. Duk. ad Liv. I. 16. §. 8. [quibus adde Goer. ad Cic. de Finib. II. 26. p. 248. et si tanti est, Klotz. in Iahn. Annal. phil. 1833. Vol. VIII. fasc. I. p. 16.]

lenis — Leris quod cod. Pith. habet, sententiae loci repugnat. Est enim *celer*, hic vero fluvius admodum *tardus*

Digitized by Google

[111] 62 optimi casei bonam partem avide devoraverat, et haud ita longe radices platani lenis | fluvius in speciem placidae paludis igna|vus ibat argento vel vitro aemulus in colorem. En, inquam, explere latice fontis lacteo. Assurgit et oppertus paululum planiorem ripae marginem complicitus in genua appronat se, avidus affectans poculum. Nec dum satis extremis labiis summum aquae rorem attigerat, et ingulo eius vulnus dehiscit in profundum patorem, et illa spongia de eo repente devolvitur, eamque parvus admodum comitatur cruor. Denique corpus exanima-

vide devor. Venet. 2. *in* pro *ita* P. in excerptis Putsch. *devor aut. ita longe.* D. *levis* p. Vicent. Iunt. 1. Ald. Venet. 2. *in specie* B. f. *ingavus* G. Verba *in specie* usque ad *ignarus* non comparent in *π*. *ignavius* B. p. ed. pr. Vicent. Venet. 4. Bas. 1. *eminus* pro *aemulus* f. *Hen* D. *in colore* B. f. et D. a m. s. *explete* G. *eximplere* D. a. m. p. *exple te* P. *laqueo* L. f. alii *laceto.* Grut. Susp. IV. 2. emendat: *fontis tacito adsurgit* et Sciopp.: *ille atque assurgit.* Pontan. ad Macrob. p. 434. *bracteo* Soping. *illico assurgit.* Modius in marg. haecce adscripsit: *Meras turbas hic dant interpretes quum in Mss. nunc lacerto nunc laqueo; alter enim legit latice fontis tacito adsurgit: alter: fontis ille atque adsurgit. Ego vero locum sincerum puto. Nam quod illud lacteo cum argento vel vitro minime convenire putant, quum quae differentia sit inter lacteum et argenteum colorem: sane uterque albicans est.* *oppertus palliolo* Vulc. 2. primum intrudit sequenti Elm. *in planiorem rip. marg. π. paululum planiorem rip. marg.* habent F. 1. 3. R. D. G. B. O. et edd. vett. *appronat se avidus, adf.* Iunt. 2. *de eo repente* F. 3. G. D. L. P. f. unde Colv. *derepente admodum* f.

est cf. Met. II. p. 94. IV. p. 243. Oud. ad Caes. B. G. I. 12.

longe radices [cf. Hand. Tursell. III. p. 549. sq. Met. V. p. 337. *longe parentum* de quo cf. Ruddim. Instt. II. p. 337.]

ignavus defendit Oud. ex studio Apuleii varia iungendi adiectiva eaque pro adverbiis usurpandi [cf. Tacit. Ann. II. 6. *latior affluens* Virg. Georg. IV. 373. Walch. ad Tacit. Agr. 24. p. 303. *Ignavus* de stagnanti quasi aqua et lenissime fluenti cf. Cort. ad Lucan. V. 443.]

lacteo. Hic locus, qui ab omnibus fere Mss. bene exhibetur, propter unum et alterum codd. coniecturas inanes interpretum excitavit. *Lacteus* de puro et pellucido flumine dicitur etiam apud Mart. Capell. I. §. 14. [ibiq. Kopp. p. 46. Si quid mutandum est *liquido* potius legerim, quod adiect. de pura limo et sordibus non infecta aqua dicitur cf. Cat. R. R. 73. Virg. Ecl. II. 59.]

vitro. [Saepius vitro comparantur fluvii pellucidi; cf. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. XV. 157. p. 90. Fried. Tross. ad Aus. Mosell. 28. p. 11. qui idem v. 180. dicit: *Nymphas vitreasque sorores consortes celebrare choros*, ubi emendandum: *concordes* i. e. numerosas et pares; cf. Sil. XI. 439 et Bonnell. Lexic. Quint. s. v. *concordia.*]

oppertus. Oud. explicat tacite et cum mora conspicatus postquam oculis notaverat planiorem marginem, quo scil. facilius in flumine bibere posset. cf. Met. I. p. 9. II. p. 95. XI. p. 765. Val. Flacc. V. 393. [De forma cf. Eckst. ad Voss Arist. Tom. II. p. 867.]

rorem [*ros* de aqua; cf. Lucret. I. 497. Petron Sat. 131. Broukh. ad Tib. II. 20. 2. Forbig. ad Lucret. I. 771. Ut *aquae rorem*, Virg. Georg. I. 295. dixit *humorem musti*; cf. Bach ad Met. I. 267. Munk. ad Fulgent. Myth. III. p. 705. Stav. Cort. ad Lucan. VII. 837.]

de eo repente. Derepente vult Colvius. de quo voc. Oud. sua laudat ad Suet. Tib. 23. Liv. XXI. 41, §. 6. [ubi Drak. se nusquam invenisse hanc dictionem in Liv. adnotat; cf. Hand. Tursell. II. p. 226. *De* praepositio posita ut *deiicere de humero* Suet. Caes. c. 9. Burm. ad Suet. Domit. 10. Ovid. Amor. III. 2. 14. Hand. Tursell. II. p. 193.]

parvus [id quod *parum*; cf. Lucan. IV. 239. II. 128. ita apud Graecos ὀλίγος et μικρὸς promiscue dicuntur; cf. Cort. ad Lucan. II. 128.]

Digitized by Google

tum in flumen paene cernuat, | nisi ego altero eius pede retento vix et aegre ad 63
ripam superiorem attraxi; ubi defletum pro tempore comitem misellum arenosa humo in amnis vicinia sempiterna contexi. Ipse trepidus et eximie metuens mihi per diversas et avias solitudines aufugi, et quasi conscius mihi caedis humanae, relicta patria et lare ultroneum exilium amplexus nunc Aetoliam novo contracto matrimonio colo.

CAPUT XX.

Haec Aristomenes. At ille comes eius, qui statim initio obstinata incredulitate sermonem eius respuebat: Nihil, inquit, hac fabula fabulosius, nihil isto mendacio absurdius. Et ad me conversus: Tu autem, inquit, vir, ut habitus et | habitudo demonstrat ornatus, accedis huic fabulae? Ego vero, in- 64

corruerat B. O. P. edd. vett. *cernuus corruerat* Iunt. 2. *ego altero* F. 3. G. P. D. p. f. Vicent. Beroald. Colin. In cett. est *altero ego. imo et aegre* f. *adtraxem* Lips. coniecit in marg. *comitem pro tempore* D. *arenose* F. 3. p. Vicent. Venet. 2. Ald. Iunt. 1. *arenosae* B. Venet. 4. Paris. In cett. *arenosa. humi* B. *amnis* pro *animis* G. O. *vicina* f. *affugi* D. *nunc* abest a p.

statim in initio G. P. f. p. *hostinata* D. *sermones* f. *nihil enim* B. *fabulosus* Venet. 4. *hoc mendacio* B. *assurdius* D. *et a me* D. a m. p. *demonstrat* F. 1. 3. G. P. f. O. Venet. 2. 4. Paris. In reliquis *demonstrant. cordatus* pro *ornatus* coniecit Stewech.

cernuat. Oud. Iunt. 2. lectionem amplexatur, *corruere* activo sensu intelligens ut Met. VIII. p. 530. *Charite corruit corpus* et de *cernuus* excitat Drak. ad Liv. X. 256. sua in Miscell. Observ. Vol. V. Tom. II. p. 167. ad Avien. 533. Arnob. VII. 38. ibique Orell.] in quibus exemplis *cernuus* vel *cerrulus* cum *quere* et *volvere* coniunctum legitur. [Oudend. coniecturam *cernuarat* non comprobo propter sequens *nisi attraxi.* Primum enim cur activo sensu intelligat, equidem non capio quamquam passive legitur apud Solin. c. 17. c. 45. (ubi vide Salm.) *Cernuat* deinde retinendum est. Oud. enim quid *nisi* cum perf. ind. sibi velit non recordatus videtur esse. Significat enim idem quod particula *sed;* cf. Oud. ad Caes. B. G. V. 13. ad Suet. Galb. 10. Drak. ad Liv. 24., 10. Matth. ad Cic. orat. pro Rosc. Amer. 35. §. 99. Apul. Met. II. p. 166.]

vicinia sempit. cont. [De more veterum, eos qui legitimo funere per loci vel temporis iniquitatem condi non poterant, humo contegendi eamve capitibus obruendi cf. Intt. ad Hor. Od. I. 28. 23 et 36. Petron. Satyr. 114. Quint. Declam. 5. Prop. III. 7. 26.]

arenosa humo. Arenosae humo vel *humi* contegere latinum non esse contendit Oud. eo nomine Heins. ad Ovid. Met. IV. 261. acriter vituperans, cui haec emendatio perplacebat [cf. Rudd. Instt. II. p. 273. Stallb. ubi plurima afferuntur.]

sempiterna. Fuit cum Oud. ex Caton. orat. ap. Charis. II. p. 194. Putsch. et Solin. c. 40. *sempiterno* coniiceret, sed considerans auctorem passim amare adiectiva pro adverb. etiam per hypallagen ponere tutius censet nil mutari, coll. Met. VIII. p. 542. *perpetuae conscientiae stimulum* et X. p. 761. [ubi accuratius de hoc usu agam. Sed alia mihi videtur huius loci ratio. *Sempiterna* enim pro accus. plur. habeo, quem notum est vicem adverbii sustinere. Met. II. p. 101. p. 105. III. p. 230. Forbig. ad Lucret. II. 359. Bach ad Ovid. Met. VIII. 463. Intt. ad Virg. Ecl. III. 8. Rupert. ad Tac. Ann. I. init. Bernh. Syntax. Gr. p. 128. sqq. Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 246. ed. 2. Barth in Advers. XLVI. 16. p. 2160. *sempiterna* refert ad *vicinia* et de perpetua, continua nec interrupta male intelligit.]

CAP. XX. *habitus et habitudo dem. ornatus.* Stewech. qui vim vocabuli *ornatus* non cepit, *cordatus* coniecit quod

Digitized by Google

quam, nihil impossibile arbitror, sed utcunque fata decreverint, ita cuncta mortalibus provenire. Nam et mihi et tibi et cunctis hominibus multa usu venire mira et paene infecta, quae tamen ignaro relata fidem perdant. Sed ego huic et credo hercules et gratas gratias memini, quod lepidae fabulae festivitate | nos avocavit; asperam denique ac prolixam viam sine labore et taedio

sed abest a B. *incunque* p. *utrunque* Venet. 2. *facta* D. a m. p. *facta* etiam G. in textu, quod tum minio deletum est et ab eadem manu in marg. correctum in *fata*. *decreverint* F. 3. Vicent ed. pr. Iunt. 2. In cett. *decreverunt*. *evenire* edd. vett. praeter ed. pr. Vicent. et Iunt. 2. *venire* F. 1. 3. G. P. R. O. B. D. p. *forte infecta* p. *ignaruro* B. *huic* abest ab Ed. Florid.. *gratas gratias* B. *grates gratias* p. *gratias* in D. nonnisi a m. s. est. *vos* Ald. *advocavit* G. D. P. O. L. B. *aspertum* O. *ac taedio* P.

non minus improbandum est, quam Daves. ad Cic. Tusc. III. 17. sententia *natum* legentis [de quo cf. p. 51.] quum *ornatus* significet honoribus insignem. [cf. Burm. ad Petron c. 127. Hoc enim patebat ex habitu, et bonis artibus instructum, et colligebat ex habitudine et ingenuo corporis filo. Ita igitur distinguit Oud. haec duo vocabula, ut *habitum* cum Pricaeo ad vestitum, *habitudinem* vere ad corporis speciem ac gestus referat; cf. Met. I. p. 71. et IX. p. 667. [de *habitu* cf. Iuvenal II. v. 124. cuius Scholiasta ita emendandus est: *Segmenta fimbriarum sive limbatas* [*Ms. vittatas*] *vestes et longos habitus — Profusa vestis.* Aliter *habitum* exposuit Doederl. Synony. V. p. 210. cuius ratio magis comprobatur. *Habitum* enim non de sola veste dicitur quod loci demonstrant Cic. Verr. IV. 3. Tacit. Hist. II. 5. sed omnia amplectitur ea, quae ad externum hominis ornatum pertinent cf. Met. I. p. 67. ubi caveas *habitum mendicum* ad solas vestes referas. Ut Met. IX. p. 667. militis arma quae *habitum* nominat, sic h. l. *habitus* certa quaedam insignia sunt, quibus Lucium hominem esse generosae stirpis comes alter intellexerat. *Habitudo* vero est nativa illa et externa corporis species, quae ex incessu, facie, ex toto denique eius filo cognoscitur; Met. II. p. 106.]

decreverint. Oud. hanc scripturam quamvis probabilem reiicit propter Mss. auctoritatem, qua ego contra fisus eam retineo; cf. Plaut. Bach. IV. 4. 13, Coniunctivus hic soloecismum non continet.

usu venire. Variant saepius Mss. et *venire* et *evenire* praebentes, ut utrunque probari posse videatur. Oud. sententia est, utra eligi debeat ex Mss. auctoritate diiudicandum esse [Quod aliter statuo. Cum Orell. enim ad Cic. de Senect. III. §. 7. Offic. III. 3. §. 15. et Schol. Wolf. ad Tusc. I. §. 73. ne latinum quidem esse *usu evenire* affirmo, quod glossa videtur esse alterius. Nam *usu venire* fere ubique idem est quod *evenire*; cf. Heind. ad Cic. de Nat. D. p. 58.]

ignaro. Gnaruris et *ignaruris* vocabula Oud. propter B. lectionem vindicat ex Plauto et Glossis: Ignaruris ἀγνοῦντες. [cf. Intt. ad Fest. p. 438. Lindem. Orell. ad Arnob. Tom. II. p. 143. Voss. Etymol. s. v. *gnarus.*]

gratas gratias. Oud. hanc dictionem defendit ex Plaut. Poen. I. 1. 6. Apul. Met. IX. p. 619. Si *grates gratias* c. Bert. cod. liceret dicere, ut copula adderetur esset necessarium; cf. Plaut. Trin. IV. 1. 2. Ita *gratias liberas* dicitur, ut apud Petron c. 45. p. 318. legendum arbitror: *gratias agimus liberas liberalitati.*]

avocarit. De significatione vocabuli *alio mentem abducere, avocare* et inde *delectare* Oud. profert Salm. ad Spart. Hadr. 15. Cort. ad Plin. Epist. I. 24. [quibus adde Arnob. V. 14. VII. c. 8. et Orell. in Append. ad Arnob. p. 78. Munk. ad Hygin. fab. 274. p. 390. et ad Fulgent. Virg. Cont. p. 571. Anthol. Lat. T. I. p. 491. Moser. ad Cic. Tusc. I. 31. p. 254. V. 14. p. 90. unde intelligitur, saepissime commutatum esse in *advocari.* Sic in tribus locis Tertul-

Digitized by Google

evasi. Quo beneficio etiam illum vectorem meum credo laetari, sine fatigatione sui me usque ad istam civitatis portam non dorso illius sed meis auribus provecto.

CAPUT XXI.

Is finis nobis et sermonis et itineris communis fuit. Nam comites utrique ad villulam proximam laevorsum abierunt. Ego vero quod primum ingressu stabulum conspicatus sum, accessi et de quadam anu caupona illico percontor: Estne, inquam, Hypata haec civi | tas? Annuit. Nostine Milonem 66
quendam e primoribus? Arrisit. Et vere, inquit, primus istic perhibetur.

Quod beneficium F. 1. B. Vicent. *quod beneficio* F. 3. In cett. est *quo beneficio* ut G. D. O. f. R. *istum* f. *mecum* D. a m. p. *pervecto* G. P. O. π. *provecto* F. 1. 3. D. et edd. vett.
comes D. a m. p. sed in marg. *comites* a m. s. *uterque* F. 3. Iunt. 2. In reliquis *utrique*. *ad villam proximam* P. in excerptis Oud. D. π. *ad villulam proximam* F. 3. f. G. P. in coll. Putsch. In cett. *proximas villulas*. *abierunt* F. 3. G. D. f. p. π. Iunt. 2. In reliquis *abiere*. *seorsum* Ald. Iunt. 1. *ingressus* F. 3. G. P. L. B. p. f. R. O. π. Cett. habent *ingressu*. *ingressum sum* D. a m. p. deinde *sum* deletum est. *caupa* Vulc. 2. *est inquam* D. a m. p. *inquam* non comparet in O. *hypreata* D. a m. p. *hytata* Vicent. *huius civitas* π. *concurrit* pro *annuit* B. unde Oud. *congruit* divinavit. *nonne Mil.* R. *nostri Mil.* Venet. 4. *quandam* ed. pr. *prioribus* B. p. et edd. vett. praeter Iunt. 2. *istic primus* P. G. *primus iste* D.

lianus emendandus est, de Patient. c. 11. *Quis talia sine patientia tolerat? Itaque talibus et avocatio et risus promittitur*; adv. Marc. IV. c. 14. *avocare languentes*. c. 15. *mendicorum avocatorem*.

erasi viam. [cf. Virg. Aen. II. 730. Ovid. Met. III. 19. ubi cf. Bach et Ovid. Met. XIV, 126.]

quo beneficio. Quamquam elegans est huius verbi cum acc. coniunctio, tamen quum et Florent. 3. Guelf. et Iunt. 2. *quo beneficio* praeferant, nihil mutandum esse censui. cf. de graeca quam dicunt constructione Arusian. Mess. ap. Heins. ad Virg. I. 441. Graev. et Burm. ad Suet. Tiber. 74. quos Oud. excitat [Kritz. ad Sall. Cat. 51. p. 254. Cort. ad Cic. Epist. ad Fam. IX. 3. §. 4. cf. Eckst. ad Voss. Arist. Tom. III. p. 968. Front. ad Caes. Epist. III. 13. p. 77. *Namque is simul advenientem gaudet, simul periculum veretur* ubi corrigas *advenientiam gaudet*.]

provecto. Oud. omnia miscet, qui quamquam ex Bertin. cod. *pervecto* comprobat, certam tamen de utriusque vocabuli discrimine sententiam habuisse non videtur. Enumerantur enim exempla ubi Mss., pro more vacillant et ipse de sua opinione *pervehere* restituit, ut Sil. It. XV. 204. VIII. 125. Cic. post redit. c. 8. cf. Dr. ad Liv. XXXI. 23. [Sed *pervehere* dicitur, si ad finem tantummodo respexeris, ad quem pervenisse licuit, *provehere* si totam viam quam permensus es, iterum animo quasi retractas, ut non solum metam sed ipsum motum consideres. His probatis unice retinenda est lectio *provecto*, quum Lucius ad totius viae molestias respiciens equum suum laetari dicat, quod asperitudo sine fatigatione superata sit; cf. Wagn. ad Virg. Ecl. I. 73. not. crit.]

Cap. XXI. *comites utrique*. Oud. refutat scripturam *comites uterque*, quamquam in Auson. Ep. 24, 9. legatur *uterque parentes*, ubi Graevius *utrique* emendat. [Sed fortasse defendi poterit etsi non anxius in scriptura haereo. De plurali *utrique* de duobus tantum dicto cf. Burm. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 472. et quos praeterea laudat Kritz. ad Sall. Cat. 30. §. 4.]

percontor de anu. [De constructione cf. Hand. ad Tursell. II. p. 191. Matth. ad Cic. orat. pro Mil. 22. §. 59. De scriptura cf. Donat. ad Ter. Hecyr. I. 2. 2. et Fest. s. v. *Percontari* quaecumque est vocabuli origo. cf. Doed. Syn. III. p. 295.

Digitized by Google

Milo qui extra pomoerium et urbem totam colit. Remoto, inquam, ioco, parens
67 optima, dic oro et cuiatis sit et quibus dever|setur aedibus? Videsne, inquit, extremas fenestras, quae foris urbem prospiciunt et altrinsecus fores proxi-
[112] mum respicientes angiportum? Inibi | iste Milo deversatur ampliter nummatus et longe opulentus, verum extremae avaritiae et sordis infimae infamis homo; foenus denique copiosum sub arrhabone auri et argenti crebriter exercens:

Milio Venet. 2. *extra urbem totam pomoerium colit* F. 2. G. D. O. P. *qui extra pomoerium et urbem totam colit* F. 1. 3. R. f. p. et edd. vett. *pomoerium* exulat a P. *semoto* B. *loco* G. pro more. *rogo* pro *oro* B. G. a m. s. *oro te et π. deversetur* edd. vett. *respiciunt* O. *ubi* pro *inibi* D. a m. p. *demoratur* O. π. pro *deversatur:* unde Oud. coniecit *devorsatur.* Minime. Est enim mera glossa vocis *deversatur. diversatur* edd. vett. *ampl. munitus* B. *denique* deest in D. O. R. f. *denique* Venet. 4. *crebiter* G. Vulcan. Elm. et Pric.

ubique edendum curavi, quia opt. Mss. eam ubique praebeant; cf. Kritz. ad Sall. Cat. 40. p. 187. Ita in luculentissimo Dictyis Cret. codice. S. Gall. s. IX. semper *percontari* legitur et sic quoque in Florent. 3. enotatum video. cf. Ded. ad Dictyn. Cret. III. 127. Gies. ad Cic. Divin. II. 36. quosque ibi excitat, Eckst. ad Tac. Orat. 1. Aliter Oudend. qui ad Met. I. p. 80. ita adnotat: *cunctor forsan sic Apuleius semper et percunctor sensu morandi at contor et percontor sensu inquisitionis.*]

extra pomoerium et urbem totam colit. Ita ex optt. Mss. et Iunt. 2. revocavi sensu apertissimo. Lucian. Asin. c. I. p. 568. *πλησίον ἤδη τῆς πόλεως ἦμεν καγὼ ἠρόμην τοὺς Θετταλοὺς εἴπερ ἐπίστανται ἄνδρα οἰκοῦντα ἐς τὰ Ὕπατα, Ἵππαρχον τοὔνομα . . . οἱ δὲ εἰδέναι τὸν Ἵππαρχον τοῦτον ἔλεγον καὶ ὅπου τῆς πόλεως οἰκεῖ . . . ἐπεὶ δὲ πλησίον τῆς πόλεως ἐγεγόνειμεν κῆπός τις (ἔνδον) ἦν καὶ οἰκιδίον ἀνεῳγὸν, ἔνθα ὁ Ἵππαρχος οἰκεῖ.* *Colere* neutraliter dictum pro *habitare* cf. Oud. ad Caes. B. G. IV. 1. [Drak. ad Liv. XXIV. 49. Bach ad Ovid. Met. XV. 642. Wagn. ad Virg. Aen. I. 16.] quem usum quum Colv. non perspexisset *incolit totam urbam* coniungens explicavit ironice, de eo, qui quamvis extra pomoerium habitat, tam amplis aedibus deversatur, ut quasi totam urbem possidere videatur.

optima parens. [Eodem modo dictum est ut *mater* quae solemnis erat formula adeuntium cum aliquid ab anu exquisituri erant: cf. Burm. ad Petron. c. 7. Saepius haec blandientium denominatio occurrit apud Apul. II. p. 85. IV. 292. *Oro* his adeuntium blanditiis addi solet cf. Burm. l. l.]

quae foris. — angiportum. Oud. recte intellexit *prospicere* et *respicere* ita sibi opponi [cf. Ovid. Met. II. 190.] ut ab una parte ad urbem versus non essent fores, sed fenestrae modo, ab altera parte adversus angiportum quendam fores. [Quid vero sibi velit *foris* Oud. non capiens intactum plane reliquit. Male Beroald. et Florid. explicant *forinsecus* quum fenestrae *intrinsecus* urbem prospicere nequeant. Hoc ineptum est nec probari debebat ab Hand. Tursell. I. p. 283. dicente: *Opponuntur foris „nach aussen" et altrinsecus quae est altera pars interior, in qua fores erant angiportum respicientes.* Neque enim de exteriore et interiore parte sermo fit, sed de diversis partibus quae utraeque poterant conspici: *Foris, extra urbem* interpretor; cf. Cic. pro Sull. 5. Suet. Caes. 9. Hand. Tursell. II. p. 707. et ita verterim: *Siehst du die Fenster, ausserhalb der Stadt, welche nach derselben zugehen; und auf der andern Seite die Thüre, dem kleinen Gässchen gegenüber.* De adverbio *altrinsecus* cf. Hand. ad Tursell. I. p. 283. Apul. Met. II. p. 134. III. p. 204.]

longe opulentus. Longe adverbium pro *valde* positum Apuleio est in deliciis; cf. Hand. Tursell. III. p. 552. qui plura exempla enumerat.]

crebriter. [Unus quem scio nostrae

igitized by Google

exiguo Lare inclusus et aerugini semper intentus, cum uxorem etiam calamitatis suae comitem habeat. Neque praeter unicam pascit ancillulam et habitu mendiconis semper incedit. | Ad haec ego risu subiicio: Benigne, inquam, et 68

erogini Venet. 4. *cum uxore etiam calamitatis suae comite habitat* F. 1. G. B. ed. pr. Vicent. P. In excerptis Putsch. *cum uxorem etiam c. s. comitem habeat* f. R. P. D. p. O. π. F. 3. [sed inter lineas habetur etiam altera lectio a manu recentiori] *habebat* D. a m. p. *et calamitatis* O. *comita* Venet. 4. *unam* P. D. *poscit* R. *ancillam* D. *mendico his* F. 1. 3. *mendicanthiis* p. *mendico* G. P. f. R. O. *mendicantis* B. edd. vett. *habitum dico* D. *Ad hoc* p. *ego* absent a P. *risum* F. 3. G. D. P. R. O. f. L.

aetatis Heindorf. ad Hor. Serm. II. 5. 93. *crebescere*, *crebiter* cett. formas defendebat. cf. Wagn. ad Virg. Georg. I. 359. not. crit. Quod alii proscribunt ut *r* aliquando eiiciatur ubi soni asperitas evitanda sit, non minus debet improbari. Ubique enim ab antiquissimis et optimis codicibus haec litera retinetur.]

aerugini intentus. [*Aerugo* pro avaritia, cupiditate habendi extat apud Hor. Art. Poet. 330. ubi male explicant, qui metaphoram inde sumptam esse dicunt, quod sicut aerugo aeri, ita avaritia tam tenaciter animis insideat ut inde eradi et evelli nequeat. Quomodo ita *aerugini intentus* quis poterit nominari? Imago aliunde deprompta est: Quum aes, quod diu reclusum iacet, aerugine obducatur, et avari sit, in arcis divitias reservare. Milo hic *aerugini intentus* appellatur, quippe qui amet aeruginem, longo situ ab aere contractam. cf. Barth. Advers. XXXI. c. 15. p. 1492. Turneb. Advers. 19. c. 9. p. 644.]

comite [cf. Cort. ad Lucan. II. 346.]

cum uxorem etiam c. s. comitem habeat. Quomodo tantopere scripturam commutare potuerint interpretes non intelligo. Plurimi enim legunt *habeat cum uxore* i. e. *habitat*. *habere* enim antiquitus dicebant pro *habitare* [ut saepius apud Plaut. Aul. prol. 5. Truc. I. 1. 58. II. 1. 35. cf. Taubm. ad Plaut. Trucul. II. 5. 52. Serv. ad Aen. VII. 131. Heins. ad Ovid. Met. IV. 733.]

pascit. [*Pascere* ironice hic positum esse credo, quum proprie dicatur de iis, qui quotidie convivia et coenas dant; cf. Salm. ad Spart. Hadr. 17. et ad Lamprid. c. 41. ad Apul. Apol. p. 438: deinde de hero servis saginam quasi praebente cf. Iuven. III. 141., quum illi quodammodo otiosi sint; cf. Burm. ad Petron c. 27. *viginti ventres pasce.*]

habitu mendico. Hanc lectionem Oud. defendit ex more veterum, qui genitivum substantivi cum adiectivo eiusdem terminationis commutantes ad prius subst. referebant; ut Met. II. p. 128. *officium fetiale* pro *fetialis*. IV. p. 256. *fortunas populares* pro *popularium* cf. Oud. ad Suet. Calig. c. 19. [cui addas: Markl. ad Stat. Silv. I. 1. 46. p. 165. ed. Lips. Heins. ad Ovid. Met. IV. 421. Oud. ad Veget. c. 23. in Misc. Obser. Vol. IX. Tom. II. p. 231. Haec quamquam probantur, ex Florentt. tamen, qui *his* adiiciunt, male ab Oud. pro *is* habitum, cui hic nullus locus est, aliud quid legendum statuo. Ego coniecturam propono *mendiconis* i. e. *mendici*, quod quamquam noviter dictum, tamen ut *epulo*, *manduco*, *bibo* non abhorret ab ingenio Apuleii. De his subst. infra agam ad Met. IV. p. 253. Hoc maxime placuit, quia Mss. vestigiis quam accuratissime respondet. Aliter vel *mendicali* vel *mendiculi*, quod in nonnullis codd. Cic. in Catil. II. c. 3. extat, possis legere; littera enim *s* facilius ex sequenti vocabulo adhaerere poterat.]

risu subiicio. [Oud. hanc scripturam, quae ab optimis codd. exhibetur, ideo improbavit, quod vel copula *et* adponenda vel participio *subiiciens* oratio connectenda fuisset. Haec me omnino non commovent, ut eius sententiae assentiar, et inusitata tantum dicendi ratio alteri longe tritiori locum cessit] *risu* Oud. explicat per *cum risu* coll. Drak. ad Liv. II. 65. [Pabst. ad Ecl. Tacit. p. 307.] de pleonasmo *subiicio inquam* cf. ad Met. IV. p. 283.]

benigne. [i. e. *largiter* cf. Heins. et

Digitized by Google

prospicue Demeas meus in me consuluit, qui peregrinatorem tali viro conciliavit, in cuius hospitio nec fumi nec nidoris nebulam vererer.

CAPUT XXII.

Et cum dicto modico secus progressus ostium accedo, et ianuam firmiter oppessulatam pulsare vocaliter incipio. Tandem adolescentula quaedam procedens: Heus tu, inquit, qui tam fortiter fores verberasti, sub qua specie mutuari cupis? An tu solus ignoras, praeter aurum argentumque nullum nos
69 pignus admittere. Meliora, in | quam, ominare et potius responde, an intra aedes herum tuum offenderim? Plane, inquit: sed quae caussa quaestionis

prospicue F. 3. G. D. p. f. B. O. et edd. ante Colv., qui *perspicue* intrusit quod negligentia quadam Lindenb. in collat. cod. F. non correctum est. *Demas* D. a m. p. *peregrinatur cum tali* F. 3. *peregrinaturum tali* edd. vett. *peregrinaturum cum* B. p. *peregrinantem cum* F. 1. G. P. O. L. D. Vulc. Scal. Wow. *peregrinantem certe* R. f. *nec funus* O. *nebula* F. 3. sed ex correctione.

modico abest a L. *pessulatam* R. f. *oppressulatam* F. 3. G. Coll. V. *velociter* pro *vocaliter* O. π. *tam firmiter* F. 3. ex antiqua correctione et vulg. *fores* exulat a P. G. *inquam* abest a *f.. inquit* extat in L. *nominare* F. 3. p. β. *nomina* B. *et post responde* F. 1. Vulc. 2. *die oro* quae verba receperunt post *ominare* Colv. et Vulc. confirmantur a R. f. G. D. F. 1. (nisi haec quoque a Lindenb. minus bene sunt collata.) — Verba *meliora* usque ad *responde* absunt a G. et D. *offenderam* P. G. D. *offendam* Wow. et seqq. edd. *de Corinthio* G. *Corinthio Demea viro* L.. G. P. undeconiecerunt *duumviro* quod in nonnullis edd. recentibus legitur. *dem e a scriptas* F. 3. D. a m. p. et in marg. additum est *viro* a m. s.

Burm. ad Ovid. Amor. I. 15. 34. Schmidt. ad Horat. Epist. I. 17. 11. Contrarium est *malignus* cf. Virg. Georg. II. 179. Schmidt. l. c. II. 1. 209., qui plura excitat. De *prospicue* cf. ad Met. p. 420.]

nec fumi nec nidoris nebulam. [Veteribus quum camini non essent, ex quibus fumus emitteretur, per fores et fenestras apertas id fiebat; cf. Iuvenal. Sat. XI. 82. et quos ibi enumerat Rupert. Tom. II. p. 612. Intt. ad Virg. Ecl. VII. 50. et Voss. ad eiusd. Georg. II. 242.]

peregrinatorem. [Ita restitui ex Mss. vestigiis. *Peregrinator* vocem probat locus Cic. ad Div. VI. 18. §. 5. *Cum* enim praepositio nullo modo potest ferri, quod *conciliare*, si *commendare* significat, dativum ubique adsciscit; cf. I. p. 70. p. 73.]

CAP. XXII. *oppessulatam* [Vocabulum, quod Apuleius quantum scio, primus latinitate condonavit, apud Amm. Marcell. XXXI. 13. med. et apud Petron. c. 97. praeterea legitur. Ita restituendam puto Glossam Isid. p. 688. *opersolatio, clusis a persolis dictum: oppessulatio, clusio, a pessulis dictum;* de re cf. Sagittar. de Ianuis. c. 14. in Graev. Thes. VI. p. 455.]

vocaliter pulsare. De more antiquorum, qui ostium pulsantes etiam forinsecus clamare solebant, Elmenh. comparat Liban. in Invid. fol. 329. ἐξελθὼν ἔωθεν καὶ κεκλεισμένας ἰδὼν τὰς τοῦ γείτονος θύρας οὐκ εἰωθὼς ὤν, προσελθὼν κρούσας ἐκάλουν. ὡς δὲ οὐδεὶς ὑπήκουε πάνυ σφόδρα κόπτων καὶ βοῶν μόλις ἤκουσα. Met. IX. p. 600. p. 630 et 651. [Sagittar. de Ianuis. c. 16. n. 35. l. c. p. 467.]

fortiter [*firmiter*, quod in nonnullis codd. legitur, scripturae est discrepantia, qua nihil inveniri potest usitatius. cf. Heins. ad Ovid. Fast. III. 279. Cort. ad Lucan. II. 473. Virg. Aen. II. 282. Doed. Syn. IV. p. 167.]

Meliora inq. ominare. Ita legendum esse Oud. iam probavit, [*nominare*, quod nonnulli codd. praebent, ex praegressa littera *m* depravatum est. De hac averrendi ominis formula cf. Burm. ad Petron. c. 45.]

Digitized by Google

huius? Literas ei a Corintho Demea scriptas ad eum reddo. Dum annuntio, inquit, hic ibidem me opperiminor. Et cum dicto rursum foribus oppessulatis se intro capessivit. Modico deinde regressa patefactis foribus: Rogat te, inquit. Intuli me eumque accubantem exiguo admodum grabatulo | et commodum coenare incipientem invenio. Adsidebat pedes uxor et mensa vacua posita, cuius monstratu: En, inquit, hospitium. Bene, ego: et

ad eum non est in R. f. O. *haec ibidem* F. 1. edd. vett. praeter ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. *dum haec annuntio inquit hic ibidem* R. f. *me* exulat in edd. ante Elm. *operimino* F. 3. G. R. f. [sed in F. 3. *r* a m. recenti est additum] *operiminor* F. 1. P. B. edd. vett. praeter Ald. quae habet *operitor. operire* O. *operi nimio* P. ex coll. Grut. *operi minimo* L. D. *apportune* π. *rursum* non comparet in π. *oppessulatis* F. 3. sed vetus lectio habebat *oppessulatus. pessulatis* f. *introcapessum* F. 3. G. P. D. L. p. f. *introcapessere* O. *intro se capessit* Scriv. Pric. Florid. *modicum* L. *deorum ingressu* p. *foribus* pro *aedibus* R. L. f. et in edd. ante Elm. praeter Iunt. 2. *floribus* F. 1. *inutili.* Venet. 4. et aliquos codd. teste Colv. unde Grut. Susp. IV. 9. coniecit *intetuli. admodum* non exstat in coll. Voss. D. a m. p. O. f. *commodo* p. *invenio* abest a D. a m. p. *posit* Venet. 4. *heem* O. *hem* π. *heu* D. a p. m. pro *en.*

Demea scriptas. [Verba *scriptas ad eum* interpretationis loco addita esse censet Oud., fretus aliquot codd. auctoritate, quos tamen non tanti facio, ut verba eiiciam. Saepius enim praep. *a* cum ablat. iungunt Romani pro genitivo substantivi, ubi res alicubi desumpta vel profecta enunciatur; cf. Ruhnk. ad Ter. Andr. I. 1. 129. et ibi Bentl. Forbig. ad Lucret. II. 50. Hand. Tursell. I. p. 35. et Intt. ad Virg. Georg. II. 243. Brantius ex scriptura *viro*, quod nonnulli codd. exhibent, non male coniecit *duumviro*, quod prius IIVIRO scriptum corrumpi facillime poterat. Sed contra Florent. 3. nihil mutaverim.]

opperiminor. [Pluralem dixit, quia servus eum in Thessalia comitatus est. cf. ad p. 13.]

se intro capessivit. [Ita emendavi ex Mss. lectione *capessum*, quae nullam praebet sententiam. *Se*, quod ante adverb. *intro* posui, necessarium est et facili negotio a praegressa *s* litera potuit absorberi. Sic omnia rite procedunt. Oud. quoque coniectura *facessit* per se comprobatur, non solum propter sententiam, cf. Met. II. p. 124. 149. VI. p. 401. Sil. Ital. XI. 107. Non. p. 306. Merc., sed propter frequentem etiam horum vocabulorum in Codd. permutationem. Ita sine dubio apud Tac. Ann. XIV. 3. legendum est *otium facesseret* vel *capesseret.* cf. Intt. ad Virg. Georg. IV. 548. et Aen. IV. 295.]

foribus. [Ex optt. codd. hoc restitui, postea *in aedibus* commutatum, quia praecedens idem vocabulum librariis offensioni erat.]

intuli me. De dictione Oud. excitat Burm. ad Val. Flacc. I. 488. Suet. Caes. 81. Sil. It. XVI. 139. [Ruhnk. Dict. ad Suet. p. 111.]

Assidebat uxor. [In conviviis enim viri in lectis iacebant, mulieres in sellis sedebant. Mouuit Lips. ad Tac. Ann. XI. 2. eum morem prius apud Romanos obtinuisse, postea vero mulieres accubuisse, ut uxores in sinu virorum, amicae in amicorum recubarent; cf. VV. DD. quos affert. Rupert. ad Iuv. II. 120. Testis est Varro de rit. P. R. apud Isidor. XX, 11, 9. Serv. ad Aen. VII. 176. Plura dabit Hanneken in Cura dom. Rom. Diss. II. c. 4. apud Salleng. in Suppl. Thes. Tom. I. p. 1279. Ursin. App. ad Ciacon. de Triclin. p. 244. sq. Böttig. Sab. Sc. VIII. Tab. XII. n. 1. de *adsidere* c. Acc. iuncto cf. Heins. ad Val. Flacc. V. 546. Virg. Aen. XI. 311. Cort. ad Iug. 11.]

bene [de eo dicitur, qui comiter oblata urbane abnuit: ut *benigne* et *recte*; cf. Gron. ad Plaut. Capt. 2, 2. 105. Graeci καλῶς dicebant: cf. Valk. ad Phoen. 406. Schmidt ad Hor. Epist. I. 7. 16.]

illico ei litteras Demeae trado. Quibus properiter lectis: Amo, inquit, meum Demean, qui mihi tantum conciliavit hospitem.

CAPUT XXIII.

Et cum dicto iubet uxorem decedere, utque in eius locum assidam iubet; meque etiam nunc verecundia contantem arrepta lacinia detrahens: Adside, 71 inquit, istic. Nam prae metu latronum nulla sessibula ac ne sufficientem | supellectilem parare nobis licet. Feci. Et sic: Ego te, inquit, etiam de ista corporis speciosa habitudine deque hac virginali prorsus verecundia generosa stirpe proditum et recte coniicerem. Sed et meus Demeas eadem litteris pronuntiat. Ergo brevitatem gurgustioli nostri ne spernas peto. Erit tibi adia-

eis p. Vicent. Venet. *ei* abest a R. f. *litteras ei* G. D. *properiter* F. 1. 3. *prosperiter* p. f. O. D. ed. pr. Vicent. Iunt. 1. Venet. 2. In textu Iunt. 2. idem extat, sed inter errores operarum deinde correctum est. *prospiciter* P. *perspiciter* G. *prospiter* π. *consiliavit* f. *Dameam* F. 3. In reliquis *Dameam Damaeam* Venet. 2.

tum dicto Venet. 2. *discedere* f. Florid. ed. *lectus* pro *lorum* Venet. 4. *assidam* F. 3. G. P. O. L. et edd. vett. *resideam* D. In cett. *assideam* et ed. pr. Vicent. Iunt. 2. *et meque* D. a m. p. *eam nunc* L. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *et iamnum* Bas. 1. Venet. 4. *etiam nunc* abest a G. P. D. R. f. O. *a preepta* F. 3. *abrepta* edd. vett. *trahens* maluit Pric. pro *detrahens*. *istic* in D. nonnisi est a m. s. *nulla sessibula* F. 3. *nulla escibula* F. 1. G. P. D. L. Z. *esibula* O. *nulla esibilia* β. *nulla sellula* vel *sessibula* Beroald. *nulla est sesula* Ald. *nulla est fibula* F. 2. p. P. in excerptis Oud. edd. vett. usque ad Vulc. 2. *nulla fabula* f. *an ne* F. 1. 3. G. P. D. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. *aut ne* O. *ac ne* F. 2. *an* Iunt. 1. 2. Ald. *nobis* deest in D. a m. p. *ecci* pro *feci* Venet. 2. Iunt. 1. *fesi* Paris — *etsi* pro *etsic* Colv. *et hic* Burm. coniecit. *et sic* non comparet in G. P. D. O. f. π. D. a m. s. habet in marg. *sedi ego*. *etiam* abest a f. P. π. *ne ista* Venet. 2. Iunt. 1. *hinc inde* pro *habitudine* Iunt. 1. *sponsa* pro *speciosa* p. *de qua hac* L. *et* ante *recte* exulat a G. P. O. f. *vicem* pro *coniicerem* L. *conviceremf*. Venet. 2. *ea de litteris* F. 3. *litteris quarum tu lator fuisti pronunciat* e glossa β. *gurgustuli* R. f.

properiter [Ex oppt. codd. ita recepi, quamquam non negandum est, *prospiciter* magis comprobari. Est enim avari, provide omnia ac prudenter circumspicere, ut eos quam accuratissime cognosent, quibuscum ratio quaedam et hospitii et consuetudinis incunda est. A *prospicus* enim fit *prospiciter*, ut a *firmus firmiter*.]

Cap. XXIII. *nulla sessibula.* Ita praebet optimus cod. Florent. 3., quem locum varie tractarunt Intt. Oud. coniecit *nulla est sedecula* vel *sedicula* ex Cic. ad Att. IV. 9. [ut legendum est apud Arnob. II. 26. *animam scientem huc omnia superioribus adventare sedeculis vel sedibus* Ms. habet *seculis*] vel *nulla en! sedilia.*

ac ne bene Oud. emendavit, quum *ne* simpliciter pro *ne quidem* positum saepius inveniatur; cf. Gell. I. 2. 17. 2. Apul. Met. III. p. 184. p. 192. IV. p. 245. VIII. p. 553. X. p. 704. [Ded. ad Dict. Cret. III. 9. Frontin. Epist. ad Caes. I. 2. p. 3. ubi mecum ita lacunae suppleantur: *O me beatum ortu tibi non commendatum. Puta, ne ullus dolor penetrare sciat corpus aut animum meum, prae tanto gaudio prosilientem.*]

et recte. Et bene retinuit Oud. Vallet enim *et quidem* [cf. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. VII. 121. Schmidt ad Hor. Epist. I. 18. 55. et Hand. ad Tursell. II. p. 477. et quos uterque excitat. Ita intelligendus locus Arnob. II. 62. *quod a scholis nonnullis et plurimum sibi arrogantibus dicitur*, ubi male *a sciolis* corrigunt. Optime enim sibi opponuntur et philosophorum scholae et magorum aruspicumque genera. Minut. Fel. c. V. §. 4. *audere quosdam et hoc studiorum rudes*, quae lectio non turbanda est; *rudis* enim hic iunctum est cum ablat.; cf. Vell. II. 73.]

brevitas [*Brevis* est *parvus*; cf. Ti-

Digitized by Google

cens et ecce illud cubiculum honestum receptaculum: Fac libenter deverseris in nostro. Nam et maiorem domum dignatione tua feceris, et tibi specimen gloriosum arrogaris, si contentus lare parvulo Thesei illius cognominis patris tui | virtutes aemulaveris, qui non est aspernatus Hecales anus hospitium tenue. 72
Et vocata ancillula: Fotis, inquit, sarcinu|las hospitis susceptas cum fide {113}
conde in illud cubiculum, ac simul ex promptuario oleum unctui et lintea tersui et cetera huic eidem usui profer ociter, et hospitem meum produc ad proximas balneas: | satis arduo itinere atque prolixo fatigatus est. 73

CAPUT XXIV.

His ego auditis mores atque parsimoniam ratiocinans Milonis, volensque me artius ei conciliare: Nihil, inquam, rerum istarum, quae itineris ubique nos comitantur, indigenius. Sed et balneas facile percontabimur. Plane quod est mihi summe praecipuum, equo, qui me strenue pervexit, foenum atque hordeum acceptis istis nummulis tu Fotis emito. His actis et rebus meis in illo cubiculo conditis pergens ipse ad balneas, ut prius aliquid nobis cibatui prospicerem, forum cupidinis peto, inque eo piscatum opiparem expositum

istud cubiculum R. f. D. *devertas* p. *diverteris* edd. vett. *nostris* Iunt. 2. *nostros* Iunt. 1. *in nostro* ed. pr. *sis* pro *si* p. et edd. vett. praeter Iunt. 2. *parvulo Thesei* Vulcan. 2. Elm. *aemularis* G. *alesanus* F. 3. G. P. R. f. p. Coll. V. ed. pr. Vicent. Venet. 4. Paris. *alesānis* D. et in marg. a m. s. *vel alesanus. alefanes* B. *alisonis* O. et inter litteras *ullius hominis. at vocata* Venet. 2. 4. Iunt. 1. *ancilla* G. P. D. O. L. f. *Fortis inquit larcinulas* Venet. 2. *crede* pro *conde* B. p. *et promptuario* G. P. et plane e omittitur in P. ex coll. Grut. *et* ante *lintea* abest ab Elm. Pric. Florid. *haec eidem* Bez. Ald. Venet. 4. et omnes ante Colv. *hoc* D. *perfer* B. *proferas* G. P. D. L. O. f. π. *occiter* G. *comiter* f.

ergo D. [a m. p.] O. *parcimoniam* D. *valensque arcius ei consiliari* f. *rerum* abest a D. *illarum* pro *istarum* f. *rite* ante *nos* inseruit B. *summum praec.* f. *summe principium* ed. pr. Vic. Ven. 2. 4. Par. *summo principium* Iunt. 2. *aequo* Vicent. *fenumque atque h.* D. *istis* abest a D. *numis* O. *actibus* p. *reconditis* P. *cupidinis* F. 3. G. D. L. p. ut infra p. 74. *cupiditatis* f. ex glossemate. In ceteris libris et edd. est *cupedinis. in quo piscarium* f. *opparem* D. a m. p. *opyparem* G.

bull. IV. 1. 94. Munk ad Fulg. Exp. p. s. p. 774. Stav.]

Hecales. Hecale anus erat Thessala, quae Theseum adolescentem hospitio benigne exceperat. [cf. Intt. ad Petron. c. 135. p. 837. sq. Burm. Taubm. ad Plaut. Cistell. I. 1. 50. Burm. ad Anthol. L. T. I. p. 593. et T. II. p. 489.]

cum fide. [Hand. Tursell. II. p. 158. Met. II. p. 170. Pric. ad Met. VI. p. 393.]

conde. Condere, quod alibi c. Abl. construitur, cf. infra p. 73. *in hoc cubiculo conditis*, etiam Acc. adsciscit, quem usum Oud. illustrat ex locis Virg. Georg. IV. 67. Apul. Met. VI. p. 422. coll. Burm. ad Suet. Aug. 100. Miscell. Obs. Vol. VII. Tom. 2. p. 239.

lintea tersui [cf. Ursin. App. ad Ciacon. de tricl. p. 147 Iuvenal. III. 263.]

profer Proferas, quod in nonnull. codd. legitur, Oud. eo defendit, quod varis modis optimi scriptores iungere soleant, coll. locis Suet. Caes. 88. Vell. II. 24. Wopk. in Misc. Obs. Vol. VIII. Tom. I. p. 37. Dr. ad Liv. XXXIX, 14, 9. et Oud. ad Caes. B. G. II. 10. De imperativo et subiunctivo ita copulatis confert Burm. ad Val. Flacc. I. 16. [cui adde Wagner. in Quaest. Virg. VI. p. 394. qui plurima exempla enumerat et praeterea Orell. ad Arnob. II. c. 30. T. II. p. 45.]

CAP. XXIV. *strenue* [Beroald. male explicat *celeriter*: est enim *diligenter, valide*; cf. Doed. Syn. II. p. 129.]

forum cupidinis [Quamquam altera quoque forma *cupedo* per se comproba-

Digitized by Google

74 video. Et percontato pretio, quod centum nummis indicaret, aspernatus, viginti denariis praestinavi. Inde me commodum egredientem continuatur Pythias, condiscipulus apud Athenas Atticas meus, qui me post aliquantum multum temporis amanter agnitum invadit, amplexusque ac comiter deosculatus: Mi Luci, ait, sat pol diu est, quod intervisimus te, at hercules exinde cum

praecentato Vicent. *quod numis centum aspern. indic. f. denarios* F. 3. G. D. P. B. O. L. R. f. et edd. vett. In ceteris libris est *denariis. perstinavi* Vicent. Iunt. I. Ald. *comitatur* M. ex glossa. *continuat* β. *Pythias* F. 3. *Phythias* G. ut supra *Phytias* P. O. L. texte Oud. *Pythias* D. [et altero loco *Pithyas*] *Pithias* p. δ. *et discipulus* P. *Athycas* D. *athicas* Vicent. Iunt. 1. *atticas* abest a coll. V. *aliquantum* F. 1. 3. G. D. P. O. R. f. *aliquantulum* B. p. et edd. vett. *cognitum* f. *invadeat* P. *invadiat* G. *moi Luci satis* p. *intervisimus* D. *intervisimus* P. L. *at hercules* F. 1. 3. G. D. B. et edd. vett., ita ut lectio *et* prava videatur esse interpretis cuiusdam emendatio. Oud. enim de codd. reticuit. *exinde* abest a P. G. D.

tur et usitatior videtur fuisse, contra eodem modo variatur, Oud. defendit constantem optt. codd. auctoritatem non pugno. Veteres enim *cupere* et *cupire* dicebant; cf. Eckst. ad Voss. Arist. Tom. II. p. 870. et Varro ipse Lib. V. p. 148. Spengel.: *Ad cornēta,* ait, *Forum Cupedinis a Cupedio quem multi Forum Cupidinis a cupiditate,* unde intelligitur, a Romanis etiam forum *cupidinis* esse dictum; ceterum cf. Fest. s. v. *cuppes* p. 37. et p. 368. Lind. Varr. apud Donat. in Ter. Eun. 2. 2. 35. Non. s. v. *cuppedia* p. 85. Merc. Doed. Syn. VI. p. 92.]

indicaret. [*Indicare* est vendentium, si rei venalis pretium proponunt; cf. Cic. Off. III. 3. 15. ibique Beier. Plaut. Pers. IV. 4. 37. ubi cf. Taubm. Apul. Met. I. p. 78.]

denariis. Denarios, quod in optimis Codd. legitur, prave et sine sensu esse dictum Oud. iam monuit. [Equidem volui emendare *denariūm,* quod *denariom* scriptum facile corrumpi poterat. Sed ἐπέχω.]

continuatur. [*Continuari,* quod apud optt. quosque scriptores cum dativo iunctum ubique invenitur, idem est, quod *continenter, pressim aliquem sequi;* cf. Heind. ad Cic. de Nat. D. II. 45. Solus Apuleius quantum scio praeter antiquissimos scriptores, quorum exempla leguntur apud Non. p. 93. Merc. qui cf. p. 674., accusat. huic vocab. iungit. His igitur locis pro deponenti habuerim. Formam Bembini cod. *continuat,* quae apud Tac. Germ. 45. in edit. Vienn. ex more auctoris, qui activam formam deponenti saepius praeferat; ut *aemulare, percontare, reluctare* al. Sed hoc non solum Apuleii est, sed omnium omnino Aforum. Et sic *protestare* corrigo apud Arnob. IV. c. 11. *quid protestatis obscoene a nobis deos violari et negligi sacrilege clamitatis:* et apud Minut. Fel. c. 5. *aut scire sit datum aut scrutare permissum aut lustrare religiosum:* et apud Tertull. ad Martyr. c. 2. *et si aliqua amisistis vitae gaudia, negociatio est, aliquid amittere ut maiora lucretis;* cf. Priscian. VIII. c. 6. p. 380. Krehl. De *continuare* cf. Miscell. Observ. Vol. VII. Tom. II. p. 217. Barth. Adv. XXXV, 14. p. 1612. Heins. ad Ovid. Met. XIV. 239.]

aliquantulum multum [Hanc optt. codd. lectionem cur Oud. in *aliquam multum* mutaverit, equidem non video, quamquam probabilis ea est coniectura, et multis exemplis potest confirmari. cf. ad Apol. p. 593.]

Athenas Atticas [Apuleius ita dixit exemplo Plauti Rud. III. 4. 36. Truc. II. 1. 16. cf. Taubm. ad Mil. Glor. II. 1. 22. Fortasse ita defendi licet locus Hygin. Fab. c. 79. p. 153. Stav. *detulerunt Athenas in pagum Atticae regionis.*]

Deosculatus. [De more antiquo exosculandi amicos et hospites; cf. Intt. ad Petron. 74. Sen. de Ira c. 2. Tac. Agr. 40. Ann. XIII. 18. ibiq. Buchn. Lips. Elect. II. 5. 6. Apul. Met. II. p. 85. et p. 101.]

ex astu a magistro digressi sumus. | Quae autem tibi causa peregrinationis 75
huius? Crastino die scies, inquam. Sed quid istud? Voti gaudeo. Nam et lixas et virgas et habitum prorsus magistratui congruentem in te video. Annonam curamus, ait, et aedilem gerimus, et si quid obsonare cupis utique commodabimus. Abnuebam: quippe qui iam | coenae affatim piscatum pro- 76
spexeramus. Sed enim Pythias visa sportula, succussisque in adspectum planiorem piscibus: At has quisquilias quanti parasti? Vix, inquam, piscatori extorsimus accipere viginti denarium.

CAPUT XXV.

Quo audito statim arrepta dextera postliminio me in forum cupidinis reducens: Et a quo, inquit, istorum nugamenta haec comparasti? Demonstro

adstio mag. F. 3. *e Vastio* B. p. et edd. vett. Ceteri *cum a* [*ab* f.] *magistro* habent. *dies* D. a m. p. *gaudio* D. *et* ante *lixas* abest a Coll. V. f. et O. *lixas* O. *convenientem* B. pro *congruentem* [ex glossa cf. de Deo Socr. p. 147.] *anomam* D. *an nonam* G. *absonare* Vicent. *utibs* Vicent. pro *utique* [quod ex conversa litera *b* pro *q* exortum est.] *affatim* deest in R. et f. *piscatum* F. 3. G. D. Vicent. Iunt. 1. Ald. Venet. 2. 4. In ceteris extat *piscatus*. *pleniorem* D. *quantum* Ms. Ven. Iunt. 1. Ald. *has* abest a f. *denerium* F. 3. *denarium* M. In ceteris libris et edd. vett. est *denarios*.

statim exulat a f. *dextera* F. 3. G. D. Iunt. 2. *reduceres* ed. Vicent. *conducens* f. *migamenta* Vicent. *discorum nugam* f.

ex asty. [Bene Stewech. turbatam Mss. lectionem restituit. Notissimum enim est, Athenas et apud Graecos et apud Latinos ἄστυ et *asty* nominari cf. Terent. Eun. V. 6. 17. Accius ap. Non. p. 258. Merc. Savar. ad Sidon. I. ep. 6. Voss. Inst. Orat. IV. 10, 5.]

crastino die. Contra Apuleii morem omnes Mss. servant *die* pro simplice *crastino;* ut Met. II. p. 116. Plura dabit Pric. ad h. l.

voti gaudeo. [Elm., qui sententiam horum verb. non intellexerat, nonnulla deesse putabat, eo nomine iam ab Oud. vituperatus, qui quamquam constructionem ex graeco more explicat, totam tamen enunciationis vim prave neglexit. *Votum* enim h. l. id significat, quod petitur, quod optatur; cf. Florid. p. 2. Ovid. Art. Am. I. 671. *gaudere,* ut apud Cic. ad Div. VI. 15. *tibi gratulor mihi gaudeo,* videtur esse positum cf. ad h. l. Manut. Non inepta est Gulielmi coniectura: *quid istud novi? gaudeo.* Gratulatur enim Lucius Pythiae, quod rei publicae curam sit amplexus et civitatem pro voto sibi assumserit.]

lixas et virgas. *Lixam* pro adparitore seu lictore aedilicio dici Oud. comprobat ex Gloss. Philox. *lixa* ἀγοραῖος. [De *virgis* quae contra ius Romanum aedili dabantur municipali cf. Chimantell. Marm. Pisan. c. 5. in Graev. Thes. T. VII. p. 2041. et Lips. in Elect. II. 23. T. I. p. 731. ed. Vesal.]

annonam [cf. Petron c. 44. p. 274. Burm. Plin. Hist. Nat. XVIII. 4. 3. Liv. X. 11. XXX. 26. Plaut. Rud. II. 3. 42. fr. 12. D. de decurion. 50. 2.]

aedilem gerimus. Aedilem, quod Scal. in *aedilatum* vel *aedilitatem* commutari voluit, Oud. retinet coll. Intt. ad Flor. I. 1. 31. Val. Max. IV. I. 4. et Vell. Pat. II. 95. Arntz. ad Plin. Pan. 44. [Munk ad Fulg. Mythol. II. 1. p. 665. Stav. De aedilitate municipali s. quinquennali cf. Turneb. Adv. XI. 10. p. 349. Gronov. Obs. IV. 14. p. 452. ed. Lips. et Chimantell. Marm. Pisan. c. 6. in. Graev. Thes. l. c. p. 2045.]

piscatum [ex oppt. libris retinui contra Oud., qui tamen usum Latinorum agnoscit *affatim*, *sat* adverbialiter ponendi, de quo iam supra dictum est. [cf. Dr. ad Liv. I. 16. §. 8.]

Cap. XXV. *et a quo. Et* particulam praefigi solere interrogationi praesertim

Digitized by Google

77 seniculum. In angulo sedebat. | Quem confestim pro aedilitatis imperio voce
asperrima increpans: Iam iam, inquit, nec amicis quidem nostris vel omnino
78 ullis hospitibus | parcitis, quod tam magnis pretiis pisces frivolos indicatis, et
florem Thessalicae regionis ad instar solitudinis et scopuli edulium caritate
deducitis? Sed non impune. Iam enim faxo scias, quem ad modum sub meo
79 magisterio mali debent coerceri. Et | profusa in medium sportula, iubet offi-

confestim Venet. 2. *inquit iam iam* F. 1. G. D. P. O. R. f. *tam iam* M. *iam inquit* non repetitum β. Post *nec* incipit cod. δ. *amicis nostris quidem* G. D. f. *odio* pro *omnino* p. [ex compendio *oio.*] *quod* F. 3. G. D. *quid tam* F. 1. B. et edd. praeter Iunt. 2. In ceteris videtur *qui tam* extare. *tam* abest a D. *renditatis* F. 1. D. δ. *Thessalicae* F. 3. G. D. [a m. s.] O. L. In ceteris Mss. et edd. est *Thessaliae*. *instar* pro *adinstar* F. 1. Iunt. 2. *postuli* pro *scopuli* δ. *caritate edulium* G. P. D. O. f. *aedilium* Vicent. *deduitis* p. *ducitis* L. *saxo* Vicent. *meo mag.* F. 3. G. D. O. B. P. et edd. vett. In ceteris est *nostro mag.* *debent* F. 3. G. D. f. δ. *debeo* p. In ceteris extat *debeant.*

indignantis, iam monuit Oud. coll. Heins. ad Ovid. Amor. III. 8. 1. Vechn. Hellen. II. 3. p. 423. Heus. Giphan. in ind. Lucret. s. vv. *et quantus et quis.* [cf. Hand. Tursell. II. p. 493. n. 14. 15. quosque ibi profert.]

Humi sedebat. Saepissime ita loquitur Apuleius, ut relativum omittat: quam elegantiam librarii non intelligentes prave commutabant. cf. Met. II. p. 143. *senem. Insistebat lapidem* III. p. 184. Eodem modo etiam alios scriptores locutos esse probant Intt. ad Suet. Oth. c. 9. Heins. ad Virg. Aen. II. 342. [cf. Cic. de N. D. I. 36. Heins. ad Ovid. Fast. III. 37. Dr. ad Liv. XXII. 46. 9. Et ita stabiliri potest locus Hygin. fab. c. 75. p. 223. ubi lego: *Ad Charibdin est perlatus. Ter die obsorbebat.*]

pro aedilitatis imperio. [Quum bonitatem mercium aediles curarent, iuris dictionem habebant, si quis contra leges egerat: cf. fragm. 2. §. 34. D. de orig. Iur. 1. 2. fr. 1. §. 1. fr. 63. D. de aedil. edict. 21. 1. Aurel. Vict. de V. Illust. 72. quos Walter excitat in libro: *Geschichte des röm. Rechts* I. c. 18. p. 160. Casaub. ad Pers. I. 130. Wernsd. ad Poet. lat. min. T. V. p. 609. Rup. ad Iuv. X. 101.]

inquit [quod in multis codd. praefixum vides, probarem, si Florent 3. accederet, quamquam rarior est hic vocis positus cf. Catull. LV. 11. *quaedam inquit nudum sinum reducens.* Librarii in hoc verbo ponendo non ita accurati fuisse videntur. Saepius enim praepositum in Codd. legi.]

iam iam. [cf. p. 55. Sall. B. I. c. 17. Hand. Turs. III. p. 155. sq. Wagner. Quaest. Virgil. XXIV. 9. p. 493. et eund. ad Eleg. ad Messal. p. 13.]

Thessalicae [ex optt. Mss. revocavi. cf. supra p. 24.]

ad instar [cf. Hand. Tursell. I. p. 133. Serv. ad Aen. II. 15. XII. 923. ibique Burm.; ad Aen. VI. 866. ubi ex loco ad Aen. II. 15. emendandum est: *Ad instar enim non dicimus. quod Probus declinat. quod* enim hic est *quamquam*; cf. Prop. III. 1. 49.]

deducitis. Deducitis praefert Oud. explicans *differtis. infamatis.* Equidem Floridi probo sententiam: *Redigitis urbem Thessaliae florentissimam ad formam solitudinis.* cf. Cort. ad Lucan. II. 294. *flos Thessaliae* [cf. Rup. ad Iuv. Sat. V. 56.]

magisterio. Oud. de h. v. excitat Gron. ad Liv. XXIV, 25. et sua dict. ad Suet. Calig. 22. [ubi cf. etiam Wolf. Casaub. ad Capitol. Marc. Ant. c. 4.]

debent. Ex oppt. codd. ita recepi, quia saepius in oratione obliqua indicativus invenitur, qui a sciolis librariis temere mutabatur. Oud. de hoc usu comparat dict. ad Caes. B. G. II. 32. Burm. ad Lucan. I. 126. Bentl. ad Hor. Sat. I. 11. 2. [Perlk. Horat. p. 50. 55. Sillig. ad Catull. LXI. 77. Cort. ad Lucan. I. 126. VI. 593. Intt. ad Virg. Ecl. IV. 52. Burm. ad Prop. I. 2. 9. Nihil

Digitized by Google

cialem suum insuper pisces inscendere, ac pedibus suis totos obterere. Qua contentus morum severitudine meus Py|thias ac mihi ut abirem suadens: [114]
Sufficit mihi, o Luci, inquit, seniculi tanta haec contumelia. His actis consternatus ac prorsus obstupidus ad balneas me refero, prudentis condiscipuli valido consilio et nummis simul privatus et coena, lautusque ad hospitium Milonis ac debinc cubiculum me reporto.

CAPUT XXVI.

Et ecce Fotis ancilla: Rogat te, inquit, hospes. At ego iam inde Milonis abstinentiae cognitor excusavi comiter, quod viae vexationem non cibo sed somno censerem diluendam. Isto accepto pergit ipse, et iniecta dextera clementer me trahere adoritur. Ac dum contor, dum modeste renitor: Non prius, inquit, discedam, quam me sequaris. | Et dictum iureiurando secutus, iam 80
obstinationis suae me ingratis obedientem perducit ad illum suum grabatulum

incedere M. ex glossa. *suis* abest a f. R., quod elegantius esse dictum, Oud. male pronuntiat cf. ad p. 19. *Pro morum* Lipsius divinavit *in ore*. *contempta* D. *mihi* abest a f. *obstupide* D. a m. p. *obstupens* M. *calido d.* a m. s. Ceteri codd. et edd. vett. habent *valido* [de qua mutatione cf. Intt. ad Sil. XV. 337. ad Liv. XXXV. 32. ad Val. Flacc. I. 260. Burm ad Lucan. IV. 511. Cort. ad Cic. Ep. ad Fam. III. 8. Burm. ad Ovid. Met. VII. 123.] *ex numis* p. *privatis* Vicent. *lotus* D. [a m. s.] *cubiculo* L. R. π.

ecce abest a D. *rogaret* Venet. 2. *ac ego d. iam mihi* G. ex mutatione compendiorum $\overline{in}$ [i. e. *inde*] et $\overline{m}$ [i. e. *mihi*.] *iam* abest a f. *comitem* f. $\overline{tpi}$ pro *ipse* p. *dextera* F. 3. G. D. *d.* *et dum mod.* L., *d.* f. O. *sequeris* O. *deinde* pro *et dictum d.* *obstinationi* O.

eo usu apud Afros, inprimis apud Arnobium est frequentius; cf. Arnob. I. 30. I. 54. ubi legendus est indic. ex Ms. II. 1. 54. 55. III. 6. IV. 1. Fronton. Epist. ad Verum. 12. p. 196. *cur me non revocavit*.]

insuper adscendere [est *praeterea inscendere*; cf. Hand. Tursell. III. p. 385. Dr. ad Liv. XXI. 1. §. 5.]

valido [Unice probanda est haec lectio. Ironice enim Apuleium hanc totam rem tractare ex tota narratione potest intelligi. *Validum* igitur nominat aedilis consilium, quod caedi flagellis poterat ex suo magisterio seniculus, nec ullum ex Pythiae poena ad senem redundabat incommodum. Tantopere enim forticulus ille Pythias timebat, ut secederet foro Lucio suaderet. *Calidum* illud consilium, de quo cf. Dr. ad Liv. XXXV., 32. §. 13., nominari non poterat, quoniam non ex ira et libidine, sed ex iure legum iste agebat.]

cubiculum [Ex oppt. codd. reposui, quamquam alterum ex more veterum poterat comprobari, qui varios casus uni verbo iungere solent; cf. ad Met. II. p. 97. ubi plura dicam.]

Cap. XXVI. *dictum secutus.* [*Sequi* de rebus quae modo dictae vel promissae statim perficiuntur cf. Cort. ad Lucan. VII. 382. Heins. ad Met. I. 647. Apul. Met. III. p. 203. VI. p. 442. Bach. ad Ovid. Met. IV. 550.]

obstinationis suae. [Oud. male ita legi existimat, licet putetur *ei* excidisse et dativum huic loco constituit, qui eo facilius mutari poterat, quod litera *s*, praegresso vocabulo adhaerens sequitur; attamen genitivus ex Graecorum dicendi ratione defenditur, qui ὑπήκοος eidem casui iungunt; cf. Plat. de Repubi. IV. p. 440. D. Elms. ad Eurip. Heracl. 287. Neque vero negandum est, nullum aliud apud Romanos inveniri eius structurae exemplum.]

ingratis Groosl. et Pric. maluerunt *ingratiis*, quam formam (a Zumptio ad Cic. Verr. IV. 9. §. 19. p. 670. poetis tantum concessam) ex multis poetarum exemplis illustrat, quamquam et altera ei comprobetur; cf. Lamb. ad Lucret. III. 1002. Stav. ad Nep. Them. c. 4. §. 4. [Plura dabit Loon. de Manum. Serv. l. IV. c. f. Poleu. Suppl. Thes. Tom. III. p. 408.

Digitized by Google

et residenti: Quam salve agit, inquit, Demeas noster? Quid uxor? quid liberi? quid vernaculi? Narro singula. Percontatur accuratius caussas etiam peregrinationis meae. Quas ubi probe protuli, iam et de patria nostra et de eius primoribus ac denique de ipso praeside scrupulosissime explorans, ubi me post itineris tam saevi vexationem sensit fabularum quoque serie fatigatum,
81 in verba media somnolentum desinere ac nec quicquam | defectum iam incerta verborum salebra balbutire, tandem patitur cubitum concederem. Evasi aliquando rancidi senis loquax et famelicum convivium, somno non cibo gravatus, coenatus solis fabulis. Et in cubiculum reversus optatae me quieti reddidi.

agit abest a D. *inquit agit* f. *Demeas meus* ∂. cf. p. 78. *vernaculi* L. et Venet. 2. *percontanter* D. *ac curatius* G. *ut* pro *ubi* ∂. [crebra variatione cf. Dr. ad Liv. XXIII. 15.] *pertuli* B. G. D. P. p. f. et omnes edd. vett. *iam quod* ∂. *et iam et de patria* Iunt. 1. 2. Ald. *patria mea* f. *primatibus* B. O. pro *primoribus*. *denique et de* D. *me* abest a B. *sensit* omnes quos equidem contuli codd. et in P. p. ∂. quos Oud. solos affert. In edd. vett. extat *sentit*, quod a sciolo profectum videtur esse librario, quem praesentis temporis usus in praegressis decipiebat. *fatigatus* ∂. *somolentum* L. *somnulentum* Ms. Al. teste Oud. *somnolentibus* ∂. *nec quicquam* F. 3. G. D. ed. pr. In ceteris est *ne quidquam*. *me quidquam*. Iunt. 1. 2. Ald. *refectum* β. *in certa* Vicent. *balbutientem* O. *concedere* F. 1. G. D. *rancidi* D. O. *famellicum* D. *seminis loq.* P. *in* ante *cubiculum* abest a R. f. cf. Met. I. p. 24.

Förtsch. ad Voss. Arist. Tom. I. p. 524. Hand. ad Tursell. III. p. 379., qui accuratissime inter utrumque distinguit.]

quam salve agit. [De hac formula salutantium cf. Taubm. ad Plaut. Stich. I. 1. 10. Trin. V. 2. 53. Schmidt. ad Hor. Epist. I. 8. 3.]

nequidquam Dr. ad Liv. V. 43. IX. 18. *nequiquam* formam praetulit [cf. eund. ad XL. 47. §. 9. Cort. ad Lucan. II. 491.] quam tamen et analogiae et ellipsi contrariam esse Oud. existimat. Quum enim contrahatur ex *ne ad quidquam*, litteram *d* necessario addi debere, coll. Gron. ad Liv. XLII. 64. [Equidem aliter diiudico. Ubique enim *nec quicquam* edendum curavi, quod, quamquam frigidior est quaestio, cf. Quint. Instt. I. 7. §. 6., non solum a Prisciau. I. c. 8. p. 42. Krehl et Mar. Victor. Art. Gr. p. 2406. commendatur, sed in optt. quibusque Mss. semper invenitur. Ita cod. Medic. Virgilii, qui ad orthographiam est accuratissimus, ubique eam formam praebet; cf. Wagn. ad Virg. Georg. IV. 447. Huc accedit, quod in integerrimis libris saepius *quiquam* scriptum legitur, *c* propter sequens *q* a librariis omisso; cf. Dr. ad Liv. V. 43.]

concederem. De particula *ut* elegantius omissa Oud. comparat dict. ad Suet. Calig. c. 27. Apul. Met. II. p. 124. IV. p. 725. IX. p. 595.

aliquando [pro *tandem* dictum cf. Moser. ad Cic. Tusc. I. 44. p. 360. sq. Hand. Tursell. I. p. 250.]

rancidi. [*Rancida* proprie dicuntur cibaria et alia, quae diu reservata putrescunt, deinde *turpia*, *mala*; cf. Casaub. ad Pers. I. 33. et Rup. ad Iuv. VI. 185.]

Digitized by Google

LIBER II.

CAPUT I.

Ut primum nocte discussa Sol novus diem fecit, et somno simul emersus et lectulo, anxius alioquin et nimis cupidus cognoscendi quae rara miraque sunt: reputansque me media Thessaliae loca tenere, quo artis magicae nativa cantamina totius orbis consono ore celebrentur, fabulamque illam optimi comitis Aristomenis de situ civitatis huius exortam, suspensus alioquin et voto simul et studio curiose singula considerabam. Nec fuit in illa civitate, quod adspiciens | id esse crederem quod esset, sed omnia prorsus ferali murmure in 49
aliam effigiem translata; ut et lapides quos offenderem de homine duratos, et

At pr. δ. eversus Venet. 4. *alioquin.* Omnia usque ad alterum *alioquin*, vitio librarii in B. absunt. *alioqui* Iunt. 2. Ald. *et* ante *nimis* abest ab O. *quae rata* G. *native* f. *celebrantur* edd. post. Colv. f. δ. *fabulaque illa* D. *aristotemis* D. a m. p. *huius civit.* f. *exorta* D. *cuncta* pro *singula* p. I.. *curiose* exulat a p. *lepides* Venet. 4. *offenderam* δ. *duros* O. et π. [cf. Met. V. p. 330.] *in idem.* ■ *ididem* O.

Cap. I. *sol novus.* Oud. hoc explicat *sol renascens* coll. Misc. Obs. Vol. II. T. I. p. 96. Cerd. ad Virg. Georg. I. 288. Claudian. in Fescenn. O. 2. [Gron. Diatr. c. 36. p. 234. Auson. Ros. 12.] Alio sensu de primo anni die ponitur, ut idem memorat; cf. Burm. et Serv. ad Aen. VII. 7. Auson. de Urb. 14. [cf. Markl. ad Stat. Silv. IV. 1. 19. p. 304. ed. Dresd.]

quo artis magicae. [Non solum apud veteres Thessalia arte magica et veneficiis erat famosissima, cf. quae affert Wachsmuth. *Hellen. Alterth.* IV. 109. adn. 60. Intt. ad Hor. Epod. V. 45. Od. I. 27. 21. Propert. I. 5. 6. Munk. ad Hyg. f. XXVI. 26. p. 75. Cort. ad Lucan. VI. 438. 441. Schmidt. ad Hor. Epist. II. 2. 209. sed hodieque haec cantamina apud Thessalos valent; cf. *Zeitung f. d. eleg. Welt.* 1829. Nro. 168. *„Thessalien hat noch heut zu Tage seine Zauberinnen; hört man die Bauern, so können diese Weiber mit Hülfe eines Ringes Palläste erbauen u. niederreissen, die Sterne von ihrer Stelle rücken u. s. w. Eifersüchtige Frauen suchen durch sie ihre unbeständigen Männer mit Hülfe von Zaubertränken u. dergl. zu fesseln, beim Scheine des Mondes murmeln sie unverständliche Worte, werfen Salz, Mehl, getrocknete Lorbeerblätter auf glühende Kohlen und wirken so den Zauber.“*]

murmure [*Murmur* de sacris nocturnis et cantaminibus dictum explicat Cort. ad Lucan. IV. 448. Val. Flacc. VII. 464. Rupert. in Add. ad Iuven. VI. 539. Plura dabit Kopp. Palaeogr. crit. Tom. III. Lib. II. c. 7. §. 497. p. 589. Apul. Apol. p. 504.]

lapides—duratos. De his transformationibus Elm. comparat Aug. de Civ. XVIII. 18. de Spir. et An. c. 26. ad Simpl. Quaest. I. II. c. 3. Quaest. Vet. et Nov. Test. 27. Boden. de ma-

Digitized by Google

[115] aves quas audi|rem indidem plumatas, et arbores quae pomoerium ambirent similiter foliatas, et fontanos latices de corporibus humanis fluxos crederem. Iam statuas et imagines incessuras, parietes locuturos, boves et id genus pecua dicturas praesagium; de ipso vero coelo et iubaris orbe subito venturum oraculum.

CAPUT II.

Sic adtonitus immo vero cruciabili desiderio stupidus, nullo quidem initio
84 vel omnino vestigio | cupidinis meae reperto, cuncta circuibam. Tamen dum in luxu nepotali simul ostiatim singula pererro, repente me nescius forum cu-

abirent. Venet. 2. *similiter fol.* inveni in F. 3. G. D. P. f. Iunt. 2. In ceteris est *foliatas similiter. in statuas* p. *parietes* D. a m. p. *id genus* deest in O. L. D. π. f. *pecora* R. f. *dicturas* F. 3. G. D. p. *dicturos* R. f. O. d. In ceteris *dictura.*

obstupidus O. *indio* pro *indicio* f. *cuncta* deest in d. *tandem* pro *tamen* emendavit Grotius. *dum in luxu nepotalem similis* F. 1. 3. p. [qui habet *simul* solito errore] *dum luxu temulento similis* L. *dum in luxu temulento similis* G. *dum illuxu temulento similis* D. *dum in luxu nepotali temulento similis* B. *in luxu nepotali simul* edd. vett. praeter Iunt. 2., quae *dum temulento similis in luxu nepotali* habet. *dum incessu temul. similis* P. *tamen dum in luxu temulento hostiatim simul.* f. *percurro* R. *nescium* G. *inscius* P. *cupidinis* F. 3. G. D. In ceteris est *cupedinis*; cf. ad pag. 87.

gor. daemonomania II. c. 6. Delrio Inq. Mag. I. c. 18.

indidem i. e. *ex iisdem hominibus*, unde Pric. male fabricavit *ibidem*. Oud. excitat. Intt. ad Gell. VI. 10. ad Caes. B. G. VII. 62. ad Flor. IV. 12. 48. [cf. Hand. Tursell. III. p. 372. sq.]

corporibus. Coniectura Wow. *cruoribus* ab Elm. probata Oud. iam displicuit, qui exempla huius transformationis affert ex Ovid. Met. V. 633. IX. 662. XV. 549.

pecua. Oud. hanc formam e Mss. praetulit, quae Apuleio magis in usu esset coll. Dr. ad Liv. V. 48. Schwartz. ad Mamert. Genethl. 9. [cf. Voss. Arist. Tom. II. p. 643. ibiq. Eckst. Garaton. ad pro Manil. 6. 15. Intt. ad Virg. Georg. III. 64. Non. p. 159. Merc. Doed. Syn. IV. p. 294. n.]

dicturas. De hac syllepsi adeas sis Oud. et Burm. ad Suet. Caes. 75. [Oud. ad Caes. B. G. II. 7. Bell. Afr. 26. et quos excitat Kritz. ad Sall. Cat. X. 2. §. 52. Femininum mutare nolui, quia plurimus est in eius usu Apuleius cf. I. p. 39. et infra quae dicam ad Met. VII. p. 493. Qui usus quum librarios offenderet, commutarunt *dicturos* et deinde *dictura*, quod regulis grammaticis magis conveniret.]

subito. [Frigidum hoc esse adverbium Pricaeus et cum eo Oud. quum intelligerent, ille *lucido* hic *muto* coniiciebant. Utrumque mihi displicet quamvis idem sentienti, quoniam a vestigiis Mss. recedat, et *muto*, quid sibi hic velit equidem non capiam. Ego *sudo* vel *subudo* pro *subito* legerim; cf. ad Met. IV. p. 307. ubi plura dicam. Ita dixit Auson. Mosell. 12. *Phoebusque sereno lumine purpureum reserat iam sudus Olympum.* cf. Apul. Met. XI. p. 768.]

Cap. II. *stupidus. Obstupidus* praetulit Oud. [Vix credibile est, quomodo placere istud Oud. potuerit, quum meram sapiat librarii interpretationem, qui *stupidum*: *fatuum* modo significare opinatus est. Hoc vero idem esse quod *obstupidus*, illustrant exempla Plaut. Poen. V. 4. 79. Epid. IV. 2. 13.]

in luxu nepotali. Hunc locum varie tentarunt interpretes. Scalig. in mentem venit coniectura *lixae*, quam Modius comprobavit in marg. ed. Colv. ex loco Isid. Gloss. p. 685. *lixabundus ambulat, qui voluptatis caussa ambulat.* Wass. placuit *semilixae*, Sopingio *in lusu*, quippe quae voces saepius inter se commutentur; cf. Intt. ad Prop II. 23. 79. Liv. I. 57. [Gron. ad Sen.

Digitized by Google

pidinis intuli. Et ecce mulierem quampiam frequenti stipatam famulatione, ibidem gradientem accelerato vestigio comprehendo. Aurum in comis et in tunicis, | 85
ibi inflexum, hic intextum matronam profecto confitebatur. Huius adhaerebat

sequenti pro *frequenti* O. *famulitione* F. 1. 3. R. f. G. O. d. In ceteris *famulatione* legitur. *gaudentem* pro *gradientem* π. *ad celerato* Venet. 2. *in genis* B. In ceteris codd. et edd. *in gemmis* extat. *inflexum* F. 1. 3. Lips. coniecit *implexum* Colv. et Brant. comprobatum. *intextus* P. G. f. *intestus* D. *ardebat* pro *adherebat* D. a m. p. per ipsam lituram conspicuum.

Hipp. 449. Intt. ad Nemes. Ecl. IV. 18. Quam tamen Oud. probavit lectionem *dum in luxu nepotali temulento similis*, suspectam habeo, quum ne unius cod. quidem auctoritate nitatur. Interpretamenti enim caussa a sciolo quodam librario verba *temulento similis* sunt adsuta, qui quid *nepotalis luxus* sibi vellet non intellexerat, unde factum puto, ut pro vera scriptura ab aliis venderetur, et uno alterove vocabulo omisso totus locus tam prave perturbaretur. De *nepotalis* voc. signif. cf. Ammian. XXXI. 5. §. 6. *mensa nepotali*. Gloss. Philox. p. 143. *nepotatus ἀσωτία* Gloss. Gr. lat. p. 94. *nepotor ἀχολασταίνω*.]

famulatione. [Contra omnes fere Mss. corrigendum esse locum censui, quum *famulitio* et analogiae et testimoniis veterum repugnet. Gloss. Cyrill. *δουλεία famulatus famulatio* Gloss. Lat. Gr. p. 50. *famulatio θεραπεία*. Sed mirum est, quod eadem scripturae varietas etiam in altero Apul. loco Met. VI. p. 396. invenitur. Fortasse extabat vocabulum *famulire* ut *impetrare* et *impetrire* similia, cf. Taubm. ad Plaut. Asin. II. 1. 11. et ibid. II. 4. 45. unde *famulitio* poterat deduci. Quod ni acceperis, librarios forma *famulitium* deceptos esse coniicias, ut *famulitio* formarent.]

in comis aurum. In *genis*, quod Sciopp. Susp. III. 10. probavit, latine dici non posse de inauribus dependentibus Oud. iam recte demonstravit. Hic vero vulgatam defendens explicat de gemmis *χρυσοδέτοις*, auro vinctis et inclusis, quibus aurum inflexum et incurvatum ac circumdatum sit, sive inaures sint sive monilia sive collares torques seu crinalia ornamenta. Aurum enim tunc temporis fuisse parum ornamenti vel dignitatis auribus matronarum, elenchos et margaritas tum gestantium; coll. Ovid. Met. V. 51. Art. A. III. 128. Virg. Aen. X. 134. Sen. Med. 572. Iuv. VI. 458. Pro *inflexum* deinde legit Oud. *implexum*, quae voces saepius commutentur coll. Dav. ad Caes. B. G. II. 17. Sed vereor, ut dici queat *aurum in gemmis implexum* de auro, quod gemmis circumdatum est. Aliter equidem emendo in *comis*. Quoties confundantur *genae* et *comae* in Mss. docent. Intt. ad Prop. II. 18. 10. Burm. ad Ovid. Heroid. II. 92. Miscell. Observ. Vol. V. Tom. I. p. 125. *Genae* quod extat in Bert. quum librarii non intelligerent, tum abiit in *gemmae*. De auro capillorum ornamento cf. Senec. Medea. 572. Plin. Hist. Nat. XXIII. 3. *Aurum crinibus inflexum* intelligo hic de diademate, quod ex aurea lamina confectum gemmisque ornatum a matronis in Iunonis, cui sacrae erant, honorem gestabatur, quum severi quid et augusti haberet; cf. Böttig. Sabin. Tom. I. p. 132. et p. 163.]

hic intextum. [Matronarum fuit, vestes auro s. laminis aureis intexere; de quo more cf. Böttig. Sab. II. p. 117. Beckm. in libro: *Beiträge z. Geschichte d. Erfindungen*. Tom. III. p. 63.]

confiteri. [cf. Petron. c. 41. ibique Burm. Bach. ad Ovid. Met. III. 2.]

lateri adhaerebat. [*Haerere lateri* comites dicuntur, qui vestigia alterius presse sequuntur cf. Intt. ad Plin. Panegyr. c. 24. ut *latus alicuius claudere* vel *tegere* cf. Hor. Sat. II. 5. 17. 18. Lips. Elect. II. 2. Rup. ad Iuv. Sat. III. 131: Apul. Met. IX. p. 637.]

lateri senex iam gravis in annis, qui ut primum me conspexit: Est, inquit, hercules, Lucius; et offert osculum et statim incertum quidnam in aurem mulieris obganniit. Quin, inquit, etiam ipse parentem tuam acce-
86 dis et salutas? | Vereor, inquam, ignotae mihi feminae. Et statim ru-
87 bore suffusus reiecto capite restiti. | At illa obtutum in me conversa: En, inquit, sanctissimae Salviae matris generosa probitas! sed et caetera

en annis δ. *in* quod a Vulcan. 2. et F. 1. abest [legitur in F. 2.] omnes habent, quod sciam, codd. et edd. vett. *me* D. a m. s. *et tu inquit hercule Lucius* O. *en inquit hercules* R. f. Ceteri *est inquit* h. *Lutius* F. 3. *hic* quod ante *Lucius* in nonnullis codd. et omnibus edd. vett. legitur, Oud. delevit auctoritate F. 1. et quatuor aliorum codicum quos non nominat. Sed sunt sine dubio R. f. O. L. Idem exulat a F. 3. G. et D. a m. p. *incurrit quidnam* p. *incertum quid sit* O. *incertum quid* Venet. 2. Ald. Iunt. 1. 2. *obgannit* L. *obgannuit* δ. G. a m. p. *obgannivit* O. *aggannit* π. *Qui* Venet. 4. *cum inquit etiam vel ipsam prope parentem* f. *etiam vel ipsam parentem* B. et edd. vett. *etiam ipse* F. 1. 3. G. O. R. f. π. δ. *et ipse* L. *accedas* F. 1. G. P. δ. f. *salutes* f. *saluta* F. 1. G. P. *salutas* D. a m. s. *mihi ignotae* p. *in rubore* Ald. Iunt. 1. 2. unde Grosl. *in ruborem* fecit. Abest *in* praepositio ab F. 1. 3. G. P. B. L. R. δ. et cett. edd. vett. *fusus* δ. *deiecto* B. *retecto* Vulcan. 2. A Lindenb. nihil mutatum est. *resisti* Venet. 2. *ac illa* δ. pro more suo. *reversa* δ. *conversa in me* G. P. *et inquit* Vicent. *rem inquit.* f. [qui error ex depravata scriptura *hem* videtur esse exortus.] *proles* pro *probitas* Vulcan. 2. et edd. sqq. *probiatas* D. *sed et cuncta* F. 1. 2. G. P. *cetero* Venet. 4.

gravis in annis. [cf. Munk. ad Fulg. Myth. I. p. 623. Hand. Tursell. III. p. 261.] *gravis* hic est *effectus, languidus*; cf. Lucret. III. 1079. Liv. XXI. 48. §. 4. Spohn. ad Virg. Ecl. I. 50.]

obganniit. [De hoc vocabulo cf. Taubm. ad Plaut. fragm. p. 1484. Burm. ad Ovid. Heroid. III. 23. et ad Virg. Aen. V. 548. eund. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 578.]

etiam ipse. [*Vel* ex Mss. auctoritate delevi, quamquam per se probatur; cf. Peerlk. ad Hor. p. 481. *vel* enim h. l. idem esset quod *ipse* cf. Heins. ad Ovid. Her. XVII. 95. Broukh. ad Tib. I. 9. 53. Burm. ad Prop. I. 13. 29.]

quin . . . accedis et salutas. Recte monet Oud., *quin* sensu adhortantis cum interrogatione [cf. Markl. ad Stat. Sil. II. 6. 93. p. 251. Dresd. Heins. ad Ovid. Amor. II. 19. 597.] indicativo semper iungi [cf. Bach. ad Ovid. Met. VI. 539. quosque laudat Kritz. ad Sall. Cat. XX. §. 14. p. 104. Drak. ad Liv. I. 57. §. 7. Imperativum *saluta*, si plurimi codd. addicerent, suo loco movere non auderem, quippe qui particulae *quin* ea sententia saepius adnectatur; cf. Ter. Heaut. V. 1. 17. Phorm. I. 4. 45. cumque modos variare Apul. soleat. Virg. Aen. IV. 547. eodem modo dixit: *quin morere, ut merita es ferroque abrumpe dolorem.*]

vereor ignotae feminae. Genit. defendit Oud. ex Non. p. 496. [Cic. ad Attic. VIII. 4. §. 1. Ter. Phorm. V. 7. 78. ibiq. Intt. qui tamen omnes cum Periz. ad Sanct. Min. II. 3. p. 165. ellipsi praep. *caussa* eum male explicant. Taubm. ad Plaut. Mil. IV. 6. 50.]

in rubore. *In* Oud. delevit ex optt. codd. [cf. Ovid. Am. III. 3. 5. Defensa est praepositio ab Hand. ad Tursell. III. p 276.]

reiecto capite. Hanc lectionem Oud. optime illustravit ex Graecorum verb. *ἐκτρέπεσθαι, prae pudore faciem avertere*, quod reverentiae quoque caussa factum esse scimus; cf. Herodian. III. c. 11. Huc etiam pertinet conversio corporis in adoratione; cf. Brisson. de Form. I. p. 37. [*deiecto* quod a Bert. exhibetur scriptura est quam probabilissima. *Deiicere* enim *caput* et *oculos* ii dicuntur, qui prae pudore humo oculos affigunt. cf. Heins. ad Ovid. Am. II. 4. 11. Burm. ad Prop. I. 1. 3.]

obtutum. *Obtutus* de oculis dictum est; cf. Burm. ad Val. Flacc. VII. 88. [cf. Met. I. p. 20. *isto gemino obtutu.*]

probitas. Haec vox Oud. comprobatur, quod verecundia sit matris in ore filii Lucii elucens, cuius signa per ruborem ingenuum et capitis reiectionem dederit. Immo sic legendum esse apparere ex sqq. *et cetera corporis*

corporis inextimabiliter ad regulam sunt congruentia: inenormis proceri|tas, suculenta gracilitas, rubor temperatus, flavum et inaffectatum 88
capillitium, oculi caesii quidem sed vigiles et in adspectu micantes pror-

exsecrabiliter F. 1. 3. B. *inexecrabiliter* F. 2. G. *inexplicabiliter* D. L. P. Ms. Brantii, in cuius marg. *inexecrabiliter* extat. *inexacrabili* R. *exinaciabili f.* In cett. Mss. est *inexecrabiliter* vel *execrabiliter*. In edd. vett. *exaequabiliter* praeter Venet. 4. quae habet *exequaliter*. *Ad regulam qua diligenter aliquid adfingunt.* Ita in omnibus, quod sciam, Mss. et edd. vett. legitur nisi quod B. habet *quam . . . adsignant* et ed. pr. *adfigunt*, ut glossema id pervetustum esse videatur. *sunt* non conspicitur in G. P. D. L. φ. π. f. d. et in edd. inde a Vulc. 2. *sim* F. 3. *sin* p. pro *sunt*, unde revocavi. *inenormis succul. procerilas* omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. *suculenta* F. 1. 3. G. In cett. *succulenta*. *in affectum* Elm. vitiose habet. *ceci si quidem* F. 3. G. P. L. D. p. f. *celsi si quidem. d. inspectu si quidem micantes* D. *inadspectu* Vulcan. quasi unum esset vocabulum. *in adspectu* F. 1. 3. P. G. L. f. et omnes edd. vett. In reliquis est *in adspectus. minores f.* R. pro *minaces*. *imitantes* B. [nec *mutantes* ut Oud. excitat.]

quae non cohaererent, si auctor *proles* scripsisset. [*Probitas* idem esse quod *verecundia*, *pudicitia* docet Burm. ad Ovid. Trist. I. 6. 19. ad Petron. c. 55. p. 361.]

inextimabiliter. Ex tota Mss. farragine et VV. DD. coniecturis [Grut. in Susp. IV. c. 5. *inexplicabiliter*, Brant. *inexaequabiliter* Heins. *inasciabiliter*.] Oud. eruebat coniecturam *inextricabiliter*, quod idem voc. locis Apul. Met. X. p. 695. XI. p. 807. stabiliatur. Sed timeo, ut eius significatio h. l. conveniat. *Inextricabile* enim nominatur, unde nullo modo te expedire potes, nec c. Forcell. per *inenarrabilis* explicaverim ap. Plin. Hist. N. XI. 2. 1., ubi *inextricabilis perfectio* est ea quae explicari nequit. Sic Gloss. quoque Philox. illustrant: *inextricabile ἀκαταπάλαιστον, ἀκαταφρόντητον* et *inextricabilis ἀκατάτρεπτος*. Ita restituo in Gloss. Isid. p. 678. pro *efficabilis — expeditus, extricabilis — expeditus* et Intt. Iren. II. 22. *extricabiliter* pro *efficabiliter*. Deinde vocab. erat usitatius, quam quod ita a librariis posset permutari, praesertim cum in reliquis locis nulla inveniatur librorum discrepantia. Equidem corrigo: *inextimabiliter;* Glossae Philox. p. 114. *inextimabilis ἀνείκαστος* [i. e. *incomparabilis*] Gloss. Gr. Lat. p. 374. *ἀνείκαστος inestimabilis, ἀνείκαστον inestimabile infinitum*, quod non solum optimam praebet sententiam, sed etiam facillime poterat corrumpi, quum quantum scio apud veteres qui hodie extant non reperiatur. Si quis tamen *exsecrabiliter* probaverit, equidem non repugnabo. Ut enim apud Fronton. Epist. ad M. Caes. II. 6. p. 51. ed. Rom. legitur *Horribiliter scripsisti tuam orationem* i. e. *δεινῶς δαιμονίως* sic etiam *exsecrabiliter* in bonam partem poterat dici. Invitus reieci verba *qua aliquid adfingunt*, quae in omnibus quos contuli codd. inveniuntur, sed quum meram glossam sapiant, otiosa non defendo.]

suculenta. [Ita scribendum esse docent Heyn. ad Virg. Ecl. III. 6. Wagn. ad Virg. G. I. 90. Sic ubique vocem proferunt Medic. et Rom. codd. Virgilii optimi et apud Apul. Florentt. Heins. ad Sil. Ital. VII. 169. cf. Rup. ad Iuv. XI. 76.]

flavum capillitium. *Flavo* capillitio magna olim cura, magnus honor erat cf. Stat. Ach. I. 162. [cf. Böttig. Sabin. I. p. 119. 139. 160. Tertull. de cult. fem. c. 6. Intt. ad Petr. c. 110. p. 656. sq. ibique Burm. Apul. Met. X. p. 737. inprimis Kobierzyck. de luxu Rom. lib. I. c. 6. in Graev. Thes. Ant. T. VIII. p. 1300. et Burm. ad Propert. II. 2. 57.]

inaffectatum capillitium est suo ingenio inflexum, calamistro non conversum cf. Intt. ad Petr. 126. p. 779. Burm.

caesii [cf. quae accurate exposuit Voss. Etymol. s. v.]

in adspectu micantes. [De his oculis fulgentibus et lucidis cf. quae accuratissime enotavit Spanh. ad Iul. Caes. ed. francog. p. 34. et in Probat. p. 22 et 23. Met. III. p. 209. V. p. 378. Burm. ad Ovid. Met. III. 33.]

Digitized by Google

89 sus aquilino, os quoquo|versum floridum, speciosus et immeditatus incessus.

CAPUT III.

Et adiecit: Ego te, o Luci, meis istis manibus educavi: quidni? parentis tuae non modo sanguinis verum affmoniarum etiam socia fui. Nam et familia Plutarchi ambae prognatae sumus et eandem nutricem simul bibimus et in nexu germanitatis una coaluimus. Nec aliud nos quam dignitas discernit, quod illa clarissimas, ego privatas nuptias fecerimus. Ego sum Byrrhaena,

aquilinos F. 3. p. d. ed. pr. Iunt. 2. Venet. 4. et Paris. *aquilino ns* F. 1. *aquilini* D. L. P. G. O. R. f. *aquilonis* Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *quoque floridum* L. *quoque versum flor. f. quoquo rursum* G. *floridum* F. 1. 3. p. f. *floridus* B. d. et edd. vett. In reliquis est *floridi*. *immediatus* O. Venet 2. 4. Bas. Vicent., *meditatus* D. a m. p.

o abest a B. Bas. 1. et Colv. Eadem varietas Met. III. p. 210. VI. p. 432. In Lindenbrog. collatione nihil est adnotatum, unde colligi liceat, in F. 1. interiectionem apparere. *Lucis* Venet. 2. *quid tu* L. *etiam alimon.* O. *socia fui.* L. G. D. d. *sociam* F. 3. p. unde vir doctus *socium* coniecit. In ceteris *fui* abest. *nam et fam.* F. 3. Vicent. [in marg. 2. *ex* correctum est.] et cett. edd. vett. *de famil.* B. *nam et similia* Bas. 1. *prutarchi* D. *eadem nutrice vivimus* R. f. *inexu* Venet. 2. ed. pr. *inexu* Venet. 4. *germanitantis* Venet. 4. *ambae* pro *una* B. ex glossa, Paris. *exa* non comparet in R. f. *colavimus* Venet. 2. 4. *praeter dign.* Bas. 1. *discrevit* D. *illa clarissimas* F. 3. G. D. P. f. d. Iunt. 2. In cett. *clarissimas illa*. *fecimus* G. P. D. R. f. d.

aquilino os q. v. floridum. [Ita ex Mss. auctore Oud. restitui, qui tamen pro *aquilino* legit *aquilini*. Neque enim placet illud *in adspectu* si cum Oud. explices: *si eos adspicis*. Quid vero otiosius poterit excogitari: nam qui aliter splendor eorum potest conspici? *In adspectu aquilino* sunt oculi in adspectu acuto et vegeto quasi lucentes, ut iam Barth. Advers. XXXIV. 6. p. 1555. bene intellexit.]

os floridum. cf. Broukh. ad Tib. I. 1. 16. Oud. ad Suet. Aug. 79.

immeditatus incessus quod Brant. male in *immetatus* commutavit, est *minime artificiosus nec delicatus*, quem Petron. c. 126. *tute compositum* nominat.

Cap. III. *socia fui.* [Ita ex optt. Mss. restituo. Fortasse ex *sociam* quod opt. cod. Florent. 3. praebet, eruendum est *sociata*, quod lubenter probaverim.]

nutricem. *Nutrix* de *mamma* videtur posse dici. cf. Victor. V. L. XX. 5. Barth. Advers. XXXIII. 12. Voss. ad Catull. Nupt. Pel. 18. Pier. ad Virg. Georg. III. 55. [cf. Claud. de nutricibus et paedag. c. 2. in Polen. Thes. Suppl. Tom. III. p. 423. Sic vice versa *mamma* de *nutrice* dicitur cf. eund. p. 431. Plum. ad Pers. Sat. III. 18. p. 235.]

quam dignitas. Bas. 1. pro *quam* habet *praeter*, quod *praeterquam* significat; cf. Oud. ad Caes. I. B. G. c. 5. [Ruhnk. Dictat. ad Suet. p. 295. Dr. ad Liv. V. 52. Gron. ad Gell. I. 23.]

clarissimas. [Titulus hic est maiorum magistratuum in provinciis cf. ad Apol. p. 381. Senatori erat vel proconsuli vel praesidi Salvia, mater Lucii, nupta; cf. Casaub. ad Ael. Lamprid. Heliog. c. 3. Vol. I. p. 797. Schwarz. ad Plin. Paneg. c. 90.]

fecerimus. cf. I. p. 73. *quod indicarit.* Sed iam tirunculi sciunt.

Byrrhaena. [Lindenbrog. adnotat ita semper hoc nomen esse scribendum. Ut enim a *λύκος λύκαινα*, a *Θεός θέαινα*, sic a *πύῤῥος* fieri *πύῤῥαινα*. Eandem rem refert Lucian. Asin. p. 571. c. 4. *ἐγὼ Ἀῤῥοιά εἰμι εἴτινα τῆς σῆς μητρὸς φλην ἀκούεις καὶ ὑμᾶς δὲ τοὺς ἐξ ἐκείνης γενομένους φιλῶ ὥσπερ οὗς ἔτεκον αὐτη. τί οὖν οὐχὶ παῤ ἐμοὶ καταλύεις, ὦ τέκνον; Ἀλλὰ σοὶ μὲν ἔφην πολλὴ χώρις· αἰδοῦμαι δὲ οὐδὲν ἀνδρὶ φίλῳ ἐγκαλῶν ἔπειτα φεύγων τὴν ἐκείνου οἰκίαν.*]

Digitized by Google

il|la, cuius forte saepicule nomen inter tuos educatores frequentatum retines. 90
Accede itaque hospitium fiducia, immo vero iam tuum proprium Larem. Ad haec ego iam sermonis ipsius mora rubore digesto: Absit, inquam, parens, ut Milonem hospitem sine ulla querela deseram, sed plane quod officiis integris potest effici curabo sedulo. Quotiens itineris huius ratio nascetur, numquam erit, ut non apud te devertar. Dum hunc et huiusmodi sermonem altercamur, paucis admodum confectis passibus ad domum Byrrhaenae pervenimus.

CAPUT IV.

Atria | longe pulcerrima columnis quadrifariam per singulos angulos stan- [116]
tibus attolerabant sta|tuas palmaris deae. Facies utraque pinnis explicitis, 91

inter tuos educat. frequent. F. 3. G. D. *educ. frequenter retines.* R. f. *ret. freq. educat. ð.* In cett. *inter t. freq. educ. itaque* exulat a D. *ita* L. *immo iam vero iam* P. *tuum* abest. a B. *At haec* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. *inquam* non comparet in P. *inquam mi parens* maluit Pric. *remoto inquam ioco, parens optima, dic.* f. *afficiis officii* f. *quoties* ed. pr. Iunt. 2. Ald. et D. *apud* desideratur in Iunt. 1 et Venet. 2. *devertar* F. 3. G. f. *divertar* D. ð. *divortar* Iunt. 2. et ed. Wow. In cett. est *devortar*. *dum haec et huius similia* D. *modi* abest a ð. ut saepius; cf. Met. II. p. 127. III. p. 180. *altricamur* f. perpetua aberratione.

annos angulos D. a m. p. *attolerabant* F. 1. L. [et in marg. *ac tolerabant*] f. ð. O. π. et Mss. Becich. cf. Epist. 73. *ac tolerabant* F. 3. G. D. B. p. In reliquis est *attolebant*. Heins. coniecit *alternabant*. *facies quae* F. 3. *facieque* G. D. *faciemque* π. *quaque* p. in Mss. plerisque teste Oud. *quaqua* invenitur. Ego inveni in F. 1. B. P. *quaeque* in edd. vett. *primis* pro *pinnis* Venet. 2. *pinis* π.

educatores. Hinc non solum mulieres verum etiam viros pueris educandis olim adhibitos esse collegit Colv. praeterea locos X. p. 685. et Instit. LI. Tit. *qui et ex quibus cav. man. non. po.* excitans. [cf. quae Bernhardy V. D. in Litt. Rom. p. 22. annot. 43 et p. 32. exposuit; Tac. de orat. c. 29.]

quotiens. [Scripturam librorum secutus formam, quae ab Oud. reiecta est, restitui, antiquam illam et obsoletam esse negans contra Deder. ad Dict. Cret. V. c. 2. sed quae optimis quibusque scriptoribus perplaceat cf. Canneg. ad Avien. p. 173. Osann. ad Tac. Or. 25. Forbig. praef. ad Lucret. p. XXI. Rup. et Drouk. ad Tac. Agr. c. 30. Rup. ad Iuv. I. 2. not. crit. Tross. ad Auson. Mosell. p. 140. et Freund. ad Cic. pro Mil. p. 23. Videtur haec forma ea esse, quae ab optimis et ad orthographiam accuratissimis codd. servatur. Ita cod. Florent. Taciti longobardicis litteris scriptus [cf. Walther. ad Tac. Ann. I. 26.] ubique eam praebet nec minus *quotienscunque* legitur in Comment. ad Terent. ex cod. Ambros. ed. Mai. p. 63. Quamquam difficillimum ea de re iudicium est, quum saepius his in vocc. librarii pro arbitrio litteram *n* addidisse videantur.]

altercamur. Haec perpetua est librorum scriptura. Oud. voc. defendit, quod *altercare* s. *altercari* non solum sit *rixari* sed etiam *fabulari, verbigerare* et *alternos sermones iacere* et quandoque idem quod *alternare*, ab Stewech. fere ubique correctum. [Gloss. Philox. p. 14. *altercatur ἀντιποιρίνεται φιλονεικεῖ διαλέγεται*, *altercatio ἀψιμαχία ἀμφιβολία ἀντιῤῥήσις ἀμοιβοῖοι λόγοι.* cf. Voss. Etym. s. v. *alter*.]

Cap. IV. *attolerabant. Tolerare* passim pro *ferre, gerere, tenere* apud Apuleium inveniri docent exempla Met. II. p. 125. III. p. 185. IV. p. 294.

palmaris deae [cf. Intt. ad Tib. I. 10. (9.) 82. Panvin. de Ludis. I. c. 16. s. in. Graev. Thes. IX. p. 199. ibiq. not. Argol.

facies utraque pinnis expl. Oud. legendum esse monet *adt. st. palm. d. faciem quae pinnis* cett. (i. e. *facie* vel *in faciem*) per notum illum graecismum, cui tamen hic nullus locus esse potest. Nec minus displicet *quaqua*, quod prius idem coniecit et quod *in quamcunque partem* significat. cf. ad Met. XI. p. 819.

supergressu pilae volubilis, instabile vestigium plantis roscidis decitantes, nec ut maneant inhaerent et iam volare creduntur. Ecce lapis Parius

supergressu f. R. *sꝝgressu* [i. e. *supra*] G. quod Oud. pro glossa habet vel explicatione verioris lectionis *in egressu*, ut coniecerat Lips. ad oram ed. Colv. et alius vir doctus ad marg. ed. Iunt. et Schikeradus. *volubilis* quidam codd. teste Colv. [et vir doctus in Vicent. 2.] *instabilis* p. *plantisque* G. D. *poscidis* P. in excerptis Putschii. *rosidis* f. [eadem scripturae varietas extat apud Colum. V. 6. §. 10. Pallad. III. 13. §. 1. Ovid. Fast. II. 3. 14. Virg. Ecl. IV. 30. cf. ad Met. IV. p. 245.] *detitantes* O. Heins. coniecit: *plantis procidius testantes* vel *cernuantes* vel *titubantes* vel *cespitantes*. *etiam vol.* F. 3. G. Venet. 4. Bas. 1. *at iam* ed. Pric. *et volare* D. et L. ex coll. Voss. unde Oud. emendavit: *et avolare*. Sed nihil mutandum esse censet, quum *evolare* et *provolare* dicantur, quae eminent et protenduntur, coll. Salm. ad Solin. p. 233. *e contra* pro *ecce* B. et edd. vett. praeter Iunt. 2.

nes et statuas, vel humeris vel facie pinnas tantum *utraque* habebant. Quid, si igitur *utraque* mecum corrigas? cf. Non. p. 183. ubi nonnulli *utraque nostri loco moti* praeferunt, et ita emendari potest locus Lucil. Aetn. 521. *utraque ut possis aeris cognoscere partem*. De *νίκη* pinnata cf. Schol. ad Arist. Av. 574. Voss. Mythol. Br. XI. 42. Hirt. Bilderb. f. Mythol. I. p. 62. Munk. ad Fulg. Myth. XIX. p. 649. Heins. ad Ovid. Met. VIII. 13. Arntz. ad Pacat. Panegyr. Theodos. c. 39. §. 1. Nazar. Panegyr. Constant. 32. §. 4. de la Chauss. de deorum simul. Tab. 29. in Graev. Thes. V. p. 784. Buleng. de Circ. Rom. c. 38. ibid. Tom. IX. p. 677. Et sic apud Gai. Roman. in Anthol. lib. I. p. 104. ed. Brod. quatuor describuntur victoriae *ταννπτέρυξι νώτοις εἰς Ὄλυμπον νεῖσθαι καὶ εὐόροφον γραπτὸν τέγος.*]

supergressu vol. Heins. coniecerat *nisae gressus pila volubiles*. [cf. Oud. in Miscell. Obs. Vol. II. Tom. 2. p. 300.] *Pilam volubilem* cum Oud. intelligo *σφαῖραν* rotundam, quae quasi circumvolvi videtur cf. Virg. Aen. VII. 383. Veget. IV. c. 8 et 17. Oud. deinde praefert *egressu*, quod exponit: *in fine et margine rotundi globi columnis impositi quasi pendentes statuae*. Tales effigies inveniri probat ex I. Smetii Antiq. Neom. p. 140. et Lil. Gyrald. Syntagm. X. de N. D [Sed dubito, *egressus* id posse significare, praesertim quum in sqq. verbis *nec ut maneant inhaerent* idem exprimeretur. Sine dubio *supergressu pilae volubilis* ex *Guelf.* legendum et cum sqq. *decitantes* arctissime ita est coniungendum, ut victoriae pilis impositae easque supergredientes vestigia quasi accelerare viderentur, globis provolutae. Aliter rem explicare nequeo. Fortasse rectius pro *sine gressu* corrigas *ingressu* littera *s* ex praegresso vocabulo adhaerente, vel *ingressae pilas volubiles*.]

decitantes quod Colv. ingeniose in *delibantes*, Brant. inepte in *deicitantes* commutari voluit, Oud. recte de properato intelligit Victoriae ingressu. *Roscidis plantis* de velocitate tantum victoriae et inconstantia explicare possum, quae quasi *lubrica* et *humecta* facillime labitur; cf. Schmidt ad Hor. Epist. I. 18. 64. Nisi potius *rosidis* legas i. e. *roseis*, quamquam hoc vocabulum, si quidem a *rosa* repetieris, neque vero a *ros*, quod Forcell. prave posuit, non in usu est. Attamen ab *herba* ut fit *herbidus*, a *fumus: fumidus*, ita a *rosa: rosidus*. *Rosea* vero deorum potissimum nominari membra notissimum est. cf. Intt. ad Virg. Aen. I. 406.]

ecce lapis. Vulgat. *e contra* Oud. medii aevi esse latinitatem et barbarorum sordem redolere bene pronunciat, coll. Burm ad Virg. Aen. I. 76. et Intt. ad Tac. Ann. XII. 4. Becichem. Epist. 73, 74. [cf. Munk. ad Fulg. Mythol. c. 14. p. 641. Stav. quosque laudat Hand. Tursell. II. p. 125.] Oud. praefert *et ecce*, quod Apul. sexcenties scripserit; cf. Met. IV. p. 283. [*Ecce* et *contra* confunditur etiam Met. II. p. 108. sed ut videtur non in Mss.]

Digitized by Google

in Dianam factus tenet libratam totius loci me|dietatem. Signum perfecte lucu- 83
lentum, veste reflatum, procursu vegetum, introeuntibus obvium et maiestate numinis venerabile. Canes utrimque secus Deae latera muniunt, qui canes et ipsi lapis erant. His oculi minantur, aures rigent, nares hiant, ora saeviunt et sicunde de proximo latratus ingruerit, eum putabis de faucibus lapidis exire,

Diana O. *fractus* excitatur in notis Heins. ad Val. Flacc. V. 188. typothetarum ut videtur errore, quum ad Ovid. Epist. ex Pont. IV. 1. 32. *fictus* hic scribi iubeat. *libtam* D. a m. p. *profecto lucul.* f. *relatum* Iunt. 2. *Canis* F. 3. G. *utriusque secus* D. f. *lapidis erant.* Basil. 1. *Hi oculi* F. 3. *oculis* Venet. 2. Vicent. perperam cf. Beieh. Epist. 71. *rigens* Vicent. *ares rigant* operarum vitio est in Venet. 4. *rigent nares* non conspicitur in Bas. 1. *sic unum latr.* B. *seu unde lat. d. si cum π. secunde* Venet. 4. *de proximo latratus* F. 3. G. P. D. p. π. et edd. vett. ante Colv. In cett. est *latratus de proximo. lapideis* P. ut excitavit Dr. ad Sil. II. 417. Liv. II. 64. *lapides* D. a m. p. *lapidis* a m. s.

in Dianam factus. Heins., Drakenb. probante, ad Sil. VI. 522. scribi hic voluit *ficta.* Sed *facere* de statuis bene dici apparet ex Hor. Serm. I. 6. 1. Virg. Georg. III. 28. adi Burm. et Oud. ad Suet. Ner. c. 21. [Bach. ad Ovid. Met. VI. 107.]

medietatem [De hac similiumque vocum terminatione cf. Munk. ad Fulg. Myth. III. p. 719. Stav.]

veste reflatum. Oud. vestem a vento quasi flante renudatam et remotam sive ut clarius intelligatur *vestem reflatam* explicat. [Fortasse ad *vestem alte succinctam* melius possis referre, quae quum esset arctius collecta, aurae velocitate et industria venatricis fortius commota, retrorsum intumescebat, ut sinus fluerent. Ita Virg. Aen. I. 320. dicit: *Nuda genu nodoque sinus collecta fluentis.* Dianam enim hic depingi venantem nemo est qui dubitet. De *Diana altius succincta* cf. Claud. Rapt. Pros. II. 33. Munk. ad Hygin. c. 9. p. 32. Stav. Elm. ad Minuc. Felic. p. XXXIII. ed. 1612. fol. Bach. ad Ovid. Met. X. 536. et Müller. in libro: Handbuch d. Archäol. p. 525.]

canes. [Hi comitantur Deam venantem cf. Mionnet. Descr. Pl. 67. 6. Müller. Archäol. der Kunst. p. 528.]

utrimque secus. Hoc est ab utraque laterum parte, a dextra et sinistra deae, ut explicavit Oud., qui Met. X. p. 674. p. 682. p. 691. p. 705. afferens Heins. ad Ovid. Met. V. 450. refutavit. *utrimsecus* ex analogia compp. *circumsecus*, *extrinsecus* probantem, quia *utrimsecus* esset ab utra parte s. una duarum, si latine ita dicere liceret. *Utrimquesecus* habet Lucret. IV. 937. Ammian. XXI. 12. Solin. c. 10 et 27. Mart. Cap. VI. p. 228., qui idem et *undiquesecus* saepius dicit. [Hinc intelligi potest quam prave Scalig. in Lucil. Aet. 505. pro *verum impetus ignis*, quod omnes Mss. praebent, *utrimsecus ignes* conieceerit de *duobus crateribus* intelligens. Hos versus male vexatos ex Mss. ita emendo:

Verum impetus ignis
Si effugiat vel quum ripis consederit amnis
Vix cuneo quisquam fixo dimoverit.

Ita apud Non. p. 210. s. v. *labium* ubi *utrimquesecus* extat ita legerim: *Zopyrion labeas caedit utrimque secatus.* Sine ullo enim dubio versus referri debet ad Zopyrum illum, qui naso et auribus mutilatus Dario profuit; cf. Iustin. I. 10.]

lapis [De hoc num. singul. usu Oud. excitat Heins. ad Virg. Aen. VI. 209. qui tamen diversissima miscuit. [cf. Bach. ad Ovid. Met. I. 355. VIII. 636. Ovid. Fast. IV. 543. Cic. de Fin. V. 10.]

His oculi minantur [De dativo *his* cf. quae accurate profert Cort. ad Lucan. I. 24 et 505. et ad II. 494.]

nares hiant. [cf. Burm. ad Anthol. Lat. I. p. 607. *ora saeviunt;* cf. Dr. ad Liv. II. 64. §. 11.]

de proximo [cf. Hand. Tursell. II. p. 223. Apul. Met. IV. p. 283. X. p. 804. Apol. p. 572. Ita *de repentino* Florid. p. 62.]

lapidis. Oud. ex Palat. et Guelf.

Digitized by

94 et in quo summum specimen operae fabrilis egregius | ille signifex prodidit, sublatis canibus in pectus arduis pedes imi resistunt, currunt priores. Pone tergum Deae saxum insurgit, in speluncae modum muscis et herbis et foliis et virgulis et sicubi pampinis et arbusculis alibi de lapide florentibus. Splendet intus umbra signi de nitore lapidis. Sub extrema saxi margine poma et uvae faberrime politae dependent, quas ars aemula naturae veritati similes explicuit. Putes ad cibum inde quaedam, cum mustulentus auctumnus maturum colorem

et ante *in* delent G. D. O. L. f. ∂. *opere* Venet. 2. *opera* G. P. *ope π. fabrili π.* f. D. *signifer* F. 1. 3. G. P. D. L. O. ed. pr. Venet. 2. et Vicent. *prodiit* D. a p. m. *impetus arduis* P. G. p. D. a m. p. *impetus arduus* f. et edd. vett. praeter Iunt. 2. *concurrunt* D. a m. p. *mustis* F. 3. L. *meacis et herb.* B. *immistis π. musicis* Iunt. 2., unde ibi vir doctus coniecit *muscidis herbis*. *mutis* F. 1. In aliis tamen est *muscis*, ait Lindenbrog. *vigultis π. virgultis* O. ∂. et incert. Cod. Bas. 1. *arbustulis* ∂. f. G. Heins. coniecit *et labruscis* ex Virg. Ect. V. 7. vel quia pomorum postea meminit *et arbutis* cf. Ovid. Met. X. 101. *splendor* ed. pr. Venet. 2. 4. Vicent. [in 2. est correctum.] *lapis* Bas. 1. *margine*. *Poma* G. *faberrime* Vicent. quae nunquam fere *e* pro *ae* diphthongo ponere solet. *polita* P., quod per syllepsin posset defendi, si in seqq. legeretur *quae ars*. *silens* pro *similis* f. ∂.

probat *lapideis*, quod ut *aeriis regiis* similia per librarios falso deinde in subst. formam abiisse credit. Sed Mss. auctoritatis ratione non habita, iam id movere eum debuit, ut adiectivum reiiceret, quod facilius potest intelligi, quomodo subst. in adiect. conversa sit nec tamen vice versa, praesertim quum ipse usum genitivi agnoscat, qui pro adiectivo s. praedicato ponitur: coll. dict. ad Suet. Aug. c. 94. Val. Flacc. V. 467. Apul. Met. VIII. p. 516. IX. p. 600. [Spohn. et Wagn. ad Virg. Ecl. IV. 24 et ad IX. 58. Ruhnk. Dict. ad Suet. p. 263. *lapis* de opere lapideo cf. Forbig. Virg. Tom. II. p. 127.]

signifex bene restituit Oud. contra omnes fere Mss., qui *signifer* legunt, quod nullam hic sententiam praebet. [cf. Savar. ad Sidon. VI. Epist. XII. p. 403. Orell. ad Arnob. VI. c. 13. Tom. II. p. 374.]

in pectus arduis. Hanc dictionem quae optimis codd. confirmatur, Oud. comparat cum loco Ovid. Met. X. 538. *celsum in cornua* et XI. 753. cf. Bentl. ad Manil. II. 46. Barth. ad Stat. Theb. II. 128. [Bach ad Ovid. Met. X. 538. Heyn. et Wagn. ad Virg. Georg. III. 232 et Aen. X. 725.] sed se offendi dicit verborum coniunctione *sublatis arduis*, quamquam item apud Sil. X. 260. *arduus insurgens* extet, et nisi *sublatum* legatur, c. Roaldo *arduis* pro glossemate esse expungendum. [Cui tamen sententiae non solum locus Apul. Met. VII. p. 493. *arduaque cervice sublimiter lerata* obstat, sed ipse etiam verborum sensus, quum id, quod sublatum est, non semper arduum sit.]

resistunt. [*Resistere* hic est *immotum remanere* ut *restare*: cf Prop. II. 19. 58. Ita apud Arnob. III. 1. sed ex cod. Reg. lectio *restare* retinenda erat.]

currunt priores [*Primores* coniecturam, quam multis exemplis ex Apuleio aliisque scriptoribus depromptis illustrat, cur Oud. praetulerit, equidem non capio. Bene enim sibi respondent *priores et imi* pedes et usitatior videtur esse vocabuli *prior* pro *anterior* usus, quam ut in longe rarius *primores* librarii mutaverint. cf. Nep. Eum. V. §. 5. Plin. XI. 37. §. 47. Ibi *primus* usurpatur; cf. Bach. ad Ovid. Met. IV. 544. et index s. v.]

muscis. [Unice vera est huius loci scriptura *muscis*, nec cum Oud. propter Iunt. 2. lectionem correxerim *in speluncae modum muscidae*. Ita apud Virg. Ecl. VII. 45. legitur, ubi cf. Intt.]

virgulis [i. e. parvis virgis et viminibus]. Hanc lectionem eo, quod Apuleius hoc deminutivo usus sit, Oud. retinet contra Heinsium, qui *virgultis* comprobaverat. [Altera, quae me commovet caussa ut *virgulis* retineam ea est, quod a minore semper ad maius auctor ita procedit, ut *arbusculae* idem fere significent, quod *virgulta*. Hinc apparet, cur *arbusculis* unice scribendum sit.]

cum mustulentus. Oud. Heinsii con-

Digitized by Google

afflaverit, posse decerpi. Etsi fontes, qui deae vestigio discurrentes in lenem vibrantur undam, pronus adspexeris, credes illos *superne* pendentes race|mos 95
inter cetera veritatis nec agitationis officio carere. Inter medias frondes lapidis Actaeon simulacrum curioso obtutu in *Deam versum* proiectus, iam in cervum ferinus et in saxo simul et in fonte loturam Dianam opperiens visitur.

efflavit δ. *fomites* pro *fontes* B. cf. Sciopp. Susp. Lect. III. ep. 10. cui aliquid latere videtur. *vestigia* O. π. *discurrent* F. 3. G. P. *discurrerent* D. *discurrunt* O. π. L. f. R. δ. *levem* G. R. f. [de qua confusione cf. Dr. ad Liv. I. 34. §. 8. II. 7. §. 10. Bach. ad Ovid. Met. XV. 393. Spald. ad Quint. X. 1. §. 121.] *undantur* π. *umbram* pro *undam* B. P. a m. p. O. π. *umbram undam* f. π. unde intelligi potest, *umbram* glossema esse vocis *undam*. [De permutatione horum vocab. cf. Dr. ad Sil. IV. 68. et V. L. apud Lucan. VI. 716.] *asperis* D. a m. p. *credent* δ. *rupendentes* D. a m. p. *rure* a m. s. *rue pend.* L. In cett. libris et edd. vett. est *rure pendentes* praeter R. f. Ald. Iunt 2., in quibus est *ut vite*. ed. pr. habet *ut rure*. *racemus* P. G. D. *agnitionis* O. *lapideus* Vulgat. *Actaconis* O. *atteon* D. *simulacrum* abest in Vulc. 2. *obtutum* p. Venet. 2. *inde iam pr.* G. P. D. R. f. O. π. δ. V. 2. unde Brant. coniecit in *Deliam* Horat. Od. IV. 6. 33. *in dām versum* F. 1. *in deorsum* B. Iunt. 2. *in deam sum* F. 3. *in deum sum* p. Ceteri codd. et edd. vett. *in dorsum*. *prolectus* F. 1. *porrectus* Ms. Incert. *ferinus* ed. pr. Vicent. Venet. 2. perperam cf. Becich. Epist. 71. *infontem* P. *Dijanam* Vicent. *visus erit* p.

iecturae *ceu* ideo suffragatur, quod uvae hic alium colorem non emittant ceteris anni tempestatibus, alium autumno. Sed uterque *h. l.* intellexisse non videtur. Uvae enim ipsi naturae tam congruenter erant depictae, ut si acina auctumnalem habuissent colorem cum naturae veritate ea decertassent. Quum vero lapis esset nitidus, id nullo modo poterat fieri.]

superne pendentes. Brantius coniecit *vere*, quod ob praegressa *veritati similes* probari nequit, Putschius autem in marg. ed. Colv. *ut rupe*, eo defensum ab Oud., quod uvas dependisse sub extremo saxi margine in antecedentibus legeretur. Sed in ea lectione offendere particulam *ut*, quae sic abundaret vel legendum esse *illos ab rupe pendentes*. De re ipsa cf. Intt. ad Stat. Silv. I. 3. 17. Auson. Mosell. 194. 223. [cf. Stat. Silv. II. 2. 105. *Rure* tamen vel *rue* quod Mss. praebent quamquam bene poterat ex *rupe* oriri, tamen haec ipsa vox non satisfacit, quoniam in praegressis iam accuratissime idem est expositum. Sed si *rupe* admiseris, potius legendum erit *sub rupe*, littera *s* ab antecedente vocula absorpta. Multo minus placet *vite*, quod prius mihi in cogitationem venerat, quum plane supervacaneum sit additamentum. Ego coniicio *superne*, quod probam efficit sententiam. Eae enim uvae, quae *superne* i. e. *super aquae superficie dependent*, ita tremiscunt in undis, ut vivere videantur. Emendatio vero facillima est. Scriptum enim erat f'*rne* ex compendio, *s* dein propter eandem litteram antecedentem neglecto, fiebat in Mss. lectio *rue* vel *rure*.]

Actaeon simulacrum. Quod Codd. Anglici praebent *Actaeonis*, non minus improbatur quam Scriver. aliorumque temeritas, qui *simulacrum* vel eiiciunt vel uncis includi iubent. Bene Oud. affert Ael. V. An. 47. *λίθον ὑπερῳὸν ἐνείργαστο γλύμμα σαύρος*. Virg. Ecl. III. 10. Scheffer. ad Hyg. Astron. II. 17.

in deam versum proiectus. Deam probatum nunc a Mss. iam recte coniecerat G. Vossius, quod magis arridet quam coniectura Oud. *Deana* pro *Diana* legentis, quamquam ipse hanc formam ex Donii Inscriptt. Etrusc. p. 67. Bertin. ad Ortelli. Tab. de Gallia [Gruter 39, 2, 4 et 7.] confirmet. Hoc idem enim vocabulum statim subsequitur. *In dorsum* lectio, quam ex cod. Bert. alii efficiunt, ideo hic locum habere nequit, quoniam Actaeon in dorsum proiectus Dianam in fonte loturam oculis cernere non poterat. Optime hunc locum e. Oud. restituas *in deam versum*. Nam praep. *versum* s. *versus* saepius ita construitur cf. quos ille excitat Comment. ad Vell. I. 15. Longol. ad Plin. X. Ep. 32. Oud.

CAPUT V.

Dum haec idemtidem rimabundus eximie delector: Tua sunt, ait Byrrhaena, cuncta quae vides. Et cum dicto ceteros omnes sermone secreto decedere praecipit. Quibus dispulsis omnibus: Per hanc, inquit, Deam, o
96 Luci carissime, | ut anxie tibi metuo et ut pote pignori meo longe provisum cupio. Cave tibi sed cave fortiter a malis artibus et facinorosis illecebris
97 Pamphiles illius|, quae cum Milone isto quem dicis hospitem nupta est. Maga et primi nominis et omnis carminis sepulcralis magistra creditur, quae surculis et lapillis et id genus frivolis inhalatis omnem istam lucem mundi sideralis

hinc identid. d. hoc itemd. p. *mirabundus* emendavit Brant. *eximiae* Vicent. Venet. 2. *delectator* p. *ait* F. 3. G. D. O. L. In ceteris *inquit*. *Pyrrhaena* Venet. 2. *sermones* p. et D. a m. p., unde vir doctus coniecit *sermonis secreto*. *discedere* R. f. *praecipit* F. 3. D. R. B. d. p. In reliquis libris et edd. vett. *praecepit* extat. *Karissime* D. d. cf. Clofan. ad Ovid. Met. I. 486. *anxie* D. *anxiae* Vicent. Venet. 2. *ut prope* Roald. cf. Lucan. II. 370. *Pamphile* G. P. O. D. L. R. f. d. et edd. vett. praeter ed. pr. Vicent. Venet. 2. et Iunt. 2., quae habent cum cett. Mss. *Pamphiles*. *hospitem* exulat a P. *magna* Vicent. Venet. 4. Bas. 1. *hominis* pro *nominis* Venet. 2. Iunt. 1. *maistra* pro *magistra* O. cf. supra p. 99. *fribolis* Al. Codd. teste Colv. *fribulis* G. P. *inlatis* D. a m. p. deinde correctum a m. s. *et inlatis* ut *et inhalatis* legitur in P. G. *illam lucem* f. *siderealis* L. *deralis* D. a m. p.

ad Front. I. Strat. 4. §. II. [Gerah. ad Cic. Lael. c. 25. et quos profert Rup. ad Tac. Germ. 1. Hand. Turs. III. p. 309. Eckst. ad Voss. Arist. Tom. III. p. 993.]

Cap. V. *haec rimabundus.* De hac verbalium in *bundus* constructione, quae retinere notum est verbi sui casum, Oud. comparat Voss. de Anal. III. 9. [ubi cf. Eckst. Tom. II. p. 781.] Intt. ad Suet. Tib. c. 65. Apul. Met. III. p. 173. V. p. 363. XI. p. 765. *Rimari* Oud. explicat *adtente contemplari* et Apuleianum nominat cf. V. p. 321. et 362. II. p. 153. III. p. 227. [Ita apud Arnob. V. c. 23. ubi legendum est: *tum deinde secreta rimantem ferventis vulvae* (Cod. reg. *ferventi nullas*) Petron. c. 140. *automata per clostellum rimatur.* Doed. Syn. V. p. 122. sq.]

sermone secreto. Equidem c. Florido legerim *sermoni secreto.*

pignori meo [*pignus* de *filio* dicitur; cf. Cort. ad Lucan. II. 370. qui plurima collegit. Intt. ad Tac. Germ. 7. Quint. VI. 1. 24. Bach. ad Ovid. Met. III. 134. Male tamen *pignora* etiam de *parentibus* poni putant; cf. Orell. ad Arnob. II. 76. T. II. p. 115. ex Tertull. de Idol. c. 12, quum *pignora* hic item sint *liberi.*]

malae artes [*Malus* ut Graecorum κακὸς saepe de rebus magicis et de veneficiis usurpatur; cf. Cuper. Observ. II. 17. Burm. ad Petron. 63. p. 417. Broukh. ad Tib. I. 2. 51. ad Propert. III. 5. 20. Heins. et Dr. ad Sil. VIII. 500. Ita apud Isid. Gloss. p. 696. corrigas: *tegullaria, malefica ideo quod supra tegulas sacrificet.*]

Pamphiles. Ex optimis codd. hanc formam retinui, quamvis altera lectio *Pamphilae* Oud. placere videatur. De hac graec. vocab. in η desinentium declinatione plura eaque varia Oud. disputat, diversissimis eam scriptoribus vindicans. Longum est, ea repetere quae nostris temporibus cuique innotuerunt. Utra vero terminatio graeca an latina praeferri debeat, id ex auctoritate Mss. erit diiudicandum, ut singulis exemplis non indigeas, quibus uni alterive scriptori utrumque adtribuatur; cf. quos largissima manu addidit Eckst. ad Voss. Arist. Tom. II. p. 544. Omnino vero Orellii sequor de usu utriusque formae sententiam; quam exposuit ad Cic. Tusc. p. 339. quum Oud. fere ubique eam admittendam esse censeat. Ut unum modo exemplum proferam; Virgilius graeca forma semper abstinuit; cf. Wagn. ad Virg. Aen. III. 386.]

lapillis [De saxis ut sentiant car-

imis Tartari et in vetustum chaos submergere novit. Nam simul quemque conspexerit speciosae formae iuve|nem, venustate eius sumitur et illico in 98
eum et oculum et animum detorquet. Serit blanditias, invadit spiritum, amoris profundi pe|dicis aeternis alligat. Tunc minus morigeros et viles fasti- [117]
dio in saxa et in pecua et quodvis animal puncto reformat, alios vero prorsus

in ima Tartari G. D. P. O. f. R. L. B. φ. π. Becich. Epist. 71. *in ima Tartara* δ. *caos* D. *mergit* pro *submergere novit* R. π. D. a m. p. *demergit* f. *cum* pro *simul* G. D. P. R. f. O. *simul cum* δ. *quemque* F. 3. D. f. *quemque quem* G. In ceteris libris et edd. vett. est. *quemquam*, pro quo Heins. *quemcunque* frustra coniecit. *conspexit* p. et edd. vett. *sponse formae* D. *capitur* pro *sumitur* e glossa Bas. 1. quod Roald. probavit: unde Grut. perperam emendavit *uritur*. In P. est *sunmitur* in G. et D. *summitur* in δ *suanitur* cf. Pontan. Anal. I. 4. *et eum* δ. *aeterni* δ. *etternis* G. *fastidio* F. 1. 3. [qui ex antiqua correctione habet *vili fastidio*.] G. P. D. L. R. f. p. π. ζ. O. In cett. libris et edd. vett. *fastidiens*. Stewech. *ut viles fastidiens* emendans ita defendit quia dicta essent de Pamphile, Milonis coniuge, hospita Lucii, quae ut quemque iuvenem conspexisset forma liberali, illico in eum et oculum detorqueret et animum; statimque amoris pedicis irretire conaretur. Si quos vero reperiret, quorum mens occaluisset ad blanditias, eos ut spretos et vilia capita magicis artibus misere ab ea exerceri. *specua* G. P. *pecora* D. *et* ante *quodvis* abest a F. 1. *alios* pro *animal* p. *alios non* δ.

men ferale magorum; cf. quae accurate protulit Cort. ad Lucan. VI. 439.]

imis. Saepissime casus uni vocabulo adiunctos variare, iam monitum est supra p. 79. Ea autem variatio omnibus scriptt. est tritissima; cf. Oud. ad Suet. Vesp. 19. ad Hirt. B. G. VIII. c. 46. Burm. ad Aen. I. 41. Gronov. ad Arrian. VII. 6. Virg. Ecl. V. 6. [cf. Dr. ad Liv. IV. 2, 7. Obbar. in Seebod. Archiv. 1825. II. p. 374. Bach. ad Ovid. Met. 582. 83. Ita emendandum censeo in prologo Dict. Cret. *peritus vocis et litteris*, quod contra omnium Codd. lectionem in *litterarum* Ded. male commutavit. *Peritus* enim saepius Ablativum adsciscit; cf. Ruhnk. ad Vell. II. 29. 3. Gron. ad Gell. IV. 8.]

chaos [Cum nonnullis interpretibus non de tenebris in universum intellexerim, sed de inani illo et vacuo, ex quo rerum natura composita est, quia tenebris Tartari praecedit. Illud vocab. correxerim apud Placid. Gloss. p. 448.: *Chaon naturam confusam. Chao i. e. inani vel chaos. (Choum naturam universam. Chao id est inani vel chao* habet palimps.) Indicare enim vult Placidus, *Chaos* et *Chao* in dativo dici, quamquam p. 438. monoptoton id esse praescripserat.]

mergere nori. Hanc lectionem defendit Oud. ex Gron. Obs. IV. 22. Met. II. p. 106. V. p. 327. [Plin. H. N. XXIII. 6. 57.]

simul quemque conspexerit. Temere egit Oud., qui quamquam usum coniunctivi a *simul* apti bene agnovit, ob unius tamen codicis scripturam et constantem Apul. consuetudinem [cf. Met. IV. p. 241. VII. p. 458. 493. VIII. p. 578. IX. p. 662.] indicativum praetulit. De coniunct. confert Intt. ad Caes. B. G. IV. 26. Drak. ad Liv. VI. 1. Lamb. ad Hor. Od. I. 4. 17. [nostrum locum emendat Cort. ad Lucan. IV. 685.] *Quemque* ex cod. F. 3. recepi, quum *quisque* apud Plautum praeceteris aliquoties pro *quicunque, quisquis* dictum inveniatur; cf. Mil. II. 2. 5. Taubm. ibid. ad vers. 1. p. 797. Mercat. I. 1. 20. Amphit. I. 1. 156. IV. 3. 14. Prudent. περὶ στεφ. X. 14. 35. ibique Fabric.].

sumitur. Vexantur Intt. utrum *capitur* vel *uritur* coniici, an *sumi* pro *consumi* debeat intelligi, ut Taubm. ad Plaut. Pseud. V. 1. 23. opinio est. Neque negandum est, singularem hic esse huius vocis significationem.

viles fastidio [Nec Stewech., qui *ut viles fastidiens* emendat, nec Oud., qui propter ipsorum fastidium magae isti *vilescere* iuvenes dicit, h. l. intellexisse mihi videntur. *Minus* enim adverb. quod ad prius adiect. positum vides, etiam ad *viles* debet referri, ut sint ii iuvenes minus venales, moribus non corrupti, et amori resistentes ob fastidium Pamphiles.]

quodvis animal [Mss. quae hic con-

extinguit. Haec tibi trepido et cavenda censeo. Nam et illa urit perpetuum et tu per aetatem et pulcritudinem capax eius es. Haec mecum Byrrhaena satis anxia.

CAPUT VI.

At ego curiosus alioquin ut primum artis magicae semper optatum nomen audivi, tantum a cautela Pamphiles abfui, ut etiam ultro gestirem tali magisterio me volens ampla cum mercede tradere, et prorsus in ipsum barathrum saltu concito praecipitare. Festinus denique et vecors animi manu eius velut catena quadam memet expedio, et salve propere addito ad Milonis hospitium perniciter evolo. Ac dum | amenti similis celero vestigium: Age, inquam, o Luci, evigila et tecum esto. Habes exoptatam occasionem et volo diutino

Haec tibi trepida alias trepidanda f. haec tibi trepidanda et M. d. Iunt. 2. Ald. *et* ante *cavenda* abest a F. 1. *cavenda et* Bas. 1. *perpetim* B. R. Wass. in marg. *Perpetuo* d. D. in marg. a vett. manu habet „*alius propter senium*" quae mira est lectio. *puer aetatem* Vicent. Venet. 2. 4. Paris. *Birrenia* G. *angia* Vicent.

ac ego d. pro more. *at primus* d. *affui* D. a m. p. *ultra* f. *magistro* Venet. 2. *maisterio* O. cf. supra p. 97. *ampla* non comparet in D. sed a m. s. est in marg. *saluta* Vicent. *contito* D. *praeciptare* Venet. 2. *animae* d. *et manu eius* L. f. unde Brant: *ex manu eius*, coniecit, sed prior lectio defendi possit cum Oud. per polysyndeton.] *velati* P. in excerptis Oud. sed in Gruter. *valde* pro *velut*. *ac* abest a D. *propero celero*, quam ut G. lectionem adtulit Elm. ibi non comparet. Nam ab ipso cod. auctore prius vocabulum minio est deletum. Si quid mutandum *est*, lego *propere*. *evigila* non comparet in d. *es* pro *habes* P. *ex voto* Burm. marg. adlevit.

spicitur discrepantia ex significatione voc. *pecua* h. l. plane neglecta, videtur profecta esse. Quum enim *pecora* vel *pecua* omnino greges denotent, qui nutrimento sunt hominibus, *animalia* bene iis possunt opponi. *Pecua* igitur sunt *oves, capreae, sues* cf. Doed. Syn. IV. p. 295.]

trepido et cavenda [Minùs recte Oud. dubitat, an *trepidare alicui* latine possit proferri, quamquam nihil obstet, quum *metuere alicui* et *timere* dicamus, quin illud quoque comprobetur. Ea vero quam addunt vocabulo *accelerandi, festinandi* significatio, quam etiam in suum usum convertit Beroald., plane tollatur velim. Nam si omnes qui excitantur vett. locos accuratius perpenderis, ubique *tremere* et *prae metu membris quati* id esse tibi persuadebitur; cf. Senec. Oedip. 558. ibique Baden.]

perpetuum. Lubens amplecterer codd. R. et B. lectionem *perpetim,* si plures Mss. permitterent. Plurimus enim est Apul. in hac adverb. in *im* desinentium formatione. Sic emendo locum Arnob. I. c. 50. *Ille ulcera oris immensi et recuantia perpetim sanitatem.* cf. Plin. Hist. XX. 6. 21.: ubi *perpetim* retinendum est et Apol. p. 549.]

Cap. VI. *evolo.* Frustra est Stewech., qui ob praegressam *r* litteram *revolat* legendum esse proponit, multa miscens quae ita corrigere liceat. Sed cf. Dict. Cret. II. 46. [ubi *evolare* item de *recurrentibus* dictum est] Wopk. in Misc. Obs. Nov. V. 1, Tom. 2. p. 42. et Oud. ad Suet. Aug. 94. [Cort. ad Lucan. VIII. 754.]

celero. De hoc voc. cui interpp. saepius *accelero* substituebant, Oud. conferri iubet Burm. ad Virg. Aen. IV. 641. V. 609. Gron. ad Tac. Ann. XII. 46. Sil. Ital. XV. 207. [cf. Eckst. ad Voss. Arist. Tom. II. p. 738. Non. s. v. *laverna* p. 134. ex Pseud. I. 2. 35., ubi Oud. male *celebrassit* et *celebrate* expungit. *Celebrare* enim antique dictum est pro *celerare*; cf. Non. p. 89. s. v. *celebre* quo tamen loco *accelebrasse* emendatio est necessaria. Optime de h. voc. signif. disputat Wagn. ad Virg. Aen. IV. 641. in eo tantummodo errans, quod h. l. *anili* contra Medic. cod. optimum reie-

Digitized by Google

poteris fabulis *miris* explere pectus. Aufer formidines puerileis: cominus cum re ipsa naviter congredere et | a nexu quidem venerio hospitis tuae tempera 101
et probi Milonis genialem torum religiosus suspice. Verum enim *vero* Fotis famula petatur enixe. Nam et forma scitula et moribus ludicra et prorsus argutula est. Vesperi quoque cum somno concederes, et in cubiculum te deduxit comiter, et blande lectulo collocavit et satis amanter cooperuit, et osculato tuo capite quam invita discederet vultu prodidit: denique saepe

rumoptimis pro *poteris* R. f. Guielm. putabat *poteris* antique dictum esse pro *patiris*. *fabulis miseris* codd. et edd. vett. quantum scio omnes: nam quod in L. legitur *mis'is*, id ipsum est *miseris*. Colv. cum Medebornio probavit *miscellis*. *miris* in aliquot codd. legi affirmat Wower. *aufers* F. 3. B. *puerileis* F. 1. 3. B. In ceteris libris et edd. vett. extat *pueriles*. *comminus* G. *graviter* δ. *naviter* F. 3. G. D. f. (cf. Cic. Orat. 47. §. 158. Fest. s. v. *narus* p. 108. 110. 179. Lindem., quem vide p. 440. Doed. Synonym. T. I. p. 124.) *et annexu* f. *venerio* F. 3. P. p. et edd. vett. praeter Venet. quae habet *venero* et Paris. (In his terminationibus in *eus* et *ius* saepe variant codices, ut inter *Thracius* et *Thraceus* apud Virg. Ecl. IV. 55.) *venero* D. *veneno* G. *torem* Venet. 2. *suscipe* G. δ. *religionis suscipe* p. *verum enim puero* F. 3. G. 1. (nam his ipsis verbis hic codex incipit) G. 2. D. P. p. O. π. *verum enim puto* β. *puro* δ. *adnixe* F. 1. R. et edd. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. *scitula est* δ. *et* ante *moribus* deest in D. a m. p. *ludrica* D. *et* ante *prorsus* non comparet in G. *argutula* G. 1. *argutula. En resp.* f. [cf. Heins. ad Ovid. Met. XV. 677] *condederis* π. *te in cubiculum deduxit* Scriver. Anecd. Philol. p. 38. primus edidit propter particulam *et* hic superfluam, quam tamen Oud. per polysyndeton defendit. *duxit* Vulc. 2. Basil. 1. *devexit* G. 1. a m. s. *deduxit: comiter* G. 2. et Vicent. *et blande et lect.* D. *lecto te* O. π. G. 1. (in quo *lecto* non est nisi a m. s.) *cohopervit* G. 1. Vicent. Venet. 4. *obsculato* G. 2. D. *obculato* G. 1. *invicta* δ. [cf. Dr. ad Sil. IV. 679. Burm. ad Rutil. Itin. I. 64. et ad Quint. Decl. CCCLXXVII. p. 733. Dr. ad Liv. IV. 53. §. 2.]

cit. *Anile* enim *studium* de nutrice grandaeva dicitur, quae celerare cupiens, vestigia eo magis retardat; cf. Bach. ad Ovid. Met. XIII. 533.]

miris. Quum omnes fere codd. *miseris* praebeant, diversae sunt VV. DD. coniecturae. Beroald. *Milesiis* emendavit, quibus tamen hic locus non est, Scriver. *mulseis*. Unice probatur Oud. coniectura, qui *miris* in textum recepi voluit, quum *mirum* de rebus raris, egregiis et exspectationem superantibus dicatur et in Mss. quoque depravatione *miri* in *miseri* propter compendium *mĩ* nihil sit frequentius; cf. Heins. ad Ovid. Met. IX. 394. Oud. ad Lucan. IX. 832. Gron. ad Gell. XV. 16. [Kopp. ad Mart. Cap. p. 768. ex ed. pr. et optt. Mss. nescio quibus hic probavit *miscellis*.]

genialem torum [*Lectus genialis* post nuptias in atrio collocari et religiose servari solebat; cf. Brisson. de ritu nupt. in Graec. Thes. Antiqq. VIII. p. 1048. Stewech. ad Arnob. IV. c. 25. Orell. Tom. II. p. 233. Lips. Elect. I. c. 17. Schmidt. ad Horat. Epist. I. 1. 87. Creuzer. Symbol. T. III. p. 4. sq. 36. sq. 432. sq. et Hartung. Religg. d. Röm. I. p. 39.]

verum enim vero. Wass. adlevit *quasi puera* [cf. Ruhnk. Dict. ad Suet. p. 257. Eckst. ad Voss. Arist. Tom. II. p. 537. Varr. apud Non. p. 156. Prisc. VI. 8. p. 247. Krehl. Sed tum rectius abesset *famula*. Quod Oud. coniecit *puero* pro *mihi puero* vel *per servum meum*, valde videtur ieiunum. Quid ego statuerim, adhuc haereo. *primo* quod olim conieceram, non satisfacit neque vero in *verum enim vero* acquiescere possum.]

ludicra. Quod Heinsius in Epist. ad Graev. Tom. IV. p. 329. coniecerat *lubrica*, valde displicuit Oud., quum Fotidem tam paucis horis Lucius nosse non potuisset, sed vidisset eam *ludicram* i. e. ludis amatoriis deditam. Ita enim *ludum* et *ludicrum* dici illustrat ex Apol. p. 398. p. 407. Met. IX. p. 603. [cf. Tibull. I. 363. I. 5. 26. Burm. ad Anth. Lat. I. p. 516.]

deducere. Proprium hac in re esse compositum docet Oud. ex Ter. Adelph. IV. 5. 60. Ovid. Met. X. 462. Tibull. I. 7. 63. ubi vid. Broukh. et adnot. ad Caes. B.G. V. 14. [cf. Ruhnk. ad Ter. l. c. et ad Hecyr. I. 2. 60. Potissimum in usu est de nuptis, quae ad maritum

Digitized by Google

102 retrorsa respiciens substitit. Quod bonum felix et fau|stum itaque licet salutare non erit, Fotis illa tentetur.

CAPUT VII.

Haec mecum ipse disputans fores Milonis accedo et, quod aiunt, pedibus in sententiam meam vado. Nec tamen domi Milonem vel uxorem eius offendo sed tantum caram meam Fotidem: suis dominis parabat

retrorsus B. probatum a Sciopp. Susp. III. 10. *retrorsum* f. O. *retorsa* Ald. *sustulit* p. cf. Intt. ad Suet. Caes. 31. *sustinuit* Vulcan. 2. *subdidit* emendat Gabriel: Rolandius et Sciopp. l. c. *quod bonum f. et faustum sit itaque licet insalutare non erit* L. et edd. vett. *sit* et *non* abest in omnibus Mss. et Iunt. 2. Varie tamen distinguunt. *sit. Itaque* Venet. 4. Bas. 1. et plurimae edd. vett. *faustum. Itaque* Iunt. 2. *salutare* habent omnes codd. *salutari. nunc enim Photis* D. a m. s. *ei* pro *erit* p. *tentetur* abest a R. f. *tempetur* G. 1. 2. D. pro more.

hoc D. *meum* D. a m. p. *ipsae* P. *ipsa* G. *disput. ipse* p. *ut aviter* pro *quod aiunt π. quod aviter* G. 1. 2. *quod aiuntur* D. a m. p. sed litura effectum est *aiunt. in* ante *sentent.* abest a G. 1. *Milonei* Mss. Al. teste Colv. *Milonem domi* p. edd. vett. *domum Mil.* f. *quae* quod ante *suis dom.* legitur in plurimis codd. et edd. vett. abest a. F. 3. et B., unde id exulare volui. cf. ad Met. I. p. 76. *suis* non comparet in d. f. *π.* G. 2. D. *dominis* L. G. 2. D. d. f. *π.*

deducuntur cf. Broukh. ad Tib. IV. 3. 13. Dr. ad Liv. III. 10. 5.]

retrorsa respiciens cf. ad Met. I. p. 63.

quod bonum .... licet salutare non erit. Locus mirifice tentatus est, quum id quod *bonum et faustum est. salutare* quoque esse debeat, unde *insalutare* Intt. multi coniiciebant. Grosl. emendat. *F. sitatque salutare*: Oud. *ei salutare* sc. *Fotidi* vel *mi* i. e. *mihi*: quae omnino non satisfaciunt. Sed omnia bene procedent, si verba: *quod bonum* sqq. ad Lucium retuleris, se ad Fotidem aggrediendam non cohortantem, sed qui animos sumit, secreta Pamphiles ut cognoscat. Quamvis igitur hoc studium noxium ei et perniciosum esse possit, Fotidem tamen dicit esse tentandam, ut dominae secretis initietur. Nec temere voc. *salutare* ab Apul. videtur esse positum, quum integrae admoneat huius formulae censoriae, qualis extat apud Varr. L. L. VI. 9. p. 108. Müll. *Quod bonum fortunatum felixque salutareque siet*, ubi cf. Speng. p. 263. Gies. ad Cic. de Div. I. 45. Met. XI. p. 816. *licet* cum indicat. a scriptoribus sequioris aetatis iunctum esse docet Oud.; cf. Munk. ad Fulg. Myth. I. p. 616. Stav. [Burm. ad Anth. Lat. II. p. 471. Kopp. ad Mart. Cap. I. §. 11. p. 40. Haud. Turs. II. p. 545.]

Cap. VII. *quod aiunt* [Proverbialem his vocibus indicari locutionem docent Broukh. ad Tib. II. 23. 113. et Burm. Anthol. I. p. 437. Heind. ad Hor. Sat. II. 2. 64.]

dominis. Oud. lacunam nonnull. Mss. bene eo interpretatur, quod veriti sint librarii, ut *domini* dici possit de *domino et hera.* Sed saepius ita invenitur; cf. Ovid. Met. VIII. 686. Apul. Met. VII. p. 489. Lucian. Asin. c. 6. cf. p. 575. [Ita *reges* de *rege* et *regina* Munk. ad Hyg. fab. 159. p. 273. Stav. *fratres* de *fratre* et *sorore* Tac. Ann. XII. 4. 2. ubi cf. Gron. *soceri* de *socero et socru* Ovid. Met. III. 132. *hospites* Apul. Met. III. p. 183. *principes* II. p. 146. *filii* Orell. ad Arnob. IV. c. 16. T. II. p. 215. Verheyk. ad Eutrop. p. 116. Lindm. ad. Minuc. Fel. 31. §. 3. p. 195. Munk. ad Fulg. Myth. I. p. 628. Ita *filiis* restituendum est apud Lact. Planc. VI. fab. 3. p. 828 Stav. *ut Latonae et filiis eius*: *Patres*; cf. Burm. ad Anthol. Tom. II. p. 193. et Miscell. Observ. Vol. I. Tom. II. p. 210. Stat. Theb. II. 464. ubi *primus sanguinis auctor* non sollicitandum erat. *Sanguis* hic non est *gens, familia* sed *caedes, trucitatio.* Oedipus enim patris nece faces quasi

Digitized by Google

isicium **fartim concisum | et pulpam frustatim consectam et *bambatum* pascua 103**

viscum legi in omnibus codd. qui ad manus erant. Ab Oud. nihil adnotatum est, *iuscum* praebent edd. vett. praeter Iunt. 2. in qua est *viscus*. Marcil. ad Pers. II. 42. coniecit *ileum* totum locum ita constituens: *ileum et cacabum pascue iurul.* *concissum* D. *consicisum* P. *consicium* G. 2. et f. *concitum* p. unde Oud. coniecit *contusum*. *circumcisum* omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. quae habet *concisum*. *frustratim* G. 2. *conceptam* O. *collectam* L. *ad pascua iurulenta* F. 1. R. f. L. δ. *ad pascua virulenta* G. 1. 2. P. D. O. f. *ad pascuam iurulenta* π. *ambacu pascuae iur.* F. 3. *amba cupascua iurul.* F. 2. *amba cupascue hirulenta* p. π. *ambascum scocus pascue hirulentam* B. Ita legitur in meis excerptis. In Elmenh.: *conicctam ambas compascue iurulentam abacum pascue hirulentam* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. *abacum pascuae hirulentam* Paris. *abacum ad pascua virulenta* Ald. *abacum ad pascua iurulenta* Iunt. 2. [in textu est *virulenta* sed inter menda typograph. quorum index libro adpositus est, ita emendatur.] *abacum ad pascua irulenta* Iunt. 1. Quid sibi velit glossa interlinearis Vicent. 2. *habundanter splendentem*, quae verba *pascua hirulentam* explicat, equidem non intelligo.

praetulerat sequenti sceleri, ut filii sanguine tantum s. bello rem diiudicarent. Sed se ipsum corrigens solum Etheoclem *caedis cupidum unum Oedipodem* nominat. Nec minus v. 466. *poscimus annum* sollicitandum erit, quia Polynices iuste rem suam egit. — De his subst. cf. Gron. ad Liv. I. 9. Burm. ad Ovid. Met. IV. 61. et ad Quint. Inst. IX. 3. Bently. ad Hor. Sat. I. 1. 100. Meinek. ad Euphor. fragm. p. 10. quosque laudat Rupert. ad Tac. Ann. II. 57.]

isicium. Omnes codd. praebent *viscum*. Isidorum Orig. XX. 2. 27., si verba eius sunt quae in nonn. Codd. desiderantur, in eo errasse, quod *pulpam* et *viscum* idem esse dixerit, Oud. adnotat, quum *viscus* dicatur de *carnosis partibus internis*, *pulpa* vero *de externis* [cf. quae Doed. Syn. V. p. 144. sqq. fusius disputat.] Novasse Apuleium vocabuli *viscum* significationem, quum *herbam glutinosam* s. *gummi quoddam* et *glutinum aucupum* veteres ita nominaverint, idem monet. coll. Gron. Obs. III. 18. Intt. ad Petr. c. 109. Prop. I. 15. 24. Dr. ad Sil. VII. 674. Serv. ad Virg. Georg I. 139. [cf. Orell. ad Arnob. VII. 29. T. II. p. 431.] His caussis commotus est, ut cum Salm. ad Solin. p. 265. *riscus* formam praeferret. [Ego hoc vocabulum quod sine dubio corruptum est, aliter emendo in *isicium* cum Voss., qui suae editioni idem adscripserat; cf. Varro V. 28. p. 114. Spengel. *insicia ab eo quod insecta caro*. Macrob. Saturn. VII. c. 8. *Isicium* enim nihil aliud est quam caro minutatim consecta; cf. praeceteris Salm. ad Lampr. Heliog. c. 19. p. 831. Herald. et Orell. ad Arnob. II. c. 42. Tom. II. p. 65. Isid. Gloss. p. 683. *Isiciale — ius.*]

fartim. Nonnullae edd. dant *confartim*, quod Oud. reiicit. [*fartim* enim extat Met. III. p. 176. Auson. Mosell. 85. 113. Plaut. Mil. Glor. I. 1. 8. *fartum facere ex hostibus*. Ita apud Petron. c. 69. p. 449. Burm. ex Mss. lego: *nisi omnia ista de fartu sunt* (Mss. *defactu* vel *defracta*) *aut certe de luto*. *Fartus* enim omnia ea indicat, quae implent, quae farciunt et quae inde comparantur et ita bene respondet sqq. verbis *de porco fecit*. Sic *fartum fici* Colum. V. 10. nominat *pulpam fici* medullam viscerosam quasi et musculosam fici partem.]

bambatum pascua vinolenta. Varie tentarunt hunc locum V. D. Groslotius coniecit *in cacabum ad pascua iurulenta*, Wower. *adipatam ac iurulentam* Lips. *in abacum ad pasc. iur.*, Scriver. in Anecd. phil. c. 10. *et adposite vinulentam* Salm. Plin. Exerc. p. 265. *et bamma compascue iurulentum*. Sealig. *p. f. c. adiposam et iurulentam*. Ex hac mira confusione ne reliquas allucinationes commemorem, Oud. enucleavit *p. fr. consertam embammatum pastu iurulenta*, de *embammate* excitans Salm. ad Tert. de Pall. p. 123. 126. de *pastu* Lips. Poliorc. III. Dial. I. vel si praestet retinere *compascue*, legendum putat *embammasi compasue*, et de graeco illo casu consuli iubet Heins. ad Ovid. Heroid. XIII. 137. Sed prop-

Digitized by Google

193 *vinolenta*, et quod naribus iam | inde ariolabar, tuccetum perquam sapidissimum. Ipsa linea tunica mundule amicta, et russea fasciola praenitente altiuscule sub

et quod F. 3. G. 1. 2. D. δ. *equidem* Scriv. in cett. est *et quidem*. *iam inde* F. 1. 3. G. 1. 2. P. O. D. L. In cett. est *iam mihi*. *inariolabat* p. *tucentum* in nonn. libris teste Oud. *tuccetum* F. 3. *tucetum* D. a m. p. In cett. *tucetum*. *praequam* f. *lintea* P. *nidule* f. unde *nitidule* Reald. coniecit. *amicta* in D. non est nisi in marg. a m. s. *et* ante *russea* abest a Bas. 1. *rursus sea* L. *rursus se a fasc.* F. 3. f. P. π.

ter inauditum illud vocabulum *compascue* haec coniectura non sufficit, et displicet praeterea coniunctio verborum *pastus embammatum*. [Ego ita textum constituerim: et *bambatum pascua inrulenta*. *Βάμβα* enim dorica forma est vocis *βάμμα*, quae scriptura corruptioni fortasse locum dedit. Veteres autem *bamba* scripsisse declarat locus Colum. XII. 34. *decem bambatae*, ubi vel *ad embambata* vel *de embambate* legendum est, et Isid. Gloss. p. 670.: ubi *bamba — sorbellum* corrigo, nisi melius *bambam*, vel *bombus sibillum* ibi restituatur. Pro *inrulenta* tamen *vinolenta* vindicaverim, ut *bambatum pascua vinolenta* dictum sit pro *vinolentorum bambatum pascua*. *Bammatum pascua inrulenta* nullo modo possunt defendi, et *pascua* cibos intelligo, cuius significationis quamquam simile exemplum non extat, ex analogia tamen verbi *pascere*, quod pro *vesci* et *comedere* etiam de hominibus dicitur ea potest stabiliri. De *abaco* quod in nonnullis codd. invenitur cf. Ursin. ad Ciaccon. de Tricl. p. 297. Bulleng. de Conviv. c. 37. in Graev. Thes. Tom. XII. p. 96. qui uterque putant de *mensa* hic dici *escaria*, quum alias inveniatur pro ea, cui pocula potoria imponebantur. De *cacabo*, quod culinae erat instrumentum, cf. Casaub. ad Lamp. Heliogab. 19. p. 828. sq. et Orell. ad Arnob. VI. c. 14. Tom. II. p. 375. Lobeck. ad Phrynich. p. 427.]

tuccetum [Scribendi ratio quam ego secutus sum, mihi videtur esse probabilior. Primum enim haec vox ubique ab optt. Mss. per duplicem litteram scribitur: ut in Gloss. Philox. *Tucca κατὰ χῦμα ζωμοῦ tuccetum ζωμὸς παχύς* cf. Munk. ad Fulg. Exp. Serm. Ant. p. 780. quamquam in glossis Isid. p. 697. per unam litteram effertur *tucetum bubula condita apud Gallos Alpina* ubi *bubula* cum Vulc. p. 102. emendo. Deinde ipsa huius vocabuli analogia qualis extat apud Schol. ad Pers. Sat. III. 42. *Tucceta apud Gallos Cisalpinos bubula dicitur, condimentis quibusdam crassis oblita ac macerata et ideo totos annos durat. Solet etiam porcina eodem genere condita servari aut ad saturarum iura. Hinc Plotius Virgilii amicus in eadem regione Tucca est nominatus*, tum Lydi de Mag. P. R. I. 23. testimonium *Τούκκας ὁ κρεωβόρος ὃν οἱ ἰδιῶται ῥικκὰν ἐκάλεσαν καθ' ἡμᾶς* et allusio denique ad *Tuccae* nomen, quae apud Mart. XII. 41. fit, eam scripturam apertissime confirmat. *Tucetum* videtur orthographia esse saec. posterioris ut *bacca* postea in *baca* abüt; cf. Schneid. Elem. Tom. II. p. 401. Bach. Ovid. Met. X. 116. Ita *coccetum* in optimis codd. semper invenitur, quod prave negavit Voss. in Etym. s. v. *Tuccetum* vero quid sit ex loco Schol. Pers. iam vidimus. Fulgent. l. c. *tucceta* interpretatur *escas regias* quod corrigere malim in *egregias*, nisi *regiae* pro *splendidis* et *sapidissimis* accipias. Ex omnibus igitur qui conferri possunt veterum locis *tuccetum* efficitur esse genus carnis consectae vel farciminis, quod in modum gelatinorum, cf. Orell. ad Arn. II. c. 42. Tom. II. p. 67., glaciali conditione reservatum pulmentis et iuribus addi solebat; cf. Apul. IX p. 636. *pulmenta recentia tuccetis temperat*. Eodem modo *ζῶμος* quodcunque ius nominatur, quo reliqui cibi condiuntur. Ita bene respondent hoc loco *tucceta bambatum pascuis vinolentis*.]

[*linea tunica amicti*. De his servis altecinctis, quorum vestis summe perspicua libidinem excitaret cf. Böttig. Sabin. Tom. II. p. 25.]

russea fasciola, [cf. Capitol. in vit.

Digitized by Google

ipsas papillas succinctula illud cibarium | vasculum floridis palmulis rotabat in 104
circulum, et in orbis flexibus crebra succutiens et simul membra sua leniter illubricans, lumbis sensim vibrantibus spinam mobilem quatiens placide, decenter undabat. - Isto adspectu defixus obstupui, et mirabundus steti; steterunt et membra, quae iacebant ante. Et tandem ad illam: Quam pulcre quamque festive, inquam, Fotis mea, ollulam istam cum natibus intorques? quam melli|- [118]
tum pulmentum apparas? Felix *at* certius beatus, cui permiseris illuc digitum

δ. ed. pr. Venet. 2. 4. Paris. *rursus se ad* G. 2. *rursus se a fasc.* D. G. 1. *russa* citat Cuper. ad Apoth. Hom. p. 153. at Trehell. Poll. in Claud. c. 14. *tunicis russis. russeola* Spanhem. ad Callim. p. 135. Aeque posse legi *russula* Oud. existimat coll. Intt. ad Vopisc. Prob. c. 4. Salmas. ad Lamprid. Anton. Diad. c. 2. Capitol. in Claud. Alb. c. 5. *fasceola* G. 2. F. 3. D. In cett. libris et edd. vett. *fasciola* Vicent. habet *faciola. praemitente* D. *altiusculo f. succintula* in omnibus Mss. et edd. vett. inveni. *sunctiuncula* D. *parmulis* G. 2. D. *orbicis* coniiciebat Brant. *crebre* G. 1. 2. D. β. M. δ. f. *leviter* D. *sensum* G. 2. *et decenter* D. a m. s. *nudabat* δ. et aliquot codd. Beroaldi. Ita quoque in marg. Vicent. 2. adnotatum est *undabat*. F. 1. 3. G. 1. 2. P. O. R. f. D. In cett. et edd. vett. praeter Iunt. 2. *inundabat. illo* f. *adspecto* edd. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. s. *adfectu* F. 1. *obstipui* Ald. Iunt. 1. quod praetulit Wass., ut passim exarari notum est in vetustissimis Mss. Terentii, Virgilii, Ovidii cf. Lucan. IV. 748. [ad quem cf. Cort. Heins. ad Claudian. Ruf. II. 197. Pier. ad Virg. Aen. II. 774. Perlet. ad Terent. Andr. I. 5. 21. Adelph. IV. 4. 5. Wagn. ad Virg. Aen. I. 513. Quae tamen scriptura mihi ab aevo medio profecta et ad codd. inde transiata esse videtur,] *festine* G. 1. 2. P. O. D. *instine* f. *inquam* abest a G. 2. *photis* G. 2. *illam cum n.* f. *circumtorques* ed. Pric. male. *quam pulchre mellitum* O. π. *mollitum* δ. Pro *et certius beatus* quod in omnibus codd. et edd. vett. legitur, Pric. coniecit *centies* vel *ter beat.* Vicent. 2. in marg. habet *et certe beatus*, quod nullo modo probari potest.

Clod. c. 5. Voss. Etym. s. v. *russus* et Intt. ad Fest. p. 630. Lind. Hanc *fasciolam* non de *strophio* s. *mamillari taenia* intelligo, qua papillae ita constrictae turgescerent; cf. Lucian. Amor. c. 41. Böttig. Sab. T. II. p. 114. I. p. 84. 197. sed de vinculo, quo Fotis sub ipsis papillis tunicam constrinxerat, ne in operibus coquinariis veste impediretur; cf. Horat. Serm. II. 8. 10. ibique Heind. Intt. ad Phaedr. II. 8. et ad Petron. c. 126. p. 775. Burm. Böttig. Sab. II. p. 25. 215. sq. Ursin. ad Ciac. de tricl. p. 349. Nec tamen Heind. ad Hor. Sat. d. l. assentior putanti, haec ironice dici de servo, qui inhoneste succinctus pudorem iniciat convivantibus, quamquam *altecinctus* etiam de iis usurpatur, qui ad opus Veneris parati sunt; cf. de Salis. ad Petr. l. c. Bentl. ad Callim. p. 309.]

succinctula. Vehementer dubitat Oud. an alibi in participiis verbi passivi auctor deminutivam formam posuerit, quamquam proxime accedat *semiopertulus* Met. III. p. 199.

lumbis sensim vibrantibus [*lumbi* sedes erant libidinis; cf. König. ad Pers. I. 20. Burm. ad Anth. Lat. II. p. 495. Ita Arnob. dicit II. c. 42. *lumborum crispitudine fluctuaret* cf. Iuv. XI. 164. Barth. Adv. XXXIII. c. 20. p. 1540. Orell. ad Arnob. d. l. Tom. II p. 69.]

spinam mobilem. [cf. Met. II. p. 132. Burm. Anthol. Lat. II. p. 563. Priap. carm. 83. 23. *imminente qui toro iuvante verset arte mobilem natem.*]

undabat. [Motus eius erat crispanti undarum agitationi similis; cf. quae Orell. excitat ad Arnob. l. modo c. de voce *fluctuare*, quae idem significat. Virg. Georg. II. 437. Plaut. Epid. III. 3. 54. ubi vid. Taubm.]

steterе. [*Stare* est verbum obscoenum ut *rigere* et *rigor*. cf. Priap. 80. 1. *Ah* (ita enim legendum est) *non longa satis non stat bene mentula crassa* Priap. 75. 2. Mart. II. ep. 45. III. ep. 75.]

cum natibus intorques [*Clunem agitare* proprie de canibus hero adulantibus, deinde de lascivis et libidinosis dicitur, qui Veneris fructu sunt inflammati. cf. Misc. Obs. Vol. V. T. I. p. 119. Burm. ad Anthol. Lat. Tom. I. in Add. p. 743. et Rup. ad Iuv. Sat. II. 21. Heins. Adv. III. 15. p. 522. sq.]

at certius beatus. Certo vocem hic excidisse Oud. existimat, quum alibi

Digitized by Google

intingere! Tunc illa lepida alioquin et dicacula puella: Discede, inquit, miselle,
106 quam procul a meo foculo: discede. Nam si te vel mo|dice meus igniculus afflaverit, ureris intime nec ullus extinguet ardorem tuum, nisi ego, quae dulce condiens et ollam et lectulum suave quatere novi.

CAPUT VIII.

Haec dicens in me respexit et risit. Nec tamen ego prius inde discessi, quam diligenter omnem eius explorassem habitudinem. Vel quid ego de caeteris aio, cum semper mihi unica cura fuerit, caput capillumque sedulo et publice prius intueri et domi postea perfrui: sicque iudicii huius apud me certa et statuta *ratio est*, vel quod praecipua pars ista corporis, in aperto et perspi-

dicatula δ. *inquit* non comparet in D. O. G. 1. *discede miselle discede a m. f.* G. 1. *me ofoculo* G. 2. G. 1. a m. p. et P. in excerptis Putsch. *a me foculo* P. R. *a me: a foculo* edd. vett. *fuculo* G. 1. 2. *foeculo* Venet. 2. *facto* p. ex compendio *foel'o* ortum. *nam iste te, vel* P. in excerptis Putsch. *nam iste si te vel* G. 2. P. *vel* abest ab edd. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. *modicus* G. 2. P. *urereris* edd. vett. praeter Iunt. 2. et ed. pr. *intime. nullus* p. et. edd. vett. praeter Iunt. 2. *tuum* deest in δ. *nisi* non comparet in P. *collam* Iunt. 2. inter vitia typogr. emendatum.

vel quid F. 3. L. et edd. praeter ed. pr. et Iunt. 2. In ceteris *sed quid* cf. Beeich. Epist. 71. *discedis* pro *de ceteris* D. a p. m. *de caesarie* pro *de ceteris* legi voluit Groslot. *muta cura* δ. *sedule* Iunt. 1. 2. Ald. *sedulo publice et prius* P. L. unde Sopingius *et privitus* coniecit *sedulo et publice et prius* F. 1. G. 2. R. L. *sedulo et publice prius* F. 3. G. 1. D. B. O. p. δ. f. et edd. vett. *puplice* F. 3. *perstrui* p. L. Vicent. (in 2. emendatum.) *peruri* Groslot. non male coniecit. *sitque* G 1. D. a m. p. R. f. Iunt. 2. Ald. et in Vicent. 2. a m. emendatrice. In ceteris libris et codd. est *sicque. iudicium* f. B. *statuta ratio est* B. *ratione* F. 3. *ratio* non addito *est* F. 1. Iunt. 2. Ald. *ratione* in cett.

Apul. ita dicere soleat. cf. Met. IX. p. 674. X. p. 732. [Hand. Tursell. II. p. 18. hunc locum corruptum esse dicit, quamquam quid aliter legendum sit, nihil proferat. Ego vero sentio, *certius* recte dici posse de eo, qui se ipsum corrigens, quod suae sententiae melius conveniat statim apponit, unde non *et* sed *at* scribendum est. cf. de huius particulae usu Hand. Turs. I. p. 436. n. 8. Heind. ad Hor. Sat. I. 3. 43. iudic. s. v. Nec minus etiam *aut* probari poterit, quae confusio in Mss. est frequentissima. Heusing. ad Cic. de Off. I. 11. p. 9. Heind. ad Cic. de N. D. p. 201. p. 268.]

ureris [Quamquam hic *ignis et uri* propria sua vi usurpantur, tamen etiam ad amorem et libidinem per metaphoram satis ludicram transferuntur. *Uri* et *ignis* de amore dici notissimum est; cf. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. XVI. 102. XVIII. 42. Aen. IV. 2. Hor. Od. I. 13. 8. Georg. III. 271. Burm. ad Prop. I. 9. 17. Schmidt ad Hor. Epist. I. 2. 13. Doed. Syn. IV. p. 247.]

lectum quatere [i. e. *libidinando conoutere* cf. Iuven. VI. 22. Catull. VI. 10. 11. ut in Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 563. legendum censeo:

intremente qui toro
Iuvante verset arte —

Arte non tentandum erat, quum ad artificium libidinosi referri debeat.]

suave [ut *dulcis* de gaudiis Veneris dictum est cf. Forbig. ad Virg. Aen. II. p. 399.]

CAP. VIII. *in me respexit.* [cf. de hac constructione Misc. Obs. Tom. VII. P. 1. p. 149.]

rel quid. Sed quid in transitionibus usurpasse veteres, probat Oud. ex Burm. ad Virg. Aen. II. 101. ad Lucan. II. 642. Ter. Andr. V. 3. 15. Liv. XXXVIII. 48. [Ego *rel quid* retinui.]

sedulo et publice prius. [Hanc unice veram esse huius loci scripturam verba sqq. *domi postea* comprobant, quae his accuratissime respondent. Fortasse pro *publice et prius* quod multi codd. praebent, corrigas *publicitus.*]

praecipua pars corporis ista. [Capillos summum esse corporis honorem etiam alibi veteres indicant; cf. Burm. Anthol. Lat. T. I. p. 683. *Quod so-*

Digitized by Google

cuo posita prima nostris | luminibus occurrit, et quod in ceteris membris flori- 107
dae vestis hilaris color, hoc in capite nitor nativus operatur. Denique pleraeque indolem gratiamque suam probaturae lacinias omnes exuunt, amicula dimovent, nudam pulchritudinem suam praebere se gestiunt, magis de cutis roseo rubore quam de vestis aureo colore placiturae. At vero (quod nefas dicere *neque sit* ullum huius rei tam dirum exemplum) si cuiuslibet eximiae

codd. et edd. vett. L. *ratione* Oud. ex ingenio librariorum natum esse ratus, ita explicavit, ut prius *sicque* legeretur dein quum verbum ita abesset, *ratio ē* [i. e. *ratio est*] scriberetur idque *in ratione* abiret. Ego contrarium plane comprobaverim. Neglectum enim a librariis compendium *ratio ē* occasionem praebuit, *ratione* vel *ratione* legendi et quum verbum deesset, *sic* in *sit* commutandi. *illa corporis* f. *et in aperto* δ. *et aperta* f. *primis* O. *vel quod in ceteris* emendat Toll. *in* ante *ceteris* abest a L. f. *et quidem in ceteris* edd. vett. *prolaris color* P. in marg. *nitor* in G. 1. non est nisi in marg. a m. s. *pleraque* F. 3. *plerique* G. 2. et D. in cuius marg. a m. s. *vel plereque* exaratum est. *gratiamque suam* F. 3. G. 1. 2. D. O. P. δ. π. f. In cett. libris et edd. vett *gratiasque suas*. *probatur* F. 3. sed apparet hic litura. *lacinia* δ. *lacunas* Venet. 4. *eximunt* D. a m. s. et *exnuunt* a m. p. *amiculam* P. *adminicula* D. *removent* B. *admo. dimovent* G. 2. priore voc. minio obducto. *decute* G. 1. *ac vero* δ. *nec quod sit* F. 3. p. ed. pr. Venet. 4. Paris. Bas. 1. *ne quod* δ. f. cett. edd. vett. *ne quid sit* G. 2. et P. in excerptis Putschii. In cett. codd. est *neque sit. ullum huius rei* F. 3. G. 1. 2. P. f. D. p. Vicent. Venet. 4. In ceteris *huius rei ullum*. *sis* Venet. 2. *durum* Vicent. Iunt. 2. [cf. Virg. Ecl. X. 44. Dr. ad Sil. XIV. 126. Bentl. ad Horat. Od. II. 12. 2. Bach. ad Ovid. Met. III. 35. Ita in Anthol. Lat. Burm. T. I. p. 460. epig. 6. legendum puto: *Omnia quae duro consumunt dente parabant*. *cuilibet* G. 1. 2. P. L. f. π. et D. a m. p. in marg. a m. s. in *cuius libet* correctum. *eximiaeque* p, Iunt. ed. pr. Ald. Venet. 2, *eximia qua* p.

lum formae decus est, cecidere capilli et Intt. ad Petron. c. 109. p. 651. Burm.]

floridae vestis: [Vestibus distinctis et variis proprie utebantur quae corpus praebebant virgines eaeque matronae, quae pudicitia exutae, oculos in se convertere volebant; cf. Ovid. Art. Am. III. 179. sqq. Ferrar. de re vest. III. 22. p. 249. Böttig. Sabin. II. p. 91. et p. 109. Item apud Athenienses meretricibus tales vestes in usu erant cf. Suid. s. v. *Ζαλευκὸς Ἀθηναῖοι τὰς ἑταίρας ἀνθιναφορεῖν*. Wachsm. in: Hellen. Alterth. IV. p. 36. Heyn. Opusc. II. 34. *Hilaris* de *colore nitenti, florido*; cf. Plin. H. N. XXIII. 8. 75. XXVI. 7. 11.]

gratiamque suam. Hoc ex optt. codd. reposui cum Oud., quod *gratia* tantummodo de forma et corporis pulchritudine invenitur. Met. II. p. 108. 112. X. p. 738. [Baumgart. Crus. Clav. Suet. s. v. Ceterum eam h. vocis significationem argenteae tantum aetatis scriptoribus fuisse propriam, notandum est. *Gratias* vero si quis comprobet, ex Graeci tantum vocabuli *χάριτες* usu possit defendi, quod nonnunquam de externa pulchritudine positum invenitur.]

dimorent. [Cave ne quid mutes. Diducunt illae meretrices suas vestes ut vel sic corpus aperiatur et nudetur; cf. Horat. Od. I. 13.]

neque sit ullum. Ita c. Oud. textum constitui. *Ne* quod in multis Codd. reperitur ex vana librariorum doctrina exortum est, qui *nec* pro *ne* vel *neu* poni posse negabant. Pugnandum igitur est vel nostris temporibus c. Kritz., qui ad Sall. Cat. I. 34. p. 158. omnia exempla ubi *neque* s. *nec* pro *neve* s. *neu* usurpatum invenitur, corrigenda esse temere praescribit. Ita Orell. Cic. Off. II. 26. §. 9. bene *nec* retinet, cf. Ded. ad Dict. Cret. III. 12. Bach. ad Ovid. Met. III. 117. ibiq. Ochsner. Wagn. Quaestt. Virgil. XXXVI. 15. p. 580., qui adversandi et vetandi potestatem huic particulae recte vindicat.]

cuiuslibet. Cuilibet dativum Oud. ex elegantiori usu defendit quam quem tulerit interpretum captus; conf. dict. ad Suet. Aug. c. 76. Sept. de B. T. II. 3., qui tamen locus plane aliter habet. Hic vero dativus nullo modo potest sustentari. De *exspoliare* Oud. conferri iubet Dr. ad Liv. 38. 14. sua ad Caes. B. G. VII. 77.

108 pulcerrimaeque feminae caput capillo spoliave|ris et faciem nativa specie nudaveris, licet illa coelo deiecta, mari edita, fluctibus educata, licet inquam Venus ipsa fuerit, licet omni Gratiarum choro stipata et toto Cupidinum populo comitata et balteo suo cincta, cinnama fragrans et balsama rorans calva processerit, placere non poterit nec Vulcano suo.

CAPUT IX.

Quid, cum capillis color gratus et nitor splendidus illucet, et contra solis aciem vegetus fulgurat, vel placidus renitet *aut* in contrariam gratiam variat

pulchritudine fem. G. 1. *pulchritudinisque* O. *pulchritudinis* f. unde Oud. coniecit *cuilibet eximiae quaqua pulchritudinis. exspoliaveris* O. L. R. f. d. *natura specie* Paris. *illo* Vicent. *de coelo* G. 1. a m. s. *delecta* Gruter. coniecit in marg. *educta* emendat Barth. ad Stat. Theb. T. III. p. 1660. quod perinde et sexcenties c. altero confunditur (cf. Gron. ad Liv. XXIV. 4. 5. Burm. ad Seren. Sam. 64. Dr. ad Liv. XXI. 43. §. 15.) *licet* non comparet in R. f. *omnium Gratiarum* f. φ. *coro* D. *tota* edd. vett. usque ad Colv. *communicata* P. pro *comitata. fraglans* D. *fragans* Vicent. Venet. 2. *non color nec ulcano* D. a m. p. *poterit. Nec Vulcano suo quid.* G. 1.

quid tunc F. 3. p. *tum* D. a m. p. [sed nullo modo potest defendi, quum in seqq. *quid cum* repetatur ubi nulla est scripturae diversitas Compendia $\overline{cu}$ et $\overline{tu}$ facillime oculos librariorum fallere poterant.] *odor* pro *color* Modius (non Putschius ut Oud. adnotat) in marg. ed. Colv. coniecit. *splendide* δ. *splendidus* in D. non comparet nisi a m. s. in margine. Verba *illucet — vegetus* desiderantur in G. 1. π. et D. a p. m. (sed a m. s. in marg. sunt addita) et in G. 2. verba *at contra fulgurat* non conspiciuntur. *ecce solis* pro *et contra* D. a m. s. in marg. Venet. 2. 4. Paris. Vicent. Basil. cf. Becich. Epist. 71. *fulgurat vegetus* Iunt. 2. *ut pl.* pro *vel* f. *placitus* G. 1. f. *at* F. 3. G. 2. P. p. D. a m. s. et edd. vett. In ceteris codd. legitur *ac* quod pro negligentia sua Ruhnken. in edit. Oud. incorrectum omisit, quamquam Oud. Met. I. p. 48. perspicue suam sententiam proposuerat. Grosl. emendavit *aut. gravem* pro *gratiam* p. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. unde vir doctus legit: *in contrarium gravem variat adspectum.*

omni choro. Omnis est *totus*; cf. Dr. ad Liv. V. 9. VI. 22. XLV. 19. Oud. ad Caes. B. G. II. 3. Heus. Antib. p. 476. Virg. Aen. V. 239. Lucan. II. 431. [cui addas Bach. ad Ovid. Met. II. 40. Doed. Syn. IV. p. 357.]

populo. [i. e. *multitudine* cf. Munk. ad Fulg. Mythol. I. p. 652. Stav. et Barth. Advers. XXXIII. 12. p. 1524.]

comitata. Quasi fuerit *continuata* ait Oud. qua mente nescio [Ita Fronto Epist. ad Caes. III. 9. p. 73. *ut mihi omne iter tua praesentia comitatum sit.* cf. Eckst. ad Arist. Voss. Tom. II. p. 751. De *Gratiarum choro* cf. Müller: Handb. de Archaeol. p. 555. sq.]

balteo cincta. [De Veneris balteo, quo venustas et desiderium augebantur cf. Hom. Il. XIV. 214. sqq. ibiq. Heyn. Suid. s. v. ἱστός. Val. Flacc. VI. 470. Heins. Advers. III. 4. p. 428. cf. Elm. ad Minuc. Fel. c. 22. p. XXXV.]

et bals. rorans. [De constructione cf. Heins. ad Ovid. Met. X. 508. ad Val. Flacc. V. 416. Munk. ad. Fulg. Myth. I. p. 605.]

calva processerit. [Quia summum erat dedecus capillis despoliari totaque feminarum venustas in iis ponebatur, factum est ut et adulteras et feminas christianas Ethnici decalvarent. Ceterum cf. quae de h. l. exposuit Raynald. de pileo sect. 3. in Graev. Thes. VI. p. 1233.]

CAP. IX. *renitet.* [Praetulit Oud. coniecturam Pric. et Pontan. Anal. II. 15. *renidet.* quia *nitor* iam praecesserit. Ita tamen nil proficimus, quum idem utrumque significet, quamquam aliunde metaphora petita sit. Accuratissime de h. vv. egerunt Bach. ad Ovid. Met. VIII. 197. Kopp. ad Mart. Cap. I. §. 5. p. 22. et Doed. Syn. II. p. 74. In eandem sententiam incidit Doederl. Syn. VI. p. 237., qui idem *renidet* ut necessarium comprobat.]

aut in contr. [De *ac etiam* cf. p. 48. ubi adde Müller. ad Varr. IX. p. 199.

Digitized by Google

adspectum? et nunc [ut] aurum coruscans in lenem mellis deprimitur umbram, | 109
nunc corvina nigredine caerulos columbarum colli flosculos aemulatur, vel nunc
guttis Arabicis obunctus et pectinis arguti dente tenui discriminatur, et pone
versum coactus | *amatoriis* oculis occurrens ad instar speculi reddit imaginem 110

et nunc aurum F. 1. 3. B. et edd. vett. *et ut aurum* G. 1. In cett. est *et nunc ut aurum* [Errorem aperte indicat G. 1. Quum enim prius *et* $\overline{nc}$ *aurum* i. e. *nunc aurum* legeretur, hoc facile omissa virgula ista abiit in *ut aurum*, quod denique a librariis copulatum est.] *lenem* F. 1. G. 1. 2. D. et edd. vett. *lene* F. 3. *m* propter sq. eandem litteram omisso. In cett. codd. est *levem*. *mellis* abest a D. a m. p. G. 1. L. O. et Vulcan. 1. 2. *mollis* G. 2. et D. a m. s. *mellis lenem* est in aliquot codd. et omnibus edd. vett. praeter Iunt. 2. Est qui legat *melis animalculi* scil. flavi ut putat Oud. [Ineptissimam hanc cuiuscunque est coniecturam damno. Nam ut sit animal illud flavo colore, quamquam hoc dubito quum a Gratian. Cyneg. 340. *cana* nominetur, quid tamen hac in re illa comparatione potest esse absurdius?] *corci* D. a m. p. *caeruleus* Marg. cod. L. G. 2. P. F. 1. *caerulus* F. 3. G. 1. D. π. et edd. vett. *collis* δ. et edd. vett. *emulatur* G. 1. a. m. s. *vel nunc* F. 1. 3. *vel cum* G. 1. 2. P. D. B. R. f. δ. et edd. vett. *gluctis* D. a m. p. *omictus* δ. *obuntus* D. pro more. *discriminatur et* F. 3. L. et edd. vett. In cett. inveni *discrimatus*. *comptus* G. 1. a m. s. *conctus* π. *coacti* f. *coarctus* Ald. Iunt. 2. Venet. 4. Bas. t. *coacto* Iunt. 1. *amatoris* D. a m. p. *amatoribus* δ. *occurrent* F. 3. *ad instar* F. 3. G. 1. 2. O. B. f. D. p. f. δ. In ceteris libris et edd. vett. *ad* non comparet. In Venet. 2. est *instat*. *redit* Venet. 2.

Hic vero *aut* necessario reposui, de qua confusione cf. Broukh. ad Tibull. IV. 3. 5. Burm. ad. Ovid. Am. III. 7. 1. Dr. ad Liv. III. 57. §. 12.]

aurum coruscans. [Non dubito quin comae ipsae *aurum coruscans* poetice nominari possint, quoniam aurum, quodcunque eius aemulatur colorem nuncupetur. cf. Val. Flacc. V. 389. *saevo cum nox accenditur auro Luciferas crinita faces.* Mirum enim est, optimos codd. particulam *ut* denegare, quae addita videtur esse a librario, qui appositionis vim non ceperat. Ceterum cf. de hoc crinium colore Romanis acceptissimo Burm. Anthol. Tom. I. p. 65. *Pande puella, pande capillulos flavos lucentes ut aurum nitidum.* Böttig. Sabin. I. p. 120. sqq.]

corvina nigredine. [*Nigros* quoque *capillos* summo decori apud Romanos fuisse, multa exempla comprobant cf. Schmidt. ad Hor. Epist. 1. 7. 26.]

colli. Collis pluralem Oud. censuit posuisse ineptos librarios, quod *columbas* plural. dixisset Apul., quamquam sic solerent veteres eleganter pluribus, sed singulis, adscribere unum membrum; coll. Plin. H. N. 37., 5. Auson. Epist. 3. et Intt. ad Suet. Claud. c. 34. Apul. Met. IV. p. 300. *dexteram admorentes.* Saepe ita turbatus est Apul., ut s. l. videbimus.

guttis Arabicis obunctus. [Spanh. ad Callim. in Apoll. 38. Martial. III. 53. Böttig. Sabin. I. p. 123. sqq. Kopp. ad Mart. Cap. II. §. 215. p. 250.]

et pectinis arguti dente t. disc. [Aromatis infusi et conspersi et pectine discriminati et ornati sunt crines et deinde in nodum coacti cf. Pignor. de Serv. in Polen. Thes. Suppl. III. p. 1262. Böttig. l. c. I. p. 168.]

coactus. [Trita est Mss. commutatio inter voces *coactus* et *coarctus* cf. Gell. XIX. 2. Hinc explico mendum in loco Rutil. Lup. I. §. 2. p. 90. Fr. obvium, ubi *vitia ex vitiis coacta* legitur. Ego malim *coorta*, quod prius in *coarta* mutatum deinde in *coacta* facile abire poterat. In Cod. Guelf. legitur *coptas*, quod idem vitium ansam praebuit alterum Rut. Lup. I. §. 10. locum emendandi. Ibi enim legitur *at consiliis captas aerarii opes, quas cupitis, augere non potestis* quod restituo: *at consiliis coartas.* De crinibus pone versum coactis cf. Böttig. l. c. I. p. 163.]

Amatoriis oculis. Amatoribus oculis lectionem unice probarem, nisi optimi codd. resisterent cf. ea quae ad p. 15. protuli. Talem enim exepegesin Apuleius saepe usurpat, de qua Oud. conferri iubet Voss. de Const. c. 2. Iensii Lectt. Lucian. p. 92. Broukh. ad

Digitized by Google

gratiorem? Quid, cum frequenti sobole spissus cumulat verticem vel prolixa
111 serie porrectus dorsa perma|nat? Tanta denique est capillamenti dignitas,
ut quamvis auro veste gemmis omnique cetero mundo exornata mulier incedat,
tamen nisi capillum distinxerit, ornata non possit audire. Sed in mea Fotide
112 non operosus sed inordinatus or|natus addebat gratiam. Uberes enim crines |
[119]

spiritus pro *spissus* Venet. 2. Iunt. 1. Vicent. *spirisus* ed. pr. Venet. 4. et Bas. 2. *emulat* pro *cumulat* P. *scire porr.* Venet. 2. Iunt. 1. *dorso* O. *denique* in G. 1. non est, nisi a m. s. in marg. *at* abest in G. 2. *eumque* pro *omnique* f. *certo* pro *cetero* G. 2. [cf. Intt. ad Liv. II. 59. §. 11.] *cetero* in G. 1. a m. s. *distinxerit* D. *distrinxerit* Venet. 2. Iunt. 1. Ald. Vulcan. 2. *ornate* f. R. *adire* F. 3. sed a m. emendatrice. L. R. f. G. 1. D. qui in marg. habet *videri*, quod in ceteris codd. et edd. vett. est. In G. 2. est *ornata esse n. p. audire* sed ab eadem m. mirio est obductum voc. *esse*. *photide* G. 2. *Fotie* F. 3. *inornatus ornatus* emendarunt Lips. ad marg. et e Ritterhusio Piccard. Peric. Crit. c. 19. et Heins.

Tib. I. 4. 16. Arnob. II. c. 5. *carnifices unci* [ubi pro mendosis verbis: *cognitas accipiant rationes* legendum erit *tortiones*.] Val. Max. II. c. 1. [cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 80. quosque Orelli, ad Arnob. l. d. Tom. II. p. 9. enumerat. Sed nunc praefero *amatoriis*. Singulis enim membris humanis id adscribitur, quod per illa potissimum homo facit vel quod est indolis eius et pectoris. cf. Met. VIII. p. 590. *custodientes oculi* Ovid. Heroid. XIX. 23. ubi cf. Ruhnk. Prop. III. 16. 23. Heins. ad Ovid. Heroid. II. 93. Commentt. ad Sil. Ital. XIII. 171. ad Lucan. XVI. 2. Burm. ad Anth. Lat. Tom. I. p. 262.]

spissus. [Frustra sunt qui ut Colv. *sparsus* sine idonea sententia demutant. *Sparsi* enim ii tantum crines nominantur, qui per summam animi commotionem sive furor est immensus sive tristitia laxe sunt effusi. cf. quos excitat Bach. ad Ovid. Met. VIII. 107. Melius Gruter. *spirosus*. Scalig. *spirisve* coniecerant. Sed de crine sermo est, qui *totus coactus* et *compositus* i. e. *non effusus*, in vertice ita connectitur, ut unum quasi nodum conficiat; cf. Böttig. Sabin. I. p. 156. Horat. Od. III. 19. 26. Salm. ad Solin. p. 537. cf. Peerlk. ad Hor. p. 320. De voce *spissus* adeatur Heins. ad Ovid. Met. X. 508.; de *sobole crinium* Varro. ap. Non. p. 456. s. v. *rictum — ante auris modo (nodo?) ex sobolibus parvuli intorti dimittebantur*.]

incedat. [*Incedere* fastum et impudentiam significat; cf. Markl. Epist. p. 81. Lenz. ad Stat. Silv. I. 2. 98. quos Wagn. ad Virg. Aen. I. 75. excitat, Kritz. ad Sall. Iug. 31. §. 10. p. 181. Rup. ad Iuven. XII. 126.]

distinxerit. Lectionem *distrinxerit*, quam nonnullae prisc. edd. proponunt, non solum per Codd. auctoritatem sed ipsam quoque loci sententiam Oud. refutat, quum de discriminatis et divisis pectine capillis hic sermo sit; cf. Burm. ad Ovid. Art. II. 302. Salm. ad Solin p. 534. [Claudian. Nupt. Hon. et Merc. 102. Idem est quod alias dicunt *disponere*; cf. Burm. ad Propert. I. 15. 7.]

audire. *Abire* quod Colv. coniecerat Oud. eo reiicit, quod locum id habere nequeat, nisi quis se simul subducat; coll. Heins. ad Ovid. Met. IX. 99. Nec melius est *videri*, quod meram glossam sapit. Sic unice probaverim c. Oud. Lipsii et Pricaei sententiam *audire* legentium. *Audire* enim idem significat quod *nominari*, *esse*; cf. Met. VI. p. 397. [Hor. Sat. II. 6. 20. Epist. I. c. 38. ubi cf. Schmidt. De sententia cf. Kobierzyk. de luxu Rom. L. I. c. 6. in Graev. Thes. Antqq. T. VIII. p. 1297.]

inordinatus ornatus. Elm. comparat Ambros. de Virg. I. p. 77. *et hoc ipsum quod vos non ornatis, ornatus est*. Cic. ad Att. II. 1. §. 1. Cic. Orat. 22. c. 78. Sunt tamen qui *inornatus ornatus* legere malint, quos Pric. ex loco Apul. de Mundo p. 289. *mundus est ornata ordinatio* refutat, quam-

Digitized by Google

leniter *remissos* et cervice dependulos, ac dein per colla dispositos sensimque sinuato patagio residentes, paulisper ad finem conglobatos in summum verticem nodus adstrinxerat.

leviter G. 1. a. m. p. *demissos* malunt Pric. et Grgul. *emissos* omnes libri et edd. *et* ante *cervice* exulat in O. et *δ*. *dein* F. 3. G. 1. Iunt. 2. In ceteris *deinde* cf. Excursum. *despotos δ*. *residens* D. a m. p. *globatos* D. *conglomeratos* R. f. *et in summum* p. *node* D. a m. p. *adtraxerat* F. 3. (sed in marg. ab eadem m. *adstrinxerat*.) et Iunt. 2.

quam utrumque vocab. in Mss. confundi notissimum est.

remissos. *Emissos*, quod omnes codd. et edd. praebent, etsi de crinibus dissolutis bene dici potest, hic tamen non comprobo, quod sequentia repugnant; nec minus *immissos* displicet, quum crines significet prolixos et molliter fluentes; cf. Ovid. Met. VI. 167. Sequentibus enim verbis idem indicatur. Inde conieci *remissos*, littera *r* a praecedente elisa i. e. *reductos*, *refusos*, quod cum ceteris bene congruit: ut statim videbimus.]

patagio. [Mira est interpretum explicatio potissimum Scaligeri Animadv. in loca controv. Tit. IV. 7., quem Oud. sequitur, dicentis: *Capillus ab imo ad verticem summum nodo collectus duplicatur et humeros tegit patagii modo et sinum ac delumbationem in collo facit, quo nomine sinuatum patagium vocavit.* Idem probant Pius ad Val. Flacc. III. 525. Cuper. Apotheos Hom. p. 187. Salm. ad Tertull. de Pall. p. 143. [Sed tum dicendum erat *in modum sinuati patagii* vel *in sinuatum patagium*. Deceptus enim est Oud. Nonii sententia qui p. 540. Merc. *patagium*, inquit, *aureus clavus qui pretiosioribus vestibus immitti solet*, unde vili Fotidis vesti patagium adsutum esse negat. Alia est Festi sententia. *Patagium est quod ad summam tunicam adsui solet*; cf. Iott. p. 576. Lindem. Hieronym. ep. 16. de veste sacerd. n. 14. Cuius sententiam secutus locum ita explico: Crines qui *retroflexi* s. *remissi* per colla sunt dispositi, sensim immittuntur *patagio* s. *laciniae*, quae adsuta erat supremae vestis parti et collum circumibat, unde *sinuata* appellatur. Plane respondet *patagium* nostro voc. *Halsstreifen*, et quum aureum id fuisse Festus non testetur, deterioris quoque conditionis mulieres, qua Fotis erat, uti ea potuisse apparet. Germanice reddiderim verba: *und lagerte sich auf dem geschweiften Halskragen*. Id tamen observari licet, *patagium* saepius purpura tinctum vel auro pictum fuisse, quum mulieres delicatae res necessarias ad mollitiem semper converterent. Comprobat hoc locus apud Schol. ad Iuven. III. 81. ubi vitiosissime ita legitur *conchylia vestem fucatam et togae erubescendae fucatos habitus et Romae togae erubescendus in capitium purpuram quasi conchylia signant*; quae verba ita emendo: *V. f. et t. erubescentis graecatos habitus* [*sed Ro*[illegible] *ae togis erubescendis tantum capitium purpurant*] *quos conchylio signant*. cf. Laber. ap. Gell. XVI. 7. Ferrar. de re vest. P. II. Lib. I. c. 23.]

conglobatos. [Sub finem in *cincinnos* s. *globulos* crines erant adducti, in ipso tamen vertice a nodo constricti, unde totum capillamentum prolixa serie dorsum permeabat; cf. Böttig. Sab. I. p. 122. Non. p. 432. *globus solidilas undique versum rotunda*. Apul. Met. V. p. 361. *crinium globos*.]

nodus adstrinxit. [De usu veterum crines ita constringendi cf. Heins. Advers. I. 17. p. 172. sq. Idem fere est *nodus* s. *tutulus*, quo crines artificiose a fronte in verticem reducti instar turris formabantur, de quo cf. Böttig. Sabin. I. 126. 147. 159. Rup. ad Iuv. VI. 165.]

Digitized by Google

CAPUT X.

Nec diutius quivi tantum cruciatum voluptatis eximiae sustinere, sed pronus in eam, qua fine summum cacumen capillus ascendit, mellitissimum illud sa-
113 vium impressi. | Tum illa cervicem intorsit et ad me conversa limis et morsitan-

qui pro *quivi* p. *quitum* f. P. *quivi tunc* Elm. et Scriv. *protinus* F. 1. Elm., quod puto esse *protentus*. *in ea* R. f. d. *fine qua* R. f. *qua in fine* Pric. ed. *sabium* G. 1. 2. d. P. et F. 3. sed a manu emendatrice, *savium* B. F. 1. (unde enim Oud. *savium* legi in F. 1. hauserit, equidem invenire nequeo, quum in coll. Lind. nihil sit adnotatum. Idem cadit in sequentia, ubi eandem formam se deprehendisse dicit.) *imprexi* D. *tunc illa* d. *tum autem cerv.* G. 1. π. *morsitantibus* L. D. am. p. *mersitantibus* R. f. *mordacibus oculis* Paris.

Cap. X. *eximiae* [in malam partem dictum, ut apud Lucret. II. 592. Hom. Odyss. XI. 432.]

pronus [*protinus* quod Florent. 1. praebet videtur esse *protentus*, quod bene potest defendi. Quia enim Lucius pone tergum stabat Fotidis, necessarium erat, ut si capiti eius summo savium vellet impingere, corpus in eam protenderet.]

qua fine. [pro *parte extrema* sive *summa* s. *infima* dictum est; cf. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. X. 536. Caes. B. G. VII. 47. Cat. R. R. c. 114. Hygin. Astron. III. c. 12. 13.]

savium impressi. In orthographia huius voc. Oud. secutus sum. Locus enim Apul. VI. p. 395. *suavia savia* ita scribendum esse comprobat, quum intolerabile esset, si *suavia suavia* scriberetur. Idem fere in similem locum cadit Fronton. ad Caes. Epist. III. 33. p. 128. *nunquam mihi tam suavis tamque saviata visa.* Deinde respicienda est Mss. auctoritas, qui optimi semper in Apuleio *savium* vel *sabium* praebent; cf. Fronton. ad Caes. Epist. IV. 12. ubi cod. Palimps., ut ubique, *sariandum* obtinet; cf. Fea ad Hor. Ep. III. 21. Tom. I. p. 244. Burm. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 668. Ex hac diversa scribendi ratione factum esse puto, ut saepius in Mss. depravaretur. Ita apud Fronton. Epist. ad Caes. III. 4. p. 67. *ego vero literas tuas desario* emendandum est pro *disamo* quod in Cod. reperitur. *Savium* de *osculo libidinoso* potissimum dicitur; cf. Donat. ad Ter. Eun. III. 2. 3. Gloss. Philox. *savium* φίλημα ἐταιρικόν, et sic in Gloss. Isid. p. 694. corrigas pro *savium osculum uxoriosum — osculum luxuriosum.*

limis [*Limis oculis* id est *transversis*; cf. Donat. ad Ter. Eunuch. III. 5. 53. Doed. Syn. III. p. 67. et Intt. ad Fest. p. 471. Lindem. Schmidt. ad Hor. Epist. I. 14. 38. ubi *limare* explico *invidere.* Gloss. Philox. *limis obliquis oculis. Limi oculi* praeterea ii quoque videntur esse nominati, qui quasi natant et voluptate sunt suffusi; cf. Quint. Inst. XI. 3. §. 76. *aut limi et ut sic dicam venerei*, quod utrumque in unam notionem conversum est. Posterior sententia hic magis comprobatur. Ita apud Mart. Cap. I. §. 84. p. 124. Koppius in lectione *sublimis*, cf. Tertull. de Pall. IV. med., offendere non debebat. Maior enim invidiae et inimicitiarum exprimitur acerbitas.]

morsitantibus. [Ita scripsi, non *morsicantibus* quod in plurimis codd. prave legitur. Ea enim derivata, quae in *ico* formantur, a tempore praesenti proficiscuntur, ut *fodo fodico: claudo claudico: vello vellico*: de quibus cf. Eckst. ad Voss. Arist. Tom. II. p. 906; ut a *mordco* fiat *mordico* non *morsico.* Altera vero quae est forma *morsitare* per leges analogiae non minus probatur, quum frequentativa sit verbi *mordeo*; cf. Eckst. ad Voss. Arist. Tom. II. p. 903. Alterutra igitur retinenda est, sed *morsito* magis arridet, quod non solum a Mss. defenditur, sed facile etiam poterat depravari, quum *c* et *t* in Codd. saepissime varient. Quamquam et altera habet

Digitized by Google

tibus oculis: Heus tu, scholastice, ait, dulce et amarum gustulum carpis. Cave, ne nimia mellis dulcedine diutinam bilis amaritudinem contrahas. | Quid istic, inquam, est, mea festivitas, cum sim paratus, vel 114
uno saviolo interim recreatus super istum ignem porrectus assari. Et cum dicto artius eam complexus coepi saviari. Iamque aemula libidine in amoris parilitatem congermanescenti mecum, iam patentis oris inhalatu cinnameo et occursantis linguae illisu nectareo prona cupidine adlibescenti:

ait heus tu schol. L. *d.* Colv. Vulcan. *heu tu* Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *scolastice* G. 1. 2. D. *scholatice Venet.* 2. *dulcem* F. 1. G. 1. a m. s. *π.* In cett. codd. et edd. vett. legitur *dulce. osculum carpis* B. teste Scioppio sed in coll. Modii legitur *iusculum. diuturnam vibis d. bibas* pro *bilis* O. *bibens* G. 1. *bilas* D. a m. s. *trahas* B. p. et omnes edd. vett., quod Oúd. defendit ex Septim. de B. Troian. II. 18. Lucan. VI. 539. IX. 923. Ovid. Trist. V. 13. 3. Epist. e Pont. III. 2. 13. Solin. c. 49. et c. 52. *quid istud* ed. Paris. *quid istuc* vir doctus in marg. ed. Vicent. *rel uno* deest in *d. basiolo* p. et edd.vett. G. 2. quae ubiubi *saviari saviolum* legitur, glossam a m. s. habet *basiari* et *basiolum. semper* pro *super* p. *eam congressus* G. 2. P. *cepi eam sabiari* G. 1. *bastiari* pro *saviari* D. *sabiari* hic quoque habet F. 3. (sed iterum ex correctione.) *parilitatem* G. 1. a m. s. *paralitatem* G. 2. *in latu* O. *nectarei* P. *adlibescente* F. 3. G. 2. D. *adlivescente* F. 1. p. Venet 2. ed. pr. Vicent. *alibescente* G. 1. *adlubescente* O. B et. gett. edd. vett. *adlubescenti d.*

quo defendatur, quum Met. VIII. p. 478. Codd. Par. et Guelf. alii *mordicare* praebeant. Eodem modo in Gloss. Vulcan. et Non. p. 139. *morsicatim* vel in *mordicatim* vel *morsitatim* emendandum est. Utramque verborum terminationem in Mss. saepius confundi, docebunt quae ad Met. V. p. 337. dicentur. Deinde Oud. dubius est de significatione vocab. *oculos* intelligens *mobiles, identidem se aperientes claudentesque; oris manducantis instar.* (de quibus oculis Venereis late agit Barth. ad Claudian. in Nupt. Hon. et Merc. vs 7) nisi malis pro *oculis* substituere *osculis, labiis* vel tale quid, ut Met. X. p. 720. viri docti idem reposuerunt. *Limis* tum absolute esse dictum pro *limis oculis* (cf. Lindem. ad Mil. Glor. IV. 6, 2). Sed miror, quomodo ita aberrare potuerit; Met. enim d. l. *assidua savia et commordicantia oscula* coniuncta leguntur. *Morsitantes* s. *mordicantes oculi* de *pungentibus* ut ita dicam et *scintillantibus* intelligendum est, quibus alterum vulnerare quasi videamur, nos: *mit durchbohrenden Augen,* ut bene Beroald. explicat: *morsu quasi vitalia populantes et depascentes medullas.* Notum enim est, eos oculos tales habere, qui libidine, ira vel alia graviore animi commotione perturbantur.]

scholastice. Hoc vocabulum de homine dicitur, qui rerum quotidianarum ignarus in umbra scholae delitescit: de stolido, ineptulo; cf. Casaub. ad Capitol. Max. Iun. 3. Tom. II. p. 69. [Burm.. ad Anthol. Tom. I. p. 427.]

gustulum. [Oud. elegantissime ita dici pro *osculo* monet, Belgorum *een proefje* comparans, quia inde incipiat amoris opus ut coena ab *ore*, quod *gustulum* Apul. Met. IX. p. 656. nominat; cf. Lips. Ant. Lect. II. p. 66. Cort. ad Plin. Epist. III. 5. de sententia adiri vult Plaut. Pseud. I. 1. 71. II. 4. 1. Trucul. IV. 3. 25. Cistell. I. 1. 71. Auson. in Cupid. 44., qui omnes *dulce* et *amarum* coniungunt. Ita a Graecis dicitur *γλυκύπικρος.* [*Dulce* ex Mss. optimis recepi. Extat enim non solum forma *gustus* sed etiam *gustum*; cf. Apic. 4, 5: unde deminutivum bene potest deduci.]

bilis amaritudinem. Oud. conf. Suid. s. v. *μέλι* Plin. XXII. 24. et Anthol. L. I. p. 101. ed. Brod. *λόγος ἐστὶ παλαιὸς ὡς καὶ τοῦ μέλιτος τὸ πικρὸν ἐστὶ χολή.*

congermanescenti. cf. Non. p. 90. Merc.

patentis oris. De hoc osculorum lascivo et meretricio genere cf. Intt. ad Petron. 26. p. 124. Burm. [Taubm. ad Plaut. Mil. Glor. II. 1. 16. p. 792: de *cinnameo*, Heins. ad Ovid. Met. XV. 398. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 646. et in Addend. p. 746. de *lingua occursante*; cf. ad Met. VII. p. 468.]

adlibescenti. [cf. Met. VII. p. 467.

Pereo, inquam, immo iamdudum perii, nisi tu propitiaris. Ad haec illa rursum me deosculato: Bono animo esto, inquit. Nam ego tibi mutua voluntate mancipata sum nec voluptas nostra differetur ulterius, sed prima face cubiculum tuum adero. Abi ergo | ac te compara: tota enim nocte fortiter et ex animo proeliabor.

CAPUT XI.

His et talibus obgannitis sermonibus inter nos discessum est. Commodum meridies accesserat: et mittit mihi Byrrhaena xeniola, porcum optimum et quinque gallinulas et vini cadum in aetate pretiosi. Tunc ego vocata Fotide: Ecce, inquam, Veneris hortator et armiger Liber advenit ultro. Vinum

tu abest ab O. *voluptate* O. *es tu inquit* Groslot coniecit. *mancipiata* F. 3. et D. a m. p. *differtur* P. *differitur* D. *facile* legitur in Mss. aliquot, test. Oud. *in cubiculum* edd. vett. *adiero* R. *praepara* G. 1. 2. P, O. D. R. f. d. *propera* B. *compera* F. 1. *eninque* G. 1. (fortasse *namque*) *et* ante *ex* abest a B. *praelibabor* G. 2.

in tuum, pro *inter nos* p. a m. p. unde vir doctus coniecit *ita tum*. *commodus* G. 1. *Birrena* G. 1. *seniola* P. O. et G. 2. (in cuius marg. a m. s. est *enseniola*.) *xenilia* G. 1. *conceniola* D. *porrum* R. f. *post ortum* F. 3. p. [quod ex virgula quae male litterae *p* adhaesit ortum esse puto *porcum* i. e. *post orcum*. *optimum* F. 1. 3. G. 1. 2. P. R. f. p. D. et edd. vett. In cett. *opimum*. *gallinas* f. *invectorati preti* f. (fortasse *inveterati* cf. Plin. XIX. 4. 19. n. 2. *inveterari vina saccisque castrari*]. *iam aetate* F. 1. *spetiosi* P. G. *Photide* G. 2. *fotede* D.

IX. p. 598. Ita ubique scribendum curavi, quod non solum apud Apul. optt. codd. ad hanc formam inclinant, sed ab aliis quoque aliorum scriptorum Mss. ea semper servatur; cf. Wagn. ad Virg. Aen. XII. 145. Apud priscos tamen altera forma non improbatur; cf. Prisc. I. p. 31. Krehl. Forbig. ad Lucret. II. 542. De significatione cf. Kopp. ad Mart. Cap. I. §. 25. p. 67.]

pereo. [*Perire* dicuntur ii, qui ardentissimo amore conficiuntur; cf. quos Burm. excitat ad Propert. I. 14. 13.]

esto. [*Es*, quod Stewech. propter suaviorem auribus sonum coniecit, displicet, quum contra Mss. sit eademque forma IV. p. 297. VII. p. 468. sine ulla librorum discrepantia legatur.]

compara. [*Parare* et *paratus* de eo usurpatur, qui ad opera Veneris perficienda promptus est. cf. Burm. ad Anthol. Lat. II. p. 519. et ad Prop. I. 9. 25. Intt. ad Petron. Sat. c. 130. p. 800 sq.]

ex animo. cf. Lucret. IV. 1191. et Forbig. ad Lucret. III. 927.]

Cap. XI. *xeniola.* Mos enim Graecis et Romanis erat, ut hospitibus qui in alterius domo degebant, munuscula mitterent; cf. quae de ea re disputat Lipin. in Strenarum histor. c. 1. in Graev. Thes. Antiq. Tom. XII. p. 416.]

porcum optimum. [Quamquam saepius in Mss. *optimus* et *opimus*, quod posterius Oud. praefert, confunduntur, cf. Dr. ad Liv. XXXVIII. 8. §. 8. Stewech. ad Front. IV. 5. 4. Lindn. ad Minuc. Fel. c. 32. §. 3. not. crit. et *opimus* aptissimam per se efficit sententiam, contra codd. tamen auctoritatem nihil mutaverim. Mea enim opinione utrumque vocabulum hoc sententiarum nexu idem significat, si quidem porcorum virtutes in pinguedine tantum ac nidore cernuntur. Eadem lectionis diversitas paulo post p. 119. comparebit, ubi item *optimas* legendum est. Ludit in his vocc. Fronto de feriis Alsiens. p. 209. ed. Rom. *et praeterea prandiorum opimorum esorem optimum fuisse.* Forsitan *porcum* non temere posuit Apul. propter Venerem; cf. Eust. ad Dionys. Perieg. 852. Spanh. ad Arist. Plut. 1025. Fest. s. v. *suillum*, quos debeo Munk ad Hygin. fab. CCLXXVII. p. 399.]

in aetate pretiosi. [cf. ad p. 85., de re cf. Buleng. de Conviv. c. 2. in Graev. Thes. Antt. T. XII. p. 163.]

Veneris hortator et armiger. [Cf.

Digitized by Google

istud hodie sorbamus omne, quod nobis restinguat pudoris ignaviam et alacrem vigorem libidinis incutiat. | Hac enim sitarchia navigium Veneris indiget 116
sola, ut in nocte pervigili et oleo lucerna et vino calix abundet. Diem ceterum lavacro ac dein coenae dedimus. Nam Milonis boni concinnaticiam mensulam rogatus accubueram, quam pote tutus ab uxoris eius adspectu, Byrrhaenae monitorum memor; et perinde in eius faciem oculos meos ac si in Avernum lacum formidans deieceram. Sed assidue respiciens praeministrantem Fotidem inibi recreabar animi, cum ecce iam vespera lucernam intuens

istum G. 1. a m. p. *hodie sorb.* F. 3. G. 1. 2. P. D. p. In ceteris codd. et edd. vett. *sorb. hodie. sorbamus* F. 3. G. 1. 2. B. D. p. In cett. *sorbeamus. qui nobis* ed. vett. praeter Venet. 4. et Paris. *restringat* G. 1. P. O. *d. restringuat* G. 2. cf. Dr. ad Liv. IX. 13. supra p. 111. *alacrem nobis rigorem* D. *acrem virorem* φ. *inculiat* p. Venet. 2. Vicent. *Ac enim* G. 1. *haec enim* F. 3. B. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. Bas. 1. *sitharchia* D. *sytarchia* G. 2. *siriacha* G. 1. a m. s. *scytarchia* f. *siriarchia* π. *navigio* B. et edd. vett. praeter Iunt. 1. et Ald. In Veugt. 2. est *navigo. ut vino* Ald. Iunt. 1. 2. *habundet* G. 1. 2. *abbundet* D. *demum ceterum* marg. L. *diem totum* L. *ceterumque* G. 2. B. D. P. (?) *ceterum inquam* P. habet in excerptis Putschii. *ac dein.* f. *d. ac demum* D. *ac deinde* G. 1. 2. *ac dehinc* omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. de hac commutatione cf. Cort. ad Sall. Cat. III. 2. Burm. ad Prop. III. 8. 13. *Iam Milonis* emendat Stewech. *concinnaticam* L. P. *concinnatiticam* G. 2. *cuncinantitiam* G. 1. *contumaciam* f. R. *adcuberam* G. 1. 2. *cuberam* O. *accubam* P. *quam ut pote* D. *monitionum* O. *et* ante *perinde* deest D. *in* abest a Iunt. 2. *in latus curcum* P. in excerptis Oud. sed in Putschii *in curmum lacum* quod verisimilius videtur esse quum G. 2. *in curmum latum* habeat. *in ad unum laturus* G. 1. ultima vox est a m. s. *latum* F. 3. D. *reformidans* L. *formidinis* O. R. G. 1. f. *deiectam* G. 1. *ibi* D. a m. p. *inibi* Venet. 2. *recreabatur* G. 1. *animo* F. 1. G. 1. 2. P. O. D. R. f. *d. n. cum esset* G. 2. et P. in excerptis Putschii. *vesperi* p.

Erasm. Adag. p. 458. *sine Baccho et Cerere friget Venus.* Ter. Eun. IV. 5. 6. Cic. de Nat. D. II. 23. Munk. ad Fulg. Mythol. II. p. 669. Stav. Plaut. Casin. IV. 3. 4. sqq. Porphyr. ad Hor. Epist. I. 15. 21. Anthol. Lat. Lib. I. carm. 23. p. 13. ibique Burm. Plura dabit d'Arnaud de Diis *παρέδροις* c. 19. in Polen. Thes. Suppl. II. p. 793. Rupert. ad Iuven. Sat. IV. 137. Orell. ad Arnob. VII. 30. Tom. II. p. 432. et ita Min. Fel. c. 10. p. 54. Lindn. dicit *incestae libidinis ebrietatis exarsit* ubi legendum: *ebriolatis.*]

sorbamus. [De hac forma cf. Prob. ap. Prisc. IX. c. 10. p. 470. Krehl. Tibull. IV. 1. 72., ubi Broukh. Plura exposuit de hac coniugationum permutatione Voss. de Anal. III. 25. p. 872 sqq. ubi Eckst. Cort. ad Lucan. VI. 690.]

vigorem libidinis incutiat. Elm. de sententia comparat Ambros. de Poenit. c. 16. *pascitur libido conviciis, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate flammatur.* Aret. Capp. de acut. morb. curat. fol. 163. Arnob. VII. 30. ubi vide Orell. Val. Max. I. 1. *Vigorem* quod Sciopp. male in *virorem* mutavit, Pric. bene retinuit. Nam in re venerea haec vox non raro invenitur cf. p. 129.

sitarchia. [De vocis significatione quam contra Isid. Orig. XX. 9. 6. de *annona* et *potu ciboque* omnes fere interpretes exponunt, cf. Cram. ad Iuv. Schol. p. 467: *Est enim saccus vel potius cista, in qua conduntur itineris caussa nautici potissimum varii generis cibi potusque.* Ita in loco spurcissimo bene omnia sibi respondent.]

navigium. [Ita *navis* in obscoenis ponitur. cf. Sciop. Gent. Par. I. c. 28. Taubm. ad Plaut. Rud. II. 3. 24. et Menaech. II. 3. 51. Lips. Epist. Quaest. V. 3.]

oleo lucerna. [De lucernae ad haec opera nocturna usu cf. Burm. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 684.]

boni. [Ironice dictum est. Significat enim *divitem, lautum, splendidum*; cf. Schmidt. ad Hor. Epist. I. 14. 3. et quos excitat Rup. ad Iuven. V. 109. not. 35.]

Nam Milonis. Male emendat Stewech. *iam Milonis*, quum *nam* transitioni inserviat, ut *iam* particula. [cf. de *iam* et *nam* Wagn. Quaest. Virg. XXIV. 9. Creuz. ad Cic. de N. D. I. 12. p. 53. Intt. ad Cic. de Legg. II. Hand. Tursell. III. p. 147.]

inibi. [*statim, illico* hic significat. cf. Gell. I. 3. Hand. Tursell. III. p. 382.]

Pamphilé: Quam largus, inquit, imber aderit crastino. Et percontanti marito
117 qui comperisset istud? respondit, sibi lucernam praedicere. Quod di|ctum ipsius Milo risu secutus: Grandem, inquit, istam lucernam Sibyllam pascimus, quae
[120] | cuncta coeli negotia et solem ipsum de specula candelabri contuetur.

CAPUT XII.

Ad haec ego subiiciens: Sunt, aio, prima huiusce divinationis experimenta: nec mirum, licet modicum istum igniculum et manibus humanis laboratum,
118 | memorem tamen illius maioris et coelestis ignis velut sui parentis, quid esset editurus in aetheris vertice, divino praesagio et ipsum scire et nobis enuntiare. Nam et Corinthi nunc apud nos passim Chaldaeus quidam hospes miris totam civitatem responsis turbulentat et arcana fatorum stipibus emerendis edicit in vulgus: qui dies copulas nuptiales affirmet, qui fundamenta moenium perpetuet,

Pamphyle G. 1. D. *phasile* G. 2. *large δ. f. imbris* non est in G. 2. ut Oud. adnotat. *lucernae* F. 1. 3. B. et edd. vett. *lucerno* p. *Sybillam* G. 1. 2. *sibillam* D. *Sybilen δ. fibram* B. *illam* f. In cett. libris est *lucernam Sibyllam. parcimus* F. 3. Vicent. et Venet. 2. *peimus* p. *dicamus* pro *pascimus* G. 1. 2. L. P. f. B. *π. δ.* D. *dicam* O. Oud. videtur latere aliud quid ut *perhibeamus, praedicemus. qui* G. 1. a m. p. *celum* D. a m. p. sed in marg. est a m. s. *alii: coeli. candelavri δ.*

ego abest a F. 1. *at ego* O. *π. subiiciens* delet B. *sub aio* D. a m. p. sed in margine *alii: sunt aio — animo* pro *aio* Iunt. 1. 2. Ald. Bas. 1. *prica* coniecit Lipsius. *huiusce* F. 1. 3. L. R. G. 1. 2. D. *huius* P. *δ. huiusmodi* O. Iunt. 2. In cett. libris et edd. *huiuscemodi. exprimenta* Venet. 2. *ita nec mirum π. istud* F. 3. G. 2. P. B. L. p. *δ.* ed. pr. Vicent. Iunt. 1. *id* f. ex compendio *id illud* P. (quod nullo modo potest comprobari, nec propter deminutivi formam nec sequens *memorem* vocabulum). *tamen* abest a P. *tum* pro *tamen* Venet. 4. (quae per compendium *tñ* et *tū* saepius commutata sunt.) *et* ante *coel.* deest in G. 1. O. *quis esset* F. 1. 3. G. p. *editur* p. *eorum* pro *Corinthi* R. f. *Curinthi et apud nos* G. 2. D. *passim* exulat a G. 2. P. *huspes* non comparet in p. *turbulenta* F. 3. G. 1. 2. P. D. R. f. *π.* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Bas. 1. Paris. *futurorum* pro *faturum δ. edic.* D. a m. p. *vulgus* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. *δ.* In ceteris libris et edd. vett. legitur *vulgum. copulam nuptialem* p. B. et edd. vett. praeter ed. pr. et Iúnt. 2. *moenium* abest a P.

sibi lucernam praedicere. [Ex scintillatione lucernae et fungi, qui ex stuppa in eius speciem excrescit, concretione tempestatem et pluviam ingruentem veteres divinabant. cf. Serv. et Heyn. ad Virg. Georg. I. 391. 92. qui Arat. 224—228. 302 sqq. Plin. Hist. N. 18. s. 84. excitat. Elm. profert Plin. N. H. XXX. c. 11. Petr. Vict. V. L. XXXIII. c. 21. cf. Scholl. Observatt. p. 105. et Burm. ad Ovid Heroid. 151. Plurima dabit Buleng. de Sortib. l. IV. c. 12. in Graev. Thes. Ant. T. V. p. 473. qui tamen legit *lucerna Sibyllae.*]

candelabri. [Reiicit Oud. Beroaldi opinionem, qui *lucernam* et *candelabrum* eadem sententia hic dici putat, quum auctor inter utrumque accurate distinxerit, et lucernam contueri dicat solem de *specula* s. de excelso loco et quasi e turri. Nam in *candelabro* et *lychnucho* stabat |*lucerna* s. *lychnus.*]

Cap. XII. *Chaldaeus.* Multa contra eorum fallaciam disserit Favorin. ap. Gell. XIV. Sext. Empir. contr. Mathem. fol. 93. et Augustin. in quaest. mixt. 115. [Tac. Ann. IV. 58. et Rupert. ad eiusd. Ann. II. 27. Mos. ad Cic. Tusc. I. 40. p. 328.]

stipibus emerendis. [*Merere s. emerere* pro *nancisci* usurpavit posterior latinitas; cf. Casaub. ad Spart. Hadr. c. 4. p. 40. qui tamen in eo errasse videtur, quod Tertulliano primo hunc usum vindicat. De re conferatur Herald. ad Arnob. p. 23. ed. Lugd. 1651. et de *arcana fatorum* cf. Cort. ad Lucan. V. 138.]

copulam nuptialem. De hac superstitione veterum, qui ab astrologis et Chaldaeis rerum agendarum tempora accipiebant, Elm. excitat Ambros. Epist.

Digitized by Google

qui negotiatori commodus, qui viatori celebris, qui navigiis opportunus; mihi denique proventum huius peregrinationis inquirenti multa respondit et oppido mira et satis varia. Nunc enim gloriam satis floridam, nunc | historiam mag- 119
nam et incredundam fabulam et libros me facturum.

CAPUT XIII.

Ad haec renidens Milo: Qua, inquit, corporis habitudine praeditus, quove nomine nuncupatus hic iste Chaldaeus est? Procerus, inquam, et suffusculus,

negotiis pro *navigiis* G. 1. *acquirenti* F. 1. non *anquirenti* ut Elm. adnotat. In cett. codd. et edd. vett. *inquirenti*. *vana* p. pro *varia* solita confusione cf. Intt. ad Liv. XXII. 7. §. 4. *nunc enim hist.* P. *incredundam* F. 3. *incredulam* d. In ceteris libris et edd. vett. *incredendam*. *faturum* D. a m. p. *futurum* F. 1. Ceteri codd. et edd. vett. omnes *facturum* habent.

irridens d e glossa. *quia* G. 1. *quia inquit qua* O. *praeditur* F. 3. *proditus* f. *ille Chald.* R. *inquam* delent R. f. *suffulculus* F. 3. L. *insuffus* p. *suffuculus* G. 2. P. D. *sufultus* G. 1. *suffultus* π.

83. *vel cavere quosdam dies quemadmodum plerique posteros dies vel Aegyptiacos declinare consueverunt.* cf. eund. ad Epistol. Martial. Episcop. p. 207. [Herald. ad Arnob. III. 48. Tom. II. p. 181. Orell. et p. 154. ed. Lugd. 1651. *Copula* de *coniugio* cf. Hor. Od. I. 13. 18. Catull. Perv. Ven. 59. *copularit nuptias.* cf. Barth. Adv. VIII. 14. p. 394. Kopp. ad Mart. Cap. I. §. 1. p. 2.] Praeterea Oud. observat verbum *copulare*, quoquo demum occurrat sensu, nunquam tamen in malam partem accipi [de *affirmare* cf. Barth. Adv. XXI. 7. p. 1033.]

inquirenti. Anquirenti per se probum c. Oud. recipere contra Mss. nolui. Excitat ille Intt. ad Cic. de Off. I. 3. 4. Dr. ad Liv. VI. 20. Duk. ad Flor. IV. 12. 12. [Dav. ad Cic. de Legg. I. 1. et ad de Nat. D. II. 38. Moser. ad Cic. Tusc. IV. 21. p. 374 sq. V. 4. p. 45. Beier. ad Cic. de Off. I. 3. §. 9.]

fabulam. [*Fabula* quaecunque dicitur *sermocinatio*, *confabulatio.* cf. Schäf. ad Plin. Epist. I. 13. Spald. ad Quint. XII. 11. §. 18. Petron. c. 39. init. Doederl. Syn. IV. p. 3. sq. Optime de hac voce fusius exponit Wyttenb. in Misc. Doct. III. p. 302 sq. Hic *fabula* est *rumor*, *sermo*, quem de se propagaturus est Lucius proficiscens.]

facturum. Oud. qui F. secutus est, *futurum* praefert et probam esse hanc lectionem multis exemplis comprobat. [*fabulam, sermonem, rumorem fieri* homo dicitur, de quo magni feruntur publice rumores.] Oud. comparat de voc. *fabula* Hor. Epist. I. 13. 9. ubi cf. Schmidt. Intt. ad Hor. Od. I. 4. 16. Ovid. Art. II. 561. [cui addere licet Plaut. Pseud. I. 5. 4. Tibull. I. 4. 83. Propert. II. 21. 7. Ter. Hecyr. IV. 3. 14. Casaub. ad Capitol. Anton. Phil. c. 19. Tom. I. p. 360. Burm. ad Tibull. I. 5. 26. Heins. et Burm. ad Ovid. Amor. I. 13. 56. et Rup. ad Iuv. X. 167. not. 50. Peerlk. Horat. p. 32. Ita apud Hyg. Fab. 41. p. 104. Stav. defendi poterat *rectigal esse*, quamquam facillima est coniectura Schefferi *rectigales*: et apud Arnob. IV. 26. *delicium futurus*, ubi tamen ex Mss. Reg. vestigiis *deliciolum* corrigo; cf. Senec. Epist. 12. §. 3. Ego contra *facturum* retineo, cuius corruptelam indicat Dresd. cod., qui *faturum* aperte scribit.]

libros. Oud. bene explicat de libris Metamorphoseon, ut passim libri ponantur pro eorum auctoribus. Quod tamen adiungit, hinc simul doctius quam pro librariorum captu patere, harum Milesiarum titulum fuisse *Lucium* mihi non persuadet.

Cap. XIII. *renidens. Renidere* tam in bonam quam in malam partem dicitur. cf. Intt. ad Val. Max. III. 2. §. 6. Burm. ad Val. Flacc. IV. 234. Heins. ad Ovid. Met. X. 558. Gell. XII. 13. XV. Min. Fel. c. 14. [cf. Doed.

Diophanes nomine. Ipse est, ait, nec ullus alius. Nam et hic apud nos multa multis similiter effatus, non parvas stipes immo vero mercedes optimas iam consecutus, fortunam scaevam an saevam verius dixerim miser incidit. Nam
120 die quadam cum frequentis populi circulo conseptus | coronae circumstantium fata donaret, Cerdo quidam nomine negotiator accessit, diem commodum peregrinationi cupiens. Quem cum electum destinasset ille, iam deposita crumena, iam profusis nummulis, iam dinumeratis centum denariûm quos mercedem divinationis afferret, ecce quidam de nobilibus adolescentulus a tergo arrepens
121 eum lacinia prehendit, et conversum amplexus | exosculatur artissime. At

Diaphanes p. *Diafanes* P. in excerptis Putschii. *Dyafones* G. 2. *ei* pro *est* p. *et nullus alius* D. *affatus similiter* G. 2. P. (Sed in excerptis Putschii *similiter affatus* extat, ut habet D. a m. p.) *optimas* F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. P. et omnes edd. vett. In ceteris est *opimas*. cf. Met. II. p. 115. In G. 1. a m. s. est glossa interlinearis *alii: opimas*. *ea consecutus* F. 1. *iam* abest a Colv. et Vulcan. 2. *scenam* L. *seeeram an saeeam* B. et edd. vett. omnes *saevam an saevam verius dixerim* (sic linea supposita scriptum est) F. 3. *forsan saevam miser incidit* O. R. π. *fortunam saevam iam miser incidit* f. *fortunam scaevam miser incidit*. G. 1. *fortunam ceeam miser incidit* D. *verius* abest a *d. virius* G. 2. a m. p. *melius* ex glossa B. *confectus d. conspectus* π. *conspectus conseptus* (posterius a m. s. scriptum est) G. 1. *conseptus* F. 1. 3. G. 2. P. D. f. et edd. vett. In cett. *septus* e Venet. 4. ad posteriores edd. profluens. *coratione* pro *coronae* Vicent. Venet. 2. *e circumst.* G. 2. a m. p. *circumstantium* G. 1. sed prius vocab. est a m. s. in G. 1. *enodaret* pro *donaret* Wow. Vulcan. 2. Elmenh. contra omnes Mss. *homo* pro *nomine* emendant Toll. et Gruf. Susp. III. 4. cf. Burm. ad Petron. c. 42. Meursius Exerc. Crit. III. 35. mavult *negociator quidam nomine Cerdo*. *eum* quod in nonnullis libris et edd. vett. post *accessit* legitur, non comparet in G. 1. 2. P. D. L. *d.* O. f. In F. 3. linea est obductum, sed ita ut prius conscriptum esset. *sibi cupiens praevidere* B. probatum Sciopp. Susp. L. III. 4. Pontan. Anal. II. 5. et Wower. Sed mirum est, quod Scriverius eos secutus sit, quum meram glossam redoleat, ut ex totius loci connexu et serie intelligitur. Cupiebat enim diem commodum a Chaldaeo, quasi ille posset donare dies quos vellet. *cummode* f. *eum cum* L. *qui eum* G. 2. D. P. π. f. *ille* F. 3. G. 1. 2. P. D. L. f. π. *illis* p. In cett. *illi*. *disposita crum.* P. *prorsus nummulis* P. *profusus* O. *denumeratis* G. 1. 2. P. D. *denunciatis* π. *centum* in G. 1. a m. s. *denarium* F. 3. In cett. libris et edd. vett. *denariis*. *in mercedem* Bas. 1. *mihi eedem* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *mercede* f. *afferret* F. 3. G. 1. 2. *d.* π. D. *offerret* f. In cett. *auferret*. [Eadem lectionis varietas Liv. III. 12. §. 6. Equidem *afferret* probo nec habet offensionis quid coniunctivus, qui de negotiatore dicitur, nummos prophetae iam oblaturo.] *noblibus* D. *adolescentulus* abest a G. 1. π. Grosl. malebat *adolescentibus*. *ab tergo* L. *arrepens* O. *prehendit* F. 3. G. 1. D. π. et edd. vett. *aprendit* G. 1. In cett. est *apprehendit*, quod etiam extat in excerptis Putschii quamquam alterum probat Oud. *conversus amplexusque* edd. vett. *osculatur* R. f.

Syn. II. p. 73 sq. Bach. ad Ovid. Met. VIII. 197.]

verius. Oud, explicat h. l. *melius*, quod a glossatore in cod. Bert. irrepsit [cf. Min. Fel. c. 19. §. 2. ubi male Intt. dubitant. Ita ap. Min. Fel. c. 24. §. 6. *profanus verius esset* emendo.]

donaret. Elm. et Wow. male in *enodaret* corruperunt, sed Oud. hisce verbis defendit: Acute irridet magos istos qui sibi potestatem adrogant, fata mortalibus dispensandi, quasi ipsi essent Dii Parcaeve; coll. Met. XI. p. 570. et Gell. XIV. 1. Burm. ad Val. Flacc. I. 534. et Virg. Aen. I. 381. Apul. Met. XI. p. 812. Altera dein caussa est quae Oud. commovet, ut *donare* praeferat, quod in sqq. *diem cupiens quem cum electum destinasset ille* legatur [cf. Forbig. ad Virg. Aen. II. 129.]

Cerdo tam nomen proprium quam appellativum est. cf. Maff. in Mus. Ver. p. 129. [cf. Intt. ad Petr. 61. p. 401 sqq. Fest. s. v. *cercopa* p. 43. Lind. Schol. Iuven. ad IV. 153. p. 149. Cram. Rup. ad Iuv. Sat. VIII. 182. Plum. ad Pers. Sat. IV. 51. p. 347. Doed. Syn. VI. p. 60.]

nomine. Hoc vocab., quod praeter alios Stewech. quoque adsutum esse putabat, Oud. retinet: conf. Heins. ad Vell. II. 64. Wopk. Misc. Obs. VIII. T. I. p. 59. Hyg. Astron. III. 16. p. 459. Stav. [*Nomine* ita recipiendum existimo ex cod. Medic. apud Virg. Aen. XII. 515. Aen. III. 614, quamquam non negandum est, *nomen* scripturam esse doctissimam, id quod Iahn. iam ante me viderat. cf. Wagn. ad Virg. Aen. VI. 242.]

ille ubi primum consaviatus eum iuxtim se ut assidat effecit, attonitus est repentinae visionis stupore, et praesentis negotii quod gerebat oblitus infit ad eum: Quam olim equidem exoptatus nobis advenis? Respondit ad haec ille alius: Commodum vespera oriente. Sed vicissim tu quoque, frater, mihi memora, quem admodum exinde, ut de Euboea insula festinus enavigasti, et maris et viae confeceris iter. 121

CAPUT XIV.

Ad haec Diophanes ille Chaldaeus egregius, mente viduus necdum suus: Hostes, inquit, et omnes inimici nostri tam diram imo vero Ulyxeam peregrinationem incidant. Nam et|navis ipsa, in qua vehebamur, variis turbinibus 122

prius G. 1. O. *consuaviatus* f. *consabiatus* F. 3. G. 2. p. D. δ. *eum* exulat a P. *iuxta se* F. 1. G. 1. O. R. B. P. in excerptis Putschii et omnes edd. vett. *iuxtim* D. a m. p. sed in margine a m. a. *statim*. *assidat* F. 1. 3. f. quod probo cf. Met. I. p. 30. et p. 60. *assideat* G. 1. 2. L. δ. D. π. *assideret* habet f. teste Roaldo, *assidit* p. In cett. *assideret*. *attonitus est* F. 1. 3. P. L. quod restitui. In cett. legitur *et* nisi quod *in* pro *est* extat in p. [de hac verbb. *est* et *et* commutatione cf. Dr. ad Sil. V. 157. Gernh. ad Cic. Lael. p. 66. Dr. ad Liv. VII. 40. §. 1.] *repente* G. 1. 2. P. O. π. *generat* pro *gerebat* Venet. 4. *qñ olim Al. q3 qñ* L. unde Colv. coniecit *quando*. *equidem* abest a P. teste Oud. *exoptus* D. a m. p. *a nobis* P. *ad hoc* G. 1. D. *illis aliis commode* p_1 *ille* abest a G. 2. Verba *commode* usque ad *iter* in B. desiderantur. *mi memora* D. a m. p. *ut* abest a D. *nede euboica* G. 1. *de Euboica* O. π. *euboea* D. *festine navi* δ. sed in G. 1. comparet cett. codd. lectio, quum in excerptis Oud. item *festine navi* enotatum esset. *et viae et maris* f. et. δ. — *et* ante *viae* exulat a Vulc. 2.

ad hoc f. δ. *Diophes* D. *necde suus* p. *nec adhuc suus* G. 1. O. π. *hospes et omnis* π. cf. Broukh. ad Prop. II. 19. 30. *dyram* G. 1. *duram* L. O. *ultriceam peregr.* f. *inciderant* G. 2. P. *inciderat* f. *ipsa*, abest a G. 2. P. f. p. D. a m. p. *in qua* non comparet in F. 3. *in qua* G. 1. 2. P. D. f. δ. π. In cett. est *qua*. *vehebatur* p. *tribulationibus* L. R. f.

iuxtim. Male hocabiit in nonnull. codd. in *iuxta*, quod tantum glossema eius est. [Satis enim haec forma defenditur Non. p. 127. Merc. Forbig. ad Lucret. IV. 502. Suet. Tib. 33. ubi cf. Oud. et Wolf. Hand. Tursell. III. p. 543.]

olim. [h. l. *iam pridem* *iam dudum* denotat, qua sententia a Tacito potissimum usurpatur cf. Böttig. Lex. Tac. p. 331. Schwarz. ad Plin. Pan. 24. 1. Baumg. Crus. Clav. Suet. p. 551. s. v.]

maris et viae. *Via* scil. *terrestris* hic opposita est *mari*, de quo usu Oud. cf. Hor. Od. II. 6. 7. Ovid. Ep. ex Pont. V. 4. 2. Apul. de D. S. p. 159. Apul. Met. VII. p. 457. [cf. Lob. ad Soph. Aiac. 328. p. 234. ed. 2.]

Cap. XIV. *necdum suus* i. e. *mentis impos*; cf. Heins. ad Ovid. Met. XI. 723. [et ad III. 689. cf. ibid. VIII. 35. Arnob. I. 12. *tuus sis*.]

hostes — incidant [De more veterum inimicis ea imprecandi saevissima, quae ipsi vel perpetiuntur, vel perpessi fuerant cf. quae larga manu profert Barth. Advers. XXXIV., 15. p. 1572.]

turbinibus. Rarior est nonnull. codd. scriptura *tribulationibus*, quam quae tam breviter ab Oud. debuerit absolvi. Miror enim qui oriri potuerit, quum litterarum vestigia tam longe recedant, ut si per meliores libros liceret, luben-ter eam amplecterer. *Tribulum* autem s. *tribula*, quod petendum est a τρίβολος cf. Anse de Villois. ad Long. p. 220. fit e tabula lapidibus aut ferro asperata, quae imposito auriga aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, ut discutiat e spica grana. Sic explicat Varro R. R. I. 52. 1. Intt. ad Virg. Georg. I. 164. Orell. ad Arnob. II. c. 23. T. II. p. 35. *Tribulare* itaque est *tribulo aliquid facere*: deinde *rexare urgere* apud Catonem et Colum. unde *tribulatio* est *rexatio* apud Tertull. adv. Iud. c. II. In Glossis Philox. *tribulatio* θλῖψις explicatur, quod graecum vocabulum *pressuram*, *angorem*, *molestiam* in-

Digitized by Google

[121] procellarum | quassata, utroque regimine amisso, aegre ad ulterioris ripae marginem detrusa praeceps demersa est, et nos omnibus amissis vix enatavimus. Quodcunque vel ignotorum miseratione vel amicorum benevolentia contraximus, id omne latrocinalis invasit manus, quorum audaciae repugnans
123 etiam, cui nomen est *Trisgnotus* unicus frater meus | sub istis oculis miser iugu-

remige M. *remiga remigine* G. 1. priore vocabulo lineola obducto. *admisso* δ. Bas. 1. Venet. 4. *ulteriore* P. a p. m. *praeceps* F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. L. R. P. δ. π. f. Iunt. 2. In cett. est *praecipitio*. *dimersa* f. *quodque* δ. *quodcum* D. a p. m. *benivolentia* Mss. et edd. vett. *traximus* L. P. *extraximus* edd. omnes vett. *etiam* abest a G. 1. 2. P. O. L. δ. f. et D. in cuius margine extat *ille* sup. non probabili sententia. *cui* D. a m. s. *nomine* B. p. et omnes edd. vett. *Trisnotus* F. 1. P. *Arisnotus* F. 3. P. in excerptis Putschii G. 1. D. *Arisvotus* G. *Arysnotus* L. *Arismatus* B. *Arisvatus* edd. vett. *sub oculis nostris* D.

dicat, ut in Gloss. Cyrill. *θλῖψις φορτὶς tribulatio.* Quum vero Tertullianus eo vocabulo et Augustinus saepius utantur, non improbabile est, inter Afros id ita valuisse, ut ab Apuleio eligi posset. Quo accedit, quod *turbines procellarum* valde displiceant et interpretamentum potius unum alterius esse videatur. In Glossis *θύελλα* explicatur *turbo, procella.* Sed utut res est, nunc nihil muto.]

regimine. Male *utrumque regimen* Beroald. *remorum* et *velorum:* Pric. et Florid. *mali* et *clavi* intelligunt, quum de duobus gubernaculis dicatur, quibus naves maiores utebantur. cf. Scheffer. de re naval. II. 5. [id. de militia naval. in Polen. Thes. Suppl. V. p. 893.] Periz. ad Aelian. IX. V. H. c. 40. Albert. in Observtt. ad Act. Apost. XXVII. 40. Aelian. IX. Anim. 34. XIV. 26.

praeceps. [Obtemperandum est auctoritati Mss., qui fere omnes *praeceps* praebent, quamquam c. Oud. *praecipitio* non ideo improbaverim, quod videndum sit, an navis, quae tempestate non sidat sed frangatur, dici queat *demergi praecipitio.* Qui enim utrumque ad sententiam differat, non intelligo.]

contraximus. Quam multi Intt. intruserunt lectionem *extraximus*, ex loco male intellecto profectam esse, iam vidit Oud., quum naufragos nihil extraxisse appareat ex verbis *amissis omnibus vix enatavimus*, sed potius aliquid post naufragium recepisse, portantes scilicet tabulam et mendicantes vel *ignotorum miseratione* vel amicorum *benevolentia:* ut ipse ait Diophanes.

latrocinalis. [Quid sibi velit Elm. in ind. hic et Met. IV. p. 278. *latrocinalis* per *militaris* explicans, vix intelligitur, quamquam per se haec vocis significatio comprobatur; cf. Verheyk. ad Eutrop. p. 3. Taubm. ad Plaut. Mil. Glor. I. 1. 74. et *latrociuari* pro *militari* Plaut. Mil. Glor. II. 6. 19. Poen. III. 3. 91. Trin. II. 4. 198. Doed. Syn. VI. p. 190. sed ea semper lege, *ut militem conductitium* indicet.]

cui nomen est Trisgnotus. De constructione notissima cf. Burm. ad Lucan. VI. 144. Gell. IX. 13. Intt. ad Front. Strateg. II. 3. §. 4. [Drak. ad Sil. XI. 58. Burm. ad Anthol. Tom. I. p. 400: ubi *Virgilius* retineo. Krüger. de Attr. L. L. §. 20. p. 43. Kritz ad Sall. Iug. V. p. 33. Cum Beneckio ad Iustin. XII. 4. 11. statuerim, eam ibi obviam esse, ubi nomen vi quadam effertur vel propria sua ponitur forma: unde nominat. ibi potissimum usurpari existimo, ubi cognomentum alicuius indicatum est; Suet. Claud. c. 25. Gell. IX. 13. XII. 11. XV. 21. Ovid. Met. XV. 95. Ita in loco mendoso Iul. Firmic. de errore prof. rel. p. 9. ed. Wow. ubi legendum est: *Cor divisum soror servat cui Minerva fuit nomen... et ut haberet unde furentis patris impetum instigaret.*]

Trisgnotus. [Oud. praefert nomen *Arignotus* Ἀρίγνωτος, quod Iungerm. ad Polluc. VI. sect. 206. prius iam bene correxerat et aliis locis potest comprobari. cf. Lucian. Philops. 29. Sed cum libri constanter *s* litteram retineant, equidem coniicio *Trisgnotus*, quod ob latini vocabuli *notus* sonum facile a

latus est. Haec eo adhuc narrante moesto Cerdo ille negotiator, correptis nummulis suis quos divinationis mercedi destinaverat, protinus aufugit. Ac dehinc tunc demum Diophanes expergitus sensit imprudentiae suae labem, cum etiam nos omnes circumsecus astantes in clarum cachinnum videret effusos. Sed tibi plane, Luci domine, soli omnium Chaldaeus ille vera dixerit, sisque felix et iter dexterum porrigas.

eo non est in G. 1. nisi a m. s. *narrantem* D. a m. s. *esto credes* D. pro *mesto Cerdo. Cado ille* G. 1. *credo* Vicent., *illis* p. *reptis* L. *conceptis* O. *numinibus* pro *nummulis* G. 2. et in marg. a m. s. *nummis. mercedem* O. *mercede* G. 1. *auffugit* G. *Dyofanis* G. 2. *diofames* D. a m. p. *imprudentiae* F. 3. G. 2. P. B. ed. pr. Ald. Iunt. 2. *impudentiae* F. 1. f. D. G. 1. Venet. 2. Iunt. 1. Vicent. *impudicitiae* Venet. 4. et Bas. 1. In cett. puto esse *impudentiae* (facili verborum aberratione cf. Orell. ad Cic. Orat. §. 238. p. 175.) *labem* D. a m. s. *circumseptus* π. *astantes* abest a L. P. O. R. p. Vulcan. 2. Colv. *adstantes* edd. vett. *chachinum* G. 1. 2. D. *Luci* D. a m. p. *Loci* a m. s. *Latii* G. 1. *illis* p. *iste* f. pro more suo. *dixerat* G. 2. a m. p. P. utique videtur G. 1. a m. p. *desterum* G. 1. D. *dexter* B. *dexire* f. *pergas* f. Ald. Venet. 4. Paris. Iunt. 2. Elm. et ita esse in F. 1. colligitur quum a Lindenbrog. nihil adnotatum sit, nisi potius eius, si ita dicere licet, negligentiae tribueris.

librariis poterat corrumpi. *Trisgnotus* s. *τρίσγνωτος* eodem modo formatur, ut *τρισμέγιστος* et alia: de qua compositione cf. Valk. ad Adon. p. 378.] Recte enim Oud. observat, in omnibus fere nominibus propriis, quae Apul. inducat, adludere eum ad descriptionem personae alicuius eiusque disciplinae quam profiteatur vel morum. Ut igitur *Cerdo* Mil. II. p. 128. nominatur *negotiator*, *Lupus* [Met. I. p. 27. a voracitate] *magnarius: Fotis* [a *fovendo.* Ita enim *fotus* sunt *amplexus venerei* ap. Mart. Cap. I. p. 78. Kopp.] *meretrix: Panthea* [Met. I. p. 45.] *divini potens: Philodespotus* [Met. II. p. 154.] *actor* s. *oeconomus: Lamachus* [Met. IV. p. 258.] et *Alcimus* [Met. IV. p. 263. a fortitudine] *latrones: Demochares* [Met. IV. p. 266. propter aurae popularis captationem] *editor muneris gladiatorii: Barbarus Scorpio* [Met. IX. p. 624. prae morum acritudine] *decurio: Thrasyllus* [Met. VIII. p. 518.] *temerarius: Tlepolemus* [ex feritate et robore Met. VIII. p. 518.] *homo fortis et audax: Charite* [Met. VII. p. 468. ob pulchritudinem] *puella dulcissima: Philesietaerus* [Met. IX. p. 623. ex adulteriis] *homo lascivus:* ita *Trisgnotus* a nominis celebritate et fama appellatur. cf. ad Met. IX. p. 594. d'Orvill. ad Charit. p. 200. ed. Lips. [Intt. ad Petron. 25. p. 115. et Lobeck. ad Soph. Aiac. 430. p. 256. ed. 2. Rutil. Lup. Itin. I. 309. *nominibus certos credam decurrere mores, moribus an potius nomina certa dari.*]

correptis. Corripere hac in re proprium est. cf. Gron. Observ. IV. 19. Socer. ad Val. Max. IV. 8. Ext. 2.

imprudentiae. [Ex F. 1. 3. retinui *imprudentiae*, quod magus ille sui plane oblitus quam inconsiderate egisset, tum demum intellexit, quum Cerdo nummulis correptis aufugerat. Quamquam *impudentiae* non improbo, quod *labes impudentiae* est diffidentia, quae de Diophanis arte divinandi circumstantibus exorta est, ut sua impudentia diutius eos falsum iri desperare deberet. Idem vitium Met. VIII. p. 829. conspicitur. cf. Arntz. ad Plin. Pan. 48. p. 221.]

Luci domine. [De hoc honoris et blanditiarum vocabulo cf. Casaub. ad Theophr. Charact. c. 3. et Munk. ad Fulg. Mythol. I. p. 596. Stav. Sic *domina* de nobiliore inter Romanos femina, quae quatuordecim minimum annos agebat. cf. Böttig. Sabin. I. p. 8. et 37 sq. Rup. ad Iuv. VI. 29. Met. II. p. 149. Apol. p. 603.]

porrigas. Oud. ex gemina lectione *porrigas* et *pergas* conflavit antiquum illud *porgas*, de qua forma adtulit Heins. ad Ovid. Met. IV. 557. Auson. Idyll. IV. 37. [cf. Markl. ad Stat. Silv. V. 1. 222. p. 354. ed. Dresd. Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 899. Hanc vero contractionem nonnisi poëtis licuisse,

Digitized by Google

CAPUT XV.

124 Haec Milone diutine sermocinante tacitus | ingemiscebam, mihique non mediocriter succensebam, quod ultro inducta serio inopportunarum fabularum partem bonam vesperae eiusque gratissimum fructum amitterem. Et tandem denique devorato pudore ad Milonem aio: Ferat suam Diophanes ille fortunam et spolia populorum rursum conferat mari pariter ac terrae: mihi vero fatigationis besternae etiam nunc saucio da veniam, maturius concedam cubitum. Et cum dicto facesso et cubiculum meum contendo. Atque illic deprehendo epularum dispositiones satis concinnas. Nam et pueris extra limen credo, ut arbi-

Milo O. *diuitine* D. a m p. *sermocinate* D. *ingemiscebam* G. 2 et 1. (a m. p.) Verba *mihi* usque ad *succensebam* desunt in F. 1. *non mediocriter* non comparet in edit. Paris. *succensebam* G. 1. *quod* abest a f. *ultra* F. 3. G. 1. 2. D. P. L. p. f. [De hac verbb. confusione cf. Serv. ad Virg. Aen. V. 54. Arntz. ad Plin. Paneg. VI. 4. p. 38. Dr. ad Liv. XXX. 16. §. 3.] *importunarum* F. 1. L. *partem bonam* non comparent in D. a m p. *vitem bonam* π. *bona vespera* f. *vespera.* G. 2. O. D. P. L. δ. et G. 1. a m. s. *que* abesta G. 1. 2. D. L. f. *eisque* Venet. 4. unde Oud. coniecit: *partem bonam vesperae eius grat. fr.* ut *partem bonam* sit per graecismum pro *magna ex parte* coll. dictat. ad Caes. B. G. I. 12. *admitterem* δ. *admitteret tandem* f. (Fortasse scriptum erat *amitter' et tandem.* quae confusio saepius in Mss. deprehenditur. cf. Dr. ad Liv. XXI. 21. §. 10. *denotato* R. f. *pudere* Venet. 2. *dyofanes* G. 1. *ille* abest a P. in excerptis Putsch. *tursum* Ms. Al. teste Colv. *cursum* f. *pariter* in D. non comparet, nisi a m. s. in marg. *ac terrae pariter* f. *meo vero* D. *modo vero* G. 1. 2. 6. *mihi non fatigationis* h. *cum iam* δ. *externae* pro *hesternae* G. 1. 2. D. π. (eodem modo codd. variant Liv. I. 28. 4. et 51. §. 4. Dr. ad Liv. XL. 14. §. 2. Spalding. ad Quint. Instt. XI. 2. §. 6.) *et iam nunc* G. 1. 2. D. *etiam num.* Iunt. 2. *conscendo* R. f. *contendo* in G. 1. est a m. s. sed quid prius scriptum fuerit, per lituram dinosci omnino nequit. *Conscendo* ferri non potest, quum cubiculum in inferiore aedium parte esset. cf. Met. I. p. 71. *ipsus et pueris* p. *ut pueris* O. alii *et prius* alii *ut pueri* teste Oud. *lumen* D. a p. m. *in arbitrio* δ. *arbitror* G. 1. π.

persuasum mihi est, ut si *porgas* comprobem, per soni tantum mutationem idem esse quod *pergas* existimem, ut in nonn. Codd. Lucret. I. 391. legitur. Sed recte habet forma *porrigas*, quae saepius invenitur apud Apul. cf. VI. p. 386. et p. 391: quamquam non minus in usu est *iter pergere*, de quo Oud. adiri iubet Cort. ad Sall. Iug. c. 79. [ubi cf. Kritz.] et Intt. ad Val. Flacc. IV. 690. [Intt. ad Cic. de N. D. II. 44. Fronton. Epist. ad Anton. II. 4. p. 160. Mai. Ita in eleg. de Maec. moribund. 30. in Burm. Anth. L. T. I. p. 287. legendum est: *et pergant porro Caesaris usque genus.* Ineptit in h. l. explicando Wernsd. P. L. M. Tom. III. p. 181.]

Cap. XV. *tacitus ingem.* [*Tacitus* pro *secum apud se, apud animum* ab Apul. frequentatur. cf. Met. p. 620. 704. p. 162. *tacitus imprecatus* p. 673. *tacitus devorans iniuriam*, unde fit ut saepius *secum* vel aliud quid adiiciatur cf. Met. III. p. 185. *tacitus mecum* Met. VI. p. 441, *in animo meo tacitus.*]

inopportunarum. [Ex optt. codd. hanc lectionem recepi, quamquam *importunus* quoque probatur; quod Orell. ad Cic. de Orat. II. 5. §. 20. ab librariis Italis ex italo voc. *importuno* saepius in codd. intrusum esse ait. Et commutari poterat, quum *importunus* idem significet, quod *inopportunus*: Gloss. Philox. *importunus ἄκαιρος ἀνεπιτήδειος* et Gloss. Gr. Lat. *ἄκαιρος inoportunus importunus intempestivus*; cf. Doed. Syn. VI. p. 166.]

pueris. Nihil mutandum esse Oud. iam monuit, qui tamen oblitum sui esse falso existimat Lucium, qui unum tantum habuerit servum. Sed de ea re iam prius p. 12. dictum est. De Lucii cogitandum esse servis apertum est, quum Milo praeter unicam puellam nullam familiarem pasceret. cf. p. 67. Hinc

Digitized by Google

trio nocturni gannitus ablegarentur, humi quam procul | distratum fuerat, 125
et grabatulum meum adstitit mensula coenae totius hones[illegible]s reliquias tolerans;
èt calices boni iam infuso latice semipleni solam temperiem sustinentes: et
lagena iuxta orifacio cessim debiscente patescens, facilis hauritu |, prorsus 126
gladiatoriae Veneris antecoenia.

oblegarentúr Ald. *alegarentur* G. 1. *allegarentur* δ. π. *ablegaretur* B. *humi* O. *distractum* F. 1. G. 1. 2. P. B. et omnes edd. vett. *fuerat* abest a δ. π. *et* ante *grabatulum* quod in libris legitur, non comparet in B. et edd. vett. *adstitit* F. 3. G. 2. L. P. in coll. Putsch. *astitit* F. 1. G 1. P. O. δ. D. In cett. est *adsistit* *mensulae* F. 3. G. 1. 2. D. Vicent. Venet. 2. [quae inde videtur esse orta lectio, quia accusativum verbo *adstare* iunctum ferre librarii non poterant, unde *grabatulum* nominativum esse putabant.] *honestas* Heins. *onustas* vel *incommestas*, intelligens epulas. *porci* et *gallinarum*, quas sibi xeniola acceperat a Byrrhena. *tollerantes* D. *bini* B. Oud. emendat: *calices boni vini iam infuso latice* s. pro *boni* reponi vult *vino*, quum in cod. O. *latice* non compareat. Lipsius pro *boni* legit *bini*. *laguna* P. *laguena* F. 3. G. 2. D. *lagnena* G. 1. *ūre* pro *iuxta* L. unde Brant. coniecit *lura* (cf. Fest. p. 90. Lind. *lura ou culei vel etiam utris* sed nihil mutandum est. Oud. maluit *iuxtim*.) *orifficium* G. 1. *officio* f. B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *cesim* F. 1. 3. G. 1. 2. D. ed. pr. Venet. 4. Paris. *caesim* f. *cessim* B. Vicent. *cessi in* Venet. 4. *sensim* Iunt. 1. Ald. *cessui* Bas. 1. *deascento* ed. pr. Venet. 2. 4. Paris. Vicent. G. 2. P. *deascenso* f. *deastento* δ. *deascendo* O. *debascente* π. *denscento* G. 1. a m. p. *deascento* a m. s. *deaccepto* D. a m. p. sed in marg. a m. s. *alii: deascenso.* *austu* G. 1. *prorsus* exulat a P. *gladiatorae* G. 1. D. in cuius marg. a m. s. extat *alii: gladiatoriae.* *gladiatorem* δ. *ancoenia* δ. (ex omissa virgula orta lectio *āncoenia.* *antecenia commodum cubueram. Et ecce.* Ita verba distinguuntur in G. 1.

efficitur quam male egerint ii, qui hunc locum emendare conabantur, ut Becich. qui legit: *nam et puero ext. l. cr. ut arb. n. g. ablegaretur humi q. p. distractum f. gr. et meum adsist.* Colv: *n. et pueri ext. l. c. ut arb. n. g. ablegarentur q. p. Humi distratum f. m. gr.* Cort. ad Lucan. VII. 761. *Nam et pueri extr. l. .... ablegaretur h. q. p. destratum erat grabatulum et meum.* Oud. vim vocabuli *disternendi* ex Apul. Met. X. p. 749. vindicans *distratum* recte praefert, ut absolute positum sit ad Luciani exemplum, qui in eadem re ὑπέστρωτο dixerat. Sed *distractum* etiam habet, quo defendatur. Quum enim priore nocte lectus servorum in ipso heri cubiculo stratus fuisset, nunc ne arbitri essent libidinum, quam procul extra limen erat *distractus* i. e. *separatus, remotus* grabatulo domini.]

lagena. [Diversissime h. v. in codd. scribitur, de quo cf. Plum. ad Pers. VI. 17. p. 506. et Wagn. ad Virg. Georg. I. 365. Vas erat in quo semper vinum paratum habebant et pocula implebant veteres. Eius descriptio optima extat apud Phaedr. fab. I. 26: unde intelligitur eius collum fuisse perangustum. In Gorl. Dactyl. II. p. 512. vas ita fabricatum conspicitur et in Burm. ed. Petron. p. 103. effigies depicta est, ubi cf. Intt.]

cessim. [Ex optt. codd. ita in textu posui, etsi non negandum est, alteram lectionem *sensim* quam maxime placuisse. Accuratius de voc. *cessim* significatione agit Hand Tursell. II. p. 30 sqq. qui a *cedo* adverbium petens, ex analogia vocc. *raptim, restrictim* al., non de *motu retrogrado* vel *retrorerso* usurpari dicit, sed *obliquato*, ut *lagena cessim dehiscens* sit, quae non recta exeat sed curvata. cf. Kopp. ad Mart. Cap. I. §. 25. p. 66. Voss. Etym. s. v. *cedo.* Et ita revera describuntur lagenae. *Sensim* fere idem significat.]

antecoénia. Isid. Orig. XX. 2. 12. p. 617. Lind. *Merenda est cibus qui declinante die sumitur ... et proxima coena unde et antecoenia vocatur.* [Et apud Io. Salisberiens. Polycrat. L. VII. locus Portiani p. 682. legendum est: *immo infamem fecit coenam et antecoenia* pro *ante coeniam. Antecoenia* enim subst. prim. decl. inauditum est quum apud Macrob. Saturn. II. 9. *ante coenam* divisim legi debeat. De *antecoeniis* conf. Buleng. de conviv. I. c. 4. in Graev. Thes. XII. p. 60.]

Digitized by Google

CAPUT XVI.

Commodum cubueram et ecce Fotis mea, iam domina cubitum reddita
127 *lecto* proximat, rosae serta et rosa soluta | in sinu tuberante. Ac me pressim deosculato et corollis revincto ac flore persperso arripit poculum, ac desuper aqua calida iniecta porrigit bibam: idque modicum prius quam totum exsorbe-

cubito. Vulcan. 2. quod tamen in collatione sua Lindenbrog. corrigere omisit. *iacta proximat* omnes codd. et edd. *rosae serta* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. O. L. B. *d.* p. f. et edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris. In cett. est *rosa serta*. *rose soluta* G. 1. O. *tubante* P. *pressim* G. 1. *collis* D. a m. p. *revincto* G. 1. a m. p. *revinctos* Venet. 2. *et* ante *corollis* deest in f. *persparso* f. *perplesso* G. 2. P. *prosperso* B. et omnes edd. vett. *aqua* G. 1. a m. p. sed *aquae* a m. s. Brant. *aqua* pro glossemate habet. *callida* D. ex solito errore cf. Dr. ad Liv. XXV. 32. §. 13. *ut bibam* Bas. *modicum* in omnibus legitur codd. et edd. Recte distinxerunt *bibam*. *Idque modicum priusquam* G. 1. 2. Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. *idque totum priusquam modicum* P.

Cap. XVI. *lecto proximat, rosae serta et rosa soluta*. [Omnes Intt. vulgatam lectionem quum idoneo sensu carere intellexissent, quidam *iactu*, Schikerad. *tacita* i. e. *suspensis pedibus* coniecerunt. Hoc posterius Oud. comprobat, cui sua coniectura *iuxta* propter praegressum idem vocabulum *iuxta* minus placeat. [Quo accedit quod *iuxta proximat* bene dici posse, equidem pernego, nec comparandum erat *iuxta adsidere*, plane diversa ratione dictum. *Iacta* vero nullo modo poterit defendi, quum Fotis non eo quo cubiculum intravit momento rosas spargat, sed ubi iam lecto proximaverat, corollis Lucium revinciat ac flore perfundat. Codd. vestigiis quam proxime accedere videtur mea emendatio *lecto*, quae praegresso *cubueram* accuratissime respondet et levissima est. Fortasse decepti erant stolidi librarii, quoniam *lectus* in antecedentibus *grabatulum* nominatur. Porro cum omnibus codd. restituenda est lectio *rosae serta*. Repetitio enim *rosa serta* et *rosa soluta* non solum plane offendit [Met. IV. p. 302. *floribus sertis et solutis* legitur] sed etiam nego *rosa serta* pro *rosae serto* dici unquam posse. *Serta* forma in errorem induxit librarios, quos tamen Charis. I. p. 83, cf. Burm. ad Prop. II. 24. 38. meliora edocere poterat.]

rosa. [Rosis coronari et unguentis perfundi solebant homines lascivi et petulantes, unde epulantium erat, corollis se revincire (cf. Schmidt ad Hor. Epist. I. 5. 14.) Libidinem enim excitabant flores et unguenta cf. Met. X. p. 719. Elm. ad Minuc. p. XIX. Bu leng. de Conviv. III. c. 26. et 27. in Graev. Thes. XII. p. 188. sq. Unde Veneri rosae erant sacrae Kopp. ad Mart. Cap. I. 84. p. 125. et Amores et Gratiae rosis deam suam propitiabant cf. Met. X. p. 743. Himer. in Prooem. Epithal. p. 51. ed. Steph. 1567. Ἔρωτες ῥόδων στεφάνους πλεξάμενοι οὓς ἐξ Ἀφροδίτης κήπων, ὅταν θέλωσι δρέπονται. Feminas, vero quae opera tractaturae erant Veneris, rosis esse coronatas et revinctas, indicat lascivum illud *vexatae rosae*, cuius meminit Martial. XI. 90. cf. Burm. ad Petron. c. 60. p. 399.]

idque modicum prius. [Omnes Intt. Brantii coniecturam secuti, quae satis locupleti aliis locis firmatur auctoritate cf. Met. p. 19. in textu posuere *modico prius*. Ego velim *modicum* c. Mss. retineatur dictum de poculo, qua in re non solum ipsius Lucii verba me confirmant, tria et plura exsorbuisse pocula se dicentis, quae inde colligi potest non admodum vasta fuisse, sed quod etiam impatientia libidinosae Fotidis exprimitur, quae Lucium ne modicum quidem exhaurire poculum passa est.]

Digitized by Google

rem clementer invadit, ac relictum paululatim | labellis minuens neque respi- 128
ciens sorbillat dulciter, sequens et tertium inter nos vicissim et frequens alternat poculum. Cum ego iam vino madens nec animo tantum verum etiam corpore ipso ad libidinem inquies alioquin et petulans, etiam saucius paulisper inguinum fine, lacinia remota, impatientiam Veneris Fotidi meae monstrans:

dementer D. *reliquum* δ. *paululatim* F. 1. R. B. et edd. vett. praeter ed. pr. Vicent. et Venet. 2. quae habent *pullulatim*, quod praeterea F. 3. G. 2. O. p. et P. (etiam in excerptis Putschii) praebet. Male qui hoc comprobant, *instar puelli libentis* explicant, ut Voss. et Toll. *pullatim* P. teste Elm. *pillulatim* L. unde Colv. emendat *pollulatim* laudato Titinnio ap. Charis. II. p. 210. *Pollum addito ad laudem praefiscini* (ubi tamen hodie legitur: *Paula mea, amabo, pol tu ad laudem addito praefiscine, ne puella fascinetur*, ut quid sibi velit Colv. coniectura equidem non intelligam) *paulatim* D. δ. *paululatim* cuius glossema interlinearis est *paululum* G. 1. neque vero *paulatim* ut Oud. adnotavit. *sabellis* G. 1. O. f. [fortasse *sabiolis* i. e. *labris* cf. Taubm. ad Plaut. Mil. Gl. II. 1. 16. Asin. IV. 1. 53.] *sorbilla* F. 3. G. 2. L. P. p. D. G. 1. a m. s. (quid a m. p. scriptum sit, per lituram non comparet.) *sobrillia* π. *sequensque et*, quod in G. 1. 2. legi Oud. affirmat, in codd. non reperi. Quamquam in edd. vett. invenitur ut veri similius sit, B. primum hanc lectionem praebuisse. *ternum* G. 2. D. *ergo* Vatic. 1. *verum in corpore* p. et edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris. *ipso* non comparet in δ. *ipse* habet f. *inquiens* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Par., unde Colv. coniecit *inciens* vel *inhians*. *inquietus* L. G. 1. 2. D. P. R. f. δ. π. B. *sane* pro *fine* Bas. 1. *sine* f. p. Venet. 2. Vicent., quod Lipsius in *sanie* commutat, receptum a Paris. *furie* δ. *lascinia* f. *Fotidis* G. 1. *mei* f. *monstrans* G. 1. ut assolet.

invadit et relictum. Ex more enim inepti amatores cibos praegustatos et praelibata pocula porrigebant suis amasiis haurienda. De quo usu Elm. comparat: Senec. ap. Hieron. adv. Iovian. I. cap. ult. qui de amore dicit: *potionem nullam nisi uxoris labris tactam hauriebat* [Intt. ad Ovid. Amor. I. 4. 33. et Heroid. XVII. 79. ubi cf. Ruhnk.]

Sequens et. Sequensque et lectionem quam Oud. tuetur in nullo cod. reperiatur, equidem reieci. Oud. de his particulis affert Periz. in Diss. de Dict. Cret. §. 15. Dr. ad Liv. IV. 31. X. 30. Cort. ad Sall. Iug. 6. §. 3. Burm. et sua dict. ad Suet. Caes. 11. cf. Met. VIII. p. 506. [cui adde Passow. ad Tacit. Germ. XLVI. fin. Rup. ad eiusd. Germ. I. 1. Orell. ad Cic. Topic. 2. §. 6. p. 374. qui a Cicerone hunc usum abiudicat. Arntz. ad Plin. Pan. 2. §. 8. Ita apud Arnob. VII. 21. restituendum est *certaque et supplicamenta praestari* quod iisdem verbis sqq. comprobatur, et ap. Burm. in Anthol. Lat. T. I. p. 373. in argumento Virgil. opp. *Tunc apium sedemque et mellis dona recenset* i. e. *alvearia* ex Virg. Georg. IV. 228. *si quando sedem angustam servataque mella.*]

madens. [*Madidus et madere* de ebriis dici notum est. cf. Taubm. ad Plaut. Most. I. 4. 23. Heins. Advers. I. c. 10. p. 101. Met. III. p. 207. VI. p. 401. Ruhnk. Dict. ad Suet. p. 308. Fronton. de feriis Alsiens. p. 210. ed. Rom. cf. Heind. et Orell. ad Horat. Sat. II. 1. 9. Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 82. p. 123. Rup. ad Iuv. VI. 297.]

animo — corpore [cf. August. de Civ. D. XIV. 16. de Sala ad Petron. c. 130. p. 265. Burm.]

inquies. [Hanc formam Oud. probat ex multis exemplis quae longum est repetere. cf. Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 664.]

fine. Hoc ex optt. codd. recepit Oud. defensum iam ab Heins. ad Ovid. Met. X. 536. Summa enim parte nobilissimi corporis ostendit Fotidi impatientiam Veneris [cf. quos excitat Bach. ad Ovid. Met. l. d. Hygin. f. 82. Beneck ad Iust. XXX. 4.]

lacinia remota. [*Vestem s. tunicam levare* eos dici, qui ad Venerem parati sunt, exemplis illustrat Munk. ad Hygin. fab. CLXXXIX. p. 313.]

impatientiam [Sic appellat *inhonestam libidinis pruriginem* cf. Gron. Obs. IV. 25. p. 827. ed. Lips. Kopp. ad Mart. Cap. I. §. 7. p. 26. Eodem sensu *incontinentia* usurpatur ab Arnob. V. 10. *ebibit Iovialis incontinentiae foeditatem.*]

Digitized by Google

[122] Mise|rere, inquam, et subveni maturius. Nam ut vides proelio, quod nobis
129 sine fetiali officio indixeras, iam proximante vehementer intentus|ubi primam sagittam saevi Cupidinis in ima praecordia mea delapsam excepi, arcum meum et ipse vigor attetendit et oppido formido, ne nervus rigoris nimietate rumpa-

quae nobis pro *quod nobis* G. 1. a. m. p. *feciali officio* F. 1. 3. p. (Lindenbrog. edit. Vulc. 2. adnotat: *Haec emendatio D. Baudii, ut ipse mihi retulit, alias erat sine ferali officio*, unde efficitur, quam falso Wower. *sine fecialis officio* coniecturam esse Baudii pronuntiaverit:) *feriali* G. 2. B. D. Iunt. 1. *ferali*. G. 1. π. *fenali* ed. pr. Vicent. (in cuius marg. a m. emendatrice est *feriali*) et Venet. 2. *finali* Ald. Venet. 4. Paris. *Fecialis* Iunt. 2. *sagiptam* P. O. G. 1. 2. D. quod fere semper invenitur. *Cupid. saevi* P. *scaevi* G. 1. *delaxam* D. *dilapsam f. at cum* pro *arcum* Elm. vitio operarum. *en* elegantius legi pro *et* existimat Oud. cum Heins. ad Ovid. Heroid. III. 89. Sed perperam. *vigore* p. B. et edd. vett. *adtetendit* F. 1. 3. *atetudit* p. *tetendi* edd. vett. et B. In cett. est *adtendit*. *ne re nervus* D. a m. p. *vigoris nimiet.* p.

proelio. [*Proelia* saepius *amplexus Venerei* perhibentur, ut in universum res Venerea cum militia comparatur. cf. Barth. Adv. XXXIII. 12. p. 1525. Serv. ad Virg. G. III. 98. Aen. XI. 736. Ovid. Art. Am. I. 9. Met. p. 115. Fulgent. Mythol. III. 8. *Myrrhinum mihi affer: quo virilibus armis occursem fortiuscula.*]

fetiali officio. Si quis me doceat, quid sit *feriale officium*, hanc lectionem sine ullo dubio amplectar, quum Fotis p. 115. dicat, *tota nocte tecum fortiter proeliabor* et p. 131. *hodierna pugna non habet missionem.* Ita Anthol. Lat. I. p. c. CCXX. p. 654. legitur *sed sic sic sine fine feriati et tecum iaceamus osculantes.* Neque enim movet me Oud. ratio, qui *proelium sine fine* et *induciis* inauditum censet non reputans, *proelium* saepissime pro *bello* dici, Tac. Ann. XIV. 38. *mandabat nullum proelio finem exspectarent* cf. Walther. ad Tac. ind. s. v. et e contrario *bellum* pro *proelio;* cf. Casaub. ad Polyb. II. p. 147. ed. Gron. quosque laudat Rup. Ann. II. 52. n. 2. *Fetiale* vero *officium* est munus *fetialis* cf. Beier. ad Cic. de off. I. c. 11. p. 84. qui accuratius de iure fetiali exponit. De scriptura *fetialis* cf. Marini gli Atti de Frat. Arv. p. 708. Ita quoque extat. in cod. Vatican. Cic. de Rep. cf. Mos. p. 623.]

attetendit. [Retinui hanc formam ut quae antiquitatem redoleat, quamvis quantum scio nullo vett. exemplo comprobetur sed analogia tantum queat sustentari. cf. Eckst. ad Voss. Arist. II. 18. *et nervis obduruisse divinis.* Petron. c. 131. Horat. Epod. XII. 19. Eadem de *arcu* allusio invenitur Priap, LIX. 25. cf. Anton. ad Priap. LXXXIII. 42. *Rigor* et *rigere* et *rigiditas* virorum potissimum pudendis tribuitur, quum proprium sit *durum, quod curvari non potest* cf. Gloss. Philox. *rigidum ἀκαμπές, σκληρόν* cf. Rup. ad Iuv. VI. 128. Ita ap. Arnob. VII. 33. pro *fascinorum ingentium rubore* legerim *fasc. ingent. rigore.* Eodem sensu *rigere* de papillis dicitur tumentibus dicitur; cf. Burm. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 648. unde Priapus *rigidus deus* Priap. III. 1. XLV. 1. cf. Baumg. Crus. Clav. Suet. s. v. *arrigere.*]

Digitized by Google

tur. Sed ut mihi morem plenius gesseris, in effusum laxa crinem, et capillo fluente undanter ede complexus amabiles.

CAPUT XVII.

Nec mora cum omnibus illis cibariis vasculis | raptim remotis, laciniis 130
cunctis suis renudata, crinibus quam dissolutis ad hilarem lasciviam in speciem Veneris, quae marinos fluctus subit, pudore reformata, paulisper etiam glabellum feminal rosea palmula potius obumbrans de industria quam | tegens vere- 131

gesserit Venet. 2. Vicent. *ineffusa* D. *ineffusum* Vicent. *lapsa* G. 1. π. *laxi* G. 2. P. *fluenter* F. 1. 3. G. 1. 2. D. et Paris. In cett. est *fluante*. *undanter* F. 3. B. p. Iunt. 1. 2. ed. pr. Ald. *undantur* Venet. 2. 4. Bas. 1. Vicent. (in cuius marg. a m. s. *undanter* correctum est.) *nudantur* Paris. In cett. est *undante*. *edes* G. 2. *edas* P. *aede* Vicent. Venet. 2. *complexis* D. a m. p. *omnibus illis* desiderantur in G. 1. 2. P. B. f. π. *cibariis omnibus illis* Elm. *cum cibariis et vaschulis* D. a m. p. *istis* Iunt. 2. *vasantes* quod pro *vasculis* in B. legi adnotat Elm. equidem non reperi. *suis* abest a G. 1. 2. P. D. L. O. ∂. π. f. *semota* pro *renudata* D. quod a m. s. in marg. correctum est. *crinibus quam* F. 3. p. et ita videtur fuisse in G. 1. a m. p. *ad hilarem in lasciviam speciem* V. Iunt. 2. *adylarem* G. 1. *lusciviam* G. 1. *subiit* G. 2. P. *subitat* ed. pr. Vicent. Iunt. 2. Venet. 2. *subita* p. unde Oud. constituit recte legi *subitat* i. e. *frequenter it*; cf. Gell. XV. 11. vel *subbitit*. *pulcra* f. *etiam* abest a f. *glabellum femina vel* F. 3. π. *glabellum foeminea vel* G. 2, P. D. R. L. f. O. ∂. a m. s. (a m. p. videtur fuisse *feminal.*) *glabella femina vel* B. et edd. vett. *glabellum feminal rosea* F. 1. *glaululum feminea vel* G. 1. cum glossa interlineari: *natura mulieris*. *glabellum femen vel r. palm.* φ. *rosula* φ. ∂. unde Oud. coniecit *velo rosulae*. *verecundia legens* G. 2. *quam legens*: *verecunda* Venet. 4. Paris. Iunt. 2.

in effusum laxa crinem. [Oud. praefert *ineffusum crinem* quod Lucius velit, Fotis crinem hucusque leniter quidem remissum, sed tamen in summo vertice nodo constrictum penitus laxet et ita effundat. Sed errat V. D. *Ineffusus* enim epitheton ita plane otiosum est; quum *laxare crinem* eum iam indicet vinctum et nodo esse religatum. Tum nodo rescisso coma Fotidis non statim effunditur, quippe quae tantum recidat neque vero resoluta sit ut fluctuet. Unde magis probatur altera lectio *in effusum*. Postulat enim libido Lucii, Fotis crines relaxet, ut ab iis obumbratus quasi et circumfusus rem cum ea habeat. De lenocinio crinium fluitantium cf. Salmas. ad Petron. c. 126. p. 255. Burm.]

fluente undanter. Ita scribendum curavi i. e. *undarum instar fluitante*. *Fluere* enim et *undare* de crinibus dici, Oud. evincit locis Tib. III. 4. 27., Manil. I. 833. Ovid. Met. III. 148. Val. Flacc. III. 525. ibiq. Burm. Virg. Aen. IV. 147. Oud. probat *fluenter undante* quod ita dici non poterat.

CAP. XVII. *crinibus quam dissolutis.* [Optima est haec F. 3. lectio, quae facile ab indoctis librariis permutari poterat. *Quam* enim saepe ad positiva ita ponitur, ut vices illa superlativorum sustineant, de quo usu accuratius dicam ad Met. VIII. p. 505. Cf. Barth. Adv. XXXIII. 12. p. 1525.]

glabellum feminal. [Ita recepi cum Oud., quod unice probam sententiam efficit. Quae vero ceteri codd. turbant, ita explicanda esse censeo, quod prius fortasse scriptum erat *feminale*, ut *virginale* extat apud Phaedri fab. IV. 14. 14. ultimaque *e* littera virgula tantum quum indicata esset, factum est, ut cum compendio *l'* i. e. *vel* commutaretur. *Vel* enim fere omnes codd. constanter retinent. Atque ita passim describi et pingi Venerem manu tegentem vel obumbrantem feminal, ex imagine notum est; cf. Papenbrouk. N. 10, 13. 23. Burm. ad Ovid. Met. II. 613. quos Oud. excitat, cui adde Müller. Handb. d. Archäol. p. 553. sq. ed. 2.]

glabellum. [*Glabro* depingitur Fotis virginale, quod delicatorum est hominum, detondere in membris capillos. Ita potissimum depilati erant pueri cor-

Digitized by Google

cundia: Proeliare, inquit, et fortiter proeliare; nec enim tibi cedam nec terga vortam. Cominus in adspectum, si vir es, dirige et grassare naviter et occide moriturus. Hodierna pugna non habet missionem. Haec simul dicens inscenso

caedam Iunt. 1. Ald. Vicent. *vertam* G. 1. 2. D. δ. (male cf. Forbig. ad Lucret. praef. p. XVII. qui hanc formam ex grammaticis accuratius comprobat.) *in adspectum* desiderantur in G. 1. 2. (a m. p.) P. D. O. π. δ. *sed vires* π. *vires dirigere* Venet. 4. et Bas. 2. sed in B., ut Kim. adnotavit, non inveni. *digne* L. *crassare* G. 1. 2. P. L. O. de more medii aevi librariorum cf. Dr. ad Liv. VI. 25. §. 6. [Wagn. ad Virg. Ecl. VII. 39. Aen. III. 14. Cort. ad Lucan. I. 575.] *graviter* δ. Paris. *gnaviter* Iunt. 2. G. 2. (de hac scriptura cf. quae disput. Doed. Synonym. I. p. 123 sq.) *naniter* G. 2. a m. p. *pugna* abest a G. 2. a m. p. P. D. π. *hodiernam non h.* G. 1. a m. s. Elegantem hanc ellipsim Oud. quomodo dicere potuerit, equidem non capio. *missinem* D. a m. p. *hoc simul* D. *insenso* G. 1. *instenso* G. 2. *inscendo* D. a m. p. *inscensio* Venet. 4. *asseriso* δ.

rupti et adulteri, quos *glabros* appellabant, cf. Hygin. fab. CCLXXV. p. 389. Stav. *quod dicerent eum glabrum esse et corruptorem.* Accuratius dicam ad Met. IX. p. 648.]

proeliare. [Huius totius loci imaginem obscoenissimam a re gladiatoria Apul. deprompsit, quae sqq. verbis *hodierna pugna missionem non habet* apertius indicatur. Antiqui enim *pugnam sine missione* nominabant, cum gladiatores ea lege descendebant in arenam, ut neutri fas esset missionem petere, sed necessarium esset, ad internecionem usque dimicarent; cf. Intt. ad Liv. XLI. 20. I. Lips. Satur. II. c. 21. Eodem modo *gladiator* obscoeno sensu legitur apud Petron., Sat. c. 9. p. 54.; cf. Intt. ad eundem 20. p. 92. sq., ubi eandem a gladiatoribus imaginem mutuatus est Petron. nec aliter *missio* in re simili dicit Petron., c. 21. §. 2. c. 108. §. 10. cf. supra p. 126. *gladiatoriae Veneris.* Sic Censorin. de D. N. c. 5. dixit *post pecudum contentionem.*]

cominus in adspectum dirige. Hanc locutionem militarem vel gladiatoriam Oud. comprobat de iis dici, qui intrepido nec averso vultu se invicem aggrediuntur et oculorum hostilium aciem ferre possunt; cf. Ovid. Heroid. XVIII. 216. [Absolute hic legitur h. verb. ut ap. Senec. Epist. III. §. 1. *ad Nisida direxi.* Nec eadem esse *cominus* et in *adspectum* Oud. bene iam observavit. *Cominus* enim est *armata manu* vel in acie, in qua vir virum legit; cf. Hand. Turs. II. p. 98. Eo magis mirandum est, quod hic eiiciendum esse vocabulum Hand. ipse autumat. Eodem modo Met. II. p. 100. *cominus cum re ipsa naviter congredere* exterminandum esset *cominus*, quod c. Hand. p. 99. et Elm. hic non pro *directo* sumserim, de qua significatione dicam ad Apul. de Mundo p. 345. Lindenbrog. acute coniecit *in os spatham*; cf. ad Met. VIII. p. 586.]

si vir es. [*Vir* dictum est de *viro forti* et *strenuo*; cf. Munk. ad Fulgent. Virgil. Contin. p. 746. Barth. Advers. XXXV. 1. p. 1587. Ruhnk. Dict. ad Suet. p. 357. *Viri* obscoena significatione deinde ii dicuntur, qui vires, in concubitu semper vegeti et alacres, nunquam deponunt; cf. Intt. ad Petron. c. 113. p. 379: ubi eadem locutio invenitur et Schol. ad Iuven. VI. 373., ubi mecum legas: *tonsoris damno. Ad illos retulit qui non habent barbam nec in concubitu viri sunt.*]

naviter [i. e. *artificiose, ex artis regula, accurate* quod adverbium quum non intelligerent librarii saepius commutarunt, ut apud Arnob. I. 61, ubi legendum est ex Ms. *latentaliter — latent naviter involutae et vix ulli comprehensibiles causae.* Eodem modo dixit Lucret. I. 526. *distinctum quoniam nec plenum naviter exstat Nec porro vacuum.*]

occide moriturus. Oud. haec verba interpretatur: *Fortem te gere et interfice me tuo telo dum ipse morieris* coll. Senec. Epist. 7. Intt. ad Sil. XIV. 554. Virg. Aen. IX. 441. Lucan. III. 696. VII. 464. Salm. ad Solin. p. 247. Burm. ad Anthol. I. p. 390. [*Mors* et *mori* de Veneris dicuntur militia. cf. Intt. ad Martial. III. 75. et ad Prop. I. 10. 5.

grabatulo super me sensim residens, ac | crebra subsiliens, lubricisque gestibus 132
mobilem spinam quatiens pendulae Veneris fructu me satiavit: usque dum

subter me B. *sensim residens* Mss. et edd. omnes. *ridens* pro *residens* G. 1. *crebro* G. 1. 2. D. P. O. R. *d. crebre* Venet. 4. Basil. 1. *subsilies* D. a p. m. *subsilliens* G. 1. *moblem* D. *pendule* Venet. 4. Bas. 1. *Venereis* D. *frictu* F. 1.

ubi *morientem* non sollicitandum est. Sic *perire*; cf. Barth. Advers. XXXIII. 12. p. 1526.]

sensim [quod omnes codd. habent c. Oud. retinui, reiecto adv. *cossim* s. *coxim*, quod in textum interpretes multi intrudebant. Agit de h. l. accuratius Hand. Tursell. II. p. 31. *coxim* defendens, quod a *cossare* s. *coxare* petit: unde *incoxare* apud Non. p. 39. et *coxigerare* ibid. p. 615. v. *porcae* a Pomponio dici probat, et per *varicatus* cum Scalig. ad Fest. p 372. cf. 364. Lindem. vocabulum interpretatur. Multum vero abest, ut hanc significationem comprobem. Si enim verbum *coxigare* quod Gloss. Philox. χωλεύειν explicant, et verb. *coxo* cf. Non. p. 25. s. v. *catax* accuratius respexeris, *coxigerare* et *incoxare* ad eandem originem non dubius eris quin referas. Unde eorum arridet explicatio, qui *coxim* pro *in coxas* accipiunt. Ii enim quorum coxae quasi fractae sunt et debiles, *claudicare* s. *coxigare* videntur. Huc accedit Non. auctoritas, qui p. 40. *incoxare* explicat *in coxam sidere* nec aliter *cossim cacare* ap. Non. p. 40. et Apul. Met. III. p. 173. *grabatum coxim insidens* intelligo, quia totum corporis pondus quasi in coxis insistere videatur. Qui vero Handius ita falli potuerit, ut locum, quem ex Apuleii carmine ex Menandri Ἀνεχωμένῳ converso excitat, pro Comici cuiusdam fragmento habere potuerit, vix capio. Sed mihi quoque ingenue confitendum est, lectionem *sensim* displicere. Erat quum ego conii cerem *super meam coxam residens*: succumbens enim Lucius sublimi coxa excepit Fotidem incumbentem. *Coxa* etiam esse potest membrum virile propter magnitudinem; cf. Achaintre ad Iuv. VI. 321. Ita dicitur *inequitare* ap. Arnob. IV. 7. quum πῶλος graece *adulter* et *meretrix* sit. cf. Hesych. πῶλος, — ἑταῖρα, πώλους γὰρ αὐτὰς ἔλεγον οἷον Ἀφροδίτης πώλους ἢ τοὺς νέους καὶ τὰς νέας καὶ τὰς παρθένους. cf. Iuven. VI. 311. ibique Rupert. Hanc interpretationem sqq. verba *pendulae Veneris fructu* confirmant, quibus id appellatur schema Veneris, quo virum resupinatum ita occupat mulier, ut equitare videatur. cf. Heind. ad Hor. Sat. II. 7. 50. Ruhnk. ad Rufian. de Schemat. §. 39. p. 264. Frotsch. Intt. ad Petr. c. 140. p. 854. de Salas. ad eund. c. 24. p. 122. Burm. cf. Met. III. p. 211. *puerile mihi obtulit corollarium* loco, de quo adeas Munk. ad Hygin. fab. CLXXXIX. p. 313. Ruhnk. Dict. ad Suet. p. 166. Fortasse etiam coniici poterit: *festim* vel *fertim*, quod, quamquam in compp. tantum servatur, bene ingenium Fotidis exprimeret, ad libidinem properantis, quum ante vascula cibaria *raptim* removisset; cf. Voss. Etymol. Doed. Syn. II. p. 131. ann. Hand. Turs. II. p. 103.]

fructu. Si plures codd. adstipularentur *frictu* e F. 1. in textu ponere non dubitarem, nolente quamvis Oud., qui *fricare* de iis tantum dici male interpretatur, qui invitam Venerem instimulare ac provocare sustinent. Ita apud Iuven. VI. 322. plurimi codd. legunt *frictum adorat*: ubi cf. Rupert. et ibid. V. 311. Apul. Met. X. p. 717. in loco obscoenissimo: *Priapum frequente frictura prolixare*. cf. Burm. ad Anthol. Lat. II. p. 496. Praeterea me commovet propria eius vocabuli significatio, qua feminae λεσβιάδες et τριβιάδες denotantur, quae mutuae solebant masculam libidinem excitare; cf. Intt. ad Phaedr. IV. 14. 1 sqq. et Epist. Paul. ad Rom. I. 26. 27. Rup. ad Iuv. VI. 311: unde *frictrices* ap. Tertull. de Pall. c. 4. nominantur. Quod videri possit huc translatum esse, quum femina sit libidinum

Digitized by Google

lassis animis et marcidis artubus defatigati simul ambo corruimus, inter mutuos amplexus animas anhelantes. His et huiusmodi colluctationibus ad
133 confinia lucis usque pervigiles egimus, poculis interdum lassitu|dinem refoventes et libidinem incitantes et voluptatem integrantes. Ad cuius noctis exemplar similes astruximus alias plusculas.

CAPUT XVIII.

Forte quadam die de me magno opere Byrrhaena contendit, apud eam coenulae eius interessem, et cum impendio excusarem negavit veniam. Ergo igitur Fotis erat adeunda deque nutu eius consilium velut auspicium petendum.

lapsis G. 1. 2. p. *δ. et* abest a Iunt. 2. *artibus* Vicent.Venet. 2. [cf. Vel. Long. art. gr. p. 2229. Voss. Arist. T. II. p. 640. Eckst.] *defatigatis* G. 1. *π. defatigadi* G. 2. *complexus δ. hanelantes* G. 1. 2. *anelantes* D. *huiusmodi* F. 3. G. 1. 2. O. Vicent. Iunt. 1. 2. *huius* D. *δ.* ad II. p. 117. In ceteris *huiuscemodi* extat. *vigilis* D. a p. m. *refoventes et libidinem* absunt a D. *voluntatem* G. 1. [cf. ad Liv. II. 32. §. 9. Orell. Cic. Orat. §. 68.] *astruximus* F. 1. 3. G. 1. D. *adstruximus* R. *f.* In cett. *adstruximus. plusculas alias* D. *plustulas* G. 2. *poculas* P. l. e. *pauculas.*

die abest a *π.* et Iunt. 2. propter sequens *de. de mecum* B. p. *de me* F. 1. 3. G. 1. 2. P. O. L. *f. δ.* R. *π.* Iunt. 2. In cett. et editt. vett. *mecum* pro *de me* quod rescripserunt, quia exciderat *de* ob praecedens *die. magno opere* F. 3. G. 1. p. B. In cett. *magnopere. Byrrhaenam* P. in excerptis Grut. *coënulaeve* F. 3. (quae lectio ex compendio *ei*' videtur exorta.) *coen. eius interess.* G. 1. 2. P. D. R. f. L. *π. δ.* In reliquis non comparet *eius. interesse* G. 1. 2. R. P. *f.* D. p. *impendie* D. *ergo tibi ct. f.* L. *δ. hospitium* pro *auspicium* G. 2. P. [Dr. ad Liv. III. 42. §. 2. XXI. 2. §. 5.]

conciliatrix. Si quid mutandum est, praeferam Heinsii coniecturam *fluctum*, quod de motu fluctuante et subagitatione dicitur frequenti. cf. Rup. ad Iuven. VI. 322. Sed *fructus* bene potest defendi, quia *frui* et *fructus* in usu est de *gaudiis lascivis.* Oud. comparat Aelian. Var. LIX. c. 13. Xenoph. Ephes. I. p. 12. Ovid. Remed. Am. 105. Burm. ad Anthol. Tom. I. p. 622.]

lassis animis. [Frequentissime dicitur in opere Venereo *lassus animus*; cf. Intt. ad Tibull. I. 10. 55. Cort. ad Lucan. VIII. 404.] De sententia Elm. comparat Aristot. Problem. sect. IV. fol. 540. Hippocrat. *περὶ γονῆς* Sect. 3. fol. 11. Cael. Aurel. IV. c. 4.

marcidis artubus. [cf. Mart. Capell. I. §. 35. p. 79. *ne uxoris Cyllenius fotibus repigratus somnolento repente marcore torperet.* Reposian. de concub. Mart. et Ven. 113. ap. Burm. Anthol. I. c. 72. Tom. I. p. 47.]

animas anhelantes. [*Anhelare* de concubitu dictum saepius invenitur. cf. Wernsd. Poet. Min. IV. p. 498. Rupert. ad Iuv. VI. 37. Intt. ad Prop. I. 13. 17.] *poculis lassitudinem refoventes.* [Vino vires ad Venerem perficiendam denuo roborantur. cf. Burm. ad Anthol. L. T. II. p. 565., ubi fortasse legendum est *piget me lassitudinis.* cf. supra p. 115.]

integrantes, [i. e. *ad integritatem, ad perfectionem perducere.* cf. quae egregie ex Afris adnotat Orell. ad Arnob. III. c. 38. Tom. II. p. 169.]

Cap. XVIII. *tanto opere.* Oud. affert de hac forma Fabric. ad Cic. de Off. I. 26. Intt. ad. Caes. B. G. I. 23. Gell. XVII. 2. ad Suet. Caes. 1. [cui adde Arntz. ad Plin. Paneg. c. 10. §. 2. Excerpt. Wolfii ad Cic. de N. D. ed. Creuz. p. 809. Moser. ad Cic. Tuscul. III. 3. p. 22. V. 22. p. 132. De discrimine utriusque formae a diversis diverse constituto cf. Gernh. ad Cic. Off. I. 1. §. 3. p. 4. Mai. ad Cic. de legg. I. 9. n. crit. Lindem. ad Cic. Rhetor. ad Her. I. 16. p. 51. Ita cod. palimps. Frontonis modo illud comprobat. cf. Mai. ad Epist. I. p. 4. et p. 49. ed. Rom. Hand. Turs. III. p. 576. sqq.]

Digitized by Google

Quae quamquam invita, quod a se ungue latius digrederer, tamen comiter amatoriae militiae brevem commeatum indulsit. Sed heus tu, inquit, cave regrediare coena maturius. Nam vesana factio nobilissimorum iuvenum pacem publicam *infectat*; passim trucidatos per medias plateas | videbis iacere; nec praesidis au- 134
xilia longinqua levare civitatem tanta clade possunt. Tibi vero fortunae splendor insidias, contemptus etiam peregrinationis poterit afferre. Fac sine cura, inquam, sis, Fotis mea. Nam praeter quod epulis alienis voluptates meas anteferrem, metum etiam istum tibi demam maturata regressione. Nec tamen incomitatus ibo. Nam gladiolo solito cinctus altrinsecus ipse salutis meae praesidia gestabo. Sic paratus coenae me committo.

et quasi pro *quae quamquam* G. 1. et O. *et qui π. quia se* p. *a se* exulat a G. 1. *ab se* habet G. 2. [cf. Dr. ad Liv. XXXVIII. 3. §. 6.] *lautius* L. *digrederet.* Venet. 4. Paris. *digrederer* G. 1. a m. s. *comiter* deest in *δ. amatorium* Venet. 4. Bas. 1. *amat vix* L. e coll. Voss. *indixit* pro *indulsit β. indulxit* D. *regradiare* O. G. 1. *vexana* G. 1. D. *pacem publicam infecta passim* F. 1. 3. (Conferri potest locus p. 128. ubi iidem codd. pro *turbillat* legunt *turbilla.*) *pacem publicam infecit et* G. 1. 2. P. D. R. *δ.* p. O. *infectam* p unde Heins. coniecit *incessit.* Edd. vett. habent *vesana factio... pace publica infecta passim*, nisi quod in Iunt. 1. 2. Ald. legitur *vesana factione. pubeream* pro *publicam* G. 2. *praesidiis β. presidis* G. 1. *auxilia* D. *omnibus vero π. spendor* P. *contemptus etiam peregrinatio* emendat Stewech.; Colvius: *peregri natio pot.* Scibpp. in Symb. et Susp. lectt. I. 6. *peregrinato vis.* Elmenh.: *peregrinitatis.* Pric.: *contemtum etiam peregrinatio.* Sed recte *peregrinatio* hic est *peregrinitas.* cf. Met. XI. p. 814. *quae res summum peregrinationi meae tribuit solatium. inquam sis* F. 3. G. 1. 2. D. P. R. f. p. *δ.* et omnes edd. vett. In cett. *sis inquam. mea photis* G. 2. *meas* abest a D. *auferrem* D. a m. p. (ex compendio *anferrem* depravata est lectio.) *de mea* p. *de nostra* f. pro *demam. immatura* D. a m. p. *gladio* G. 1. O. L. R. f. D. *π. cunctus* pro *cinctus* Iunt. 1. *altrisecus* D. *altrisecis* Vicent. Venet. 4. *et ipse* p. *gastabo* Venet. 2. *sicque* F. 1. L. Colv. Vulcan. Wow. In Guelf. 1. verba sic ordinata sunt: *Sic paratus coenae me comitto. Nec tamen inc. ibo. N. glad. et* quae seqq. usque ad *gestabo. non committo* Iunt. 1.

commeatum. [cf. quae egregie disputavit Munk. ad Hyg. fab. CCLVII. p. 366.]

cave maturius regrediare. Stewech. ex mente Fotidis reponere voluit *immaturius.* Sed Oud. *cavere* pro *cautionem adhibere, videre, curare* dictum esse probat. [cf. Heusing. ad Cic. de Off. 1. 39. §. 141. Periz. ad Sanct. Min. II. 515. ed. Bauer.]

factio nobilissimorum iuvenum. [Non raro enim fiebat praeceteris in Graecia, ut nobilissimi iuvenes noctu grassati publicam pacem inficerent, obvios saepe vel verberibus caedentes vel spoliantes. cf. Taubm. ad Plaut. Amphitr. I. 1. 2. Rupert. ad Iuven. III. 278. Sunt *praemiatores* cf. Non. s. v. p. 150.]

publicam pacem infectat. [Oud. ex ingenio reponi voluit *infestant*, quod valde probatur, quum facillimo negotio depravari posset. cf. Met. I. p. 53. VIII. p. 549. Vell. II. c. 73. Ita apud Hygin. fab. 37. emendandum est *eosque qui illic tum itinere infestabant eum, omnes occidit.* Erat quum Bertin. et edd. vett. secutus coniicerem esse legendum *factione ... pace publica infecta* i. e. *corrupta* s. *inquinata* Lucan. IV. 736. Böttig. Lex. Tacit. p. 261. vel *publica pace infesta* vel *infensa*, quod posterius pro *infestum* positum videbis Tac. Ann. VI. 34. §. 1. XI. XV. 10: de constructione cf. Rup. Tac. Ind. III. p. 840. Walch. ad Tac. Agr. 10. p. 181. et de permutatione verbb. *infestus* et *infectus* cf. Heins. ad Ovid. Met. IV. 618. Burm. ad eiusd. Ibid. 246. Nunc tamen lego *infectat*, qua coniectura me confirmat scriptura cod. Dresd. *infec et. Infectare*, quod ex analogia neque vero exemplis potest stabiliri, quum librariis plane ignotum esset, facile in *infecta* longe tritissimum vel *infecit et* poterat depravari.]

gladiolo. Met. III. p. 182. Gloss. Phil. *gladiolus gladiolum ξιφιδίον* unde *gladiola* in plur. dixit Messala ap. Quint. Instt. I. c. 6. §. 42. Misc. Nov. Lips. Vol. II. s. 3.

Digitized by Google

CAPUT XIX.

[123] Frequens ibi numerus epulonum et utpote apud primatem feminam flos
135 ipse civitatis. Et opipares ci|tro et ebore nitentes lecti, aureis vestibus intecti,
136 ampli calices variae quidem gratiae | sed pretiositatis unius. Hic vitrum fabre sigillatum, ibi crystallum impunctum, argentum alibi clarum et aurum ful-

tibi pro *ibi* O. *epulorum* operarum vitio in edd. Colin. et Bas. 2. *epulantium* ex glossa f. *epullonum* G. 1. *fles* G. 1. a m. p. *civitati se op.* p. *et opip.* F. 3. P. O. R. f. d. G. 1. 2. In cett. libris et edd. vett. *et* abest. *opipares citro* F. 1. 3. L. et edd. vett. *cibi* pro *citro*. F. 2. G. 1. 2. R. P. O. d. *lectuli* Venet. 2. Iunt. 1. *intexti* edd. post Colv. Heins. coniecit *vestibus intexti*. *vestibus* abest ab Iunt. 1. quae cum Iunt. 2. interpungit ante *lecti*. *varii quidem gratia* φ. *speciositatis* O. π. unde Heins. coniecit: *variae quidem gazae sed speciositatis unius*. *affabre* edd. Colin. et Bas. 2. *impactum* f. *impictum* B. et omnes edd. vett. *impunctum* F. 1. 3. G. 1. 2. O. R. π. P. D. Iunt. 2. *albi clarum* φ. *et* ante *aurum* abest a P. in excerptis Grut.

Cap. XIX. *citro.* Quod alii in textu posuerunt *cibi* pro *citro*, necessario id requiri ad adiect. *opipares*, bene reiecit Oud., qui *opipare* etiam de *magnifico supellectilis apparatu* usurpari demonstrat ex Plaut. Bacch. III. 1. 6. Pers. IV. 4. 1. Apul. Met. V. p. 350. de D. S. p. 170. 171. De cibis praeterea in sqq. sermo fit. [Ex citro autem veteres faciebant pretiosos triclinares lectos et mensas. cf. Ursin. Append. ad Ciacon. de triclin. p. 292. Oud. ad Lucan. IX. 428. X. 144. Fea ad Horat. Carm. IV. 1. 20. Tom. I. p. 155 sqq. Rupert. ad Iuven. Satir. I. 75. Harduin. ad Plin. H. N. XIII. 15. Böttig. Sabin. II. p. 31 sqq. Plum. ad Pers. Sat. I. 52. p. 86 sq. Hae mensae et lecti tam pretiosa erant, ut ipsum aurum vincèrent et insano pretio a Romanis emerentur. Eiusdem fere pretii erant *lecti eburati*, qui in summis erant veterum deliciis. cf. Taubm. ad Plaut. Stich. II. 2. 53. Propert II. 10. 22. Buleng. de conviv. c. 30. in Graev. Thes. Antiqq. XII. p. 85. Intt. ad Dion. Cass. VII. 10. p. 990.]

aureis vestibus intecti. [De luxu lectorum qui tapetibus purpureis auroque intectis integebantur, cf. Senec. Epist. 110. §. 11. Petron. Sat. de mut. R. R. v. 28. c. 119. Burm. Virg. Cir. 439. Catull. LXIV. 45. 48 sqq. Varr. ap. Non. s. v. *turdi* p. 229. Merc. Schmidt. ad Hor. Epist. II. 2. 181.]

gratiae. Gratia hic *pulchritudinem* et *honorem* indicat. cf. ad p. 107. Sententiam c. Oud. ita constituo: Materia calicum non unius erat pretiositatis sed calices in quibus, quod pretii deerat materiae, compensabat ars et materiam superans opus variae speciei.

vitrum fabre sigillatum. Sigillata nominantur quae signis s. emblematis erant exornata. cf. Cic. Verr. II. 4. 14. Propert. IV. 8. 37. [cf. Buleng. de conviv. in Graev. Thes. XII. p. 223 sq. Huic loco conferri potest id quod Censorin. de D. N. c. 1. init. auspicatus est, ubi ita emendes: *Munera ex auro vel quae ex argento nitent caelato opere nonnunquam materia cariore... inhiant ii, qui vulgo dites vocantur.* Ita auctor *munera* distinxit *mere aurea argenteare* et *affabre caelata*] De *fabre* comparat Oud. Pomp. Mel. II. c. 1. Sil. XIV. 320. [Barth. Advers. XXIII. 19. p. 1148.]

crystallum impunctum. cf. Plin. XXXVII. 2. 10. *Infestantur crystalli plurimis vitiis... quae vero sine vitio sunt, puras malunt, acenteta appellantes:* ubi cf. Intt. Salm. ad Sol. p. 244. *crystallum purissimum captant* Sidon. Apoll. II. 13. [Ita Fronto de Feriis Alsiens. p. 207. *calicem vero sine delatoria nota cum dico, sine puncto dico.*]

Digitized by Google

gurans et sucinum mire cava|tum et lapides ut bibas, et quidquid fieri non pot- 137
est ibi est. Diribitores plusculi splendide amicti, fercula copiosa scitule sub-

sucinum F. 1. G. 1. 2. in cett. *succinum*. *et lapides* F. 3. p. Venet. 4. Paris. *cav. lapides* F. 1. *in lapides* f. G. 1. 2. D. B. P. O. R. *et lapidem* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. *in lapidem* Ald. Iunt. 2. *dirivitores* F. 1. P. G. 1. 2. D. *d.* et edd. vett. ex solita litterarum *b* et *V* confusione, *diruitores* L. *duritores* π. *dirimeres* f.

sucinum. [*sucus* et *sucinum* scribendum esse, testantur codd. optimi: ut apud Front. de Oration. p. 241. ed. Rom. et de feriis Alsiens. p. 213. cf. Forbig. ad Lucret. II. 684. p. 261. Fea Hor. Sat. 1. 4. 100. Heins. ad Claud. in Ruf. I. 208. Burm. ad Calp. Ecl. V. 107. Seren. Samon. 48. Sic *bacis* apud Fronton. Epist. ad Amic. p. 305. 306. *Sucinum* hic non pro *electro* simplici et quasi nativo dicitur, sed de exquisitiore metalli genere cui quinta argenti portio admixta erat, cf. Plin. XXX. 4. s. 23. Tertull. in Hermog. 25. in Prax. c. 27. Buttm. in Mythолog. Tom. II. p. 337. Serv. et Heyn. ad Virg. Aen. VIII. 402. Huc retulerim fabulam Petron. apud Sarisber. in Polycrat. IV. 5. fuisse fabrum qui vitrea vasa fecisset tenacitatis tantae, ut non magis quam aurea vel argentea frangerentur.]

et lapides. Argute Gruterus coniecit *in capides*. *Capis* enim genus vasis est pontificiale cf. Fest III. de S. V. p. 37. Lindem. [Varro de L.L. V. p. 127. Speng. Non. s. v. *armillum* p. 547. Merc. Ernesti ad Cic. de N. D. III. 17. Creuz. p. 560.] Si quis vere dubitet c. Roaldo, an eius magnitudinis sucinum reperiatur, audiat ille pateram electrinam factam esse; cf. Trebell. Poll. in XXX. Tyr. c. 13. et statuam cf. Pausan. in Eliac. V. c. 12. Caussa vero, cur Oud. *lapides* scripturam reiecerit, in eo nititur quod in sqq. *gemmarum* fiat commemoratio, ut hic, nisi repetitionem molestam substitueris, tolerare nequeas. Sed errat egregie V. D. Eadem enim erit molestia, si *in capides* probaveris. De poculis enim sermonem fieri, iam ex prioribus verbb. *ampli calices* apertius elucet, et magnum deinde discrimen inter utrumque locum intercedit. *Sucinum* hic intelligo *pocula electrina*, quae eodem modo ab Iuven. XIV. 307. *electrum* nominantur; itemque *Lapides* intelligo *calices, gemmis distinctos et exornatos.* Plin. H. N. XXXIII. prooem. *turba gemmarum potamus et smaragdis teximus calices ac temulentiae caussa tenere Indiam iuvat.* Iuven. Sat. V. 41. *qui numeret gemmas unques observet acutos*; cf. Schmidt. ad Hor. Epist. I. 6. 18. *Lapides* esse *gemmas* docebunt quae d'Orvill. ad Charit. VI. 4. p. 531. ed. Lips. largiter protulit: *gemmae vero formatae in poculum* indicant *pocula quae ex gemmis sunt confecta* ut ex beryllis, carbunculis cett. cf. Rupert. ad Iuvenal. V. 41. ibique not. 23. Meurs. de luxu Rom. c. 8. Triller. ad Lucan. X. 160. Buleng. de conviv. l. IV. c. 14. in Graev. Thes. Antiq. XII. p. 225. Confundenda igitur non sunt pocula *gemmata* et *gemmea.*]

quidquid fieri non potest ibi est. [Simili sententia loquitur Lucan. VI. 437. *quarum quicquid non creditur ars est*; cf. Barth. Advers. XXXIV. c. 16. p. 1572.]

diribitores. [Sunt *diribitores* proprie *carptores* s. *scissores*, quorum munus erat, in conviviis apte et artificiose opsonia dividendi. Hoc non raro ad symphonias fiebat, ut manus illi concinne motitarent; cf. Rupert. ad Iuv. V. 121. et magistri erant, qui hanc artem dictitabant ibid. 121. De *structoribus* plura dabunt Intt. ad Petron. c. XXX. p. 178. Buleng. de conv. IV. c. 2. in Graev. l. c. p. 208. Lips. Saturn. II. 2. qui tamen dubitat, num hic *diribitores* potius ii dicantur, qui fercula a pueris subministrata, docte disponant et pulcre in mensis collocent; cf. Taubm. ad Plaut. Menaech. I. 1. 15. De voce *diribere* et *diribitores* adeatur Wunder. Varr. Lectt. p. LIII. et Cort. et Mart. Lag. ad Lucan. V. 393.]

Digitized by Google

138 ministrare pueri | calamistrati, pulchre indusiati, gemmas formatas in pocula vini vetusti frequenter offerre. Iam illatis luminibus epularis sermo percrebruit, iam risus affluens et ioci liberales et cavillus hinc inde. Tum infit ad me Byrrhaena: Quam commode versaris in nostra patria? Quod sciam, templis et lavacris et ceteris operibus longe cunctas civitates antecellimus, ntensilium prae-

puellae, quod ante *scitule* in nonnullis libris legitur, abest a F. 3. G. 1. 2. D. P. et omnibus edd. vett. *scitulae* Vicent. Venet. 2. *subministrare* F. 1. 3. *subministrantes* G. 1. 2. D. *subministrata* B. et edd. vett. *pulchre indusiati* B. ignorat. *inclusiati* Vicent. Venet. 2. 4. Paris. Bas. 1. *gemma formatas* F. 1. *simpocula* F. 1. *vini vetusti*. Delenda haec suspicatus est Wass., forsan quia gemmae non dici possunt formatae in pocula vini *vetusti*, sed cuiusvis certe liquoris. At construendum est *gemmas vini vetusti* sc. plenas, solita locutione.) *formatas in pocula. frequentiô. offerentes* G. 2. D. f. *efferentes* G. 1. *percrebruit* Beroald. In cett. est *percrebuit*. cf. ad Met. I. p. 41. *illatis manibus luminibus* D . a p. m. *defluens* L. f. *adluens* Paris. *cavillis* vitiose excusum est in Venet. 2. Bas. 1. et Colin. *tu infit*. Vicent. Venet. 2. *tu inquit* B. Elm. in suis excerptis invenit *en inquit* pro *tum infit*. *Pyrrhena* Venet. 4. *versaris* Venet. 4. *opibus* O. [cf. Liv. I. 2. §. 5.] *cuncuctas* D. a m. p. *longe* male excidit edit. Florid. *utensilium* F. 1. 3. G. 1. B. edd. vett. praeter Iunt. 2. In cett. *utensilibus* quod G. 2. a m. p. habet [sed a manu altera in marg. videtur esse scriptum *utensilium*.] *perinde* pro *praeterea* O. π.

scitule subministrare.... [Quod Colv. contra omnes Mss. textui ante *scitule* inseruit et ab Oud. probatum est, vocab. *puellae*, equidem ex Codd. reieci, quum hoc additamentum ad sententiam necessarium non sit. Pueri enim nec puellae in hoc Byrrhaenae convivio et cibos ministrabant et pocula offerebant, et nirum est, qui interpretes substantivo hoc medio posito ita decipi potuerint, ut aliud quid priori substituerint. Quamquam istis largior, etiam feminas in splendidis conviviis ministrantes apud veteres occurrisse; cf. Intt. ad Suet. Tiber. c. 42. Senec. Epist. CX. p. 14. Buleng. de conviv. l. c. p. 211. 212.]

subministrare [*Ministrare* proprie de servis dicitur, qui ad mensas stabant, et nutu domini observato fercula inferebant et vina dabant; cf. Gron. ad Gell. III. 8. Obss. II. c. 24. p. 319. Intt. ad Petron. 31. p. 161. Burm. Mos. ad Cic. Tusc. I. c. 26. p. 214. Tales pueri etiam *infertores* nominabantur cf. Pignor. de Serv. in Polen. Thes. Suppl. III. p. 1168. et eund. p. 1355. Usum voc. *subministrare* comprobat Oud. ex Apul. de Dogm. Plat. I. p. 208. Met. V. p. 324.]

calamistrati pulchre indusiati [De *calamistro* velim adeas Serv. ad Virg. Aen. XII. 100. Böttig. Sabin. I. p. 144. Crinibus enim vibratis s. crispatis depinguntur apud veteres pincernae, ut pulchritudine et formae et vestium voluptatem epulantium et hilaritatem adaugerent. Ita figura pocillatoris inter picturas extat, quae prope Lateranum e terra eruebantur cf. Fea ad Horat. Od. I. 29. 8. Tom. I. p. 42. Senec. Epist. 47. §. 5. Pignor. de Serv. in Polen. Thes. Suppl. III. p. 1172. Buleng. de conviv. l. IV. c. 7. in Graev. Thes. Antt. Tom. XII. p. 213. Intt. ad Iuven. Sat. XI. 149. ad Petron. c. 102. p. 622. Molliter et feminarum instar vestitos fuisse hos pueros perspicuum fit, quod *indusiatos* eos Apul. appellavit, quo nomine feminae tantum designantur. *Indusium* enim feminis est proprium cf. Graev. ad Suet. Tib. 82. Böttig. Sabin. II. p. 113. De viris praeter h. l. etiam Met. VIII. p. 578. et X. p. 736. legitur: ubi tamen de Gallis lascivissimis illis Cybelae sacerdotibus et Paride formissimo Priami puero sermo fit. Hinc reiicienda erit eorum opinio, qui *indusium* vel *indusiatus* etiam de viris omnino usurpari statuant.]

illatis. [Pueros etiam fuisse, qui nocte irruente conviviis lumina inferrent, illustrat Pignor. de Serv. l. c. p. 1169.]

utensilium. [Hanc lectionem c. optt. codd. retinui iniuria reiectam ab Oud. cui altera *utensilibus* difficilior videbatur esse. cf. ad Met. I. p. 76. E contrario mea scriptura, *pollere affatim utensilium*, sine dubio est inusitatior: ut *utensilibus* librariorum sit, qui hanc

terea pollemus affatim. | Certe libertas otioso et negotioso quidem advenae 139
Romana frequentia, modesto vero hospiti quies villatica: omni denique provinciae voluptarii secessus sumus.

CAPUT XX.

Ad haec ego subiiciens: Vera memoras, nec usquam gentium magis me liberum quam hic fuisse credidi. Sed oppido formido caecas et inevitabiles latebras magicae disciplinae. Nam ne mortuorum quidem sepulcra tuta dicuntur, | sed et bustis et rogis reliquiae quaedam et cadaverum praesegmina ad 140

cetera f. *certa* edd. vett. praeter Iunt. 2. *otiosa* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. f. et omnes edd. vett. *negotiosa* edd. vett. praeter Iunt. 2. *negotiaca* R. *negociaco* f. *adveniente* B. p. et edd. vett. praeter Iunt. 2. quae habet *advenae*. *Romano* coniecit Bayer. in Epist. ad La Croze Tom. I. p. 25. pro *Romana*. *villitica* P. *omnique denique* edd. vett. ante Colv. *voluptariis* D. *voluptaris* δ. [In hoc cod. fortasse scriptum erat *voluptari'*, ut *s* ex seqq. vocabulo *sit* in cod. D. adhaereret.] *successus* L. f. δ. [de hac verborum permutatione. cf. Burm. ad Suet. Aug. 94. Init. ad Liv. II. 50. §. 3.] *summus* abest a π., quod elegantius esse Oud. pronuntiat.

subiciens G. 1. ubique. *subjiciens* D. *subiiciens* abest a Bas. 1. *magna* pro *magis* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. *crede mihi* pro *credidi* emendat Oud., cui praeteritum *credidi* admodum langueret nec satis hic convenire visum est. Burm. margini adlevit *memini*. *coeca* Bas. 1. *mortuo* f. quod per se probum est. *quidem* non comparet in P. *dicantur* G. 2. P. *dicunt* Bas. 1. Pro *sed et bustis* vir doctus in exemplari Oud. ed. Iunt. 2. malebat *sed ex b.* contra Apulei stilum, polysyndeton amantis. Pric. etiam sine necessitate coniecit *sed et a bustis*. *exitiales* f. pro more suo. *busti* Venet. 4. *p̄egnia* L. O. G. 2. D. *praesenguia* G. 1. *praesignia* δ.

constructionem non capiebant; cf. Plaut. Trin. V. 2. 61. Alteram tuetur locus Apul. Met. IX. p. 613. *coempto frumento affatim onusto.*]

otioso. Ita ex Beroaldi coniectura c. Oud. recepi, quod *libertas otiosa* nihil est sibique opponuntur *otioso* et *negotioso:* Libertas hic est otioso plane advenae: at praeterea ei qui negotia vult gerere, hic tanta est hominum frequentia quasi Romae esset.

secessus. Quod nonnulli codd. praebent *successus* defendi possit ex Arnob. V. 24, ubi *successus terrarum* legitur cf. Intt. ad Arnob. l. c. 50. ap. Orell. T. I. p. 338. Recte tamen Oud. restituit *secessus*, quod de *locis amoenis* dicitur, quo voluptatis caussa urbium frequentiam et negotia vitantes secedimus [cf. Tac. Ann. XIV. 16. Plurima exempla suppeditabit Baumg. Crus. Clav. Suet. s. v. *secedere.*]

Cap. XX. *credidi.* [Cur praeteritum Oud. tantopere langueat, nec satis hic convenire videatur, non perspicitur. Quum enim de omnibus ubi prius versabatur locis dicat, qui aliter exprimere se potuit? Hinc supervacanea est perelegans eiusdem viri coniectura *crede mihi* nec minus Burm. *memini.*]

caecas tenebras. [*Caecae* sunt *quae cerni nequeunt* cf. Virg. Georg. IV. 237. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. II. 72. Heins. ad Sil. VI. 7. Cort. ad Lucan. VI. 598. Barth. Advers. XXXVI. 13. p. 1654. Apul. Met. V. p. 357. *caecae tenebrae*, in quibus nil poterat conspici Met. X. p. 729. *perniciem caecam* Prop. II. 1. 10. ubi Burm. cf. Tibull. II. 1. 78. Plura dabunt Heins. ad Ovid. Met. III. p. 490. Arntz. ad Plin. Paneg. XLIX. §. 1.]

sepulcra tuta dicuntur. De sententia comparas quae ad Met. III. p. 206. dicentur.

praesegmina. [Proprie sunt *praesegmina ἀπονυχίσματα*, quae unguibus eminulis praesecantur; cf. Gloss. Philox. Non. p. 151. ex Plaut. Aul. II. 4. 33. deinde vero de *quacunque re* dicitur *quae praecisa est* cf. Fulgent. p. 566. *Praesegmina sunt partes corporis incisae, ut Tages in haruspicina dicit: Praesegminibus amputatis* Gloss. Vulcan. *praesegmina ἀποκόμματα.*]

Digitized by Google

exitiabiles viventium fortunas petuntur. Et cantatrices anus in ipso momento choragii funeris praepeti celeritate alienam sepulturam antevortunt. His meis addidit alius: Immo vero istic nec viventibus quidem ullis parcitur. Et nescio qui simile passus ore undique omnifariam deformato truncatus est. Inter
141 haec convivium totum in licentiosis cachinnis effunditur, omniumque | ora et

etiam cantatr. R. f. *aniculae* non comparet nisi in p. quamquam ab Intt. hic est intrusum. Omnes codd. et edd. praebent *anus*. In Heins. not. ad Petr. c. 54. p. 347. citatur *aviculae* typographi ut Oud. putat, errore. *choro agi* F. 3. *choragi* f. *coragii* Iunt. 1. Ald. *funebris* F. 1. φ. cf. Schott. nod. Cicer. IV. c. 10. Ceteri codd. et edd. vett. *funeris*. *praepeti* φ. L. P. f. Ceteri codd. *perpeti* ut etiam edd. vett. Elm. et seqq. edd. praeter Pric. habent *praepeti*, quod Oud. probat. Ego quoque id recipiendum non dubitavi. [Eadem confusio cf. Lucan. IX. 688.] *iena* pro *alienam* D. a m. p. *antevertunt* δ. *addit* R. Venet. 4. Bas. 1. *aulis* pro *alius* Vicent. Venet. 2. *istuc* O. *ne qui* R. f. *nesci qui* P. *nescio quis* edd. vett. praeter ed. pr. Vicent. Venet. 2. *deserm ato* δ. *truncatus adest* Pric. ed. *per convivium* G. 2. D. *inlicentiosus cachinnus* omnes codd. praeter B. et edd. vett. quae habent *in licentiosis cachinnis*.

cantatrices anus. De hac coniunctione conferri vult Oud. sua ad Suet. Ner. 11. Plin. Hist. N. XV. 19. [In nota Heins. ad Petron. c. 54. p. 347. citatur *aviculae*, quod c. Oud. non pro typographi errore habuerim, sed ex Codd. profectum esse poterat, qui saepius inter has voces vacillant. cf. Moser ad Cic. Tusc. II. 17. p. 537.]

choragii cf. ad Met. IV. p. 315.

praepeti celeritate. [Mirum est quomodo de huius vocis significatione V. D. ita inter se pugnare potuerint. Gies. ad Cic. de Divin. I. 48. p. 170. sq. nunquam id dici de *velocitate* et *pernicitate*, certe non apud probae latinitatis scriptores ex Gellio VI. 636. comprobaturus erat, quippe qui plane contrarium proferat: *Cn. Matium qui in secundo Iliadis Victoriam volucrem praepetem appellavit*, et quomodo aliter Virg. Aen. V. 254. explicaveris. Sed ex Gell. l. c. et Serv., qui ad Virg. Aen. V. 16. *praepetibus pennis explicat* [*vel velocibus vel*] *felicibus*, intelligi potest de vocis significatione iam inter veteres nihil certe constitisse. Ego a partibus eorum stare malim, qui *praepes* a *praepetere* ducendum esse autumant, quod Glossae Vulc. *παρομᾶν* interpretantur. Optima est Apollinaris Sulpicii apud Gell. VI. 6. §. 12. explicatio *ταυπτέρυξ* ut Gloss. Vulc. *praepetes*: *ταυπτέρυγες* i. e. *expansis alis celeriter volantes* cf. Intt. ad Fest. ap. Lindem. p. 569. sq. et p. 608. Burm. ad Anthol. Tom. I. p. 7. De vi huius vocis auspicali dicam ad de D. S. p. 134.]

alienam sepulturam antevortunt. [*Alienus* in re funebri de eo dicitur, cui nullo nec amicitiae nec consanguinitatis vinculo sumus coniuncti. Saepius ita sibi opponuntur *aliena et sua funera* cf. Heins. et Burm. ad Petron. c. 54. p. 347. Quintil. Decl. VI. 3.]

passus. [*Pati* hic absolute positum vides de eo, qui malam fortunam perfert. cf. Heins. ad Senec. Thyest. p. 512. et Gron. ad eund. 470. Cort. ad Lucan. V. 314. Heyn. ad Virg. Bucol. X. 53.]

in licentiosis cachinnis effunditur. [Oud. invitis omnibus Mss. legit *in licentiosos cachinnos*, alteram librariorum ingenio vindicans, quamquam intelligi potest, e contrario ablativum, si comprobetur, in accusativum facilius potuisse depravari. Deceptus enim est Oud. locis Suet. Calig. 32. Aug. 38. Apul. Met. II. p. 123. cf. Burm. ad Val. Flacc. VII. 34. ubi accusativ. ubique extat, ut hic quoque eum retinere malit. Sed Cicero ipse ablat. huic vocab. adiungit Parad. III. 1. §. 21. *an temperantem dicis, qui se in aliqua libidine effuderit* pro Cael. 6. §. 13. *effusus in largitione* Virg. Aen. VI. 337, ubi Wagn. male *cursus effusus* coniungit. Unde hoc mihi discrimen videtur interesse, ut ablat. de eo dicatur, qui in ea re persistit nec ullo modo abduci potest, accusat. vero de eo ipso momento, quo quis in rem ir-

Digitized by Google

obtutus in unum quempiam angulo secubantem conferuntur. Qui cunctorum obstinatione confusus, indigna murmurabundus cum vellet exurgere: Immo mi Thelyphron, Byrrhaena inquit, et subsiste paulisper et more tuae urbanitatis fabulam illam tuam remetire, ut et filius meus iste Lucius lepidi sermonis tui perfruatur comitate. At ille: Tu quidem domina, ait, in officio mones sanctae tuae bonitatis, sed ferenda non est quorundam insolentia. Sic ille commotus. Sed instantia Byrrhaenae, quae cum adiuratione suae salutis ingratis cogebat effari, perfecit ut vellet.

se cubantem F. 3. *conseruntur* F. 3. B. p. Vicent. quod Stewech. expunctum omnino maluit, *obtuitione* legens pro *obstinatione*. *conferunt* habent Venet. 4. Bas. 1. 2. *indigne* G. 2. P. R. f. O. M. *indignans* β. *murmurabundans* F. 3. *murmurantibus* D. *mirabundus* L. β. R. f. vitiose. *Theliron* F. 1. 3. G. 1. D. O. f. *Thelyron* L. *Teliron* G. 2. P. *Cheliron* p. *Thelephoron* Venet. 2. *Telepheron* Bas. 1. *Byrrhena dixit* G. 1. O. *tuam* abest a Bas. 1. *tuam illam* δ. *lepidis* F. 3. *manes* B. Iunt. 1. 2. Ald. *mores* δ. [de hac permutatione cf. Intt. ad Prop. IV. 1. 107. Cort. ad Lucan. I. 631. Liv. III. 39. §. 3.] *sicut illis* p. *instanti Byrrhenae* F 1. 3. G. 1. 2. et edd. vett. praeter Iunt. 2. et ed. pr. quae cum D. δ. habent *instanti Byrrhena*. *instantia Byrrhena* R. π. B. *quive* pro *quae cum* Vic. unde Oud. emendat *quae cum cum adiuratione* quod ante eum iam correctum video in marg. Vic. 2. Extat *cum* in L. P. G. 2. et Iunt. 2. et F. 3. In cett. est *quae cum adiuratione*. *salutis suae* P.

ruit. H. l. ablativ. probaverim, quum convivae sublatis cachinnis in iis perseverarent, genio suo nihil temperantes cf. Dr. ad Liv. XXVIII. 43. §. 8. Gron. ad Senec. N. Q. IV. praef. Hand. Turs. III. p. 294. sqq. De *licentiosus* plura sed non ita comemoratu digna profert Pric. Ita dicitur ab Arnob. I. 53. *in lasciviam dissolvi cachinnorum* et V. 25. *diffundi per risum*; cf. Ruhnk. Dict. Suet. p. 208.]

obstinatione i. e, *perseverantia adspectus in se perturbatus* cf. Sciopp. Lect. Susp. l. c. 6. Stewech. coniecerat *obtuitione* quod quamquam acute, temere tamen factum esse puto. [Sic male emendant nonnulli ap. Arnob. I. 31: *obstinatione tali* in *opinatione*. *Obstinatio* h. l. est *perseverantia in opinione mala praeoccupata*.]

indigna murmurabundus [i. e. *secum ruminans quae proferri publice non poterant*. Plura dabit Barth. Advers. XXXIV. 14. p. 1571.]

Thelyphron. [Ex optt. Mss. vestigiis ita cum Colv. et Elmenh. recipere non dubitavi, quum quod Oud. placuit *Telephron* ab iis nimis recedat. Deinde ipsa voce mores accuratius illustrantur hominis, qui mulierum ritu ira facili accensus, statim remollescit dictisque et blanditiis citius permulcetur: et nunc video Met. II. p. 166. Florent. 3. aperte scribere *Theliphron*.]

mones. [Unice vera est quam Mss. optt. praebent scriptura *mones*, nec mirari debebat Oud., cur omnes id constanter retineant. *Monere* enim idem est quod *admonere, in memoriam revocare*, et opponuntur sibi insolentia, qua Thelyphronem calamitatis advena monuerat, et Byrrhaenae bonitas, quae blandissimis verbis ut historiam remetiretur et malae condicionis meminisset, ab eo postulaverat. *In officio mones* eodem modo dictum est, ut Met. XI. p. 783. *in ovanti gradu comitatur* ubi superflua praepositio videtur esse.]

instantia Byrrhaenae. [Cum Oud. ita in textu posui, quum quae in Mss. extat lectio *instanti Byrrhaenae* non habeat quo referatur. Sed mirum est, quod eadem scripturae diversitas Met. VI. p. 469. repetitur.]

Digitized by Google

CAPUT XXI.

142 [124] Ac sic aggeratis in cumulum stragulis et | effultis in cubitum suberectus- que in torum por|rigit dexteram, et ad instar oratorum conformat articulum; duobusque infimis conclusis digitis, ceteros eminus porrigit, et infesto pollice

tumulum F. 3. P. φ. In reliquis est *cumulum* [de hac confusione cf. Virg. Georg. I. 105. Dr. ad Liv. X. 29.] *aggregatis* P. *effultus* P. φ. *in* abest a φ et P. *suberectisque* B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *subrectisque* Colon. Colv. et Bas. 1. *subiectis* Marg. Bas. 1. *subereptis* G. 1. *surreptusque* π. *subrectusque* O. f. *totum* Venet. 2. *et instar* R. et edd. vett. praeter Iunt. 2. *oratorium* F. 3. *conformit* Paris. *consulis digit.* Venet. 4. *digitos* R. *eminens* F. 1. [ex collat. Lindenb.] 3. G. 1. 2. D. P. *eminus* B. p. et edd. vett. et F. 1. in excerptis Elmenh. *porrigens* F. 1. B. p. et edd. vett. In cett. est *porrigit*. *pollice* abest a G. 2.

Cap. XXI. *aggeratis in cumulum. bis exorsus est.* cf. Scalig. ad Prop. *Aggerare* Oud. explicat *aggerem* vel *cumulum quavis ex re facere* cf. infra ad IX. p. 639. *Tumulum* vero et *cumulum* ita inter se discrepare dicit, ut ille sit plerumque *naturalis* hic *factus*. [Sed minus bene hoc discrimen institutum videtur esse, quum *tumulus* potius sit *ὄχθος ὄχθη quicunque collis sive natura sive arte humana erectus, neque ullo modo disparabilis; cumulus* vero *acervus rerum dissipatarum quae temere exaltantur*; cf. Cort. ad Lucan. III. 375. Bach. ad Ovid. Met. XII. 514. Doed. Syn. I. p. 114. et 122. Unde apparet *cumulum* unice hic probari.] De sententia Oud. conferti vult Bourdel. ad Heliod. p. 29. ed. Par. in 8. [Sunt hic *cervicalia προσκεφάλαια pulvilli serici quibus brachium negligenter iacentes fulciebant*: cf. Rupert. ad Iuvenal. I. 65. Scheffer. de re vehicul. II. 4. p. 75. et Böttig. Sab. II. p. 213.]

suberectus in torum. Ita ex optt. codd. Oud. scribi iussit, quem secutus sum, conf. Ovid. Met. IX. 518. Burm. ad Met. VII. 343. Fulg. Mythol. I. p. 608. Stav. Petron. c. 132. [cf. Burm. ad Prop. I. 3. 34. Loqui enim incipientium est, suffixo cubito accumbere et paullisper se erigere. De voc. *fulcire* cf. Hand. ad Stat. Silv. II. 9. p. 167.]

porrigit dexteram. [*Dextram porrigere* eorum est, qui silentia iubent; cf. quae fusius disputat Cort. ad Lucan. I. 298.]

ad instar oratorum. [cf. Fulg. Cont. Virg. p. 743. Stav. *Itaque compositus in dicendi modum* [lege *in dicentis modum*] *erectis in istam duobus digitis tertium pollicem comprimens ita vertum* Mart. Capell. V. §. 543. *manus in contentionibus fusa porrectius*, ubi vid. Kopp. p. 464. Le Roy de Achate Tiberian. in Polen. Thes. Supp. II. p. 378. et quae omnium accuratissime exponit de la Chauss. de Manib. aeneis vot. refer. tab. XI. in Graev. Thes. XII. p. 963 sqq.]

eminus porrigit. [Oud. Heinsii ad Ovid. Met. V. 540. coniecturam *eminulos* amplexus est, quae si ad scripturam codd. propius accederet, probaretur. Equidem *eminus*, quod in nonnull. codd. legitur et Mss. cett. lectionem *eminens* proxime reddit, retineo et propria vocab. significatione *e manu* dictum esse existimo. Ita *e manu* opposito adv. *cominus* legitur ap. Naev. in Hect. Lytris apud Fest. p. 226. ibique Scalig. apud Lindem. p. 638. et *cominus* prima sua sententia positum apud Virg. Georg. I. 104. cf. Hand. Tursell. II. p. 96. vides. Hinc Doederl. opinio Synon. T. VI. p. 73. improbatur, qui *cominus* ex *καταμόνας* profectum asseverat, ad cuius similitudinem *eminus* deinde formatum sit. Infimi enim digiti erant a sermocinante reclusi, *in manu*, ceteri *e manu* porrecti, quam longissime extensi. Ita sibi utrumque opponitur.]

infesto pollice. [Quum populus, si victum gladiatorem occidi vellet, *pollicem verteret* s. *converteret*, ut ab eius inde nutu quasi vita dependeret Lips. Satur. II. 22. factum est ut *pollex* saepius nominaretur *infestus*, cf. Quint. XI. 3. §. 119. Wernsd. ad Poet. Min. T. III. p. 230. Buttm. et Spalding. ad Quinct. l. c. Tom. V. p. 424. Hand. ad Stat. Silv. I. 37. p. 85.]

clementer *subringens*] infit Thelyphron: Pupillus ego Mileto profectus ad spec- 143
taculum Olympicum cum haec etiam loca provinciae famigerabilis adire cuperem, peragrata cuncta Thessalia fuscis avibus Larissam accessi. Ac dum singula pererrans tenuato admodum viatico paupertati meae fomenta conquiro; conspicor medio foro procerum quendam senem. Insistebat lapidem claraque voce praedicabat: si qui mortuum servare vellet, *se* pretio *locaret*. Et ad

subridens G. 1. O. ed. Paris. In cett. *subrigens*. *infit: Thelephron*. Haec prava Wowerii distinctio irrepserat in Ed. Colv. retenta a Vulcan. et Florid. *Thalesron* F. 3. *Olympiacum* B. non *Olympiarum* ut in excerptis est Elm. *tum hoc in l.* p. *frunigerabilis* δ. *famigeratis* f. *tota Thessalia* f. ex glossa. *pergrata* Bas. 1. *fusis ominibus* R. f. ex glossa. *fuscis auribus* G. 1. R. O. *acessi* Venet. 4. *fovema fomenta* G. 2. sed ita ut prius vocabulum ab eadem manu in marg. perscriptum sit, quod mirifice idem habet D. a p. m. *fovema vel fomenta*, prioribus verbis linea obductis. *postquiro* G. L. *perquiro* δ. π. *conspicior* P. *conspicio* Bas. 1. *procerem* δ. *pro quorum quendam* G. 1. a p. m. *insistentem lapidi cl. v. praedicantem* M. per asyndeton non intellectum. cf. ad Met. I. p. 76. *praedicebat* f. [eadem confusio apud Liv. II. 10. §. 4.] *liceret* G. 1. 2. D. P. f. δ. R. O. In

subringens. [In nonn. codd. est *subridens*, quam scripturam confiteor hic omnino non satisfacere. Oud. ad comem illam vultus compositionem refert, qua auditorum benevolentiam oratores iamiam dicturi capere soleant. Quo accedit quod *subridens* librariis Apuleii notius est vocabulum quam quod tam insulse potuisset depavari. Ego coniicio scribendum *subringens* i. e. *irascens*. cf. Cic. ad Attic. IV. 5. §. 2. ubi nonnulli codd. item variant id *subrigentur*. *Clementer subringens* quid sibi velit, ex praegresso *infesto pollice* bene poterit intelligi. Quamquam enim benevolentia Byrrhaenae mitigabatur Thelyphron, ira tamen aliquanto est commotior, et pollice id converso ut populus in ludis gladiatoribus indicabat.]

Olympicum. Hanc formam Oud. defendit ex Horat. Od. I. 1. 3. ubi vid. Cuningh. et Intt. ad Suet. Aug. c. 6. [Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. I. 28. p. 4.]

fuscis avibus. [i. e. *infaustis ominibus*. cf. Heins. Advers. IV. c. 1. p. 563. et Buleng. de Augúr. et Auspic. l. II. c. 3. in Graev. Thes. Antt. V. p. 413.]

insistebat lapidem. Oud. impugnat sententiam Servii, qui ad Aen. VI. 563. 708. *insistere rem* tantummodo dici posse probaverat, Burmann. etiam reprobantem, qui putet c. Accus. quidem id iungi, sed *non ut inhaereat aliquis at pergat*. cf. Apul. Met. VI. p. 404. *insistentem rupi* VIII. p. 563. *supinato illi insistere*. [cf. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Her. XXI. 85. p. 116. Intt. ad Ovid. Met. VIII. 52. *de insistere* c. quarto casu iuncto egerunt Burm. ad Suet. Vitell. 2. Oud. ad Caes. B. G. III. 14. Wakef. ad Lucret. I. 407. et ibi Forbig.]

si qui mortuum servare vellet. [Male affert Colv. locos Ulpian. XIV. D. de Rel. et sumpt. fun.: *Impensa peregre mortui, quae facta est ut corpus perferretur, licet nondum homo funeretur. Idemque et si quid ad custodiendum vel etiam commendandum factum sit:* et Petron. c. 111. *positum in hypogeo graeco more corpus custodire*, quum hi referre debeant ad eam custodiam, quae in ipso monumento saepius adhibita est; cf. Kirchm. de funer. Rom. III. c. 5. Et peculiare erat hominum genus apud Romanos claudendis et aperiendis sepulcris. Ita saepius testatores manumissionem aliave legata constituebant ea condicione, ut monumentum servarent perpetuo ibi habitantes. Cf. Ulpian. LXXI. §. 11. Dig. de condic. et demonst.: *Titio centum relicta sunt ita ut a monumento non recedat*. Kirchm. l. c. III. 22. Hic tamen locus, quantum scio, unus est, ubi de custodia sermo fit mortui nondum humati, qui timendum erat, ne a sagis ac veneficis spoliaretur. Nam plane alia res est, si principes honoris nomine a pueris et equitibus custodiebantur. cf. Kirchm. l. c. I. 12. Hunc igitur morem, ne fictum ab Apuleio dixerim, in Thessalia tantum obtinuisse puto, praesertim quum Thelyphron, homo graecus, miretur, hic loci mortuos a custodibus servari. cf. Morestell. Pomp. feral. L. I. c. 21. in Graev. Thes. XII. p. 1382.]

locaret. [Mira est locutio quae omni-

quempiam praetereuntium: Quid hoc, inquam, comperior? hicine mortui solent
145 aufugere? Tace, respondit ille.| Nam oppido puer et satis peregrinus es, meritoque ignoras Thessaliae te consistere, ubi sagae mulieres ora mortuorum passim demorsitant: eaque sunt illis artis magicae supplementa.

CAPUT XXII.

Contra ego: Et quae tu, inquam, dic sodes, custodela illa feralis? Iam primum, respondit ille, perpetem noctem eximie vigilandum est, exertis et inconnivis oculis semper in cadaver intentis, nec acies usquam devertenda immo

reliquis *liceretur. quemdam praetereuntem* f. ex glossa. *heic* pro *hoc* O. *heu* π. Scriver. uncis inclusit verbum, quod non desiderares, si scripti non agnoscerent. Sed nunc non est abigendum. Ellipsis est *quid hoc est quod audio:* ut graece τί τοῦτο ἀκούω. *comperio* O. cf. Met. XI. p. 810. Florid. p. 56. *comperiar* f. *sanis peregr.* 2. Venet. L. unde Colv. emendat. *sane peregr.* Grut. Susp. V. c. 3. *aut sane peregr. es* quod Oud. in G. 2. abesse dicit, ibi comparet. Pro *merito* Pric. emendat: *medioque ignoras te Th.* quod margini itidem adscripsit vir doctus et probat d'Orv. ad Charit. I. 12. p. 17. Guielm. coniicit *in editoque.* Alius quidam *media ign. te Thessalia. Thessaliaeque consitere* G. 1. *satagae mulieres* D. a p. m. *demorsicant passim* R. f. *demorsicant* habent libri et edd. cf. p. 113.

respondet Ed. Scriv. *noctem* abest a ∂. *exertisque et* B. *inconversis* B. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. quae in textu habet *inconnivis*, sed errore typographico ut in indice adnotatum est, ubi vulgata lectio restituitur. *nec in acies* G. 1. *devertendo* D. a m. p. *divertenda* B. Scriv. et Florid. *immo nec* G. 1. et Florid.

bus Mss. defenditur *de pretio liceretur* vel *liceret.* Proprie enim *liceri* dicitur ille, qui indicat pecuniam, quanta rem emere vel conducere velit, unde et *liceri pretio asse* ponitur pro *tantiem ere.* Rem vero *pretio liceri* dicitur, quae tanti venditur vel collocatur. Sed quam Oud. proposuit coniectura *de pretio diceret* frigidissima est. Hic enim de pactione pretii inter praeconem et Thelyphronem sermo esse nequit, cum ille statim dicat p. 146. *Mille nummûm deponentur tibi*, ut pacisci cum eo non liceret. Legendum est, quod in textu ponere non dubitavi, *se pretio locaret*, i. e. *custodiam pretio quod proponitur, custodiam polliceretur.*]

comperior. [De hac forma cf. Dr. ad Liv. XXXV. 44. §. 6. et quos Eckst. ad Voss. Aristarch. Tom. II. p. 867. larga manu affert.]

puer et satis peregrinus. [*Puer* hic est *stultus.* cf. Taubm. Mercat. 4. 15. de *peregrino* cf. quae explicat D'Orv. ad Charit. I. 12. p. 275. ed. Lips.] *satis* Oud. recte exponit *valde*; cf. Munk. ad Hygin. Mythol. I. 26. Cort. ad Plin. Epist. p. 449. Broukh. ad Tibull. II. 6. 53.

Thessaliae te consistere. Dativum Oud. putat dictum esse pro: *in Thessalia*, ut nomen regionis urbium instar efferatur. cf. eiusd. dict. ad Caes. B. G. III. 7. Suet. Tiber. c. 72. ad Lucan. VIII. 108. Dr. ad Liv. Epist. XLVII. et LIX. Fest. s. v. *Troia* p. 156. Lind. *Troia, locus in agro Laurente quo primum Italiae Aeneas constitit.* [Sed hic *Italiae* non ad *consistere* referendum, sed genitivus est, qui e pronomine *quo* aptus est: unde temeraria est Scalig. coniectura *in Italia.*]

ora mortuorum p. demorsitant. [Idem de venetica narrat Lucan. VI. 564 sqq.]

Cap. XXII. *perpetem noctem.* [Adiectivum *perpes*, quod antiquissimis poëtis erat proprium, Afri postea in suum usum prae ceteris convertebant, nec raro invenitur apud Apul. Met. III. p. 179. IX. p. 613. de Deo Socr. p. 117. Florid. p. 78. Tertull. Apol. c. 18. Minuc. Fel. c. XI. §. 4. ubi cf. Daves. Martian. Capell. IX. §. 912. et I. §. 33.]

intentis. [De voc. significatione cf. quae docte exposuit Heins. ad Valer. Flacc. VII. 114. Intt. ad Prop. I. 3. 19. Forbig. ad Virg. Aen. III. 716.]

ne obliquanda quidem. Quippe cum deterrimae versipelles in quodvis animal ore converso latenter adrepant, ut ipsos etiam | oculos Solis et Iustitiae facile 145
frustrentur. Nam et aves et rursum canes et mures immo vero etiam muscas induunt. Tunc diris cantaminibus somno custodes obruunt. Nec satis quisquam definire poterit, quantas latebras nequissimae mulieres pro libidine sua comminiscuntur. Nec tamen huius tam exitiabilis operae merces amplior quam quaterni vel seni ferme offeruntur aurei. Ehem et quod paene praeterieram, si qui non integrum corpus mane restituerit, quidquid inde decerptum diminutumque fuerit, id omne de facie sua desecto sarcire compellitur.

obliquando D. [in margine adlitum est: *alii obliquum.*] *deterrime* Vicent. Venet. 4. Paris. et Bas. 1. Burmanno hic quoque placebat *teterrimae.* *adrepant* F. 1. 3. G. 1. 2. P. B. f. ∂. π. *arepant* p. *orrepant* O. *obrepant* R. L. et omnes edd. vett. *ita ipsos* D. *et* ante *Iust.* abest in D. *frustentur* G. 1. ed. pr. *sustentetur* P. in excerptis Grut. In Elm. *sustenetem*, quod tamen improbaverim, quum in G. 1. 2. et D. a p. m. legatur *substententur — frustrarentur* iunt. 2. *frustranter* Venet. 2. *et rursum can.* F. 3. G. 2. P. O. ∂. π. D. Vicent. Aldin. Venet. 4. Iunt. 1. *et ursum* F. 1. L. *et etiam canes* videtur esse in f. *et cursum canes* B. *cataminibus* Venet. 2. *catamibus* ed. Paris. *nec quisquam satis* L. *satis* abest ab edd. vett. praeter Iunt. 2. *de funere* D. a m. p. [a s. est in marg. *diffinire* ut in G. 1.] *comminiscantur* R. f. cf. ad Met. I. p. 78. *eius tam* P. *tam* abest a Bas. 1. *inexitiabilis* R. *amplior* abest a L. *ampliori* f. *ferme* non comparet in P. unde Scriver. uncis inclusit. *hem et quod* Iunt. 1. 2. Ald. *et hem* G. 2. D. B. ∂. *hiem* O. *pene* abest a R. f. *si quis* π. Iunt. 2. *de certum* D. *deminutum* ∂. Iunt. 2. cf. Oud. ad Suet. Caes. 5. *desecto* F. 3. P. D. [a m. s. est *desecta*] Iunt. 2. *desecto* G. 2. *descepto* π. *desecreto* p. In cett. est *desectum.* *sarire* D. a m. p. *sartire* Vicent. Venet. 2. *compelli* p.

ne ... quidem. Nec ... quidem, Florid. edidit contra Mss. metuens, ut Oud. credit, concursum vocalium; quamquam *ne quidem* dicitur, licet vocalis sequatur; cf. Apul. Met. IV. p. 283. VII. p. 474. Burm. et Grou. ad Suet. Tib. 15. ad Donat. de vita Virgil.: *Ne Homero quidem.* [Neque vero temere sed ex Mss. hoc a Florido factum esse, vindicat unus G. 1. in quo *nec* exhibetur. Sed res est tritissima.]

versipellis. [Proprie ita nominatur *chamaeleon,* quia colorem mutare creditur; cf. Gloss. Philox. *versipellis χαμαιλέων,* deinde homo, qui de homine fieri solet lupus, cf. Gloss. Phil. *versipellis χαμαιλέων καὶ λυκάνθρωπος*; cf. Plin. Hist. N. VIII. c. 22. 34. ibiq. Hard. Tum eum significat, qui *pellem* i. e. *formam* et *naturam suam pro arbitrio immutat:* unde hic de strigis mulieribus dicitur; quae quamlibet formam induentes custodem fallere tentant. Ita appellatur *versipellis Circe* apud Arnob. IV. 14. et V. 35. *versipellibus scriptas modis* cf. Creuz. ad Cic. de N. D. III. 22. p. 598.]

arrepant. Defendi potest *obrepant,* quod de somno sensim et clanculo adveniente usurpari docet Oud. ex Rutil. Itin. I. 305. ibique Barth. cf. Heins. ad Ovid. Met. VII. 155. Sed nihil mutandum esse cum eodem censeo, quum *arrepere* semper clandestini quid includat, quod simplici iam indicatur; cf. Graev. ad Cic. Verr. II. 3. 68. §. 158.

oculos Solis et Iustitiae. De oculis apertis Iustitiae, quibus saepe apud veteres ea depingitur, Oud. conferri iubet Apul. Met. III. p. 184. Suid. s. v. *καθεῖσαι* et *Δίκης ὀφθαλμός* ibique Küster. Ammian. Marc. XXIX. 2. Spanh. de Praest. N. Diss. VIII. Tom. I. 466. Montfauc. Antiq. Expl. III. c. 9. [de Sole cf. Burm. ad Ovid. Met. IV. 227, 228. Plura dicam ad Apul. Met. III. p. 184.]

rursum. Bene revocat Oud. scripturam *rursum*, quod quamquam *ursus* de quavis fera maiore dicatur; cf. Oud. ad Veget. II. 16. [Miscell. Observv. Vol. VIII. T. II. p. 244.] tum non *ursum* sed *ursos* poni debuerit, locique sententia alterum necessario requiratur. Nam si sagae fallere attentos homines tentabant, non in feras illas se transformant magnasque bestias sed minores domesticas illas ac velocissimas.

diminutum. Rectius dici hic *deminutum* quam *diminutum* Oud. comprobat ex adnot. sua ad Suet. Caes. c. 5. [Magna adhuc est V. D. de his compp. disceptatio. Oud. enim d. l. et Ochsn.

Digitized by Google

CAPUT XXIII.

146 | His cognitis animum meum commasculo; et illico accedens praeconem: Clamare, inquam, iam desine. Adest custos paratus; cedo praemium. Mille, inquit, nummum deponentur tibi. Sed heus iuvenis, cave diligenter principum civitatis filii cadaver a malis Harpyiis probe custodias. Ineptias, inquam, mihi narras et nugas meras. Videre hominem ferreum et insomnem, certe perspicaciorem ipso Lynceo vel Argo et oculeum totum. Vix finieram: et illico

1 *His praecognitis* f. *animum merito comm. d. cum masculo* Vicent. Venet. 2. *icedo praem. d.* unde Oud. coniecit *mi* pro *mihi cedo. caedo* Vicent. Venet. 2. *inquam* Iunt. 1. pro *inquit* ante *nummum. nummum* vel *nummum* F. 1. 3. G. 1. 2. D. (a m. p.) O. P. M. In cett. est *nummi* ut etiam in edd. vett. praeter Iunt. 2. *deponuntur* G. 2. D. P. *diligenter ut primatis* pro *diligenter principum* G. 1. 2. D. P. L. R. O. qui *filii* non agnoscunt. In G. 1. litura est vacua maior quam pro voce *filii*. pro *primatis* in f. est *privatis. principium* Venet. 2. et Vicent. *civitatis* D. a m. p. *huius* quod ante *filii* multi inserunt abest a F. 1. 3. B. ed. pr. Vicent. *cadavera malis* F. 3. Vicent. *harpyis* G. 2. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *harpis* D. a m. p. Venet. 4. *harpiis* Paris. et D. a m. s. *arpys* G. 1. *varias* pro *narras* d. *et* ante *nugas* abest a G. 1. *etiam ins.* f. *insomnem, certe persp.* Iunt. 2. Vicent. *perspicatiore* Venet. 2. *ipso* exulat a R. f. *lince* vel *lynce* G. 1. 2. D. O. f. P. B. d. L. R. *linceo* Venet. 2. Iunt. 1. Ald.

Ecl. p. 13. *diminui* docent rem dici quae decrescat, *diminui* quae dissecetur in partes et destruatur. Alii ut Mos. ad Tusc. I. 28. p. 226. II. 24. p. 589. omnino negant *diminutio* latine posse proferri. Equidem Oud. sententiam comprobo, quamquam hic *diminutum* ita possit defendi, ut non de toto membro quod desecabant mulieres sermo fiat, sed de facie hic illic demutilata et decerpta quaeque ita in diversas partes destructa est. Quantopere compp. in *de* et *di* a librariis commutentur, prae ceteris illustravit Dr. ad Liv. VII. 23. §. 6. Heins. ad eund. III. 52. Broukh. ad Tibull. I. 5. 40. de eorum discrimine egerunt Burm. ad Ovid. Met. IV. 91. XII. 108. Haud. ad Gron. Diatr. T. I. p. 557. sqq. Garat. ad Cic. Verr. II. 7. 20.]

desecto. Sarcire enim id membro desecto de sua facie custos debebat. Nam id quod ex alterius facie desectum est, non potest de sua facie desecari, sed similia possunt membra.

CAP. XXIII. *mille nummum* restituit Oud. ex codd. coll. Gron. de Pec. Vet. I. c. 10. II. 4. p. 77. eund. a Gell. I. lb. et sua ad Caes. B. C. III. 84. Met. VII. p. 452.

principum civitatis filii. Oud. voluit *principium* de qua genitivi forma excitat Dr. ad Liv. II. 27. Duk. ad Flor. III. 21. §. 3. et sua ad Caes. B. G. IV. 3. [cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 625.]

nugas meras. [*Nugae* sunt *ineptiae* et *res incredibiles.* Ita apud Mart. Cap. I. §. 2. pro *nugales ineptias*, quod ex cod. legit Zinzerl., scribendum est *nugas* et *ineptias* vel quod multi probant *nugulas ineptas*; cf. Mart. Cap. IX. §. 1000.]

perspicaciorem ipso Lynceo. [De acerrimo Lyncei obtutu, quo quercus, coelum, mare, vel ipsum Tartarum penetrare poterat cf. Apollod. III. 10. 31. Fea. ad Horat. Sat. I. 2. 90. et ad Epist. I. 1. 28. Hyg. fab. 14. p. 46. *Ex his Lynceus sub terra quaeque latentia vidisse dicitur neque ulla caligine inhibebatur. . . Is cum descendebat, et aurum subito ostendebat. Subito* c. Scheffer non eiiciendum est. Sicubi enim ille sub terram descendebat *subito* i. e. *vestigatione non instituta et statim* aurum videbat. cf. Burm. qui omnia de illo veterum testimonia accuratissime collegit in Catalog. Argon. praemisso Val. Flacco. Si codd. Florent. adstipularentur, *Lynce* retinerem ex ceteris codd. Ut enim *Perses*, *Achilles* formae apud optimos scriptores inveniuntur, ita quoque *Lynceus* et *Lynces* defenditur; cf. de hac terminatione Heins. ad Vell. I. 9. Förtsch. ad Voss. Arist. I. p. 427.]

Argo. [Macrob. Sat. I. 19. Intt. ad Ovid. Amor. III. 4. 19. Ovid. Met. I. 624. sqq.]

oculeus. [Vox est Plautina eodem

me perducit ad domum quampiam, cuius ipsis foribus obseptis per quamdam brevem posticulam intro vocat me | *ad* conclave quoddam obseratis luminibus umbrosum; de|monstrat matronam flebilem fusca veste contectam, quam [125] 147

perducit F. 3. G. 1. 2. D. O. ∂. Iunt. 2. *perduxit* f. R. π. ed. pr. *producit* F. 1. *perducunt* B. *produxit* in reliquis edd. vett. *per q̄dam* Ms. al. teste Colv. *postulam* pro *posticulam* ∂. *et conclave quoddam obseratis luminibus umbrosum, demonstrat matronam* F. 1. 3. *et cum clavem quadam obs. l. umbrosam dem.* G. 1. *cum clave quadam obs. l. umbrosam* G. 2. O. ∂. f. *cum clave quandam obs. l. umbroram* D. *quadam* etiam est in P. *et conclave quoddam obseratis liminibus umbrosum demonstrat cubiculum matronam flebilem* omnes edd. vett. habent praeter ed. pr. et Iunt. 2., quae *luminibus* praebent. *Liminibus* etiam est in P. in excerptis Gruter. ∂. O. *et* ante *demonstrat* quod in edd. poster. aliquot comparet equidem in nullo cod. inveni. *flebilem* abest a ∂. *conteptam* G. 1. *contextam* Vicent. et Venet. 2. *qua* Ms. alius teste Colv. G. 2. D. P. p. *quam proper* F. 3. *quam*

sensu dicta Aulul. III. 6. 19. cf. Heins. ad Petron. c. 55. p. 353. Ursin. ad Fest. p. 186. Lindem. Ita Fest. d. l. *oculissime* explicat *qui clare aspicit*, Plaut. Curcul. I. 2. 28. excitans, quamquam in eo videtur errasse, quod ibid. I. 1. 16. 17. [p. 110. et 186. Lind.] *oculissimum ostium* legens *carissimum* interpretatur. Nisi bis eadem glossa repeteretur, emendarem Festum *occlusissimum* [ut scribi debet] *durissimum. Durae* enim apud poetas *fores* saepius nominantur, quae introitum amantibus denegant cf. Prop. I. 16. 18. ibiq. Intt. Barth. in Advers. XXXIII. 12. p. 1526. non male legit: *totus oculus.*]

perducit. Hoc ob seq. *introvocat* et *demonstrat* c. optt. codd. praeferendum est. De *producere* et *perducere* cf. Burm. ad Prop. I. 3. 39.

luminibus hic de *fenestris* dici notandum est; cf. Ferr. et Zinzerl. ad Val. Flacc. IV. 28. [Heins. Advers. II. 3. p. 232.]

ad conclave. Ita ex coniectura in textum recepi, quia illud *et* locum nimis perturbat, nec ullo modo confirmari poterit. Oud. Ferrarii sententiam amplexus est, qui *conclave quadam obs. lum. umbrosa* sc. *cella, domo, parte* emendaverat. Sed hoc minus placet, quod *conclave* non habet quo referatur. Quam facilis sit particularum *ad* et *et* permutatio, inde possumus assequi, quoniam in Mss. saepius *at* et *aput* scriptum legimus. cf. Mar. Vict. Art. Gr. p. 2457. Conspect. Orthograph. edit. Moser. Cic. de Republ. affixus p. 624. s. v. *set*, Virg. G. III. 329. Ita non raro *ad* et *at* permutantur; cf. Misc. Obs. Vol. III. P. I. p. 56. Hand. Turs. I. p. 134. Alias iam correxi in *conclavi quodam obseratis luminibus umbroso mihi demonstrat*, quod per compendium m̄ facile in *umbrosam* et deinde in *umbrosum* abire poterat.]

flebilem [i. e. *quae flet.* cf. Gruner. ad Sedul. Carm. 3. 13. Minuc. Fel. XXX. §. 3. Ovid. Amor. III. 6. 68.]

fusca veste contectam. [Quo modo fieri potuerit, ut hic locus tantas facesseret interpretibus molestias, vix est, quod intelligas. Quum enim Imperatorum temporibus mulieres Romanae lugentes *albis* uterentur vestibus, Lips. in Exc. ad Tac. Ann. II. 75. haec *atra* vestimenta ita explicat, aut quo priscum morem in mente habuerit Apuleius aut quod alius mos in provinciis obtinuerit, ubi hoc evenisse narratur, ritu videlicet inter Graecos retento, apud quos viros et feminas *nigras* vestes gestasse constet; cf. Intt. ad Petron. c. 133. p. 823. sq. cf. Morestell. de pompa feral. II. 25. in Graev. Thes. Tom. XII. p. 1396. Apul. Met. III. p. 185. VII. p. 498. Graecos enim raro tantum ab hac quidem consuetudine recessisse, mihi omnino comprobatur, nec est cur hic aliud quid statueris. In Graecia enim res accidit, Thessalis est femina, Thessali mores, nec si saepius res Graecas et Romanas inter se auctor commiscuit [ut p. 149. *boni Quirites*], ubique id fecisse putandus est. Ad hunc igitur locum provocare ii non debebant, qui vel ipsis Imperatorum temporibus matronas pullatas incessisse contendunt. Omnium optime de his lugentium vestibus egit Lips. in Exc. ad Tacit. l. d., ubi cf. praeterea quae Ru-

Digitized by Google

propter adsistens: Hic, inquit, auctoratus ad custodiam mariti tui fidenter accessit. At illa crinibus antependulis hinc inde dimotis, etiam in moerore luculentam proferens faciem | meque respiciens: Vide oro, inquit, quam expergite munus obeas. Sine cura sis, inquam, modo corollarium idoneum *compara*.

148

CAPUT XXIV.

Sic placito ocius surrexit et ad aliud me cubiculum inducit. Ibi corpus splendentibus linteis coopertum, introductis quibusdam septem testibus, manu

prope F. 1. *δ. π.* [eadem confusio est in codd. Sall. Cat. LIX. §. 3.] *a sistens* Venet. 2. *hinc inquit* p. *ac illa δ. demotis* F. 1. *δ. π.* L. prave. *comatis* f. *et in π.* G. 1. *in moerorem δ. luctulentam* M. quod hic et Lib. IV. p. 201: *et faciem illam luculentam* Sopingio placuit. Sed *luctulentus* vox est nihili, et si *luctuosum* significet, non exprimit mentem Apulei, qui ait mulieri etiamsi tristissimae, faciem tamen fuisse pulcherrimam. *luculenta* p. *praeferens π.* et ed. Scriv. *respiciens* F. 1. 3. Elm. Scriv. Pric. et Florid. In cett. est *respectans* quod nisi optimi codd. adversarentur, iubens reciperem. E suo cod. etiam comprobavit d'Orv. ad Charit. V. 9. p. 198. ed. Lips. *quam* abest a L. *minus* G. 2. *nimis* D. a m. p. [in marg. a m. *n. alii munus.*] *obycis* pro *obeas* O. a m. p. *comparas* in omnibus codd. et edd. legitur.

Hic placito F. 3. D. a m. s. in margine p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. *sic placito* Iunt. 2. In cett. est *quo placito*. *ocin* F. 3. *occiter* G. 2. D. *ocius* p. et omnes edd. vett. [ut equidem ex vestigiis F. 3. recepi.] *ocyter* f. In cett. exstat *ociter*. *alium δ.* f. *illud* p. et B. cum edd. vett. praeter Iunt. 2. de hac permutatione cf. Ruhnk. ad Vell. I. 4. 2. Hoc dictum est, quasi cadaver in eodem obscuro conclavi fuerit, quo sedebat matrona et in illud nondum intrarit Telephron, sibi antea modo monstratum. *septem* adiectum a sciolo quodam, qui septem testes in testamentum adhiberi didicisset, sententia est Wowerii, quam Elm. Pricaeus et Florid. comprobantes, uncis vocem incluserunt.

pert. Tom. II. p. 529. addidit, Ferrar. de re vest. l. 23. in Graev. Thes. Tom. V. p. 662. Plut. Quaestt. Rom. 27. Morestell. l. c. c. 26. Kirchm. de Funer. Rom. II. 17.]

propter. Hanc praepositionem de *loco* dici notissimum est; cf. Comment. ad Ovid. Met. V. 159. Frontin. II. 3. 23. [Dr. ad Liv. Epit. XLIX.]

crinibus hinc inde dimotis. [De crinibus in moerore et luctu apud Graecas et Romanas mulieres solutis et dependulis cf. Munk. ad Hygin. CXCII. p. 321. Morest. l. c. II. c. 35. p. 1401. Forbig. ad Virg. Aen. III. 65.]

compara. [Quem codd. Oud. et mei omnes praebent indicativum *comparas* nullo modo defendam, quum nullibi hic modus particulae *modo* adiunctus nec legatur nec legi possit. cf. Hand. Turs. III. p. 634. Dr. ad Liv. III. 53. Imperativum *compara* primum invexit Scaliger., cui sequentes paruerunt, quod cum eo saepissime ita *modo* coniungitur; cf. Ovid. Art. Am. I. 270. 477. al. Ego ita in textu ponendum curavi, quia in sqq. ex Iunt. 2. et ex vestigiis cod. Florent. 3. lego: *Sic placito*, ut prima sequentis vocabuli littera antecedenti *compara* adhaeserit.]

CAP. XXIV. *splendentibus linteis coopertum*. [Mortuos nobiliores albis vestibus obvolutos, vilibus pannis paupores elatos esse docet Kirchm. de Funer. I. p. 51. sqq. cf. Lindenb. ad Ammian. XVI. 8. Cort. ad Lucan. VI. 536. cf. de *matronis vestibus honoratis* Turneb. Advers. XXIII. 7.]

quibusdam septem testibus. Pronomen *quidam* numeralibus addi solet. cf. Apul. Met. III. p. 169. IV. p. 251. X. p. 700. Cic. de Orat. II. 86. §. 353. de Invent. II. 51. §. 153. Suet. Caes. 34. Hyg. Astron. II. 23. Gell. III. 7. ubi vid. Gronov. Graece item dici *τίς* docent Heins. ad Theocrit. Idyll. c. 2. Moll. ad Long. Past. p. 43. [cf. Bernh. Synt. L. G. p. 442. not. 91. Ita apud Platon. de Rep. X. p. 601. *τινὰς τρεῖς τέχνας* non nulli codd. male *τινὰς* omittunt.]

Digitized by Google

revelat; et diutino usu *perfleta*|, obtestata fide praesentium singula demonstrat 149
anxie, verba concepta de industria qûodam tabulis praenotante. Ecce, inquit, nasus integer, incolumes oculi, salvae aures, illibatae labiae, mentum solidum. Vos in hanc rem, boni Quirites, testimonium perhibetote. Et cum dicto consignatis illis tabulis facessit. At ego: Iube, inquam, domina, cuncta quae sunt usui necessaria nobis exhiberi. At quae, inquit, ista sunt? Lucerna, aio, praegrandis et oleum ad lucem luci suffi|ciens et calida cum oenophoris et ca- 150

usu perfleto F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. R. f. ed. pr. Vicent. Venet. 2. In cett. est *risu* [cf. Liv. I. 20. §. 7. Apul. Met. II. p. 149.] *praefleto* O. ∂. L. Venet. 4. Bas. 1. Colv. *defleto* ed. Scriv. In cett. omnibus *perfleto*. *fide* F. 3. G. 1. 2. P. Z. In cett. est *fidem*. *Verba concepta* F. 1. 3. B. et edd. vett. omnes. *umbra contecta* G. 1. 2. D. π. *membra contecta* R. f. ∂. O. Mira est confusio. *quadam* f. Bas. 1. et Colin. *ex notante* quod in suis excerpiis G. 1. Oud. invenit, ibi non comparet sed *praenotante*. *illabata labia* F. 1. B. *prohibete* G. 2. D. P. *cum digito signatis* O. *ac ego* ∂. pro more. *dona* pro *domina* f. *risui* L. et vir doctus in marg. Vicent. quam habuit Oud. *exhiberi nobis* G. 2. D. P. *atque inquit* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. *illa* pro *ista* R. f. *lucernam* P. *aio* deest in f. *luci sufficiens* absunt a β. et P. Faber glossema putat esse verborum *ad lucem*. Reins. potius coniecerat *ad diluculum suff.* vel *ad diem* vel *lucem nuni*. *calidam* G. 1. *aqua* pro *calida* Vicent. et Venet. 2. *enopharis* G. 1. *anuphris* ∂. *vinophoris* O. *estonophoris* f. *exonophoris* D. a m. p. *cenophoris* ed. pr. Vic. et Venet. 2. *aenophoris* Venet. 4. Par.

usu perfleto. [Ita emendo Codd. Florentt. secutus, etsi Oud. *risu praefleto* praeferat. Quid enim sibi velit *cultum praeflere*, equidem non satis capio: licet defendi possit, tamen propter sententiam displicet. *Usu* hic idem est quod *ritu*, *more*, uti Corippus dicit L. III. 44. de fun. Iustin. *funduntur lacrymae ritu niris — perfleta* vero dictum est sensu activo ut *fleta* Met. VII. p. 498. pro *flente*, praepositione *per* verbi vim adaugente. *Diutino* vero est adverbium pro *diutine*, cuius formam in multis adiectivis Apuleius praetulisse videtur: cf. Met. I. p. 69.]

obtestata fide. [*Fidem*, quod in nonnull. codd. invenitur, imperitiae debetur librariorum, qui *obtestari* passive proferri nesciebant. cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 753. *Detestari* eodem modo legitur Apul. Apol. p. 512.]

singula anxie demonstrat, verba concepta. [Hanc ex Mss. recepi lectionem, Oud. librorum dissensionem ita conflavit, ut *demonstrat anxie membra contrectata* [vel *contrectans*] *verba concepta* scriberet. Sed quomodo illud *membra contrectata* in textum subrepserit, vix potest intelligi, praesertim quum hoc additamentum non necessario requiratur, quoniam quisque ab initio iam divinet, quid in mente sit feminae, testium usu integrum et incolume corpus traditum iri custodi probaturae. Vel si hoc non placet, *membra* ex reliquis Mss. recipias, quod propter sequentis vocabuli litteras et sonum similes facile effugere librariorum oculos poterat.]

illibatae labiae. Ex Florent. 3. optimo aliisque Mss. femininum *labiae* praetuli eademque forma Apul. Met. III. p. 220. VII. p. 451. X. p. 709. 719. 732. legitur ubi Mss. saepius variant. De discrimine, quod nonnulli ut Donat. ad Ter. Eun. II. 3. 44. inter utramque formam statuunt et ab Oud. improbatur, cf. Dr. ad Sil. Ital. VIII. 115. [Doed. Syn. V. p. 154. cf. Mos. ad Cic. de Nat. Deor. I. 8. p. 35.]

cum dicto consignatis. [Quod in d'Orvill. cod. legitur *cum digito* quamquam ineptum est, inde tamen ortum videmus, quod *dictum* in *digtum* mutabatur. Haec enim syncope apud poetas potissimum occasionem dedit corruptelis, ut apud Lucil. Aetn. c. 189. sqq. mendosum locum ex Mss. ita restituo:

Nunc opus artificem incendit causamque reposcit
Non illam *parvi aut tenuis discriminis ignis*;
Mille sub *exiguo* [sc. tempore] *ponunt* ibi pignera vero,
Res oculique docent, res ipsae credere cogunt.
Quin etiam tactu moneam contingere, *tacto*
Si liceat, prohibent flammae custodiaque *igni*
Illi *operum est*, *arcens digtis* [Mss. *dictis*] divinaque rerum
Cura sine arbitrio est.

Impedire c. dat. legitur apud Varr. IX. §. 14. p. 203. Müll. unde *arcens digtis* defendi possit vel si mavis scribe

Digitized by Google

lice coenarumque reliquiis discus ornatus. Tunc illa capite quassato: Abi, inquit, fatue, qui in domo funesta coenas et partes requiris, in qua totiugis iam diebus ne fumus quidem visus est ullus. An istic comissatum te venisse cre-
151 dis? Quin sumis potius loco congruentes luctus et lacrymas|? Haec simul dicens respexit ancillam, et Myrrhine, inquit, lucernam et oleum trade confestim, et incluso custode cubiculo protinus facesse.

certarumque pro *coenarumque* f. *quassato* F. 1. 3. [Sed F. 3. in margine adlitum est ab eadem manu *quassanai*. In cett. codd. et edd. vett. est *quassanti*. *totiugibus* G. 1. 2. D. P. π. [sed cf. ad de Deo Socr. T. II. p. 138.] *nec fumus quidem* G. 1. 2. δ. D. *ullis* p. *at istic* Venet. 4. *ac istic* Paris. *istuc* M. *comisatum* F. 3. Colv. Vulcan. Scal. Wower. *comensatum* β. M. *concersatum* G. 2. D. a p. m. P. In cett. est *comessatum*. *com. te venisse in aedibus credis* β. *te credis venisse* G. 2. D. *venis credis* Venet. 4. *simus* pro *sumis* G. 2. D. [in marg. a m. s. *summis*] P. L. *sumus* Venet. 2. 4. *loca cong.* G. 1. *lacrymans* R. f. quod ferri potest, si transponis *Lacrymans et haec simul dicens*. *ancillulam* G. 1. 2. D. P. f. π. *myrrene* F. 1. 3. G. 1. 2. D. f. δ. L. O. *myrrhene* P. ed. pr. Iunt. 2. Paris. *Myrehene* Venet. 4. *Byrrhenne* Iunt. 1. Ald. Colin. *tradus* G. 2. D. *tradas* P. *facesse sit desolatus* F. 1. 3. *facessit desolatus* G. 1. 2. D. P. L. R. δ. f. *facesse* edd. omnes vett.

digtos. De forma *digtis* et similibus cf. Heins. Adv. III. 14. p. 499.]

ad lucem luci sufficiens. Est perelegans allusio ad varias *lucis* notiones, ut et h. l. primum *diem* deinde *lumen* significat; cf. Oud. ad Suet. Caes. 31. Stat. Theb. I. 435. Sil. V. 308. X. 104. Contra. *lumen* pro *luce* ponitur Met. V. p. 346. Burm. ad Virg. Aen. II. 603. [qui male inter utrumque ita discernit, ut *lux* de sole *lumen* de facibus, taedis et lychnis usurpetur. Meliora docebit Doed. Syn. II. p. 66.]

capite quassato. Ita ex optimis libris scripsi, quamquam scio *caput* etiam *quatere* s. *quassare* dici sc. prae indignatione motum. cf. Met. III. p. 233. VIII. p. 559. [ubi nullam Codd. invenio discrepantiam] Plaut. Asin. II. 3. 23. Bacch. II. 37. Serv. ad Virg. G. I, 74. Burm. ad Aen. V. 469. Sil. VI. 600. [cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 861. *Caput quatere* summe est irati; cf. Barth. Advers. XXXVI. 13. p. 1653. Rup. ad Iuv. Sat. II. 130. p. 98. Doed. Syn. IV. p. 37sq.]

in domo funesta. Paul. Silent. I. 21. *qui luget abstinere debet a conviviis, ornamentis et alba veste.* [cf. Iuv. Sat. III. 214. ibique Schol. *non incendium laris nostri aut prae tristitia aut propter casum nec focum in domo fieri patimur, quod et lugentes observare solent:* ubi cf. Cramer. p. 104. Huschk. ad Tib. I. 1. 6. Kirchm. de Fun. IV. 11. p. 418. Intt. ad Petron. c. III. p. 662. Morestell. Pomp. Fun. IX. 7. in Graev. Thes. Tom. XII. p. 1462.]

coenas et partes requiris. [Cramero ad Schol. Iuven. Sat. III. 214. quum vocabulum *partes* displiceret, minus feliciter *paropsides* coniecit, de quibus cf. Voss. Etym. s. v. et Ursin. Append. ad Ciaccon. de triel. p. 358., quod et nimis a ductu literarum recedit nec a sententia quidem comprobatur; *Partes* enim sunt *portiones* δαιτὸς, ut bene demonstrant Intt. ad Petron. c. 33. p. 180. Buleng. de Conviv. I. 2. in Graev. Thes. T. XII. p. 56. et II. 2. ibid. p. 107. Gron. ad Stat. Diatr. c. 13. p. 128. Hand. Si quid mutari licet, equidem scribo *pateras* i. e. *pocula.* Neque enim negandum est, non satis apte coniungi *coenas* et *partes*, quae quomodo inter se differant non perspicitur. Quum vero Lucius tria postulasset; *pocula, coenas* et *lucem*, tertium vero tantum feminae tristitia ei concederet, et *coenae* ab ea denegarentur, vinum quoque commemoraretur necessarium fuisse puto, de *pateris* cf. Isid. Orig. XX. 5. 2.]

istic contra Oud. defendo, qui *istuc* ex M. praefert, quod non ad *venisse* sed ad *comissatum* referri debeat.

comissatum. [Codd. magna est in huius vocis orthographia dissensio ita tamen, ut optt. fere semper *comissare, comissatio* praebeant; cf. Spalding. ad Quint. Inst. XI. 13. §. 57. Walth. ad Tacit. Hist. I. 30. II. 76. Fea ad Hor. Od. IV. 1. II. Qui a *mensa* illud petunt, *commensari* vel *commessari* scribi volunt, ut in M. et β. apud Apuleium et nonn. codd. Quint. extat. Oud. de hac voce adiri iubet Dr. ad Liv. XL. c. 7. cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 906.]

Google

CAPUT XXV.

Sic desolatus ad cadaveris solatium, perfrictis oculis et obarmatis ad vigilias animum meum permulcebam cantationibus. Cum ecce crepusculum et nox provecta et nox altior et deinde concubia altiora et iam nox intempesta, mihique oppido formido cumulatior quidem, cum repente introrepens mustela contra me constitit | obtutumque acerrimum in me destituit; ut tantillula ani- 152
malis prae nimia sui fiducia mihi turbarit animum. Denique sic ad illam: Quin

acadaveris D. *perfrictisculi sed* pro *perfrictis oculis sed* F. 3. G. 2. *perfricti soculi sed* D. a m. p. *perstrictis* L. δ. *perfrigiduscule sed obrimas* π. *perfritis oculis sed obrumatis* G. 1. *perfrutis* f. *sed obarmatus* L. f. δ. *et obarmatus* G. 2. D. P. *cantionibus* P. *cum statim ecce* Bas. 1. *et nox altior* haec ut glossema delenda putat Wower. Lindenbr. legit in F. 1. *et mox altior* sed nihil muto. D. habet *nos altior*. *et dum* pro *et dein* O. *et in* π. *de in conc.* G. 1. *dein conc.* D. P. f. et edd. vett. praeter ed. pr. Iunt. 2. Vicent. quae cum reliquis libris habent *deinde*. *concubiã* p. *altiora* abest a P. *etiam* F. 3. G. 1. 2. D. P. *mustula* f. *circa me* omnes edd. praeter Venet. 4. et Paris. [sojita aberratione, cf. Dr. ad Liv. XXXVII. 15. §. 7. Oud. ad Front. I. 4. 7. ad Suet. Tib. 4. ad Apul. Met. VII. p. 492. 500. Intt. ad Quint. Inst. IV. 2. §. 12. et §. 19.] *constitit* P. in excerptis Gruter. *obtuitumque* δ. *acerrimum* G. 1. [ut semper exhibet] Vicent. *destitit* f. R. *nec tant.* f. *tantillula animalis* F. 1. 3. G. 1. 2. P. L. R. f. O. δ. Z. *tantillulum animal* B. et D. a m. s. *tantillum animal* p. In cett. est *tantillum animalis*. *praesentia sui fiduciam mihi turbarit et animum* φ. quod male Scriver. et Pricaeus, *sua* exprimens probarunt. Non tam *praesentia mustelae* erat perturbatus Telephron, quam fiducia eius, quia *obtutum acerrimum in ipso defixerat*. *turbarerit* F. 1. D. a m. s. in margine.

Cap. XXV. *sic desolatus* [i. e. *solus relictus* de qua voc. significatione egregie disputat Burm. Anthol. L. T. II. p. 8.]

perfrictis. [cf. Wow. ad Petron. 22. p. 106. Burm.]

crepusculum. [Hanc vocem diverso modo et de nocte et de matutino tempore dici, saepius iam a viris doctis observatum est cf. Munk. ad Fulgent. I. p. 601. Stav. et Burm. ad Anthol. Tom. II. p. 308. Rectius vero dici *de nocte*, ex hoc ipso Apul. loco intelligitur.]

concubia altiora, sic ex Mss. e. Oud. recepi. Bene iam Oud. contulit Plaut. Trin. IV. 2. 44: ubi *concubium noctis* pro *concubia nox* [cf. Kopp. ad Mart. Cap. I. §. 37. p. 82. Macrob. Saturn. I. 3.] positum invenitur. Sed idem dubitat, an unquam pluralis defendi possit, qui nuspiam alias reperiatur; unde *concubia* ad praegressum voc. *nox* referens pro glossemate delevit *altiora*, quasi a priori *altior* exortum. [Accuratius vero si locum perspexeris, ita eius concinnitatem perturbari intelliges, quoniam subst. *nox*, quoties alia incipit temporis descriptio, ubique adpositum comparet, *nox provecta*, *nox altior*, *nox intempesta*, ut h. quoque l. addi deberet, si *concubia* ad id referendum esset. Haec vero pluralis forma apud Apuleium me non offendit, quippe qui multa novaverit. *Concubium* praeterea usurpavit Serv. ad Aen. II. 268. Censorin. de d. nat. c. 24. Varro de L. L. VII. p. 357. Speng. Eandem fere temporis descriptionem invenies apud Fronton. Epist. ad Marc. Caes. II. 9. p. 54. ed Rom.]

mustela constitit. De sententia compara sis Ael. XV. de Anim. c. 11. *νεκροῖς ἀνθρώποις ἐπιθέντα γαλαῖ καὶ μὴ φυλαττόμενα ἐπιθεοῦαν καὶ συλλῶσι τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ἐκφορῶσι.*

in me destituit. Bene contra nonn. codd. hanc lectionem Oud. tuetur, quum *destituit* idem significet quod *defixit*; cf. Gell. X. 3. Dr. ad Liv. XXXIII. 10. §. 5. [Miscell. Observ. Vol. VII. Tom. III. p. 334. Graev. ad Cic. Epist. ad Fam. IX. 22. prine. Taubm. ad Plaut. Rud. III. 5. 43. Broukh. ad Tibull. I. 1. 15. qui *deserere* eodem modo dictum putat.]

tantillula animalis. *Animalis* substantive dicitur genere feminino. cf. Apul. de Mundo p. 338. 352. 369. Sic etiam *animans* usurpatur. Cic. de Legg. I. 9. §. 26. ibiq. Intt. Cic. de Off. I. 28. §. 97. Gron. ad Liv. XXVIII. c. 27. §. 16.

Digitized by Google

abis, inquam, impurata bestia, teque ad tui similes musculos recondis, antequam nostri vim praesentariam experiaris? quin abis? Terga vortit et cubiculo
153 protinus exterminatur. | Nec mora: cum me somnus profundus in imum barathrum repente demergit, ut ne deus quidem Delphicus ipse facile discerneret, duobus nobis iacentibus quis esset magis mortuus. Sic inanimis et indigens
[126] alio cu|stode paene ibi non eram.

CAPUT XXVI.

Commodum noctis inducias cantus perstrepebat cristatae cohortis. Tandem expergitus et nimio pavore perterritus cadaver accurro, et admoto lumine re-

imputata G. 2. D. *impyta* P. *incurata* Bas. 1. *impura* edit. Florid. *bestiola* f. et Bas. 1. *ac tui* L. f. R. *teque atque* G. 1. 2. D. O. P. *δ*. *tuis* R. *tu* Venet. 4. *similis* edd. vett. *silens* f. *simul* p. *masculos* F. 1. *maestulos* P. *mostulos* G. 2. *mustulos* D. (in marg. *alii musculos.*) *mustelos δ*. *musculas* R. Scriv. emendat *mustelas*, qui videtur non potuisse concoquere *mustelam* in *murium* genere poni. Sed iis illam adscribit Telephron prae indignatione per contemtum et contumeliam, ut bene advertit Floridus, nisi malis c. Oud. *mustelulas*. *nostri* abest a *δ*. *nostrum* f. *mei* p. *praesentem al. praesentium* L. *praesenturiam* D. *experius* R. f. *et terga δ*. *vertit* G. 2. *δ*. ed. Florid. *vertist* D. a p. m. *exterminatus* G. 1. *anime* pro *cum me* f. *reptem* P. pro *repente*. [Quid si legas *repentem?* de qua forma antiqua cf. Intt. ad Val. Flacc. II. 91. et 478. et ad Virg. Aen. XII. 313.] *demurgit* G. 2. *nec ... discernet, duobus* etc. *P. esset. δ*. Lipsius margini adlevit *e duobus*. *Delphycus* D. *decerneret* legendum esse autumat Gron. sive *diiudicaret et certi quid statueret* cf. Dr. ad Liv. VII. c. 9. Suet. Calig. c. 25. Nihil tamen temere in Apuleio mutandum esse c. Oud. existimo. *inanimis* abest ab *δ*. *inanis* p. *custode paene: ibi* male distinguunt nonnullae edd.

commode P. p. Pro *noctis* malebat Lips. *nocti*. *cunctos* pro *cantus* R. f. *perstrepebat* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *cristatae gallorum cohortis* f. R. L. Colv. Vulc. Basil. 2. ex glossa sane conspicua. *crista* R. f. *cohortatis* p. *tandem* abest a G. 1. *cadavere acc.* Ald. unde Groslot. faciebat *cadaveri — occurro* f. *et amoto linteo* B. *commoto* p.

Mart. Cap. I. §. 68. p. 112. [ubi legendum est *cunctarumque species animantium*. Male enim *cunctorum* Koppius praefert, si quidem non de bestiis solis Martian. loqui videatur. Deceptus enim ille est Goerenz. ad Cic. de legg. l. c. p. 39. et de Fin. IV. 11. p. 453. sententia *haec animans* dici *quodvis animal* et *hic animans* intelligens *animal rationis compos*. Contrarium iam probat Lucret. III. 267. et II. 668. ubi cf. Forbig.]

quis esset magis mortuus. [cf. Charit. I. c. 10. τεκρότερον τῆς τεθνεώσης ubi cf. d'Orvill. p. 266. ed. Lips.]

Cap. XXVI. *Commodum noctis inducias.* [Sunt proprie *inducine* pax in paucos dies, ut Varro explicat apud Gell. I. 25. *inducine sunt belli ferine* et ita emendandae sunt glossae Isidor. p. 682. *inducias — pax per bellum manens* et p. 683. *inducias — belli intervallum i. e. pax bello manente*. Hic *inducine noctis* appellatur quies, quae est laborum et miseriarum quibus homo die pugnat cessatio.]

cantus perstrepebat. Divinaverat olim Qual. *praedicebat* ut ap. Virg. de Moret. 2. utque *monere* dixit Lactant. Phoen. 45. oraculis et auspiciis proprium cf. Burm. ad Lucan. I. 587. [cf. eund. ad Met. II. 639. Bach. ad Ovid. Met. I. 397. Ruhnk. Dict. ad Suet. p. 118. Heins. ad Ovid Met. XIII. 216. Broukh. ad Tib. I. 650. Burm. ad Val. Flacc. I. 29. 231.] Sed certe in Apuleio nihil mutandum esse, ipse confitetur, comparans Florid. p. 45. Met. V. p. 336. p. 354. [Ita legendum est apud Lactant. Plac. II. c. II. p. 801. Stav. pro *solitudinem protegens — perstrepens*. Quid enim sibi velit Apollo *solitudinem protegens*, equidem non capio.]

admoto lumine. Perperam Bertin. Cod. lectionem *amoto linteo* vulgatae multum praestare censet Sciopp. Susp. Lect. III. c. 6., quia verisimile credit, lucernam de summo cubiculi depen-

Digitized by Google

velataque eius facie rimabar singula, quae cuncta convenerant. Ecce uxor | misella flens cum hesternis testibus introrumpit anxia: et statim corpori superruens, multumque ac diu deosculata sub arbitrio luminis recognoscit omnia. Et conversa Philodespotum requirit actorem: ei praecipit bono custodi redderet sine mora praemium. Et oblato statim: Summas, inquit, tibi iuvenis gratias agimus, et hercules ob sedulum istud ministerium inter ceteros familiares | 154

revelata eius f. *facie eius* P. *convenerunt* edd. vett. praeter ed. pr. et Venet. 2. *et ecce* G. 2. D. P. *miselle δ. et cum* O. P. *externis* G. 1. 2. D. *exteris* f. *extenis* O. *hesteris* P. Pric. ex lectione cod. O. coniecit *septenis. introrumpit* F. 1. 3. f. P. G. 2. D. In edd. vett. et cett. Mss. est *introrupit. corpori supatque* O. *superveniens* G. 1. *sub ruens* G. 2. D. Pricaeus malebat *corpus* ex Met. I. p. 56. Sed ibi vim notat maiorem. Hic tantum celeriter *supercubans*, quod dativo iunxit auctor cf. Met. VI. p. 440. *Europam tauro super cubasse. atque diu* G. 1. *coversa* Venet. 2. *Pylodespotum* Iunt. 2. *phylo despotum* G. 1. *requiri* F. 3. *cactorem* F. 3. *autorem* omnes edd. vett. *coctorem* p. In G. 1. glossa est interlinearis *procuratorem. et ei praecipit* F. 1. G. 2. D. R. f. *δ*. In cett. codd. et edd. vett. abest particula. *eique* Colln. Bas. *pruemens* pro *praemium* p. *sumas* f. Venet. 4. Paris. *iucenis tibi δ. gratias* abest ab O. *Te Hercules* ed. Scriv. *inter nostros β.*

disse. Sed dominae iussu lucernam et oleum Myrrhine ancilla Thelyphroni soli relicto *tradiderat*, isque non eam alibi suspenderat sed iuxta se statuerat. Hanc igitur manu nunc admovit, ut accuratius cuncta cognosceret. Quod et paulo post fecit matrona, *sub arbitrio luminis cuncta recognoscens*. Deverbo *admovere* adi Burm. ad Virg. Ecl. III. 44. Praeterea *amoto linteo et revoluta facie* bis eadem exprimerent.

hesternis testibus. Male turbantur nonn. codd. qui *externis* praebent. *Hesterni* enim testes sunt, quos heri mulier nobilis advocaverat. Haec vero vocabulorum variatio in Codd. est perpetua cf. Dr. ad Liv. XL. 14. §. 2. Heins. in Adv. II. 4. [p. 233. c. 15. p. 326. et in not. ad Propert. p. 670. ubi I. 15. 5. eodem modo *hesternos crines* legitur] Heins. et Burm. ad Ovid. Art. III. 154. Fast. V. 507.

introrumpit. [Hic praefero perfecto tempori praesens, licet alioqui non sit necessarium. Saepius enim haec tempora iunctim variari notissimum est cf. ad Met. III. p. 192. ubi plura proferam.]

corpori superruens. [Solebat enim in funeribus fieri, ut lugentes totos se super mortuum effunderent oscula figentes vel in sepulcro se prosternerent; cf. d'Orv. ad Charit. IV. 1. p. 421. ed. Lips. Lucan. II. 27. Stat. Silv. V. 1. 201. Cort. ad Lucan. VIII. 727. Ruhnk. Dict. ad Suet. p. 178.]

multum ac diu [cf. Schol. Cruq. ad Hor. Epist. I. 13. 1. *saepe diuque — dictio haec Ciceroni familiaris est: diu multumque pro magno studio* cf. Burm. ad Ovid. Amor. II. 19. 49. Iacobs. V. p. 175. Plurima exempla dabit Hand. Tursell. II. p. 289. sq.]

Philodespotum. [De hoc nomine adeas quae d'Orvill. ad Charit. III. 10. p. 410. ed. Lips. exposuit.]

actorem. [*Actor* nominabatur apud Romanos servus, qui reditus dominorum a colonis exigebat, peculio praeerat et rationes conscribebat. Graeci hos servos dicebant *πράκτορες* Hesych. *πράκτορες ἐπαιτηταί.* Multum vero inter se differunt *actor* et *procurator*; cf. Intt. ad Plin. Epist. III. 19., ut Guielm. Veris. III. 4. falsa sit sententia, qui *procuratorem* hic legendum esse statuebat. *Actor* enim e numero est *procuratorum* familiae domesticae. Nec minus vacillant interpretes inter *actorem* et *villicum*, qui tamen in eo discrepasse videntur, quod ille ruri res heri curabat et rationes ad *actorem* deferre debebat. De *actoribus* cf. Lips. Exc. ad Tac. Ann. II. 30. Eschenbach. de scribis vett. in Graev. Thes. T. III. p. 860. Pignor. de servis ibid. p. 1235. sq. et 1327. Barth. Advers. XXI. 7. p. 1031. De *procuratore* ibid. p. 1327. sq.]

herculis. [Feminae quoque per Herculem iurare solitae sunt, nec erat quod ideo Stewech. ad Met. IV. p. 297. lectionem *mi hercules* damnaret, eo ne-

Digitized by Google

dehinc numerabimus. Ad haec ego insperato lucro diffusus in gaudium, et in aureos refulgentes, quos idemtidem manu mea ventilabam, attonitus: Immo, inquam, domina, de famulis tuis unum putato, et quoties operam nostram desiderabis, fidenter impera. Vix effatum me statim familiares omnes nefarium
155 execrati, raptis | cuiusquemodi telis insequuntur. Pugnis ille malas offendere, scapulas alius cubitis impingere, palmis infestis hic latera suffodere, calcibus insultare, capillos distrahere, vestem discindere: sic in modum superbi iu-

mirumus d. pro *numerabimus*. *ac haec* O. *ad hoc* p. *immo in quam* Paris. *et* ante *quoties* exulat a p. *quotiens* G. 2. D. omnes edd. Vett. *defidenter* P. *confidenter* Bas. 1. *vix haec effatum* Ald. Iunt. 2. Col. Bas. *omnifariam exertis raptim* L. B. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. *omnes nefariam execrata raptis* f. unde Grut. et Merc. emendarunt: *omen nefarium execrati, nefarium execrasti* D. Oudendorpius emendationem Grut. Susp. V. 6. et Mercer. ad Aristen. Epist. I. 3. p. 215. cum Pric. Elm. Florid. comprobat. *Istud enim*, inquit, *consistebat in verbis Telyphronis, sub quibus latebat omen de morte secundi mariti vel adfinium eius matronae, qui post mortem adservandi essent; quare ipse paulo inferius infaustum sermonem vocat.* | *Omen* et *omne* in Mss. saepius confunduntur. cf. ad Liv. praef. §. 5. Ded. ad Dict. Cret. V. 10. Cort. ad Lucan. I. 637. VI. 813.] *euiusmodi* D. *cubitus* G. 1. *insulcare* f. B. *capillo* G. 1. 2. P. D. a m. p. *capillis distr.* Venet. 4.

mine iam ab Elmenh. notatus, qui contra usum fecisse Apuleium adnotavit. Nec extat, quantum equidem scio, exemplum aliud, unde talis abusus possit comprobari. Caussas huius iuramenti exponit Gell. XI. 6. Boxhorn. Quaestt. Rom. 23. Hansen. de Iureiur. vett. c. 4. in Graev. Thes. T. V. p. 811.]

impingere [cf. Heins. ad Ovid. Met. V. 85.]

palmis infestis latera suffodere [cf. Fea ad Hor. Epist. I. 6. 51.]

superbi iurenis Aonii vel miselli vatis Pipletis discerptus. Locus est omnium difficillimus nec mediocriter ingenia interpretum exercebat. Beroald. emendavit *Musaei vatis Pimpleidos*; Sciop-pius: *vel Musaei vatis pipulis laceratus;* Guielm. Veris. III. 4. *miselli avis piplis;* Markland. ad Stat. Silv. I. 4. ib. in Addend. volebat reponi: *Edoni* i. e. *Thracio Orphei,* quia adiective Statius ait *Edonas hiemes;* d'Orleans ad Tac. Ann. XI. p. 609: *Marsyae miselli vatis pepletis;* Barth. Advers. XXXII. 6. p. 1473: *mostellatis peplis* i. e. *vestibus quibus monstrosae lancinationes corporum intextae erant;* Marklandus alteram partem correxit: *miselli vatis Eupolidis.* Sed praeterquam quod haec coniectura nimis a lectione Mss. recedat, auctor exempla sumere solet hoc libro non nisi ex fabulis, ut convenit stilo Milesio: neque Eupolidis mors hanc rem exprimit. [Per naufragium ille bello peloponnesiaco vitam amisit. Ab Alcibiade enim in mare eum esse demersum valde dubitari licet; cf. Meinek. Quaestt. scen. Spec. I. p. 42. sqq. Nunc singula videamus. *Adoni* vel *Adonei* quod Colvium secuti temere satis multi amplectebantur, nullo modo poterit defendi. Primum enim locus esse nequit *Adonidi*, quem inguinum vulnere saucium apri ictu periisse constat, quum hic de homine sermo fiat, qui pugnis et verberibus tentatus ad exitium usque vulneratus est. Deinde poetae quidam licet *Adonidem* vocarint quoque *Adoneum* vel *Aidoneum*, hinc non sequitur, Apuleium quoque ita formasse hoc nomen. Sed haec ratio videtur mihi esse levior] Oud. ipse codicis d'Orv. lectionem *Adonis* praefert, quoniam auctor nomina, quorum casus alii formant in *idis*, iisdem syllabis expresserit per omnes terminationes, ut *Osiris, Serapis* [de quo infra XI. p. 772. accuratius dicam]. Immo hoc ipsum Lib. VIII. p. 574. *cum suo Adone Venus domina* legi et apud Murator. Inscript. T. IV. p. 2099. D. ADONI. SIGN. cf. Burm. ad Anthol. I. p. 42. Serv. ad Virg. Ecl. X 18. — Barth. Advers. l. c. *Adoni* glossam esse ab sciolo adiectam putat, et auctorem de Hippolyto fastidioso cogitasse: vel legit *semper lugentis* vel *semper biiurenis Ad.*, quia idem Baccho fuisset. [Equidem c. Heins. ad Ovid. Met. I. 504. et Salm. in Exercitt. p. 112. scribo: *Aonii*

Digitized by Google

venis *Aonii vel miselli* | *vatis* Pipletis laceratus atque discerptus domo pro- 136
turbor.

CAPUT XXVII.

Ac dum in proxima platea refovens animum infausti atque improvidi sermonis mei sero reminiscor, dignumque me pluribus etiam verberibus fuisse merito consentio: ecce iam ultimum defletus atque conclamatus processerat mortuus; rituque patrio utpote unus de optimatibus pompa funeris publici ducta-

Aoni omnes libri et edd. vett. praeter O. qui habet *Abdoni* et *d*. in quo est: *Adonis. musteluatis pipletis* F. 1. 3. G. 2. ed. pr. Venet. 2. et Vicent. [in cuius marg. vir doctus ita emendavit: *Adonis vel mustellatis peplis* cum glossa: *mustellatis: colore mustelino concinis*] *mustelatis peplis* eod. Barth. Iunt. 1. Ald. Venet. 4. Paris. *mustelatus* P. a m. p. [a m. s. *musteluatus*] *mustulatis* O. *mustelulatis* p. D. a m. s. in textu [sed a m. s. in margine *musae vatis pimpletis*] *musculetis* π. *musculosis* φ. *Adoni vel Musae vatis pimpleidos* habet Iunt. 2. *mustelatis pipletis* G. 1. [cum glossa interlineari: *Pipletis nomen proprium* et in marg. scriptum est: *Hic tangit fabulam de piplete et acteon ut habemus in.* Praeterea nihil adnotatum est.] *vel* absent a P. et *δ*. *decerptus f. domum* p. *protrahor* R. f. B. *perturbor* P. G. 2. D.

ac dum exulant a f. et R. *in proximo* G. 1. *refoveo* φ. et Scriv. *que* non comparet in Vulc. 2. Cum edd. vett. et Florid. post *consentio* ponenda est minor distinctio, et *ac* cum *ecce* ceteris quasi insertis iungendum vel omnino *dignumque* revocandum. *improbi* pro *improvidi* est in *f*. *sermones* ed. pr. Venet. 2. Iunt. 1. *sero f. reminiscor sero* D. *dignum me* F. 1. G. 1. 2. D. P. *δ*. R. f. *rituque patria* G. 1. *praevio f. unus* deest in G. 1. *ductabatur. Per forum* G. 2. D. P.

iuvenis i. e. *Penthei*, cuius patriam Thebas fuisse notissimum est, quique a matre Agave miserrimo modo dilaceratus traditur; cf. Ovid. Met. III. 514 sqq. cf. Intt. ad Horat. Sat. II. 3. 303 sq. Adiectivum *Aonius* satis defendit locus Sil. XII. 220. *Aonium plectrum*; cf. Kopp. ad Mart. Cap. §. 924. p. 717. ubi plura invenies et Mss. item variant] *Pipletis* iidem recte de Orpheo explicarunt, quia *Piplas, Pimpla*, urbs est Thraciae, unde genus ille ducebat. Munk. ad Hyg. fab. XIV. p. 38. [Restat tantum monstrum illud vocabuli *musteluatis*, quod aperte emendandum est in *miselli ratis*, optime antecedenti voc. *Pipletis* respondens. Quod enim Lips. cum Schickerad. et Sciopp. coniecerat *Musaei* vel *Musici ratis* et de quovis poeta dici posse contendit, valde mihi friget, nec minus Heins. coniectura: *Musae nati*. Dubito enim an *Musaeus* vel *musicus vates* coniungi liceat, quoniam unum videtur esse superfluum. *Musicus* enim pro *poeta* usurpatum legitur ap. Auson. ep. 11. init. et 21. extr. Certe si defendere velis, non ita apte hoc dictum esse mihi concedes. Unde commoveor, ut *miselli* coniecturam unice comprobem, quae et a sensu et a verborum concinnitate aptissima est. Ita enim optime sibi opponuntur *misellus* et *superbus*, quum Pentheus superbia morte haud iniusta perierit, ille vero feminarum furoribus misere insons caderet. Huc accedit quod verborum descriptio adiectivum requirit, quod fusius condicionem Orphei indicet, quae in Pentheo accuratissime est designata.]

proturbor. De hac voce Oud. excitat Comment. ad Caes. de B. G. II, 19. VII. 81. Liv. V. 45. §. 5. Cuper. Observ. II. c. 5. cf. infra ad Met. IX. p. 648.

Cap. XXVII. *pompa funeris publici ductabatur per forum*. [Sic Tacitus Ann. III. 5. dicit *publici funeris pompa*: de cuius vocis signif. dissernit Doed. Syn. IV. p. 408. Cort. ad Lucan. VI. 531. Herald. ad Arnob. p. 203. Kirchm. de Fun. Rom. I. p. 20. *Ducere* de *funeribus* usitatissimum est. cf. Spartian. Sever. c. 7. *Funus deinde censorium Pertinacis imagini duxit. .... quamquam postea id nomen aboleri voluerit quippe omen amicorum.* i. e. ominosum amicis. Ita enim hic locus emendandus est.]

Digitized by Google

157 batur per forum. | Occurrit *atratus* quidam moestus in lacrymis, genialem canitiem revellens senex, et manibus ambabus invadens torum, voce contenta quidem sed assiduis singultibus impedita: Per fidem vestram, inquit, Quirites, per pietatem publicam perempto civi subsistite, et extremum facinus in nefariam sceleslamque istam feminam severiter vindicate. Haec enim nec ullus
158 alius miserum adulescentem, | sororis meae filium, in adulteri gratiam et ob praedam hereditariam extinxit veneno. Sic ille senior lamentabiles questus singulis instrepebat. Saevire vulgus interdum et facti verisimilitudine ad cri-

ad shatus F. 3. *allatus* f. *occurrunt ad anxias* p. *occurrit adanxius* B. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. *metus* pro *moestus* δ. *geminalem* P. *gemialem* B. *revulrens* f. *convellens* B. *invelleras* L. Ms. Brant. ed. pr. Venet. 2. Vicent. et Bas. 1. unde Colv. emendat *vellicans*, Brant. *involans*, quod probum esset, si in crines alterius involasset, non suos ipsius lacerasset. *invellens* p. et Iunt. 1. Si quid mutandum sit, Oud. emendat *intervellens* e Sen. Epist. 14. *barbam vellera aut intervellere. nostram* G. 2. D. *pereto* D. a m. p. [in marg. a m. s. *perempto*]. *subsistice* D. *subtilte* Vicent. cf. Oud. ad Suet. Vitell. c. 5. *scelestemque* G. 2. D. *scelesteque* P. in excerptis Oud. *in exulat* a f. *istam* pro *illam* f. *mulierem* pro *feminam* ex glossa p. δ. B. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. *iudicate* P. *vindidicate* Venet. 4. *huius enim* π. *idem enim* R. f. *ullus* abest a R. f. π. G. 1. qui habet *et alius. nec alius ullus* G. 2. D. *adolescentem* edd. vett. *adulterii* B. et Bas. 1. *in* ante *adulteri* abest a Paris. *extruxit* pro *extinxit* δ. *senex* pro *senior* f. *si non lis* pro *singulis* δ. *instibabat* O. *instrepabat* ed. pr. Vicent. *fem.* pro *facti* I.

occurrit atratus. [*Occurro* hic est *venire, advenire*, cl. Oud. ad Suet. Calig. 26. ibique Graev. et quos Rupertius excitat ad Iuven. Sat. III. 215. not. crit. Maior tamen videtur esse corruptela in codd. quam quae lectione *ad latus*, tolli possit. Male nonnulli probant *adanxius*, quod Oud. iam reiecit. Nec enim metu valde anxius erat senex, sed iam moestus dolore. Equidem correxerim *atratus* i. e. *pullis vestibus indutus*, ut qui mortem lugent alterius facere solent. cf. Iuven. III. 113. et quos laudat Rupert. ad Tac. Ann. II. 29. cf. Becker. Gall. Tom. II. p. 289. Sic *atrata plebes* ap. Tac. Ann. III. 2. Qui vero *ad latus* legunt caveant ne c. Gruter. Susp. VI. c. 8. et Elmenh. in ind. ad Apul. hic et III. p. 189. *latus* explicent pro *feretro* s. *lectica mortui*, cum certe intelligatur ibi *latus Lucii* hic *latus Thelephronis*, cui subitus et inexspectatus a latere adest senex sive propere eius lateri se applicuit.]

genialem. Properam hoc explicant vel *voluptariam* et qua senex gaudeat vel *nativam.* Heins. divinaverat *senilem, laniatam* quae nemini placere possunt vel *poenalem. Poenale* vero semper est quod supplicii causa sustinetur. Met. VII. p. 488. VIII. p. 541. cf. Gronov. Obser. I. c. 8. Steph. ad Saxon. Gramm. p. 67. Salmas. ad Solin. c. 46. *genialis* hic vero est *venusta, decora.* cf. Met. IV. p. 238. V. 361. cf. Salm. ad Capitol. Ver. c. 10. Tom. I. p. 415.

revellens. cf. Met. V. p. 314. [Notissimum enim est, veteres comam scidisse et dilacerasse mortuos lugentes Kirchm. de Funer. p. 112. Nicol. de Graecor. luctu p. 141. Dav. ad Cic. Tusc. III. 26. §. 62.]

pietatem publicam. [*Pietatem* hic explico per *clementiam* et *misericordiam*; cf. Casaub. ad Iul. Capit. Ant. Pium. c. 2. Tom. I. p. 249. et Herald. ad Arnob. I. c. 49. Tom. I. p. 336. Orell.]

feminam. Quod vulgo legitur *mulierem* ex glossemate videtur ortum, quum *mulier* apud comicos per convicium occurrat. Saepius tamen Apuleius ita solet *feminam* usurpare, cf. Met. III. p. 222. V. p. 344. 349. [cf. Peerlk. Hor. p. 472.]

singulis instrepebat. [cf. quae Burm. ad Prop. I. 5. 14. egregie disputat, qui c. Sciopp. Susp. Lect. III. c. 6. et Barth. Adv. XXXIII. 12. p. 1324. *singultim* comprobavit: Gulielmus *singultiens* conjecerat: Stewechius *singultibus*, conf. Met. V. p. 345. XI. p. 806. Sed non video, cur adiectivum ab omnibus Mss. tenacissime retentum debeat reiici. *Cunctis* enim s. *singulis* eadem inter lacrymas repetebat: quod Oud. iam bene exposuerat.]

interdum. [Cuius vocis rariorem si-

minis credulitatem impelli. Conclamant ignem, requirunt saxa, parvulos ad exitium mulieris hortantur. Emeditatis ad haec illa fletibus, quamque sanctissime poterat adiurans cuncta numina tantum scelus abnuebat.

CAPUT XXVIII.

Ergo igitur se|nex ille: Veritatis arbitrium in divinam providentiam re- [127]
ponamus; Zathlas adest Aegyptius, propheta primarius, qui mecum iam|dudum 139
grandi praemio pepigit, reducere paulisper ab inferis spiritum, corpusque istud

crudelitatem F. 1. 3. G. 1. 2. p. P. D. ed. pr. Vicent. *clamant* f. *emendicatis* f. *fletibus* D. a p. m. *ad hoc fletibus illa* p. *poterant* B. *petant* G. 1. *adiurantem* G. 3. *numantium* pro *numina tantum* p. *annuebat* G. 1. *abnictebat* D.

ergo inquit F. 1. L. O. Vulc. 2. Elm. et seqq. edd. In ceteris *ergo igitur* extat. *in divinam inquit* β. certo iudicio, verbum id e glossa irrepsisse. *ponamus* p. *Zatchlas* F. 3. *Tachas* F. 1. *Zathlis* G. 1. 2. P. D. *Cathlas* L. *Zatilas* f. *Etathealas* p. *paulisper ab inferis* F. 1. 3. G. 1. 2. f. M. δ. O. D. p. Iunt. 2. *ab inferis paulisper* P. B. [teste Elm. sed in collat. Modii nihil adnotatum video.] In cett. codd. et edd. vett. omnino abest. *illud* P. f. Putschius in marg. *fortasse illuc.*

gnificationem quum interpretes non intelligerent, varie locus tentabatur, ut a Gulielm. Verisim. III. 4. qui *incertum* coniecit, alii *interim* voluerunt. Sed *interdum* hic est *interim*, ut saepissime ponitur; cf. Duker. de Latinit. ICtor. p. 377. Doed. Syn. IV. p. 273. Burm. ad Prop. I. 3. 43. Accuratius agit Haud. Tursell. III. p. 413. de eo usu, quem Apuleio eiusque aequalibus vindicavit. cf. Gron. Obss. ad Scriptt. Eccles. C. XXII. p. 246. Orell. ad Arnob. I. c. 38. Met. III. p. 174. VIII. p. 536. IX. p. 631. Et vice versa *interim* ponitur pro *interdum*; cf. Gron. ad Senec. de Benef. VI. 42. et quos praeterea excitat Haud. Tursell. III. p. 427. Male hunc usum Plauto iam tribuunt, ut Taubm. ad Plaut. Trucul. IV. 4. 29. Ita locum Vulcat. Gall. Avid. Cass. c. 3. Tom. I. p. 447. explicat Salmas., ubi tamen ex cod. Palat.? *item abstinens* legendum est.]

credulitatem. Quam plerique codices praebent scriptura *crudelitatem* ex tristissima subnata est mutatione voc. *credulitas* et *crudelitas*, de qua agit Dr. ad Liv. VI. 14. §. 3. nec posterior ullo modo poterit defendi. [*Credulitas* in bonam partem dicta hic idem est quod *fides, fiducia.* cf. quos profert Orell. in Add. et Corrig. ad Arnob. Tom. II. p. 462. Quia enim factum illud verisimile videbatur esse, impellitur populus ut fidem rei habeat.]

Cap. XXVIII. *ergo igitur.* Ita ex optimis codd. scribi debebat, quum verba *inquit, ait, infit* similia passim subintelligantur, crebro per librarios intrusa. cf. Dr. ad Liv. XXIII. 45. §. 6. Oud. ad Caes. B. G. I. 17. Met. III. p. 180. *sic ad illa:* p. 187. IV. p. 251. p. 290. saepius.

Zathlas. [Ita cum optt. codd. lego, haud sollicitus, idem nomen utrum alio quodam loco stabiliri queat. Magna enim est in Aegyptiorum hanc artem profitentium nominibus variatio. Male Grut. Susp. V. 6. emendavit *Calchas*, ut respiciat ad vatem illum Troianum nec aptius B. Pius Thes. Crit. I. p. 377. *Zacharias* restituit. Omnium maxime placet Salm. ad Solin. p. 290. coniectura *Tachos*, quod nomen est Aegyptiis proprium.]

reducere paulisper ab inferis spiritum. [Manes elicere poterant magi, ut et terrerent homines et veritatem facti ab iis extorquerent. Apol. p. 473. Schmidt. de Sacerdd. et Sacriff. Aegypt. p. 121. not. 5. D'Orv. ad Charit. I. c. 8. p. 256. Lucan. VI. 750. sqq. Guther. de vet. iur. Pontif. LIV. c. 9. in Graev. Thes. T. V. p. 193. sq. Maxim. Tyr. Diss. XIV. p. 2. ed. Lond. Moser. ad Cic. Tusc. I. 16. §. 37. Tom. I. p. 124.]

Digitized by Google

postliminio mortis animare. Et cum dicto iuvenem quempiam linteis amiculis iniectum, pedesque palmeis baxeis inductum et adusque deraso capite producit in medium. Huius diu manus deosculatus et ipsa genua contingens: | Miserere, ait, sacerdos, miserere per coelestia sidera, per inferna numina, per naturalia elementa, per nocturna silentia et adyta Coptitica et per incrementa | Nilotica

quempiam deest in p. *lineis* B. et Ms. Incert. *iniectum* F. 3. *inlectum* p. *illectum* ed. pr. Vicent. Venet. 2. [de hac permutatione cf. Liv. III. 64. §. 6. XXVIII. 36. §. 7. Dr. ad Sil. VI. 32.] In cett. codd. et edd. est *intectum*. *paceis* f. *buxeis* G. 1. O. P. D. a m. s. *inductum* F. 3. G. 2. p. D. B. P. *d.* in reliquis est *indutum*. *et ob usque* φ. *et usque* D. G. 1. [*ad* a m. s. supra additum est.] *Huius* F, 3. p. ed. pr. Vicent. Venet. 24. Iunt. 1. 2. Ald. quod recepi. *eius* D. a m. p. In cett. est *cuius*. *uterum* pro *manus* O. *utrumque* pro *manus* G. 1. *ipse genua* P. *infirma numina* Venet. 4. *infirma numiam* ed. Paris. *natur. elementia* Venet. 2. *per se nocturna silentia* in Bas. 1. 2. Vitiose editur unde Stewech. putat legi hic posse: *miserere per te, per coel. adyta coptica* F. 1. Scal. *adeita cooeptitica* F. 3. *et adepacco eptitini* G. 2. *ad' pacco eptitica* D. a m. p. [in marg. scriptum est a m. s. *adeepta, coeptita.*] *Adoeptica coeptica* p. *adepaco coptica d. adopacta eptica* in P. legi ait Elmenh. sed in Gruteri excerptis adnotatum est *adepacco eptitica*. *Operta coptitica* Becichem. e vett. libris *adepa et conceptica* β. *adepta cooeptitica* ed. pr. Vicent. *adepta concepticia* Venet. 2. In cett. edd. est *adepta coptica*. Hae voces omnino exulant a G. 1. O. R. π. et f. *inlotica* D. a m. p.

postliminio mortis. Stewechio vocabulum *mortis* suspectum est, quod et Apuleius absolute *postliminio* ponat. et apud ICtos, quos Madaurensem accuratius cognovisse notum sit, idem usus ubique observetur. Eius tamen errorem iam refutavit Gruter. Susp. V. c. 6. [Quamquam enim saepius *postlimino* apud Apuleium absolute positum inveniatur cf. III. p. 221. *postl. redibis* V. p. 333. *postl. redeunt* IX. p. 634. *postl. regressus.* Florid. p. 96. *postl. domum retulit*, aliis tamen locis Genitivus quoque adscitus est cf. Met. IV. p. 292. *postl. pressae quietis* et X. p. 699. *postl. mortis*, ut de vera h. l. scriptura dubitari nequeat. Eodem modo dixit Fronto de bello Parth. p. 201. *de postliminio anuli* De vocis etymo et significatione cf. Duker. de Latin. ICtor p. 30. sq.]

amiculis. [*Amiculum* Isidor. XIX. 25. 5. p. 605. meretricum explicat esse pallium linteum, quocum consentiunt Glossae ap. Cramer. ad Schol. Iuv. in Add. et Corrig. p. 627. Sed ea videtur inhonesta significatio e mediae aetatis barbarie profecta esse, quum apud nullum quod sciam, veterum scriptorem ea ullibi confirmetur.]

iniectus. [Ita ex optimo cod. Florent. ceterorumque Mss. vestigiis scripsi, quum quod alii praebent *intectum* glossema tantum prioris esse videatur. *Iniicere* enim de vestibus non raro dici notissimum est, ut apparet ex locis Plaut. Truc. II. 5. 26. Cic. Nat. D. III. 34. Ovid. Art. III. 266. Epist. ex Pont. III. 4. 101. Apul. Met. IX. p. 631. Quamquam *intectus* quod pro *tectus* hic positum est, cf. Dr. ad Liv. VII. 43. §. 6., per se comprobatur, quod significat eum qui totis amiculis obvolutus est. Ita Met. VIII. p. 579. legendum est *iniecti*, ubi me conferas.]

baxeis inductum. De baxeis accuratius dicam ad Met. XI. p. 769. *Inductum* scribendum esse iam docuit Salm. ad Tertull. de Pall. p. 385. cf. Apul. VII. p. 460. IX. p. 632. et apertissime locus Florid. p. 32. *et indumenta quibus indutus et calceamenta quibus erat inductus.* [cf. Dr. ad Liv. XXX. 13. §. 12. et quos Gies. excitat ad Cic. de Divin. II. c. 17. §. 41. p. 253. Nam *induci* proprie dicuntur, quae pedibus induuntur; cf. Graev. ad Rhetor. ad Herenn. I. 13. §. 37.]

et adusque deraso. [Elmenh., qui scrinia Lindenbrog. fraudulenter compilavit, explicat per Graecorum dictionem ἐν χρῷ, male *ad cutem* textui intrudens. *Adusque* enim est *penitus* cf. Plaut. Bacch. V. 2. 7. Hand. Tursell. I. p. 189. Eodem modo explicandus est locus Tertull. de Virg. Vel. 3. *tamen tolerabilius apud nos adusque proxime utrique consuetudini communicabatur*, qui multos mirum in modum perturbavit.]

adyta Coptitica. Haec verba in omnibus Mss. misere depravata varie teu-

et arcana Memphitica et sistra Phariaca. Da brevem solis usuram, et in aeternum conditis oculis modicam lucem infunde. Non obnitimur nec terrae rem suam denegamus, sed ad ultionis solatium exiguum vitae spatium deprecamur. Propheta sic propitiatus herbulam quampiam ob os corporis et aliam pectori

memphytica G. 2. D. *memphiica* Venet. 4. *et* ante *sistra* exulat ab edd. Elm. Scriv. Pric. *sinistra* pro *sistra* G. 1. 2. D. a p. m. P. π. *fariaea* G. 2. D. *fariacha* G. 1, *fariata* P. *fasciata* B. *dh braīe solis* G. 2. *bovem* pro *brevem* P. teste Putsch. *usum* π. ex glossa. *in eneternum* G. 1. *non obnitttimur* G. 1. *rem suam terrae deneg.* G. 1. *denegemus* D. a p. m. *inprecamur* B. *ter* quod ante *ob os* in multis edd. legitur, abest a F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. π. δ. P. R. f. Iunt. 2. [Sed facile omitti poterat compendio III. scriptum propter antecedentem litteram *m*, quamquam non audeo in textu id reponere.] *ob hos* Dr. *ter in os* B. *ad os* Ms. Al. teste Colv. *et aliam herbam pectori* D. habet in marg. ut cod. cuiusdam lectionem a m. s.

tarunt interpretes. Quidam, ut testis est Becichemus, e veteribus libris *operta coptitica*, non pauci *adepta* legerunt et alius cod. vetustissimus *comperta Niliadum* post *coeptitica* habet. Alios etiam testatur hic *chomata* ex Ulpiano, se vero *operata Coptica* i. e. *operationes sacrificia* probare. Aliter voluit in Add. *adeptiva coptica*. Roald. bene coniecerat *adoperta Coptica*, Wower. *adyta coptica* Bapt. Pius Ann. prior. p. 108. *adepta cooptica*, Fulvius *adypta Coptica*, Beroald. et Schik. *adopta Coptica*, quod de sepimento et opere interpretantur, quod muniunt hirundines non sine aliqua religione iuxta Copton. cf. Plin. Hist. Nat. X. c. 33. §. 49: quae sententia probatur B. Pio in Thes. Crit. Tom. I. p. 377. Maussac. ad Plutarch. de Flum. p. 301. et eodem sensu Barth. Adv. XXI. 7. p. 1032. emendat *adsepta*. Sed Oud. recte iam monet intelligi non posse haec χώματα adeo sacra fuisse, ut per ea iurarent et precarentur Aegyptii magi et alii. Ipse vero *adyta* retinet quamquam veretur, ut vera sit lectio, quum non de *locis* egerit auctor sed de *rebus* sacris: iam vero *adyta* non dici nisi de sacrarum aedium intimis. Hinc non dubitat, quin ex Becich. Mss. *operta* vel *adoperta Coptica* vel *Coptitica* legatur eaque explicet per *mysteria* cf. Met. III. p. 200. Val. Flacco II. 440. Additamentum vero vetustissimi Becich. codicis *Niliadum comperta* de quo adiri iubet Serv. ad Virg. G. IV. 364. minime ei comprobatur [Equidem ex vestigiis codicis Florent. 3. longe praestantissimi scribendum arbitror *adyta Coptitica*. Nihil enim me movet argumentatio Oud. Nam quod *adyta* de locis sacris ubique usurpatur, quos adire nefas erat, hinc iam intelligitur, inter sacratissimas res adyta fuisse enumerata, ut iurare per ea et precari liceret. Quomodo enim inter se differre velis *adoperta Coptica* et *arcana Memphitica* non perspicio, quum utrumque de sacris dicatur Aegypticis: *arcana* vero et *adoperta* eadem significent. *Coptitica*, *Memphitica* et *Phariaca* pro *Aegyptia* dicta sunt. cf. Kopp. ad Mart. I. §. 4. p. 20. Cort. ad Lucan. VIII. 478. Rupert. ad Iuv. VI. 89. Isidis designari sacra mihi probabile fit ex loco Plin. Hist. N. X. 33. §. 49. *In eadem Aegypto iuxta oppidum Copton insula est sacra Isidi*, et ex sistrorum commemoratione, quae propria sunt Isidis sacerdotum gestamina.]

nec terrae rem suam denegamus. Elm. comparat dictum Euripidis apud Cicer. Tusc. III. 25. §. 60. Tertull. de anim. c. 50.

quampiam ob os. [*Ter* quod in optt. et longe pluribus codd. exulat, in textu ponere non ausus sum, quippe quod doctum videatur esse glossatoris additamentum, qui ut in sortilegio ita in magicis sacris et lustrationibus mysticum esse ternarium numerum cognoverat. Bertini enim cod. auctoritas, quem priores edd. ubique fere sequuntur, non tanti omnino est, ut ei miserrime interpolato et a manu glossatoris dilacerato suffragemur. Longum est, omnes omnino enumerare interpretes, qui eius rei mentionem iniiciebant, unde sufficiat afferre: Ciofan. ad Ovid. Met. XIV. 387. Broukh. ad Tibull. I. 2. 56. Heins. ad Ovid. Fast.

Digitized by Google

eius imponit. Tunc orientem obversus, incrementa solis augusti | tacitus im-
162 precatus, venerabilis scenae facie studia praesentium ad miraculum tantum certatim arrexit.

CAPUT XXIX.

Immitto me turbae socium, et pone ipsum lectulum editiorem quendam lapidem insistens cuncta curiosis oculis arbitrabar. Iam tumore pectus extolli, iam salubris vena pulsari, iam spiritu corpus impleri, et adsurgit cadaver et profatur adolescens: Quid, oro, me post Lethaea pocula iam Stygiis paludibus innatantem ad momentariae vitae reducitis officia? Desine iam, precor, de-

orientalem f. *obursus* G. 2. D. P. *et* quod in multis codd. ante *incrementa* legitur, recte omittitur in F. 3. G. 1. 2. O. D. f. *vel incrementa* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Ald. Colin. *et crementa* d. *augusti* G. 1. [cf. Heyne et Wagn. ad Virg. Georg. IV. 228. Dr. ad Liv. IV. 31. §. 6.] *increpatus* R. f. *venerabilis scenae facies* F. 3. G. 2. D. P. Scriv. Pric. *venerabilis scenae faciens* G. 1. O. *venerabili scenae facies* F. 1. d. *venerabilis scenae facie studia* L. f. R. *venerabili scena facies et studia* B. p. et edd. vett. *venerabili schematè facies ac studia* Vulc. 2. Scip. Gent. in Parerg. ad Prudent. I. c. 37. legendum esse censet: *venerabili scoena* et per supercilium exponit. *arrexit* G. 1.

immitto me f. *socium* Pric. temere coniecit *medium*; Oud. magis placet Wassel coniectura *ocius*: sed nihil mutandum est. *pene* G. 1. 2. D. P. O. *curiosi* Venet. 2. *cariosis* G. 2. *timore* G. 2. D. P. solita aberratione [cf. Liv. II. 52. §. 1. ibique Dr. et eund. ad Sil. II. 626. Triller. Observ. I. 1. Virg. Ecl. VI. 20. VIII. 28. Georg. III. 421.] *clamore* O. π. Pro *salubris* e glossis Soping. ad marginem coniecit legendum *scatebris*. Nil innovandum existimat Oud. *Venae* enim s. arteriae *pulsum* ut Met. X. p. 682. Gell. XVIII. 10. intelligit, a quo corporis *salus* vel valetudo cognoscitur et hinc quasi pendet. *vene* G. 1. O. *spiritus* B. *impleri* abest a G. 1. a m. p. in marg. a m. s. adscriptum est. *praefatur* G. 1. 2. P. f. frequenti permutatione. cf. Gronov. et Dr. ad Liv. XXII. 1. §. 16. [*profari* de vatibus usitatissimum est.] *quis oro* π. *quid oro me quid* B. *quod oro* omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. *momentaneae* O. f. *vitae* abest a L. *reducis* G. 1. O. Iunt. 2. Sed et hoc forsitan ab importuno correctore crebram numerorum variationem ignorante, de qua diximus ad I. p. 9.

II. 638. Plum. ad Pers. Sat. II. 16. p. 191. II. 33. p. 200. Fea ad Hor. Epod. 5. 33. Rupert. ad Iuv. VI. 523. et in Add. Tom. II. p. 785. Schmidt. ad Hor. Epist. I. 1. 37. Kopp. ad Mart. Cap. II. §. 105. p. 144. et praeceteris eundem egregie disputantem in Palaeogr. Critic. Tom. III. Lib. II. c. 3. §. 267. — 274. et de la Chausse de Insign. Pontif. Max. Tab. XVII. in Graev. Thes. Tom. V. p. 319.]

orientem versus. [Orantes vultum ad orientem convertere solebant: de quo more conf. quos Burm. citat ad Val. Flacc. III. 437. Ovid. Fast. IV. 777. Brouer. de vett. et recentt. adoratt. c. 20. apud Polen. Suppl. Thes. T. II. p. 1003.]

venerabilis scenae facie. Ita ex optt. codd. c. Oud. reposui, in quibus littera *s* a seq. vocabulo *studio* perperam adhaerens totum ordinem conturbavit. Z thlas arrexit studia praesentium adspectu et externa specie venerabilis adparatus ad partes, quas agendas sibi sumpserat. *Faciem* sexcenties de cuiusve rei specie et imagine externa dici nemo ignorat Virg. G. IV. 361. Sil. XI. 665. Ovid. Met. III. 414. Mela I. 17. II. 1. 2. III. 3. 4. Dr. ad Sil. IV. 593. [Burm. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 373. Salmas. ad Lamprid. Commod. c. 2. Tom. I. p. 478. Dr. ad Liv. VI. 16. 8.]

CAP. XXIX. *spiritu corpus impleri.* [Non spernenda videtur esse Bert. cod. lectio *spiritus*, quam si plures codd. addicerent, haud invitus reciperem. Docta est librarii emendatio, cuius manum saepius iam in hoc cod. deprehendi. Genitivus enim comprobatur Virg. Aen. I. 215. ubi cf. Heins. et Burm. cf. Apul. Met. III. p. 174. *turbae cuncta completa.* Cic. ad Div. IX. 19. Orell. Append. ad Arnob. I. p. 17. fin. Forbig. ad Virg. Aen. I. 215.]

momentariae vitae. Oxon. et Fux. praebent *momentaneae*, quae vocab. forma magnam mihi suspicionem movet. Nam praeterea quod in Tertull. adv. Marc.

Digitized by Google

sine, ac me in meam quietem permitte. Haec audita vox de corpore. | Sed 163
aliquanto propheta commotior: Quin refers, ait, populo singula tuaeque mortis illuminas arcana? An non putas, devotionibus meis posse Diras invocari? posse tibi membra lassa torqueri? Suscipit ille de lectulo et imo *cum questu* populum sic adorat: Malis novae nuptae peremptus artibus et addictus noxio poculo, to-

remitte Sopingius libro suo adievit. Et solent haec crebro variari, ut in celebri isto Iustin. loco I. 9. ubi Oud. emendat: *militiae vocationem permittunt*. Nec hic quid mutandum est. *Sine me plane et omnino permanere*. Ut sexcenties dicitur *permittere in fidem, potestatem, ditionem*. *mea quiete* p. *illumina* G. 1. 2. D. a m. p. f. R. L. *illuminans* ∂. *Dira* L. ∂. f. *invocare* G. 1. O. *laxa* P. f. π. alii *lapsa* ut G. 2. *membra lassa* F. 3. p. Iunt. 2. quod recepi in cett. *lassa membra, atque* pro *et* O. *imo congestu* F. 3. *uno congestu* F. 1. G. 1. 2. D. P. B. f. R. p. O. *uno congesta* ∂. In D. extat a m. s. *uno contextu* quod Stewech. coniecerat. *imo cum gemitu* Wow. et Pric. Scriv. Florid. *additus* G. 1. ∂. *adductus* omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. *pernoxio* G. 1. 2. D. O. R. B. ∂. f. L.

III. 17. auctoritate sola nititur, hic undique tuta non videtur, sed cum altera *momentureus* omnino variat. Haec non solum in optimis Apul. Codd. cf. Met. p. 344. IX. p. 594. X. p. 726. et apud ICtos acriter defenditur, sed analogiae quoque magis respondet. Alterum enim quod sciam eiusdem terminationis vocabulum *pedaneus*, cf. Schmidt. Hypomn. p. 170. (quum cetera ut *superraneus, subitaneus, circumforaneus* aliam plane rationem sequantur), eodem modo suspiciosum mihi est, et *pedarius* apud bonos scriptores ubique legendum esse mihi persuadetur. Iam Gellius III. 18. §. 10. barbare pro *pedariis senatoribus* dici *pedaneos* pronuntiat, unde sui aevi propriam fuisse hanc permutationem intelligitur. Quid vero iudices *pedaneos* dicere malis, equidem non capio, quoniam omnino eiusdem sint originis nec in significatione utrumque diversum. Item loco vexatissimo Liv. II. 7. §. 10. scribendum esse ex oppt. codd. existimo: *tam levi momentariaque me apud vos fama pendere*.]

in meam quietem permitte. [De hac constructione cf. Cort. ad Lucan. IV. 651. *Quietem* vero esse de campis Elysiis dictum docet Grop. Diatr. ad Stat. c. 22. p. 211. c. nota Handii.]

Diras. [Eumenidas *Diras* appellari notum est; cf. Heyn. ad Virg. Aen. XII. 845. qui plura dabit. *Terribiles deae* nominantur a Lucan. II. 80. Ita emendandum puto locum Virg. Aen. IV. 171. *Aut Agamemnonius Saeris agitatus Orestes*. Bene iam Markl. ad Stat. Silv. III. 3. 15. p. 276. ed. Dresd. et Epist. Crit. p. 123. intellexerat *scenis* esse ineptum, *Poenis* eleganter coniiciens. *Saecis* ad vestigia codd. proxime accedit, quum in *Scaeris* mutatum corruptelae occasionem praeberet.]

suscipit. Sopingius coniecit *suspicit*, probatum Elm. Scriv. et Pric. Verum cadaver iam *adsurrexerat* et ad prophetae verba respondens *suscipiebat*, cuius voc. usus tritissimus est de dicere incipientibus.

imo cum questu. [*Uno congestu* omnes Mss. (unus Florent. 3. habet *imo congestu*) haud idonea sententia praebent, quum Oud. interpretatio displiceat: *Omnia congessit in unum culpamque mortis in uxorem unam coniecit congessitque*. Quod Wower. emendavit *imo cum gemitu* a Mss. lectione nimis recedit, cui accuratissime respondet coniectura: *imo cum questu*. De *imus* cf. Iutt. ad Ovid. Met. II. 774.]

Malis — mancipavi. Male de toto loco Oud. meritus est, qui cum Barth. Advers. XXXII. c. 13. responsum cadaveris in Iambicos versus contorsit hosce:

> Malis novae nuptae peremtus artibus
> Addictus et Diti poculo pernoxio
> Torum tepentem mancipavi adultero.

vel quod magis mirandum est, uno verbo interposito versus numerosiores reddere studuit coniiciens: *Addictus umbris poculum per noxium*. Convenire enim ait versus cadaveri quasi ex oraculo et divino instinctu profanti. Cui vero persuadebit vir alioquin mirabilibus non deditus? Nimia enim foret magorum potentia, si reviviscentes ut versibus res pronuntiarent, efficere possent. Deinde offensi-

Digitized by Google

164 rum tepentem adultero mancipavi. Tunc uxor egregia capit praesentem audacia|ciam, et mente sacrilega coarguenti marito resistens altercat. Populus aestuat, diversa tendentes. Hi pessimam feminam viventem statim cum corpore mariti sepeliendam, alii mendacio cadaveris fidem non habendam.

CAPUT XXX.

Sed hanc contationem sequens adulescentis sermo distinxit. Nam rursus altius ingemiscens: Dabo, inquit, dabo vobis intemeratae veritatis documenta perlucida; quod prorsus alius nemo *me noscitarit*, indicabo. Tunc digito me demonstrans: Nam cum corporis mei custos hic sagacissimus exertam mihi te-
[128] neret vigi|liam, cantatrices anus exuviis meis imminentes atque ob id reformatae frustra saepius, cum industriam sedulam eius fallere nequissent, po-

tepente F. 3. *tepentem* praeter G. 1. nullus neque cod. nec editio vetus habent, in quibus *repente* exstat. *adulterio* G. 1. *Tunc vox egr.* G. 2. *altricatur* f. *altercatur* π. *populos* F. 3. G. 2. D. D. L. δ. *extuat* D. G. 1. *aestuans* f. *aestuant* R. *mariti* deest in δ. *sepeliendam esse* π. *alteri mendacio* δ. *cadaveris* abest a B. uncisque inclusit Scriver.

adulescentis F. 1. 3. G. 2. D. *distrinxit* B. *distruxit* δ. unde legi posset c. Oud. *destruxit* ut Ovid. Art. II. 312. Burm. Sed nihil mutandum esse videtur. Hanc enim dubitationem et longam incertitudinem dissolvit et quasi *discrevit*. cf. Dr. ad Liv. XXXI. 29. §. 12. *intemeritate* G. 2. L. et ita D legisse videtur a m. p. *perlucida docum.* δ. *et* quod in nonnullis libris ante *quod* deprehenditur, exulat a F. 1. 3. P. *rursus prorsus* e var. lect. G. 2. P. D. *cognominarit* F. 3. Iunt. 2. P. In cett. est *cognoverit*. *iudicabo* Venet. 2. Vicent. *iam cum* R. f. *exteram* pro *exertam* f. *excubiis meis* G. 1. L. R. f. δ. *eximiis* P. in excerptis Oud. [in Gruter. vero collat. equidem lego *exitaque*.] *imminentis* R. *imminentem* P. *sedulam eius* F. 1. 3. G. 1. P. B. et edd. vett. praeter Iunt. 2. In cett. *eius sedulam*. *nequivissent* G. 2. D. p. f. δ. O. et edd. vett. praeter Paris. *postremum* F. 3. G. 1. 2. D. p. B. et edd.

oni eidem est lectio *addictus poculo* pro eo, qui per mortem poculo est addictus. *Addicere* ex Tabb. Decemviral. sumtum est, quae eum qui solvendo non erat creditori addicebant cf. Ernest. Clav. Ciceron. s. v. Bach. ad Ovid. Met. I. 617. deinde de quocunque altero emancipato ac dedito homine dicitur. Oud. comparat Lucan. VI. 452. Arntz. ad Aurel. Vict. de V. Ill. c. 21. et sua ad Frontin. IV. 1. 36. [cf. Iutt. ad Cic. Tuscul. II. 2. §. 5. Dr. ad Sil. XV. 247. *poculo addictus* nostro respondet: *dem Todesbecher verfallen.*]

tepentem. Ita recte ex cod. Bert. Sciopp. in Symb. et Susp. Lect. III. 6. emendavit; quae eadem confusio Met. VI. p. 388. repetitur [*tepens* nominatur *lectus genialis s. torus*, quia in matrimonium scelestam feminam iuvenis interfectus modo duxerat cf. Cort. ad Lucan. III. 21. Intt. ad Petron. Sat. c. 132.]

populus aestuat. [Perperam ex uno cod. Reg. Oud. lectionem *aestuant* praetulit, de quo pluralis numeri usu plura ad Met. III. p. 185. dicam. Scriptura debetur librarii ignorantiae, qui verbi singularem et pluralem participii concoquere non poterat. Nec minus audacter Apul. Met. IV. p. 259. loquitur: *Sic unusquisque periculo territus suppetiatum decurrant anxii.* —]

Cap. XXX. *noscitarit.* [In optt. codd. legitur *cognominarit*, quod corruptum esse perspicitur. Oud. emendavit *alius me nemo cognorit;* quod tamen non satisfacit. Ego coniicio *quod alius nemo me noscitarit.* Prius *me* facile propter antecedens *nemo* corrumpi a librariis, alterum ex scriptura *gnoscitare* oriri poterat.]

digito me demonstrans. [cf. Casaub. ad Suet. Oct. 45. Ferrar. de Vett. Acclam. II. c. 23. in Graev. Thes. VI. p. 80. Intt. ad Tac. Dialog. de Orat. c. 7. Fea ad Hor. Carm. IV. 3. 22. Echtermeyer Progr.: *Namen u. symbol. Bedeut. d. Finger bei d. Griech. u. Röm.* p. 19 sq.]

postremum ex optt. codd. retineri de-

Digitized by Google

stremum iniecta somni nebula eoque in profundam quietem sepulto, me nomine ciere non prius desierunt, quam dum hebetes artus et membra | frigida pigris 165
conatibus ad artis magicae nituntur obsequia. Hic utpote vivus quidem sed tantum sopore mortuus, quod eodem mecum vocabulo nuncupatur, ad suum nomen ignarus exsurgit, et in exanimis umbrae modum ultroneus gradiens, quamquam foribus cubiculi diligenter occlusis, per quoddam foramen prosectis naso prius ac mox auribus, vicariam pro me lanienam susceptavit. Utque fallaciae reliqua convenirent, ceram in modum prosectarum formatam aurium ei applicant examussim, nasoque ipsius similem comparant. Et nunc adsistit miser hic praemium non industriae sed debilitationis consecutus. His dictis perterritus tentare fortu|nam aggredior. Iniecta manu nasum prehendo, sequi- 166

vett. In cett. est *postremo. iniectas omni* F. 3. *iniecta omni* G. 1. 2. D. O. *ori nebula* R. f. *omni nebula* G. 1. 2. D. O. *quietam* Venet. 2. *cicere* Venet. 4. *desiere* edd. vett. praeter Venet. 4. et Par. quae habent *desire. ntuntur* B. *nitantur* edd. vett. praeter Iunt. 2. *hic vivus* R. f. *sed tamen* B. et Putschius in marg. ed. Colv. adnotavit e cod. P. Vitium ortum est ex perpetua confusione. [cf. Oud. ad Front. I. 1. 5. p. 15. I. 5. 17. p. 88. Compendia *tu* et *tm* facillime permutari possunt. cf. I. iv. I. 29. §. 6.] Fortasse emendandum est *tantum non*, quod etiam Ald. eodem teste Putschio habet. Heins.: *Sic tamen* et pro *mortuus: mutuus* coniecerat. *nuncupatur* F. 3. G. 1. 2. D. p. O. δ. f. edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris., quae cum cett. libris habent *nuncupetur. resurgit* B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *exanimis* in D. est nonnisi a m. s. *et exanimis* B. *inexanimis* Vicent. Venet. 2. *urbem modum* D. *ultro meus* D. a m. p. cum lectione interlineari *ultroneus. obelisus* Vicent. *praesectis* δ. *proseptis* D. ut infra *proseptarum*, *profectis* Venet. 2. Iunt. 1. quae posterior etiam infra *profectarum* habet. *et mox* f. *suscitavit* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. et Iunt. 1. Unice tamen probandum est *susceptavit* e. Becichem. Ep. 71. et Schikerado, quod Oud. explicat *in se suscepit*. Eadem est confusio Met. XI. p. 814. *tutelam susceptare* ubi recentiores etiam servant *suscitare. ut quae fall.* ed. Paris. *reliquae* G. 1. O. *convenissent* G. 1. 2. D. P. R. f. O. δ. *ceram* Venet. 2. Iunt. 1. *prosectorum* O. *auribus* O. *formatam* abest a f. *applicavit* f. *applicuit* Ms. Al. teste Colv. *examussim* D. cum glossa *diligentissime. et avulso* pro *ex amussim* β. *comparavit* f. *secutus* G. 2. D. *tentans aggredi* B. et Basil. *temptare aggredior* ed. pr. Vicent. Venet. 2. cett. edd. vett. praeter Iunt. 2. *fortunam* omnes codd. et Edd. vett. addunt. *prendo* O. *apprehendo* G. 2. D.

bebat cf. ad Met. VIII. p. 581. ubi plura dicam.

ciere. [Proprium est artis magicae vocab. de iis usurpatum, qui mortuos ad spiritum reducunt cf. Intt. ad Virg. Aen. IV. 490.]

dum niluntur. Oud. dubitat an vere indicativum codd. retineant et an unquam *dum* pro *donec* eo modo recte dicatur; coll. Duk. ad Flor. III. II. 7. Arntz. ad Cat. Dist. 2. 3. Gronov. ad Melam, III. 8. Sed tamen posse hic temporis praesentis actum significare ait, sive *nec prius quam tunc, quum iam nituntur* et tunc requiri indicativum. [Idem voluit Burm. ad Claud. Eutrop. I. 316. et ad Ovid. Trist. IV. 755. (cf. Dr. ad Liv. I. 40. §. 7. II. 47. §. 5.) Optime de hoc usu iudicavit Hand. Tursell. II. p. 321.]

vocabulo. [*Vocabulum* hic positum est pro *nomine*, de qua voc. significatione cf. Munk. ad Fulgent. Mythol. III. p. 717. Doed. Synonym. Tom. IV. p. 27. Elm. in ind.]

prosectis. [Contra omnium libr. auctoritatem ex uno cod. d'Orv. e. Oud. *praesectis* recipere non audebam, quamquam per se istud omnino comprobatur. In his enim praepp., quae fere idem in compp. significant, nisi fide Mss. diiudicari nequit, quos ubique sequendos esse censui.]

aurum. [Oxon. habet *auribus*, ut duo dativi adponantur verbo *adplicaret*, quorum unus partem significat rei vel personae quae in universum antea denotata est; cf. Met. III. p. 194. Plura miscuit Oud., qui conferre non debebat Met. VI. p. 415. *decidenti sarcinae fusticulos aliquot porrigas ei.* — Alia suppeditabit Burm. ad Ovid. Met. IX. 770. cf. Met. II. p. 107. Dissen. ad Pindar. Olymp. II. 14. Eurip. Heracl. 63. Schaefer. ad Soph. Philoct. 747. Virg. Aen. V. 172.]

tentare fortunam. [Ita ex omnibus codd. recipere non dubitavi, quamquam paullo insolentius hoc dictum esse confiteor. Gruterus *formam* pro *fortunam* emendans frustra egit, quia *forma* de *facie* nusquam, quantum scio, reperitur; nec minus improbatur Oud. coniectura *fron-*

Digitized by Google

tur: aures pertracto, deruunt. Ac dum directis digitis et detortis nutibus praesentium denotor, dum risus ebullit, inter pedes circumstantium frigido sudore *diffluens* evado. Nec postea debilis ac sic ridiculus Lari me patrio reddere potui: sed capillis hinc inde laterum deiectis aurium vulnera celavi, nasi vero dedecus linteolo isto pressim adglutinato decenter obtexi.

CAPUT XXXI.

Cum primum Thelyphron hanc fabulam posuit, compotores vino madidi rursum cachinnum integrant. Dumque bibones *salutaria sibi* postulant; sic

sẽ pro *sequitur* D. a m. p. *pertracte* f. *protractae* Reg. An *praetracto? demunt* pro *deruunt* D. a m. p. Heins. coniecit *defluunt*. Verba *ac* usque ad *presentium* desunt in G. 1. *directus* D. *devortor* π. *devertor* G. 1. *risus obtulit* G. 2. P. D. (in cuius marg. a m. s. est *alii ebullit*). *intra* p. *defluens* omnes codd. et edd. habent. *nec* exulat a f. *sic* non comparet in G. 1. O. *si* G. 2. D. *ridiculis* Venet. 2. *adglutinato* D. *conglutinato* B. *lintholo* ed. Paris. *dedecenter* G. 1.

primus δ. *Theliphron* F. 3. *vinio madide* Venet. 2. *bibens* P. D. in cuius margine a m. s. legitur *bibitiones*. *biberes* F. 3. R. L. G. 1. 2. f. *bibones* O. π. Ceteri libri et edd. vett. *bibere*. *solitarias* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. O. *solitariam* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *solutarias* L. *salutarias* φ. π. *solitudinarias* f. R. *solitarium* Iunt. 1. 2. Paris. *solidalium* Venet. 4. Basil., unde Soping. margini adlevit *salialium* i. e. *φιλάνθρωπον* e Gloss. Stephani, vel *colyterium* citans se ad Iamblichum. Verba *integrant* usque ad *risu* desiderantur in O., qui *cachinnum* et *postulant* coniunxisse videtur.

tem, quod vocab. *de facie* in universum non ubique poni licet. Ineptius pro more suo Brantius *protinam* legit i. e. *continuo*, et Burmann. *fustim* non considerans, necessario addi debuisse, quid ille tentasset. *Fortuna* hic est condicio, status illius miseri, quem quum percepisset, statim contrectando experiri voluit, num umbra ab inferis resuscitata vera pronuntiasset. Ita omnia bene procedunt.]

diffluens. [Ex emendatione Heins. et Wass. necessario ita scribendum esse duxi. *Diffluere* enim idem est quod *perfluo*, in sudorem quasi dissolvor, *defluere* vero de sudore dicitur qui per membra labitur. Ille autem timore summoque infortunio sudore erat plane perlutus, quod nos dicimus: *in Schweiss aufgelöst*. cf. Dr. ad Liv. XLI. 15. §. 1. Munk. ad Hygin. fab. LIX. p. 126. Stav. et Intt. ad Virg. Aen. p. 348. Kritz. ad Sall. Iug. I. §. 4.]

Cap. XXXI. *compotores*. [De his compp. cf. Munk. ad Hyg. fab. CLXXXVII. p. 310.]

salutaria sibi postulant. Varie hic locus a viris doctis tentatus est. Wower. *bibere salutaria postulant* ex cod. Fulv. defendens, ad notum morem pro salute absentium in conviviis bibendi respicit, coll. Ambros. de Helia c. 17. cui Elm. addit Hieronym. in Epist. Paul. ad Tit. c. I. fol. 201. Schol. ad Hor. Od. III. 1.. Lipsius scribi voluit *solita risui* hoc ductus argumento, quod mox dei Risus iniiceretur mentio, cui propinandi fortasse mos fuisset apud Hypatenses, qui eum soli mortalium ut Deum colerent. [Putsch. in marg. ed. Colv. legendum putat *solidarium* i. e. ultimam meracissimamque potionem. Moris enim fuisse, ut convivae sub finem convivii capacioribus se ingurgitassent poculis coll. Senec. Epist. 12. §. 4. Suid. s. v. *ἄκρατος* Pollux. l. 11. c. 18. Aliter Oud. probat *salutaria*, de *solito Salutis poculo* s. *φυλακτηρίῳ* et *servatorio* intelligens, quod convivae in fine sumserint, et hinc decore *postulabant*; sive *Σωτῆρος Δίος* poculo, quod et hinc *τέλειον* s. *ultimum* vocarint multa aqua temperatum, ut prius merum dilueretur coll. Iens. Epist. ad Graev. p. 401. Nihil tamen certius esse affirmat Oud. Lipsii coniectura *solita risui*, eleganter praeterea pro *bibere* emendans *bibones* ex codd. O. et π. Haec vero valde displicent nec probabile est, Hypataeos deo Risui fine cuiuscunque convivii vino libasse, quum una tantum die coleretur. Ego hunc locum ita corrigere malim *dumque bibones salutaria* vel *salutatoria sibi postulant*. *Salutatoria* pocula sunt quae

Digitized by Google

ad | me Byrrhena: Solemnis, inquit, dies a primis cunabulis huius urbis con- 167
ditus crastinus advenit, quo die soli mortalium sanctissimum deum Risum hi-
laro atque gaudiali ritu propitiamus. Hunc tua praesentia nobis efficies gra-
tiorem. Atque utinam aliquid de proprio lepore laetificum honorando deo com-
miniscaris, quo magis pleniusque tanto numini litemus. Bene, inquam, et fiet
ut iubes. Et vellem hercules materiam reperire aliquam, quam deus tantus
affluenter indueret. Post haec | monitu famuli mei, qui noctis admonebat, iam 168
et ipse crapula distentus, protinus exsurgo, et appellata propere Byrrhaena,
titubante vestigio domuitionem capesso.

verbis pro *urbis* Venet. 2. *ubis* D. a m. p. *conditus* F. 3. G. 1. 2. D. P. δ. f. π. In cett. est *conditae. esset mortalium* f. R. *soli nos* D. a m. p. *Risu* L. P. *tisit* pro *risum* δ. *hilari* B. male cf. ad Met. III. p. 194. *hylara* G. 1. *gaudiali risu* B. *pronuntiamus* D. in margine habet a m. s. pro *propitiamus*, quod in textu legitur. *nobis* exulat a P. *officiet* Vulcan. 2. *efficiens* δ. *commiscaris* D. a p. m. *magna pleniusque* ed. pr. Venet. 2. 4. Vicent. Iunt. 1. Ald. *unde inquam* R. f. *letentur* O. pessime. *fiat* f. *et fiet et ut* p. *aliquam reperire* D. G. 2. *mea* G. 1. [in margine correctum est *materiam*.] *effluentur* omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. *affluenter* F. 3. G. 1. 2. O. R. D. B. P. δ. L. De cett. Oud. nihil certi adnotat sed in iis videtur extare *affluenter*. *post hoc* δ. frequenti variatione ut *ad hoc* et *ad haec*. *nocis* P. *nam* f. *distractus* O. et G. 1. a m. p. Quod tamen Oud. adnotat ex G. 1. *correctus* cum glossa *distractus* non inveni. *Correctus* si legeretur, *correptus* esset. *ex a surgo* quasi *ex adsurgo* δ. *appellante* L. *prospere* G. 1. 2. D. P. π. p. δ. f. R. edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris., quum Beroaldus quantum scio primus *propere* correxerit.

convivae discedentes pro sua salute invicem hauriebant, se ipsos salutantes; de quo more cf. Bulenger. de Conviv. III. 14. in Graev. Thes. Tom. XII. p. 173. Si *salutaria* comprobatur, nova significatione dictum est. *Sibi* vero ex compendio *s̄* depravatum, adhaesit deinde praegressae voci, unde *salutarias* effectum est. *Salutaria* denique dictum est pro *poculis salutatoriis*. *bibones* coniectura Oud. praeterea eo stabilitur argumento, quod in dictione *poscere maioribus poculis* verbum omittere soleant veteres; cf. Cic. Verr. II. III. c. 44. §. 105. II. 1. 26. §. 66. Peerlk. ad Horat. p. 30.]

conditus. [Miror quomodo *conditae* praeferre potuerit Oud., quod non solum optt. codd. auctoritate destituitur, sed a sententia omnino est intolerabile *Dies ab incunabulis urbis conditus* est ab ultimis inde temporibus iamiam consecratus.]

indueret. Inepte olim coniecerat Grut. Susp. V. 8. *inunderet* antique pro *inundaret*, nec minus absurda est Pontani in Anal. III. 4. emendatio *incluseret*, quae tamen Scriverio probatur. Optime enim deus dicitur *materiam induere laetitiae*, qua velut veste erat ornatus. Passim *induere* et *exuere* de animi affectibus eorumque externis indiciis usurpatur Gron. Observ. I. 2. eund. ad Gell. XII. 5. Senec. Consol. ad Polyb. c. 24. Auctor. Eleg. ad Liv. 115. Tacit. Dialog. de Orat. c. 6. Minuc. Fel. c. 37. [cf. Arntz. ad Plin. Paneg. c. 81. et quos excitat Burm. ad Anthol. L. Tom. I. p. 514. Dr. ad Liv. XXI. 3. §. 5.]

monitu — qui admonebat. Gruterus, quem repetitio eiusdem verbi tam brevi intervallo offendebat, emendavit, si puer hero non esset a pedibus, *initu famuli* i. e. simul atque triclinium servus intrabat. Sin autem praesens fuisset, legendum duxit *motu famuli*, ut videlicet servus herum dextra leviter tangeret et horam indicaret. Omnium tamen probabilissima videtur ei coniectura *nutu*. Ego c. Oud. nihil muto, quum eodem modo auctor iunxerit Met. III. p. 175. *piamentis — expiant*. [De hoc famulo *adversitore*, cuius ministerium erat, ut herum foris coenitantem domum reduceret, cf. Pignor. de Servis. in Polen. Supplem. Thes. Tom. III. p. 1212. et Popm. de operis serv. ibid. p. 1345. Donat. ad Terent. Andr. I. 1. 1. Plaut. Mostell. IV. 1. 23.]

distentus. Oud. comparat Met. I. p. 59. VII. p. 442. 499. Suet. Claud. c. 33. [Heins. Advers. I. 6. p. 65. 66. Intt. ad Virg. Ecl. IV. 21. Plin. Paneg. c. 49. §. 6. Cort. ad Lucan. IV. 314.]

titubanti vestigio. [De vacillantibus pedibus, qui ob ebrietatem difficulter

CAPUT XXXII.

Sed cum primam plateam vadimus, vento repentino lumen quo nitebamur extingnitur, ut vix improvidae noctis caligine liberati digitis pedum detunsis | 169 ob lapides hospitium defessi rediremus. Dumque iam iunctim proximamus, [129] ecce tres quidam *vegentes* et vastulis corporibus | fores nostras ex summis

dum pro *cum* malnit Pricaeus ut statim *dum iam proximamus*. At Mss. nihil variant et parum refert. Ac videtur significare *simul ac in plateam incedimus:* unde et frustra O. habet *primum. capimus* δ. *librati* φ. *vento vere repentino*. Hinc putavit Wasseus latere aliquid et coniecit *vento de repentino*. *detunsis* O. *hospitis* P. *reddiremus* D. a m. p. *iuncti* G. 1. O. *victi* δ.*in vicum* B ut habet etiam D in margine. Eim. Pric. Florid. *tres quidam* B. δ. *vtres* B. *vagetes* F. 3. G. 1. 2. D. R. f. O. δ. *et* ante *vastis* abest a D. a p. m. *vastulis* β. *vasculis* G. 1. f. *et suminis* F. 3. G. 1. 2. D. et omnes edd. vett. *ex* abest F. 1. In cett. omni-

moveri possunt cf. quae larga manu adnotat Burmann. ad Propert. I. 3. 9. Tibull. II. 1. 30.]

Cap. XXXII. *plateam vadimus*. Male Stewech. scribi volebat *invadimus*, quia *vadere plateam* ab Apuleio eadem ratione dictum esset, ut *viam ire*. cf. de Dogm. Plat. 247. [Intt. ad Hygin. Fab. 38. p. 99 sqq. Stav.] Si quid mutandum est, elegantior videtur Oudendorpio scriptura cod. d'Orvill. *capimus s. ingredimur*: v. c. *capere portum, regionem*; cf. Auct. Hist. B. Alex. c. 47.

lumen quo nitebamur. [Pueri hero domum redeunti faces praeferre solebant. Burm. ad Propert. I, 3. 10. et ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 620. De his lampadophoris accuratius agit Pignor. de Servis. in Polen. Suppl. ad Thes. Tom. III. p. 1211.]

improvidae. [*Improvidus* passive hic positum est, qui usus aliis adiectivis potest comprobari; cf. Cort. ad Lucan. V. 500. qui plura suppeditabit.]

Detunsis ob lapides. Ideo servi erant ditioribus, a quibus monerentur per vias de lapidibus, ad quos offendere possent. Colv. comparat Lucian. Nigrin. [c. 34. *προϊόντας γάρ τινας τῶν οἰκετῶν δεῖ βοᾶν καὶ παραγγέλλειν προορᾶσθαι τοῖν ποδοῖν, ἤν ὑψηλόν τι ἢ κοῖλον μέλλωσι ὑπερβαίνειν*. Popm. de servis l. d. et Intt. ad Petron. c. 79. p. 505. Burm.]

iunctim. *Vicum* vel *in vicum* non Wower. et Sopingii est coniectura sed cod. Bertin. lectio, quae tamen ideo improbatur, quia hospitium eos iam petiisse Lucius narrat. Veritati magis accedit Scriverii emendatio *iamuam*, quod quartum casum Apuleius saepe verbo *proximare* adsciscit. cf. Met. XI. p. 785. [cf. Miscell. Observ. Vol. IV. T. I. p. 135. Oud. ad Caes. IV. B. G. 10. VII. 82.] De verbo *iunctim* quod bonum est cf. Schwarz. ad Mamert. Genethl. c. XI.

vegentes. Lectio Bertin. cod. *utres* nullo modo poterit defendi. Verum non potuit Lucius illos latrones hic iam *utres* nominare. Nam nec ipse iam tum scisse voluit videri alios quam latrones fuisse. Tunc enim stultissime eos invasisset nec id vult scire iam lectores, ut eorum exspectationem suspendat. Gronov. de Pec. vett. III. 17. egregie emendavit *ut res est*, quod Oud. confirmat ex Septim. de Bell. Troian. II. 25. Eumen. pro Rest. Schol. c. 7. cf. Schwartz. ad Mamert. Genethl. c. 9. Aerod. ad Quint. Decl. CCXCVIII. [cf. ad Apul. de Mundo p. 333. et Apol. p. 418. Ego tamen in lectione *vegetos* acquiescere nequeo, quum mira sit librorum constantia, qui fere omnes *vegetes* exhibent. Hinc emendare malo *vegentes* quod *vegetes* scriptum in codd. facile depravari poterat. *Vegere* proprie *excitare* significans, neutrorum more etiam usurpatur. cf. Non. p. 183. Merc. *veget .... vegetum est Varro Manio: Nec natus est, nec morietur, viget, veget. utpote plurimum*, ut *vegetos* interpretamentum videatur esse voc. *vegentes*.]

vastulis corporibus. Temere Grut. c. Pontian. emendavit *masculis*, in ed. Vulc. s. Scalig. legitur *bassulis* ex Gloss. Isidor. *bassus: pinguis obesus*, Heins. *basilicis* s. regiis et maximis ex Plaut. Epid. I. 1. 54. Pseud. I. 5. 43. Taubm. p. 1119. coniecit. [Equidem vulgatam retineo.]

ex summis viribus. [De usu praepo-

Digitized by

viribus irruentes, | ac ne praesentia quidem nostra tantillum conterriti, sed 170
magis cum aemulatione virium crebrius insultantes, ut nobis ac mihi potissimum non immerito latrones esse et quidem saevissimi viderentur. Statim denique gladium, quem veste mea contectum ad hos usus extuleram, sinu liberatum arripio. Nec cunctatus medios latrones involo ac singulis, ut quemque colluctantem offenderam, | altissime demergo, quoad tandem ante ipsa vestigia mea 171
vastis et crebris perforati vulneribus spiritus efflaverint. Sic proeliatus, iam tumultu eo Fotide suscitata, patefactis aedibus anhelans et sudore perlutus irrepo, meque statim utpote pugnacium latronum in vicem Geryoneae caedis fatigatum, lecto simul et somno tradidi.

bus est *ex summis viribus*. *magisque*, quod nonnulli codd. et edd. vett. post *magis* addunt, non comparet in F. 3. G. 1. 2. D. O. *d.* R. f. sed *magisque* funt. 2. *ex cumulatione* B. Heins. emendavit *cum aemulatione*. *ut nobis ac nobis pot.* ed. Vicent. male. Non iam servo quam ipsi Lucio videbantur esse latrones in tenebris grassantes, quia erat ebrius. *sevissi* D. a m. p. *videretur* P. *ad hus usque* p. *ad hoc usque* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *arripui* p. et omnes edd. vett. et Colvio priores. *involo* F. 3. G. 1. 2. R. P. O. D. (in cuius margine adnotatum est: *alii invado.*). In ceteris omnibus est *invado*. *singulos* G. 1. 2. D. *d.* L. f. *an singulis* Venet. 4. *quoat tandem* F. 3. *queat* G. 1. *ipsa* abest a *d.* *fastis et crebris* Paris. ed. *perforari* G. 1. *spiritus* F. 1. 3. G. 2. D. *d.* R. In ceteris extat *spiritum*. *efflaverunt* F. 3. ex correctione et in Florent. cod. 1. teste Roaldo. *afflaverint d.* inepte. *sicque* F. 1. G. 1. 2. [sed a m. s.] D. p. L. *sicut* O. *Fotidem*. *suscitatam* R. f. Oud. coniecit *suscitaram*. *anellans* G. 1. *perlitus* G. 1. R. f. Mss. Beroald. Iunt. 1. 2. Ald. *pugnarium* F. 3. p. G. 1. 2. L. D. *pugnarum* B. f. *pugnantium* omnes edd. vett. *in vitem* G. 2. *gersoneae* F. 3. G. 2. L. *Gerionee* D. et omnes edd. vett. *gesoneae* P. *gereleneae d.* *gerione* G. 1.

sitionis *ex*, quae hic *cum* denotat cf. Munk. ad Hyg. fab. XX. p. 64. Stav. cf. quos laudat Hand. Turs. II. p. 640. Plura dat Oud. ad Apul. Met. p. VII. p. 493. et p. 517. ubi mea adnot. cf.]

magis cum aemulatione. [Ex optt. Mss. repetitionem adverbii omisi, quamquam bene constat, saepius ita apud optimos quosque scriptores legi. cf. Dr. ad Liv. VIII. 39. §. 5. Cort. ad Sall. Cat. V. §. 7. Doed. Syn. Tom. III. p. 99. Apul. Met. III. p. 189. V. p. 363. VIII. p. 510. Hand. Tursell. III. p. 564.] Quae tamen adiicit Oud., se aliquando scribi cogitasse *magis magis* ut Graecorum *μᾶλλον μᾶλλον* [de quo adeatur Hand. l. c. Intt. ad Virg. Georg. IV. 311.] vel *sed magis magisque* laudato Hessel. ad Enn. XII. Ann. p. 99, nemini unquam probantur. [De hac eiusdem verbi repetitione cum vi quadam prolata; cf. Cort. ad Lucan. V. 741.]

ad hos usus. Frustra est Heins., qui ad Ovid. Fast. II. 793. legendum proposuit *ad hoc usus*; cf. Misc. Observ. Vol. IV. P. II. p. 303. Vol. V. P. II. p. 206. Intt. ad Suet. Domit. 7. ad Lucan. V. 698.

involo. [Ita ex praestantissimis codd. recepi invito Oud. qui ex Florent. I. *invado* praefert. Utrumque per se comprobatur, et ex auctoritate tantum codicum res diiudicanda est. Eadem lectionis discrepantia Met. VI. p. 398. deprehenditur. De *involare* c. Acc. iuncto cf. Heins. ad Ovid. Met. XIII. 561. Cort. ad Lucan. VI. 588.]

spiritus. Necessario ita scribi debebat ex consensu Mss., quibus Oud., non obsecutus est. Ex consuetudine enim Romanorum, pluribus rebus unum quasi membrum tribuendi, de qua dictum est ad Met. I. p. 109., hic *spiritum* male praetulit.

in vicem. Pricaeus omisit praepositionem, deditane opera an typothetarum culpa incertum est. [Utrumque bene dicitur; cf. Gron. ad Liv. I. 9. 15. Hand. Tursell. III. 450 sq.]

Geryoneae caedis. [locatur Lucius qui tribus latronibus e medio sublatis se fatigatum esse dicit instar Herculis postquam trimembrem Geryonem confecerat. De Geryone eiusque fabula cf. Munk. ad Hygin. XXX. p. 87. Stav.]

Digitized by Google

LIBER III.

CAPUT I.

172 Commodum punicantibus phaleris Aurora roseum quatiens lacertum coelum inequitabat, et me securae quieti revulsum nox diei reddidit. Aestus in-

quatiens exulat a R. et f. *inquietabat* pro *inequitabat* M. p. coll. V. et abest *inquietabat* a R. f. *coelum* non comparet in G. 1. et π. *securae* desideratur in π. *quiei* δ. *remulsum* φ. *revulsus* P. G. 2. D. a m. p. sed a m. s. *revulsum*.

Cap. I. *punicantibus.* [Frequens hoc est Aurorae epitheton; cf. Kopp. ad Mart. Cap. I. §. 73. p. 116. Ita in Eleg. de obit. Maecen. v. 123. apud Burm. Anthol. I. p. 278. *puniceus ros* nominatur, qui versus ita emendandus est:

Illius aptus eras croceo recubare cubili
Et modo puniceo rore lavante torum.

lavare enim est *madefacere, adspergere,* quia ros matutinus est et aurora oriente plurimus conspicitur.]

phaleris [Phalerae proprie sunt ornamenta equorum, quae tamen qualia fuerint adhuc nondum satis exploratum est. Panciroll. Notit. Dignit. in Graev. Thes. Tom. VII. p. 1396. eos ita describit: *Aliae purpureae taeniae dorsa ac pectora collaque equorum complectuntur: pro fasciis aureae phalerae cernuntur, quae sunt ovales orbiculi et auro distincta fora.* cf. Visconti Museo P. Clement. Tom. V. p. 80. Böttig. Sabin. II. p. 215. et quos praeterea excitat Rupert. ad Inven. Sat. XI. 103.]

roseum quatiens lacertum. Elmenh. comparat de roseo aurorae colore Nonn. Dionys XVIII. 165. Homer. Il. μ. 316. Theocrit. Idyll. II. 148. Ovid. Met. VI. 46 sqq. Naev. ap. Gell. XIX. 7. qui *pudoricolorem* auroram nominat. [quibus exemplis si tanti est adde: Virg. Aen. VI. 535. Heins. ad Claudian. Epith. Honor. v. 19. Burm. ad Anthol. Lat. Tom. II. p. 300. Crusius de nocte c. 3. in Salleng. Nov. Thes. Antiqq. Tom. II. p. 826. De *quatere* cf. Barth. Advers. XX. c. 19. p. 1001.]

revulsum. Remissum quod in cod. Fulv. comparet hic non videtur locum habere posse, nisi *quieto* legatur, quamquam *revelli quieti* aliis fortasse magis placeat, ut Ovid. Met. XI. 553. ibiq. Intt. XII. 356. Sed si *quietem* considerâmus tanquam personam et Deum Somnum, qui temit Lucium, recte eius potestati per Auroram ereptus excussusque et diei *redditus* ille dici potest; cf. Met. VIII. p. 533. *quiete excussa.* [Notandum praeterea est dativi forma *quiei* quae in d'Orv. exaratur. cf. Lae. in Protesilaudamia apud Prisc. VI. p. 255. *complexa somno corpora operiuntur ac suari quie dicantur,* quod a Voss. de Anal. II. 20. male tentatum est coniiciente *rigantur,* quippe qui non intelligeret *quie* esse dativum; cf. Lambin. et Torrent. ad Hor. Serm. I. 3. 95. Walther. ad Tac. Ann. III. 34: et *dicantur* idem est quod in potestatem se dedunt. Si quid mutandum maluerim *ligantur.* cf. Eckst. ad Voss. Aristarch. Tom. II. p. 663.]

Digitized by Google

vadit animum vesperni recordatione facinoris. | Complicitis denique pedibus ac 173
palmulis in alternas digitorum vicissitudines super genua connexis, sic grabatum coxim insidens ubertim flebam, iam forum et iudicia, iam sententiam, ipsum denique carnificem imaginabundus. An mihi quisquam tam mitis tamque benevolus iudex obtinget, qui me trinae caedis cruore perlitum et tot civium sanguine delibutum, innocentem pronuntiare poterit? Hanc illam mihi gloriosam peregrinationem fore Chaldaeus Diophanes obstinate praedica|bat. Haec idem- 174

vel quod ante *vesperni* nonnulli codd. et edd. praebent non comparet in F. 1. 3. P. G. 1. 2. coll. Voss. L. f. O. *δ. β.* M. Iunt. 2. Venet. 4. Paris. *animumque* Basil. 1. *vesperni* F. 3. G. 2. P. Iunt. 2. In ceteris est *vespertini. facinorum* R. f. *complicitisque* P. *complictis* D. a m. p. *palmis* p. *inter alternas* L. R. f. P. O. *δ. complexis sic.* P. *cossim* G. 1. 2. D. Iunt. 1. 2. Ald. In cett. edd. vett. *cossin. cessim δ. sesim* R. f. *at mihi* O. *an mihi inquam δ. tam mitis* in omnibus legitur codd. et edd. ante Basilienses, in quarum utrumque contextum nescio qui irrepsit *amicus*, a Colvio Wow. et Vulcanii utraque Ed. retentum. Sed idem est *amicus* et *benivolus*. Forsan tamen sic habent R. et L.; quae sententia est Oud. *abtinget* L. *obtingat* R. quod Oud. male recepit. *obtingeret* B. *trinae* F. 3. G. 1. 2. D. O. B. P. *δ.* Iunt. 2. In reliquis est *ternae. tetrae* habent Venet. 4. Paris. Bas. 2. *cruore perlitum* F. 3. G. 1. 2. D. P. B. Colv. Vulc. Wow. Elm. Scriv. In ceteris est *perlitum cruore. obstinato* R. f. *praedicebat* R. f. In ceteris omnibus est *praedicabat. haec* abest ab Iunt. 1. Ald. *hic* Vicent. Venet. 2. 4. Col. Bas. 1. Paris.

vesperni. [Ita ex cod. Florent. et Iunt. II. scribi volebam; cf. Fest. s. v. *vesperna* p. 157. Lindem. eund. s. v. *coena* p. 41. ibique Intt. p. 377. et s. v. *scensas* p. 149. cf. Taubm. ad Plaut. Fragm. p. 487. et ad Rudent. I. 3. 91. Quamquam enim concedendum est, Apuleium eo nomine aliquid innovasse, quod de coena hic non loquatur, tamen neque eius ingenio neque analogiae repugnat vocabulum.]

Complicitis super genua. [Hunc esse morem lugentium et desperantium demonstrat d'Orv. ad Charit. I. 8. p. 259. ubi plures locos invenies et Cort. ad Lucan. II. 292.]

coxim insidens. [Incurvatis genibus et dimidia corporis parte erecti saepius describuntur epulantes. cf. Ursin. Append. ad Ciaccon. de triclin. p. 233. Non. p. 39. s. v. *incoxare* et p. 40. s. v. *cossim.* Plura cf. Met. II. p. 131.]

obtinget. Oud. praetulit unius cod. Reg. lectionem *obtingat*, quia in tacita Lucii interrogatione inesset spes metui mixta. Futurum restituendum esse equidem puto, quia haesitatio tantum exprimitur, talem iudicem utrum unquam inventurus sit.

trinae. Quid sibi velit Oud. coll. dictat. ad Suet. Aug. c. 74. *ternae* hic ex nonn. codd. retinens, quia ordo hic locum non habeat, qualis infra p. 180. conspiciatur, vix poterit intelligi; [cf. Burm. ad Seren. Samon. 32. Dr. ad Liv. XXIII. 49. 6. Hic tamen non modo propter codd. auctoritatem sed per sententiam quoque *trinae* praeponendum est alteri lectioni *ternae.* Sed cum Burm. ad Ovid. Her. IX. 38. non facio, qui nihil interesse censet, utrum *terni* an *trini* dicamus. *Trini* enim in eiusdem generis ponitur rebus, quae inter se accuratissime consociatae apparent eoque semel tantum proferri posse putantur; cf. Ramsh. Synonym. praef. V. 2. p. L.]

obstinate praedicabat. [Ita praeter Reg. et Fux. codd. omnes acriter defendunt. Quamquam ego teneo, *praedicere* semper usurpari de vaticinante et praesagiente, alteri tamen *praedicandi* vocabulo hanc significationem non omnino abiudicaverim. Extant enim loci ubi codd. optimi *praedicare* reservant. Lactant. Planciad. fab. 7. p. 808. Stav. *trahens in contemptum praedicata Tiresiae auguris* Tertull. advers. Iud. c. 3. p. 186. B. Rigalt. ed. de fuga in persec. c. 6. p. 539. et p. 540. A. c. 12. p. 542. B. *praedicatus persecutiones*; cf. Dr. ad Liv. XXXV. 39. §. 7. cui tamen hunc usum vindicare non audeo, quem potius posterioris aevi esse existimem.]

tidem mecum replicans fortunas meas eiulabam. Quati fores interdum et frequenti clamore ianuae nostrae perstrepi.

CAPUT II.

Nec mora cum magna irruptione patefactis aedibus, magistratibus eorumque ministris et turbae miscellaneae cuncta completa. Statimque lictores duo de iussu magistratuum immissa manu trahere me sane non renitentem occipiunt. Ac dum primum angiportum insistimus, statim civitas omnis in populum effusa
173 mira densitate nos insequitur. Et quamquam capite in | terram immo ad ipsos
[130] Inferos iam deiecto, moestus incederem, obliquato tamen aspectu | rem admira-

maelum Venet. 2. *metum* ed. pr. Vicent. Venet. 4. Iunt. 1. Par. Col. *merum* Bas. 1. Vitiose omnia. *quam fores* G. 1. *quanti fores* Venet. 2. 4. *interim* pro *interdum* lectio Vulg. *ianuae* deest coll. Voss. *ianuae nostrae* desiderantur in R. f. *prostrepi* B. *perstrepebant* G. 1. O. *praestrepi* ed. Col. *et* ante *turbae* abest a B. et edd. Colvianam antecedentibus. In G. 2. et D. *etiam turbae*, *tubae* L. *miscelaneae* L. *miscellanae* Venet 4. Paris. Bas. Beroald. ridicule *misellanae*, quod invenit in aliis codd. uti extat in Vicent. deduxit a *misellus*. Ceterum Vulcanius margini adlevit ediditque Scriv.: *et turba miscellanea* contra omnes Mss. Nam possunt esse dativi pro ablativo cum praep. vel priores voces esse ablativi, hae genitivi, ut rursus duos casus uni adiectivo iunxerit auctor. *compleri* f. *lectores* Venet. 4. Paris. *de visu* G. 1. neque de *visu*, ut in Oud. erat excerptis. *emissa* B. *missa* G. 1. O. *trahi* L. *vesana* pro *me sane* conlecit Heins. citra necessitatem. *reticentem* pro *renitentem* L. f. R. d. *accipiunt* deest in edd. vett. praeter Iunt. 2. et Vulg., quo carere possumus, quum infinitivus sit absolutus, quem Apuleius saepius usurpabat. Sed agnoscunt Mss. omnino omnes: quare restitui. Nisi quod solemni errore R. f. d. cum ed. Pric. dent *accipiunt*. *in populum effusa* Vulc. 2. temere pro glossemate eiecit. *obliquato* O. *admiratius* d.

eiulabam. [De constructione verbi cf. Munk. ad Hygin. CXXX. p. 234. De forma Eckst. ad Voss. Aristarch. Tom. II. p. 740. et p. 765.]

perstrepi defendit Oud. ex Stat. Achill. II. 76. Claudian. in Rufin. 215. et Bouhier. ad Pervig. Ven. 61. [quibus plura addere supersedeo, quum *prostrepi* h. l. ne comprobetur quidem propter sententiam.]

Cap. II. *immissa manu.* Oud. explicat *protenta* adeoque *sibi iniecta* ex analogia dictionis *immittere barbam*, *capillos* coll. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. VI. 167: quae tritissima sunt.

in populum effusa. Mire tentatus est locus a viris doctis. Grat. Suspect. VI. 6. coniecit, quod mihi quoque summe arridet, *in publicum* defensum a Wower. qui inde exortam esse putavit depravationem, quod vocab. antique *poplicus* scriptum ineptis librariis ignoratum esset; coll. apud Gruter. lapide veteri n. CL. 6. *poplicus*. Gloss. vett. *puplice* et *puplico*. His Oud. addit Dr. ad Sil. XI. 151. tabul. aen. Genuens. apud Ortell. in Theatro de Liguria et Gruter. p. CIV. sua ad Caes. B. G. VI. 13. VII. 26. Wow. ipse emendat *populatim* vel *in speculam* et Floridus, qui Barthii scrinia compilavit. (Barth. Adv. XX. 21. p. 1009 et LI. c. 15. p. 2409) *in propatulum.* Sed recte defenditur vulgata iam a Pontan. ad Macrob. VII. Sat. cap. 1. et Holstein. ad Passionem Perpetuae p. 124. *populum* explicantibus *magnam hominum multitudinem.* Rectius c. Oud. exponas, singulos in unam concionem ex diversis domibus confluxisse, ita ut cives undique confluentes effecerint universum et coniunctum populum.

adspectu. Nescio qui factum sit ut h. l. saepius citatum reperias *obliquato tamen spectu*, ut a Voss. Etymol. s. v. *spectio:* ubi plura exponuntur. [Dac. ad Fest. p. 700. Lindem. Verum iam vidit Stallb. ad Rudd. Instt. I. p. 224. Sed si codd. huic lectioni suffragarentur, recipere eam non dubitarem, quippe quae obsoleta nitatur Pacuvii antiquitate; cf. Fest. p. 147. s. v. *spectu* et p. 257. Lindem. s. v. *spicit* Stewech. ad Arnob. V. p. 125. ed. Lugd. Orell.

Digitized by Google

tionis maximae conspicio. Nam inter tot milia populi circumsedentis nemo prorsum, qui non risu dirumperetur, aderat. Tandem pererratis plateis omnibus et in modum eorum, qui lustralibus piamentis minas portentorum hostiis circumforaneis expiant, circumductus angulatim forum eiusque tribunal | adstituor. 176
Iamque sublimo suggestu magistratibus residentibus, iam praecone publico si-

magnae f. *prorsum* F. 3. G. 2. D. In reliquis *prorsus*. *disrumpetur* R. f. *dirumpetur* G. 1. *dirumpet*. D. *omnibus* absent a π. *et* ante *in modum* non comparet in G. 1. P. *quibus lustralibus* F. 1. 3. G. 2. D. p. R. f. δ. P. L. *in quibus lustr.* G. 1. π. *lustratibus* P. In reliquis extat *qui lustralibus*. *expiamentis* Iunt. 2. *piamentum* δ. *portentum* D. a m. p. *expiat* O. *que* absent ab O. G. 1. a m. p. *sublimo* F. 3. p. et Vulgat. *sublime* B. *subgesta* G. 2. *residentibus* exulat a D. a m. p. *in residentibus* P. *insidentibus*, quod in cod. enotari dicit Oud. equidem in Modii collatione non vidi.

V. c. 27. ubi tamen *aspectu* maluerim, quum propter finalem antecedentis vocabuli *quaeso* litteram prima sequentis absorberi facillime posset.]

circumsedentis. Colv. quia populus non sedeat sed circumstet, emendat *circumstantis* vel *circum sequentis*, Scioppio probatum [sed ab Hand. Tursell. II. p. 68. reiectum] vel *circum secus*. Pricaeus mavult *circumfluentis*, Wass. *circumfundentis se* vel *circumcedentis*, Pontan. Anal. I. 4. *circumcedentis*, quod Oud. tamen displicet, quoniam *incederem* praegrediatur neque hoc verbum de populo confuse adfluente bene usurpari videatur. Ipse tamen emendat *circumsidentis* s. me circumfluendo et circumstando obsidentis et undique cingentis [quam explicationem debere videtur Barth. in Adversa. XXXVI. 13. p. 1653. Fortasse rectius legeris *circumstrepentis*; cf. Tac. Ann. XI. 31. Absolute enim *circumsidentis* dici nego.]

prorsum. [Ita ex optt. codd. scripsi. Antiqua enim est forma, quae Plaut. potissimum auctoritate nititur. cf. Taubm. ad Plaut. Amphit. V. 1. 60. Plura cf. ad Apolog. p. 389.]

qui lustralibus. [Mira est consensio codd. optim., qui acriter *quibus lustralibus* defendunt, quod qualis tota loci efficitur sententia, sustentari nequit. Nec minus displicet Oud. coniectura *qui sub lustrat.* etc. cui absurdissimae ne locus quidem hic esse potest. Nisi mecum statuere velis syllabam *bus* adhaesisse relativo ex sequenti vocab. *lustralibus*, quae emendandi via longe facillima est, fortasse probabitur coniectura mea *quibus lustralibus . . . . . expiare est* (ex compendio ē). Esse c. dativo personae et infinitivo iunctum significat *placet, convenit*; cf. Prop. I. 20. 13. Wagn. ad Virg. Ecl. VII. 70. Haec rarior vocabuli significatio turbare poterat librarios.]

hostiis circumforaneis. [Nominabantur ita hostiae, quia per omnia urbis loca circumducebantur, minas et iras numinum expiaturae. cf. quae profert Elm. et Herald. ad Arnob. VI. c. 2. ap. Orell. Tom. II. p. 343. Id potissimum fiebat in Ambarvalibus. De hoc more unum sufficiat adscribere Alexand. ab Alex. de die genit. V. 27. locum: *Vitula praecedente aut agna coronata messis ager . . . ter circumlustrabantur prosequente agrestium turba cum fistula solemnique saltatu.* cf. Cirino. de Urbe Rom. c. 26. in Salleng. Nov. Thes. Antiq. II. p. 286, et Hanneken. de cura domest. Diss. IV. c. 1. ibid. T. I. p. 1312. Arntz. ad Plin. Paneg. XXXIV. §. 4. p. 161. de Salas. ad Petr. c. 141. p. 291. Burm.]

tribunal adstituor. Stewech. hunc totum locum refingere ita voluit *forum usque tribunal adst.*: Sciopp. Susp. III. 8. *forum et usque tribunal*, qui quam prave egissent praepositionem addentes iam Oud. monuit; cf. Arntz. ad Victor. Caes. c. 10. [eund. ad Plin. Pan. c. 23. p. 109.] Melius coniecit Barth. ad Stat. Theb. I. 507. *et tribunal.* Heins. ad Ovid. Met. III. 598. *reus atque tribunal.* Sed nihil mutandum esse c. Oud. arbitror. [*forum eiusque tribunal* pro *fori tribunal* dictum esse apparet, *que* hic habet vim explicativam: de qua supra iam fusius expositum est.]

sublimo. Ex optt. libris in textu reposui, male ab Oud. expulsum. Haec enim forma quae rarior est a librariis

lentium clamante, repente cuncti consona voce flagitant, propter coetus multitudinem, quae pressurae nimia densitate periclitaretur, iudicium tantum theatro redderetur. Nec mora cum passim populus procurrens caveae conseptum mira celeritate complevit, aditus etiam et tectum omne fartim stipaverant. Plerique columnis implexi, alii statuis dependuli, nonnulli per fenestras et lacu-
177 naria semicon|spicui, miro tamen omnes studio visendi pericula, *saluta-*

silentio F. 1. *silentium clamato* B. *certus multitudinemque* Venet. 2. *pressura* G. 1. *praeffurae* Venet. 2. *praesertim* pro *pressurae* O. *nimiae* B. *densitate* abest a π. D. habet a m. s. in margine aditum: *alii diversitate* quod legitur in p. *periclitantur* p. *periciliterentur* O. P. *compassim* F. 3. G. 1. 2. D. L. Sopingius coniecit *compressim*. In ceti. est *cum passim* [Solet enim *cum* praepositio vel coniunctio in *con*, *com* vel *col* mutata a librariis proximae voci adhaerere, ut *congratulatione* pro *cum gratulatione* cf. Dr. ad Liv. IV. 24. §. 7. qui plurima exempla profert et e contrario quoque demonstrat, *con* saepius depravatum esse in *cum*, *seorsim* sequenti vocabulo iunctum.] *populos* G. 2. D. *additus* G. 1. *etiam* abest a B. *adituque et* δ. *forum* pro *lectum* δ. *tactum* P. *foratim* D. a m. p. *stipaverunt* G. 2. P. D. a m. p. *stipaverat* O. *colationis* P. pro *columnis*. *col'omnis* D. *impisi* O. *impressi* G. 1. *statim* pro *statuis* G. 1. *nonnullus* G. 1. *studio salutari videndi* δ. *videndi* f. *salutaria* abest a G. 1. 2. D. P. L. R. π. O. *salutaris* exiat in

saepe depravata est, sed bene defenditur locis Met. III. p. 217. *sublimis volatibus* Ovid. Met. IV. 451. ex edit. Heins. A. 1659. *sublimos animos* Gell. IV. c. 17. [cf. Attius in Philoct. apud Cic. Tuscul. II. 7. cf. Barth. Advers. XXXIII. 12. p. 1524. Munk. ad Hygin. LXI. p. 127. Stav. Forbig. ad Lucret. I. 341. Maior tamen est Ond. isque vix credibilis error, qui quum Apuleius tertium vel quartum casum verbo *residendi* soleat adiungere, hic tamen ablativus compareat, hinc emendandum censet *sublime suggestum mag. resid.* Posse tum *sublime* adverbialiter poni, de quo usu cf. Met. IX. p. 670. Sed *suggestu* est dativus pro *suggestui* quam si ita dicere licet contractionem non praeter morem posuit auctor. cf. Oud. ad Met. I. p. 23.]

silentium clamante. De re comparat Elm. Greg. Nyssen. in Christi resurrectionem Orat. 3. fol. 849. *Clamare silentium* est, cum clamore silentium mandare, iubere silentium fieri. Sic enim solent breviter dicere, unde passim *clamare aliquid* est cum clamore edicere ut quid fiat vel afferatur; cf. Ovid. Met. XIII. 73. Salm. ad Achill. Tat. p. 342. [Virgil. Aen. XII. 600. Dr. ad Liv. XXII. c. 1. §. 20. infra VIII. p. 561. IX. p. 621. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 739. Burm. ad Ovid. Met. II. 433. Lehmann. ad Lucian Toxar. Tom. VI. p. 492.]

pressurae . . . periclitaretur. [De *pressura*; cf. Heins. Advers. I. 18. p. 190.] Quae in duobus exhibetur Mss. lectio *periclitarentur* posset defendi, nisi plurimi codd. obstarent, quum *multitudo* saepius c. plurali iunctum reperiatur. Oud. excitat sua dictata ad Caes. B. G. III. 17. Dr. ad Liv. VI. 19. §. 7. [XXI. 53. §. 10. XXII. 10. §. 8.] Gell. IV. I. IV. 10. Apul. Florid. IV. p. 83. [Heus. ad Mall. Theod. p. 3. et p. 14. Eckst. ad Voss. Arist. III. p. 1024.]

theatro redderetur. [Notum est insigniores causas, quae a plurima populi multitudine frequentabantur, saepius e foro in theatrum esse translatas. Plura exempla dabit D'Orv. ad Charit. III. c. 4. p. 375.]

caveae conseptum. [*Cavea* hic esse intelligendum de amphitheatro apertissime docet Lips. de Amphith. c. 2. De variis huius voc. significationibus optime egit Bulenger. de Venat. Circi c. 17. in Graev. Thes. Antt. IX. p. 770. de *conspto* cf. Heins. ad Ov. Met. IV. 86.]

complevit . . . . stipaverant. [Exempla huius numerorum variationis enumerat Cort. ad Lucan. IV. 367.]

visendi pericula, salutaria negligebant. Pericula salutis intelligi possunt *pericula vitae*: at tum deest, quo aut *visendi* aut *negligebant* referri queat. Hinc Oud. coniecit *pericula alterius sua negl.* i. e. quod Liv. IV. 27. ait: *intenti in alieni periculi eventum, pro se incauti. Alter* explicat Oud. pro *quovis alio* cit. Scheffer. ad Phaedr. f. 19. et Burm. F. 4. et Ovid. Met. IX. 635. [quibus adde Ruhnk. ad Ovid. Heroid.

Digitized by Google

ria negligebant. Tunc me per prosceninm medium velut quandam victimam publica ministeria perducunt et orchestrae mediae sistunt.

CAPUT III.

Sic rursum praeconis amplo boatu citatus accusator quidam senior exsurgit et ad dicendi spatium vasculo quodam in vicem coli graciliter fistulato ac per

F. 1. 3. D. in marg. B. *neclegebant* F. 3. *me* abest a p. *prostomum* pro *proscenium* R. f. *protellium* d. *scenium* P. *horchestrae* G. 1. *orceste* d.

amplo abest ab O. In G. 1. extat *ambo boatu* sed prius vocabulum linea est obductum a m. s. *assurgit* f. *surgit* G. 1. O. *bàculo* pro *vasculo* F. 3. (sed ex correctione. Nam antiqua lectio habebat *ex vasculo)* D. a m. p. (at in margine extat a m. s. *vasculo)* G. 1. 2. P. f. L. d. ex perpetua praesertim his in codd. confusione litterarum *b* et *v*. Voss. marg. adlevit *fortasse vatillo* (quod tamen vocabulum hic locum habere nequit. cf. Casaub. Treb. Poll. Did. Claud. c. 14. Tom. II. p. 391. Heind. ad Horat. Sat. I. 5. 36.) *quodam* deest in p. *per hec* G. 1.

II. 103. et quos largissima manu accurate enumerat Eckst. ad Voss. Arist. III. p. 918. [Haec coniectura per se licet comprobétur, tamen cum a librorum vestigiis nimis recedat, aliter locus tentandus est. Qualem ego constitui nemo erit quin sententiam intelligat, quae levi tantum litterarum mutatione efficitur. Convenerant enim homines, ut *pericula* viderent hominis caedis inducti. et hoc studio videndi capti plane et obcoecati suam non respiciebant salutem, fenestris, statuis et columnis inhaerentes. Ita bene sibi respondent *alterius pericula* et *ipsorumque salus*, quod necessario hic tenendum esse Oud. iam intellexit. *Salutaria* dictum est, ut ap. Tac. Ann. XV. 29. *exin Romanus laudat iuvenem omissis praecipitibus tuta et salutaria capessentem Periculum* de statu rei, cui damnatio imminet. saepius dictum reperitur; cf. Ruhnk. ad Rutil. Lup. I. §. 7. p. 102. Frotsch. Ernest. Clav. Cic. s. v. Bach. ad Ovid. Met. XV. 155. Cic. pro Sall. I. §. 2. Cic. ad Famil. V. 17. Ita *periculum*, de ipsa morte ponitur; cf. Orell. ad Arnob. VII. c. 2. T. II. p. 399.]

negligebant [*neclegebant* optimus dedit cod. Florent. 3. quae scriptura si constanter ab eo reservaretur, in textu reponerem. Sed ne incertus vagarer, ubique usitatam scribendi rationem secutus sum. Antiquissima vero forma erat *neclegere*, unde Bentl. in Terentio suo eam ubivis scribendam esse censuit; cf. ind. s. v. Dr. ad Liv. II. 48. §. 7. Omnino si accuratius optimos codd. contuleris, facillime eam sententiam amplecteris, formam *neglegere*, *intellegere*, alteri longe esse praeferendam. Ita in Livii, Sallustii melioribus Mss. fere semper extat; cf. Dr. ad Liv. II. 11. §. 4. Bentl. ad Horat. Carm. III. 21. 10. ut, ubi ea non exhibetur, librariorum negligentia id factum esse probabile sit. In Fronton. palimps. *neglegere* et *intellegere* semper inveni. cf. Beier. ad Cic. oratt. fragm. 336. Moser. in conspectu Orthogr. cod. Vat. Cic. de republ. p. 623. Mai. ad Cic. orat. p. Tull. §. 18.]

Cap. III. *boatu*. [De magno praeconis clamore dicitur *boatus*, qui res concioni pronuntiat. In universum omnes dicuntur *boare* vel *reboare* homines, qui magnam rem vociferantur. Eodem iure Mart. Cap. II. §. 98. Famae, vices praeconis in Iovis palatio sustinenti *boatum magnum* tribuit; cf. Kopp. ad h. l. p. 140. Deinde de histrionibus, qui turgido flatu et voce acutissima partes recitant, non raro invenitur; cf. Florid. 17. p. 79. Kopp. ad Mart. Cap. §. 121. p. 168. et de philosophis placita sua clamore venditantibus ibid. §. 213. Macrob. Satur. VI. 4.]

et ad dicendi spatium vasculo. [Morem fuisse apud Graecos notissimum est ad clepsydram causas agendi, eo fine ut tam reo quam accusatori certum quoddam tempus esset propositum, intra quod dicere liceret. De Graecis

Digitized by Google

hoc guttatim defluo infusa aqua, populum sic adorat: Neque parva res ac prae-
178 cipue pacem civitatis cunctae respiciens et exemplo serio profu|tura tractatur, Quirites sanctissimi. Quare magis congruit sedulo singulos atque universos vos pro dignitate publica providere ne nefarius homicida *tantam* caedium la-

et guttatim f. *deflua* Lipsius Vulc. 2. Wow. et Scriver. contra omnes Mss. et edd. *nec parva* δ. D. *ac praecipue* F. 1. 3. G. 1. 2. D. R. *et* extat in ceteris, quae sententia est Oud. *sed praecipue* B. quod interpretamentum videtur esse, et edd. Wow. Elm. Scriv. cum seqq. *at* habet Iunt. 2. ut coniecit quoque Grut. Susp. VI. 6. *cuncta civitatis* D. *tractata* δ. *quaeras* quod Oud. pro *quare* e G. enotat, in neutro comparet. *et universos* f. *nos* B. *totam caedium* F. 3. G. 1. (Ita variant *caeditur* et *editur* apud Virg. Georg. I. 173.) *totam hedium* D. δ. f. O. P. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. (In G. 2. a m. p. videtur fuisse *metum* vel *merum*, quod tamen accurate perspici non poterat.

cf. ea quae accurate docent Meier. et Schömann. in libro: *Der Attische Process* p. 713 sqq. Matthiä de iudiciis p. 269. Platner. in libro: *Attischer Process* p. 185. Lyd. de Mag. R. R. II. 16. Pollet. Hist. Fori Rom. I. c. XI. in Polen. Supp. Thes. Antiq. XI. p. 399 sqq. Hunc morem imperatorum temporibus adhuc viguisse, non solum hic sed alii quoque Apuleii loci aperte indicant in Apologia. cf. Apol. p. 455. Priscis rei publicae temporibus libera erat oratoribus disserendi facultas certo tempore non impedita, et Cn. Pompeius primus erat, qui frenos imponebat eloquentiae; cf. Tac. de Orat. c. 38. ibiq. Intt. Has angustias ut eloquentiae inimicas valde deplorabant rhetores. cf. Quint. XII. 6. §. 5. Plin. Epist. VI. 2., unde praeterea discimus, duas pluresve clepsydras pro caussarum gravitate oratoribus datas esse. Quae tamen actiones ad clepsydram dictae, quotae horae utrisque partibus sint concessae, utrum accusatus plures habuerit accusatore, res est adhuc nondum ad liquidum perducta. Cum Barth. Advers. L. c. 12. p. 1369. statuerim, legem prolixius tempus in accusatum ob humanitatem poposcisse. In caussis certe capitalibus hanc legem valuisse acimus. Plin. enim in Epistol. IV. 9. ita scribit: *Cum ex lege accusator sex horas, novem reus accepisset, ita diviserat tempora reus inter me et eum qui dicturus postea erat, ut ego quinque horis, ille reliquis uteretur.* cf. Dinarch. c. Demost. p. 77, 4. Quod vero Barthius adiungit in Apologia Apuleii, par fuisse et reo et accusatori temporis spatium, minime mihi comprobatur. Maiorem enim fuisse Apuleio in re capitali partem, inde fit consentaneum quod sua aqua ut utantur accusatores, si tempus non sufficiat, acerbe adhortatur Apol. p. 503. Aquam metiri ministri cuiusdam erat, qui etiam aquam sustinebat *ἐπιλαβεῖν τὸ ὕδωρ*, quum testimonia, aliave documenta erant recitanda; cf. Meier. et Schöm. l. c. p. 717. not. 42. Apul. Apol. p. 479. p. 588.]

in vicem coli graciliter fistulato; [cf. Heins. ad Ovid. Met. XII. 438, Spanh. les Césars de Iul. p. 136. Preuv. p. 64. Schol. Aristoph. in Vesp. fol. 437. ita describit clepsydram: *κλεψύδρα ἀγγεῖον τετρημένον, ἐν ᾧ ὕδωρ ἔβαλλον καὶ εἴων ῥεῖν ἀχρὶ τῆς ὀπῆς. . .*]

defluo. Ita recte scribit Oud. contra Wow. et Scriv., qui *deflua* emendant, quia vas non defluat sed aqua. Sed passive hic dicitur *vasculum defluum*, per quod aqua fluit. Sic *circumfluus* pro eo qui circumfluitur. [cf. Bach. ad Ovid. Met. XV. 624. Tac. Ann. VI. Val. Flacc. V. 443. Claudian. Idyll. Phoen. I. eiusd. in Prob. et Olybr. Cons. I. 40. de IV. Consul. Honor. 139. de nupt. Hon. et Mart. 223. de Rapt. Proserp. II. 35. cf. Apul. Met. IV. p. 307. *reflui littoris*.]

ac praecipue. [Ex optt. libris dedi particulam *ac*, quae hic vim habet adversativam; cf. Beier. ad Cic. Off. II. 5. p. 34. Oud. ad Caes. B. G. IV. 25. quosque plures affert Hand. Tursell. I. p. 487. sqq. qui tamen in eo errasse videtur, quod eam significationem particulae denegat, sat firmis argumentis rem suam non comprobans. Quid? si *que* et *et* particularum notio adversandi nulla ratione poterit negari, qui fiat ut *ac* s. *atque* idem non significent?]

tantam caedium lanienam. [Hanc

nienam, quam cruenter exercuit, impune commiserit. Nec me putetis privatis simultatibus instinctum odio proprio saevire. Sum namque nocturnae custodiae praefectus, nec in hodiernum credo quemquam pervigilem diligentiam meam culpare posse. Rem denique ipsam et quae nocte gesta sunt cum fide proferam. Nam cum fere iam tertia vigilia scrupulosa diligentia cuncta civitatis, ostiatim singula considerans circumirem: conspicio istum crudelissimum iuvenem mucrone de|stricto passim caedibus operantem iamque tris numero saevitia eius inter- 179
emptos, ante pedes ipsius spirantes adhuc corporibus in multo sanguine palpi-

Nunc legitur *edium.)* *tot caedium* B. p. et edd. a Beroald. usque ad Wower. De F. 1. quo *totam edium* extare dicit Oud. in coll. Lindenbrogii nihil adnotatum video, *sed* cum Vulc. 2. praebet *tot caedium*. Pric. coniecit *tutarum aedium* sicut et Beroald. in Thes. Crit. Tom. I. p. 233. legit *tot aedium*. *tot civium*. emendat Wower. et receperunt Elm. et seqq. *lamenam* G. 1. 2. D. *lamen* ed. pr. *eruentus* B. (Non male, si plures codd. addicerent). *instructum* B. et ed. Paris. cf. Intt. ad Sil. VIII. 240. XV. 135. ad Met. VIII. p. 565. *finire* pro *saevire* f. *custodiae custos praefectus* f. *nec in hodiernam diem* f. *quempiam* f. d. *percigilem* Venet. 2. *cupare* Venet. 2. *inculpare* R. f. *nocte* deest in G. 2. D. a m. p. *perferam* G. 1. 2. D. B. p. d. et omnes edd. vett. Sed *proferam* reliqui cum ed. Bas. 1. 2. Colv. *lapsa diligentia* in solis est Basil. pro *scrupulosa* quod unde natum sit indagare nequeo. *cuncta civitatis* F. 1. 3. B. L. f. Colv. Vulc. et sqq. In cett. est *cunctae*. *circumirem* G. 1. 2. D. d. Iunt. 2. Venet. 2. Ald. In cett. *circumirem*. *credulissimum* L. solito errore. *districto* omnes codd. praeter G. 2. *treis* ed. Colin. *tres* Wow. Elm. Scriv. Florid. contra omnes codd. et edd. vett. *multo* abest ab O. Coniecturam *alto* recte damnavit Pric.

meam qualemcunque coniecturam in textu ponere audebam, quoniam quam Mss. praebent, lectio ferri nequit. Si plures codd. addicerent, omnium maxime praeplaceret scriptura p. et B. *tot caedium lanienam*, quod idem legitur p. 180. *habetis itaque tot caedibus impiatum*. Oudend. emendatio *tot animarum* Mss. vestigia non sequitur ideoque est reiicienda. De *tantus — quam* cf. Gron. ad Liv. XXVI. 1. §. 3. Eckst. ad Tac. Dialog. de Orat. c. 6. p. 241. et de commutatione vocabulorum *tantus* et *totus* Dr. ad Sil. XI. 222. ad Liv. II. 57. §. 3. Fortasse etiam scriptum erat *tot concivium lanienam* quae vox v. c. apud Tertull. adv. Marc. V. 17. p. 483. Roald. legitur.]

cuncta. Ex optt. Mss. contra Oud. et Heins. ad Claudian. B. Gild. 372. recepi, qui prior lectionem *cunctae* vindicat ex Virg. G. III. 20. Aen. I. 233. ibiq. Burm. Cic. pro Font. 16, 2, 9. [Sed quis dubitat? Utrumque per se bonum ex Mss. tantum auctoritate poterit diiudicari.]

circumirem. [*Circumire* et *circuire* promiscue in optt. membranis scribi notum est, ita ut res ex librariorum arbitrio pendere videatur. cf. Dr. ad Liv. III. 6. §. 9. 47. §. 2. VII. 34. §. 15. Burm. ad Suet. Ner. 19. Cort. ad Lucan. I. 605.]

destricto. [Haec tantum scriptura in hoc nexu sententiarum probari potest. Ut enim *frondes destringi* i. e. *detrahi* dicuntur arboribus; cf. Intt. ad Virg. G. II. 300.: ita ensis de vagina strictus s. tractus *destrictus* debet pronuntiari. Hac tamen commutatione in Mss. nihil est tritius. Optime de discrimine voce. egerunt Cuper. Obser. IV. 5. Burm. Anthol. Tom. I. p. 24. Fea ad Hor. Od. III. 1. 17. Gron. ad Liv. XXVII. 13. Dr. ad Sil. XVI. 528. Duk. ad Flor. II. 2. Arntz. ad Plin. Panegyr. XXXVII. §. 2. p. 179. Cort. ad Lucan. IV. 317.]

caedibus operantem [cf. Heins. ad Ovid. Met. VIII. 865. Forbig. ad Virg. Aen. III. 136. p. 289.]

spirantes adhuc corporibus in multa sanguine palpitantes. [Cur Oud. pro *corporibus* maluerit *pectoribus*, quamquam frequentissima est commutatio, cf. Dr. ad Sil. XVI. 479. et ad Liv. VI. 23. §. 7., omnino non perspicitur.] *Multo sanguine*, pro quo male nonnulli *alto* emendant, poetarum spirat dictionem, qui *multus* in singul. saepe usurpant Tibull. I. 3. 28. Sil. Ital. II. 547. Dr. ad Liv. V. 26. §. 6. XXXI. 1. §. 7. Ita fortasse apud Petron. c. 30. p. 149. Burm. ex Mss. depravata lectione *multaciam* emendandum est *multo otio nunc* [ex compendio *nc*] *considerare*. — De *pal-*

tantes. Et ipse quidem conscientia tanti facinoris merito permòtus statim profugit, et in domum quandam praesidio tenebrarum elapsus, perpetem noctem delituit. Sed providentia Deum, quae nihil impunitum nocentibus permittit, prius-
[131] quam iste clandestinis itineribus elaberetur, mane praestolatus ad gravissimum | iudicii vestri sacramentum eum curavi producere. Habetis itaque reum tot caedibus impiatum, reum coram deprehensum, reum peregrinum. Constanter itaque in hominem alienum ferte sententias de eo crimine, quod etiam in vestrum civem severiter vindicaretis.

CAPUT IV.

180 Sic profatus accusator acerrimus immanem vocem repressit. Ac me | statim praeco, si quid ad ea respondere vellem, iubebat incipere. At ego nihil tunc temporis amplius quam flere poteram, non tam hercules truculentam accusationem intuens, quam meam miseram conscientiam. Sed tamen oborta divinitus audacia sic ad illa: Nec ipse ignoro, quam sit arduum trinis civium corporibus expositis, eum qui caedis arguatur, quamvis vera dicat et de facto

et ante *domum* non comparet in O. *sed et prov.* O. *dei* R. f. D. a m. s. *ille* R. f. *illa* p. pro *iste*. *clandestinis* G. 1. *praestuolatus* ∂. *postùlatus* L. et a Mss. in marg. Vicent. *inpostulatus* f. *iudicum* O. *eum* abest a P. *perducere* G. 1. 2. D. B. f. ∂. Vicent. Beroald. Bas. 1. *habeatis* G. 1. 2. π. D. (sed in margine emendatum est a m. s. *habetis*.) *constat itaque. In* G. 2. et D. a m. p. *inquam* pro *itaque* hic et paulo post habet P. *totos diebus* pro *tot caedibus* ∂. corruptissime. *eo* abest a B. *qui etiam* Venet. 2. 4. Par. *nostrum* quod ex G. 1. 2. excitat Oud. in neutro inveni sed recte *vestrum*. *Nostrum* extat in Iunt. 1. Venet. 4. *iudicaretis* ∂. D. a m. p. male et solemni errore.

praefatus G. 1. 2. P. *accerrimus* G. 1. *pressit* Iunt. 2. *ac ego* male ∂. sed pro constanti eius more. *tum* G. 1. *reus* pro *nihil* est in O. Stewech. adnotavit, si quid ipse de consuetudine loquendi huius auctoris imbibisset, nunquam *poteram* ab illo ipso adscriptum fuisse. Ei tamen quantum scio nemo obsecutus est. *non enim* pro *non tam* R. f. *me* quod ante *hercules* in nonnullis libris et edd. invenitur exulat a F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. O. R. f. p. ∂. *truculentum accusatorem* R. f. Pro *intuens* Burmann. orae sui exemplaris adlevit *metuens*. *meam* desideratur in G. 1. 2. P. O. *miseram meam* ∂. *aborta* p. f. ∂. *divinitus audacia*. In his verbis desinit mutilatus cod. G. 1.; quae eius lacuna extenditur usque ad verba libri IV. p. 246. Oud. *pulveris voluptatibus*. *ne ipse* ∂. *civium* abest a G. 2. P. D. et Scriverius uncis inclusit (ut Oud. putat, suo iure, quoniam Lucius non agnoverit occisos a se esse *cives* sed fuisse latrones contendat. (Quod falsum est. Nunc enim „quum corpora excisorum exposita sint e magistratibus publicisque testimoniis cives eos esse confirmetur, dubitare de errore suo diutius non potuit. Quod his ipsis verbis indicatur. 'Nam si pro latronibus adhuc habuisset, quomodo periculum subire eum, qui talia a se defendere vellet, potuisset dicere, quia latronum caedes ipsi non accusationi sed potius laudi fuisset.) *tantum* quod pro *corporibus* G. 2. legi ait Oud. ibi non comparet, sed *corporibus* plane omittitur, ut genitivus *civium* e *trinis* aptum videatur esse. Ita quoque *corporibus* desideratur in D. sed a m. s. in margine est additum. *expositum* p. *qui taedio accusatur* f.

pitare cf. Heins. ad Ovid. Met. V. 40. Prave edidit Florid. *palpitantibus*, quod ignorantiae debetur editoris, qui Apuleium non vidit ἀσυνδέτως exaggerare adiectiva vel participia; cf. Met. III. p. 184. *commotos, affectos* IV. p. 285. p. 295. III. p. 214. Haec asyndeta amat prae ceteris inter Afros Minuc. Fel. cf. c. 5. §. 9. ubi legendum est: *homo et animal omne quod nascitur inspiratur, adolet, ut elementorum voluntaria concretio est.* cf. c. 17. §. 1. §. 3. Sic cap. 16. ubi emendandum erit: *habitos plebeios, indoctos, semicrudos* (vel *semirudes*). *Seminudos* enim idoneum sensum non efficit. Cf. Fronto. de Nepot. amiss. p. 217. ed. Rom. quem locum corrigas *meus animus meomet.* (Palimps. *memet*; cf. Plaut. Poen. I. 3. 37.) *dolori obnixus, oppositus.*]

Cap. IV. *repressit.* [De *premere vocem* et similibus cf. Burm. ad Anthol. L. Tom. I. p. 272. sq.]

Digitized by Google

confiteatur ultro, tamen tantae multitudini quod sit innocens persuadere. Sed si paullisper audientiam publicam mihi tribuerit humanitas, facile vos edocebo, me discrimen capitis non meo merito, sed rationabilis indignationis eventu fortuito tantam criminis invidiam frustra sustinere.

C A P U T V.

Nam cum a coena me serius aliquanto reciperem potulentus alioquin, quod plane verum crimen meum non diffitebor, ante ipsas fores hospitii (ad bonum autem Milonem civem vestrum devorto) video | quosdam saevissimos latrones 181
aditum tentantes et domus ianuas cardinibus obtortis evellere gestientes, claustrisque omnibus quae accuratissime adfixa fuerant violenter evulsis, secum iam de inhabitantium exitio deliberantes. Unus denique et manu promptior et corpore vastior his affatibus *se et* ceteros incitabat: Heus pueri, quam maribus

tantae multitudini F. 3. G. D. p. P. *d.* f. Iunt. 2. In ceteris est *multitudini tantae*. *sic* F. 3. *persuadere* F. 3. G. D. a p. m. P. L, quae postrema littera a seq. vocabuli littera initiali est transducta, unde R. f. *persuadérem* effecerunt. *sed* abest a f. R. *Ea* pro *sed* habent F. 3. G. D. *d.* O. (quod nisi ad *humanitas* retuleris, non habet quo defendi possit. Inconcinna plane est Oud. coniectura *Eia*, quamquam scio locos esse, in quibus indignantis vel rei impatientis sensum exprimit cf. Hand. Tursell. II. p. 363 sq.; nec minus comprobatur *Ohe* vel *heu!* Aliter coniecit Oud. *scilicet si*, quod fere ubique intrudit, ubi *s* conspicuum est. *per* pro *paulisper* π. *humanitas vestra* est in edd. Basil. *ne discrimen* L. *non modo merito* G. 2. D. P. *meo* deest in Bas. 1. *rationalis* f. pro more constanti. *eventu fortuito* Venet. 2. [Non temere scriptum esset, si *evento* omitteretur; *fortuitu* enim forma est, quam omnes libri comprobant apud Donat. Art. Gr. Sect. XIII. p. 21. Lindm. Mart. Lagun. Cic. Epp. ad Fam. V. 8. Goer. ad eiusd. de Fin. V. 11. §. 33. Beier. ad eiusd. de off. I. 29. §. 103. Moser. ad eiusd. de Divin. II. 28. §. 61. et de Fat. c. 9. §. 19.] *invidiam* non comparet in f.

poculentus φ. cf. Oud. ad Suet. Oth. 2. *potulatus* O. in marg. *postulentus* P. *aliquanto quod.* B. *meum* abest a B. Venet. 2. 4. Aldin. Paris. Brantius pro *verum* coniecit *unum*. *autem* exulat a D. a p. m. et B., uncis inclusum ab Elm. et seqq. *videns* f. E praecedentibus etiam hic *tres quosdam* mavult Princeus. *abortis d. obortis* Venet. 2. Iunt. 1. Aldin. $\bar{q}$ quod in codd. L. legitur Colvius male exponit *quam*, quae particula adauget superlativum diligentissime. Sed nota illa $\bar{q}$ non signat *quam* sed *quae;* quomodo lenius procedit periodus, quam per parenthesin, quae tunc foret instituenda. *accuratissime* incuria delapsum est ex ed. Florid. *affissa* D. *inhabitura* pro *inhabitantium* O. *exsitio* D. *ustior* pro *vastior* L. *promptiore et corpore vastiore* f. *affatibus* D. a m. s. *et ceteros* F. 3. G. f. L. In ceteris *et* non conspicitur. *puer* f. *pueri inquam* F. 3. *pueri inquit maribus* F. 1. R. *d.* L. et vir doctus ad marg. ed. Vicent. Elm. false scribens in B. esse *quam*

audientiam publicam. [De hac voce cf. Taubm. ad Plaut. Poen. Prol. II. Est ἀκρόασις *auditio* Gloss. Cyrill. ἀκρόασις *audientia, auscultatio, auditus.* Sic intelligendus est locus Arnobii I. 29. *et humani in generis audientia collocari* i. e. ut ab omnibus hominibus una audiremur. cf. Orell. ad h. l. Tom. I. p. 309., qui ad *collocari* male addit cogitatione *orationem.* Ex toto enim sententiarum nexu adiiciendum erit: *nos.* cf. Cic. Tusc. IV. 29. *natura . . . in conspectu posita.* Nec minus idem errat Orellius *audientiam* hic pro *auditorio* interpretatus, cuius explicationis ne unum quidem extat probae auctoritatis exemplum. In vita Lucani praemissa ed. Grot. legendum est *Declamavit et graece et latine cum magna admiratione audientium.* Si quid mutandum equidem emendo: *in audienti circo locari.*]

Cap. V. *autem.* [Male exulat *autem* a nonnull. codd., quum librarii vim particulae negligerent, quam parenthesis propriam sibi vindicat; cf. Goer. ad Cic. de Fin. III. 7. 24. Beier. de offic. III. 5. T. II. p. 221. Hand. Tursell. I. p. 570.]

evulsis. [*Evulsis* coniectura Oud. *revulsis* non erat tentandum, quum idem verbum non magnum post intervallum ab auctore saepius repetatur. cf. Met. II. p. 122. *amissis* — *amisso* III. p. 179. *elapsus* — *elaberetur.* cf. Cort. ad Lucan. I. 24.]

affatibus ceteros. [Mirus est optt. codd. consensus in lectione *et ceteros.* Ego coniicio *se et ceteros* quod praecedente littera *s* facile poterat absorberi.]

quam maribus. Ita ex vestigiis optt.

182 animis et viribus alacribus dormientes aggrediamur. Omnis | contatio, ignavia omnis facessat e pectore, stricto mucrone per totam domum caedes ambulet. Qui sopitus iacebit, trucidetur, qui repugnare tentaverit, feriatur. Sic salvi recedemus, si salvum in domo neminem reliquerimus. Fateor, Quirites, extremos latrones, boni civis officium arbitratus, simul et eximie metuens et hospitibus meis et mihi, gladiolo, qui me propter huiusmodi pericula comitabatur, armatus fugare atque proterrere eos aggressus sum. At illi barbari prorsus et immanes homines neque fugam capessunt et cum me viderent in ferro tamen audaciter resistunt.

CAPUT VI.

Dirigitur praeliaris acies. Ipse denique dux et signifer ceterorum, validis
183 me viribus aggressus, illico manibus ambabus capillo arreptum ac retro re|flexum

reposuit *inquit quin:* quod temere retinebant Scriv. Pric. Florid. *pueri quin maribus* p. B. *facesset* F. 3. G. D. In reliquis *facessat* [quae lectio hic sola videtur posse ferri. Quoties tamen utriusque terminationis futur. et coniunct. tert. declinat. sit confusio, ex multis locis potest comprobari. cf. Beier. ad Cic. de off. II. 11. §. 40. Intt. ad Virg. Ecl. VI. 10.] *stricto mucrone. Per* G. D. *caedes ambulent* δ. Verba *qui sopitus iacebit trucidetur* desiderantur in L. *qua sopitus iacebat* p. *tentarit* f. *relinquimus* F. 1. [virgula a librariis prave neglecta *reliqu'imus*, unde factum est *relinquimus*. De solito hoc errore cf. Bently. ad Hor. Epist. II. 2. 176. Cort. ad Plin. Epist. II. 17. 16. Dr. ad Liv. IV. 53. §. 11. II. 7. §. 9.] *neminem in domo relinquerimus* f. *eius* pro *civis* p. *simul et eximie* F. 3. G. D. O. p. f. δ. L. ed. pr. Iunt. 2. In cett. *et* prave exulat. *et mihi qui me gladiolo* G. P. *et mihi qui me gladio* D. *me* abest a f. et π. *per huiusmodi* δ. *huiusce modi* ed. Scriv. ut alibi saepe. *comitabar* P. *et fugare* L. f. *perterrere* B. δ. f. Wower. et Scriver. *proterere* G. P. *procurrere* p. *eos adgressus* F. 1. 3. G. D. P. f. π. In reliquis pronomen abest. *nec fugam* D. *viderint* G. D. a m. p. P. f. L. *audacter* p. in quo *resistunt* non comparet.

diritur Venet. 4. *validissime aggressus* f. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 2., quae habet *validissimus me aggressus*: ita *viribus* ubique deleatur. Hoc autem vocabulum etiam in B. deesse, quod Elm. e suis excerptis adnotat, collatione Modii non comprobatur, quae *viribus* addit. *me validis viribus* O. β. In cod. Guelf. vocibus *validis viribus* supra scriptum est *validus*. Sciopp. Susp. III. 8. maluit *validissime me aggressus*. *adiectum* π. *abrectum* p. *retro reflexum* non *irreflexum* ut

Codd. cum Oud. scribendum curavi. *Quam* enim particula positivis adiuncta intendit significationem; [cf. Met. II. p. 148. IV. p. 242. VIII. p. 505. Barth. Adv. XXXIII. c. 12. p. 1524. Ruddim. Inst. II. p. 307. not. Stallb. Dr. ad Liv. IV. 31. §. 2. Liv. XXXV. 15. *Antiocho quam similem daret.*] *Quin* quod duo codd. praebent, probari nequit propter coniunctivum, quia melius haec particula, cum est adhortantis per interrogationem, indicativo iungi solet [cf. Heins. ad Ovid. Am. II. 19. §. 9. Cort. ad Sall. Cat. 20. Dr. ad Liv. I. 57. §. 7. VII. 40. §. 18. IX. 10. §. 7. Cort. ad Lucan. II. 319.]

animis et viribus quod a viro docto male mutatum erat in *ex viribus* defendit Oud. ex Met. VIII. p. 539. Dict. Cret. II. 51. 36. Dr. ad Liv. II. 27. §. 12. [VI. 23. §. 8.] Cerda ad Virg. G. IV. 83. qui *animi* pro ferocia generosa dici docet. Recte enim hic sibi opponuntur *animorum* virtus et *corporum* robur. [Ita *arma* et *animus* sibi opponuntur Liv. XXII. 5. §. 8. qui locus eodem modo explicari debebat ab Intt.]

ambulet [De re cf. Cort. ad Lucan. II. 100.]

proterrere. Perterrere legendum esse statuit Sciopp. Susp. III. 8. e. Becichem. Epist. 71. e Ms. Ciantani. Sed Oud. bene interpretatur *proterrere: iniecto terrore propellere* et ferme in fugam dare; coll. not. suis ad Caes. B. G. V. 58. Burm. ad Virg. Aen. XII. 291. cf. Met. IV. p. 280. VIII. p. 553. [Stat. Theb. II. 645. Plautinum hoc vocabulum etiam Ciceroni vindicat Moser. ad Cic. de Rep. I. 3. p. 17., qui plura exempla profert.]

CAP. VI. *retro reflexum.* Hunc pleonasmum defendit Oud. ex similibus exem-

gitized by

effligere lapide gestit. Quem dum sibi porrigi flagitat, certa | manu percussum 183
feliciter prosterno. Ac mox alium pedibus meis mordicus inhaerentem per scapulas ictu temperato, tertiumque improvide occurrentem pectore offenso peremo. Sic pace vindicata domoque hospitum ac salute communi protecta, non iam impunem me verum etiam laudabilem publice credebam fore: qui ne tantillo quidem unquam crimine postulatus sed probe spectatus apud meos semper innocentiam commodis cunctis antetuleram. Nec possum reperire, cur iustae | ultionis, qua 184
contra latrones deterrimos commotus sum, nunc istum reatum sustineam; cum nemo possit monstrare, vel proprias inter nos inimicitias praecessisse ac ne omnino mihi notos illos latrones usquam fuisse. Vel certe ulla praeda monstretur, cuius cupidine tantum flagitium credatur admissum.

Elm. enotavit in B. et ed. pr. extat. Hanc lectionem genuinam omnes codd. et edd. vett. servant ante Colvium, qui eam male mutavit in *retro flexum* eumque secuti sunt Wow. Vulc. Scriver. *effingere* pro *effligere* B. et Basil. male. cf. Salmas. ad I. Capitol. in Ver. c. 4. Sciopp. Susp. III. 8. ironice capiebat pro *leniter tangere*. Verum ironia huic defensioni accusati in re tam seria non convenit. *sibi* exulat ab O. *cerea* habet Ms. Ciantani teste Bercich. epist. 71. ed. pr. Venet. 4. et marg. Basil. 1. inepte. *mordilus* G. P. *et per scapulas iactu* p. *trinumque* p. *improbe* f. *infenso* Heins. male coniecit; *offenso* hic est vulnerato vel laeso. *peremo* F. 3. quod recepi, quum simplicium vocales retinere soleat Apul. in compositis. Idem legitur p. 188. ubi cf. *sic pote* pro *pace* G. D. ut videtur a m. p. P. f. L., unde Oud. coniecit *sic ut pote vindicata domo hospitis*. *domo hospitis* non addita particula *que* habent etiam G. D. a p. m. P. O. *hospitum* F. 1. 3. p. B. ed. pr. Iunt. 2. Ald. *hospicum* ō. *hospitu* Vicent. recte de Milone eiusque uxore. In reliquis legitur *hospitis* cf. ad p. 102. *non tam* G. D. B f. p. L. Venet. 2. 4. Iunt. 1. Ald. *non tantum* extat in F. 1. ex compendio *tm̄* cf. Dr. ad Liv. III. 16. §. 2. quod idem restituit Beroald. *Iam*, quomodo coniecit Stewech. et tacitus edidit Elm. et seqq., in reliquis libris aperte legitur. *impune* p. *pueraehlice* pro *publice* D. *credam* Scriver. edit. *nec* F. 1., e quo facile Elm. reposuit *nec* eumque secuti sunt ceteri. Male. *ne tantulo quidem* ō. cf. d'Orvill. ad Charit. V. 7. p. 485. ed. Lips. *nunquam* ō. *apud me* Iunt. 2. Ald. *semper* F. 1. 3. G. D. p. O. B. R. f. cum edd. ante Colv. et sequentibus Elmenhorstium. Ceteri habent *insuper*. *innocentias* O. *antetuleram cunctis* G. D. P. *istius* pro *iustae* G. D. [in margine a m. s. *alii: iustae.*) P. B. f. L. Colv. Vulc. Scal. Wow. *qua* exulat a Iunt. 1. Ald. *quam* p. *teterrimos* Colin. Bas. 1. ac coniecerunt Heins. et Wass. *proprias* F. 3. G. D. B. P. L. p. f. ō. edd. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. In reliquis est *privatas*. *inter nos* absunt in R. f. *credam* D. a p. m.

plis ut *retro redire*; cf. Sen. Herc. Oet. 48. *rursus reverti* Met. X. p. 747. [cf. Ovid. Met. X. 63. Taubm. ad Plaut. Poen. prol. 79. Cort. ad Lucan. VII. 719. Ruhnk. ad Ter. Andr. IV. 1. 9. Gron. ad Liv. XXI. 32. §. 7. Dr. ad Liv. I. 3. §. 4. Sic Hygin. fab. XIX. p. 64. *retro refugerent*, qui totus locus non sollicitandus erit: *ut* enim idem valet quod *quomodo*.]

certa manu. Inepte nonnulli codd. et edd. habent *circa manus* pro *certa*, quae ab hoste non aberrat. Oud. comparat Heins. ad Ovid. Rem. 112. Lucan. VI. 190. [cf. Cort. ad Lucan. VI. 692.]

non iam impunem. Bene ex ellipsi particulae *modo* Oud. h. l. explicat, ut *non* positum sit pro *non modo* [de quo usu cf. Cort. ad Cic. Epist. ad Divers. VI. 8. §. 17. Dr. ad Liv. XXI. 41. §. 16. X. 6. §. 4. *Iam* vero particula ex optimis libris retinenda erat, quia intendit vim negativi: cf. Wopk. ad Minuc. Fel. c. 12. §. 4. Hand. Turs. III. p. 135.]

deterrimos. [Solita est librorum confusio in voc. *deterrimus* et *teterrimus*, quae hic quoque in nonn. edd. variant; cf. Heins. in Claud. Rufin. II. 385. Burm. ad Quint. Decl. II. 5. Dr. ad Liv. IV. 3. §. 17. Moser. ad Cic. Tusc. I. 40. p. 231. Sed nihil mutandum est. cf. Met. IV. p. 245. VII. p. 479.]

proprias. Quod in nonnullis Mss. invenitur *privatas*, a Colv. commutatum est in *privas*, et Oud. probabatur. Equidem reieci ob codd. meliorum auctoritatem. Permutationem verborum *proprius* et *privus* frequentem esse docet Burm. ad Ovid. Met. IX. 20. Apul. Met. VIII. p. 383. De *privus* cf. Dr. ad Liv. IV. c. 37. [Orell. et Stewech. ad Arnob. VI. 19. Tom. II. p. 383. Intt. ad Fest. p. 584. Lindem. Doed. Syn. IV. p. 343 sqq. Quam bona sit haec emendatio, pro glos-

Digitized by Google

CAPUT VII.

Haec profatus, rursum lacrymis obortis porrectisque in preces manibus per publicam misericordiam, per pignorum caritatem moestus tum hos tum illos deprecabar. Cumque iam humanitate commotos, misericordia fletuum affectos omnes satis crederem, Solis et Iustitiae testatus oculum, casumque praesentem meum commendans Deum providentiae, paulo altius adspectu relato
185 conspicio prorsus totum populum, risu ca|chinnabili diffluebant, nec secus illum bonum hospitem parentemque meum Milonem risu maximo dissolutum. At tunc sic tacitus mecum: En fides, inquam, en conscientia: ego quidem pro hospitis salute et homicida sum et reus capitis inducor: at ille non contentus, quod mihi nec adsistendi solatium perhibuit, insuper exitium meum cachinnat.

hoc p. *hic* ed. pr. Iunt. 1. Vicent. Venet. 2. 4. *sic prof.* ed. Paris. solemni errore, qui fere ubique obvius est. *praefatus* B. f. *abortis* f. *porreptis* D. *et misericordia* O. non male sed cf. p. 179. *spirantes, palpitantes. misericordiam flentum* p. *commodans Deum* G. D. *respectu* p. *rursus totum* Ms. Al. notante Colv. Brantius scribi voluit *rursus prorsus* aut *rursum prorsum* excit. Enn. Andromed. apud Non. p. 384. *rursus prorsus reciprocat fluctus viam* et Terent. Hecyr. III. 1. 35. *cursari rursum prorsum. Prorsum* est in edd. Colv. et Vulc. 2. *diffluentem* L. B. Vulc. Wow. *defluentem* β. δ. *defluebant* f. *cachinnali* f. [qui fere semper solet variare in hac adiectivorum in *bilis* terminatione]. *illum* abest a F. 1., unde perperam Scriv. aliique uncis incluserunt. *at tunc* F. 1. 3. B. edd. Venet. 2. 4. Paris. in cett. libris et edd. *ac tunc* ut restituerunt Elm., Pric. et Florid. *heem* O. pro more. *conscientiam* D. G. *ineducor* δ. *indicor* f., unde Oud. fabricatus est *indicor*. Heins. placebat *incusor*. Sed *induci* est iudiciorum verbum, in quae testis et rei *induci* dicuntur cf. Met. VI. p. 396. cf. ad X. p. 691. *capiti* P. a m. s. *ac ille* δ. suo more. *contemptus* D. *praebuit* F. 1. δ. temere se edidisse sensit Elm. quem tamen secuti sunt Pric. et Florid. M. Piccarto in Peric. Crit. c. 4. placebat *praehibuit*, ut multis Plaut. locis viri docti quoque rescripserunt, probante Burm. ad Quint. Inst. I. c. 1. p. 17. Sicut et *perhibuit* servavit Scriver., sciens verbum a nostro esse amatum. cf. Colv. ad Met. II. p. 149. *et super* p. *ac insuper* f. *cachinnabat* π. *cachinnant* f. fortasse pro *cachinnavit*, quae sententia est Oud.

semate tamen *privatas* habuerim vocis *proprias*, cuius hic significatio a trito usu paulo recedit. Fortasse est emendatio librarii, qui loci meminit p. 178. *nec me putetis privatis simultatibus instinctum*, ubi tamen eadem sententia *odio proprio saevire* legitur. Hinc igitur nostro quoque loco lectionem *proprias* retineo.]

Cap. VII. *tum — tum* Oud., qui sua dictata ad Suet. Rhet. I. comparat, in textu posuit, Piccarti in Peric. Crit. c. 4. coniecturam *nunc — nunc* reiiciens. Quem equidem secutus sum.

Solis et Iustitiae testatus oculum. [Veteres per solem omnia videntem iurare solebant; cf. Ovid. Met. IV. 238. I. 768. Omnia quae huc faciunt vasta et incondita sua doctrina congessit Kopp. Palaeogr. III. lib. II. c. 8. §. 578. p. 679. de Iustitiae oculo: cf. Aristaenet. epist. 20. ὄμμα δίκης Panvin. de lud. Circens. I. in Graev. Thes. Antt. IX. p. 218.]

risu diffluebant. [De relativi pron. ellipsi, qua Apuleius saepius utitur, iam dictum est ad Met. I. p. 76. unde etiam Vulc. et Wower. emendationi, quae tamen cod. δ. auctoritate nititur, *diffluentem*, locus esse non potest. De synthesi plural. qui ab collectivo *populus* adsciscitur cf. Cort. ad Lucan. I. 498. Dr. ad Liv. X. 13. §. 11. et Epit. l. II. Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 1025. De aliis alibi rebus *diffluere* dictum est, ut apud Boeth. de Consol. I. p. 4. *fluitare gaudio.* Ita apud Fronton. Epist. ad Caes. V. 20. p. 118. ed. Rom. emendaverim: *Facio delicias, quod ferme evenit, quibus quod cupiunt tandem in manu est: diffluunt, lasciviunt, gestiunt.* [Ms. pal. *differunt, afluunt, gestiunt.*]

adsistendi. [Moris apud Romanos fuisse, ut amici accusatum coram iudicibus defenderent, vel certe eum comitarentur, notissimum est. cf. d'Orv. ad Charit. V. 4. p. 477. Heind. ad Hor. Sat. I. 9. 38. Pollet. Hist. For. Rom. L. II. c. I. in Polen. Supp. Thes. Antt. I. p. 409 sqq.]

exitium meum non cachinnat. [Ac-

itized by Google

CAPUT VIII.

Inter haec quaedam mulier per medium theatrum lacrymosa et flebilis, atra veste contecta, parvulum quendam sinu tolerans | decurrit: ac pone eam 186
anus alia pannis horridis obsita paribusque moesta fletibus, ramos oleagineos utraeque quatientes; quae circumfusae lectulum, quo peremptorum cadavera contecta fuerant, plangore sublato se lugubriter eiulantes: Per publicam misericordiam, per commune ius humanitatis, aiunt, miseremini indigne caesorum

decussit pro *decurrit* L. δ. f. G. D. *decursat* O. quod Oud. comprobat ex analogia verb. *concurso*, *discurso*, *incurso*. *obridis* P. *partibusque moesta* G. D. a p. m. O. Pric. coniecit *mixta*: quomodo saepius est Apuleio *permixtus lacrimis*, *moerore*, *gaudio*, ut graece *μιχθείς*. Sed etiam *moestus in lacrimis* idem dixit Met. II. p. 157. Sic *moestus fletus*, *luctus* cf. Dr. ad Sil. VII. 75. Wopk. ad Sept. II. c. 9. *mios oleag.* G. *oleaginos* B. Vicent. Ald. Iunt. 1. Beroald. Col. Bas. Haec frequens est confusio adiectivorum in *ius*, *nus* vel *leus*, *neus* desinentium. Quorum utraque terminatio in usu est optimis quibusque. *uterque* δ. *utraque* O. *quam circumf.* ed. Bas. 1. Pro *contecta* Brantius male coniecit *coniecta*, quamquam in ea coniectura haesitat. *langore* G. D. O. *labore* P. *digne* G. D. a p. m.

cusativus *exitium* e verbo pendet *cachinnat*, neque vero a praepositione *insuper*, quod mea quidem sententia minus recte Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 738. proposuit, praeterea *exitio meo* cum Scioppio praeferens. Ita iam Hand. Turs. III. p. 385. locum interpretatus est, quem tamen in eo miror, quod nova significatione *adeo* voc. *insuper* donavit. *Praeterea* enim si explicaveris, toti loco satisfacies.]

Cap. VIII. *lacrymosa ac flebilis.* [In hac verborum coniunctione offendo, quae eadem hic significent. Unus tamen ante oculos versatur Ennii locus ap. Auct. ad Herenn. IV. 2., ubi haec copulata inveniuntur: *Flentes, plorantes, lacrymantes.* Quamquam per se diversa sunt vocabula, hic tamen non videtur esse discrimen accuratius conspicuum, ut ad abundantiam Apulei in abusum saepius vocatam debeas refugere. Una tantum restat explicandi ratio, ut *flebilis* vel *lacrymosa* active dictum sit pro *lacrymas commovens*, qua sententia utrumque invenitur. cf. Hor. Sat. I. 5. 80. Carm. I. 8. 14. Aen. XI. 274: de *flebilis* cf. Non. s. v. *cepe* p. 201. Merc. *Flebile cepe simul lacrymosaeque ordine talpae.* Cic. Phil. XI. 3. 7. Hor. Carm. I. 24. 9. Ita mulier ipsa flens circumstantes quoque ad lacrymas compulisse dicitur.]

parvulum — tolerans. Lindenbrog. quem pro more suo Elm. egregie compilabat, ita adnotat: Mos hic Athenis frequentatus, ut ad commiserationem in dicis impetrandam parvulos et senes rei producerent, cuius consuetudinis apud Cydon. de contemn. morte mentio p. 106. Salvian. Mass. Epist. p. 295. 299. Val. Maxim. VIII. c. I. Marcellin. in Aphth. p. 172. quibus Elm. addit Ambros. de poenit. II. c. 10. Lysiam in Polystr. Orat. 19. p. 338. Plat. Apol. p. 34. C. [Aristoph. Plut. v. 383. ubi vide Intt. Vesp. 566 sq.]

horridis. Palat. lectio *obridis*, quae adiuncta finali postremae vocis litterae emendari poterat in *sordidis*, Gruterum perperam commoverat, ut *obtritis* legeret, Wow. valde probatum. Sed *horrere* et *horridus* de omnibus incultis et visu horridis dicitur. cf. Ovid. Ep. ex Pont. I. 3. 83. Virg. Aen. IX. 381. [De re cf. ad Met. IX. p. 650.]

ramos oleagineos. Apud antiquos a supplicibus vel pacem petituris praetendebatur ramus potissimum olivae, qui velamentis ita erat obvolutus, ut velaminis extrema a manu petentis dependerent eamque obtegerent. Elm. comparat Tertull. de Bapt. c. 8. Heliod. Aethiop. IX. p. 430. Stat. Theb. XII. 492. [Intt. ad Hom. Il. I. 14. et ad Virg. Aen. VII. p. 154. VIII. 128. Bach. ad. Ovid. Met. XI. 279.]

itized by Google

iuvenum, nostraeque viduitati ac solitudini de vindicta solatium date. Certe.
187 parvuli huius in primis annis destituti fortunis succurrite, et de latronis hu|ius sanguine legibus vestris et disciplinae publicae litate. Post haec magistratus qui natu maior, adsurgit et ad populum talia: De scelere quidem, quod serio
[133] vindicandum est, nec ipse qui commisit potest diffiteri, sed una tantum sub|siciva sollicitudo nobis relicta est, ut ceteros socios tanti facinoris requiramus. Nec enim verisimile est, hominem solitarium tres tam validos evitasse iuvenes.
188 Proiinc tor|mentis veritas eruenda. Nam et qui comitabatur eum puer clanculo profugit, et res ad hoc deducta est, ut per quaestionem sceleris sui participes indicet, ut tam dirae factionis funditus formido perematur.

annis exulat a B. *destitutis* δ. et ed. Scal. *destinati* f. *nostris* δ. *et* ante *disciplinae* non conspicitur in G. D. P. f. ut *legibus* sit ablativus. Sed praefero cum Oud. vulgatam lectionem. *ille latronis* p. *qui* abest ab ed. Bas. 1. *et* ante *ad* exulat a f. *ad populum talia infit* Bas. 1. *de scelere quod quidem* R. f. *ferro* pro *serio* O. π. *ferio* G. *est* non comparet in omnibus edd. vett. Optimi codd. F. 1. 3. G. P. O. L. π. p. f. B. δ. agnoscunt. *differri* p. *ne ipse* tacite edidit Pricaeus. *subsidua* O. π. *sufficina* L. *subcisiva* δ. In F. 3. extat *subsiciva* cum glossa interlineari *supervacanea*. *ut* deest in f. *requirimus* R. f. *enectasse* G. D. *enecasse* B. f. et cett. codd. praeter F. 1. 3. p. ed. pr. Vicent. in quibus legitur *evitasse*. *Enecasse* etiam legitur in Venet. 2. 4. Paris. *necasse* Iunt. 1. 2. Ald. Colin. *eruenda est* B. *erudienda* f. *qui* et *eum* exulant a P. *com* pro *eum* G. D. a m. p. *puer* in omnibus edd. vett. desideratur. Sed bene iam addidit Iunt. 2. *et per* O. *ut tam dirae facinoris* f. teste Roaldo β. *duri facinoris* R. et f. teste Oud. *funditus formido* F. 3. G. D. In cett. est *formido funditus*. *perematur* F. 3. P. G. In reliquis *perimatur*.

de. [De vi huius praep. cf. Cort. ad Lucan. IV. 805. Hand. Tursell. II. p. 218.; cf. Met. IV. p. 250: ubi Oud. Heum. ad Lact. Sympos. v. 12. Bouhier. ad Pervig. Ven. p. 181. et sua ad Hirt. B. G. VIII. c. 24. excitat. Plures loci extant apud Apuleium, qui cum Afris in ista praep. significatione plurimus est cf. Met. VI. p. 403. VII. p. 468. VIII. p. 528. p. 583. IX. p. 611. et p. 669. XI. p. 813. Tertull. de Orat. 14. Minuc. Fel. 18. 6. Ita explico Fulgentii Mythol. I. c. 14. locum p. 652. Stav. *de falsitate ornata* ubi cf. Munk. cf. Barth. Advers. XVII. 17. p. 884.]

in primis annis. *Annis*, quod B. cod. omittit et eleganter dictum videbatur Grut. in Suspect. III. c. 16., per cett. librorum auctoritatem defenditur ab Oud., qui *in aetate admodum puerili* explicat, qua destitui a patre filiolum sit inprimis miserrimum. Dictionem *primi anni* illustrat ex Ovid. Met. XII. 597. Auson. Parent. XX. 3. Prof. VIII. 10. Dict. Cret. IV. 9. Apul. Met. IV. p. 293. V. p. 375.; cf. Dr. ad Sil. II. 92.

nec ipse retinuit Oud. ex Mss. omnibus contra Pricaeum, qui *ne*. quod quidem saepissime apud Apuleium *ne — quidem* valet, tacite edidit. *Nec* enim quum eandem habeat significationem, non dubitandum est, quin hic servetur. Exempla apud Apuleium in promtu sunt plurima; cf. Met. III. p. 209. V. p. 346. [cf. Ducker. ad Flor. II. 8. 12. Beier. ad Cic. de Off. I. 45. §. 159. Goer. ad Cic. de Fin. II. 8. 25. Moser. ad Cic. Tusc. I. 29. p. 238. II. 13. p. 500. Wagn. ad Virg. Ecl. III. 102. Arnob. II. 60. III. 29. Minuc. Fel. c. 29. §. 1.]

subsiciva. [De significatione vocis, cuius glossa est Mss. nonnullorum scriptura *subsidua*, eiusque orthographia cf. Intt. ad Cic. Orat. Phill. II. c. 8. Voss. Etym. s. v. *subsicivus* Orell. ad Arnob. V. 30. T. II. p. 331. Turneb. ad Cic. de Legg. I. 3. p. 536 sq. ed. Creutz. Buen. ad Lactant. de opif. c. 12. §. 15. p. 1193. Oud tamen *subsisiva* defendit ex Inscriptt. sua ad Suet. Domit. c. 9. conferens. Ego in lectione *subcisiva* ubique persisto.]

evitasse. Optimi codices quum ita praebeant, in textu reposui, quod ex loco Apuleii consimili VII. p. 490. defenditur. *Evitare* enim est *vita privare*, quod Elm. ind. ex multis posterioris potissimum aetatis comprobat scriptoribus; cf. Doed. Syn. III. p. 192. et prae ceteris Moser. ad Cic. Tusc. I. 35. p. 289.]

perematur. [Hanc scripturam commutare non ausus sum, quum constan-

Digitized by Google

CAPUT IX.

Nec mora, cum ritu Graeciensi ignis et rota tum omne *flagel-*

Grenensis f. Graecensi δ. Sed proba est forma *Graeciensis* cf. Gell. XIX. 10. ut ab *Hispania*, *Hispaniensis*. *Cum omne* F. 1. p. *et omne* L. *δ. f.* P. O. *flagitiorum genus* F. 1. 3. p. G. D O. *f. δ.*

ter eam Florent. 3. optimus ille liber sequatur ut p. 183. haud raro in ea adiutus a melioris notae codd.; cf. Fest. p. 118. et p. 199. unde hanc formam apparet apud priscos inprimis in usu fuisse. Ita in Pandectis saepissime legi probat Brisson. et Grammaticos vett. eam invenisse testatur. Fronto de differ. p. 352. ed. Mai., qui nisi *peremere* legisset, dicere non potuisset: *perimere ab emptione, quasi iure tollere.* Hinc improbo Doed. Syn. III. p. 186. sententiam, qui hanc originem omnino denegat.]

Cap. IX. *cum ritu Gr. ignis et rota.* [Proprium erat inter Graecos servorum supplicium rotae, qua repositi manibusque religati membris tendebantur caedebanturque virgis. cf. Aristoph. Pac. 452. Plut. 875. Iacobs. ad Ach. Tat. p. 875. et quos excitat C. F. Hermann. in libro: *Lehrbuch d. gr. Staatsalterth.* §. 141. 15. p. 271. Quale hoc tormentum fuerit, quaque ratione haec machina instructa, non satis inter doctos convenit, sed e loco Ioseph. de Maccab. c. 13. quem adtulit Scheffer. de re vehiculari in Polen. Suppl. Thes. Antt. V. p. 1233. machina talis fuisse videatur, ut nocens ab una parte religatus incumberet orbi lato eoque circumacto tenderetur. Nam de axe tantum agi posse neque de rotae radiis inde probatur, quod ei incidebant carnes corporis lacerati, quod orbi fuerat impositum: *περὶ τὰς ἄξονας τοῦ ὀργάνου περιέρρυτον αἱ σάρκες.* Male tamen contendisse videtur d'Orv. ad Charit. III. 4. p. 477. rotam etiam Romani moris fuisse. Quem enim ipse affert locum Pacat. Panegyr. 42. 1. *non potius ignem, laminas, crucem, culleum ... timebat*, apparet de rota non agere. Apuleii loci hic et alter X. p. 697. graecum morem accurate describunt, apud Senecam Hercul. Oet. 1011. de Ixione sermo est apud inferos rotae implicito. Unde damno eorum sententiam, qui apud Cic. Tusc. V. 9. §. 21. pro glossemate eiiciunt verba: *in rotam* [*id est genus quoddam tormenti apud Graecos*], quum Romanis hoc supplicium non satis esset notum. Nec minus errant, qui auctore Coel. Rhodig. Antiqq. lect. L. X. c. 5. et Bodin. de Republ. V. hanc rotam Graeciensem cum rota Germanorum vel c. Barth. Advers. IX. 1. p. 410. Gallo-Francorum ineptissime conferunt, qua rei contunsi crebris ictibus lenta morte et maximo cruciatu pereunt. Glossae enim ad quas Barthius provocat aliter sunt emendandae. In Glossar. enim Cyrill. p. 640. *τροχάς gallicula* lege: *τροχάς caligula* nisi id c. Scheff. l. c. de *gallicis* interpretari malis, quarum mentio fit apud Cic. Phil. II. 30. et Gell. XIII. 21. Coniecturam meam probat Hesych.: *τροχάδες σανδάλια ἀπὸ αἰγείου δέρματος* et ita habent Glossae e gloss. arab. lat. p. 706. *gallicula*s non addita interpretatione. Scripturam *calicula* praebent codd. Isidor. Origg. XIX, 34, 12. p. 615. Lind. Papiae vero glossa *gallicula, cortex nucis vel glandis, corpus humanum*, ubi Barth. restituere voluit *tortura humana* fortasse ita corrigenda est *calliculum* [*vel callicula*] *cortex nucis vel glandis, corium humanum. Callum* enim s. *callus* de omnibus rebus dicitur, quae durioribus circumvolutae sunt membranulis ut de prunis, de nucibus Plin. Hist. N. XV. 28. 34. XIV. 1. 3. *corium* de homine dicitur apud Plaut. Rud. IV. 3. 61. Senec. Constant. Sapient. 14. Hac in re me confirmare videtur explicatio Isidor. l. c. *caliculae caligae vel a callo pedum dictum.* Magis tamen me offendit, quia liber et nobilis quidam homo rotae damnatur, quod Athenis quidem

lorum genus inferuntur. Augetur oppido, immo duplicatur mihi moestitia, quod integro saltem mihi mori non licuerit. Sed anus illa, quae fletibus cuncta turbaverat: Prius, inquit, optimi cives, quam latronem istum miserorum pignorum meorum peremptorem cruci adligatis, permittite corpora necatorum revelari, ut et for-
189 mae simul et aetatis contemplatione | magis magisque ad iustam indignationem arrecti, pro modo facinoris saeviatis. His dictis applauditur: et illico me magistratus ipsum iubet corpora, quae lectulo fuerant posita, mea manu detegere.

et ed. pr. *in* reliquis omnibus est *flagrorum*. *saltim* E. p. P. *d.* R. *f.* *mi mori* R. *f.* *mihi mori* F. 3. D. a m. s. In reliquis *mihi* non comparet, quod a Colvio primum restitutum est. Oud. necessarium esse pronomen negans elegantius subintelligi voluit. coll. dict. ad Caes. B. C. III. 1: quae res notissima est. Hinc uncis inclusit Scriver. *licuit* D. [ex compendio *licu'it*. *Ir* enim in mediis syllabis saepius hac virgula in Mss. denotatur, unde tam frequentes codd. discrepantiae explicandae sunt. cf. Bentl. ad Hor. Epist. II. 2. 176. Cort. ad Plin. Epist. II. 17. 16. Dr. ad Liv. IV. 53. §. 11. Ita *aversus* et *ausus* commutantur Liv. II. 7. §. 9. *iterum* et *item*, *altius* et *alterius*]. *suis* quod ante *fletibus* in nonnullis codd. extat non comparet in F. 1. 3. P. p. et omnes edd. vett. Uncis igitur Elm. et seqq. circumscripserunt. *quod* pro *quam* O. *cruciandum* p. B. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. Oud. syllabas *andum* corruptas esse putat ex *dandum* vel potius *iamiam*. (In cod. F. 3. margine scriptum est *cruciatui dans*, quod meram glossam sapit). *permutatis* s. *permittatis* p. *revelari* D. *similis* pro *simul* G. P. D. [ex compendio *sil'is* et *sil.'*] Colv. et Vulcan. Sed *simul et* eleganter dicitur pro *cum*, *tum*; *tam*, *quam* cf. Oud. ad Suet. Caes. c. 67. alios. Exulat prius *magis* a *d.* *istam* pro *instam* G. D. a p. m. *in indignationem* f. *arrepti* G. D. P. *d.* O. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *pmo facinore* L. *illico* abest a *d.* *ipse d.* *imperium* f. *lectulo* F. 1. 3. *d.* O. G. D. et edd. vett. excepta Iunt. 2. In cett. legitur *lecto*.

lege Scamandrii iudicibus non licuit cf. Audoc. de Myster. c. 43. Meier. de bon. damn. p. 53. Fortasse alius in Thessalia mos vigebat, ad quem Apuleius respicere poterat, fortasse ipse res commiscuit. Ratio quaedam ea potest afferri, quae est crucis supplicii. Notum enim est, ingenuos homines hac poena non fuisse affectos nisi latrones et sicarios; cf. Lips. de cruce I. 13. Unde mulier Lucium quoque cruce dignum existimat, quia latrocinatum patraverit. Loco enim altero Met. X. p. 697. servus huic poenae succubuit. Cum rota coniuncta ubique videtur esse ignis poena, quae in ea constitit, ut carbones vivi rotae subiicerentur, reusque non modo extenderetur sed etiam torreretur. Hoc idem locus Iosephi, probante Scheffero, aperte indicat. Male enim hoc interpretes referunt ad ignis supplicium, quo rei cremabantur toti, ut Beroald. qui Tertull. ad Martyr. c. 5. p. 139. Rigalt. excitat. Idem flagra semper cum iis copulata commemorantur; cf. Arist. Pac. 452. cf. Scheff. l. c.]

flagellorum. Ita ex optimis codd. facillime restitui, Oudend. neque *flagillorum* nec *flagrorum* lectionem comprobans. Ita Barth. ad Claudian. IV. Consul. Honor. v. 85. apud Pacat. Panegyr. c. 42. §. 3. *flagra* in *flagella* commutare non debebat.]

integro saltem mihi mori non licuerit. [Vetus erat inter Romanos atque Graecos superstitio, qua mortuos integro corpore et salvis membris tabe nondum deformatis sepeliri volebant. Hinc probabile fit, cur custodia cadaverum in Thessalia commemoretur, ne malae veneficae ea demorsicent: hinc artus componebantur eorum, qui mutilati proeliis vel lacerati tormentis erant; cf. Apul. VII. p. 497. *et cadaver quidem disiectis partibus tandem totum repertum aegreque concinnatum ibidem terrae dedere*. Plura dabit de hac superstitione D'Orv. ad Charit. I. 5. p. 239., qui tamen in eo egregie erravit, quod nostrum locum de Lucio dictum esse profert, cui culter rustici eunuchismum minabatur, quae res narratur libro VII. p. 490 sq.]

arrecti. Hoc solita variatione abiit in plurimis codd. in *arrepti* i. e. ablati et efficaci misericordiae vi inducti, sed Oud. ea multis exemplis illustrat coll. Dr. ad Sil. V. 229. Claudian. Consul. Probr. et Olybr. 153. cf. supra II. p. 162. VI. p. 393. et in ipsa indigna-

Digitized by Google

Luctantem me ac diu renuentem praecedens facinus instaurare nova ostensione lictores iussu magistratuum quam instantissime compellunt: manum denique ipsam, e regione lateris tundentes, | in exitium suum super ipsa cadavera porri- 190
gunt. Evictus tandem necessitate succumbo, et ingratis licet, arrepto pallio retexi corpora. Dii boni, quae facies rei? quod monstrum? quae fortunarum mearum repentina mutatio? Quamquam enim iam in peculio Proserpinae et Orci familia numeratus, subito in contrariam faciem obstupefactus haesi, nec possum novae illius imaginis rationem idoneis verbis expedire. Nam cadavera illa iugulatorum hominum erant tres utres inflati, variisque secti foraminibus, et ut vespertinum meum proelium recordabar, his locis hiantes, quibus latrones illos vulneraveram.

renuentem F. 3. L. *renuantem* p. d. *reticentem* Coll. Voss. In cett. exiat *remitentem* Bas. 1. *remidentem* — *renitentem diu* G. D. *procedens* (neque *procodens*, ut in Oud. erat excerptis) G. D. *offentione* P. Bas. 2. et Sciopp. probavit. Intelligit revelationem et demonstrationem novam cadaverum. *literores* d. *magistrantium* D. a p. m. *dein* pro *denique* D. a p. m. Perperam Gruter. et Elm. in ind. *lateris* explicant *feretri*. *cundentes* p. *tendentes* Venet. 4. Grut. Susp. VI. 8. quod etiam expressum est a Scriver. et Florid. *exitum* Vicent. perpetua aberratione. *suum* abest a p. d. *ingratiis* B. Iunt. 2. Ceterae edd. vett. habent *ingratus*. *abiecto pallio* O. π. quod probare videtur Pricaeus. *abrepto* G. D. *corpora retexi* G. D. P. *detexi* B. R. f. O. D. a m. s. Sed praecesserat iam *manu corpora detegere*. cf. Oud. ad Suet. Aug. c. 78. *faciens* Venet. 2. *quod* abest a f. *iam* non comparet in L. G. D. R. f. P. *et Orci* male deest in R. f. *orchi* G. D. *Perserpinae* Venet. 2. Vicent. *numeratur* Venet. 2. *in contrarium faciei* R. f. *tres* abest ab ed. Scriv. *septi* G. D. *scꝫpti* O. *ut* abest a F. 1. G. D. *meum proelium* f.

tione *arrigere* dicitur apud Val. Flacc. II. 186.

renuentem. Ita ex cod. optimo scripsi contra Oud. sententiam, qui *renitentem* defendit ex Met. III. p. 174. p. 191. VI. p. 396. [ubi semper de trahente alterum sermo est. Trill. Observ. II. c. 23. Dr. ad Liv. V. 49. §. 2. *Renitere* autem quamquam per se omnino comprobatur, tamen hic locum capere nequit, quum praecedat iam *luctantem*: quo voc. significatur Lucium vi lictoribus repugnasse. *Renuentem* igitur et *luctantem* denotant eum, qui vultu et manibus repugnantiam indicat.]

e regione lateris tundentes. Oud. vituperat Beroaldum, qui haec verba explicat: lictores ex parte laterali ipsum percutientes impulerunt, ut porrigeret manum, quum rectius auctor tum praepositionem omisisset. Ubi enim significare velint Romani actionem vel rem, quae fiat vel sit aliquo loco, dici *regione huius eiusve loci*, ubi vero motum ex illo loco vel oppositionem ex adverso designent, *e regione* usurpari: ut Met. IX. p. 641. de Dogm. Plat. I. p. 215. Oud. et Burm. ad Suet. Caes. c. 39. Hygin. Astron. I. c. 8. In eo tamen obsequi nolo Oud., qui *tendentes* i. e. extendentem manum meam a latere in feretrum et super cadavera porrigentes, ideo praefert, quoniam minime credibile sit, hos Magistratus Lucium aliquo pacto laedere voluisse, quum omnis haec actio *risus* gratia sit instituta. [Sed caussa duplex obstat, primum quia ambabus manibus Lucius lictoribus reluctabatur, qui eum omnimodo ad cadavera revelanda compellerent, dein quoniam e prioribus apparet, non pepercisse ei magistratus, qui tali timore eum affici patiebantur, ut actio ficta veritatem quam maxime adaequaret. Praeterea intelligi licet hanc contusionem non ita gravem fuisse, ut ille vulneraretur. Ergo *tundentes* retinui.]

manum super ipsa cadavera porrigunt. De hoc tangendi cadaveris ritu Elm. excitat Simon. Maiola in Dieb. Canicul. fol. 18. Hieron. Magium Miscell. II. c. 5.

Orci familia. [*Orcum* Plutonem appellari constat; cf. Met. VI. p. 396. p. 411. et p. 414. Intt. ad Hyg. fab. CXXXIX. p. 244. Stav. Burm. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 410. et 579. Serv. ad Virg. Aen. VI. 273.]

Digitized by Google

CAPUT X.

Tunc ille quorundam astu paulisper cohibitus risus libere iam exarsit in
191 plebem. Hi gaudii nimietate gratulari, illi dolo|rem ventris manuum compressione sedare. Et certe laetitia delibuti meque respectantes cuncti theatro facessunt. At ego ut primum illam laciniam prehenderam, fixus in lapide steti gelidus, nihil secus quam una de ceteris theatri statuis vel columnis. Nec prius ab inferis emersi, quam Milon hospes accessit, et iniecta manu me renitentem, lacrymisque rursum promicantibus crebra singultientem clementi violentia secum
192 attraxit, et observatis viae solitudinibus per | quosdam anfra|ctus domum suam
[134] perduxit, moestumque me atque etiam tunc trepidum variis solatur affatibus. Nec

tunc illis B. p. et omnes edd. vett. praeter Iunt. ?. *paulisper* abest a L. *choibitus* D. *retro facessunt* pro *theatro facessunt* D. *ut* quod Oud. F. 1. excidisse dicit, in collatione Lindenbrogii non expunctum est. *primum* exulat a R. f. *prenderam* G. D. O. *ponderarem alias ponderam* una serie in contextu habent R. f. *in lapide* absunt a P. G. O. *D.* a m. p. *in lapide* in omnibus Mss. et edd. vett. constanter servatur. *In lapidem* ediderunt Scriv. ac Florid. *cil. subgelidus* f. *et nihil* f. *nil* δ. *secus* F. 3. G. D. O. B. f. In cett. est *secius*. In nota Pricaei *nihilo secius*. *unam* F. 3. *Milon* F. 3. G. D. O. B. In cett. *Milo*. Quod nonnulli habent *meus* post *hospes* exulat a F. 1. 3. G. D. P. hinc uncis incluserunt Elm. Scriv. Pric. *retinentem* cf. Dict. Cret. V. 14. ibique Deder. F. 1. 3. *reticentem* R. f. L. δ. cf. p. 189. *crebro* B. O. edd. Elm Pric. Florid. In f. est *promicantibus oculis singultientem*. *abstraxit* hic et alibi Heinsius mavult ex antiquis membranis, sed quae illae sint, accuratius non addit. Cf. eum ad Ovid. Met. VII. 413. *anfratus* F. 3. *ad domum* B. *domumque* ed. Bas. 1. *me* ante *atque* exulat a p. D. B. unde Elm. Scriv. Pric. uncis circumscripserunt. *solabatur* mutarunt primi Basileenses, quia praecessit praeteritum.

Cap. X. *gratulari* [est *gaudere, laetari*: quae vocis significatio apud Apuleium est frequentior; cf. Met. VII. p. 497. p. 498. IX p. 636. Apol. p. 377. Koppe ad Mart. Capell. II. §. 107. p. 147.]

et certe. Male Stewech. *et certe* vexat *exerte* coniiciens, quum sensus sit: Et si non omnes proruperint in tanta gaudii indicia, profecto saltem summa laetitia cuncti delibuti erant. Alia vide ad Met. VI. p. 383.; [cf. Hand. Tursell. II. p. 489. *et adsererantis et confirmantis est*: cf. Bach. ad Met. I. 441. VII. 145.]

in lapide. Ita omnes quos vidi codd. et edd. vett. constanter praebent, ut de veritate coniecturae Lips., Sopingii, Piccart. Peric. Crat. c. 4. Barth. ad Claud. in Ruf. I. 152. et Advers. IX. 8. p. 427. [et LI. c. 15. p. 2410.] *in lapidem* dubitari liceat. Ego hic praetero *in lapidè* i. e. sub forma lapidis, ut lapis essem. Plura dicam ad Met. VI. p. 440. Hic ut alias Oud. diversissima commiscebat, cui omnino discrimen, quod inter utrumque casum intercedit, aperte ob animum versatum esse non videtur. *Lapis* de mirabundo, stupido et immobili cf. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. X. 50. Herald. ad Arnob. II. c. 22. Tom. II. p. 31. Orell.] De dictione *steti gelidus* Elm. comparat Senec. Troad. 622. Oed. p. 224. Ovid. Met. VII. 156. Val. Flacc. VII. 329.

domum suam perduxit. Optimis codd. deest praepositio *ad*, quae per se non est improbabilis; cf. Met. II. p. 90. Hirt. B. Alex. c. 53. Utraque dicendi ratio vel tironibus innotuit.

etiamtunc [*etiammunc* perperam edidit Scriver., qui praesentis usum ferre non poterat. *Etiamtunc* enim non aliam nisi perfecti formam adsciscit, et ibi tantum licet c. praesenti componere, ubi illud perfecti historici habet significationem. cf. Hand. ad Turs. II. p. 599. unde hic certe locus sanus est.]

solatur. [Male intruserunt nonnulli imperfecti formam *solabatur*, quia praeteritum praecederet. Sed utrumque saepius apud veteres sese excipit, qua variatione orationem reddunt loquentes commotiorem. cf. Dr. ad Liv. III. 46. §. 9. Cort. ad Lucan. II. 328. Staveer.

Digitized by Google

tamen indignationem iniuriae, quae inhaeserat altius meo pectori, ullo modo permulcere quivit.

CAPUT XI.

Ecce illico etiam ipsi magistratus cum suis insignibus domum nostram ingressi, talibus me monitis delenire gestiunt: Neque tuae dignitatis vel etiam prosapiae tuorum ignari sumus, Luci domine. Nam et provinciam totam inclytae vestrae familiae nobilitas complectitur. Ac ne istud, quod vehementer ingemiscis, contumeliae caussa perpessus es. Omnem itaque de tuo pectore praesentem tristitudinem mitte et angorem | animi depelle. Nam lusus iste, quem 193
publice gratissimo Deo Risui per annua reverticula solemniter celebramus, semper commenti novitate florescit. Iste Deus auctorem suum propitius ubique comitabitur amanter, nec unquam patietur, ut ex animo doleas, sed frontem

indignatione L. Sed *indignationem* probatur. Iniuriarum enim si quae factae sunt, tenax est memoria, et quicquid offendit aegre eximitur ut *Pertinax* apud Herodian. II. f. 494. Lysias pro Polyst. p. 337. λίγεται γὰρ τοὺς κακῶς πεπονθότας μεμνῆσθαι μᾶλλον ἢ τοὺς εὖ. *connivit* pro *quivit* f.

ipsi magistratus F. 3. G. D. P. δ. p. f. Iunt. 2. In reliquis *magistratus ipsi*. *cum* ante *suis* desideratur in f. *insignibus* G. P. D. a p. m. *cum talibus me* Iunt. 1. 2. Ald. *delinire*. Omnes Mss. et edd. *gestiunt et dicentes* inepte additur in π. *nec etiam* P. Wow. Elm. et cett. *Luci domine*. Alterutram vocem delendam esse putat Burm. sed cf. p. 123. *istud* F. 3. G. D. p. f. et omnes edd. vett. usque ad Bas. cum Scriv. et Florid. *ingemistis* L. *passus es* B. *omnem itaque* F. 3. G. D. O. f. R. L. Iunt. 2. *in q̄* P. In reliquis est *omnem igitur*. *praesentem* delent G. P. O. et D. a m. p. uncisque inclusit Scriver. *et omnem animi* f. teste Roaldo sed in excerptis Oud. R. et f. habent *et omnem angorem*. Burm. maluit *animo*. *Iudus* B. *quam* pro *quem* errore operarum extat in Bas. 2. Venet. 4. et Paris. *gratissimo deo* absunt a R. f. B. *solemnitate* pro *noritate* habet δ. ex glossa. Nam praecedit *solemniter*, et elegantius *commento* adscribitur *novitas*, quae gratior est solemnitate eadem quotannis recurrente. *auctorem et tutorem suum* F. 1. φ. Qui *tutorem* addunt, explicant eum, qui materiam laetitiae suppeditando decus et maiestatem Dei Risus est tuitus. In Inscript. Murat. p. CDXXXV, 5. *Tutores necessarii consecrarunt*. *Ipso decomáctorem* f. *comitabatur* G. P. D. a m. p. *comitatur* Venet. 4. Bas. 1. Vulc. *nam umquam* Bas. 1. *nec ubicunque* p. *fcōre* D. *fcōre3* G. pro *frontem*.

ad Hyg. fab. VIII. p. 31. Burm. ad Prop. II. 13. 33. Frotsch. ad Rut. Lup. I. §. 13. p. 115.]

Cap. XI. *delenire*. [Sic vel invitis Mss. c. Oud. reposui pro *delinire*, quamquam discrimen, quod proposuit Dr. ad Liv. IV. 51. §. 5. V. 31. §. 1. VII. 38. §. 5. dudum refutatum est, qui putabat, in illa voce inesse vim *placandi*, *mitigandi*, in hac *oblinendi* et *imbuendi*. Mirum tamen est, quod etiam apud Tacitum omnes codd. ubique *delinire* praebent et utraque forma semper variatur. Morem hunc scribendi fuisse puto aevi medii, qui constanter retinebatur, etsi ex analogia *delenire* magis probatur; cf. Ruhnk. Dict. ad Heroid. XVII. 23. p. 98. Ernest. in Gloss. Liv. Walch. ad Tacit. Agric. c. 21. Mos. ad Cic. Tusc. IV. 31. T. II. p. 435.]

neque t. dign. vel etiam. *Nec etiam* tacite edidit e Palat. Wower., disiunctivae particulae modum non intelligens, cuius usus multa exempla protulit Oud. ad Caes. B. G. III. 14. Bentl. ad Hor. Epod. XVI. 6.

istud cum Oud. non mutaverim, quum potiores libri id praebeant, etsi antiquior illa forma *istuc* non minus placeat. [Sed Mss. hac in re obtemperandum iudico, ut Oud. non assequar sententiam, qui contra stilum Apulei *istud* dictum esse censeat.]

itaque. [Ex oppt. libris ita edidi, quod a nasutulo quodam librario commutatum erat in *igitur*; cf. Zumpt. ad Quint. VIII. 4. 12., quem positura particulae offendebat, sed cf. Hand. Turs. III. p. 509 sqq. de ea accuratissime agentem. Ab Livii inde temporibus usus,

Digitized by Google

tuam serena venustate laetabit adsidue. Ac tibi civitas omnis pro ista gratia honores egregios obtulit. Nam et patronum scripsit, et ut in aere stet imago tua decrevit. Ad haec dicta sermonis vicem refero. Tibi quidem, inquam, splendidissima et unica Thessaliae civitas, honorum talium parem gratiam me-
194 mini. Verum statuas et imagines dignioribus meique maioribus reser|vare suadeo.

CAPUT XII.

Sic pudenter allocutus et paulisper hilaro vultu renidens, quantumque po-

tuum G. *suum* D. a m. s. sed a m. p. *tuum* videtur fuisse, quamquam per lituram aperte conspici nequit. *ac tibi* F. 3. et plerique codd. praeter F. 1. G. D. B. In cett. est *at*. Unde potest intelligi, quantopere erraverit Oud., qui in Ed. Bas. 1. primum *at* irrepsisse pronuntiat. *egredios* Venet. 2. *optimos* pro *egregios* d. ex glossa. *offeret* Bas. 1. et sqq. *scribit* F. 1. R. f. d. ex scriptura *scribsit* ut solet in veterrimis membranis exarari. *meatentis et* p. *in ea restes et* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *decrnit* R. *discernit* f. *decrevis* Venet. 4. *honorum* Iunt. 1. 2. [cf. Liv. I. 34, §. 2.] *horum* D. a m. p. *meique maioribus* L. R. f. Ms. Brantii *meis maioribus* O. In cett. *meisque maioribus*. *servare* O. *suado* Venet. 4.

prudenter G. P. D. Bas. 2. *pruderiter* f. *et paulisper* non est in B. Hinc uncis incluserunt Scriver. et Florid. cum Elmenh. *hilaro* F. 1. 3. B. *hilare* f. In reliquis est *hilari*. *renitens* d. solita aberratione. *quamque* D. *quamcunque* d. *quantum* O. *quantumcunque* Venet. 2. Iunt. 1. Ald.

particulam *itaque* ut *igitur*, quibus una eademque tum erat significatio, postponendi, posteriora potissimum tempora occupavit. Idem error in sqq. p. 200. obvius est.]

laetabit. cf. Met. V. p. 348. Perversum est quod vulgo legi dicit Elm. *laetabitur*, licet nusquam ea lectio appareat. *Laetari* enim est mere deponens passivum s. *oblectari*, diciturque semper de eo, qui gaudet et per alium vel rem quampiam gaudio afficitur. At *laetare* est laetitia suffundere, laetum reddere. [Unde miror idem vitium in alios libros incurrisse. cf. Voss. Arist. de Anal. III. 7. ibique Eekst. Tom. II. p. 766.]

meique maioribus. Inconsiderate Stewech. Piccarti Peric. Crit. c. 4. *meque* coniecturam probavit; Sciopp. in Susp. Lect. III. 6. *me iisque maioribus* coniecit. Melius iam, si quid mutandum erat, divinarunt Beroald. et Pontan. Ann. II. c. 5. *meique maior.* (quod Scriver. in textu recepit) e Graecismo dictum, de quo Oud. conferri iubet Voss ad Vell. II. c. 31. Abresch. Lect. Aristaen. p. 284. Solin. p. 11. Vitruv. V. 1. IX. 3. Met. VIII. p. 582. *homines non sui fieri meliores* [quam tamen vitiosam explicationem Oud. ipse retractavit] IX. p. 665. *sui molliorem provocaverat* [in quem locum male consuluit Stallb. ad Rudd., qui sibi repugnans Tom. II. p. 77. genitivum ex adiectivo *mollis* pendere ait, p. 105. ad comparativum eum refert] XI. p. 816. de Dogm. Plat. I. p. 199. [cui addas Salmas. ad Spart. Carac. 2. p. 708. Symmach. XI. 52. *morum maior aevorum* Tertull. Apolog. c. 40. *maiorem Asiae et Africae terram* contra meliores libros retineo. Male enim Oud. c. Colv. *meis maioribus* intelligit de praestantioribus viris et magistris, a quibus ille quid didicit. Hoc enim concedi tantum potest, magistros, a quibus placita per manus quasi accepimus, nostros maiores dici posse, non quia praestantiores nobis sunt, sed quia nos praecesserunt in disciplina quadam probanda, cuius quasi patres sunt. Illi utrum praestantiores viri sint nec ne non quaeritur. Ubique hunc usum observatum videbis. cf. Gell. XIX. c. 1. §. 13. IX. 2. §. 10. Apul. Apol. p. 477. Florid. p. 6. Lactant II. c. 7. Eadem de causa *minores* discipuli a contrario nominantur. cf. Oud. ad Suet. vit. Pers. *quum aequales essent Cornuti minores.*]

Cap. XII. *pudenter allocutus.* [cf. Buen. ad Lact. Institt. I. 1. §. 16. p. 9.]

hilaro. [Ex libris oppt. ut p. 167, edidi, quia hanc adiectivi formam alteri praetulisse Apuleius mihi vide-

teram laetiorem me refingens, comiter abeuntes magistratus appello. Et ecce quidam intro currens famulus: Rogat te, ait, tua parens Byrrhaena, et convivii cui te sero desponderas iam appropinquantis admonet! Ad haec ego formidans, et procul perhorrescens etiam ipsam domum eius: Quam vellem, inquam, parens, iussis tuis obsequium commodare, si per fidem liceret id facere. Hospes enim meus Milon per hodierni diei praesentissimum numen adiurans effecit, ut eius | hodiernae coenae pignerarer, nec ipse discedit nec me digredi patitur. 195

refringens δ. refringam f. *abentes* Venet. 2. *apello* Venet. 2. *et* ante *ecce* abest in O. *inquit* pro *ait* vulgares. Sed Colvius, quem posteriores secuti sunt, restituit *ait*, ut omnes habent Mss. *ut convivii δ. de sero* O. *te serio* ed. Scriv. *appropinquatis* P. *propinquantis* B. *admovet* G. et D. a m. p. *ego* abest a p. *et etiam perhorrescens procul* O. *perhorrescent* Vicent. Venet. 2. *ipsam* abest a f. *ipsam* pro *inquam* Ms. Al. teste Colv. Pro *iussis tuis* emendat Oud. quum Lucius servum adloquatur, non Byrrhaenam: *parentis iussis piis obs.* Nec fingi posse videtur adstitisse praecurrenti famulo statim ipsam Byrrhaenam. [In eo cum Oud. consentio, quoniam non verisimile est, Byrrhaenam Milonis domum intrasse; totam vero rem in aedibus Milonis peractam esse, probant priora. Sed defendi potest fortasse *tuis* per animi summam commotionem, qua verba ea ratione servo dictat, qua ille pronuntiare debeat. Aliter expedire me nequeo]. *Milon* F. 3. G. D. P. *δ.* O. f. et edd. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. quae eaedem edd. infra *Milon* praebent cf. Met. p. 191. ad IV. p. 308. In cett. *Milo. qui per hod.* D. a m. s. *praesentis δ. adirans* Venet. 4. *efficit* p. *ut ei hod.* V. 1. ex omissa compendii virgula *ei*. *pignoraret* R. f. *pigneraret* L. Flm. Scriv. Pric. *ipse digredi δ. degredi* f.

tur. cf. VIII. p. 527. ubi eadem est scripturae discrepantia, Met. IV. p. 328. et VI. p. 393. Certe in ablativo alteram nusquam inveni. cf. Mos. ad Tusc. I. 42. p. 345.]

introcurrens famulus. [*Invitatores* et *vocatores* nominabantur ii servorum, quibus munus erat, ab hero ad coenam invitandos rogandi. Accuratissime de iis agit Pignor. de serv. in Polen. Suppl. Thes. Antt. III. p. 1167.]

te sero. Praeferre videtur Oud. lectionem ed. Scriv. *de serio* ex loco p. 167., quum alioquin videatur obiici Lucio ebrietatem, per quam oblitus esset, se despondisse convivio, quia id sero et crapula distentus egisset. Sed rectius c. Pontan. ad Macrob. II. 3. explicandum est *heri vesperi*, ut idem Apul. I. p. 54. *cum quo sero devorteras* dicit.

diei. Male Pricaeus cum aliis nescio quibus *dei* pro *diei* probat, ipse *diem* deum faciens eiusque numen intelligens. At *numen hod. diei* Oud. recte interpretatur Risum, qui hoc die colitur huiusque diei praeses est.

eius hod. coenae. [Miror Oud., qui Pricaeum ex Florent. 1. *ei* defendentem sequi potuerit, quum hic duo dativi nullo modo comprobari queant. Ibi enim locum habent, ubi quod de re personave in universum positum est, accuratissime tum describitur, ut pars quasi genus explicet. cf. dictata ad Met. II. p. 165. et p. 107. Temere semper in iis versatus est Oud. Nec minus displicent quae idem apposuit, *coenae* per ellipsin praepositionum *caussa, gratia, ἕνεκα* secundo casu posse desumi. In his cautus quisque interpres esse debet; de qua constructione cf. Intt. ad Cic. de Nat. Deor. I. 22. Rupert. in ind. latinit. Tacit. p. 818. et quos excitat Dr. ad Liv. XXXI. 12. §. 4. *Eius*, quod omnes ceteri codd. exhibent, cuique probum erit, et totius loci difficultatem removet.]

pignerarer. [Sic ex fide Mss. ubique edendum curavi, quamquam res ad liquidum perducta mihi non videtur, quum libri nimis discrepent. Quod enim grammatici proponebant discrimen *pignera* rerum esse, *pignora* vero filiorum et necessitatum ab Dr. ad Liv. III. 38. §. 12. IX. 15. §. 7. dudum refutatum est, nec nostris temporibus debebat repeti, ut a Baumg. Crus. in edit. Sueton. factum est. [Oud. affert. Burm. ad Virg. Ecl. VIII. 92. et sua ad Caes. B. C. I. 39.] Utrumque in usu fuisse apud veteres, testatur Priscian. VI. p. 281. Krehl.: unde totam rem ex Mss. auctoritate pendere iudico; cf. Burm. ad Anthol. L. Tom. I. p. 201. Cort. ad Lucan. II. 370. Kopp. ad Mart. Capell. II. §. 180. p. 230.

Digitized by Google

Prohinc epulare vadimonium differamus. Haec adhuc me loquente, manu firmiter iniecta Milo, iussis balneariibus adsequi, producit ad lavacrum proximum. At ego vitans oculos omnium, et quem ipse fabricaveram risum obviorum declinans, lateri eius adambulabam obtectus. Nec qui laverim, qui terserim, qui domum rursum reverterim, prae rubore memini. Sic omnium oculis, nutibus
[135] ac denique ma|nibus denotatus impos animi stupebam.

CAPUT XIII.

196 Raptim denique paupertina Milonis | coenula perfunctus, caussatusque capitis acrem dolorem, quem mihi lacrymarum adsiduitas incusserat, concedo cubi-

proinc F. 3. *provin* F. 1. B. R. et in Bas. 2. pro Var. lect. Ceteri Mss. et edd. vett. habent *prohinc*. *ipis balneariibus* i. e. *ipsis* L. ut aperte extat in G. D. P. δ. *ipis* O. *ipse* f. unde Oud. *imperatis balneariibus* coniecit. *vulneribus* pro *balneariibus* f. *perduxit* P. et ed. Scriv. *et perducit* e p. Salmas. *ac ego* pro constanti suo more δ. *videns* f. *vitas* p. *omnium* abest a P. O. In aliis nescio quibus teste Oud. *omnium oculos* extat. *lateris* π. *nec qui terserim* L. δ *nec quicquamque terserim* et suprascriptum alia manu *qui* O. *reverterim* omnes quos vidi Mss. et edd. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. quae habent *recorterim*. *memini prae rubore* R. f. *oculos* G. D. *manibus* usque ad *denique* desunt p. *devotatus* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Bas. 1. *decoratus* Iunt. 1. 2. Ald. *inops* pro *impos* π. quae voces saepius commutantur cf. Oud. ad Suet. Aug. c. 20. *animo* O.

pauperrima f. *paupertinam* et *coenulam* δ. *profretus* f. δ. *curatus* B. Bas. 1. 2. Iunt. 1. Beroald. unde Siewerh. inepte coniecit *causatusque* ex antiquo scribendi more *frudo*, *cludo*, *cuso* pro *fraudo*, *claudo*, *causso*. Trita enim esse *caussari valetudinem*, *pluviam*, *tempestatem*. *cautusque* p (ex compendio exorta est lectio *cāt'que*.) *concedo cubitum venia facile tributa* F. 3. quod

Munk. ad Fulg. Mythol. l. 27. p. 659. qui omnes in diversas partes abeunt.] *Pignerarer* quod inepti librarii in *pigneraret* commutabant, Apuleio cum aliis scriptoribus est passive dictum s. pigneri quasi dato obligari, ut docet Oud. ex Met. IV. p. 293. XI. p. 797. et p. 806. Alioquin ut idem monet, *pignerare* est *dari pigneri*, *pignerari pigneri accipere* coll. Heins. ad Ovid. Met. VII. 621. Intt. ad Suet. Claud. 11. [cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 747.]

iussis balneariibus assequi. Recte offendit Oud. in iunctura verborum in quibus nescio quid scabri inest. De instrumentis enim sermonem esse neque vero de servis apparet, quoniam Milo praeter unicam ancillam pueros non pascebat, Lucii vero servi balneares dici nequeunt. In eo tamen acquiescendum est, quod *rem* dici *iussam* notum est, quam perficere iussi sunt homines ut *iussum silentium*, *iussus ordo*, uti et ei adtribui actionem, quam praestant eam rem vel gerentes vel agentes. cf. Oud. ad Suet. Ner. c. 25. et ad IV. p. 276. De re cf. Colv. ad h. l.

adambulabam. [Fea ad Hor. Sat. II. 5. 18. nescio unde legit *obambulabam*. Prius tamen defenditur ex Met. VIII. p. 578. XI. p. 770. Plaut. Bacch. IV. 5. 8. Est enim *iuxta aliquem incedere* cf. Barth. Advers. XXI. 7. p. 1031.]

Cap. XIII. *paupertina*. [Vox est antiquis et Afris potissimum frequentata; cf. Non. s. v. p. 162. Merc. Gell. XIV. 6. §. 5. XX. 1. §. 30. Tertull. adv. Nation. II. 18. p. 63. D. Rigalt. advers. Marc. I. 14. p. 372. B. ubi c. Rigalt. non legendum est *pauperrima elementa*, ut nostro quoque loco Mss. variant scripturam. cf. Savaro ad Sidon. II. 10. p. 155. Orell. ad Arnob. VI. 3. p. 345. Apul. Met. IV. p. 264.]

paupertina — coenula. [Ablativum revocavi, quem ex uno cod. δ. Oud. non satis recte in Accusat. mutaverat, licet saepius non solum apud Apul.; cf. Met. VIII. p. 553. VI. p. 402. sed ab aliis quoque scriptoribus ita construatur. cf. Intt. ad Cic. Tusc. III. 7. ap. Moser. Tom. II. p. 48. Broukh. ad Tib. II. 5. 63. Heins. ad Ovid. Art. II. 227. Intt. ad Tac. Ann. III. 2. IV. 38.]

Digitized by Google

tum venia facile tributa. Et abiectus in lectulo meo, quae gesta fuerant singula moestus recordabar, quoad tandem Fotis mea, dominae suae cubitu procurato, sui longe dissimilis advenit. Non enim laeta facie nec sermone dicaculo sed vultuosam frontem rugis insurgentibus adseverabat. Contanter ac timide

Inde recepi. In reliquis extat: *cubitum venia facile tributa concedo. abiectis* L. *lectulo prim'o* P. *moestus* male omittunt Iunt. 1. 2. Ald. *singulae* Venet. 2. *domino suo* D. *procreato* f. *enim* omnino non agnoscit F. 1. *ens* habet pro *enim* F. 3. G. D. B. *π*. Z. *nec es* p. *non eius* f. R. *non enim* O. *δ*. *et sermone* P. *π*. *dicaçula* R. f. quod Oud. probat, si quis *sermonem* legat. *dacaculo* Venet. 2. *faciem* pro *frontem* f. *contanter ac timide* F. 3. G. D. et omnes edd. vett. In reliquis rursus *cunctanter*.

non enim laeta facie. [Ita cum Oud. ex d'Orv. et Oxon. recepi, quod ex compendio scripturae facillime oriri potuit, quamquam ipse confiteor constantiam me librorum mirari, qui *es* vel *ens* fere omnes exhibent. Hinc factum est, ut diversis locus coniecturis tentaretur. Colvius voluit addita syllaba scribi *non nitens laeta facie*: Brantius *ex laeta facie*, cui lectioni duplex obstat impedimentum, primum quod mirum esset, quomodo praepositionem tritissimam omnium omnes librarii commutare potuissent, tum quod ex legibus grammaticis praepositio *ex* ita posita nullo modo defendi licet. Plane alia enim est ratio loci Apul. Met. II. p. 169. *ex summis viribus irruentes*, ad quem provocat Brant. Hoc aliquantulum ipse intelligens sectator iste novitatis temerarius legi iubet *exlaeta* quod dictum sit, ut *expallido* ap. Suet. Calig. c. 1. *exaridus*, *exalbidus*, *expavidus*. cf. Munk. ad Albn. de Deor. Imag. I. p. 896., quam formationem ut inusitatam Oud. acriter reprehendebat. Haec enim adiectiva, quantum equidem intelligere possum, tum tantummodo in usu videntur fuisse, ubi verbum cum eadem praep. compositum occurrit. Sopingius melius coniecit *in laeta facie*: Sciopp. Suspect. III. 16. *elata vel onestata facie* sententia postea retracta: Groslot. *non ea l. f. Ens* antique pro *existens* dictum probat Voss. de Analog. III. p. 128. Ferrar. Elect. I. 14. nec improbavit Oud.; ut etiam Eckst. meus ad Voss. Arist. Tom. II. p. 873. voluit. Non inusitatam fuisse hanc formam Romanis, apparet ex Quintil. Instt. VIII. 3. §. 33.; ubi Sergium Flavium nominat eum, qui vocabula *ens* et *essentia* latinitate donaverit, quamquam ipsi dura admodum videntur. Praeterea me offendit usus participii, qui nullo exemplo illustrari poterit. quum mihi semper substantivi vim induisse videatur, etsi testimonium mihi satis notum est Priscian. XVIII. c. 8. Tom. II. p. 136. Krehl., qui Caesarem non incongrue ait *ens* protulisse a verbo *sum* quomodo a verbo *possum potens*. Et fortasse emendare ita licet locum fragm. incerti sed aetatis postremae scriptoris, quod antea Censorino tribuebatur eiusdemque editionibus semper adnexum est c. 3. *Iovis stella .... salutaris et temperata et universis entibus prospera*. [Mss. *euntibus* vel *eventibus* nisi malis *virentibus*.]

vultuosam frontem. [*Vultuosi* nominantur, qui sunt ore tristi ac severiore cf. ind. Elm. ad Apul. s. v. Taubm. ad Amphitr. Argument. p. 6. et qui omnium accuratissime de eo voc. egit Burm. ad Prop. I. 8. 43. Nec dubitare debebat Kopp. ad Mart. Capell. locum II. §. 127. p. 182: *matronae sobrio decore laudabiles nec conquisitis figmentis circa faciem vultuosae: verum simplici quadam comitate praenitentes* ita esse explicandum, quum ille perperam *nec vultuosae: nec affectatae* intelligat. Ita fortasse locus poterat defendi, ut figmenta de fuco interpreteris, quo vultus exprimantur, quos quaeque induere velit. Melius tamen figmenta de vultuum simulatione accipias et colore ficto, ut inde gravitas quaedam oriatur, quae nec moribus nec natura comparata est, et tales mulieres opponantur iis, quae naturali suo adspectu sunt gravissimae nec fuco indigent, ut sobrietatem comitatemque prae se ferant.]

197 denique sermone prolato: Ego, inquit, ipsa confiteor ultro, | ego tibi huius molestiae caussa fui! Et cum dicto lorum quempiam sinu suo depromit, mihique porrigens: Cape, inquit, oro te, de perfida muliere vindictam, immo vero licet maius quodvis supplicium sume. Nec tamen me putes, oro, sponte angorem istum tibi concinnasse. Dii mihi melius, quam ut mei caussa vel tantillum scrupulum patiare. Ac si quid adversi tuum caput respicit, id omne protinus
198 meo luatur sanguine. Sed quod alterius rei caussa facere iussa sum, mala | quadam mea sorte in tuam recidit iniuriam.

CAPUT XIV.

Tunc ego familiaris curiositatis admonitus, factique caussam delitescentem nùdari gestiens suscipio: Omnium quidem nequissimus audacissimusque lorus iste, quem tibi verberandae destinasti, prius a me concisus atque laceratus interibit ipse, quam tuam plumeam lacteamque contingat cutem. Sed mihi cum

profiteor L. e glossa. *ultra f. violentiae huius causa* R. f. *huius molestiae causa fui* F. 3. G. D. ∂. In reliquis *causa huius molestiae fui. suo sinu* F. 3. In cett. *sinu suo. sine* pro *sinu* f. *et perfida* F. 3. *in perfida muliere* G. D. f. P. O. π. ∂. omissa esse potuit lineola *m* designans. *et perfidam mulierem* p. [quae lectio ex littera *m* priori vocabulo *perfida* annexa videtur profecta esse, ut prius *perfidam* legeretur et ne sententia turbaretur, librarii deinde *mulierem* emendarent.] *vere quodlibet supplicium quod vis maius sumo f. non* pro *vero* p. *iũis* pro *maius* p. *supplicium sin sume* G. a m. p. [sed minio est vocula *sin* inducta]. *putes me* D. *tibi* abest a ∂. *dum* pro *dii* F. 1. 3. G. D. f. ∂. corrupte. *non mei* Ms. Al. teste Colv. *quid aversi* D. *quid ãuersa* ∂. unde *adversitatis* Oud. coniecit. Sed innovari ob unius codd. lectionem nequaquam necesse est. *missa* pro *iussa* B. et edd. vett. praeter ed. p. Vicent. et Iunt. 2. *mala quadam mea sors* Bas. 2. Colv. Lugd. Vulcan. *quandam meam sortem* P. *recedit* Bas. 1.

curiositatis D. a p. m. *delitescentis* P. *nugari* edd. Beroald. Bas. 1. *suspicio* F. 1. 3. inepte. Sic tamen edd. Vicent. et marg. Bas. 1. Idem error Met. II. p. 163. in ipsa edit. Elmenh. est. [Dr. ad Liv. IV. 58. §. 14. XXIV. 40. §. 1. XXVIII. 6. §. 12. Lucan. VI. 645.] *quem verberando destinasti* R. f. *lacertus* F. 3.

confiteor ultro. Cod. Lips. e glossa habet *profiteor*, quod ultro confiteri est. cf. Graev. ad Cic. pro Caec. c. 9. cf. supra p. 180. Apol. p. 301.

lorum quempiam. Notandum est, *lorum* dici masculino genere ut mox *lorus iste* p. 198. de quo usu Oud. cf. Petron. c. 57. ibiq. Burm. [qui locus mendosus ita restituendus est *tu paediculosus* [Mss. *paeticulosus*] (i. e. *qui pueros corrumpit*) *nec mu nec ma argutas*. De aliis cf. Voss. de Analog. I. c. 36.]

concinnasse. [De hoc verbo, quod Plautino more pro *facere parare* Apuleius posuit, cf. Rost. Comment. Plautin. 3. Tom. I. p. 34. cf. ad Met. VII. p. 486.]

Dii melius. [cf. quae collegit Cort. ad Lucan. II. 537. Intt. ad Ovid. Met. VII. 37. infra p. 221.]

iussa sum. Bene hanc lectionem Oud. secutus est, quae clarius exprimat necessitatem servilis obsequii iubente hera, licet altera lectio, quam firmat Bertin., facile possit defendi c. Heins. ad Ovid. Met. V. 660. et Heroid. I. 37., ubi conferri iubet Burm. et sua ad Caes. B. C. III. c. 34. [Intt. ad Val. Flacc. VI. 647. ad Sil. Ital. IV. 795. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. l. c. Plura dicam ad Met. V. p. 379.]

mala quadam mea sorte. Vide, quantas turbas interpretibus facessere possit error typographicus. Quum enim in Basil. pr. irrepsisset *m. quadam mea sors* Basil. 2. Colv. Vulc. dedere *quaedam sors.* Hinc eae Stewech. et Colv. de verbo *recidere* allucinationes exoriebantur, quippe *recidit* accipientium *recidere fecit.* Omnia hoc errore demto dilucide procedunt. [De verbo *ricedere* cf. Burm. ad Ovid. Met. VI. 212. ubi noster locus bene explicatur.]

fide memora, quod tuum factum scaevitas consecuta in meum convertit exitium. Adiuro enim tuum mihi carissimum caput, nulli me prorsus ac ne tibi quidem ipsi adseveranti posse credere, quod tu quidquam in meam cogitaveris perniciem. Porro meditatus innoxios casus incertus vel etiam adversus culpae non potest addicere. Cum isto fine sermonis | oculos Fotidis meae udos ac tremulos, 199

memora quod F. 3. et omnes edd. vett. *mea ora* F. 1. *meo ora* P. *mea oro* G. *mea oro* D. (sed in margine extat *alii: memora*) O. L. R. *f. d.* unde Oud. coniecit *cum fide dic mea oro.* E coniectura Colvii, Vulc. ed. 2. et Elm. ac sequentes ediderunt *memora*, *oro*, nisi quod uncis incluserint Elm. etc. [Puto hanc scripturae diversitatem hinc profectam fuisse, quod librarii vocis *memorare* significationem non perspiciebant, quae saepe idem denotat, quod *dicere*, *narrare*, et potissimum Plauto in usu est. Ita Aul. II. 4. 42. Captiv. II. 2. 20. *memora mihi* est *narra mihi.* Pro *dicere* vero extat Bacch. V. 1. 10. 11. Capt. III. 4. 20. Mostell. II. 1. 23. Trin. II. 4. 148. Trucul. I. 1. 65. cf. Apul. Met. II. p. 121. IX. p. 599. *ut memorabant incolae.*] [*factum* abest a F. 3. [quod facile fieri potèrat, si per compendium scriptum erat *fcm*., quae litterae sequentis vocabuli *scaevitas* litteris primis accuratissime respondent.] *saevitas* F. 1. G. L. et edd. vett. praeter ed. pr. solito errore. *severitas* D. *levitas* R. *f.* [quod tantum glossema est, quia *res sinistrae* sive *laevae* mala portendant et scaevae.] *Karissime d. clarissime* ed. Beroald. *tu* exulat Edd. Beroald. Bas. 1. *cogitaveris* F. 3. G. D. p. f. O. *d.* et ed. pr. Vicent. Beroald. Bas. 1. Colin. In reliquis est *cogitaris.* *in meam quidquam* p. *etiam* abest a *d.* *vel certe* O. *adiecere* F. 1. 3. β. P. in excerptis Pulsch. *adiicere* B. et omnes edd. vett. Sed bene iam *addicere* ediderunt Scriver. ac Florid. *phodis* D. a p. m. *humidos ac d.* frequentissima variatione.

Cap. XIV. *scaevitas.* Quoties librarii confuderint inter se *saevitas* et *scaevitas*, *saevus* et *scaevus*, supra iam dictum est. Hic tamen *scaevitas* tantum locum habere poterit, quia *scaevitas* est quasi sinisteritas et veteres vocab. in malis et male ominatis rebus ponebant. cf. Met. IV. p. 239. IX. p. 611. [*saevitas* vero de *truculentia* et *crudelitate* dicitur. Ita apud Isid. Gloss. p. 500. legendum est *saevus*, *malus*, *pessimi et mali animi* ut p. 503. *trux-saevus.* Apud Arnob. tamen II. 48. pro *scaevitate innumerabili vitiorum* ego lego *servitute innumerabili.* cf. Burm. ad Anthol. Lat. Tom. II. p. 110.]

adiuro tuum caput. [cf. Broukh. ad Tibull. IV. 13. 15. Heins. et Ruhnk. ad Ovid. Heroid. XX. 159. Ruhnk. Dictat ad Sueton. p. 146.]

addicere. [Cum Oud. ita legendum esse persuasum est, quum *addicere* de reis usurpatur, qui culpae adfines declarantur culpandive indicantur: de qua significatione cf. Moser. ad Cic. Tuscul. II. 2. Tom. I. p. 425. Omissa deinde littera *d* ansam praebuit corruptelae in cod. Bertin. et edd. vett. obviae. *Adicere*, *abicere*, *conicere* scriptura est optt. codd. quam in nonnull. Mss. ubique servatam videbis, ut in Florent. 3. Apuleii et Palimps. Fronton. cf. Schneider. Gr. Lat. I. p. 287. s. Forbig. ad Lucret. III. 951. Plura dabunt Burm. ad Anthol. Tom. I. p. 59. Buen. ad Lact. Instit. II. 7. §. 8. p. 209.]

udos. [*Udi oculi* ii nuncupantur, qui libidine natare quasi videntur atque hument. Sic Graece *ὑγροὶ ὀφθαλμοί* nominantur. cf. Hym. Homer. XIX. 33. Iacob. Melet. 14. 7. Nec tentari debebat locus Propert. II. 6. 10., ubi tamen *udos* non amatorios oculos esse intelligo, sed lacrymosos et prae dolore madentes, quum melius ad eum pertineant, qui amatae domum praegrediens minus amatam invitus uxorem pompa duxit. Plura suppeditabit Pric. ad nostrum locum.]

tremulos. [Sunt palpitantes, patuli et prae libidine nimia marcescentes oculi, quos Horat. Od. I. 36. 17. *putres* nominat. Pers. Sat. I. 18. *patranti fractus ocello* dicit: ubi tamen malim legere *putrenti fractus ocello* i. e. *libidinoso* ut id. Sat. V. 58. *in Venerem putris est.* Ita Lucian. Amor. 14. *ταχερόν τι καὶ ῥέον ἐν τοῖς ὄμμασι πάθος ἀνυγραίνων.* Casaub. et König. ad Pers. I. 18. Rupert. ad Iuven. II. 95. Miscell. Observ. Vol. I. T. II. p. 218. Sic emendandus est locus Suet. Tiber. c. 7. ubi male defenduntur *oculi tumentes* quasi *prae libidine. Trementes* sunt marcidi, tremuli.]

et prona libidine marcidos, iamiamque semiadopertulos adnixis et sorbillantibus saviis sitienter hauriebam.

CAPUT XV.

Sic illa laetitia recreata: Patere, inquit, oro, prius fores cubiculi diligenter occludam, ne sermonis elapsi profana petulantia committam grande flagitium. Et cum dicto pessulis iniectis et uncino firmiter immisso, sic ad me reversa colloque meo manibus ambabus implexa, voce tenui et admodum deminuta: Paveo,
200 [136] inquit, et formi|do solide | domus huius operta detegere, et arcana dominae

semiadapertulos f. a p. m. quod ad sententiam idem esset quod *semiadopertulos*. *admixis* B. et omnes edd. vett. *nixis* f. *vinxis* R. *adnixi* Ed. Scriv. quod quid sibi velit, non capio, nisi vitium operarum sit, ut est *sorbillantibus* in Ed. Beroald. *sabiis* G. D. P. *suaviis* aliquot codd. et edd. male. *lubiis* d. *scienter* O. pro *sitienter*. *hariebam* G. et D. a p. m.

recitata f. pro *recreata*. *obcludantur* R. f. *grande* deest in f. *patulantia* f. *unco* pro *uncino* d. cum aliis cf. Salmas. ad Solin. p. 649. 650. et Pric. *ambabus* exulat a D. a p. m. *amplexa* L. *implexo* Z. probante Ferrar. in Elect. I. c. 14. *et* ante *admodum* non comparet in O. *diminuta* F. 1. 3. G. D. P. d. O. L. R. f. *minuta* B. et edd. vulg. *solidus* G. *solidae* omnes edd. vett. praeter Venet. 4. Ita quoque Colin. et Bas. 1. Male Pric. *solidum*. *operte* Venet. 2.

adnixis et sorbillantibus saviis. Varie hunc locum coniecturis vexarunt interpretes. Colvius Graecorum dictionem *μίξαι τὰ χείλη* exemplis illustrans, maluit legi *admixtis et sorb. saviis* ut *savia* tum essent, ut saepius, *labia.* [cf. Taubm. ad Plaut. Mil. Glor. II. 1. 16] Wow. coniecit *inmixis* Lips. *adfixis.* [Prius tamen probari non posse, intelligitur quum *miscere labia* ii tantum dici queant, qui mutuis osculis fruuntur, et savia imprimunt, nec vero ii, qui oculos alterius basiant.] Retinenda igitur est lectio *adnixis* i. e. *pressis ad oculos osculis et quasi cum nisu adhaerentibus*, de quibus Oud. adire iubet Plin. Hist. Nat. XI. 37. *oculos cum exosculamur animum* [*animam ipsam?*] *ipsum videmur adtingere* et Rosweid. in Onom. ad vitas Patr. p. 1044.

Cap. XV. *implexa.* Ferrar. Elect. I. 14. Zabarellae lectionem *implexo* et Colv. sui codicis scripturam *amplexa* temere probarunt. Fotis enim implexa Lucii collo erat s. circumvoluta *ἐμπεπλεγμένη* et collum ambiens: cf. Virg. Georg IV. 483. [ubi conferantur Intt. et eadem horum verborum varietas conspicitur. Doed. Syn. IV. p. 280. cf. infra ad Met. VIII. p. 565.]

deminuta. [Ita contra Oud,, qui verens ut vera sit lectio, *minuta* praefert, equidem in textu recepi. Quomodo enim hoc quidem loco *deminuta* et *minuta* inter sese differant, vix est quod capias, quum de voce agatur Fotidis, quae cum prius argutior et clarior esset, nunc quia arcana domus proditura erat, remittitur et tenuatur. Attamen *deminuta* c. Oud. restituerim cf. dictata ad Met. II. p. 145.]

paveo et formido. [Ita Curt. IV. 16. 17. dicit: *Ubi intravit animos pavor id solum metuunt quod primum formidare coeperunt.*]

solide. Male agunt, qui *solidae* ex nonnullis libris nescio quibus et edd. vett. defendentes de *domo inconcussa* intelligunt, quae arcanis magiae proditis ruinae adduceretur; cf. Sidon. Apoll. Epist. IV. 6. *et solidae domus ad hoc aevi inconcussa securitas.* Haec non minus inepta videtur interpretatio, quam Lips. coniectura *olida*, quod voc. ad magae domum referri possit ob unguenta et aromatum varios odores sordidam. *Solide* adverbium est et *oppido*, *vehementer* significat; [cf. Plaut. Trin. IV. 2. 47. Taubm. ad Plaut. Mercat. I. 1. 21. Dictio mere est comicorum praesertim Plauti, quem ubique Apuleius imitatur.]

arcana secreta; cf. quae dicam ad Met. XI. p. 799.

Digitized by Googl

meae revelare secreta. Sed melius de te doctrinaque tua praesumo, qui praeter generosam natalium dignitatem, praeter sublime ingenium sacris pluribus initiatus, profecto nosti sanctam silentii fidem. Quaecunque itaque commisero huius religiosi pectoris tui penetralibus, semper haec intra conseptum clausa custodias oro, et simplicitatem relationis meae tenacitate taciturnitatis tuae remunerare. Nam me, quae sola mortalium novi, vis amoris, quo tibi teneor, indicare compellit. Iam scies omnem domus nostrae statum, iam scies herae meae miranda secreta, quibus obaudiunt Manes, turbantur sidera, coguntur numina, serviunt elementa. Nec unquam magis artis huius violentia nititur,

revellare Ald. *relevare* L. *anor* pro *meae* f. *naturalium* pro *natalium* Iunt. 2. vitiose. *profecto* exciderat culpa librariorum ex Edd. Colv. Vulc. Wower. invitis Mss. omnibus et Edd. prioribus. In marg. Bas. 2. iam notatum *profecto* al. deesse. *nostri* π. *sanctum* desideratur in G. D. P. π. [sine dubio neglectum est, quod ex compendio $\overline{sci}$ scriptum seqq. litteris *si* accuratissime respondebat. cf. quae dixi ad pag. 108. not. crit., ubi idem iam observavimus.] *silentio fide* P. *quaecunque itaque* F. 3. D. G. π. f. cf. supra p. 192. In reliquis est *quaecunque igitur*. *hic* O. non male δεικτικῶς *huc* p. *conspectum* D. O. Iunt. 1. 2. Ald. Paris. *remunera* R. f. *dignitatis* pro *taciturnitatis* f. *amor is* F. 1. d. Iunt. 2. *amor* G. D. [in cuius margine extat *alii: vis amoris*] O. L. R. f. ex correctione, quia voce *vis* omissa, quae propter antecedens *novi* facillime oculos librariorum effugere poterat, genitivus *amoris* sententiam non praebebat. *vis amor* ex correctione F. 3. habet, a cuius prima manu est *vis amoris*. *Iam scies* usque ad *statum* desiderantur in d. ob eorundem verborum *iam scies* in sequentibus repetitionem. *dominae meae miranda* G. [sed a m. s.: nam lacuna prius videtur fuisse vocabuli, quod cum fortasse *ere* in codd. scriptum esset, a librario ita non intellectum potius omittebatur. Nam litura non conspicitur sed in textu *dominae* a m. s. scriptum est.] Ita quoque D. et omnes edd. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. [In F. 1. sine dubio *herae* extabat. Nam quod in textu Vulc. 2., ad cuius marginem Lindenbrog. collationes suas adscripsit, *dominae* legitur, ut lectionis varietas a Lindenbr. enotatum est, ut suspicari liceat, illum vitio festinationis idem vocabulum in margine repetiisse]. *dominae meae veneranda secreta* Bas. 1. *obediunt* F. 1. D. P. B. L. Venet. 4. Paris. Bas. 1. *obbediunt* G. *flumina* pro *numina* coniecit Burm., sed cf. Met. I. p. 41. *tacita numinum violentia*. *seviunt* pro *serviunt*, sed cf. Met. XI. p. 807. *serviunt elementa*. [De hac confusione cf. Dr. ad Liv. II. 27. §. 7. 29. §. 9. 52. §. 7.] *nqquam* L. *unus unquam* f. *utitur* d. ed. pr. Iunt. 2. De confusione utriusque vocabuli cf. Oud. ad Caes. B. G. IV. 24. Groslot. coniecit *visitur*, ut *violentia* sit nominativus.

penetralibus. [Interior aedium pars ita nominabatur, quae diis erat consecrata et res sanctas asservabat; cf. Bach. ad Ovid. Met. XII. 245. Deinde de omnibus rebus dicitur vocabulum, quae sunt absconditae, ut hoc loco de pectore, quod arcana recludat et fideliter reservet; cf. Quint. Instt. VI. 2. §. 25. Stat. Silv. III. 5. 56. *fixamque animi penetralibus imis.* Hoc idem vocabulum restituendum iudico loco corrupto Capitol. Antón. c. 3. p. 253. *saepe monitus suis penetralibus* [*penitus eius*] *Adriani simulacrum inserere*; cf. Peerlk. ad Horat. p. 248.]

remunerare. [Male habent *remunera* Fux et Reg. Ex Mss. res est diiudicanda, quum utraque forma in usu sit. cf. Eckst. ad Voss. Arist. Tom II. p. 746. Praetulisse tamen videtur Apuleius formam deponentis; cf. Met. IX. p. 655. XI. p. 808.]

teneor. [De eo potissimum dicitur *teneri*, qui alterius amore irretitus est flagrantissimo ab eoque totus occupatur. cf. Ruhnk. Diet. ad Ovid. Heroid. XV. 88. Bronkh. ad Tib. I. 6. 3. Intt. ad Phaedr. II. 2. 3.]

obaudiunt. [Recepi hanc formam, Mss. auctoritate satis tutam, licet Oud. posteriorum et ecclesiasticorum potius auctorum eam esse propriam autumet, reiecta eorum sententia, qui initio Sallust. Catil. *rentri obaudientia* et Liv. VIII. 32. §. 3., ubi cf. Dr., ita legendum esse statuunt; cf. Barth. Advers. X. 8. p. 474. qui in eo errat, quod loco Lactant. Placid. Narr. fab. V. c. 9. p. 823. Stav. *obaudita* scribit, invitis Codd, qui omnes simpliciter *audita* exhibent. Onom. Vulcan. p. 97. *obaudio* παραχοάω Gloss. Cyrill. p. 643. ὑπαχοάω *obaudio.* Afrorum fuisse voc. docet Tertull. de exhort. castit. c. 2. p. 519. D. Rigalt. et advers. Marc. II. c. 2. p. 382. C.]

nititur. [Ita ex optt. codd. edendum

Digitized by

201 quam cum scitulae formulae iuvenem quempiam libenter | adspexit, quod quidem ei solet crebriter evenire.

CAPUT XVI.

Nunc etiam adulescentem quemdam Boeotium summe decorum efflictim deperit, totasque artis manus, machinas omnes ardenter exercet. Audivi vesperi, meis his, inquam, auribus audivi, quod non celerius Sol coelo ruisset, no-

scitulet Venet. 2. *formae* O. Venet. 4. Par. Iunt. 2. Bas. 1. *iuvenem* exulat ab O. *adspexerit* δ. *aserit* D. a p. m. *et solet* p. *crebriter* G. ut semper.

adulescentem F. 3. B. et P. in excerptis Gruter. In cett. legitur *adolescentem*. *Boeotium* F. 1. 3. G. D. B. In cett. est *Boetium*. Beroald. *Boëtium* Vulg. *Boetum*. *summe decorum* non comparet in R. f. *decorum* P. *affictim* G. P. D. O. δ. R. f., ut in omnibus Apulei locis, ubi hac voce utitur, hic vel ille codex depravate exhibet cf. Met. I. p. 38. *ut se amen efflictim* V. p. 330. *amo enim et efflictim te* p. 363. *efflictim inhians*. *totiusque* F. 1. Colv. *totalis* δ. *et machinas* G. D. L. f. Wower. Elm. Scriver. *omnis* edd. vett. *vesperis* G. D. a p. m. *vesperi mei si is, inquam, auribus audivi* F. 3. *meis, inquam, his auribus* O. *meis* abest a R. et f. In cett. est *meis his inquam auribus*. *quod non celerius* F. 1. 3. G. P. δ. p. D. a m. p. *quodni sol celerius* D. a m. s. In cett. *quod ni celerius*. *celerius sub coelo* G. D. *misset* G. D. [a p. m. in margine a m. s. restitutum est *ruisset*] *inisset* P.

curavi contra Oud., qui *utitur* praetulit, quia Pamphile non tantum *nitatur* violentia artis, sed maxime *utatur* ea, quae iuvenem in sui amorem compellere *nitatur s. conetur*. Sed hoc ludere est non demonstrare, nam *nititur* significat *omnes vires adtendit: summe incubuit in arte magica exercenda*. Carminibus amorem et inflammari et extingui posse opinio est veterum, quae multis exemplis potest illustrari; cf. Tib. I. 8. 23. Ovid. Fast. IV. 551 sq. Apul. Met. IX. p. 649. Iuven. VI. 610 sq.; cf. Intt. ad Prop. I. 1. 21. Bach. ad Ovid. Met. X. 397.]

formulae. [Male hanc lectionem mutavit Oud. ex cod. δ. in *formae*, quod prius vocab. de externa hominis habitudine et specie dictum placere sibi negavit. Sed apud Plaut. Pers. II. 2. 47. legitur: *Tempori hanc vigilare oportet formulam atque aetatulam*.]

libenter adspexerit [i. e. amanter Graecorum ἡδέως; cf. D'Orv. ad Char. VI. 5. p. 542.]

totasque artis manus. Colvium secuti sunt plurimi interpretes, qui *totiusque artis* defendit, probatus Oud. Quint. Decl. X. c. 7. Claud. Consul. Prob. et. Olybr. v. 95. laudante. Oud. ipse coniecit *totae* qua caussa nescio: quamquam notum sit, Apuleium antiquam hanc pronominis formationem non reiecisse; cf. infra Met. X. p. 784. et 789. Recte tamen lectionem plurimorum codd. comprobat ex Met. III. p. 219. IV. p. 271. 288. V. p. 342. VI. p. 384. p. 426. VII. p. 455. IX. p. 658. ubi *totus* pro *cunctus, omnis*, positum est; de quo usu excitat Intt. ad Prop. II. 22. 13. Misc. Obss. Vol. V. Tom. I. p. 76. [cf. Doed. Syn. IV. p. 359. d'Orv. ad Charit. IV. 2. p. 424. Intt. ad Min. Fel. c. 15. p. 81. Lind. Vulcan. in Gloss. Isid. p. 107, qui Apuleio praeceteris hunc graecismum vindicat, Salm. ad Spart. Sever. c. 22. p. T. I. p. 638. Nisi omnes Codd. constanter retinerent, *artis* pro glossemate exstirparem, quum *manus, artem* significet; cf. Barth. Advers. XXXI. 4. p. 1427. Gron. Diatrib. I. p. 110. adn. Hand.]

quod non celerius Sol coelo ruisset. Ita ex optt. codd. Salm. probante edidi. Oud., qui cett. Mss. auctoritate nititur, scripturam ex eleganti illo dicendi genere defendit, ex quo pronomen relativ. *quod* ad particulas *si, ubi, nisi* saepius positum omnino redundat, multisque exemplis rem, quae in aperto est, illustrat. [cf. ad Tom. II. p. 386.] In eo tamen mihi errare videtur, quod, qui

ctique ad exercendas illecebras magiae maturius ces|sisset, ipsi Soli nubilam 202
caliginem et perpetuas tenebras comminantem. Hunc iuvenem, cum e balneis rediret ipsa, tonstrinae residentem hesterna die forte conspexit; ac me capillos eius, qui iam caede cultrorum desecti humi iacebant, clanculo praecipitavit ferre.

ad exarcendas Iunt. 2., unde in eius margine vir doctus coniecit *exsecrandas*. *magiae* abest a f. et ed. Vulc. 2. Hinc illa scilicet Kimenhorstii correctio, qui ex F. 1. addi voluit *magiae*. *maturius* abest a P. *desisset* G. D. [a p. m. In margine a m. s. *cessisset*] P. Verba *ipsi soli nubilam caliginem* exulant a π. et O., quamvis Pricaeus scribat, tantum desiderari *ipsi soli*, pro lisque scribi *et*, unde refingit *ei*, ac sane *et* additur in f., qui dat *nubilem*. *perpetuas poenas comminantem* f. *commitantem* π. quasi fuisset *comminitantem*. *ipse* O., male. Cum Pamphile redibat e balneo, ipsa vidit iuvenem in tonstrina sedentem. Non vero ipsa intravit tonstrinam, sedem otiosorum et tondentium virorum, non mullerum cf. ad Ter. Phorm. I. 2. 39. [Plaut. Asin. II. 2. 76. II. 4. 2. Epidic. II. 2. 14., ad quem locum cf. Taubm.] *constrinae* G. et D. a p. m. *resistentem* Iunt. 2. male. *ac de me* f. notante Roaldo, sed teste Elm. *ac inde me*, quod veresimilius est, quum etiam R. ita legat. *desepti* D. *delecti* Venet. 2. Iunt. 1. Ald. [Eadem lectionis discrepantia comparet Met. VII. p. 472. *hordeo secto* pro *lecto*.] *humidi* L., unde Brantius, cuius codex idem praebet, *humu* enucleavit. *humi duacebant* P. *humi diiacebant* G. D. a p. m. *humi adiacebant* δ., quod *adiacere* significat *proximum esse*, *diiacebant* si quis probaret, esset *dispersi iacebant*, quod non ita falsum esset. *praecipit auferre* F. 3. quod emendavit Sciopp. Susp. III. 4. et probatur Salmasio, nisi quod pro *praecipit* legit *praecepit*. *praecipitarit ferre* est in cett. Mss. et ed. pr. Vicent. Venet. 2. *praecepit* π. et Edd. Beroaldi etc. usque ad Elm., qui cum seqq. coniecturam Scioppii recepit. *praecedit* Venet. 4.

initio tantum enunciationis observari potest, usum medio enunciato vindicaverit. Ratio enim cur relativum addatur videtur ea esse, ut ex praegressis conclusionem quasi faciat arctiusque priora sqq. coniungantur. Ita efficitur, salvis ratione et grammatica haec comprobari non posse. Praeterea obstat temporum ratio. Necessario enim ponendus erat imperfecti coniunctivus, quoniam quem Pamphile voluit celerior solis decursus, nondum erat iam peractus sed ut peragatur efflictim optat. Sol vero coelo non celerius ruerat ideoque imperium non secuto mala cantamina comminabatur. Ita etiam plusquamperfecti coniunctivus suum locum optime sibi vindicat.]

maturius cessisset. Elegans et frequens locutio *nocti decedere* illustratur ab Oud. ex dictat. ad Suet. Caes. c. 59. Sept. de B. T. II. c. 4. [Dr. ad Liv. III. 60. Burm. ad Ovid. Her. XIX. 172. Virg. Ecl. VIII. 88. ibique Heyn. Macrob. Saturn. VI. 2.]

tonstrinae residentem [cf. Munk. ad Hygin. fab. XV. p. 58 sq., qui tamen de hac constructione diversissima commiscet.]

capillos . . . ferre. [Superstitio erat veterum, capillis uti magas et venefi-cas ad incantationes exercendas et amorem renuentis inflammandum. cf. Barth. Advers. VII. 3. p. 316.]

praecipitavit. Florent. 3. quamquam probam per se praefert lectionem *praecipit auferre*, motus tamen cett. librorum auctoritate, scripturam elegantiorem *praecipitavit ferre* praetuli, quod cod. F. 3. lectio *praecipitav' ferre* facile in *praecipit auferre* abire poterat. Recte iam a Beroaldo exponitur *raptim et praecipitanter iussit surripere*, nec possum quin in eo mirer Oud., quod de hac huius voc. constructione dubitarit. *Praecipitare* enim c. Acc. rei vel personae is dicitur, qui rem properando urget et nimia festinatione accelerat. Sil. It. III. 166. Ulp. D. 23. 33. *qui non praecipitaverit eum ad solutionem*, et infinitivum adsciscit Virg. Aen. XI. 3. *dare tempus humandis praecipitant curae* Stat. Theb. I. 679. *Sed si praecipitant miserum cognoscere curae.* Unde prava est Oud. opinio, qui *praecepit* ex cod. π. et Edd. Beroald. usque ad Elm. maluit reponere, licet infinitivum ab hoc verbo adsciscendi notissimum sit. cf. Auson. in praef. Cent. Nupt. Prudent. Cathem. c. V, 63. Mart. Cap. I. p. 22. ed. Kopp. Ammian. Marc. XXII. c. 4. quos Oud. enumerat. Iul. Capit. in vit. Ant. Ph.

Digitized by Google

Quos me sedulo furtimque colligentem tonsor invenit, et quod alioquin publicitus maleficae disciplinae perinfames sumus, arreptam inclementer increpat:
203 Tune ultima non cessas subinde lectorum iuvenum capillamen|ta surripere? Quod scelus nisi tandem desines, magistratibus te *instanter* obiiciam. Et verbum facto secutus, immissa manu scrutatus e mediis papillis meis iam capillos absconditos iratus abripuit. Quo gesto graviter affecta mecumque reputans dominae meae mores, quod huiusmodi repulsa satis acriter commoveri meque verberare saevissime consuevit, iam de fuga consilium tenebam, sed istud quidem tui contemplatione abieci statim.

ac furtim p. et edd. vett. praeter Iunt. 2. Ita quoque vulgata lectio habet. *et* ante *quod* non comparet in P. *alioqui* F. 1. P. O. L. ed. pr. Iunt. 2. Paris. cum Colv. et seqq. *publicus* G. D. [in marg. a m. s. *publicitus*.] *sumus* deest R. *abreptam* L. R. ∂. *tu me* D. a m. p. *desieris* ∂. *constanter* omnes omnino codd., quos Oud. et ego vidimus. Iunt. 2. Colv. Wow. Elm. Pric. *constanter* ed. pr. Iunt. 1. Ald. Vicent. Venet. 2. 4. Colin. Basil. Scriver. Florid. Adverbium plane deest in P. *scrutatus est* ∂. *scrutatis e mediis papillis* Z. adprobante Ferrar. Elect. I. 14. [Quod per se c. Oud. non damno, sed in hoc participio aliter solet dicere auctor. Nusquam enim passive hoc apud Apuleium invenitur. cf. Met. I. p. 49. *cor ... Meroe ... scrutata.* IX. p. 611. *gremio scrutatus reperiret*; quamquam scio apud Ammianum Marcellinum, qui Apulei frequens imitator est, *scrutatus* et *scrutari* passivo sensu legi cf. Ammian. XV, 8. §. 16. Hic tamen contra Mss. nihil muto, nec obstant nominativi plures, sine copula compositi, quum hoc mere Apuleianum sit]. *est mediis papillis* p. (quae voces facile commutare poterant propter compendium $\bar{e}$ i. e. *est*.] *pupillis* f. *capillis* Iunt. 1. 2. Venet. 2. Ald. *arripuit* [in margine F. 3. ab eadem manu est *abripit*.] *huiusmodi* F. 3. *h'di repulsatis* p. *quidem huius repulsa* R. f. *huiusmodi repulsatis* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Marg. Bas. 1. *huiusmodi repulsis* Beroald. Iunt. 1. Ald. Colin. *impulsa* D. *inibam* coniecit Guilelm. pro *tenebam*. *illud quidem* P. f. *tuitu contemplatione* F. 3. (Quod quid sibi velit equidem non intelligo. Si per usum fieri posset coniicerem *tuite*. Sed quum Priscian XII. p. 553. Krehl. disertis verbis nobis tradat, in alio casu, nisi nominativo et accusativo, syllabae *te* adiectionem non inveniri, equidem id recipere non audeham.] *complatione* D. a p. m.

c. 23. Erat quum c. Oud. *praeceptavit* coniicerem, quod a Festo e saliari carmine nobis servatum est. cf. Fest. p. 115. et p. 196, et Goth. ad hanc glossam p. 558. Lindem.]

ultima. Male Gulielm. Veris. III. c. 4. corrigit *tune milvina* [ex Plaut. Pseud. III. 2. 62. quod de rapicitate usurpatum quid hoc loco sibi velit, equidem non capio] nec melius coniectandi prava prurigine Gabriel. Roland. *tunc ulmea*. *Ultimus* enim ut *extremus* de homine saepius legitur facinorosissimo; cf. Apul. Met. IX. p. 624. *ultima pistoris illa uxor.* [cf. ad Met. p. 600. et ad II. p. 570.]

subinde. [Ne verbo quidem Oud. monuit particulae significationis, quae non adeo trita est apud veteres et ab Livii inde temporibus invaluit. Est enim *crebriter, interiecto quodam temporis intervallo.* Plura dabunt lexica. cf. Ruhnk. Dict. ad Suet. p. 316.]

instanter. [*Inconstanter* e Beroald. coniectura edidit Oud., quum codd. omnes *constanter* retineant a Colv. probatum, qui tamen caussas addere omisit. *Inconstanter* enim esse *sine mora*, *statim* non est, quod exemplis illustrem, nisi quis mecum praeferat *instanter*, lectioni Codd. quam proximum, et de vehementia accusatoris id dictum esse comprobet. De verbo *obiicere* quod accusantis est cf. Heins. Adv. III. 2. p. 408. Met. IX. p. 675.]

et verbum facto secutus. [Haec locutio apud Graecos et Romanos saepissime obvia locum habet, ubi de re illico perficienda sermo est. cf. Cort. ad Lucan. III. 738. VII. 382. Barth. Adv. XXXV. 14. p. 1612. Bach. ad Ovid. Met. IV. 550. Met. I. p. 80. et VI. p. 442.]

scrutatus e mediis papillis. [Morem veterum res in sinu operiendi accurate exemplis adumbrat d'Orv. ad Charit. VIII. 1. p. 619. Burm. ad Ovid. Art. III. 623.]

abripuit. Sic cum Oud. et Heins. ad Ovid. Met. VII. 731. edendum curavi, quia capillos tonsor non tantum papillis ancillae *arripuerat*, sed ei simul *abripuerat*. Conf. Dr. ad Liv. II. c. 33. XXII. 48. Oud. ad Caes. B. G. V. 33.

CAPUT XVII.

Verum cum tristis inde discederem, ne prorsus vacuis manibus redirem, conspicio quemdam forficulis attondentem caprinos utres. Quos cum probe constrictos inflatosque et iam pendentis cernerem, capillos eorum humi iacentes, flavos ac per hoc illi Boeotio iuveni consi|miles, plusculos aufero, eosque do- 204
minae meae dissimulata veritate trado. Sic noctis initio priusquam coena te reciperes, Pamphile mea iam vecors animi tectum scindulare conscendit, quod altrinsecus aedium patore perflatili nudatum, ad *oras* orientales ceterosque adspectus pervium maxime his artibus suis commo|datum secreto colit. Prius- 205

descenderem Edd. Basil. *decederem* Venet. 4. *decederem* Paris. *conspico* F. 3. *perspicio* D. 1. *attondentem forficulis* G. D. P. *forficulatorem attondentem* R. f. *tondentem* habent edd. vett. et vulg. Sed frequentativum perfamiliare est Plauto aliisque [cf. Bacch. V. 1. 9. Capt. II. 2. 18. et saepius]. *plene* pro *probe* O. *pendentis* F. 3. et omnes edd. vett. praeter Paris. In reliquis est *pendentes*. Brant. coniecit *tendentes*, quod equidem non intelligo. Inflatos pendentesque caprinos utres recte illustrat Pricaeus. Floridus explicat *stantes*. *boetio* F. 1. G. D. edd. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. Praeterea vulg. lectio ita habet cf. supra ad p. 201. *similes* in G. minio est obductum, ut quid sibi voluerit librarius, intelligi nequeat. *affero* G. D. a p. m. [in marg. a m. s. correctum est *aufero* cf. Liv. III. 12. §. 6.] *et dissimulata* Bas. 1. *in initio* G. δ. *scandulare* omnes codd. et edd. vett. *Scindulare* habent Edd. Stew. Colv. Vulc. Wow. ac Scriver. *patere* F. 1. *perflabili* B. et omnes edd. vett. *perflavili* p. *orientalis* f. *orientalis ceterasque* δ. *ad orientales omnesque ceteros* Pricaeus coniecit. *ad orientales ceterosque omnes* Florid. tacite edidit. *adspectu* Bas. 1. *aspectu* Venet. 4. Paris. *parvium* ed. Beroald. *commodatum* F. 1. 3. G. D. O. B. p. P. R. f. et edd. vett. *commodum* Colvii exemplo receperunt sqq. At temere non erat damnanda vulgaris lectio. *Commodatus* est aptatus ab ipsa et sic commodus. cf. Apul. de dogm. Plat. p. 209. *sensus humidioribus potius et aquosis commodatos*. *Commodatum* omnino exulat a δ. *colit* desideratur in δ.

Cap. XVII. *conspicio*. Plurimos codd. secutus edidi *conspicio*, etsi non negandum est, formam cod. F. 3. *conspico* antiquissimam esse, quam recipere non dubitassem, si locus apud Varr. de L. L. VII. 2. p. 292. *contemplare et conspicare id esse apparet* a codd. auctoritate omnino tutus esset. Sed quum ibi Florent. et Havn. praebeant *contempla et conspicare*, antiquitatem affectare nolui. Certum tamen est, passive saepius auctores *conspicari* usurpasse, ex quo activam verbi formam olim extitisse probabile fit. cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 752.]

scindulare. Scindulare neque *scandulare*, quod sententiam postea retrectans Oud. ad Hirt. B. G. VIII. c. 2. a *scandendo* deducens amplexus erat, apud vett. pronuntiatum esse, argumento est graeca huius vocabuli origo, de qua Stewech. iam monuit *σχιδαλμοὶ* enim Aristoph. in Nub. a Schol. explicantur *τὰ λεπτότατα τῶν ξύλων*. Huc Papiae accedit testimonium, cuius glossa extat: *Scindulae quod scindantur. Scandulae vulgo:* unde suspicari licet, medio aevo hanc vocem quaeque inde petuntur ceteras *scindularis, scindularius* librarios ex vulgari eius temporis modo loquendi per *a* expressisse. cf. du Cang. in Gloss. s. v. *Scandola, Scandula, Scindala, Scindula*. Stephan. ad Saxon. Grammat. p. 210. Triller. in Progr. Orat. Vitemb. A. 1749. Hinc putat Oud. intelligendum esse, cur *tegulariae* vel *tegellariae* mulieris illae denominatae fuerint veneficae. [Ita ap. Isid. Gloss. p. 696. coniungendae videntur Glossae et ita legendum *tegullaria malefica eo quod supra tegulas sacrificat: in aliis tegellaria venefica*.]

perflatilem. [Ex librorum consensu ita scripsi, quum utraque formatio per analogiam comprobetur et apud vett. in usu sit. Exemplis, ut ab Oud. factum est, res singulis locis non poterit confici. Quod Barth. Adv. V. 6. p. 218. legit *perstatili* qui sine dubio typographi error est ridiculus.]

ad omnes orientales ceterosque adspectus. [Maximae offensioni sunt verba:

Digitized by Google

que apparatu solito instruit feralem officinam, omne genus aromatis et ignora-
206 biliter laminis litteratis et infelicium navium durantibus | damnis, defletorum, sepultorum etiam cadaverum expositis multis admodum membris. Hic nares et digiti, illic carnosi clavi pendentium, alibi trucidatorum servatus cruor et extorta dentibus ferarum trunca calvaria.

priusquam Ed. Scriver. minus bene. *Prius* respondet sequenti *tunc*. Copulae *et*, *que* saepius transitioni inserviunt [cf. Hand. Tursell. II. p. 400 sq.] *apparato solitu* Iunt. 2. *insolito instruit feralem officinam in omne genus* coniecit D'Orleans ad Tacit. Ann. II. 69. p. 298. *instruit* F. 1. 3. G. D. P. L. f. R. *d. instraxit* O., quo significaretur, eam omnem apparatum ex officinae pavimento seu tabulatione reposuisse, sed potius videtur esse scribae error pro *instruit*, quod idem ab Elm. usque ediderunt interpretes. In cett. est *instruxit*. *iam minus* F. 1. *iam minis* p. et ed. pr. Vicent. *damnis litteratis* Codd. alii notante Colvio. *ignorabili laminis littera* f. R. *laminis* G. D. *iam nimis* Venet. 2. D'Orleans ad Tac. l. d. legit *ignorabili textu laminis litteratis*. *avium* F. 1. Ald. sed *nacium* extat in F. 2. notante Lindenbrogio, ut in cett. codd. *damnis* F. 1. 3. O. π. p. B. ed. pr. Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. *clacis* F. 2. notante Lindenbrogio Z. G. D. δ. R. f. P. Venet. 4. Paris. Basil. 1. Scriver. *sepulcrorum* L. *sepultorum* plane abest a p. *et* pro *etiam* O. Pro *multis* Heinsius malult *mutilis*, sed Oud. monente obstare videtur vox *admodum*, quae tamen non comparet in π. *carnali clari* Venet. 2. *claudi pendentium* Venet. 4. et Paris. *crucidatorum* Vicent. Venet. 2. *servatis* Iunt. 2. *sertuatus* Venet. 4. *exortam* O. *clavaria* Venet. 2.

omnes orientales adspectus, quae quomodo explicare possis, equidem non invenio. Hinc commotus sum, ut optimam Oud. coniecturam *ad oras orientales* in textu posuerim, quod unice sententiae sufficiat. Nam non modo de terrestribus partibus, sed de aëris quoque plagis usurpatur *ora*. cf. Ovid. Met. IX. 254. cf. Doed. Syn. VI. p. 249. Tusc. I. 19. p. 149. et I. 28. p. 228. Mos. Sic apud Lucan. I. 16. legendum est. *flagrantibus aestuat oris. Orientales* praeceteris nominantur regiones, quia prophetae et sagae mulieres carmina murmurantes ad solem se convertunt; cf. supra l. II. p. 161.]

laminis ignorabiliter litteratis. [Pugillares enim vel laminae u sagis adhibebantur, in quibus devovendi nomen insculpebatur, et quum id signis quibusdam ignotis magisque tantum intellectis fieret, nominantur eae *ignorabiliter litteratae*. Plura invenies apud Herald. ad Arnob. p. 66. Selden. de Diis Syr. L. I. c. 2. Orell. ad Arnob. II. 30. in Add. et Corrigg. T. II. p. 463. Rup. ad Tac. Ann. II. 69.]

et infelicium — calvaria. Varie hunc locum tentarunt Iott. Lipsius Elect. I. 18. p. 698. ed. Ves. de Cruce II. 8. et ad Tac. Ann. II. 69. totum ita constituit: *et infelicium manium durantibus calvis, defletorum sepultorum etiam cadaverum expositis multis admodum membris. Hic nares et digiti, illic carnosi* (vel *cariosi*) *clavi pendentium* etc. Sed *calvi manium* probare mihi se nequeunt, quia sequuntur *trunca calviaria* et dubitandum est, an manium calvi latine dici possit. Nec melior est d'Orl. ad Tac. l. c. coniectura *ex inf. manium durantibus calvis. Damna infelicium avium* divinaverat Passerat. ad Propert. III. 4. 29. Quis tamen credat, Apuleium plumas vel pinnas strigum aut bubonum ita vocasse. Sed codd. optimorum lectio est *infelicium navium damnis*, quam Oud. mea sententia prave ideo reiicit, quia potius sint iacturae in naufragii periculo factae, quam eorum fragmenta. Sed si *damna lunae* detrimenta dicuntur, quae deminutione orbis sui facit, non intelligo, quid impediat, ne *navium damna* appellentur detrimenta, quae ipsa navis facit. Magis offendunt me *naves durantes* pro *naufragis*: unde erat, quum *putrentium* coniicerem, quamquam habet participium, quo defendi queat. Hinc efficitur, quam supervacanea sit coniectura Oud. qui pro *damnis: ahenis* s. *aereis* legit ex usu aeris hoc defendens in sacris magicis potissimum obvio. coll. Macrob. Sat. V. 19. Casaub. ad Theocr. Idyll. II. 3. N. Heins. ad Ovid. Met. VII. 247. Lucan. VI. 547. Per *defleta cadavera*

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

Tunc decantatis spirantibus fibris litat vario latice, nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano. Libat et mulsa. Sic illos capillos in mutuos nexus obditos atque nodatos cum multis odoribus dat vivis carbonibus adolendos. Tunc protinus | inexpugnabili magicae disciplinae potestate et caeca ominum coacto- 207
rum violentia illa corpora, quorum fumabant stridentes capilli, spiritum mutuantur humanum, et sentiunt et audiunt et ambulant, et qua nidor suarum ducebat exuviarum, veniunt, et pro illo iuvene Boeotio aditum gestientes fores insiliunt. Cum ecce crapula madens et improvidae noctis deceptus caligine, audacter mucrone destricto in insani modum Aiacis armatus, non ut ille vivis pecoribus infestus tota laniavit armenta, sed longe fortius, qui tres inflatos caprinos utres exanimasti, ut ego te prostratis hostibus sine macula sanguinis non homicidam nunc sed utricidam amplecterer.

montano abest in *π*. R. f. [quod per similes antecedentes voces *fontano* sonos et litteras factum esse apparet]. *bibat et mulsat π. mulsa* D. *obductos* B. Sed cf. I. p. 55. *iniecta atque obdita parte funiculi. innodatos* Pric. hic coniecit. Sed in Add. se revocavit. *Nodari* pro involvi, in nodum cogi ac constringi saepius occurrit. *cuncta* pro *coeca δ. illorum corpora f. exubiarum* F. 3. *excubiarum* R. f. *δ.* solito errore cf. Met. II. p. 164. *exiniarum* D. a p. m. *boatio* F. 1. G. D. cf. supra p. 201. 203. *veniunt* abest a D. a p. m. *et ecce* L. *etiam improvidae* f. R. *δ.* unde Oud. coniecit, *et etiam improvidae* vel *et praeterea improvidae. Obscurae noctis*, quod in nonnullis edd. legitur, e glossa ortum est et bene iam Elm. et seqq. *improvidae* emendarunt. Intrusum erat a Basileensibus, retentum a Colvio, Vulcan. Wow. *decetus* D. a p. m. *audacter* F. 3. et omnes edd. vett. In reliquis, quos ego contuli codd. et R. f. *audaciter* legitur. *destricto* F. 3. G. D. O. In cett. *districto*, ut ubique codd. variant. *in insania* Vicent. Venet. 2. *modum* exulat a D. a p. m. *pectoribus* G. L. *prioribus* D. a p. m. [sed *pecoribus* a m. s. in marg. correctum est]. *laniabat* f. *crementa* G. P. et *armenta* in D. est nonnisi a m. s. *quique tres δ. animasti* D. a p. m. *nunc* exulat a f. *utricidam* Brant. putat latere etiam obscoenum locum quasi ab caedendo utero. *Caedere Hillas* enim inter devirginata esse. Quo iure id coniiciat, quisque intelligit. *rutricidam* in Venet. 2. legitur. *amplectereris* F. 3. quod quid sibi velit, non capio. In cett. omnibus, ut necessarium est, invenitur *amplecterer*.

intelligit mortuos quidem sed nondum sepultos, quorum membra avide conquiri a magis sagisque veneficis docent Lucan. VI. 550. Sed et *sepultorum* quoque *membra* ab illis decerpi et e rogis ac sepulcris auferri dixerat Apul. ibid. p. 139. [d'Orv. ad Charit. IV. 11. p. 429. Kirchm. de Funerr. p. 331. Turneb. Adv. p. 1198.] *Carnosi clavi pendentium* intelligo c. Lips. Elect. I. c. 18. de Cruc. II. 8. clavos crucifixorum, qui sanie erant perspersi. cf. Lucan. VI. 547. Insulse pro more suo Brant. novorum verborum auceps coniecerat *seratus* i. e. in serum coactus. Quis tamen est qui *serratus cruor* reiiciat?]

Cap. XVIII. *in mutuos nexus obditos.* [De nodis magicis cf. Turneb. Adv. XIX. c. 22. p. 661. Delr. Disquiss. Magg. III. p. 1. Quaest. IV. 25. de la Cerda ad Virg. Ecl. VIII. 77.]

gestientes. Perperam hic Heins. ad Ovid. Met. VIII. 142. divinaverat *sepientes*, quum id auctoris menti mihi sit contrarium, qui non innuit ea corpora circumcinxisse aditum, ne quis domum intrare posset, sed illa cupiisse intrare domum, per magicam artem exuviarum nidore allecta. Verbo *gestire* expressit simul voluntatem actionemque.

audacter. [Ex optimo cod. restitui, quamquam etiam altera forma nec Apuleio nec aliis scriptoribus est inusitata.]

Digitized by Google

CAPUT XIX.

At sic lepido sermone Fotidis et invicem cavillatus: Ergo igitur iam et ipse
208 possum, inquam, mihi primam istam virtutis adoream ad exem|plum duodeni laboris Herculei numerare, vel trigemino corpori Geryonis vel triplici formae Cerberi totidem peremptos utres coaequando. Sed ut ex animo tibi volens omne delictum, quo me tantis angoribus implicasti, remittam, praesta quod summis votis expostulo, et dominam tuam, cum aliquid huius divinae disciplinae moli-

At si F. 3. *ac si* F. 1. D. a p. m. *at sic* G. P. p. *at ego sic* omnes edd. vett., ut alibi saepe. Attamen errat Oud., si *ac* rectius hic legi e seqq. putat perspicuum esse. *At* suo loco movendum non est. *et invicem* F. 1. 3. G. D. [a p. m.] P. O. δ. p. f. In reliquis *et* particula omittitur. *exurge igitur* f. *exurgo igitur* R. In P. deest *igitur*. *adoream* F. 2. 3. G. D. π. δ. *virtutem adoream* R. *illam virtutem exorsam* f. *adoriam* omnes edd. vett. *Gersonis* F. 3. G. P. *Geryonis* est in D. a m. s. ut tamen prior lectio agnosci nequeat]. *triplici* F. 3. [sed in marg. ex eadem manu est *tricipiti*, ut habet Iunt. 2.] *coaequandos* O. *ut* exulat a δ. *voles* G. D. L. M. R. δ. P. *remittes* L. *remitti* β. R. δ. P. G. D. f. *debitum* pro *delictum* L. *vocis expostulo* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *vocibus exp.* Iunt. 1. *huiusmodi diem discipl.* B. *huius diuae discip.* δ.

Cap. XIX. *At sic lepido sermone F. et invicem cavillatus.* Recte offendit Oud. in scriptura librorum *et inricem*, quae indicare videatur, Lucium iocando cavillationibus Fotidis respondisse; id quod sequentia statim testantur. Id tamen miror, quod *cavillatus* sensu passivo nunquam usurpari ille docuit, quum apud Tertull. de resurr. carn. c. 21. p. 337. Rigalt. ita legatur *per quae fere promulgatio ceterum cavillatur:* qui locus argumento est, Apuleium quoque hanc formam non respuisse. Deinde accedit, quod Lucium acriter Fotis sua oratione perstrinxerat, utricidam enim pro homicida nominans. Non male tamen Oud. divinaverat legendum esse: *Fotis et invicem cavillatus* vel *At ego sic lepidum sermonem Fotidis et invicem cavillatus.* Equidem aliter ex Mss. vestigiis ita restituerim: *At sic lepidos sermones Fotidis et invicem cavillatus.* S enim litera propter sequentem vocalem facillime absorberi poterat. In textum tamen recipere id non audebam.]

trigemino. Rectius fore *tergemino* ex Virg. Aen. VIII. 202. [Symmach. Epist. I. 1. Lucret. V. 28.] iudicat Arntz. ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 4. quem cf. et Duk. ad Flor. I. 3. §. 3. Mendosos enim putant viri docti locos, ubi *trigemini* pro *triplicibus* invenitur, quum tres notet uno partu et simul editos. Sed Oud. bene monuit, nihil hic esse mutandum. Triplex enim Geryonis et tergeminum corpus simul uno partu est editum. Ita Dr. ad Liv. VI. 7. §. 4. recte explicat: *trigeminam victoriam* unius anni ter et quasi simul partam cf. ibid. XL. 51. 6. Socer. ad Val. Max. IV. 7. §. 2. Gell. XIII. 25. De forma *Geryonis* pro *Geryonae*, quam priores praeferebant, Oud. comparat Venet. ad Auson. Gryph. 82. Comment. ad Virg. Aen. VI. 289. VII. 662. ad Sil. III. 922. Suet. Tib. c. 14. Gron. ad Herc. Fur. 1170. Munk. ad Hyg. fab. p. 16. Stav. [Burm. Anth. Tom. I. p. 326. *Trigemini* apud Iul. Obseq. c. LXXIII. 1. ubi *Terracinae pueri trigemininati* legitur, emendandum est in *tergemina manu nati*, quod oculos librariorum facilius effugere poterat. Eodem capite dicit *pueri quadrupedes et quadrumanes nati.*]

triplici formae. [Male Oud. lectionem ed. Iunt. 2. *tricipiti* Philomath. Pisano vindicat, cum iam in marg. cod. Flor. 3. a manu librarii legatur. Sic Eurip. Herc. fur. 24. nominat Cerberum τρισώματον κύνα Prop. IV. 7. 52. *tergeminum canem*; cf. Munk. ad Hyg. fab. CLI. p. 262 et ad Fulgent. Myth. I. 5. p. 632. unde apparet, *tricipiti* glossema esse verborum *triplici formae.*]

Digitized by Google

tur, ostende, cum deos invocat; certe eam reformatam videam. Sum | namque 209
coram magiae noscendae ardentissimus cupitor, quamquam mihi nec ipsa tu videare rerum rudis et expers. Scio istud et plane sentio, cum semper alioqui spretorem matronalium amplexuum sic tuis istis micantibus oculis et rubentibus bucculis et renidentibus crinibus et hiantibus osculis et flagrantibus | papillis {210 [138]

et cum deos invocat δ. bene de Oud. sententia, quod mirum est, quum alibi asyndeta captet. *cum res ornatu* F. 2. alius *cum reformatur*; alius *cum reformatum* notante Lindenbrogio. *certo cum reformatu* B. in excerptis Elm. sed ex Modii collatione *cum reformatum*. *Cum reformatam* G. D. P. *cum reformatu* p. et omnes edd. vett. *ut reformatam* O. *eam reformatam* Colv. et seqq. unde Oud. rescribendum putat *eam in reformatu* s. *reformatione*, ut etiam Priscianae Ed. margini adposuit Wasse. *coram* expungit B. *ipse* pro *mihi* G. D. P. *ne ipsa* Iunt. Ald. *videaris* O. *talium* quod in nonnullis libris ante *rerum* legitur, desideratur in F. 3. G. D. P. f. R. δ. Iunt. 1. 2. *et expers* omnes Mss. et edd. vett. praeter p. et Vulc. 2. et sqq. *vel expers* Iunt. 2. In δ. est *et inexpers* quasi pro *inexperta* ut in eodem cod. Met. VI. p. 408: *simplex alioquin et inexpers talium rerum*. *scio illud* P. *alioquin* G. D. δ. et edd. ante Colvium; quae vox plane abest a B. *spectorem* G. D. P. *sicut* f. *bucculis* G. D. *renitentibus* φ. B. δ. p. f. ed. pr. Vicent. Wow. Elm. Pric. et Florid. ob nitorem. *rumpentibus* Ald. et Iunt. 1. *fragrantibus* G. D. O. π. Pric. et Florid. quod iam dudum e coniectura viderat Groslotius et in contextum receperat Scriverius. Cett. codd. et edd. vett. omnes habent *flagrantibus*.

reformatam. Quum Mss. tantopere varient inter *reformatu* et *reformatum* et facilior Oud. videatur esse *reformatum* lectio, quam quae ita depravari potuerit, *eam in reformatu* vel *in reformatione* coniicit. Amasse enim ait Apuleium nomina quartae decl. in *us* prae exeuntibus in *io*, etsi sint saepius semel tantum ab eo usurpata. coll. Met. I. p. 72. *unctui tersui* III. p. 198. *meditatus* III. p. 213. *succussu* IV. p. 243. *cogitatu*. Sed nihil mutandum existimo. [Neque verum est, quod Oud. adiicit, *reformatam* hic praesentis habere significationem *cum reformatur*, quae in participiis deponentium et passivorum frequentata sit. coll. Periz. ad Sanct. Min. I. 15. 5. Dav. ad Caes. B. G. VI. 29. Dr. ad Liv. XXI. 52. 10. (Cort. ad Lucan. VI. 574. Wagn. Qu. Virg. XXIX. 3.] Ille enim Lucius hoc tantum postulat a Fotide, si dominam deos invocantem i. e. se reformantem videre nequeat, *reformatam* iam et in aliam bestiae speciem commutatam adspiciat. Formam substantivi *reformatum*, quam Oud. recepit, tuetur locus Tert. adv. Valent. c. 13., neque solum Apuleius sed omnes vere scriptores Africani IV. declinationis substantiva in *us* adamasse videntur. Nec raro hinc factum scio, locos a librariis miserrime esse depravatos. Ita apud Arnob. II. 20. legendum est *incessibus flexuosis* pro *inflexibus flexuosis*, quod retinerem, si ullum quempiam sensum praeberet. Fugerat enim librarium significatio vocis *incessus*, pro via atque itinere usurpatae; cf. Tacit. Ann. VI. 33.]

coram. Retinet hoc Oud. contra Elm., quia non modo noscere magiam cupiverit Lucius, sed et oculis perlustrare. cf. Heins. ad Ovid. Heroid. VIII. 59. *Coram* hic idem esse monet, quod *incoram* coll. Serv. ad Aen. II. 538. Dr. ad Liv. XXVIII. 17. §. 8. Comm. ad Suet. Aug. c. 69.

flagrantibus papillis. [Ita ex optt. codd. edidi contra Oud., quamquam scio commutatione verborum *flagrare* et *fragrare* nihil esse frequentius cf. Mai. ad Front. Epist. Caes. II. 5. p. 49. Peerlk. ad Hor. p. 201. Kopp. ad Mart. Cap. I. §. 85. p. 125. Varr. Lectt. ad Virg. G. IV. 169. Wagn. ad Virg. Aen. I. 436. et *fragrantes papillas* saepius dici suavem et cinnameum odorem exhalantes. cf. Burm. Anthol. L. Tom. I. p. 654. *Sinus expansa profert cinnama* et eund. in Add. ad h. l. p. 746. *Flagrantes papillae* tamen optime possunt intelligi eae, quae prae nimia libidine calent et intima Venere uruntur. Vir doctus marg. ed. Colv. meae addidit *rigentibus papillis* quod per se quamquam probum, a vestigiis tamen Mss. nimis recedit cf. Burm. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 648.]

in servilem modum addictum atque mancipatum teneas volentem. Iam denique nec larem requiro, nec domuitionem paro, et *nocti istae* nihil antepono.

CAPUT XX.

Quam vellem, respondit illa, praestare tibi, o Luci, quod cupis, sed propter invidos mores in solitudinem semper abstrusa et omnium praesentia viduata solet huiusmodi secreta perficere. Sed tuum postulatum praeponam periculo meo, idque observatis opportunis temporibus sedulo perficiam, modo, ut initio praefata sum, rei tantae fidem silentiumque tribue. Sic nobis gannienti-

additum D. P. O. *δ*. [cf. ad Liv. I. 3. §. 11.] *volentes* D. a p. m. *nocte ista* F. 1. 3. B. p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris.

inquit respondit illa F. 3. G. D. P. p. *δ*. Coll. Voss. et omnes edd. ante Colv. *respondit illa* omisso *inquit* O. *o* desideratur in G. D. P. O. *δ*. f. *praeter invidos* p. f. *sollicitudinem* Venet. 4. [solita aberratione; cf. Gron. ad Senec. Consol. ad Marc. c. 24. Dr. ad Liv. I. 11. §. 5. VIII. 13. §. 15.] *solitudine* O. *δ*. *obtrusa* f. *abstrusa* G. a m. s. [a m. p. *obtrusa* Sed quod a m. s. in eo legi voluit Oud. *extrusa*, non reperi]. *praesentium* B. p. f. *δ*. *et* ante *praesentium* exulat ab Ed. Florid. Heinsius malebat pro *omnium: hominum*, quo sententiae discrimine, omnino non perspicitur. *solet secum huiusmodi perficere* P. L. R. f. Vulcan. Wow. Pric. *solet huiusmodi secum* G. D. *secum* abest a F. 1. 3. B. p. *δ*. et omnibus edd. vett., sed omnes habent ante *perficere*. *Solet haec secum perficere* O., unde Oud. emendavit: *solet huiuscemodi secreta* vel *secreta huiuscemodi*, quamquam minus recte ipse retinuit: *secum huiusmodi secreta* cum Elm. Scriv. et Florid. Ego editam lectionem omnium praestantissimam esse iudico. *tuum* non agnoscit L. *postulatum* subducitur in Coll. Voss., sicut deest in f. *atque* G. D. *δ*. f. *opportunitatibus opportunis* D. a p. m. *ut in initio* G. D. O. *in initio ut δ*. *immo* pro *initio* ed. pr. Vicent. Venet. 2. quod correxerunt Beroald. et Beichem. Epist. 72. *garrientibus* F. 1. B. et omnes edd. vett.

nocti istae. Hanc optimam Oud. coniecturam, quam codd. postulare videntur, volens in textum recepi, quum *ista nocte*, quod Mss. optimi praebent, nullo modo defendi possit. [De forma *istae* antiqua et obsoleta cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 925.]

Cap. XX. *respondet*. [Mirum est optimos codd. *inquit respondit* praebere, quod ex glossemate in textum inrepsisse videtur. Nec defendenda est scriptura cum Oud. per pleonasmum quendam, de quo dixi ad Met. I. p. 27. Ubique enim reperies verba tum esse nonnullis voculis disiecta, minime vero tam arcte coniuncta, ut unam sententiam quasi efficiant. Oud. coniecit *inquit responsu* vel *inquiens respondit* ex homerico *ἀμειβόμενος προσέφη*, quod rectius exprimas *inquit respondens*. Attamen melius eiiciendam esse censeo vocalam *inquit*, quae a librario, quem *respondit* sermoni interiectum offendit, intrudi facile poterat. Id probare videtur cod. Oxon. qui *respondit illa* manifesto habet.]

omnium praesentia viduata. [Non erat, quod Oud. lectionem nonnullorum codd. *omnium praesentium* ex more Apuleii defenderet, qui casum secundum ablativi loco adiectivis et participiis iunctum in deliciis habet. Nec comparandus erat locus Apul. Florid. p. 110. ubi plane aliter coniungi debet. cf. Lucret. V. 838. Quid vero Oud. commoverit, ut dubitaret, an *viduatus* cum genitivo personae copulari posset, perspicere nequeo. Sed a melioribus Mss. equidem recedere nolui.]

gannientibus. [Magnum discrimen intercedit inter *gannire* et *garrire*. *Gannire* enim est *χανδάομαι*, ut Gloss. explicant. Vulcan. p. 59., more canum mussitare. Isid. Gloss. p. 688. *nictit canis quum acute gannit* Fest. p. 184. Lind. et Varr. ap. Non. 450. *gannire, quum sit proprie canum Varro asinos rudere, canes gannire dixit*. Tum refertur quoque ad vocem humanam et de homine mussitante vocemque comprimente dicitur. cf. Met. IV. p. 235. *secretis gannitibus*. Saepius inde de

Digitized by Google

bus libido mutua et ani|mos simul et membra suscitat. Omnibus abiectis ami- 211
culis hactenus denique intecti atque nudati bacchamur in Venerem: cum quidem

et omnibus habent omnes codd. praeter F. 1. 3. P. R. d. et edd. vett., quod male receperunt Elm. et seqq. Neque enim opus est, si modo post *suscitat* plena distinctio ponatur. *adiectis* d. *amictulis* φ. *suscitat omnibus abiectis amiculis*. *Hactenus* Iunt. 2. *attenus* d. *intectis* P. a p. m. *atque nudati* abest ab omnibus edd. vett. praeter Iunt. 2. Rectum vidit Pricaeus et dudum edidit Scriverius.

sermonibus amatoriis et ludicris, qui murmure et voce subpressiore seruntur ab amantibus, usurpatur. cf. Plum. ad Pers. V. 96. p. 423. *Gannit* explicatur Gloss. Philox. p. 100. *σκύζει* i. e. torvum videre, quod, ut *κνζάομαι*, a Grammaticis ad canem refertur, quamquam potius legerem *σκνζᾶ*, nisi praecederet glossa *ganit λαγνεύει*. *Garrire* vero est blaterare, loquacem esse, obloqui, id quod lexica satis demonstrant. Sed plane neglectum est a lexicographis tertium vocabulum, quod ex Glossariis probatum nonnullis quoque veterum locis debet restitui. Est enim *ganire* et *ganitus*, quod a *γάνος* i. e. hilaritas, voluptas, sine dubio ducit originem et primum de omni voluptate dicitur, deinde vero de liguritione potissimum et cupedia: unde *ganea* sunt popinae et *ganeo* lurco. cf. Gloss. Philox. p. 100. *ganeo λίχνος κατακρεᾶς, λοποδύτης, λίμβος, λαίμαρχος* ubi legendum *λιχνὸς κατακρεᾶς, λαβρὸς, τένθης* vel *λαβροπότης*. Quid enim sic sibi velit *λοποδύτης* praedo, qui vestes aufert, perspici non potest. Tum *scorta* hac voce indicantur et *voluptates venereae*: unde Gloss. Vulcan. p. 60. *ganeu ganeum* explicant *πορνεῖον* et *ganeones χαμαιτύποι* et Gloss. Philox. p. 100. *ganit λαγνεύει* i. e. lascivire, luxuriari et ita emendanda est Glossa Cyrill. p. 610. *σκνζᾶ ganit* [pro *canit*] et apud Apul. in Fragm. Florent. Met. p. 718. *ab inguibus ganiens* i. e. misere prurieus pro *ab orcibus ganniens*: ut idem dicit Apuleius Met. X. p. 720. *ab inguiculis perpruriscens*. Nec aliter in loco Iuven. VI. 64 corrigas

Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo
Tuccia vesicae non imperat. Appula ganit
Sicut in amplexu.

Saltatione enim Bathylli lasciva ita suscitantur libidines spectatricum, ut Tuccia prae veneris impatientia aquam continere nequeat, et Appula lasciviat et pruriscat, quasi iam subet. Ita Met. II. p. 124. explicaverim de lascivis illis gaudiis, et Met. X. p. 720. *dulces ganītus* mutavi in *ganitus*, et refero ad omnes illas libidines, quas nobilis illa femina suscitarat, priusquam ad satiandam venerem progrederetur. Molles enim voculae iam praecedunt. Male Forcell. haec loca de gemitu mulieris intelligit, a viro iam compressae.]

hactenus. [Difficillimum est dictu, quid h. l. *hactenus* sibi velit, iam ab Oud. non intellectum, qui Acidalii sententiae accedere non aspernatur, in Plautt. cap. 6. eam vocem post *fatigato* demittentis. [Nec Handius h. l. attigit. Unus tantum restat locus Tertull. de pudic. c. 15., ubi *hactenus* pro *iam* positum videtur: *qui furabatur, iam non furetur, sed et qui moechabatur, hactenus non moechetur, et qui fornicabatur, hactenus non fornicetur*, ubi Handii Turs. II. p. 11. rationem improbo, *hactenus* ad *moechabatur* et *fornicabatur*, referentis, quod prima enunciatio renuere mihi videtur.]

intecti atque nudati bacchamur. Male carent edd. vett. voce *nudati*, quum haec et similia synonyma auctor amet coniungere. cf. Met. X. p. 738. *nudo et intecto corpore.* VIII. p. 516. *inermes atque immuniti.* Met. VII. p. 457. *spretis atque contemtis.* X. p. 724. *sola et sine ullo comite* [Afris omnibus haec eiusdem significatus vocabulorum geminatio est tritissima cf. Min. Fel. c. 16. *ut potero pro viribus* ubi cf. Dav. et Herald. Lob. ad Aiac. p. 137. ed. 2.]

mihi iam fatigato de propria liberalitate Fotis puerilis obtulit corollarium. Iamque luminibus nostris vigilia marcidis infusus sopor et iam in alium diem nos attinuit.

CAPUT XXI.

Ad hunc modum transactis voluptarie paucis noctibus, quadam die percita Fotis ac satis trepida me accurrit, indicatque dominam suam, quod nihil etiam
212 tunc in suos amores ceteris artibus | promoveret, nocte proxima in avem sese plumaturam, atque ad suum cupitum sic devolaturam; proin memet ad rei tantae *speculamen* caute praepararem. Iamque circa primam noctis vigiliam ad illud superius cubiculum suspenso et insono vestigio me perducit, ipsaque per rimam ostiorum quampiam iubet arbitrari, quae sic gesta sunt. Iam primum

libertate D. *photis* D. *fotidis* O. *puerites* F. 2. *puerilis* F. 3. f. Coll. Voss. *pueri ut* P. In cett. est *puerile*. *itaque* pro *iamque* f. *nostris* F. 2. 3. G. D. P. O. δ. p. f. Iunt. 2. In aliis Mss. et Edd. *meis*. Quod forsan mutarunt, quia sequitur *nos*. At ipse dormiens nescire non potuit, an etiam dormiverit Fotis. Quia tamen id naturale, *nostris* cum Oud. retinco. *et iam* F. 3. et omnes edd. vett. *nox attinuit* φ. *artinuit* f. *obtinuit* F. 2.

paucis noctibus. Mavult Pricaeus *haud paucis noctibus*. Sed innuit Apuleius, quod Lucianus expressit in Lucid. c. 12. p. 580. ἡμέρας δὲ ὕστερον οὐ πολλαῖς. *parata* pro *percita* B. *pata* P. *perita* G. D. a p. m. *me occurrit* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *ut iam inibi* pro *quod nihil* O. *aures* D. a p. m., a qua eadem correctio *amores* videtur esse profecta. *at quid* pro *atque* O. *adque* D. *se devolaturam* p. f. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. Colin. *proinde* G. D. O. δ. *ad rei tantae* F. 3. *memet rei tantae* D. *in rei tantae* G. f. *in tantae rei* F. 1. B. β. M. O. π. In cett. exiat *ad tantae rei*. *speculam* codd. plurimi. *spectaculum* δ. β. *causate* O. *itaque* pro *iamque* ut modo supra f. R. δ. *contra* pro *circa* solita aberratione P. *adid* O. *ad* exulat a D. a p. m. *suspendo* Venet. 2. *in sompna* O. *insompno* D. *et iam insono* O. *Insono vestigio me perducit ipsa perque rimam* L. *perducit. Ipsaque per rimam* F. 3. et Iunt. 2. In cett. Mss. legitur *perducit ipsa perque rimam* ut in L. p. G. P. D. P. O. R. f. δ. *que* omnino exulat ab Edd. Bas. 1. Colv. Vulc. Wower. Pessime Basil. contra omnes Mss. et Edd. vett. *spectare* intruserunt pro *arbitrari*, retinueruntque Colv., Vulc. Wow. *suggesta* pro *sic gesta*. F. 1.

puerilis corollarium. [cf. ad Met. II. p. 132. Ita scribendum duxi e codd. optimis, ut genitivus sit vocabuli *puerile*. cf. Martial. IX. 69. Munk. ad Hygin. CLXXXIX. p. 313.]

in alium diem. Sciopp. in Symbol., Grut. Suspic. VI. c. 12., Groslot. ad Marg. ed. Ald., Pontan. Anal. II. 5., Meurs. Exercitt. Crit. IV. c. 17. probante Elmenh. divinaverant perperam *in altum diem*, quod per se probatum, cf. Frontin. I. 13. 7. Dr. ad Liv. V. 26. Burm. ad Suet. Aug. 78. [Cort. ad Lucan. VI. 570.] Oud. iure displicet, quia intelligi nequeat, quomodo unica Milonis ancilla tam diu in lecto potuerit percubare, nec dominis suis iam prius debuerit servire.

attinuit. *Artinuit* Fux. cod. lectionem Roald. defendit ex antiqua dicendi scribendique ratione, qua *ar* valuit *ad* coll. Festum s. v. *arferia* p. 10. Lind. i. e. aqua, quam Glossa Philox. *adferial* appellat.

Cap. XXI. *trepida*. [Male interpretantur hic *trepida*: anxia et pavens, quum festina sit et accelerans. Res enim Fotidi non erat trepidanda, quod saepius iam reformatam Pamphilen vidisset; sed exprimitur studium illud ardentissimum, quo Lucio mancipata postulata eius perficiebat. De significatione vocis cf. Broukh. ad Tibull. II. 2. 17. Cort. ad Lucan. I. 397.]

speculamen. Sic ex egregia Oud. coniectura edidi, quum *speculam*, quod omnes omnino codd. praebent, neutiquam possit defendi. Est enim ubique locus editus, ex quo regio circumsita accurate conspicitur. Prudent. Apoth. 20. *hebes intuitus speculamine glauco*.

suspenso et insono. [cf. Heins. Advers. II. c. 1. p. 204. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 270. quosque ibi excitat et Intt. ad Phaedr. I. 4. 18.]

arbitrari, quod in nonnullis editis per glossema in *spectare* abiit, Oud.

omnibus laciniis se devestit Pamphile, et arcula quadam reclusa pyxides plusculas inde depromit, de quis unius operculo remoto, atque indidem egesta unguedine diuque palmulis suis adfricata, ab imis ungui|bus sese totam adusque 213
summos capillos perlinit, multumque cum lucerna secreto collocuta, membra tremulo succussu quatit. Quis leviter fluctuantibus promicant molles plumulae,

laciniis desideratur in p. *reclusas pyxides* G. D. a p. m. P. L. δ. *pixides* G. D. *plusculos* O. *at epindidē* pro *inde* p., unde vir doctus male *et epyxide* coniecit. Brantius probavit *indidem promit.* Sed sequitur *indidem egesta.* Temere nimis Scriverius hic Brantii coniecturam in textum recepit, electo vocabulo *indidem.* *uno opere* π. *egesto* O. *gesta* Iunt. 2. *unguidine* G. D. *adfricata* F. 3. G. D. L. p. δ. et edd. post Colvium: In cett. est *adfricta*, quod Oud. restitui mavult, licet et alteram terminationem in hoc participio non raram esse affirmet. [Equidem nihil mutavi. cf. Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 817.] *usque ad* δ. *perlita* G. L. P. R. f. π. et sine dubio etiam ita habuit D, qui nunc a m. s. habet *perlinit.* Prior enim quae fuerit lectio, nunc agnosci nequit. *perlinit* Venet. 4. *per lucerna* quod credi possit corruptum ex *pro lucerna* sive ante et coram. Sed lucernam allocuta videtur, tamquam oraculum vel Sibyllam cf. Met. II. p. 116. cf. Oud. ad Caes. B. G. VII. 47. *collocutura* L. *locuta* B. *successu* edd. vett. praeter Venet. 4. In π. est *tremula succussim.* *leniter* G. D. et edd. vett. praeter ed. pr. Iunt. 2. Vicent. *moles* D. a p. m. sed in margine a m. s. correctum est.

defendit ex Plauto aliisque scriptoribus et ipso Apuleio Met. IV. p. 265. VII. p. 447. De *arbitris* i. e. inspectoribus s. speculatoribus idem conferri iubet Taubm. et Par. ad Plautum, Comm. ad Vell. II. 14. Heins. ad Ovid. Met. IV. 224. Munk. ad Lact. Planc. Argum. LV. fab. 3. p. 819.

ab imis unguibus. Speciem adagii habet haec locutio, de qua Colv. excitat Plaut. Epidic. V. 1. 17. Petron. c. 102. Ambros. de Offic. II. *a vestigio pedis usque ad verticem* [Plin. VII. 17. §. 17.] Quibus Oud. addit Cic. pro Rosc. Com. c. 7. Prudent. *περὶ στεφ.* I. 10. et Intt. ad Petron. p. 619. [Schmidt. ad Hor. Epist. II. 2. 4.]

perlinit. Probabile est Oudendorpio, *perlita*, quod nonnulli codd. praebent, veram esse huius loci scripturam prius iam Colv. commendatam, ut tamen Colv. non pro passivo active accepto sed per ellipsin graecissantem eodem modo capiat, quo dicatur *perlinitur membra, induitur corpus* coll. Burm. ad Ovid. Epist. ex Pont. I. 2. 140. Miscell. Nov. Lips. Vol. IV. T. 4. p. 713. [Sed valde erravit. Quis enim unquam ferret, *me perlitus, se perlitus*, quum quisque scribat solum *perlitus.* Magis probatur Colvii sententia. Nam non raro fit vel apud optimos scriptores, passiva, vel si mavis deponentiali forma verbum pronuntiari, cuius activam potius in usu est, ut *punitus* pro *punivit.* Cic. pro Milon. c. 13. §. 33. *elucubratus* Cic. Epist. ad Att. VII. 19. *fabricata est* Cic. de Orat. III. 46. §. 180. Nec ipse Apuleius talia innovare repudiavit. Florid. 16. p. 65. *quidam tarditatem poetae murmurari*, ut apud Fronton. Epist. ad Caes. L. II. 1. p. 34. corrigo: *at hoc pauci* [*pauca* Ms.] *admurmurati sunt.* Plura dabit Voss. Arist. de Anal. III. 5. p. 744 sqq. ubi cf. Eckst. et Salmas. ad Lamprid. Commod. 11. T. I. p. 504. Talia quum negligerent interpretes, non raro factum est, ut locos inconsiderate perturbarent. Sic me subit locus Schol. ad Iuven. I. 6. ubi legitur *Clytemnestra amoris illius causa communicata cum eodem consilia*, quod male mutant in *communicato consilio* ut Liv. IV. 14. §. 2. dicit: *cum quibus spem integram communicati non sint.* Quoniam tamen optimi codd. lectionem *se perlita* non tuentur, permutare quidquam nolui.]

leviter. Guelf. et Dresd. unice legunt *leniter*, qua commutatione in Mss. nihil est frequentius. Recte tamen Oud. *leviter* retinet, quia assiduum motum et tremulam celeremque agilitatem designet. coll. Hor. Epod. XVI. 48. Richt. Obss. crit. p. 69. Burm. ad Val. Flacc. I. 389., quos Oud. Met. VI. p. 423. excitat. [Hanc lectionem confirmat vox *fluctuantibus*, de tenera et molli corporis subagitatione saepissime

crescunt et fortes pinnulae, duratur nasus incurvus, coguntur ungues adunci. Fit bubo Pamphile. Sic edito stridore querulo, iam sui periclitabunda paulatim terra resultat, mox in altum sublimata forinsecus totis alis evolat. Et illa quidem magicis suis artibus volens reformatur.

CAPUT XXII.

214 At ego nullo decan|tatus carmine, praesentis tantum facti stupore defixus, quidvis aliud magis videbar esse quam Lucius. Sic exterminatus animi,

pennulae O. P. a m. s. *incurus* D. a m. p. in marg. *incurvus*. *edicto d.* *sua perichit* O. *terre d.* quod Oud. notandum duxit coll. Ovid. Met. VII. 579. *iacere terrae*. *sublimato* D. a m. p. *magicis* F. 3. β. B. Scriv. Florid. In cett. legitur *magnis*.

ac ego d. pro more perperam habet. *praesentis tantum* F. 3. In cett. quos ego contuli codd. et edd. vett. praeter Iunt. 2. exiat *tamen* [quae propter compendia *tn* cf. Liv. II. 31. §. 1. ibique Dr. et *tm̄* cf. eundem ad III. 16. §. 2. facillime commutari poterant. cf. Liv. I. 29. §. 6.] *quidvis alius* L. *sed* pro *sic* O. *exterminatus* F. 1. 3. G. D. L. d. P. O. R. f. et edd. vett. Errat autem Elmenh., qui e nonnullis edd. vett. lectionem *externatus* enotat. Si accuratius consuluisset, deprehendisset tum istud nusquam legi, nisi in Edd. Vulcanii et Wowerii ex coniectura I. Guilelmi Verisim. III. 4. et Grosiotii dein retentum. Collatio cod. π. unice hanc lectionem videtur ostentare. *cum* pro *animi* G. D. P. [ex compendio *aī*.]

usurpata; cf. Rup. ad Iuven. VI. 322. et quae notavi ad Met. II. p. 105. et p. 1327.: unde intelligitur, notionem vocab. *leniter* iam in vocabulo fluctuandi inesse.]

magicis. [Optimos equidem secutus codd. restitui *magicis*, quod etiam Colv. Elm. Grosl. Meurs. Exercc. critt. IV. 17. Piccart. Per. Crit. c. 4. praetulerunt, de qua verbb. confusione cf. Burm. ad Lucan. III. 431. assentiente Oud., qui magiam eleganter ita dici pronuntiat, quia *magnus* non raro significet *potentem pollentemque*, quae sint perpetua magiae epitheta. Sic *Magni dii* Spanh. de Us. et Praest. Num. Diss. 7. p. 447. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. IX. 30. Schmidt. ad Hor. Epist. I. 17. 2. At ipse mutat *magis artibus* ex Ovid. Am. I. 8. 5. *μάγοις ἐπῳδαῖς* Sosiphan. ap. Schol. Apoll. III. 553. quoniam *magnis* ut *magis* passim permutentur cf. Dr. ad Liv. X. c. 40. et I. 25. §. 8.]

volens. Perperam Brant. coniecit *solens*, quod etiam Lipsius orae Ed. Colv. adlevit. Sed *volens* participio utitur auctor pro *sponte*, *ultro*. cf. III. p. 208. p. 210. IV. p. 262. et p. 306. Heins. ad Virg. G. III. 129. 456. Aen. V. 219. Dr. ad Sil. XI. 445. et ad Vell. II. 62. [Heyn. ad Virg. G. III. 500.]

Cap. XXII. *tantum*. Ex optimo cod. Florent. 3. ita restitui, quae unice vera videatur esse lectio. Optime enim sibi opponuntur stupor et ars magica, quod utrumque ut lapis quasi fiat homo efficiunt, quamquam bene scio, *tamen* adverbium saepius omissis particulis concessivis, *quamvis*, *etsi*, *licet* apud scriptores probissimos inveniri, de quo usu Oud. adiri iubet Dr. ad Liv. XXXVII. 25, §. 11. [cf. ad XXIII. 19. 12. Cort. ad Lucan. I. 378. et ad IV. 329. Oud. ad Caes. B. G. I. 32. Heusing. ad Cic. Off. I. 12. 4. Goer. ad Cic. de Finn. II. 13. §. 45. Apul. Met. IV. p. 263.]

quidvis aliud. *Quidvis* de homine, ut graece *πάντα μᾶλλον*. Ita passim *id*, *quid quod* dicitur de personis. cf. Heins. ad Ovid. Her. VII. 168. XII. 31. Burm. ad Phaedr. V. in f. Cort. ad Plin. p. 88. 475. 589. Duker. ad Flor. IV. 2. 79. Virg. G. I. 36. Liv. XXX. 30. Iustin. XVIII. c. 3. Nemes. Ecl. IV. 21. Lucan. V. 729. VII. 689. IX. 537.

exterminatus. Ita cum Oud. restitui, quamquam et alterum *externatus* habet, quo defendi liceat. [Gloss. Philox. *externatus ἐκτὸς φρενῶν*.] cf. Herodian. III. 11. Long. Pastor. p. 137. Heins. ad Ovid. Met. I. 641. Catull. LXIII. 165. 71. Apul. Apol. p. 593. [Burm.

attonitus in amentiam | vigilans somniabar; defrictis adeo diu pupulis, an vi- 215
gilarem scire quaerebam. Tandem denique reversus ad sensum praesentium, arrepta manu Fotidis et admota meis luminibus: Patere, oro te, inquam, dum dictat occasio, magno et singularis me affectionis tuae fructu | perfrui, [139]
et impartire nobis unctulum indidem, per istas tuas papillas, mea mellitula; tuumque mancipium irremunerabili beneficio sic tibi perpetuo | pignera, ac 216
iam perfice, ut meae Veneri Cupido pinnatus assistam tibi. Ain, inquit,

atque attonitus. quod dubium relinquit Lindenbrog. aiens: non *atque* sed *et* scriptum fuisse verosimile, an Florentini istud praebeant. Nam in cett. Mss. haud comparet, neque in ulla Ed. ante Vulcan., uti nec in Wow. nec est necessaria copula Apuleio saepe ἀσυνδέτα participia iungente. Is tamen copulae defectus fuisse caussa videtur, cur Meursius sequentia *attonitus in amentiam* ut glossam voluerit induci Exercit. IV. 17. *in amentia* F. 1. Mirum est istas voces tam secure Pricaeum praeterlisse, quasi nusquam extarent, quum solus eas e textu eiecerit Vulcanius, dum ceteri ediderunt *adtonitus in amentiam* Scriv. *in amentiam adtonitus*, Bas. 1. et Florid. *in amentia*. Sed cf. Met. I. p. 37. *in stuporem adtonitus*. III. p. 190. *in contrariam obstupefactus faciem*. *somniabag* F. 3. G. D. L. P. δ. R. f. ed. pr. Iunt. 2. Ceteri codd. et ed. *somniabam*. *destrictis* φ. β. *districtis* δ. *fricatis* M. *pupillis* D. a m. s. B. δ. p. Iunt. 1. Colv. Beroald. in notis, Vulc. Wow. Pric. ac Flor. *populis* L. *papillis* O. At reliqui Mss. et Edd. cum Gulielmo in Veris. habent *pupulis*. *scite quaerebam* Venet. 4. Paris. *praesentium* F. 3. G. D. P. B. et edd. vett. *praesentis* F. 1. *pristinum* β. δ. quod recepit Scriver. De reliquis codd. nihil ab Oud. adnotatum est. *abrepta* L. *antequam* pro *inquam* ed. Scriver. *dīat* P. pro *dictat*. *magne* f. *singularis* F. 3. G. a p. m. p. B. δ. R. f. ed. pr. Iunt. 2. et omnes, ut videtur, ante Vulcan. uti et Wower. In ceteris est *singulari*. *frui* G. a m. p. *impertire* G. δ. D. *ungulum* Venet. 4. Paris. Bas. 1. *irremunerabile* ed. pr. Venet. 4. *pignora* p. f. D. a m p. et ed. Colin. *et iam* P. *at iam* G. D. *Veneri* F. 1. 3. G. D. P. f. O. δ. et ita iam emendavit Beroaldus, quem prave spreverunt editores usque ad Colvium. In cett. legitur *Veneris*. *punatus* D. a p. m., quod deinde ab eadem manu correctum est, in *plumatus*, ab alia vero in *pinnatus* et in margine ab alia quoque enotatum est *alii pigneratus* ut Venet. 2. Ald. Vicent. et Iunt. 2. contra idoneum sensum. *ais* F. 1. 3. p. B. et omnes edd. vett. *An* legitur in cett. codd. et receptum est primum a Colvio, quem secuti sunt Wow. Scriv. Pric. et Florid.

ad Anthol. L. T. I. p. 554. Voss. Etymol. s. v. *extra*]. Sed quum utraque vox idem significare videatur; melioribus Mss. obtemperandum est. cf. Ovid. Met. IX. 409. Salm. ad Tertull. Pall. c. 4. et Tertull. de Spectacul. c. 17. p. 80. Rigalt.]

pupulis. Hanc formam optt. codd. c. Oud. alteri *pupillis* praetuli, quum antiquior esse videatur. [Ita apud Fronton. de feriis Alsiens. p. 213. ed. Rom. *ad pupulas hominum et palpebras incurrere*] Ovid. Amor. I. 8. 15. Cannegiet. ad Avian. Fab. XIII. 6. Comment. ad Arnob. II. p. 46. [Orell. T. II. p. 13.] Gell. IX. 4. Isidor. Origg. XI. 1. 37. *pupilla est medius oculus .., . Hanc plerique pupulam* vocant [cf. Orell. ad Arnob. III. 18. Iutt. ad Cic. de N. D. II. 57. p. 449. Creuz.]

praesentium. [Haec lectio verissima. Qui enim animi est impos et quasi absens, sicubi stupor recessit, ad res praesentes et ad pristinum sui statum redit. Oud. alteram lectionem *praesentis* comprobat eadem tamen sententia.]

papillas. [Sine dubio hoc recte defendit Oud., quia non solum Lucius durissime *pupillas*, ut Fulv. et Lips. Elect. I. 18. p. 699. ed. Ves. emendant, *suas istas*, appellasset, sed etiam *pupulas* potius scribendum fuisset, quam formam modo Apuleio vindicavimus. [Tertiam hanc affero caussam. Quia enim modo idem vocabulum praecesserat, hic ferendum non esse censeo, quamquam notissimum est, etiam per oculos veteres saepius iurasse; cf. Hansen. de Iureiur. vett. c. 21. in Graev. Thes. Antt. T. V. p. 850 sq. Taubm. ad Plaut. Men. V. 9. 1. Broukh. ad Tib. III. 6. 47. Burm. ad Prop. I. 15. 35. Sed ita Psyche iurat per Cupidinis sui capillos et per *pectus eius fervidum*. cf. Met. V. p. 345.]

ain. [Ita reposui ex optimis codd. et mirum est, qui Oud. librorum numero commotus *an* interrogativum praeferre potuerit, quum verisimilius sit,

Digitized by Google

vulpinaris, amasio, meque sponte asciam cruribus meis illidere compellis?
217 Sicine | vix a lupulis conservo Thessalis? Hunc alitem factum ubi quaeram? videbo quando?

amasie ∂. Eadem scripturae diversitas conspicitur. Met. VII. p. 488.; ubi ∂. et f. *amasius* praebent pro *amasio*. *asceam* L. D. *ascena* G. P. O. ∂. et pro varia lectione habet O. *aseam*, quod legitur in p. *asteam* f. *Asiam* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Bas. 1. *ciunibus* O. *curribus* p. *mei* ∂. Verba *sicine* usque ad *Thessalis* absunt in R. f. *siciner* F. 3. G. P. L. *siciver* D. *siginer* p. ed. pr. Venet. 2., ut etiam est in marg. Bas. 1., quae in textu habet *sagineri — saginer* Iunt. 1. Venet. 4. Paris. *signior* B. *siccine* F. 1. Ursin. O. ∂. Ald. Iunt. 2. *meum ipsa* pro *me vix* B. et omnes edd. vett. Bas. 1. *lupis* G. D. P. R. O. Colv. Vulc. Wow. Scriver. *iupulis* Venet. 2. *Lucium pullis* Ald. Iunt. 2. *Thessaliae* D. ∂. *q̄nque videbo* L. O. ∂. G. pro *quandoque* ut notatur esse in P. et aperte extat a m. s. in D., qui a m. p. *quando* exhibet. In Elm. Scriv. et sqq. est *quando videbo*. Sed Florid. cum edd. prioribus aliisque eo ordine, quo ego cum Colv. et Codd. scripsi.

librarios *ain* mutasse in *an*, quam vice versa. Nec patum esse *ain* cum eo existimes, quod *vulpinaris* isti adiective sumserint. Sed aliud desidero. Extat enim, quantum scio, nullum exemplum, quo *ain* absolute ita ponitur, omissis *vero*, *tandem* particulis, quae semper additae leguntur ubi cum summa admiratione vel indignatione interrogantis est. cf. Dr. ad Liv. X. 25. §. 6. Manut. ad Cic. ad Fam. IX. 21. init. Taubm. ad Plaut. Asin. IV. 2. 3. Hinc iudico legendum *ain tu?* vel *ain tandem* compendio *ain tn̄* scriptum, quod propter priorem sequentis vocabuli *inquit* syllabam facillime absorberi poterat.]

vulpinaris est more vulpino dolose agis. cf. Non. p. 46. Merc. [cf. Barth. Adv. VIII. 19. p. 403. Apud Petron. Satyr. c. 37. p. 207. legitur *est tamen malae linguae, pica pulvinaris:* ubi Intt. frustra sudarunt, *pulvinam picam* de femina male intelligentes, quae cum viro rem faciens per noctem ei obgannit. Ego totum locum ita constituo: *est tamen malae linguae pica, vulpinaris.* Neque enim loquax tantum est et in garrulitate valde maledica, sed etiam dolosa et fallax. Sic adagium extat *lingua vulpina* inter Erasmi Adagg. et ita *vulpio*. cf. Sciopp. Gent. ad Apol. p. 537. T. III. p. 500. Bossch.. Nec longe remota est coniectura *lupanaris*, quod lasciviam indicaret uxorculae.]

amasio. Eandem cod. Oxon. variationem *amasius* pro *amasio* [quam formam Apuleius praetulisse videtur] reperi Met. VII. p. 488. [Ita dicitur *ludio* et *ludius pusus* et *pusio*. cf. Arnob. IV. c. 34. ibique Orell. Tom. II. p. 251 sq. Prudent. Carm. *περὶ στεφ.* 182. De voc. cf. Taubm. ad Plaut. Trucul. III. 1. 13.]

asciam cruribus meis illidere. Proverbialis est dictio, quam Colv. comparare non debebat cum Plaut. Milit. Gl. II. 3. 23. *Tuis nunc cruribus capitique fraudem hinc creas.* Melius Oud. excitat Augustin. de genes. contra. Manich. (?) *ne cum volunt verbis sacrilegis concidere veritatem ... redeat illis securis in crura.* [cf. Intt. ad Petron. c. 74. p. 481. Burm. *At ego dum homo ratus ago* [ita enim legendum est ex loco Enn. apud Fest. p. 228. Lind. ubi *ratus* etiam de homine certo et firmo usurpatur] *et nolo videri levis, ipse mihi asciam in crus impegi.* Dicitur proverbium de iis, qui contra se ipsos saeviisse videntur, quum ex eo, unde commoda sperabant, damna facerent. Reins. ad Petron. l. c. eius originem ducit de fabula Lycurgi, qui contra Liberum saeviens a Deo in insaniam versus crura sibi amputavit; cf. Vet. Comment. ad Hor. Od. II. 19. 16. Munk. ad Hyg. fab. CCXLII. p. 350. Stav.]

sicine vix a lupulis conservo Thessalis. Diversissima ratione interpretes hunc locum sanare studuerunt, quorum potissimas sufficiat coniecturas enumerare. Beroald. ineptissime emendavit *Saginer meum*, quasi a sagina et pinguitudine ducto vocabulo, ut amatorem hoc nomine decenter appellet quasi saginatum pauloque curatiorem. Baptista Plantius ad III. Sat. Persii: *sic agnum*

Digitized by Google

CAPUT XXIII.

At mihi scelus istud depellant coelites, inquam, ut ego quamvis ipsius aquilae sublimis volatibus toto coelo pervius, et supremi Iovis certus nuntius

aut mihi F. 1. 3. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Bas. 1. [*at* et *aut* confundi docent Broukh. ad Propert. IV. 3. 5. Burm. ad Ovid. Amor. III. 7. 1. Dr. ad Liv. III. 57. §. 12.] *at a me* O. *at me* f. *a me* G. D. B. L. R. δ. et cett. edd. vett. *illud* D. *volantibus* Paris.

ipsa lupulis conserco Thessalis. Floridus: *Siccine meum ipsa Lucium puellis.* Heinsius: *Siccine te, mea vita.* vel *mea lux*, vel *mi Luci*, *ululis* vel forte *upupis conserro Thessalis.* Salmasius: *Siccine meum ipsa lupulis cons. Th.* Oud., qui *siccine* ex Met. IX. p. 600. *Siccine racuus et otiosus* et Sil. IX. 25. comprobat, tamen ob litteram *r.* quam codd. servant, *siccin ergo* scribi maluit; et quum *lupae* hoc certe loco ei displiceant, cetera ita constituit: *meum ipsa Lucium pullis concerto Thessalis.* Corruptelam ex scriptura *ixa* pro *ipsa* exortam esse, quae eadem probetur loco Suet. Aug. c. 88., ubi legatus quidam *ixi* pro *ipsi* scripsisse traditur. cf. infra ad Met. IX. p. 755. Tum *L. pullis* commutatum esse in *lupulis.* Alitem enim factum Lucium eleganter fingi sectaturum esse puellas, quamquam non inconveniens sit Heinsii coniectura *ululis*, quia noctua Lucius fieret. Sic tota Oud. sententia ea est: An ego iam stulta forem, ut meum Lucium facerem alitem in usum pullorum Thessalorum. [*Pullus* ut graecorum πῶλος dici de meretricibus, praeter Salm. ad Solin. p. 471. quem Oud. adtulit. demonstrant Intt. ad Arnob. IV. c. 16. et Hesych. πῶλος — ἑταίρα. πώλους γὰρ αὐτὰς ἔλεγον οἷον Ἀφροδίτης πώλους ἢ τοὺς νέους καὶ τὰς νέας καὶ παρθένους. Sed consentire cum Oud. nequeo, quod eius coniectura a codd. nimium recedit. Primum vox *sicine* non probatur, quum mirum sit, cur hoc tantum loco Mss. ita discrepent, altero vero Met. IX. p. 600. ne unius quidem cod. varietas conspiciatur, unde apparet, hoc adverbium librariis ignotum non fuisse. Sed magis me movet, quod salva sententia hic ferri non potest. Est enim *sicine* semper interrogantis, et si tota enunciatio per interrogationem effertur, *vix* et indicativus *conserro* locum habere nequeunt. Alterutrum reiici debet: et verisimilius videtur, *sicine* depravatum et aliud quid legendum esse, praesertim cum in optimis libris littera *r* constanter adhaereat. Certum quid statuere non audeo, unde locum dedi, qualis a vulgata praebetur. Cod. tamen D. lectio *siciver* ad coniecturam me movit: *Sicce vero*, et si sana esset apud Plaut. Rud. II. 4. 12. scriptura, textum ita constituere non dubitassem. Sententia vero haecce efficitur: Ales factus totam Thessaliam pervagaberis et semper a mulieribus libidinosis occupatus eris, ad quas te pervolare transformatio sinet. Ita equidem ipsa perditum ibo. Alludit enim ad magiam Pamphilae, quae bubo facta amatum investigabat, nec aliter Fotis Lucium putat transformatum meretrices conquisiturum esse. Sic omnia rite procedunt et sequentibus quam accuratissime respondent. Ut tamen *sicine* nec *siccine* scribendum curaverim, Ritteri ad Ter. Andr. I. 5. 1. effecit sententia, quam Hand. in Turs. III. p. 83 sq. secutus est, fusius de vocabuli orthographia disputans.]

Cap. XXIII. *at mihi ... depellant.* Vir doctus in Misc. Obs. Vol. II. T. III. p. 391. emendavit ex Florent. scriptura *ast mihi* vel *at mi*, quod posterius Oud. unice comprobavit, suam coniecturam *ah mihi* vel *mi* omnino reiiciens. [Ut ego *mihi* retineam, non solum codd. optimi monent, sed quod ita etiam intelligi licet, unde *a me* exortum sit.

Digitized by Google

vel laetus armiger, tamen non ad meum nidulum post illam pinnarum dignitatem subinde devolem? Adiuro per dulcem istum capilli tui nodulum, quo meum
218 vinxisti spiritum, me | nullam aliam mea Fotide malle. Tunc etiam istud meis cogitationibus occurrit, cum semel avem talem peruncto induero, domus omnis procul me vitare debere. Quam pulcro enim quamque festivo matronae perfruentur amatore bubone? quid, quod istas nocturnas aves, cum penetraverint larem quempiam, sollicite prehensas foribus videmus adfigi, ut, quod infaustis volatibus

pennarum D. a m. s. in marg. ***pignera*** pro ***pennarum*** B.: unde Oud. coniecit: ***post illam pinnigeram dignitatem; pugnarum*** pro ***pinnarum*** ed. pr. Vicent. Venet. 2. Basil. et Lugdun. ***subinde*** abest a D. a p. m. ***ducem*** F. 3. G. D. a p. m. P. L. p. R. f. quae scripturae constantia mira est, ut aliud quid latere non absurde suspicari liceat. ***modulum*** ∂. ***iunxisti*** D. a p. m. ***me*** abest a R. f. ***nullum*** Venet. 2. ***meae Fotidi*** F. 3. G. D. ed. pr. Vicent. Iunt. 2. De ceteris libris, quos equidem conferre non potui, iudicium penes me non est, quum ab Oudend. nihil adnotatum sit. ***tibi et istud*** G. P. D. ***semel autem*** Venet. 2. ***domus omneis*** Florid. edit. Ceterum omnes codd. et edd. consentiunt in scriptura ***omnis***, quod notandum est. ***quanta pulc.*** p. ***pulcre*** p. et f. ***festivo*** D. a m. s. ed. pr. Vicent. Venet. 2. ***perfruent*** Venet. 2. ***perfruerentur*** Iunt. 1. 2. Ald. ***bubone*** exulat a B. ***quod*** desideratur in O. q̄d qae P. ***quod istas*** F. 3. B. et omnes edd. vett. In cett. inter ***quod*** et ***istas*** copula ***et*** ineritur. ***penetraverunt*** ∂. ***prensas*** f. ***adfligi*** de qua permutatione cf. Intt. ad Lucan. II. 31. Gifan. ind. Lucret. Heins. ad Ovid. Met. XII. 179. [Dr. ad Sil. I. 674. De discrimine agit Bach. ad Ovid. l. c.] ***velatibus*** G. D. a p. m. P.

1 Quum enim librarii ignorarent, quomodo dativus *mihi* explicari posset, in tritissimam dicendi rationem eum corruperunt: Hinc nata est lectio *at a me* in Oxon. conspicua et deinde in *at me* vel *a me* depravata. *At* vero imprecantis vel indignantis esse iam exposui ad Met. I. p. 2. Oud. hic excitat Ter. Andr. IV. 1. 42. Eun. III. 1. 41. Virg. Aen. II. 535. Iustin. XIV. 4. Ita in Anthol. L. Tom. I. p. 358. legendum censeo: *at scelus indignum solvetur litera diva* (vel *divi.) Depellere* c. Dativo construi observat idem vir doctus in Obs. d. l. ex Val. Flacco VI. 652. cui Oud. addit: Ovid. Heroid. XIV. 130. (ubi cf. Ruhnk. p. 85.) et Virg. Aen. IX. 78.]

laetus armiger. [*Laetus* duplici ratione potest explicari, ut sit *secundus, prosper*, qui omina praebet felicia cf. Tacit. Hist. I. 62. Suet. Caes. 77. Intt. ad Virg. Aen. I. 605. aut *gratus, acceptus* Tacit. Hist. I. 71. Burm. ad Val. Flacc. I. 30. et ad Lucan. VIII. 89. Posteriorem praefero propter locum Ovid. Met. XII. 561.]

mea Fotide. [Qui dativum *meae Fotidi* praeferebant, ut Colv. Stewech. Meller. Palmer. in Fac. Crit. Tom. IV. p. 649. comparantes id cum *illem illi* cett., in eo errabant, quod sententia plane ab h. l. aliena efficitur. *Idem* enim c. dat constructum quum sit *idem cum aliquo, ab altero non diversum: alius alicui*, si ita dicere liceret, *diversum* ab altero significaret, et Lucius ita indicaret, se alias non malle, nisi similes essent suae Fotidi. Hinc ablativum unice defendendum c. Oud. arbitror, qui Gud. ad Phaedr. Fab. III. prol. Wass. ad Sall. B. Iug. 81. Manut. ad Cic. X. c. 2. Dr. ad Liv. V. 54. §. 6. excitat [quibus adde quos Eckst. ad Voss. de Const. c. 14. Tom. III. p. 1078. affert, Apol. p. 539. Barthio in Advers. XXXIII. 22. p. 1543. si fides habenda est, Mss. eius habent *mea Fotide* et ipse dubius est, utrum eligat.]

prehensas foribus videmus adfigi. Elm. excitat de hoc more, aves inauspicatas domibus affigendi Colum. de R. R. X. 349. *nocturnas crucibus volucres suspendit.* Pallad. I. 35. 1. Bapt. Pium. in annot. pr. c. 33. Andr. Schott. Observ. I. c. 12. Casaub. ad Theophr. Char. p. 283. [quibus adde Schneider. ad Colum. l. d. T. II. p. 538. Aliter bubones etiam comburi notum est: cf. Valerian. de fulm. significat. in Graev. Thes. T. V. p. 608. Infaustae enim et inauspicatae apud Romanos aves nocturnae erant. cf. Cort. ad Lucan. VI. 689. Delr. ad Senec. Med. 732. Munk. ad Lact. Planciad. c. 8. p. 822. Stav.

familiae minantur exitium, suis luant cruciatibus. Sed, quod sciscitari paene praeterivi, quo dicto factove rursum exutis pinnulis illis ad meum redibo Lucium? Bono animo es, quod ad huius rei curam pertinet, ait. Nam mihi domina singula monstravit, quae possunt rursus in facies hominum tales figuras reformare. Nec istud factum putes ulla benevolentia, sed ut ei redeunti medela salubri possem subsistere. Spe|cta denique quam parvis quamque futilibus tanta 219
res procuretur *herbulis*. Anethi modicum cum lauri foliis *immistum* rore fontano datur lavacrum et poculum.

CAPUT XXIV.

Haec idemtidem adseverans summa cum trepidatione irrepit cubiculum, et pyxidem depromit arcula. Quam ego amplexus ac deosculatus prius, utque mihi prosperis faveret volatibus deprecatus, abiectis propere laciniis totis avide manus immersi, et haurito plusculo uncto corporis mei membra perfricui. Iam-

exitum Bas. 1. quod Colvius probat ex analogia verborum *gustum*, *unctum*, Oud. melius expiicat ex perpetua confusione vel corruptione harum vocum. *luat* L. *suum* p. *sed quo* O. *siscitari* D. a m. p. *plumillis* G. *plumulis* P. D. *pl. istis* G. O. *domi* B. *medelam salubrem* B. et edd. vett. praeter Iunt. 2. (unde Modius coniecit *sufficere*) et edd. recentt. praeter Colv. Vulc. Wow. Scriv. In p. est *medelam salubrem posse resistere*. *subtilibus* L. f. δ.. *furtilibus* G. D. a m. p. P. *procuretur* *Her.* F. 3. D. et omnes edd. vett. In cett. post *herbulis* maior est distinctio. *Herculis* F. 1. 3. P. p. f. Iunt. 1. Venet. 2. 4. Ald. *hercules* G. D. ed. pr. Iunt. 2. Paris. Colin. Bas. Lugd. Scriptura R. et O. quae sit dubitat Oud. *Anthei* Venet. 4. *Anlthei* Paris. *immissum* in omnibus, quod sciam, Mss. et edd. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. legitur. *immissam* δ.

hoc G. P. D. *summa contemplatione* Beroald. Bas. 1. In marg. Bas. 1. *cum tepidatione*. O. habet *ac trepidatione*. *pyxide* P. *et osculatus* p. δ. *et deosculatus* L. *deosculans* Paris. *prospere* P. *hausto* π. ut vulg. lect. *membris* Vicent. Iunt. 1. Ald.

Plurima adtulit Buleng. de augur. lib. III. c. 6. in Graev. Thes. T. V. p. 419. Hinc averruncandi ominis caussa in foribus bubones adfigebantur, ut contra grandinem cf. Pallad. I. 35. §. 1. et contra formicas cor noctuae admovetur; cf. eund. l. c. §. 2.]

medela salubri subsistere. Vulgatam lectionem *medelam salubrem* Oud. refellit ex usu Apulei, qui *subsisto* sensu auxiliandi et iuvandi neutraliter cum dativo personae sine accusativo construit coll. Pric. ad Met. II. p. 157. VI. p. 385. Comm. ad Suet. Vitell. c. 5.

herbulis. Recepi coniecturam Lipsii in Epistol. Quaest. II. 22. ut pote omnium adhuc probabilissimam, quum Sciopp. ex libr. II. p. 97. et Apol. p. 460. p. 463. praeferre videatur *surculis*, quippe qui ad artem magicam pertineant, Oud. vero nescio qua caussa *herbusculis* coniecerit ex Mart. Cap. II. §. 100. Kopp. Sententia enim eadem efficitur.

lauri. [Hanc arborem consulto Apuleius videtur commemorasse, cuius usus in magia notissimus sit. cf. Apul. p. 459. ubi plura enumerantur.]

immistum. [Codd. lectio *immissum* tum tantum potest ferri, si *rori fontano* substituas. Melior tamen videtur interpretum emendatio *immistum*, quod vocabulum cum sexto casu saepius coniungitur. cf. Serv. et Burm. ad Virg. Georg. II. 327. et ad Hirt. B. Alex. c. 56. et Burm. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 175. qui plura excitat.]

Cap. XXIV. *haurito plusculo uncto*. Elm. affert locum Hieroclis de magia apud Euseb. fol. 462. *οἱ γόητες (ἡγοῦμαι δὲ αὐτοὺς ἐγὼ κακοδαιμονεστάτους ἀνθρώπων) οἱ μὲν ἐς βασάνους εἰδώλων, οἱ δὲ ἐς θυσίας βαρβάρους, οἱ δὲ ἐς τὸ ἐπῖσαί τι, ἢ ἀλείψαι μεταποιεῖν φασι τὰ εἰρημένα*. De forma *haurito* Met. II. p. 125. iam vidimus et Met. VI. p. 405. repetitur. Oud. comprobat apud Iuvencum XII. [in c. 4. Ioann. 2. Evang. hist. 253.] *hauritura* et in Glossis Vulc. p. 62.

Digitized by Google

que alternis conatibus libratis brachiis in avem similem gestiebam. Nec ullae
220 plumulae | nec usquam pinnulae, sed plane pili mei crassantur in setas, et cutis
tenella duratur in corium, et in extimis palmulis perdito numero toti digiti co-
[140] guntur in singulas ungulas, et de spinae meae termino grandis cauda procedit.
Iam facies enormis et os prolixum et nares hiantes et labiae pendulae. Sic et
aures immodicis horripilant auctibus. Nec ullum miserae reformationis video
solatium, nisi quod mihi iam nequeunti tenere Fotidem natura crescebat.

CAPUT XXV.

Ac dum salutis inopia cuncta corporis mei considerans non avem me sed asinum video, querens de facto Fotidis, sed iam humano gestu simul et voce

iam omissa *que* particula f. *in alternis* π. *simul* G. P. D. Sic edidit Scriverius, quod me cum Oud. non intelligere fateor. Non *simul* gestiebat, sed unice id agebat. *nec nullae* pro *nec usquam* D. a p. m. In marg. *novellae. pennulae* O. *primulae* δ. *plene* P. *polii*. *crossantur* L. *grossantur* f. δ. Venet. 4. *incrassentur* B. *seta sed* F. 3. G. D. *setas sed* L. p. f. O. δ. Non inelegantem hanc esse repetitionem particulae *sed*, existimat Oud. coll. Burm. ad Ovid. Met. V. 17. [Ego *sed* repetitionem ferendam esse nego. Nam si hoc loco repeteretur, necessarium esset, ut in seqq. quoque fieret, unde oratio hiulca plane oriretur.] *extremis* G. P. δ. *intimis* D. a p. m. *perdito numero* desiderantur in B. *tergo* pro *termino* p. a m. s. et D. a m. s. *os* abest ab ed. Ber. *labia pendula* perperam et contra Mss. ed edd. omnes irrepsit in Edd. Elmenhorstii et Pric. *sic* non comparet in O. *miserae formationis* B. p. D. [a m. s.] et edd. ante Colvium. *miserae reformationis* F. 1. 3. G. D. f. R. O. Colv. Vulc. Wow. Scriv. Florid. Sed *miser reformationis* cum Groslotio, Elmenh. et Pricaeo diserte praebet δ, quod Oud. flagitare sensus videtur, ut Wower. et Sciopp. in Susp. I. 22. *neque eunti* F. 3. *cordis* pro *corporis* δ. *considero* G. D. P. f. O. δ. *me* abest a D. a p. m. et δ. *video. Querens.* Ita in omnibus meis Mss. interpunctum video. *quaerens* Venet. 2. 4. Paris. *conquerens* ϑ. *de factis* R. f. *et vocali* φ.

legi *hauritorium* et Varron. teste Prisc. X. p. 509. dixisse *hauriri*. [Plura dabit Dr. ad Sil. XVI. 11. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 866.] Dein Piccart. Peric. Crit. c. 19. maluit *unguenta*. Sed ut supra III. p. 212. occurrit *unguodo ἅπαξ λεγόμενον*, quidni et hic *unctum*. [quod tamen alibi non extat; cf. lexica] Burmannus adlevit: f. *iusculo uncto*, quod ineptum est.

in avem similem gestiebam. Quod prius coniecerat *simile* i. e. similiter vel similis, Oud. ipse deinde reiecit, quia *gestire in avem similem* Apuleio esset: movere se instar bubonis vel avis ei similis, quam Pamphile induisset. De constructione cf. ad Met. II. p. 191. Scriverii lectio *simul*, quae ex solito errore a nonnullis codd. praebetur, vix mentione digna est.

crassantur. Grossantur e vulgari esse monachorum latinitate censet Oud., *grosso* corrupto e *crasso*: de quo adiri iubet Voss. de vit. serm. De *crasso* excitat Daumium de causs. amiss. rad. lat. ling. c. 18. p. m. 482. in Collect. Graev. [*Sed* quod in nonnullis codd. propter antecedentem *s* litteram legitur, quamquam c. Oud. non inelegantem esse particulae repetitionem dixerim de qua Burm. ad Ovid. Met. V. 17. excitat, hic tamen nec per sententiam nec per Mss. ferre possum; cf. quae fusius in not. crit. dixi.]

tenere Fotidem natura crescebat. [De *tenere* dicam ad Met. V. p. 346. *Natura* hic est pars genitalis, qua significatione vocabulum saepius occurrit. cf. Barth. Advers. XXI. 10. p. 1041. Schol. ad Iuv. Sat. VI. 73. *nam omnes pueri vocales fibulas in naturis habent.* Elm. ad h. l. qui in indice Soran. c. 6. Firm. Astr. VI. c. 31. VIII. c. 30. excitat Intt. ad Iul. Obseq. c. CXIII. p. 153. Oud. Schweigh. in Isid. 1817. 8. n. 136. p. 1081.]

CAP. XXV. *considerans.* Quia post *rideo* vulgo maius interpungendi signum positum erat, et in nonnullis codd. *considero* Oud. repererat; hic olim in Misc.

Digitized by Google

privatus, quod solum poteram postrema deiecta labia, humidis tamen oculis obliquum respiciens ad il|lam, tacitus expostulabam. Quae ubi primum me talem 221
adspexit, percussit faciem suam manibus infestis et: Occisa sum misera, clamavit. Me trepidatio simul et festinatio fefellit, et pyxidum similitudo decepit. Sed bene, quod facilior reformationis huius medela suppeditat. Nam rosis tantum demorsitatis exibis asinum, statimque in meum Lucium postliminio redibis.

humidis cum pro *humidis tamen* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 1. Sed iam correxit Beichem Epist. 72. expressitque Iunt. 2. ut etiam est in Edd. post Colvium omnibus. *obliquum* male abest a B. *oblicum* G. *ad illam.* Haec verba teste Elm. non agnoscit B. et hinc uncis inclusit Scriver. sed in excerptis Modianis nihil adnotatum est. *appellabam* pro *expostulabam* P. *ubi primum me* F. 3. G. D. P. f. *ut primum me d. me ubi primum me* O. In cett. extat *ubi me primum. Me* plane abest in B. *otiosa sum* G. D. [a p. m.] Iunt. 1. *clavit* D. a p. m. sed in margine a m. s. est *clamabat*, quod idem extat in p. et omnibus edd. vett. praeter Iunt. 2. *supedint* Venet. 4. Paris. Bas. 1. *facilior quod* B. *demorsicans* p. *exues asinum* f. φ. *in* ante *meum* abest ab O.

Observ. T. II. Vol. II. p. 305. volebat *considerans sum*, more graeco, quem apud optimos auctores latinos praeter comicos etiam apud Ciceronem invenimus. Ipse comparat Comm. ad Liv. V. 34. 6. XXVII. 8. 2. ad Bell. Hispan. c. 29. Ovid. Heroid. XVIII. 55. Vitruv. II. 1. [quibus adde Arnob. III. 38. *id quod non est colens.* Casaubon. ad Capitol. vit. Ant. c. 20. T. I. p. 365. Munk. ad Hyg. fab. c. 29. p. 79. Stav. Dav. ad Cic. de Nat. D. I. c. 44. Moser. ad Cic. de Divin. I. 25. p. 126.] Sed sententiam deinde mutavit, quum multa participia et adiectiva solerent ab Apuleio exaggerari et ad unum tandem verbum referri, coll. notat. ad Met. III. p. 179: immo *dum* cum participio et verbo soleret tamquam per longiorem parenthesin inseri, ut Met. II. p. 156. *ac dum in prox. plat. refovens et animum ... sero reminiscor dignumque .. consentio* et IX. p. 653. *at dum fodiens, dum irrigans, ceteroque incurvus labore deserrit ego* ett. [de quo particulae usu agit Hand. Turs. II. p. 311.]

quod solum poteram. [Frequens est apud veteres formula: *quod solum potui*, quam multis exemplis illustravit Pric. ad h. l. Burm. Anthol. Lat. T. I. p. 282. et Wernsd. ad Eleg. in obit. Maec. 141. in Suppl. ad T. V. Poet. Lat. M. P. 3. p. 1462.]

respiciens ad illam tacitus expostulabam. Discrepant interpretes, verba *ad illam* utrum ad *respiciens* an ad *expostulabam* referri debeant. Oud. ipse certum ea de re iudicium non profert utrumque defendens, quamquam ad posterius magis inclinare videatur. Vulgo tamen iungi *ad illam expostulabam*, pro quo frequentius dicatur *cum illa*, sed positum esse existimat vel pro *apud:* ut in Florid. n. 16. p. 54. *ad vos mihi usus venit* ubi cf.; vel dici ut *ad aliquem loqui* cf. Met. X. p. 729. *ad uxorem mandat.* Huic praeterea distinctioni favere Lucian. in Lucid. c. 13. p. 581. *Καὶ αὐτῷ δὴ τῷ σχήματι ὡς ὄνος ὑποβλέπων, ἠτιώμην· αὐτὴν, ὅση δύναμις, ὄνος ἀντὶ ὄρνιθος γενόμενος.* [Equidem locum ita non probaverim nec persuadetur, quomodo *ad aliquem expostulare* pro *cum aliquo*, quod solum apud veteres invenitur, defendi queat. *Expostulare* vero, de cuius significatione cf. Donat. ad Ter. Andr. IV. 1. 15. ibique Ruhnk. in Dict. p. 66. saepius absolute poni demonstrant loci Tacit. Ann. XIII. 37. §. 2. XV. 5. §. 1. Cic. Tusc. V. 5: ubi ex toto sententiarum nexu quocum expostuletur, intelligitur. Hinc commoveor, ut *ad illam* cum *respiciens* copulem, quod praeterea ex loco ipso apparet, quacum Apuleius iniuriam expostulaverit.]

suppeditat. Passim enim *suppeditare* neutraliter extat pro *suppetere.* [cf. Met. VII. p. 448. *eidem suppeditasse* et Stewech. ad Met. XI. p. 792. Graev. ad Cic. Verr. V. 38. Dr. ad Liv. VIII. 13. §. 16. Intt. ad Cic. Tusc. V. 37. T. III. p. 234. Mos. Wakef. ad Lucret. I. 548.]

exibis asinum. Quod Scriverius edidit *exues* e cod. φ., per latinitatem pro-

Digitized by Google

Atque utinam vesperi de more parassem nobis corollas aliquas, ne moram ta-
222 lem patereris vel noctis unius. Sed | primo diluculo remedium festinabitur tibi.

CAPUT XXVI.

Sic illa moerebat. Ego vero quamquam perfectus asinus et pro Lucio iumentum, sensum tamen retinebam humanum. Diu denique ac multum mecum ipse deliberavi, an nequissimam facinorosissimamque feminam illam spissis cal-
223 cibus feriens et mordicus appetens, necare de|berem. Sed ab incepto teme-

a. nunc R. f. pro *atque utinam. de more vesperi* B. et edd. vett. *vobis* G. D. p. *ne moram* F. 1. 3. In cett. *nec moram. aliquam* pro *talem* d. *vel noctis* F. 1. 3. G. D. B. et omnes edd. vett. *nec noctis* R. f. d. In ceteris *ne noctis. tibi* abest a π. Sed omnino retinendum esse, adscripsit Wasse ex Virg. Aen. IX. 488. Lucan. VIII. 24.

perfectos D. Sed in marg. a m. s. correctum est *perfectus. tamen* non adest in d. *diu denique atque* O. *multis* D. *ac nequissimam* F. 3. Venet. 2. *facinerosissimamque* F. 3. *que* non est in O. *illam* deest B. *illam feminam* G. D. f. d. *mordicus* F. 3. L. R. f. P. O. π. Iunt. 2. *mordicitus* B. β. Pric. Florid. *mordicibus* F. 1. Vulcan. Elmh. Scriver. *morditus* G. D. [in margine a m. s. *mordicus.*]

bum est, ut Oud. iam illustravit ex Ovid. Heroid. XIV. 108. Drak. ad Sil. XIII. 120. Burm. ad Ovid. Met. X. 105. Virg. Aen. XII. 406. [quibus adde Ruhnk. ad Ovid. Heroid. d. l. p. 85. Ita apud Arnob. II. 16. extat *humanis corporibus exutae* ubi tamen ex Mss. Reg., qui *sumtae* habet, lego *secretae*. Sed et propter codd. fidem et sententiae concinnitatem, quum *exibis* et *redibis* bene sibi respondeant, cum Brantio et Oud. praetuli *exibis*, cuius constructionem comprobat Oud. ex Prisc. X. p. 508. XVIII. p. 184. et XVIII. p. 206. Krebl. *Tatius hominem exivit* Salmas. ad Solin. p. 12. 276. 709. 788. notat. ad hist. de B. Afr. c. 31. Scalig. ad Manil. V. 164. Drak. ad Sil. XI. 188. Apul. Met. IX. p. 628. [et Oud. in Misc. Observ. Vol. IX. T. II. p. 231. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. II. 517. Bach. ad eund. X. 52. Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 968. Mart. Cap. I. §. 29. Kopp. Ita Oud. emendat Gloss. Isid. p. 668. *missilius, qui missilia exhibet*, in *missicius, qui militiam exivit* c. Salm. ad Treb. Poll. XXX. Tyr. c. 6.]

ne moram talem patereris vel noctis. [Ita textum constitui ex optimis codd. contra Oud., qui *nec* praetulit. *Ne* concinnius videtur quam quod cum Colv. in *nec* commutari liceat. Ceterum omnes interpretes in voce *talem* quum offenderent, Wass. coniecit *talis*: Pric. *tantulam*, quae pronominis forma Apuleio sane est frequentior, Oud. vero emendavit *tantillam* apud Apuleium non minus obvium cf. II. p. 170. III. p. 183. saepius. Sed omnes in eo errasse videntur, quod adiectivi *talis* vim non intelligebant. Quamquam enim iis consentire nequeo, qui *talis* pro *tantus* ubique posse poni existimant, tamen loci sunt, ubi utrumque confundi liceat, si ad totius enunciati sententiam respexeris. *Talis mora* hic in malam partem usurpatur de molesta et gravi, quamvis per unam tantum noctem perferatur.]

Cap. XXVI. *sensum tamen retinebam.* In cod. d. non comparet particula *tamen*, quam, si plures addicerent Mss., se lubenter omisisse Oud. monet. Solere enim eleganter post *quamquam, licet, ut, etsi* ab optimis eam potius subintelligi quam addi coll. Virg. Aen. II. 12. Dr. ad Liv. XXII. c. 20. Apul. Met. II. p. 165. III. p. 190. IV. p. 311. et saepius not. ad Suet. Galb. c. 3. [cf. Apul. Met. VI. p. 421. IX. p. 619. X. p. 682. Apol. p. 516. Cort. ad Lucan. VI. 715. Duk. ad Flor. II. 6. §. 33. Oud. Animadv. ad Veget. c. XX. in Misc. Obs. Vol. VII. P. I. p. 141. De sententia comparat Modius Odyss. x. 239. 240.]

mordicus. [Magna est interpretum de vocabulis *mordicus, mordicitus* et

rario melior me sententia revocavit, ne morte multata Fotide salutares mihi suppetias rursus exstinguerem. Deiecto itaque et quassanti capite ac demussata temporali contumelia, durissimo casui meo serviens, ad equum illum vectorem

salvatores suppetias rursum p. *deiecta itaque δ. deiecto inque* P. *cassanti δ. equum*, quod ante *illum* in B. teste Elm. exulabat, in Mediana collatione comparet. Sed Elm. in eo videtur esse falsus, quod *equum* hic Mediana coll. probat, sed non agnoscat post *inductum*. Sed Scriver. prius *equum* uncis inclusit. *victorem* Venet. 2.: ut statim infra. *meum* abest a B. ζ. *ad equum illum vectorem illum δ.*

mordicibus disceptatio. Stewech. Colv. probant *mordicibus*, quod in Plaut. Aulul. II. 2. 57. invenisse se dicunt. Oud. qui *mordicus* in plerisque codd. hic legi pronuntiat, usum vocabuli illustrans ex Met. III. p. 183. IX. p. 637. Florid. n. 23. p. 110. (ubi nulla est scripturae diversitas) Prudent. Hamart. 690. Varr. R. R. 7. Hygin. CCLXXIII. p. 380. Stav., hic *mordicibus* ex cod. Flor. 1. et propter sententiam loci praefert, quoniam illic agatur de rebus, quae in ore sint, non quae appetantur. Quod enim addidit, apud Plautum quoque sic legi, non ita firmum est, ut argumentum inde deduci possit. *Mordicus* vero ea est forma, quam equidem hic unice comprobo. Neque enim Nonii tantum confirmatur auctoritate p. 138. et p. 139. Merc., sed una est, quae ex optimis scriptorum codd. potest erui. Inter *mordicibus* et *mordicitus* variant viri docti. Posteriori formae *mordicitus* novissimis temporibus Goeller. in comment. IV. de adverb. p. 13. et Lindem. ad Plaut. Aul. l. d. patrocinati sunt, alteram omnino reiicientes. Neque Handius, qui de his formis Turcell. III. p. 653. fusius disputavit, expedire se poterat, utrumque pro lubitu quasi defendens. Res aliter videtur esse constituenda. Primum enim codd. ubique in forma *mordicus* consentiunt, quae quamquam per analogiam aliam non confirmatur, eo tamen nomine improbari nequit; cf. Ramsh. Synon. I. p. CXVII. Nam quod Handius comparavit adverbium *secus*, huic rei plane alienum est. *Mordicibus* vero et *mordicitus* Romanis vindicare non audeo, quae in mera grammaticorum coniectura insistere videantur. Nonii enim p. 139. auctoritas non tanti est, ut inde res iudicetur. Quem enim attulit locum Plaut. ex Aul. si accuratius cum Mss. comparaveris, mirum est, qui omnes Mss. quantum scio hic acriter *mordicus* defendant. Hinc puto *mordicibus* a grammatico quodam esse profectum, qui ita versum Plauti per rationem metricam statui non posse sibi persuaserat. Antiquum tamen hunc esse errorem, Nonius ipse argumento est, et ad posteriores deinde ita profluxit, ut formam *mordicitus* inde fabricarentur, quae totius antiquitatis auctoritate destituta, in nonnullis hic legitur Apuleii codd. Sed qui *mordicitus* comprobat, *mordicibus* cum Goeller. et Lindem. negare non poterit, quod unde adverbium repetas, nisi a substantivo quodam *mordices*, non habebis. Quod tamen Oud. commoverit, ut propter significationem *mordicibus* praeferret, non intelligo, quia utrumque idem significat, si quidem *mordicibus* probum est.]

quassanti capite. Ex cod. *δ.* scriptura *cassanti* non nemo legebat ineptissime *casanti* sive in *casum prono.* Bene vulgatum defendit Piccart. in Peric. Crit. c. 4. [*quassans* neutrali sensu pro *quassatus* saepius legitur Plaut. Asin. II. 3. 23. Bacch. II. 3. 71. Serv. ad Virg. Georg. I. 74. cf. quos excitat Eckst. ad Voss. Aristarch. T. III. p. 861. Capite quassanti veteres iram nondum effervescentem sed adhuc repressam, quae ultionem meditatur, indicasse exemplis demonstrat Doed. Syn. IV. p. 37.]

ad equum illum rectorem meum. Ex Mss. in textu ita reposui, licet Oud. non probatum sit, qui verba *ad equum* e glossa nata existimat: unde recte a Scriver. aliisque uncis includantur. coll. Met. I. p. 65. *quod beneficium, etiam illum rectorem meum laetari.* Sed alterum bene defenditur ex Met. VII. p. 452.

meum probissimum in stabulum concedo, ubi alium etiam Milonis quondam hospitis mei asinum stabulantem inveni. Atque ego rebar, si quod inesset mutis animalibus tacitum ac naturale sacramentum, agnitione ac miseratione quadam
224 inductum equum illum meum hospitium ac loca lautia mihi praebiturum. Sed |

Verba *probissimum in stabulum* desiderantur in L. *quidam* P. *quendam* Iunt. 2. *indutum illum equum* G. D. P. *ac loca lauta* omnes Mss. et edd. vett. ante Colv. Vulcan. 2. et seqq. dederunt *hospitium loca ac lautia.*

meoque rectore illo equo. Huc accedit, quod in nullo codice vocabulum *equum* desideratur.]

quondam. Cave cum Lipsio legas *quidem* vel cum Aldo et Grutero Susp. c. 4. *quendam.* Argute dicit *quondam.* quia iam Milo non hospes erat asini sed fuerat Lucii.

hospitium ac loca lautia. [Longa est interpretum de hoc loco disputatio, quae tamen ad finem rem non perduxit. In eo fere omnes consentiunt, legendum esse *loca lautia*, sed quomodo haec verba explicari debeant, dubii adhuc haerent. Primum enim offensioni est, vocabulum *loca*, quod triplici ratione intelligunt apud Liv. XXX. 17. §. 14.. Brisson. de form. II. p. 252. *locum, loca, loca libera, aedes liberas* in hac quidem dictione pro eodem dici existimat; cf. Dr. ad Liv. XXVIII. 39. §. 19. Donatus ad Liv. XXX. 17. §. 14. *liberas aedes* interpretatur gratuito legatis a populo Romano traditas, *loca* vero intelligit sedes, quae regibus aut eorum legatis ad spectandum in theatro assignarentur vel in senatu aut comitio ad eos audiendos praeberentur, multisque exemplis rem suam confirmat. Oud. ad h. l. *loca* esse dicit *idonea in hospitiis et aedibus liberis conclavia.* Haec omnino non probantur. Primum enim sententiam ferri non posse, indicant loci Livii XXX. 17. §. 14. et XXXV. 23. §. 11. *aedes liberae, loca, lautia.* Qui enim inter se differunt *aedes* et *loca*? Altera vero, quamquam Livii locis non adversetur, ubi semper de legatis haec verba posita apparent, Symmachum tamen, Sidonium, Apuleium contrarios habet, h. l. et Met. IX. p. 614. *novus dominus loca lautia prolixe praebuit.* Tertia denique Oud. sententia mere commenticia est, quum in vocabulo *locus* omnino non insit. Ego rem ita explicaverim. Haec dictio *loca, lautia* in proverbium plane abierat et *loca* erant proprie certae illae, quae in theatris et senatu praebebantur, sedes legatorum. Hanc vero dictionem Apuleius in suum usum ita convertit, ut quid proprie sibi velint verba *loca lautia* omnino esset oblitus, et quae seiungenda erant, arctissime connecteret. Copulasse vero Apuleium *loca lautia* apertissime poterit demonstrari. Nostro enim loco omnes Mss. et edd. veteres praebent: *hospitium ac loca lauta* [errore solito pro *lautia.*] Quis tamen unquam ita dixerit *hospitium ac loca, lautia?* Copula vel omnino reiicienda vel etiam inter *loca* et *lautia* ponenda erat. Prius ab Oud. invitis omnibus Mss. tenere factum est, quamquam Livii locis adiuvatur, ubi particula nusquam apparet, si tertium quid his verbis additur. Idem scriptores posteriores vindicant. Sidon. Apoll. Epist. VIII. 12. s. f. *cuius si conivio lectoque succedas, dapes Cleopatricas et loca lautia putes.* Hic enim *loca lautia* coniungenda et de aedibus splendidis intelligenda esse nemo dubitabit, quum *lectum* et *loca lautia*: *conivium* et *dapes Cleopatricas* sibi opponantur. Nec aliter Symmach. L. IV. epist. 56. *Musis in Palatio loca lautia tu dedisti*: ubi de domicilii magnificentia tantum sermo esse potest. Hinc factum puto, ut posteriore tempore quum quid *loca lautia* essent, plane ignoraretur, mutarent grammatici *loca lauta*, quod non solum eorum libros occupavit cf. Serv. ad Virg. Aen. VIII. 361. *alii loca lauta legatorum quae in ea regione instructu accipere consueverant*, sed in Mss. etiam irrepsit. Et ita etiam

pro Iupiter hospitalis et Fidei secreta numina! praeclarus ille vector meus cum asino capita conferunt, in meamque perniciem illico consentiunt, et verentes

sacra P. *conseerata* δ. *secreta* F. 3. [in cuius contextu extat *et fidei secreta*, sed in margine ex eadem manu *et fides et secreta*, uti habet Iunt. 2. —] *secreta* ceteri quoque codd. et edd. habent. *et asinus capita conferunt* β.

loca lautia apud Apuleium volo intelligi. Lucium enim cibos et victum equorum quotidianum non appetiisse (ut *lautia* hic explicandum esset, si ab vocab. *loca* disiungeretur; cf. Intt. ad Liv. XXVIII. 39, §.19.) ex eo potest intelligi, quod diutius iam asini forma indutus ordeum et cetera equorum pabula respuebat Met. IV. p. 236. *ne me cum asino vel equo meo compascuus coetus attinere non potuit adhuc insolitum, alioquin prandere foenum. Hospitium* igitur in universum de stabulo intelligo, *loca* vero *lautia* de praesepi, quo equus et asinus stabulabantur, quodque ab ipsa Lucii manu largiter erat ordeo repletum, unde *lautia* nominantur. Eodem modo locus Met. IX. p. 614. de praesepio cibariis abundante capiendus est.]

pro Iupiter hospitalis. Stewech. ut concinniorem locum efficeret, scribendum esse arbitratus est: *hospitale ius et fidei secreta numina*, licet ipse concedat, *Iorem hospitalem* saepius apud Ciceronem, Aristotelem, Homerum alios esse nuncupatum, qui ius istud conservet ac violatores eius puniat. Hanc coniecturam Oud. non secutus est, comparans Ovid. Met. X. 224. et Apul. Met. VII. p. 477. [Barth. Advers. XXXIV. 14. p. 1571. de Iove Hospitali cf. Creuz. Meletem. I. p. 16. de diis hospitalibus quos laudat Kopp. ad Mart. Cap. I. §. 54. p. 98.]

secreta. [Lectionem revocavi, quae optimis codd. nititur. Oud. enim quamvis probe sciret, maxime Fidei locum esse in secretis, (unde *sancta fides* dicitur esse *arcanis laeta* cf. Sil. Ital. IIb 481. ibiq. Int. atque *ipsa panno velata* fingitur Horatio,) tamen caussam non vidit, cur Apuleius h. l. *Fidei numina* vocaverit *secreta*. Violari enim hic *sacra* non *secreta* dicit, unde voluit *sacrata*. [Aptius Oud. provocare poterat ad Met. III. p. 200. *sanctam silentii fidem*. Sed ea in re mihi non persuasit. Rarior quamquam est voc. *sacratus* significatio pro *sanctus* Intt. ad Virg. Aen. II. 157., *secreta* tamen difficilius erat explicatu, et lectionem alteram iudico librarii esse, qui in mentem sibi locum Apul. modo citat. revocaverat. Ita etiam Argol. ad Onuphr. Panvin. de Lud. Circ. l. l. in Graev. Thes. IX. p. 21. explicat cf. Liv. I. 21. §. 4. *Et soli Fidei solemne instituit flamines ... vehi iussit manuque ad digitos usque involuta rem divinam facere, significantes fidem tutandam* et Horat. Od. I. 35. 20 sq. Serv. ad Aen. I. 296. Lactant. I. 20. 26. *vel quod ei albo panno involuta manu sacrificabatur, per quod ostenditur, fidem debere esse secretam. Secreta fidei numina* dicta sunt pro *secretae fidei numina*, ut saepius in usu est apud Graecos et Romanos. De Fide dea cf. Intt. ad Cic. de Nat. D. II. 23. Kopp. ad Mart. Capell. II. §. 148. p. 198. Hartung. *Relig. der Röm.* Tom. II. p. 264 sqq.]

vector c. asino capita conferunt. Oud. vulgatam defendit contra Bemb. codd. lectionem *et asinus*, quam perperam Scriver. secutus est, ex notissima illa syllepsi, quae frequentissima sit veteribus in usu; coll. Salm. ad Vopisc. Aurel. c. 3. Burm. ad Ovid. Met. I. 320. et notat. ad Hist. B. Afr. c. 52. Immo ipsum Apuleium usurpasse eam saepius coll. Met. X. p. 747. *luno cum Minerva tristes* s. Florid. n. 23. p. 110. *nox cum die differunt.* Multum in hac dictione esse Dictyem Cretens., monuit idem Oud. cit. Periz. in Dissert. [quem tamen locum invenire non potui. cf. Ded. ad Dict. I. 16. Glossar. p. 258.] Wowk. in Misc. Obs. Nov. Vol. I. T. II. p. 9. [cf. praeterea Hand. Tursell. II. p. 138. et Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 1023., qui plurima afferunt.]

Digitized by Google

scilicet cibariis suis, vix me praesepio videre proximantem, deiectis auribus iam furentes, infestis calcibus insequuntur. Et abigor quam procul ab ordeo, quod apposueram vesperi meis manibus illi gratissimo famulo.

CAPUT XXVII.

225 Sic affectus | atque in solitudinem relegatus angulo stabuli concesseram. Dumque de insolentia collegarum meorum mecum cogito, atque in alterum diem
[141] auxilio rosario Lucius denuo futurus equi perfidi vindictam meditor, respicio pilae mediae, quae stabuli trabes sustinebat, in ipso fere meditullio Eponae deae

scilicet deest in *δ*. *cibariis* exulat ab O. *vix me* F. 1. 3. B. edd. vett. ante Colv. Ceteri codd. et edd. habent *ut me*. *me* abest a D. sed in margine a m. s. additum est. *tam furentes* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Par. *fruentis* Venet. 1. *inrectis* B., ut habet Modii collatio. In excerptis suis Elmenh. legebat *intectis*. *mei manibus* D. a m. p. Verba *illi gratissimo famulo* non comparent in B. *illigatissimo* F. 3. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. *in ligatissimo* P. *inligratissimo* G. et D. a p. m. sed a m. s. in margine correctum est *illi gratissimo*. Perperam vir doctus in margine nescio cuius editionis adnotante Oud. coniecit *ingratissimo*. De ceti. codd. Oud. silet.

ac in δ. *solitudine* O. *angulo stabuli concesseram* F. 3. G. D. P. R. f. p. In ceti. legitur inverso ordine *concesseram stabuli*. *de* exulat a f. *mearum* L. *in altum diem* ed. Beroald. Bas. 1. prave cf. ad p. 211. *resario* D. a p. m. *de noro* R. f. et in Oud. excerptis cod. G. In cod. ipso non legitur. Ita quoque extat in Edd. Colv. Vulcan. Mercer. Wower. Hoc ne latinum quidem esse, demonstrat Voss. de vitiis serm. IX. c. 3. [Hand. Turscll. II. p. 278.] *perfidi* F. 1. 3. G. P. D. R. f. d. *perfidia* B. Coll. Voss. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. *perfidiae* est in reliquis: unde Brant. coniecit *equinae perfidiae* et vir doctus quidam adnotante Oud.: *perfidiam dictam*. *quā stabuli* L. *vere* pro *fere* Vicent. Ald. Iunt. 1. Ber. Colin. Bas. 1. Stewech. notae sequenti praefixerat *vere*. *meditullii* F. 1. *Eponae* F. 1. 3. L. R. O. f. *δ*. *opponae* G. D., in cuius margine a m. s. est *eponae*. *etpone* P. *Hepponae* ed. pr. Vicent. Venet. 2. In reliquis extat *Hipponae*.

vix me praesepio. [Optimi codd. praebent *vix*, cuius glossa tantum *ut* videtur esse, quamquam ab Oud. mire comprobatum est, qui meliora edoctus erat. Saepius enim post *vix* adverbium, ubi particulae *ut*, *quum* aliae requiruntur, nulla inserta est particula. Deceptus igitur est Oud. qui *et* ante *deiectis* inseri, ac tolli particulam post *consentiunt* voluit. Sed cf. Virg. Aen. III. 90. *vix ea fatus erat: tremere omnia visa repente*. X. 659. *Vix proram attigerat: rumpit Saturnia funem*. Bach. ad Ovid. Met. II. 47. Saepius tamen *et* additum est, quod ut Graecorum *καὶ* accuratius nectit orationis partes, ubi res celeriter consecuta esse dicitur. cf. Burm. ad Virg. Aen. III. 9. Wagn. Quaest. Virgil. XXXV. 6. Hand. Tursell. II. p. 482. sq.]

Cap. XXVII. *meditullio* [de vocis usu et significatione cf. Voss. Etymol. s. v. *medius* Doed. Synonym. V. p. 203. Elm. in indice excitat Gloss. Vulcan. p. 86. *meditullium τὸ μέσον* Tertullian. (?) *meditullium superciliorum*. Ciceronis aetate iam usurpatum fuisse voc. docet locus Topic. 8. §. 36.]

Eponae. [De origine vocis et scriptura valde discrepant interpretes. Plutarch. Parall. minor. c. 29. Tom. II. p. 312. rem ita enarrat: *Φούλβιος Στέλλα μισῶν γυναῖκας ἵππῳ συνεμίσγετο· ἡ δὲ κατὰ χρόνον ἔτεκε κόρην σύμμορφον καὶ ὠνόμασεν Ἐπονην. Ἐστὶ δὲ θεὸς πρόνοιαν ποιουμένη ἵππων*: ex quo loco rectius scribi deberet *Ἰππόνα*, quod alii praeferunt. Sed ex his commentis quam incerta sit scripturae constituendae argumentatio, omnibus est notissimum. Quam vero adtulit Haverk. ad Tert. Apolog. c. 16. n. 22. nummi rarissimi inscriptio, quem Seguinus vulgavit, nihil ad rem valet, quum monente Oud. non pertineat ad hanc deam sed coloniam Hipponensem. Satis firmiore auctoritate altera forma defenditur, de qua accuratius Doed. Synonym. IV. p. 287 sq. disputat, qui *Epona* pro *Equona* dici existimat: ut *Tarpinius* pro *Tarquinius*. Sic optimi codd. et inscriptiones (cf. Grut. 87. 4. 5. 6.

Digitized by Google

simulacrum resi|dens aediculae, quod accurate corollis roseis *et quidem* recen- 226
tibus fuerat ornatum. Denique agnito salutari praesidio pronus spei, quantum

equidem omnes quantum scio Mss. et edd. vett. *attento salutari praes.* B. *praesidio remedio* p.

et Frick. in Act. Soc. Ienens. T. V. p. 214.) *Epona* ubique praebent. Aliter Orell. in Coll. Inscr. Lat. 1793. p. 330. rem diiudicavit, quum utrumque vocabulum omnino disiungeret, *Epona* ab *ἐπὶ* et *ὄνος*, *Hippona* ab *ἵππος* repetens. Sed quantopere in eo erraverit, id unum argumento est, quod haec dea Romana erat nec a Graecis petita, unde Barth. Advers. XXVI. c. 11. p. 1268. et XXXVII. 1. p. 1675. omnibus auctorum locis *Equona* restituit. Praegressus tamen est in errore quamquam dissimili Breitinger., qui teste Oud. deam illam iumentorum ubique *Hipponam* rescribendam et deam *Eponam* fuisse topicam et tutelarem contenderat in Suppl. Act. Nov. Lipsiens. T. VI. S. IV. p. 153. Scripturam *Eponae* defendunt praeterea Int. ad Iuv. Sat. VIII. 157. ad Minuc. Fel. c. 28. Heins. in Epist. Corp. Tom. IV. p. 208. 262. ad Prudent. Apoth. 197. Munk. ad Fulg. p. 773. qui omnes docent, Eponam non equorum solum sed et mulorum et asinorum atque agasonum deam fuisse. Erat porro haec dea cum Priapo, cum Vertumno inter deós Simones, quos teste Fulgentio l. c. ita nominavere antiqui, quod nec coelo dignos censerent, neque terrenos deputare vellent. De numine Eponae cf. Argol. ad Onuphr. Panvin. de Lud. Circ. l. l. in Graev. Thes. IX. p. 110. Buleng. de Circ. Rom. Tract. de equis c. 20. ibid. p. 746. Tomasin. de donar. vett. c. 32. in eiusd. T. XII. p. 862. Hartung. *Relig. der Röm.* T. II. p. 154.]

residens aediculae. Hanc lectionem, quam Stewech. et Dousa mutarunt in *praesidens aediculae*, Lipsius et Gruter. Susp. VI. 4. in *residens sediculae* i. e. sacrato loco [de qua voce cf. Oud. ad Suet. Caes. c. 84. Vulp. ad Tib. I. 2. 83.]; Heins. ad Ovid. Fast. V. 123. in *praesidens equili*, Oud. bene his verbis defendit: Non loquitur auctor de toto stabulo seu equili sed de media eius pila, in cuius meditullio ait fuisse Eponam residentem *aediculae* eratque receptaculum quoddam seu repositorium et loculus, vel pilae adpensus vel in recessu eius excavatus, in quo deae erat imaguncula cf. Pric. ad Act. Apost. XIX. 24. Fabrett. Inscript. p. 16. Gorium ad Insc. Donii p. 86. Comment. ad Petr. c. 29. Nec offendere debebat Heins. ad Prudent. Apoth. 197. in dativo *aediculae*, male ab eo in *aedicula* mutato, quem Oud. vindicavit, ex Met. VII. p. 460. *asello .... gerenti residens.* IX. p. 656. *nudae spinae meae residens.*

roseis et quidem recentibus. [Quamquam omnes, quantum scio, codd. hic *equidem* retinent, nulla tamen ratione id defendi poterit, nisi particula *et* addatur, quae copulativa saepius adiuncta invenitur apud Plautum et Terentium, male a criticis omnino reiecta cf. Plaut. Cistell. II. 1. 46. *et equidem hercle nisi peditatu tertio ... efflixero* cf. Hand. ad Tursell. II. p. 436. Quum vero scripturae discrepantia inter *et quidem* et *equidem* fere semper inveniatur, ubi alterutrum scriptum est, hic *et quidem* in textu ponere non dubitavi.]

denique. [Markl. ad Stat. Silv. Epist. Lib. III. coniecit, *tum denique*, ut *tum* ob praecedens *ornatum* exciderit. *Denique* vero hic significare: *ut brevis sim*, falso pronunciat, ab Hand. iam in Tursell. II. p. 265. vituperatus, qui per *postremo* particulam explicat coll. Terent. Phorm. I. 2. 71. Quod equidem comprobo. Hac enim significatione tunc demum haec particula ponitur, quum narratio alicuius rei actae per partes et ordine ad extremum tempus procedit. De altera eius et longe tritiore sententia cf. Hand. Tursell. II. p. 271 sqq.]

agnito. Placuerat Bertini cod. lectio *attento* i. e. *animadverso* Sciopp. in Suspect. Lect. I. 22. Sed iam dixerat,

Digitized by Google

extensis prioribus pedibus adniti poteram, insurgo valide, et cervice prolixa
227 nimiumque porrectis la|biis, quanto maxime nisu poteram, corollas appetebam. Quod me pessima scilicet sorte conantem servulus meus, cui semper equi cura mandata fuerat, repente conspiciens indignatus exurgit et: Quousque tandem, inquit, cantherium paticmur istum paulo ante cibariis iumentorum, nunc etiam simulacris Deorum infestum? Quin iam ego istum sacrilegum debilem claudumque

prioribus F. 1. 3. G. D. P. O. p. f. ∂. et omnes edd. vett. Colin. Bas. 1. quod retinui. In cett. est *primoribus*. De utraque forma ex auctoritate tantum Mss. diiudicandum esse existimo. *poteram* abest a D. a p. m. sed in margine a m. s. additum est. *et* ante *cervice* exulat a G. P. O. D. f. *nimium quam* F. 1. et edd. vett. *nimiumque* F. 3. et reliqui codd. Errat enim Pricaeus, cum scribit in O. et ed. Vicent. legi, *nimium nimiumque* quod alioquin non displicet. *nimium et* est in solis edd. Colv. Vulc. Wower. *porrepta* D. *maximo* ∂. B. et edd. vett. praeter Iunt. 2. *nixu* O. Edd. Ber. Bas. 1. *scilicet* abest a P. *pessima sorte conantem scilicet* O. *conatus* P. D. [a p. m. in margine a m. s. *conantem*.] *serrus* Iunt. 2. *equinum* L., unde Colvius coniecit *equilium* vel *equi num*; Gruter. Susp. VI. 4. placuit *super equino* vel *equirino*. *Equilium* margini etiam Lips. adlevit. Colvium credo voluisse, *equi nim.* sive *nimirum*: vel *equini* i. e. *equilis*. Sed servo illi non equile, sed unicus Lucii equus fuerat commissus. Nec variant ceteri libri. In f. est *equi mei cura*. *mandata fuerat* F. 3. G. D. P. f. ∂. Iunt. 2. In cett. est *fuerat mandata*. *exugit* G. *chariter tum* pro *cantherium* P. *carither tum* G. *carithentum* D. in marg. a m. s. *catherium*. *patiremur* Venet. 4. *tunc etiam* G. P. D. O. *infestumque* B. In Elm. notis haec male leguntur ad *claudumque*. *ego* exulat a G. D.

respicio. Animadversis igitur rosis agnoscebat quoque, eas sibi salutare praesidium fore ex Fotidis admonitione.]

nimiumque. Ex optimis codd. ita restitui contra Oud., qui *nimium quam* ex Plaut. Bacch. I. 2. 13. comprobat, quod per sententiam reiici non poterit. cf. Met. II. p. 113.

quanto maxime nisu. Minus bene ita dici pro *maximo*, olim Oud. in Miscell. Observ. T. II. Vol. II. p. 305. contenderat, dictionem *quantus maximus* ex multis exemplis illustrans Cic. de Amic. c. 20. Gell. X. 13. Dr. ad Liv. XLII. 15. §. 1. Burm. ad Suet. Caes. 44. et Ner. 47. Cort. ad Plin. Epist. III. 21. Heusing. Emend. p. 284. [cf. Dr. ad Liv. VII. 9. 8. IX. 10. §. 10. Sed alterum quoque in usu fuisse docent Liv. IX. 24. *quanto maxime poterat cum tumultu* et X. 40. *quanto maxime posset moto pulvere*, quae ne commovent ne quid immutem.]

pessima scilicet sorte. [*Scilicet*, quod a Palat. exulat, Scriver. et Pric. uncis incluserunt, Elmenh. omnino vult deleri. Recte tamen Oud. ex negligentia librariorum id factum esse demonstrat, quos nota vocabuli: *s* vel *sc* saepius effugit, praesertim quum eadem littera sequeretur. Sed in eo erravit idem vir doctus, quod *scilicet* particulam non raro poni existimat, ubi videatur ea etiam abesse posse. Ubique enim vim suam retinet, ut in ipsis exemplis, quae ab Oud. sunt prolata. cf. Met. IV. p. 245. p. 259. p. 281. p. 289. V. p. 352. Ad ornatum enim orationis videtur pertinere eamque quasi vividiorem reddere eius, qui ironice et lepide rem enarrat.]

cantherium. [De vocis significatione cf. Turneb. Advers. XVII. 23. p. 594. et Doederl. Synonym. T. IV. p. 288. Proprie enim ut *caballus* equus castratus est. Id apertissime potest intelligi ex Senec. ep. 87. ubi §. 7. et 8. idem Catonis equus *cantherius* et *caballus* nominatur. Ita emendandum puto Gloss. Isid. p. 690. *pririvirgius (primirirgius) caballarius quod privus (primus) est militiae in virgines*. Videmus igitur cabellarium ad homines translatum esse *eunuchos* ut idem Isidor bis emendandus est. p. 682. *herniarius* [*herculaneus Eunichus) eunuchus* ab *hernia castratio*. *Cantherius* apud Apuleium de vili tantum usurpatur equo.]

debilem. [*Debilis* est *mancus* ac *mutilus* cf. Barth. Advers. XXXV. 14. p. 1612. Lindn. ad Minuc. Fel. c. 21. §. 13. Bunem. ad Lactant. VI. 9. 12. Burm. ad Anthol. T. I. p. 596. Hand. ad Gron. Diatr. Lib. II. S. VII. T. I. p. 218.]

reddam: Et statim telum aliquod quaeritans, temere fascem lignorum positum offendit, rimatusque | frondosum fustem, cunctis vastiorem, non prius miserum 228
me tundere desiit, quam sonitu vehementi et largo strepitu percussis ianuis, trepido etiam rumore viciniae conclamatis latronibus profugit territus.

quaerens invenire L. R. O. P. G. D. f. ∂. π. *quaeritans temere* F. 1. Rim. Scriv. Pric. Florid. *quaeritans emere* F. 3. p. ed. pr. Vicent., in cuius margine a viro quodam docto emendatum est *invenire* vel *eruere*. *Quaeritans eruere* Junt. 2. *quaeritans omnem fascem lignorum positum adscendit* B. vitiose. *farcem* F. 3. *positum* abest a ∂, in quo etiam *temere* exulare suspicatus est Oud. *ōnt* pro *offendit*, quod in marg. a m. s. additum est, D. *caeteris vastiorem* P. p. *tondere* ∂. Paris. *videre* p. *sonitu* D. a m. s. *Percutis* emendavit Brant. sed frustra. *Fores quati* et *percuti* in nostro et aliis est obvium. Neque fractas adhuc innuit vel prolapsas. Nam statim sequitur: *Nec mora, cum vi patefactis aedibus. tumore* pro *-umore* maluit Mercer. in Ed. Paris. Ann. 1601. *conclamantis* F. 1. 3. L. O. *latronibus* F. 1. 3. L. 2. D. G. f. ∂. O. In cett. libris et edd. *latrones. fugit* Rim. et seqq. edd.

telum quaeritans, temere fascem lignorum positum offendit. Ita ex optt. codd. legendum esse arbitror, quum alii aliter hunc locum expediant. Grut. Susp. VI. 4. veniebat in mentem, scripsisse forsan Apuleium: *telum aliquod quaerens, in foenile fascem lign. p. off.*, quod ut minus intelligerent alii, antiqua fecisset scriptura *venile. Foenile* enim proxime stabulum esse, immo aliquando in ipso stabulo. Haec non minus improbantur, quam Bertina interpolatio, quod verisimile non est, plures lignorum fasces tam grandes ibi iacuisse, ut eos ascendere deberet servus fustem *quaeritans*. Porro si tanti ibi fuissent lignorum fasces, quomodo *quaeritasse fustem* dici posset equiso? Oud. probat lectionem *quaerens invenire* i. e. *conans, volens, studens* coll. Met. III. p. 215. *scire quaerebam* V. p. 361. *quaerit abscondere.* VI. p. 413. VII. p. 492. Se enim in eo non offendere, minus commode iungi *quaerens invenire*, quum idem Apuleius Met. VIII. p. 571. *fugiens effugere* dixerit. [De constructione cf. Bach. ad Ovid. Met. XI. 755. Lambin. ad Horat. Od. I. 11. 1. Intt. ad Propert. II. 2. 5. De *quaerere* pro *quaerendo invenire* vel *sibi parare* cf. Intt. ad Virg. Georg. I. 134. Recte tamen habet lectio *telum aliquod quaeritans, temere fascem lignorum positum offendit. Temere* enim est sine cura, non de industria. Quod vero Oud. monet, eum, qui telum *quaeritat*, dici non posse *temere* offendere fascem lignorum, in eo recte dubitat, sed si *temere* ad *positum* refertur, quid tum offensionis in h. l. insit, non video.]

conclamatis latronibus. Ex Mss. vestigiis h. l. cum Cov. et Oud. ita constitui. *Conclamare* enim de omnibus rebus dicitur, quae sicui eveniunt, voce doloris, timoris, gaudii vel indignatione sunt coniunctae. cf. Ovid. Met. X. 385. et potissimum de iis hominibus, qui calamitatem perpessi vocem ululabilem emittunt. Librorum vero discrepantia inde exorta videtur esse, quod *conclamare* propria sua vi hic positum esse librarii putarant i. e. *clamore convocare* cf. Ovid. Met. XIII. 73. Gesn. ad Claudian. de Rap. Proserp. III. 4. Attamen non negandum est, inusitatam esse hanc rationem dicendi, quam uno tantum exemplo Oud. confirmare potuit. Senecae Epist. XVII. §. 3.: ubi e duobus Mss. Leidd. legi voluit *cum aliqua vis conclamata est*, quum ceteri praebeant *cum aliqua conclamatio est.* —] Geminatione vocabuli *latronibus*, quam necessariam esse putabat Stewech., non opus est, ut bene iam Oud. demonstravit coll. Prop. IV. 4. 13. Stat. Achill. II. 33. Val. Flacc. VI. 28.

Digitized by Google

CAPUT XXVIII.

Nec mora, cum vi patefactis aedibus globus latronum invadit omnia, et singula domus membra cingit armata factio, et auxiliis hinc inde convolantibus obsistit discursus hostilis. Cuncti gladiis et facibus instructi noctem illuminant; coruscat | in modum ortivi solis ignis et mucro. Tunc horreum quoddam satis validis claustris obseptum obseratumque, quod mediis aedibus constitutum gazis Milonis fuerat refertum, securibus validis aggressi diffundunt. Quo passim recluso totas opes vehunt raptimque constructis sarcinis singuli partiuntur. Sed gestaminum modus numerum gerulorum excedit. Tunc opulentiae nimiae nimio ad extremas metas deducti, nos duos asinos et equum meum productos e sta-

cum impatefactis ed. pr. Vicent. Ven. 2. 4. Iunt. 1. *cum nipatefactis* Ald. quae creberrima est varietas cf. Liv. II. 20. §. 8. *globosus* p. *tingit* δ. *ex auxiliis* Beroald. Bas. 1. *obtitit* Coll. Voss. *decursus* P. φ. *occursus* B., quod deinde invexit Colv. cum Vulc. Merc. Wow. *discursus* est in cett. codd. et edd. vett. Elm. latrones enim per omnia domus membra discurrentes, ab omni parte resistebant auxiliis convolantibus. *cuncta* G. P. D. a m. p. *cunctis* D. a m. s. p. Iunt. 2. *et facibus* F. 3. G. D. L. f. δ. Bas. 2. in cett. est *ac facibus*. Verba *instructi noctem illuminant* ignorat L. *coruscant* G. D. P. B. φ *ignis* exulat a p. *ortus solis* L. et edd. vett. ante Colv. praeter Iunt. 2. quae *ortivi solis* habet. A. B. G. L. [teste Oud.] D. a m. s. Vulcan. Mercer. Wower. *orti bisolis* F. 3. *ortibi solis* F. 1. *ortib isolis* G. *orti bis solis* φ. p. *ortibis solis* δ. *correum* D. a p. m. *obsectum* G. P. *obsectumque* omisso *obseratum* quod in marg. additum est D. *et mediis* pro *quod mediis* δ. *constitutum e gazis* L., unde Colvius scribit *constitutum et gazis*. Sic etiam Sepingius. Nec male, quamquam nec opus est. *refectum* f. *diffundunt* G. D. L. P. f. δ. *discindunt* π. *sarcinis* deest B. *singuli* φ. scilicet iumentis. At male. Singuli latrones partiebantur gerendas sarcinas. Sed tum viderunt gestaminum modum excedere suorum numerum, et hinc demum iumenta in stabulo inventa producunt iisque sarcinas imponunt. *partiunt* G. *gerulonum* F. 1. 3. L. R. O. φ. *gestulorum* δ. In cett. *gerulorum*. *nimio* abest a B. D. a m. p. [sed in marg. a m. s. additum est.] Uncis includerunt Elm. et Scriver. deletque Sciopp. *metas* F. 3. G. D. O. B. L. δ. β. M. et Becich. Mss. cf. Epist. 4. Elm. Scriv. Pric. In reliquis est *incitas*. *et stabulo* D. a p. m.

Cap. XXVIII. *domus membra*. [De vocis significatione, quod etiam de rebus saepe dicitur inanimatis cf. Voss. Etymol. s. v. *membrana* Elm. in ind. Apul. qui excitat Suet. Aug. 48. *membrum superii* Eucher. in Genesin. *membra atri* alios. Potissimum de aedificiorum partibus usurpatur; cf. Cic. ad Quint. fr. III. 1. 1. Plin. Epist. II. 17. Lindenbrog. ad Ammian. Marcell. XV. 7. §. 5. cf. ad Met. VII. p. 448.]

passim. [Hic significat *omnibus locis*, *undique* cf. Cic. pro Sull. c. 15. Suet. de cl. rhet. c. 15. Heyn. ad Tib. IV. 1. 22. Mitscherl. Lect. in Catull. p. 150. Quae enim *passim* proveniunt, undique et copiose adfluunt. Eodem modo Apul. Met. IV. p. 278. *passim ad futurae praedae receptaculum reseramus* legitur.]

gerulorum. [Non solum propter frequentem huius vocis usum apud Apuleium hanc vocem alteri lectioni *gerulonum* praetulerim cum Oud., qui Met. IV. p. 274. VI. p. 415. p. 421. VIII. p. 585. IX. p. 669. XI. p. 788. comparat, sed ne dici quidem ita potest, quum linguae rationi terminatio *gerulo* plane repugnet. In hoc solo loco nititur error, qui passim devulgatus est. Ita tantum defendi possit forma, si accipiamus a *gerulus* factum esse, ut a *mutilus*, verbum *gerulo*, et hoc deinde in substantivum abiisse.]

ad extremas metas deducti. Oud. comprobat alteram lectionem *ad extremas incitas*, quae doctior videtur esse. Neque enim videt, quomodo *metas* se probare viris doctis possit, in quo ipse nullam sententiam idoneam reperit. *Meta* enim vel *metae* nunquam in hisce significare, nisi finem eius rei de qua agatur, metaphora a fine cursus desumta col. Apul. Met. IV. p. 281. Val. Max.

bulo, quantum possunt gravioribus sarcinis onerant, et domo iam vacua minantes baculis exigunt, unoque de sociis ad speculandum, qui de facinoris inquisitione nunciaret, relicto, nos crebra tundentes per avia montium ducunt concitos.

CAPUT XXIX.

3 Iamque rerum tantarum pondere et montis ardui vertice et prolixo satis itinere nihil a mortuo differebam. Sed mihi sero quidem, serio tamen subvenit 231

poterant gravioribus L. *poterant gravibus* G. D. P. B. O. f. δ. *potest gravioribus* F. 1. Scriver. edidit, ut Salmas. ex p. adscripsit, *quantum potest gravibus*. Oud. mavult cum Sopingio ad marginem, *quantum pote*, οἷα δυνατόν, quod non intelligentes librarii *potest* et in *poterant* mutaverint. cf. Met. I. p. 43. *quanto* B. *spectandum* F. 1. quod F. 3. in marg. ab eadem manu habet. Exorta est haec lectio ex compendio *spec'landum*. *nunciare* Bas. 1. *nunciarit* Vulc. 2. *renunciarat* G. D. *crebra* F. 1. p. *crebre* δ. *ducant* O. unde Oud. coniecit *ductant*.

serio quidem ed. pr. *at serio* B. *serio tamen* F. 3. B. et edd. vett. Wow. Elm. Colv. Paris. Mercer. Cett. codd. et edd. habent *sedulo*, quod etiam in margine F. 3. ab eadem manu correctum legitur.

VIII. 7. §. 10. Ext. Val. Flacc. VI. 309. Petron. 94. Dr. ad Sil. V. 406. IX. 549. Val. Max. III. 7. §. 1. Ext. cf. ad Met. IX. p. 618. Ipse explicat *incitas*, latrones per nimias opes se expedire non potuisse, nec pedem promovere quivisse. [Sed accuratius rem pertractemus. *Ad incitas redactus* lusor dicitur, qui plurimis calculis spoliatus reliquos nullos habet nisi alligatos, quorum nullum movere sine magno detrimento potest: translate autem infelix et afflictus, qui fortunis et opibus privatus in summa rerum difficultate et consilii inopia versatur, ut expedire se nequeat, uti bene interpretatur Wernsd. in Excurs. XI. ad Seleii Bassi Carm. 180. in Poet. L. M. Tom. IV. p. 419. cf. Scalig. Append. ad Coniect. in Varr. VI. p. 186. Salm. ad Vopisc. Proc. c. 13. T. II. p. 739. 740. Voss. Arist. Tom. I. p. 523 sq. ibique Förtsch. Voss. Etymol. s. v. *cieo*. Taubm. ad Plaut. Trin. II. 4. 136. Turneb. Advers. XXVII. 3. p. 1007. Explicationem Oud. quamquam equidem probo, primum tamen codd. optt. obstat auctoritas, deinde offendo in voce *extremas* quod, quantum scio, nusquam vocabulo *incitas* additum nec legitur nec legi potest. cf. Gloss. Isid. p. 683. *incitae; ultima condicio fortunarum.* Deinde latrones quomodo dici possunt summa opulentiae abundantia ultima esse perpessi et ad consilii quandam inopiam deducti, ut qui sese expedirent, invenire non possent? Nam statim videmus, eos non ita fuisse consilii inopes. Fortasse igitur rectius coniunges *ad extremas metas nimiae opulentiae nimio deducti (ut ultimas metas vitae* idem dixit Met. IV. p. 281.), quibus verbis significentur summae divitiae. Quamquam enim globus erat latronum et armata factio, minor tamen erat numerus ad opes portandas, ut asinum et equum gravioribus etiam sarcinis onerarent. Aliter locum mendosum explicare nequeo, etsi non infitier, hanc quoque interpretationem multum habere offensionis. Ita *nimio* est adverbium et *incitas* docti librarii videtur esse emendatio.]

minantes. [De usu huius vocabuli cf. Intt. ad Fest. p. 336. Lindem. Voss. Etymol. s. v. *minor* p. 323. Barth. Advers. XLVII. 7. p. 2198. Elm. in ind. Apul. qui posteriorum auctorum exempla adtulit plurima. Cramer. ad Schol. Iuven. VI. 327. p. 251.]

crebra. [Ex codd. F. 1. et p. c. Oud. recepi, quod non fecissem nisi, Ms. p. idem servaret, qui cum F. 3. accuratissime congruit, ut librarii mei diligentiam id effugisse videatur. De *crebra* supra iam dictum est Met. II. p. 132.]

CAP. XXIX. *nihil a mortuo diff.* [De sententia cf. Barth. Advers. XXV. 2. p. 1214.]

sero quidem serio tamen. Ex optimo

Digitized by Google

ad auxilium civile decurrere et interposito venerabilis principis nomine tot aerumnis me liberare. Cum denique iam luce clarissima vicum quempiam frequentem et nundinis celebrem praeteriremus, inter ipsas | turbellas Graecorum [142]

cuvile D. a m. p. sed in margine scriptum est *civile*. *cubile* F. 3. G. P. p. Coll. Voss. d. f. *venerabili* G. D. O. Ed. Florid. *cumque denique* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Aid. *victum* D. a p. m. *frequente* G. P. *turbellas* F. 1. G. D. B. R. f. *turbelas* F. 3. d. Coll. Voss. Elm. Scriv. Pric. *turbulas* legit Oud. in suis excerptis B.. quod equidem in Modian. non inveni.

cod. F. 3. Oud. secutus locum ita constitui, cuius elegantem paronomasiam interpretes non intellexerunt. Eadem ratione Apul. dicit Met. V. p. 329. *memineris meae seriae monitionis, cum coeperis sero poenitere.* ibid. p. 325. *nemo pareret, chorus tamen esse pateret.* p. 349. *mellita cantus dulcedine mollita.* [In Floridis has potissimum, ut ita dicam, agnominationes Apuleius captasse videtur, quum orationum ea sint fragmenta, publice in auditoriis et maxima hominum corona circumstante ex more Sophistarum illius temporis habitarum. Hos vero tales sermonis, quos putabant, flosculos tamque gratos auribus verborum concentus mirifice amasse notissimum est. cf. Florid. I. 3. p. 16. *cecinit et cecidit.* 7. p. 23. *actis et auctis* 9. p. 30. *parva et prava.* I. II. 9. p. 38. *experti propter beneficium, expertes propter exemplum.* 10. p. 41. *amnium fluores, pratorum virores ... volatus avibus, volutus serpentibus.* — Lib. III. n. 16. p. 62. *sanis natabula et aegris medicabula.* p. 67. *valere et plaudere ... dolore et plangere.* et saepius Apol. p. 436. *facilius mergunt quam regunt.* ibid. p. 445. *Non enim ubi prognatus sed ubi moratus quisque est ... nec qua regione sed qua ratione.* cf. Munk. ad Fulg. Myth. p. 625. Stav. Quoties has paronomasias librarii neglexerint, docet Oud. ad Met. V. p. 330. ubi cf.]

cum denique. [De hoc particulae *denique* inusitato plane positu, quem Goer. ad Cic. de Finn. II. 30. §. 98. probare studuit, cf. Hand. Tursell. II. p. 277. sq.]

frequentem et nundinis celebrem. [Quam diverso modo V. D. discrimen inter utrumque vocabulum constituerint, docent, quae disputat Doederl. Synonym. I. p. 25. et VI. p. 58. sq.: cuius tamen sententiae subscribere nequeo dictantis, *celebrare* magis ad auditum, *frequentare* ad visum tactumve referri. Quod enim nostrum locum germanice *voll und lebhaft* verterit, in eo mihi videtur errasse. Ego *frequens* retulerim ad numerum hominum, qui in hoc vico habitabant satis grandem, *celeber* vero ad hospites et advenas, qui nundinarum caussa ad urbem confluxerant *volkreich und besucht.* cf. Ramsh. Synonym. I. p. 206.]

turbellas. [Ita scribendum curavi. Forma enim *turbelas*, quam ex analogia verbb. *suedela, caudela, tutela* al. Oud. latinitati vindicat, huic ipsi omnino adversatur. Nam haec substantiva, quae in *ela* desinunt, omnia vel a verbis 2. coniug. petuntur: ut *candela, suadela* vel a supinis verbb. ut, *tutela, cautela, sutela, corruptela;* vel a substantivis 3. decl. ut *clientela, parentela.* Eodem modo Tertull. de Anim. c. 40. p. 342. ed. Rigalt. dicit *peccatela.* Unde efficitur, si hac terminatione hoc vocabulum velles designare, *turbatela* neque vero *turbela* dicendum esse. Unice probantur formae *turbula* et *turbella.* Ut enim a *cista* fit *cistula* et *cistella.* ab *unguis: ungula* et *unguella:* ita quoque a *turba* formatur *turbula* et *turbella.* Posterius, quod plurimi codd. praebent, alteri praeferendum esse duxi. quamquam non negandum est, *turbula* usu Apuleii, cuius proprium videtur esse, magis comprobari. cf. Met. X. p. 750. XI. p. 765. De his denominativis cf. Voss. Arist. Tom. II. p. 701. p. 704. et p. 713. Eckst. Deinde quod Oud. cum Florid. constituit inter utrumque vocabulum discrimen, vix potest

genuino sermone nomen augustum Caesaris invocare tentavi et: O quidem tantum disertum ac validum clamitavi, reliquum autem Caesaris nomen enuntiare non potui. Aspernati latrones clamorem absonum meum, caedentes hinc 232
inde miserum corium nec cribris iam idoneum relinquunt. Sed tantem mihi inopinatam salutem Iupiter ille tribuit. Nam quum multas villulas et casas amplas praeterimus, hortulum quendam prospexi satis amoenum, in quo praeter ceteras gratas herbulas rosae virgines matutino rore florebant. His in-

genuino F. 1. G. D. et ut videtur omnes libri et edd. vett. praeter F. 3. B. φ. ed. pr. Iunt. 2. Venet. 4. Paris. Stewech. Vulcan. et Mercer. *gemino* retinebant. *augusti* D. a p. m. et p. [In Elm. editione operarum errore legitur *augustum*, quod in coll. F. 3. ab diligentissimo librario non correctum est, quamquam suspicari licet, non ita legi in ipso codice]. *invocari* G. D. a p. m. *o quod* δ. *oo quidem* D. a p. m. *o* plane omittitur in G., in cuius margine a m. s. additum est. *et validum* G. D. δ. f. O. *obsonum* δ. *crebris* L. *reliquerunt* G. D. P. *inopinantem* D. a p. m. *et multas* R. *praeterivemus* O. δ. *ceteras* librarii culpa, ut verisimile est, elapsa est editione Floridi. *g'as herbulas* P. *margines* pro *cirgines* B. *florebant* F. 3. G. D. P. L. O. R. B. δ. ed. pr. Aid. et edd. priores Merc. Wower. *fluebant* F. 1. Vulcan. et seqq. De ceteris codd. nihil adnotavit Oud.

credi, quantopere in eo luserit. Putat enim auctorem *turbulas* dixisse de hominum magno numero, *turbelas* de iisdem tumultuantibus et ultro citro discurrentibus. In locis enim, quos ego deprehendere potui, *turbela*, de perturbationibus dictum est et confusione; cf. Plaut. Bacch. IV. 8. 134. Pseud. I. 1. 118. et Apul. de D. S. p. 146. et de turbis hominum frequentibus Apul. Met. IV. p. 382. VII. p. 417. Posteriorem significationem *turbula* habet in locis Met. X. p. 750. et XI. p. 765. Hinc efficitur, nullum esse utriusque vocab. discrimen, quum nec locis nec terminatione comprobari possit.]

genuino. [Legendum esse *genuino* nec *gemino*, quod Rhoer. in Fer. Daventr. p. 226. ineptissime pro *utraque lingua Graeca et Romana* exponit, contra Stew. Colv. Vulcan. Mercer., ex Apul. locis IV. p. 304. V. 343., ubi idem error circumfertur, Oud. bene vindicat. [*Genuinus* enim, est *proprius* vel *patrius* cf. Creuz. et Mos. ad Cic. de Rep. II. 16. p. 253. Gell. II. 2. III. 3. Amm. Marc. XII. c. 8. Apul. Met. IX. p. 629. XI. p. 775. VIII. p. 554. IX. p. 622. et 648.]

nomen augustum Caesaris invocare. In calamitatibus et pressuris fidem Caesaris eiusque genium invocare solebant veteres; cf. infra IX. p. 674. Spartian. Iulian. c. 8. Tom. I. p. 586. Brisson. de form. VIII. p. 718. Quae in Codd. D. et p. reperitur lectio *Augusti*, glossa videtur esse et ab Oud. ex Ovid. Fast. V. 567. bene est refutata [cf. Ovid. Trist. III. 8. 13. III. 1. 89. ibique Loers. Lucian. de Asin. p. 584. *ἐπεὶ δὲ πολλάκις, ὦ καῖσαρ, ἐναβοῆσαι ἐπεθύμουν, οὐδὲν ἄλλο ἢ οἰμώξομαι καὶ τὸ μὲν Ὦ μέγιστον καὶ εὐφωνότατον ἐβόων, τὸ δὲ καῖσαρ οὐκ ἐπηκολούθει*: unde iam intelligi potest, quam prave fecerint ii, qui *o* interiectionem vel omnino tollerent: ut omittit G. cod. et apud Lucian. ed. Fl. vel *au* coniicerent, quod minime convenit cf. Met. VIII. p. 587.]

rosae virgines. De sententia Elm. comparat Pervig. Vener. 22. *virgines nubant rosae* Liban. Progym. in Enc. Ver. p. 177. Catull. LXVIII. 46. *fama anus* Hudson. ad Ioseph. I. Ant. 1. *παρθένος γῆ.* [ut Plin. N. H. XVII. 5. 5. e contrario *anus terra* et XXXIII. 3. 15. *virgo terra.* Tertull. advers. Iud. 13. p. 199. A. ed. Rigalt. *in virgine saliva* id. de Ieiun. c. 6. p. 546. D. advers. Valent. 5. p. 252. B. *virginis senectae.* Immo proprium cuidam rosae nomen esse *Virgo*, adnotat Oud. excit. Bouh. ad Pervig. Ven. p. 185. Ita graece *παρθένος* usurpatur de quacunque re pura necdum temerata; cf. Valken. ad Eurip. Hippol. 1006. Blomfield. ad Aeschyl. Pers. 619.]

florebant. Ex optt. codd. ita recepi,

Digitized by Google

hians et spe salutis alacer ac laetus propius accessi. Dumque iam labiis undantibus affecto, consilium me subit longe salubrius, ne si rursum asino remoto prodirem in Lucium, evidens exitium inter manus latronum offenderem, vel artis magicae suspicione vel indicii futuri criminatione. Tunc igitur a rosis

et ante *spe* delet F. 1. Uncis hinc dein inclusum est. *me* abest a π. *subiit* G. D. f. *Lucilium* F. 3. *in evidens* F. 1. *suspetione* F. 3. *suspectione* p. *indicii* D. f. edd. vett. praeter Venet. 2. et Paris. Optime locum explicat Beroaldus: dum verentur, ne indicium faciam illorum furti expilationis; adde et criminantur, me indicaturum eorum scelus, si me in vivis relinquerent. Unde patet non opus esse, ut pro *futuri* substituas *furti*, quae vox ex interpretatione nata comparet in G. P. D. φ. β. *rosis quidem* G, D. P. Elm. Scriv. Ptic. Florid.

quamquam c. Oud. alteram lectionem *fluebant* probaverim, quoniam *fluere* dicuntur res, quae madent [cf. Intt. ad Liv. XXXIV. 47. §. 5. ad Virg. Aen. III. 626. Accedit quod Apul. Met. IV. p. 239. *non illas rosas teneras et amoenas, madidas divini roris et nectaris* dicit. Unice me impedit, ne hanc lectionem receperim, quod *herbulas* gratas rore matutino fluere dici posse nego. Deinde necessarium erat, ut *florem* rosarum auctor commemoraret, quae rubore micanti praetereuntem Lucium alliciebant, ut eas decerperet: et unde iam e longinquo intelligere poterat, eas rore fluitare?]

alacer ac laetus. [cf. Met. XI. p. 753. De discrimine verbb. cf. Ascon. in Cic. Verr. Act. I. 6. §. 17. apud Orell. Vol. V. P. 2. p. 132 sq. Doed. Syn. III. p. 247. Ramsh. Synonym. Tom. I. p. 208. Schwab. ad Phaedr. II. 5. 22. Cic. de Div. II. 26. §. 56. Ita coniungit Apul. Met. VII. p. 473. *gaudens laetusque.*]

subiit. Me, quod Cod. π. delet, abesse posse pronuntiat Oud., si *subit* pro *in mentem mihi incidit* ponatur. [cf. Curt. VIII. 2. 6. *subiit anniversarium sacrificium Libero patri non esse redditum.* Intt. ad Virg. Aen. II. 560. Ovid. Trist. III. 13. 24. Hic tamen non probo, quia Apuleius ubique vel accusativum, cf. Met. VII. 449. p. 452. p. 474., vel dativum Met. VII. p. 465. adsciscit. De dativo cf. Ruhnk. ad Heroid. XVIII 62. ubi *animo tuo* non sollicitandum est.]

suspicione. [Lectio F. 3. *suspetione* et p. *suspectione* quamquam mihi comprobatur, in textu tamen ponere non audeo, quia res nondum ad liquidum perducta est. F. 3. scriptura ita videtur exorta, ut *c* littera ante *t* omissa sit, quod non raro in Mss. deprehenditur, quum vice versa saepius addatur, ut *frutetum* et *fructetum: virectum* et *viretum* in Mss. passim occurrunt. Sic in G. 2. *mactutinus* pro *matutinus, comictere* pro *committere* al. legi. De forma *suspectio* haec possunt proferri. Erant qui propter metri necessitatem *suspectio* pro *suspicio* contra Mss. poëtis intruderent; cf. Bentl. ad Terent. Andr. III. 2. 21. Schwab. et Burm. ad Phaedr. fab. III. prol. 45. et ad III. 5. 36. Plures Intt. excitat Burm. ad Quint. Declam. I. 2. p. 7. Oud. ad Caes. B. G. VI. 7. ad Front. I. 8. p. 105. Munk. ad Fulg. Mythol. III. prooem. Quum vero *suspicere*, cf. Sall. Iug. 70. §. 1. *suspectus regi et ipse eum suspiciens*, de eo dicatur, qui alterum *suspectum habet*, apud Tacitum vero voc. *suspectare* eadem significatio sit tritissima et apud Apul. ipsum Apol. p. 585. *suspectans novam domum* legatur, hinc non video, quid impediat, quo minus *suspectio* idem esse, quod *suspicio et suspectatio* dicamus. Deinde Ms. Reg. apud Arnob. V. 16. *suspectio* comprobat, quamquam hic quoque pro more suo emendarunt interpretes *suspicio*. cf. Lips. Epist. Quaest. III. 15. Sed ibi tantum *suspectio* poni volo, ubi codd. optimi aperte id flagitant. De *suspectatio* cf. ad Met. X. p. 692.]

et quidem necessario temperavi, et casum praesentem tolerans in asini faciem 233
frena rodebam.

in asini specie M. β. *spem* δ. *frena rodebamus* M. β. *remordebamus* p. *fena rodebam* F. 1. 3. G. P. R. L. δ. Mss. Becich. D. in cuius margine *alii rodebamus*: ut habet B. et edd. vett. praeter Iunt. 2. quae cum F. 1. 3. consentit Wower. et seqq.

in asini faciem. Quod B. et M. praebent *in asini specie* et δ. *in spem* i. e. *speciem*, glossae tantummodo sunt. *Facies* enim pro tota forma cuiuscunque rei adeoque pro corpore animalis hominisque ponitur. Oud. confert Cerd. ad Virg. Georg. II. 85. 358. IV. 95. 361. Propert. IV. 4. 19. Ovid. Met. IV. 395: ubi eadem varietas. Pompon. Mel. I. 17. II. 1. 2. Solin. c. 10. 45. Gell. XIII. 29., qui hunc usum apertissime comprobat. Et ita dicit Apuleius Met. II. p. 218. IV. p. 239. et 268. VII. p. 457. IX. p. 650. XI. p. 755. [Burm. ad Prop. II. 267. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. XX. 118. p. 112. De constructione cf. Hand. Tursell. III. p. 324., qui Apuleii ingenium vix percepisse videatur; *in asini faciem frena rodebam* barbaro suo more dixisse eum proferens.]

frena rodebam. Hic locus ab Intt. diversissimo modo tentatus est. Stewech. emendavit: *in asini faciem foena ut mos rodebam* vel *in asini faciem foena Lucius rodebam*, ad locum IV. p. 236. respiciens, *nec me cum asino... adhuc insolitum alioquin prandere foenum*, quum Lucius in asinum transformatus, nulla de re magis conquestus esset, quam quod non rapinis sat lautis instar canum inescari aut reliquiis coenarum distendi posset. Hoc tamen Gruter. Susp. VI. 2. ex hoc ipso loco refutat, quod viride tum fastidiverit gramen ideoque ad olera abierit. Denique in itinere adhuc fuisse latrones, nec quievisse, priusquam totam noctem et medium confecissent diem IV. p. 235 sq. ideoque *frena arrodebam* legendum esse proponit coll. Gloss. *frenum χαλινάριον* Isid. Origg. XX. 16. 1. p. 633. Lindem. Elmenh. coniicit: *foenum rodebam usque*, quae tamen est Lindenbrog. coniectura. Oud. Gruteri argumenta secutus, veram huius loci scripturam restituit *frena rodebam*. coll. Lucian. Lucid. p. 584. *Ἐπὶ τούτῳ ἡμέρα τε ἤδη ἦν καὶ ἡμεῖς ὄρη πολλὰ ἀνεβεβήκειμεν καὶ στόματα δὲ ἡμῶν δεσμῷ ἐπείχετο, ὡς μὴ περιβοσκόμενοι τὴν ὁδὸν ἐς τὸ ἄριστον ἀναλίσκομεν ὥστε ἐς τὴν τότε καὶ ἔμεινα ὄνος. Ἐπεὶ δὲ ἦν αὐτὸ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας, καταλύομεν εἴς τινα ἔπαυλιν συνήθων ἐκείνοις ἀνθρώπων ... καὶ παρέθηκαν ἄριστον καὶ τοῖς κτήνεσιν ἡμῖν παρέβαλον κριθιδία. Καὶ οἱ μὲν ἠρίστων, ἐγὼ δὲ ἐπείνων μὲν κακῶς ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ πώποτε κρίθας ὠμὰς ἠριστήκειν, ἐσκοπούμην ὅ, τι καὶ καταφάγοιμι.* Praeterea me offendunt ipsa verba *foena rodebam*, quamquam pluralem Apuleianae dictioni condonaverim. cf. Voss. Arist. T. I. p. 447. ibique Förtsch. Quis enim unquam dicit *foena rodere* de eo, qui foenum edit. De aspernante tantum dici potest, qui dente fatigato mandit, ut apud Horat. Epist. I. 14. 40. propria sua vi dicitur. Nec opus est ut cum Salm. legatur: *frena mordebam.* Si quid mutandum est, equidem praefero *mandebam* cf. Burm. ad Anthol. Tom. I. p. 447. Virg. Aen. IV. 35. VII. 279. Neque hic *frena mandere* sive *rodere* de alacritate positum esse dixerim animi et fortitudine. cf. Cort. ad Lucan. IV. 752., sed de ira, ut *frena mandere* idem sit, quod *frendere.* Hoc adiuvat explicatio Isidori l. c. *frena dicta quod equos fremere cogant, vel quod haec equi frendant i. e. imprimant dentibus et obmordeant. Frendere et fremere* de iratis et mussitantibus usurpari notissimum est. cf. quae dicam ad Met. IV. p. 305. Itaque *frena rodebam* metaphorice dictum est de Lucio, qui spe reformationis praesentia latronum destitutus, iram atque indignationem frena mandens mussitat.]

ized by Google

LIBER IV.

CAPUT I.

235 Diem ferme circa medium cum iam flagrantia solis caleretur, in pago quodam apud notos ac familiares latronibus senes devertimus. Sic enim primus aditus et sermo prolixus et oscula mutua quamvis asino sentire praestabant. Nam et rebus eos quibusdam dorso meo depromptis munerabantur, et secretis gannitibus, quod essent latrocinio partae, videbantur indicare. Iamque nos omni
236 sarcina leviga|tos in pratum proximum passim libero pastui tradidere, nec me

diem circa med. ferme G. D. *fragrantia* G. *fragantia* D. a p. m. *fraglantia* D. a m. s. *calerent* L. *caleretur* F. 1. 3. f. R. *coleretur d.* In reliquis *caleret*. *ac familiares* absunt a G. D. O. P. *senex* D. a p. m. *divertimus* P. p. et edd. vett. *divortimus d.* O. *primos* F. 1. 3. ed. pr. Vicent. et Ven. 2. *sono prol.* Bas. 2. *obscula* D. *q ut asino* Al. Ms. teste Colv. D. *eorum q.* G. D. P. L. *π.* unde Oud. coniecit *coram*, senes illos alens, *coram* rebus munerabantur sed *secreto* loquebantur. *reos eius quib.* R. f. *quosdam φ. quibusdam* D. a m. s. *quid essent* L. *quod essent latrocinio principes π. levatos* B. p. et om. edd. vett. [F. 3. habet *laevigatos* sed in margine ex eadem manu est *levatos.*] In cett. est *levatos*. *Leviatos* L. in marg. · *pascui π. tradire* Venet. 2.

Cap. I. *flagrantia solis caleret.* Oud. confert verba apud Suid. s. v. *διχαζούσης: ἤδη δὲ τοῦ καύματος ἐκμάζοντος καὶ διχαζούσης τῆς ἡμέρας.*

caleretur. [Hanc obsoletam formam ex optimis codd. restitui auctoritate Prisciani, qui VIII. 5. p. 378. Krehl. haec profert: *Passivas quoque pro activis et neutralibus verbis iidem antiquissimi proferebant, careor pro careo dicentes, et obsonor pro obsono, et copulor pro copulo: caleor pro caleo, quorum auctores apud Caprum legant.*]

devertimus. cf. Apolog. p. 562.

apud notos. Quod Pricaeus legi voluit *ad notos* plane est supervacaneum. Nam non solum Plaut. Pseud. II. 2. 63. Mil. Gl. II. 2. 86. IV. 5. 17. verum ipse Apuleius Met. II. p. 90. ait: *numquam erit, ut non apud te devortar.*

levigatos. E textu id eiicere nolui, quamquam demonstrasse videtur Oud., hoc vocabulum a veteribus significatione *levandi* non esse dictum, sed tantum *poliendi* et *mitigandi*, multa exempla conferens, unde id comprobaret. Nec tamen apud Virg. Cul. 92. *levet*, quae iam Heins. est coniectura, cum Oud. emendaverim, quum *liget* bene se habeat. Sed affert ipse exempla, quamquam ex posterioris aetatis scriptoribus deprompta, quae suam sententiam infirmare videantur. Cassiodor. Prol. de Amic. §. 33. *qui gravia levigat.* Ruffin. apud Ioseph. Ant. Iud. II. 3. *ut malum sceleris aliquatenus levigarent* et Acron. Schol. ad Hor. I. 24. 19. *levius fit — levigatur.* [Barth. Adv. XLIV. 23. p. 2036. praeter Apuleium Gellio quoque hanc significationem in usu fuisse dicit, sed errasse videtur, quum, nisi

Digitized by Google

cum asino vel equo meo compascuus coetus attinere potuit, adhuc insolitum alioquin prandere foenum. Sed plane pone stabulum prospectum hortulum iam fame perditus fidenter invado, et quamvis crudis oleribus, affatim tamen ventrem sagino, Deosque comprecatus omnes cuncta prospectabam loca, sicubi forte conterminis in hortulis candens | reperirem rosarium. Nam et ipsa solitudo iam 237
mihi bonam fiduciam tribuebat, si devius et frutectis absconditus, sumpto reme-

equo modo R. f. *compascuus hortus* B. *locus* nonnulli Mss. teste Beroald. *potui* P. *potuerit* p. *potivit* D. a m. p. sed a m. s. est *potivit*. *alioquin* teste Elm. abest in B. ut in O. sed in coll. Modii extat *alioqui*. *famae* Paris. *et quam ut* D. a p. m. *precatus* δ. non addita voce *omnes*. *omnis* habent Vicent. Ven. 2. 4. Iunt. 1. Ald. *in locis* pro *hortulis* L. Basil. 3. *candens* abest a L. *cadens* P. *repperirem* F. 3. *rosatium* G. D. *nam* non comparet in Bas. 1. *et* prave exulat ab Ed. Florid. *ipsa* non comparet in δ. *si divinitus protectus abscond.* φ. *de' vinus* δ. *praedoctus* π. *dev. et protectis* G. *dev. et protectus* F. 3. D. B. et edd. vett. praeter Iunt. 2. quae *frutectis* habet ut F. 1. In cett. est *frutetis*.

egregie fallor, locum innuat IV. 11. *quoniam is cibus et subduceret sensim alvum et lerigaret:* ubi propria sua vi dictum esse hoc vocabulum quisque intelliget. cf. Hadr. ad Petron. c. 140. p. 858. Burmann. Nisi antiquitatis usus obstaret, per analogiam vocabulum comprobarem; sed utut est, vel Wassei coniectura amplectenda est *levifactos:* Gloss. *levifacio κουφισθῆναι ποιῶ*, quae sine dubio est praestantissima, vel mecum corrigas *leviatos* quod etiam L. in marg. praebet. Extat enim *alleviare* cf. Cic. de Invent. I. 42. ubi *alleviatos* cum omnibus codd. retineo. Eadem enim ratione *humiliare* a Tertulliano formatum est adv. Marc. V. 20. p. 48. 6. D. *Resurget ergo nostrum corpus quod humiliatur passionibus.* Ammian. XXX. 4. Quidni Apuleius *leviare* poterat dicere? *Lerigare* vero pro *levare* medii aevi scriptoribus usurpatum fuisse, docent ipsi loci, unde probabile fit, librariorum incuria vocabulum irrepsisse, quod in ore iis erat. Hinc correctionem librarii in cod. F. 3. explico.]

coetus. Nec Colvii coniectura *cibus* nec cod. B. lectio *hortus*, quae merae glossae sunt, omnino mihi placent, secuto Oud., qui *coetus* de loco ipso, ubi plures coeunt et versantur, explicat; coll. Sil. I. 638. *quem freta aut coetus genuere ferarum* [quamquam hic *coetus* potius intellexerim *antra et saxa* ut Oud. voluit. Nec minus huc referri poterit Met. IV. p. 276. *coetui multarum ferarum* ubi est *frequentiae, societati.* Unum tantum equidem invenire potui locum, ubi *coetus* id significare videtur, quod praeterea ex analogia potest defendi voc. *concio*, quae de conventu et de loco dicitur: *senatus* al. Est ille Tac. Ann. III. 40. *Igitur per conciliabula et coetus seditiosa disserebant. Conciliabula* enim et *coetus* hic fere idem notant, et *conciliabula sunt loca, ubi quid componitur.*]

candens hic non esse *albicans* sed *fulgens* s. *micans* contra Colv. et Beroald. docuit Grut. Susp. VII. 2. quem Oud. secutus est; coll. Ovid. Met. I. 120. II. 230. 298. 433. Ita Apul. Met. VI. p. 401. *rosis micantibus* dicit, quae quasi *ferrere* prae nimio rubore videntur. cf. Bentl. ad Hor. Od. I. 2. 31. Burm. ad Ovid. Fast. I. 186. III. 762. [Isid. Origg. XII. 1. 51. *albus cum quodam pallore est, candidus vero est niveus et pura luce perfusus*, unde elucet non ad colorem sed ad splendorem id referri. cf. Serv. ad Georg. III. 82.]

frutectis. Hanc unice veram esse lectionem Mss. eorumque vestigia aperte indicant, ut Schickeradii coniectura *rosectis* plane sit supervacanea. Minus tamen recte Oud., *frutetis* scribendum esse pronuntiat, alteram scripturam ex errore vulgari librariorum ortam esse existimans, passim *c* litteram inculcantium: ut in *virecta*, de quo statim dicam. [Ex Mss. igitur auctoritate haec res diiudicari posse non videtur, quum ii omnes omnino fluctuent, modo hoc modo illud praeferentes, unde error maior est Oud.

Digitized by Google

dio, de iumenti quadrupedis incurvo gradu rursum erectus, in hominem inspectante nullo resurgerem.

CAPUT II.

[143] Ergo igitur quum in isto cogitationis salo fluctuarem, | aliquanto longius
238 video frontosi nemoris | convallem umbrosam, cuius inter varias herbulas et laetissima vireta fulgentium rosarum mineus color renidebat. Iamque apud mea

refectus in hom. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Bas. 1. *respectante* O.

ego igitur Elm. Pric. *in* abest ab O. *cum in isto fluctuationis salo conctarem* [neque vero *cogitarem* ut habet Oud.] B. *aliquam longius* δ. *cui* δ. probatum temere Oud. *herbas* D. *virentia* D. sed in marg. *vireta*. *virecta* F. 1. 3. ed. pr. *mixta* pro *vireta* R. f. *niveus color* G. D. O. P. B *niceus* δ. *nivens* F. 1. *minius* habet F. 1. in collat. ad marg. ed. Colv. *nimius* p. *renitebat* F. 1. G. D.

apud nonnullos scriptores *frutecta* scribi dicentis. Ex ipsa enim horum vocabulorum origine res potest quam accuratissime confici. Errant enim qui *frutectum* contractum esse aiunt ex *fruticetum* ut *salictum* e *salicetum*: *carectum* ex *caricetum* cf. Voss. Arist. T. II. p. 703. Eckst., quum potius ex *frutecetum* ortum sit. Omnia enim, quae in *etum* terminantur, substantiva eam compositionis regulam obtinent, ut purae vocabuli radici syllabae *etum* adnectantur. Sic ex *frutec* fit *frutecetum* et deinde *frutectum*; ex *salic* vero *salicetum* tum *salictum*: a *silic silictum* al. Hinc iam potest intelligi, quibusnam substantivis littera *c* annectenda, quibus demenda sit. Ex subst. *rosa* igitur formari tantum licet *rosetum* neque *rosectum*, quod perperam nonnulli scribunt, ex *dumus*: *dumetum*, ex *oleum*: *oletum*. Quod si in ipsa vocabuli radice c littera non comparet, denominativo desit necessarium est. De his substant. egerunt Munk. ad Fulgent. p. 603. et 606. Burm. ad Ovid. Met. I. Arg. fab. III. p. 22. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 824. not. Apud Serv. ad Virg. Ecl. I. 40. legendum est *Arbusta frutecta scholastici vocabant*. De more *c* sequenti littera *t* interponendi Oud. comparat Dr. ad Liv. III. 40. Burm. ad Lucan. IV. 406. VI. 507. Sed hoc aevi medii videtur fuisse proprium, ut ubique syllabas *etum* hac quidem significatione in *ectum* commutaret, quia regulam perspicere non poterat orthographiae.]

erectus in hominem. Facillima sane est intellectu lectio nonnullorum codicum *refectus*, sed hic nullo modo comprobanda. De *erectus* qui exempla considerat cf. Dr. ad Sil. IX. 595. Heins. Alii fortasse Tollio placebat *sursum erectus*. [Nec tamen cum Oud. *in hominem* retulerim ad *resurgerem* sed ad *erectus*. Eodem modo dicit Met. XI. p. 780. *manus non iam pedes sunt, sed in erecta porriguntur officia*.]

Cap. II. *cogitationis salo fluctuarem*; cf. ad Met. XI. p. 814.

aliquanto longius. [Quamquam in contextu id retinere non dubitavi, cum Oud. tamen lectionem cod. δ. *aliquam longius* non omnino damnaverim, quod videtur esse in *aliquantum* corrigendum, ex compendiis *qm* i. e. *quam* et *qm* i. e. *quantum* prave commutatis corruptum. Rarior enim est haec dicendi ratio sed exemplis aliquot confirmatur. cf. Hand. Tursell. I. p. 255. Ita apud Tertull. Apol. c. 12. ubi legendum est: *infrendite, inspumate, iidem estis qui Senecam aliquantum pluribus et amarioribus de vestra superstitione perorantem probatis*. De constructione cf. Hand. Turs. d. l. et Mos. ad Cic. Tusc. II. 27. §. 66. Tom. I. p. 606. et ad Cic. de Div. I. 5. 8. p. 23. De significatione eund. ad Cic. Tusc. V. 6. §. 15. T. III. p. 35. et ad de Div. I. 33. p. 170.]

viretum. [Ita ubique scribendum curavi; cf. quae modo supra exposui. Si *virex* quaedam forma posset comprobari, alteram defenderem. Frustra est

Digitized by Google

non usquequaque ferina praecordia Veneris et Gratiarum lucum illum arbitrabar, cuius inter opaca secreta floris genialis regius nitor relucebat. Tunc invocato hilaro atque prospero Eventu, cursu me concito proripio, ut hercule ipse sentirem non asinum me, verum etiam equum cur|rulem nimia velocitate refectum. 239
Sed agilis atque praeclarus ille conatus fortunae meae scaevitatem auteire non potuit. Iam enim loco proximus, non illas rosas teneras et amoenas, madidas divini roris et nectaris, quas rubi felices beatae spinae generant, ac ne conval-

usquequam D. G. *Veneri etiam gratum* F. 1. *locum* Bas. 1. *secreta* D. *phylari* D. a p. m. sed a m. s. *hylari*. *percoucito* B. quod placet Sclopp. Susp. III. 22. et V. D. Misc. Observ. Vol. II. T. III. p. 391. Modius malebat *percito*. *proprio* F. 3. G. P. pro *proripio*. *ppo* D. a m. p. sed a m. s. *proripio*. *et herc.* R. f. *curulem* Q. P. δ. D. ceteri *currulem* habent. *mea veloc. δ. nim. felicitate* G. D. P. *severitatem anteire* L. R. f. δ. *me scaevitate* F. 1. *saevitatem* G. D. O. p. *anteirre* L. et a m. s. in D., cuius prior lectio discerni nequit. *Proximans* Pricaeus maluit. *divinis guttis roris* p. et edd. vett. praeter Iunt. 2. quae tamen ex typothetarum errore habet *divinis*. *et* quod ante *beatae* aliquot codd. habent abest a F. 3. G. D. B. π. δ. et omnibus edd. vett. *at ne* F. 3. G. D. B. f.

Kopp. ad Mart. Cap. I. §. 67. p. 109. qui e Mss. *virecta* stabilire studet Fest. s. v. *dumecta* p. 51. excitans: *dumecta antiqui quasi dumiceta appellabant, quae nos dumeta*, ubi Dacier plane ineptit: *dumus*, inquiens *dumicetum* et *eliso c dumetum*. Deceptum enim esse Fest. lubentius dixerim Mss. auctoritate, ut veteribus quid tribueret, quod ex prava tantum scribendi ratione proficiscebatur, unde quam pervetustus ille error fuerit potest intelligi; cf. Munk. ad Fulg. Mythol. I. p. 11. et 12. Stav.]

mineus. Hanc lectionem necessario retinendam esse, probat vocabulum *punicantes* quod statim sequitur, nec ad *rosas niveas* referri potest. Decepti sunt librarii antecedentibus vocab. *fulgentes* et *candens rosarium* p. 236. quae de *colore candido* explicarunt; quamquam Rhododaphnen s. Nerium floribus albis esse ac rubris docet Bod. a Stapel. ad Theophr. I. c. 15.

regium. [Male putat Oud., rosarum nitorem ideo *regium* appellari, quia ob puniceum ruborem regalibus vestibus fuerit proprium. *Regiae* enim et *regales* dicuntur res omnes pulchrae et praestantes; cf. ad Apul. Florid. p. 26.]

Eventu. [*Boni eventus* templum in campo Martio fuisse, notum est cf. Intt. ad Hor. Od. IV. 5. 18. Varr. de R. R. I. 1. §. 8. Marin. Fratr. Arval. p. 236. Burm. ad Prop. I. 10. 28. Hartung. in libro: *Relig. d. Röm.* T. II. p. 254. not.]

currulem. [Ita scribendum esse, nec *curulem*, contra Oud. ex loci potest effici sententia. Quum enim asini propter lassitudinem et pigritiam male audiant, Lucius vero se nimia velocitate proripuisse dicat, hinc non de *equo circensi*, sed de *equo currente* sermonem esse fit perspicuum. Quid enim sibi velit *equus curulis* quem Fest. s. v. p. 38. *quadrigalem* explicat, nec hic nec ex Liv. XXIV. 18. §. 10. potest intelligi. cf. Iuret ad Symmach. IX. 23. Eadem significatione *currulis* legitur apud Front. de feriis Als. epist. 3. p. 213. ed. Rom. *et palpebras incurrere oportet curruli strepitu et cum fremitu equestri*; cf. Met. IX. p. 610. *curruli rabie*.]

amoenas. [Proprium hoc esse rosarum epitheton, multis exemplis illustrat Fea ad Hor. Od. II. 3. 14. cf. Met. XI. p. 779. *coronam, quae rosis amoenis intexta fulgurabat*. Anthol. L. Tom. I. p. 701., ubi nonnulli legunt: *Veneruntaliquando rosae prok veris amoenae ingenium*.]

rubi felices beatae spinae. [Grut. Susp. VII. 4. *beatae spinae* suspicatur additamentum esse subtilis librarii, qui interpretari voluerit, quidnam essent *rubi felices*, et in ea sententia Elm. habet adsentientem, qui tamen *et beatae spinae* ex F. 1. δ. et π. tacite edidit. Oud., qui loci et verborum difficultatem non intellexit, per appositionem capi posse *beatae spinae* putat, et *Hymettos Attica .... glebae felices* Met. I. p. 7. perperam comparat. *Rubi* enim *beatae spinae* nullo modo nisi inepte

lem quidem usquam, nisi tantum ripae fluvialis marginem densis arboribus septam video. Hae arbores in lauri faciem prolixe foliatae pariunt in modum
240 floris odori porrectos caliculos modice punicantes, quos equidem | fragrantes mi-

usquam in omnib. Mss. *usquam iam* praeter Iunt. 2. omnes edd. vett. *ubi* pro *nisi* B. *lqe* G. P. et nonnulli alii Mss., teste Oud. *haec* Venet. *odori* F. 1. P. O. 1. G. D. f. *inodori* F. 3. B. et edd. vett. *porreptos* D. *modicae* Venet. 2. Iunt. Ald. Par. *punicantis* edd. vett. praeter Iunt. 2. quae habet *punicanteis. punicantes* D. δ. *fraglantis* L., *flagrantis* F. 1. *fragrantius* π. *fragrantes* G. D, *fraganteis* Iunt. 2.

possunt dici. Rothe vertit: *glückseligen Dornsträuchen entblühet*, ut *spinae beatae* pro glossemate habuisse videatur, et interpres francogallus melius: que produisent ces buisons heureux au milieu des épines. Erat qui *felices beatae spinae* coniungens, *abundantes niniis spinis* interpretaretur, quod tamen propter *felix* et *beatus* idem significantia displicet. Melius *beatae* refertur ad *rubi* et *spinae* genitivus est, qui pendet a voc. *beatus*, ut *felicis gleba* cf. Met. I. p. 7.. quamquam aliud non legi eius usus exemplum. *Rubus* vero est generis femini cf. Voss. Arist. T. I. p. 386. ibique Förtsch., ut haec bene possint coniungi. *Rubi felicis* sunt feraces, floribus divites, et *beatae spinae* i. e. *spinis* nominantur, quia prae ceteris *spinosae* sunt. cf. Plin. N. H. XVI. 37, 71. Virg. Ecl. III. 89. Georg. III. 315. Calpurn. Ecl. IV. 31. Ovid. Met. I. 105. Coniecceram olim *infelices*, quia teste Tarquinio Prisco in ostentario arborio apud Macrob. II. 16. *rubus* inter *infelices* arbores enumerabatur, ut oxymoron inde efficeretur Apuleio satis tritum. Sed nunc sententiam retracto, et ita verto: *welche üppig blühende Sträuche an Dornen reich erzeugen.* De *beatus* pro *divite, abundanti* cf. Burm. ad Prop. II. 19. 33. et Quint. X. 1. §. 61. *beatissima rerum verborumque copia* ib. p. 109. *immortalis ingenii beatissima ubertate.*] *Rubos* Apuleius nominabat *rosas* quippe quae spinis sint repletae.

hae arbores. [Venet. scripturam *haec* non ita displicuisse videtur Colv., qui Plautum sic semper scripsisse per archaismum pronuntiat: qua tamen in re errat. Inveni ita scriptum Bacch. V. 2. 7. Mostell. I. 3. 9. Trin. II. 2. 113. Ceterum hanc terminationem in usu fuisse veteribus praeter alios illustrant Bentl. ad Ter. Andr. I. 1. 99. et IV. 1. 32. Müll. Varr. de L. L. V. §. 98. p. 38. et quos praeterea excitat Eckst. ad Voss. Arist. Tom. III. p. 925. not. Rup. ad Iuven. VI. 259. ann. crtt. Tom. I. p. 110. Dav. ad Cic. Tusc. V. 30. §. 84. Hanc formam si Apuleii codd. probarent, equidem contextui restituerem, quum eam antiquissimis frequentatam fuisse contenderim. Optime de eius usu diiudicat Wagn. ad Virg. Georg. III. 305., quamquam *haec* cum Servio, Philargyr. aliis ibi non defendo. Oud. a Colvii sententia non ita alienus videtur].

odori .... quos equidem fragrantis minime, rurestri vocabulo vulgus inodorum rosas laureas appellant. [*Inodori*, quod optimi codd. habent, defendi nullo modo potest, si propriam suam vim ἀνόδμος, *odore carens* hic retineat. Vir quidem doctus sententiam suam mecum communicavit, ut *inodorus* ex more Apuleii dictum esse pro *valde odorus* ut *immerito* cf. ad Met. I. p. 56. Sequi tamen eam nolui. Hoc enim possumus intelligere, *odorum florem* esse *rosam veram* et *genuinam*, cuius in similitudinem *rosa laura inodora* formata est. Sic igitur cum Grut. et Oud. interpungendum esse existimavi, ut *minime* ad *fragrantes* referatur. cf. Plin. XVI. 20. 33. *sempiternum fronde, rosae similitudine, caulibus fruticosum.* Quam male igitur ii egerint, qui *in modum* pro glossemate eiiciebant, hinc optime poterit perspici. Porro infelicissima est Floridi coniectura *nequidquam* pro *equidem* et peior Philomathis Pisani in erratis ad edit. Iunt. 2. emendantis *modice*, quod vix paulo ante praecessit.]

Digitized by Google

nime, rurestri vocabulo vulgus indoctum rosas laureas appellant quarumque cuncto pecori cibus letalis est.

CAPUT III.

Talibus fatis implicitus, etiam ipsam salutem recusans sponte illud venenum rosarium sumere gestiebam. Sed dum contanter accedo decerpere, iuvenis quidem, ut mihi videbatur, hortulanus, cuius omnia prorsus olera vastaveram, tanto damno cognito cum grandi baculo furens decurrit, arreptumque me totum plagis obtundit adusque vitae ipsius periculum, nisi tandem sapienter alioquin ipse mihi tulissem auxilium. Nam lumbis elevatis in altum, pedum posterioribus calcibus iactatis in eum crebriter, iam mulcato gra|viter atque ia- 211
cente contra proclive montis attigui fuga me liberavi. Sed illico mulier quaepiam, uxor eius scilicet, simul eum prostratum et semianimem ex edito despe-

rurestri F. 3. G. D. *laureas lani* F. 1. *laureas iani* F. 2.

factis L. *implicito* d. *et ipsum* G. D. L. Iunt. 2. Ald. unde Oud. emendat: *et iam ipsam. summe gest.* p. et D. a m. s. nam a p. *sumere* videtur esse scriptum. Pro *decerpere* vir doctus quidam margini ed. Colv. adlevit: *io: derepente iur. ortolanus* d. *furiens* f. pro quo Basil. 1. *iurans* habet. *abreptumque* p. et edd. usque ad Bas. 1. *arrectumque* D. *totum* delet d. *obtudit* G. D. a m. p. sed *obtundit* a m. s. *alioquin* abest in B. *posterirum* d. Cett. codd. et edd. vett. *posterioribus* praebent. *mulctato* F. 3. (sed litera *t* ex correctione) et f. cum edd. vett. praeter Iunt. 2. quae habet *inulcato* solito errore. *multato* F. 1. p. π. G. D. *mulctatum* φ. *multatum* B. *iacentem* D. P. B. O. φ. *circa* pro *contra* B. *proclivium* φ. *proclivum* d. quod Oud. defendit conf. dictata ad Front. II. 2. §. 1. ad Hirt. B. Afr. c. 8. Dr. ad Liv. XXXV. 30. *eum* abest a D. in cuius margine *eum* suppletum est a m. s. *edicto* d.

rosas laureas. [Per similitudinem *rhododaphnen* inconcinno plane nomine vulgus indoctum ita appellant. Gloss. *ῥοδοδάφνη herba asinaria, taxus, viburna.* Lucian. Lucid. p. 585. *τὰ ῥόδα ἐκεῖνα οὐκ ἦν ῥόδα ἀληθινά. τὰ δ' ἦν ἐκ τῆς ἀγρίας δάφνης φυόμενα ῥοδοδάφνην αὐτὴν καλοῦσιν ἄνθρωποι, κακὸν φυτὸν ὄνῳ τοῦτο παντὶ καὶ ἵππῳ. φασὶ γὰρ τὸν φαγόντα ἀποθνήσκειν αὐτίκα.* Isid. Origg. XVII. 7. 54. *Rhododendron quod corrupte lorandrum vocatur* (ubi ego malim legere *laurandrum*) *quod sit foliis lauri similibus, flore ut rosa, arbor venenata. Interfecit enim animalia et medetur serpentium vexationes.* Ita in Gloss. p. 603. emendandum esse censeo *ῥοδοδάφνη taxus, laurandrum* (ubi nunc legitur *lauria andrum.*) Has arbores animalibus, potissimum iumentis noxias fuisse et letales, praeterea testatur Strab. XV. p. 722. *Ἦν δέ τι ὁμοῖον τῇ δάφνῃ φυτόν, οὗ τὸ γενόμενον τῶν ὑποζυγίων ἀπέθνησκε μετὰ ἐπιλημψίας καὶ ἀφροῦ.* Pallad. I. 35. §. 9. Hippiatr. p. 112. et p. 115. Plin. H. N. XXIV. 11. 53. Vulcan. ad Gloss. p. 43.]

Cap. III. *accedo decerpere.* cf. ad Met. VI. p. 379.

posterioribus calcibus. Miror Oud. qui *posteriores calces* proprio suo sensu capiens, e membranis d'Orvillianis *posteriorum* emendat, quod pro-mera glossa equidem habuerim. Tritissima enim est non solum Apulei sed aliorum quoque scriptorum dicendi ratio, ut adiectivum non ei, ad quod proprie pertinet substantivo, adiungant, sed ad alterum potius referant. De hac hypallage plura dicam ad Met. XI. p. 761. *spirans Arabiae felicia germina.* Ita nostro quoque loco *pedum posterioribus calcibus* dictum est pro *pedum posteriorum calcibus.*]

mulcato. De *mulcare* comparat Oud. Dr. ad Sil. X. 463. Socer. ad Val. Max. I. 7. §. 4. [cui adde Ruhnk. Dictat. ad Suet. p. 31. Ita apud Arnob. VII. 36. cod. male habet *mulcasse* pro *multasse.*]

Digitized by Google

xit, eiulabili cum plangore ad eum statim prosilit, ut sui videlicet miseratione mihi praesens crearet exitium. Cuncti enim pagani fletibus eius exciti statim conclamant canes, atque ad me laniandum rabie perciti ferrent impetum, passim cohortantur. Tunc igitur procul dubio iam morti proximus, cum viderem canes et modo magnos et numero multos et ursis ac leonibus ad compugnandum idoneos in me convocatos exasperari, e re nata capto consilio fugam de-
242 stino, ac | me retrorsus celeri gradu rursus in stabulum, quo deverteramus, recipio. At illi canibus iam aegre cohibitis arreptum me, loro quam valido
[144] ad ansulam quandam destinatum | rursum caedendo confecissent profecto, nisi dolore plagarum alvus artata crudisque illis oleribus abundans et lubrico fluxu

eiulabili F. 3. G. P. D. p. π. f. L. O. δ. *ululabili* F. 1. B. et edd. vett. praeter Iunt. 2. *clamore* pro *plangore* B. *statim ad eum* R. f. *prosiliit* D. et G. ex quo posteriore *prosiluit* Oud. falso enotavit. *sevi* pro *sui* G. D. P. *crearetur* δ. *atque* F. 1. 3. R. P. O. L. f. G. D. Ceteri *utque* exhibent. *labie* G. (et D., ut videtur, a m. p. nam a m. s. littera r scripta est, quamquam erasa non potest dignosci.) *perciti* exulat a G. D. O. *ferre* G. D. P. R. O. f. δ. *coartantur* f. O. δ. *choartantur* D. *canes modo* particula *et* abest ab omnibus edd. vett. praeter Iunt. 2., quae comparet in F. 1. 3. G. P. O. D. f. p. δ. *et modo magn.* φ. *numero* a m. s. est in D. *adire compugn.* D. a m. p. *pugnandum* B. et Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. Paris. *convatos* D. a p. m. (a s. m. et in margine *convocatos* correctum est). *et re* D. a p. m. *e re* a m. s. *re tanta* G. P. D. L. O. δ. *ex re nata* p. *destino* F. 1. G. D. P. O. Incert. *desino. recursus* pro *retrorsus* p. *deverteramus* omnes Mss. quod sciam. Edd. vett. *deverteram* praeter Iunt. 2. quae sollto errore *diverteram* habet. *at ulli* O. *at illis* Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *e re cohib.* F. 1. *arreptum* G. *loco* pro *loro* ed. Elm. vitiose. *insulam* P. f. *credo* pro *caedendo* f. *albus* G. P. D. *artatur* δ. *crudis holeribus hndis* D. *illis* abest a G. P. O. D. *habundans* G. *lubrio* Ms. Al. teste Colv. et f. *luxu* O. a p. m.

eiulabili. Oud. quum hoc vocabulum nusquam alibi inveniret, cum Elm. Scriv. Florid. aliis alteram lectionem *ululabili* praetulit coll. Met. V. p. 332. *vocis ululabilis* et X. p. 687. *ululabili clamore.* [Hac tamen caussa non commoveor, ut ab optimorum codicum auctoritate recedam. Alterum enim vocab. *ululabilis*, quia, quantum scio, a solo usurpatur Apuleio, cuius auctor ipse videtur fuisse, quae causa est, cur *eiulabilis* eadem ratione formatum defendi nequeat; praesertim quum in cett. locis nulla fere deprehendatur codd. discrepantia, ut librarii hic potius mutasse quid putandi sint.]

atque. *Utque* quod in nonnullis codd. legitur, per librariorum ignorantiam perperam mutatum est, qui omissam *ut* particulam non ferentes, ex quotidianis grammaticae regulis locum sanare volebant. cf. ad Met. I. p. 81. et Met. IX. p. 595.

fugam destino. [Quid librarios commoverit, ut *desino* in *destino* corrumperent, vix potest intelligi, quum *desinere* cum acc. iunctum sit usitatius, cf. Heins. ad Ovid. Amor. II. 725. et Intt. ad Virg. Ecl. V. 19. Hinc Oud. motus est, ut *destituo* coniiceret, quod sensu *desistendi, sistendi, pedem premendi* in usu esse constat. cf. Ruhnk. Dict. ad Suet. p. 18. Ovid. Am. III. 13. 20. dicitur *inceptam destituisse fugam* Burm. ad Vell. II. 42. Sed recte habet *destino*, quod invito Cod. F. 3. hic recipere non dubitavi. *Destinare* enim est *cohibere, alligare*; cf. Caes. B. C. I. 26. *Rates quaternis anchoris destinabat.* Lindem. ad Plaut. Capt. IV. 2. 82. cf. Met. IV. p. 242. *loro destinatum* Intt. ad Caes. B. G. VII. 22. et III. 14. Si quid mutandum est, ego malim *distineo* i. e. *impedio*; cf. Caes. B. G. VII. 37. *distinere victoriam.* Facilior vero erat mutatio *desino* quam *destino*, cuius glossa prius videtur esse.]

artata. Est qui legat *laxata.* Male: *Artatam* ait alvum cruditate olerum convulsionibus tortam et compressam. Si quid mutandum foret, rectius diceres *ancta*, quae coniectura est Oud.: et alibi quoque ea confunduntur. Oud. comparat Heins. ad Claud. Rapt. Pros. I. 46.

saucia, fimo fistulatim excusso, quosdam extremi liquoris aspergine, alios putore nidoris foetidi a meis iam quassis scapulis abegissem.

CAPUT IV.

Nec mora, cum iam in meridiem prono iu|bare rursum nos ac praecipue me 213

satia φ. *sătia* D. *fistulam* G. P. *fistula* D. quod in margine suppletum est syllaba *tim*. *pudore* P. δ. *nitoris* P. f. *quassatis scap.* O. *abegisse* p. *abegisset* δ. ceteri codd. et edd. quae vidi *abegissem*, nisi quod in cod. B. glossa marginalis legitur: alii *abegisset*.

meridie R. O. δ. *pleno iubare* B. O. R. δ. *ac praecipue* F. 3. G. D. L. O. p. f. δ. et edd. vett. Ceteri habent *et praecipue*.

putore nidoris. *Nidor* saepius dici de odore putido et foetido illustrat Oud. ex dict. Dr. ad Liv. XXXVIII. 7. [*Nidor* quicunque dicitur odor, qui nares gravius afficit potissimum de rebus coctis, et assis cf. Lucret. VI. 988. Doederl. Synonym. T. III. p. 133 sq.]

quassis. [De huius participii usu cf. V. D., quos enumerat Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 861. Met. IX. p. 603.]

abegissem. Offendit haec lectio interpretes, qui cum cod. δ. vel *abegisset* emendabant, vel diversa ratione loco mederi studebant. Ita Oud. locum constituit: *fimum excussisset et abegissem:* qua sententia eum confirmat, quoniam *fimus* h. l. masculino genere positum sit, quod alias, ut apud Apul. Met. VII. p. 502. feminino legatur. Et recte quidem ibi hoc genus defendendum est, sed haec caussa non ea est, quae nos commoveat, ut tam longe a Mss. vestigiis recedamus. Melius ipse ad anacoluthon confugit, quo sive dedita opera sive casu fortuito saepe usi sint quivis scriptores; coll. Sanct. et Periz. in Minerv. p. 725. Graev. ad Cic. Verr. III. 71. Gronov. ad Gell. II. 22. Dr. ad Sil. XI. 472. Burm. ad Serv. Aen. I. 119. Dav. et suis dictat. ad Caes. B. Civ. III. 19. Quia vero inprimis eam loquendi figuram frequentaverint Graeci, hinc haud a vero alienum videri, graecissantem Apuleium ea quoque fuisse delectatum. cf. Met. VI. p. 417. *Nec secius tibi ... transmeanti in manus adtollens orabit.* Met. VII. p. 486. ubi optimi codd. praebent *sese .... furens incurrit.* Met. IX. p. 608. *si proelium capessiturus vel latronum factionem persecuturus .... iugo subacturi et praedam .. capturi* X. p. 722. *At illa per absentiam mariti natam puellam .... descivit ab obsequio.* Florid. I. n. 7. p. 22. *Alexandro illi .... Nam solus a condito aevo,* Florid. IV. 22. p. 101. *Crates .... Nulla domus ei* de Mund. p. 365. *Eos ..., ambire maluerunt.* [Haec consilio affectasse Apuleium, in iis libris putaverim, quos summo cum studio elaboravit. Aliter videtur res esse in Floridis, quae orationum sunt fragmenta, ab eo habitarum subito, quibus tales anacoluthiae facilius excidere possunt loquenti. Sic hoc quoque loco *abegissem* cum optimis Mss. retineo, cuius glossam continet interpolatus ille cod. δ.]

Cap. IV. *prono.* Male agunt, ut Sciopp. Susp. Lectt. III. 22., qui *pleno* ex cod. inferioris notae alteri lectioni *prono* praeferant, quod Oud. defendit dici de sole et sideribus, quae cadere incipiant; coll. Broukh. ad Propert. I. 16. 23. Achill. Stat. II. 15. [cui adde Lucan. III. 40. Burm. ad Val. Flacc. III. 33. Intt. ad Hor. Od. III. 27. 18. Bach. ad Ovid. Met. XI. p. 257.] In eo tamen offendit Oud., quod *pronus* sit qui vergat in inferiorem partem, sol

Digitized by Google

longe gravius onustum producunt illi latrones stabulo. Iamque confecta bona parte itineris et viae spatio defectus, et sarcinae pondere depressus, ictibusque fustium fatigatus, atque etiam ungulis extritis iam claudus et titubans, rivulum

defẽs pro *defessus* D. *atque et ungulis* ∂. *cladus* D.

vero in meridiem *acclivus* sit. Immo iam praeteriisse meridiem, quum p. 235. dixerit Apuleius *diem ferme circa medium cum iam flagrantia solis caleretur in pago deverti mus* idemque Lucian. Lucid. p. 588. et interim omnia, quae intermedia narraverit, accidisse. Hinc latrones esse consentaneum aestu paulum iam imminuto rursus itineri se dedisse. Quapropter Mss. aliquot praeeuntibus coniicit: *cum iam de meridie prono iubare* esse legendum, vel in *meridiem* et *meridie* a glossatoribus esse adiecta et scripsisse Apuleium *prono-iubare* absolute [cf. Hor. Od. III. 27. 18. Ovid. Met. XI. 257. Haec omnia tamen quamquam gravissima videntur esse argumenta, me non commovent ut a scripta lectione recedam. Luciani enim testimonium eo ipso infringitur, quod ille dicat: *ἐπεὶ δὲ ἦν αὐτὸ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας, καταλύομεν εἴς τινα ἔπαυλιν*, quum Apuleius *diem ferme medium* designaverit. Deinde omnia ea quae intermedia acciderant, brevi tempore confecta esse existimo, quae res non solum ex ipsa narratione fit aperta sed hinc quoque potest intelligi, quod latrones paulum modo temporis requiescere poterant, ne *fugam* interpellarent. Unde non sequitur, meridiem iam praeterisse sed institisse, et latrones propter festinationem aestum temperatorem non exspectasse persuadetur. *Pronus iubar* igitur id tempus significat, ubi sol meridiei erat proximus. Fortasse etiam *meridies* apud Apuleium non ipsum significat diem medium, ubi calor vehementissimus est, sed tempus pomeridianum. Ita enim dixit Met. VI. p. 403. *Sed dum meridies solis sedaverit vaporem*, quod de alto meridie ferri nequit. *Pronus* deinde non de eo tantum dicitur, qui cernuus est deorsumque vergit, sed etiam qui *versus, conversus* et *propensus* est ad aliquid, quam significationem Lexica satis illustrant. Quamquam hoc non negaverim, recessisse hic Apuleium ab usitata dicendi ratione, quum *pronus* soli astrisve coniunctum modo de cadentibus adque occasum vergentibus usurpetur.]

iubare. [*Iubar* hic solem ipsum significat, quod cum sententia veterum grammaticorum convenire non videtur, qui *Luciferum* proprie et tum *splendorem solis astrorumve* sic nominari explicant. cf. Isidor. Orig. III. 70. 18. *Lucifer ... proprie et iubar dicitur eo, quod iubas lucis effundat, sed et splendor solis ac lunae et stellarum iubar vocatur, quod in modum iubae radii ipsorum extenduntur.* Fere idem docet Fest. s. v. p. 77. et Intt. ad h. l. p. 453. Varr. de L. L. VI. §. 6. p. 75. et VII. 76. §. 149. cf. Serv. ad Virg. Aen. IV. 130., ubi in nonnullis libris legitur *alii iubar solem: alii splendorem siderum dicunt. Iubar* tamen de sole ipso dici, probant loci apud Lucret. IV. 405. et V. 696. et cf. quae Barth. e posterioris aetatis scriptoribus exempla enumerat. Advers. XVII. 3. p. 865. Mart. Lag. ad Lucan. V. 456. Intt. ad Virg. Aen. IV. 130. Apul. Met. I. p. 58. *et iam iubaris exortu cuncta collustrantur.* II. p. 83. *de iubaris orbe.* VIII. p. 588. *ante iubaris exortum.* Ita *sol* dicitur *iubar* ab Auson. Mosell. 16., ubi male Tross. *nitidum iubar* coniecit pro *liquidum iubar.* Quamquam enim bene demonstrat, id saepius dici de iubare et de sole ipso, exempla tamen sunt, ubi *liquidum* de lumine et de sole ponitur. cf. Lucret. V. 282. *Largus idem liquidi fons luminis. aetherius sol* Curt. VII. 11. *sed ubi liquidior lux coelo apparuit* i. e. ubi sol coelo clarius splendebat.]

quemdam serpentis leniter aquae propter insistens, subtilem occasionem feliciter nactus, cogitabam totum memet flexis | scite cruribus pronum abiicere, certus 244
atque obstinatus, nullis verberibus ad ingrediundum exsurgere, immo etiam paratus non fusti tantum, sed machaera perfossus occumbere. Rebar enim, iam me prorsus exanimatum ac debilem mereri caussariam missionem; certe la-

serpientis D. a m. p. quod in margine in *serpentis* correctum est. *prope* pro *propter* omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. et cod. D. in margine a m. s. cf. Kopp. ad Mart. Cap. II. §. 214. p. 249. Dr. ad Liv. XXVIII. 48. 16. *insistens* Cod. D. terminationem *ēs* a m. s. scriptam habet; quae tamen prior fuerit lectio, nunc quidem non apparet. *subsistem* Bas. 2. *naptus* O. *flexis sistere crur. δ. abiere* f. *abiere* Iunt. 2. *obicere* p. *ingradiandum* F. 1. 3. *ingradiundum* L. *ingrediendum* P. (teste Wów.) D. et f. ed. pr. Venet. 2. 4. Paris. *ingradiendum* P. (teste Oud. qui rectius vidit) G. O. *egrediendum* R. B. *grediendum δ. etiam* abest a δ. *facte* O. et D. a m. s. *perfossus* F. 3. G. P. O. f. π. δ. Ceteri et edd. vett. praeter Iunt. 2. *percussus*. In D. legitur a p. m. *perfusus fossus* sed a m. s. punctis indicatum est, syllabam *fusus* delendam esse. *ad debilem* G. D. *morti succumbere* pro *mereri causs. miss.* G. D. P. L. B. R. O. π. δ. et cod. Bonon. teste Pio. *caussae remissionem* ed. princ. Venet. 2. 4. Paris.

propter insistens. Non opus est, ut cum Pricaeo emendemus *propter adsistens.* Nam *insistens* potest significare vel *subsistens paululum interquiescens* cf. Sil. X. 157., vel *incedens.* [Posteriorem *incedendi* significationem Oud. male protulit, quae ab h. voce plane aliena est; de priore quae unice hic probatur cf. Cic. de N. D. II. 20. ibiq. Creuz. p. 284. II. 40. de Div. II. 62. ibiq. Hotting. Quae porro est Oud. sententia, *rivulum* potius ab *insistens* aptum et *propter* adverbialiter esse positum, vereor ut defendi queat. Quamquam enim saepius *propter* absolute dictum invenitur, cf. Tac. Ann. IV. 54. Mart. Cap. IV. §. 333. p. 352. ubi *quae insinuatione peracta propter adstabat* legendum est e Mss., cf. Wund. Var. Lectt. ed. Erf. praef. p. 114 sq., Intt. ad Phaedr. II. 6. 7., tamen *insistere rivulum* dubito an dici possit, quum quae alia affert Oud. exempla aliter habeant de eo, qui alicui rei incumbit eamve ingreditur. At vero *propter* per anastrophen satis notam vocabulo suo est postpositum, neve mireris, longius hoc remotum esse a casu suo, unum sufficiat apponere Taciti exemplum Ann. III. 3. 1. *Corcyra, insula littora Calabriae contra sita.* Hanc anastrophen in praepositione *propter* Tacito potissimum in usu erat Ann. IV. 48. XIV. 9. 2. *viam Miseni propter* XV. 47. Böttich. Lex. Tacit. 119. 120. Rup. ad Tac. Ann. I. 50. 3. et ad III. 17. 4.]

subtilem occasionem. Hanc optimam omnium Codd. lectionem ne in dubium quidem vocare debebat Oud., ut *subitam* c. Burm. vel *utilem* non improbarit, ipse *labilem* coniiciens i. e. *facilem labendi occasionem.* [Sed *labilis* hoc ipsum significare non potest: nam *labilis occasio* ea esset, quae facile labitur, non quae labenti est opportuna. Sed *subtilem* cum eodem retulerim ad subtilitatem consilii et callidum astum, quem illa occasione poterat Lucius exercere. *Subtilis* est *occasio,* quae callido se praebet et opportuna est.]

ingradiundum. [Ita ex vestigiis optimorum codd. et Ms. L. dedi. Amat enim Apuleius in compositis retinere sonum simplicis, quamquam alibi huius scripturae exemplum nullum inveni. cf. ad Met. IV. p. 315.]

fusti. [cf. ad Met. IX. p. 668.]

perfossus. Vulgata lectio *percussus* inde exorta est, quod Zeugma illud interpretes non intellexerunt. Nam licet *fusto perfossus* proprie dici nequeat, sed *percussus, contusus* vel quid simile, nemo tamen nescit, auctores solere ultimo tantum substantivo iungere verbum aptum, subintelligentes ad alterum in praecedentibus. Exempla innumera sunt Oud. comparat sua dict. ad Hirt. B. G. VIII. 5. Dr. ad Liv. XL. 42. §. 11.

caussariam missionem. [De *missione caussaria*, cui morbus fuit caussa vel aliquis casus ac calamitas cf. Casaub. et Salm. ad Spartian. Hadr. c. 10. T. I. p. 79 sqq. Macer. Dig. XLIX. 16. 13. *Caussaria missio dicitur, cum quis*

trones partim impatientia morae, partim studio festinatae fugae dorsi mei sar-
245 cinam duobus ceteris iumentis distributuros, meque in altioris | vindictae vicem lupis et vulturiis praedam relicturos.

CAPUT V.

Sed tam bellum consilium meum praevertit sors deterrima. Namque ille alius asinus, divinato et antecapto meo cogitatu, statim *scilicet ementita* las-

destinatae G. L. P. f. φ. π. δ. et D. in cuius margine *al. festinatae* legitur. *in alterioris vindictae* omisso voc. *vicem* δ. *lumpis* D. *vulturis* G. D. et edd. ante Colv. praeter Iunt. 2. *vulturibus* ed. pr. *vellum* F. 3. G. in cuius margine est *bellum* a m. s. δ., *b* pro *v*, ut saepenumero, quae lectio ansam praebuisse videtur, ut in β extet tam *velox cons.* D. habet *bevellum* punctis syllabae *ve* subscriptis. *praevenit* B. *praeterit* D. a m. p. sed *praecertit* correctum est a m. sec. et tertia. *pervertit* δ. et omnes edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris. *et ille* δ. *asinus* absent ab O. *et non capto nõ cog.* P. G. [qui habet n̄] et D. a m. p. sed erasa est littera *n* i. e. *non* et a sec. supra scriptum *ante. mentita* G. D. O. L. P. f. *se mentita* F. 1. 3. B. p. et omnes edd. vett. praeter Venet. 4., quae habet *ementita* et Paris.

mites vitio animi vel corporis minus idoneus militiae renunciatur. Lucius hic se comparat militi, qui nimia onera ferendo ita infirmus est, ut diutius militiae quasi molestiis impar appareat, et qui mittatur a latronibus mereatur.]

festinatae fugae. Alteram lectionem *destinatae fugae* Oud. ideo refutat, quod sit decreta fuga etiamsi non suscepta; latrones vero iam diu in ea fuisse. [Hoc equidem comprobo. cf. Intt. ad Virg. Aen. IV. 575.]

altioris vindictae. Altioris, quod Sciopp. Susp. III. 22. prave in *maioris* commutavit, Oud. multis exemplis confirmat, idem esse pronuntians, quod *ulterioris, gravioris, vehementioris* coll. Met. VI. p. 411. *tu mihi videris .... alte prorsus malefica* [ubi *valde* significat cf. Met. V. p. 381. *alte rursus concito gradu*] X. p. 682. *altius agitata.* [His addi poterat ex Apuleio. Met. IV. p. 303. *altius fremens.* VIII. p. 547. *altius miserantes.* IX. p. 646. *altius commota et exasperata.* Hoc tamen observari licet, non ubique *altus* pro *vehemens, gravis* posse poni, sed quotquot sunt loci, qui non pauci extant apud Tacitum, semper de animo gravius commoto dicitur, ut *altior vindicta* hic ea sit, quae penitius animo insedit, et animo gravius agitato nascitur. Quamquam loci Apul. Met. VI. p. 411. et V. p. 381. huic observationi repugnant; quod ingenio Apuleii condonandum est. Miror deinde, qui interpretes in coniecturam satis facilem non inciderint *acrioris*, quae duo vocab. in Mss. saepius confunduntur cf. Ruhnk. ad Vell. II. 6. 2. Heins. ad Ovid. Remed. Am. 651.]

vulturiis. [Ex Mss. ita edendum curavi; cf. Serv. ad Aen. VI. 595. Dr. ad Liv. I. 21. quos Oud. excitat et ad XXVII. 11. §. 4. Met. X. p. 711. ubi item codd. variant Misc. Observ. Vol. II. Tom. III. p. 398. ubi vir doctus recte adnotat: *In similibus duplicis nominativi nominibus consensum Mss. sequendum arbitror*, cf. *Scheffer. et Axoven. ad Phaedr. I.* 27. 8. cf. Förtsch. ad Voss. Arist. Tom. I. p. 425. sq.]

Cap. V. *praevertit.* Oud. hanc lectionem, quae proba est, illustrat ex locis Met. V. p. 346. *praevertit statim lumen.* VII. p. 484. *consilia praevertitur.* coll. Brant. et Hotom. ad Caes. B. G. VII, 33. Dr. ad Liv. XXIV. 5. [Plura exempla qui desiderat adeat Cort. ad Lucan. IV. 163.]

scilicet ementita. Haec ex optima Oud. coniectura in textu ponere non dubitavi, quum codd. locupletissimi constanter *se mentita* praebeant. Quae lectio tantummodo ferri potest, si pro *offunditur* ex vestigiis cod. B. legatur *offundit.* [Quid enim sibi velit Oud., *lassitudine se mentita* copulari posse existimans, vix capio. *Scilicet* enim, quod in codd. vel per

situdine cum rebus totis offunditur; iacensque in mortuum non fustibus, non stimulis ac ne cauda et auribus cruribusque | undique versum elevatis tentavit 246
exsurgere, quoad tandem postumae spei fatigati secumque collocuti, ne tamdiu mortuo immo vero lapideo asino servientes fugam morarentur, sarcinis eius mihi equoque distributis, destricto gladio poplites eius totos amputant. Ac paululum a via retractum per altissimum praeceps in vallem proximam etiam nunc spirantem praecipitant. Tunc ego miseri commilitonis fortunam cogitans, statui iam dolis abiectis et fraudibus asinum me bonae frugi dominis exhibere.

se cum reb. t. effundit quae ut Bertin. cod. lectio ab Elm. enotatur, non comparet in coll. Modian., in qua *effunditur* legitur ut in D. ∂. π. *in modum mortui* pro *in mortuum* ex interpretamento habet B. p. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. Ita quoque m. sec. emendavit in cod. D. *stamulis* Venet. 4. *quidem* quod post *cauda* in nonn. Mss. et omnibus edd. vett. legitur exulat a F. 3. G. D. L. R. f. ∂. *cruribus* pro *cruribusque* ∂. *tentatum exurgere* O. *quod ad* ∂. *quo* p. *posthumo* inepte scribitur in Venet. 2. et Beroald. quod cum aliis improbat Oud. *collacati* Iunt. 2. *tam imo* pro *tamdiu* β. *vero* deest in ∂. *lapides* D. a p. m. *s* deinde in *o* correcto a m. s. *totas* G. D. P. L. O. Z. p. f. ∂. ed. princ. *via retentum* f. *in vallem proximum* F. 1. 3. *etiamnunc* omnes Mss. et edd. vett. usque ad Vulcan., qui prave *etiamnum* mutavit. *Etiamnunc spirantem* absunt a G. D. P. O. π. *ego* non comparet in D. sed in margine a m. s. additum est. *mei* quod ante *commilitonis* addunt, exulat a F. 3. G. D. P. O. p. ed. pr. et Iunt. 2. *mei commil.* f. *eiectis* f. *fradibus* D. *et* atque *eos* absunt a ∂. *dominiis* ed. pr.

simplex *s* vel compendio *sc̄* scribitur, fallere facilius poterat librarios, ut cum minus usitato verbo *ementita* coniungerent. De *ementiri* cf. Creuz. ad Cic. de N. D. II. 21. p. 289. qui Schwarz. ad Plin. Paneg. 81. p. 408. excitat. Pric. ad Met. V. p. 347.]

offunditur. *Offundi* hic est terrae adfligi magisque denotat pondus ruentis asini, quam altera lectio *effunditur.* Passim enim *ob* Apuleio valet *ad* sensu obiiciendi cf. Met. II. p. 169. *digitis pedum detunsis ob lapides* et ibid. p. 161. *ob os corporis imponit.* [cf. Intt. ad Cic. Tusc. III. 18. §. 39. T. II. p. 124 sq. ed. Moser.]

undique versum. [cf. Gronov. Observ. l. 7. p. 39. ed. Frotsch. Est sequioris tantum latinitatis vocabulum praeceteris Gellii cf. XII. 13. §. 20. VII. 14. §. 6. Apul. Apol. p. 544.]

totos poplites. [Ita optimi codd. F. 1. 3., quos c. Oud. sequendos esse duxi, quamquam ille femininum genus Apuleianae licentiae adtribuit coll. Ferrar. I. El. 14. Sententiae autem, quam addit, non tam licentiosum fuisse Apuleium, sed scrupulosissimum affectatorem quidem antiquitatis et exoletorum verborum sed nihil scribentem sine exemplo, subscribere nolo. Iam Bernhardyus, qui, quantum penes me est iudicium, sagacissimus omnium est Apuleiani ingenii cognitor, hanc opinionem impugnavit; cf. Hist. Lit. Rom. p. 132. not. 230. Oud. vero si suae opinioni patrocinari velit, ad ea provocet necesse est, quae nostra tempora non tulerint, sed ita sibi et nobis omnem discernendi facultatem ademit. Nam quomodo aliter de formis et dictionibus et vocabulis noviter prolatis sentire possis? Equidem hoc tantum contenderim, multa esse ab Apuleio novata, quae nec hodie exemplis possunt confirmari nec unquam fortasse confirmari poterant sed ex ingenio fluxisse Apuleii consentaneum est ita, ut nunquam analogiae leges violarent. Hoc idem cadere videtur in vocabula a Bernhardyo d. l. enumerata, quorum ratio suo loco habenda erit. Cave porro, ne in his rebus Mss. nimium tribuas. Ita enim statim seqq. verbis ex optt. codd. Florent. emendandum esset *proximum vallem.*]

dolis abiectis et fraudibus. [Ita graece *δόλοι* et *ἀπάται* coniunguntur. Soph. Philoct. 1228. cf. Cic. Dom. 14. Caes. B. C. II. 14. cf. d'Orv. ad Charit. IV. p. 438. ed. Lips. et Ramsh. Synonym. Tom. I. p. 127.]

frugi. [cf. quae disputat Voss. Arist. T. I. p. 518. Förtsch., qui eius sententiam correxit.]

Nam et secum eos animadverteram colloquentes, quod in proximo nobis esset habenda mansio et totius viae finis quieta eorumque esset sedes illa et habitatio. Clementi denique transmisso clivulo pervenimus ad locum destinatum. Ubi rebus totis exsolutis atque intus conditis iam pondere liberatus lassitudinem vice lavacri pulveris volutatibus digerebam.

CAPUT VI.

217 [145] Res ac tempus | ipsum locorum speluncaeque illius, quam latrones inhabitant, descriptionem exponere flagitat. Nam et meum simul | periclitabor ingenium, et faxo vos quoque an mente etiam sensuque fuerim asinus, sedulo sentiatis. Mons horridus silvestribusque frondibus umbrosus et imprimis altus fuit. Huius per obliqua devexa, qua saxis asperrimis et ob id inaccessis cingitur, convalles lacunosae cavaeque nimium, spinetis aggeratae et quaqua versus repositae naturalem tutelam praebentes ambiebant. De summo vertice fons affluens

animadrertem tam P. *aũaerre tam* G. et D. *in proximum* L. *humida mansio* ed. Bas. 1. *vitae finis* ed. pr. Iunt. 1. 2. Ald. sed in Iunt. 2. operarum errore, ut indicatum est. *que eorum* ∂. *quod eorum* B. *clirolo* D. cum glossa marginali *monticulo*. *trassmisso* D. *perveniemus* Venet. 2. *solutis* B. ex coll. Elm. sed ex coll. Modii *exsolutis* habet. *dissolutis* F. 1. *vite* pro *vice* G. P. D. quae a p. m. ita legisse videtur, sed rasura dein correctum est *vice*. *lauacri* deest in L. *pluris* ∂. (quod ex nota *pl'ris* vel *pl'uis* natum videtur esse). Hoc vocabulo cod. G. 1. post magnam lacunam denuo incipit. *voluptatibus* G. 1. 2. D. P. f. p.

speluncaeque F. 3. G. 1. 2. D. P. O. f. p. ∂. et Iunt. 2., ceteri codd. et edd. habent *et speluncae*. *quam* exulat a F. 3. (in quo prius abrasum videtur et deinde ex manu recenti additum) et p. *inhabitant* G. 1. 2. F. 1. D. P. O. p. Iunt. 1. Aldin. *die scriptionem* Venet. 2. *flagitat* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. O. p. et edd. vett. praeter Venet. 2. 4. Iunt. 1. et Aldin. quae cum cett. Mss. *flagitant* habent. *etiam* abest a G. 1. 2. D. R. L. P. f. ∂. *sentietis* ∂. *sententias* Venet. 2. *sententiae* Vicent. *silvisque* G. 1. *silvestribus* omissa particula *que* ∂. *imbrosus* Ald. *fuerit huius* ∂. *devexi qua* G. 2. P. D. sed in margine a m. s. *devexa* legitur *devexaque* R. f. *in accessis* pro quo in margine m. s. legi voluit nescio quo sensu *accessibus*. *laciniosae* B. *spinatis* R. f. *aggregatae* D. *cur. in unum* B. *quamquam versus* L. O. Bas. 1. *reupsitae* D. *aubiebã* D. a p. m. deinde a sec. litera *t* appicta est. *affluens* F. 3.

exsolutis. Passim res quaevis dicuntur *exsolvi*, composito pro simplici, ut fides, culpa, promissum, aes alienum. cf. Hirt. B. A. c. 49. Asson. Grat. Act. p. 709. Tib. IV. 5. 16. ubi vide Broukh. Dr. ad Liv. II. 32. §. 2. III. 19. §. 1. Oud. ad Lucan. II. 262. [cui adde Ruhnk. ad Ovid. Heroid. X. 78. Dr. ad Liv. XIX. 18. §. 1. XXII. 61. §. 5. Plaut. V. 6. 26. Bacch. IV. 8. 38. Plurimus est in eo vocab. Tacitus cf. Rupert. ind. Lat. s. v.]

volutatibus. [Lavari enim et pulvere volutari equis maxime conducere putant equisones, praescribuntque medici equarii. Xenoph. Oecon. XI. 18. *ἐπειδὰν δὲ ταῦτα γένηται ὁ παῖς ἐξαλίσας τὸν ἵππον οἰκάδε ἀπάγει* ibiq. Intt. Gloss. Philox. *volutabrum κύλισμα ζώων*, unde errant, qui tantum de suibus id dici pronuntiant; cf. Arnob. VII. 17. Plin. XXX. 16. 53, *Pulverem, in quo se mula volutaverit, corpori inspersum mitigare ardores amoris*. Plura qui desiderat cf. Argol. not. ad Onuph. Panvin. de ludis Circens. in Graev. Thes. Antt. T. IX. p. 187.]

Cap. VI. *speluncaeque*. De his latronum speluncis, quae in Milesiarum scriptoribus saepissime celebrantur cf. Xenoph. Ephes. IV. p. 56. p. 59. Heliod. I. p. 51. qui sollerter exstructum antrum deinceps exsequitur. Misc. Observ. Vol. VI. T. I. p. 297.

repositae. Participium verbi *poni* cum compositis passim usurpatur de naturali locorum situ; cf. Sil. XIII. 133. Virg. G. III. 212. Curt. IV. 1. Dict. Cret.

Digitized by Google

bullis ingentibus scaturribat, perque prona delapsus evomebat undas argenteas: iamque rivulis pluribus dispersus ac valles illas agminibus | stagnantibus 248

vallis δ. solito errore. *scaturiebat* F. 1. G. 2. D. P. O. *scaturribat* F. 3. In cett. *scaturibat. quique prona* p. Vicent. Venet. 2. Iunt. 2. et ut conlici licet ed. princ. notante Oud. quamquam in meis schedulis nihil adnotatum video. *qui per prona* Ald. et Colin. *rivulus* f. *pluribus* abest a B. et P., teste Kim., sed si fides habenda est collationi Gruterianae, id vocabulum in P. extat. *dispersis* G. 2. D. *illas* abest a G. 1. 2. P. B. O. *agminibus* F. 1. 3. G. 1. (cum glossa *congregationibus*) G. 2. D. B. O. f. φ. *δ.* p. In cett. et edd. vett. omnibus *amnibus* legitur.

II. 45. Hirt. B. Alex. 72. Ovid. Am. III. 6. 7. ibique Heins. et Burm. Sic ergo et *convalles quaquaversus repositae* s. in longum et procul iacentes circumcirca: ut *terrae repostae* Virg. Aen. III. 364. Sil. III. 325. Heins. perperam coniecit *reprosae.* [Cic. Agr. 2. 35. Plaut. in fragm. Caeci s. Praedon. apud Charis. II. p. 179.: *nihil quidquam factum nisi fabre, nec quidquam positum sine luce,* ubi emendandum erit *sine fuco. Lucus* enim pro *ligno luci* dictum omnino displicet.]

scaturribat. [Saepius hac quartae coniugationis forma in *ibam* pro *iebam* usus est Apuleius, quae Afris potissimum tritior videtur fuisse et Gellio. cf. Met. X. p. 703. *abligurribam:* XI. p. 804. *insignibar.* X. p. 701. *mollibat* de Mundo p. 347. *munibant.* Met. X. p. 723. *quibat.* VII. p. 452. *parturibam* ut ex optt. libris ibi legendum est. Front. de fer. Alsiens. p. 212. ed. Rom. *imper tibat.* Rudd. Instt. Orat. I. p. 281. n. 91. Ursin. Gr. p. 672., qui licitam docet esse in carmine formam, non item in prosa nisi quis cum Apuleio, Fulgentio aut Capella ἀρχαΐζειν velit. Bach. ad Ovid. Met. II. 582. V. 361. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 868., qui multa Plauti exempla enumerat. Ita apud Mart. Capell. I. §. 88. p. 127. ex uno cod. Leidens. recipiendum esse arbitror: *gestibat* ubi mire haecce Kopp. adtulit: *Sed quum reliqui et omnes editi meliorem orthographiam habeant, et Martianus quamvis Afer rectius scribere etiam potuerit, haud scio cur pravum recto substituamus.* De orthographia vocis *scaturrire* dubitant adhuc interpretes. Ego duplici littera *r* scribendum putavi, quod praetulisse videntur codd. vetusti. De *abligurrire,* quod eadem ratione scribendum est, cf. ad Met. X. p. 703.]

agminibus. Agmina dici de fluvio Oud. probat ex locis Auson. de Cl. Urb. XIV. 22. Amm. Marc. XV. 11. Avien. descript. Orb. 1158. Burm. ad Val. Flacc. IV. 721. Salmas. ad Solin. p. 11. Gell. VI. 2. *agmina et volumina.* Solere enim *agmen* et *amnis* in Mss. confundi coll. Dr. ad Liv. XXI. 5. [Burm. Claud. Idyll. IV. 32. *Agmen* cum Oud. non de copia et multitudine intellexerim fontis limpidi, sed potius de rivulis, quorum motus tam lentus et piger erat, ut vix discerni posset, quique in vallem delabentes exitum nullum habebant indeque videbantur esse stagnantes. Quamquam scio saepius de copia et mole aquarum legi *agmen;* cf. Virg. G. I. 320. ibiq. Intt. Lucret. V. 272. Virg. Aen. VII. 464. cf. Doed. Syn. II. p. 6.]

stagnantibus. [Barth. Advers. XXI. c. 7. p. 1032. *aquae stagnantes* explicat *fluentes,* quod non fecisset, si verba seqq. accuratius perlegisset. Quae enim affert exempla plane aliter intelligi debent. *Stagnare* enim etiamsi non semper de aquis dicitur, quae quiescunt, ut male explicat Fest. s. v. p. 249. *quod in eo aqua perpetuo stet.* Serv. ad Aen. I. 130. *stagnum aqua stans,* tamen de iis semper in usu est, quae lente fluunt et immobiles videntur. Ita de *mari* usurpatur cf. Serv. ad Virg. l. c. Intt. ad Lucan. VIII. 838. Hic etiam de rivulis dicitur, qui ignavi maris instar vallem lente circumfluunt, quia effluere nequeunt, sed recentibus agminibus semper moventur.]

Digitized by Google

irrigans, in modum stipati maris vel ignavi fluminis cuncta cohibebat. Insurgit
249 speluncae, qua margines montanae desinunt, turris ardua, caulae fir|ma solidis cratibus, ovili stabulatione commoda, porrectis undique lateribus. Ante fores

stipati maris F. 1. 2. teste Elm. habent ut in Mss. omnibus et edd. vett. legitur. Sed ex collatione Lindenbrog. in altero tantum ita legi apparet, unde prior sine dubio *sopiti* servabat. Ex Vulcan. inde edit. *sopiti* in textum receptum est. *val ignaci* Barthii habet cod. quae lectio commemorata est in Advers. XXXIII. 5. p. 1513. et LI. 15. p. 2410. *cogibebat* O. *choibebat* D. *desint* f. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. *ardua caule* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. cuius tantum alia est scribendi ratio in cod. L. et ed. princ. *caulae*. *ardua calle* extare in F. 1. pronuntiat Elm., *ardua caula* Oud. quod verum est; *arduo caule* R. f. Venet. 2. et Iunt. 1. *arduo caulo* δ. *firmas* F. 1. G. 1. 2. P. B. et D. ut videtur a p. m. nam rasuram esse video ut nunc compareat *firma*. *firmans* O. *solidum* D. *solitis* Venet. 2. 4. Paris. *onili* G. 2. *stabl'ane* D. *perreptis* D.

stipati. *Sopiti*, quod F. 1. et edd. edd. aliquot praebent, Oud. ex locis Sil. XIV. 276. et Dioscuri in Anthol. I. p. 62. *θάλασσαν ἀγρίαν ἐκοίμισαν* p. 113. *ἐπιστὰς δὲ θάλασσα* defendi posse putat. [cf. Lucret. I. 30. Plin. H. N. II. 79. 81. Sed hic ne locum quidem habere potest, quum ibi tantum ponatur, ubi post turbines et procellas quies et malacia instat. Nec minus improbaverim Wass. coniecturam *strati*; cf. Virg. Ecl. VI. 57. ibiq. Wagn.: nam mare tranquillum et paccatum eo non omnino quiescit. Oud. mavult *stupidi*, quod dici pronunciat tum de *congelata* tum de *stagnante aqua*, coll. Val. Flacc. V. 603. Sen. Herc. fur. 763. Lucan. V. 434. Petron. c. 190. Martial. IX. 100. Avien. Or. Mar. 121. Optima haec est emendatio, quam statim reciperem, nisi a Mss. vestigiis nimium recederet. *Stipatus* pro *concretus*, *congelatus*, nisi analogia voc. *densatus* defendere velis, exemplo vix poteris confirmare. cf. Lucan. II. 640. *aequor densum* et Intt. ad eiusd. V. 434. 436.]

vel ignavi. Ex cod. sui lectione, si tanti est, Barth. non inepte coniecit: *agn. stagnantibus irrigans in modum stip. maris, vallo ignavi fluminis cuncta cohibebat*, quod Oud. comprobat locis Gell. XII. 13. Manil. I. 151. Nihil tamen temere mutandum esse idem monet, quum auctor saepius a pluribus comparationem repetat; coll. Met. I. p. 62. *argento vel vitreo aemulus*.

insurgit. [*Insurgere* ut *crescere* de arboribus, montibus, turribus aliisque locis dicitur, quae in altum extolluntur; cf. Burm. ad Anthol. L. T. II. p. 589.]

turris ardua, caulae firma solidis cratibus, ovili stabulatione commoda, porrectis undique lateribus. [Hic locus omnium est difficillimus, nec probam adhuc sententiam eius interpretes poterant efficere. Colvius *caule* dictum putat pro *colle* testemque excitat Serv. ad Georg. II. 30. Sed ratione non habita, *collem* hic ferri non posse, quoniam latrones margines montanos iam superaverant, in eo etiam errat, quod Servio aliquid intrudebat ab illo minime observatum. Dicit enim Servius l. c.: *caudicibus posuit pro codicibus sicut caulem pro colem*. *Colis* hic non est *collis*, sed altera eiusdem substantivi *caulis* forma, quae saepius in usu erat cf. Cat. R. R. 35. Varr. R. R. 1. 41. §. 6. et I. 31. §. 2. Colum. R. R. V. 6. 36. Colv. Arb. IX. 2. [cf. Voss. Arist. T. I. p. 376. ed. Förtsch.] qui scriptores R. R. potissimum hac forma usi fuisse videntur. Ita non raro apud eosdem legitur forma *coliculus*. Alii *calle* e Ms. B. receperunt, quod difficillimam et aviam fere semitam significaret, sed quum quae sequuntur minime cum hoc vocabulo cohaereant, inde improbandum id esse duxi, quamquam me genus huius vocabuli femininum minime offendit ab Oud. iam defensum coll. Dr. ad Liv. XXII. 14. §. 8. cui adde Voss. Arist. T. I. p. 373. Förtsch. Oud. antea in Miscell. Obs. Vol. II. T. 2. p. 307. *caute* coniecerat, eandem ob causam reiiciendum, qua Colvii coniecturam falsam esse sta-

Digitized by Google

exigui tramites vice structi parietis attenduntur. Ea tu bono certe meo periculo latronum dixeris atria. Nec iuxta quidquam, quam parva casula cannulis temere contecta, quo speculatores e numero latronum, ut postea comperi, sorte ducti nòctibus excubabant.

exigui abest a R. f. *exiguae* φ. *trabes* φ. *tramitis* D. (sed primis litteris *tra* lineolae = sunt subscriptae, quae ad lectionem marginalem *ra* pertinent, ut m. s. lectionem Fulvii et Schikerad. *ramices* indicasse videatur.) *vices* G. 1. 2. D. O. *vicem* P. *stricti* O. δ. *parietes* G. 2. D. p. *accenduntur* B. *exacubo* δ. pro *ea tu bono*. *bono* a m. p. est in D. sed *bona* a m. s. in marg. *certo modo peric.* O. a p. m. et δ. *certo meo* f. *certe me* F. 3. *pericula* G. 1. *ac iuxta* G. 1. a p. m. sed *nec* a m. s. *nec iusta* Venet. 2. *cannis* G. 2. P. D. *contexta* φ. δ. *quaspecul.* O. *sorte electi* δ. ex glossa.

tuimus. Sententia mutata postea ita legit: *turris ardua, caulà firmà solidis cratibus, ovili stabulationi commodà* vel *caula firma est sol. crat.* cett. Haec licet non displiceant, Mss. tamen secutus optimos hunc locum ita correxi: *turris ardua, caulae* (Mss. *caule*) *firma solidis cratibus, ovili stabulatione commodà, porrectis undique lateribus*, ut sententia efficiatur ea: Turris erat ardua, eamque circumdedit quasi firmans caula solidis cratibus texta, et stabulatio erat ovibus accommodata et utilis. *Turris ardua* coniungenda esse probat antecedens vocabulum *insurgit, ovili stab. commoda* sunt ablativi quos dicunt absoluti. *Caula* vero hic retinendum esse sequentia probant et vocabuli significatio. cf. Fest. s. v. p. 36. Lindem. *caulae a cavo dictae. Antiquitus enim ante usum tectorum oves in antris claudebantur.* Serv. ad Virg. Aen. IX. 60. *caulae munimenta et septa ovium* cf. Iutt. ad Fest. l. c. p. 366. Lindem. et *caulae solidae crates* sunt textae, quibus stabulum ovile continetur. Id unum moneo, Charis. I. p. 20. *caula* inter ea numerasse substantiva, quorum pluralis tantum in usu sit, idque omnes reliquos veterum locos confirmant. Magis tamen me vexant verba *porrectis undique lateribus*, quae quid significent, nemo interpretum adhuc exposuit. Suntne latera cratium, quae quaque versum extenduntur? Ad turrim, nisi fallor, haec verba sunt referenda sed ita sententiam non efficiunt. Quid vero sibi volunt latera turris undique porrecta? Ardua etiam omnia circumspicientia esse non possunt, quum iam antrum, in quo latrones habitabant, totam regionem despiceret. Hinc scribendum iudico *praeruptis undique lateribus.* Priorem sententiam secutus interpres francogallus vertit: on voyoit une manière de fort, soutenu par de grosses pièces de bois [cf. Salm. ad Vopisc. Carin. I. p. 802.] environné de clayes bien iointes ensemble, dont les côtés plus étendus et s'elargissans laissaient un espace propre à retirer du bétail.]

tramites. [Retinui hanc lectionem, quam Fulv. et Schikerad. in *ramices*, Oud. in *termites* commutabat, quod auctor innueret *sepem* foribus praetentam, *vice structi parietis*, a qua ad *fores* verum esset *atrium.* Ex his igitur vocibus consentaneum esse, ipsos aditus artos vel saltuosos non esse intelligendos. Sed recte Pric. locum explicavit. *Tramites exigui* sunt viae angustae et satis difficiles, quae quum instar parietis essent a latronibus exstructae et aggeratae, ut vallum quasi efficerent, accedentes impediebant.]

contecta. [Hanc lectionem alteri *contextam* eo praetuli, quod ab optimis libris praebetur. Per se utrumque potest comprobari cf. Ovid. Met. V. 448. *textam stramine ... casam.* Lucan. V. 517. *cannaque intexta pallustri.* Caes. B. G. II. 17. quos locos omnes Oud. contulit. Id enim quaeritur, utrum tota casula cannis erat confecta, an iis tantum tecta. Fortasse ea ex luto vel ligno aliave materia erat exstructa, sed ne iniuriis tempestatum nimis exposita esset, cannis et stramento erat undique contecta. Et unde asinus, qui celeriter casulam praeteriit et postea demum, cui usui esset comperit, statim pronuntiare poterat, cannis eam esse *temere* contex-

Digitized by Google

CAPUT VII.

250 Ibi quum singuli derepsissent, | stipatis artubus, nobis ante ipsas fores loro valido destinatis, anum quamdam curvatam gravi senio, cui soli salus atque tutela tot numero iuvenum commissa videbatur, sic infesti compellant: Etiamne tu, busti cadaver extremum, et vitae dedecus primum, et Orci fastidium solum, sic nobis otiosa domi residens lusitabis? nec nostris tam magnis tamque

isti pro *ibi* Lips. *direpsissent* omnes, quos equidem vidi codd. et P. teste Oud. Edd. omnes vett. praeter Venet. 4. et Paris., quae habent *irrepsissent* ex glossa. *derepissent* D. a m. p. sed *direp* a p. m. s. in margine *direxissent* O. *stipatis et artubus* O. *curcatistam* D. sed eadem manu, ut videtur, litteris *is* puncta sunt subscripta. *tutella* G. 1. *tot. iuv. numero com. videbantur* p. *compellabant* F. 1. R. f. p. ∂. *compellerant* D. a p. m. sed a m. s. puncta litteris *er* sunt supposita. *tunc etiam* Pric. sine caussa praeferre videtur vocabulis *tunc etiam*. *et* ante *orci* exulat in G. 1. O. *ori* D. a m. p. littera *s* a m. s. super addita. *primum* quod Colv. male mutat in *privum* in ed. Pric. post *Orci* legitur. *solum* non comparet in L. *occisa domi* P. G. 2. ut equidem lego, quamquam c. Oud. etiam *arisa* possit erui, quod in D. a m. p. extat, a m. s. in *ociosa* correctum. *arrisa* L. *octiosa* G. 1. *insitabis* G. 1. 2. P. Z. π. *insicabil'* Ms. Al. teste Colvio. *insitabilis* D. a p. m., vocabulo *lusitabis* a m. s. super scripto. *tam magis* Venet. 2.

tam, quum externam tantum videret? Ita Ovid. de casa Philemonis Met. VIII. 631. *parva quidem stipulis et canna tecta palustri.*]

Cap. VII. *ibi.* Modius hic pro *ibi*: *eo* exspectat, hunc locum iis adnumerans, ubi particula, quae quietem indicet, cum verbis eundi vel proficiscendi coniungatur. Quam raro hoc in particula *ibi* factum sit, deteriorisque id esse latinitatis Hand. Turscll. III. p. 165. demonstrare studet. Ipse locos tantum adtulit ex ICC., quibus hunc usum cum vulgo communem fuisse iam Floridus Sabin. Lect. subcis. 2, 1. statuerat. Sed quamquam largior, h. l. *ibi* sua significatione posse explicari, ut externos locos vel ipsam casulam intelligas, per quam in cavum latrones descendebant, locus tamen extat alter Met. IV. p. 485., ubi Apuleius aperte *ibi* pro *eo* posuit: *ibi memet abiicio* et Solin. p. 9. p. 13. 68. 227. Salm. ad Solin. p. 45. Accuratius agam de hoc usu ad Met. IX. p. 668.]

derepsissent. Ita legendum esse, evincit loci sententia, nec omnino fieri poterit, ut quis *direpere* comprobet, quamquam notissima est verborum confusio; cf. Burm. ad Phaedr. II. 4. 12.

cadaver. [Quum proprie *cadaver* significet mortuum, de iis quoque dicitur hominibus, qui vel gravi senio vel desperata valetudine morti iamiam sunt propiores, et quasi eius praeda tenentur. cf. Barth. Advers. XLVI. 7. p. 2135. LIII. 4. p. 2484. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 529. carm. LVIII. 1. *cornix et caries vetusque bustum, turba et putrida facta saeculorum.* Quint. Declam. XII. 13. fin. *prona est cervix, tergum ossibus inaequale, infern's imaginibus similes, foeda etiam cadavera.*]

lusitabis. Varie h. l. propter Codd. perversitatem VV. DD. tentarunt, quorum coniecturas enumerare sufficiet. Sciop. in Symbol. p. 38. emendavit: *esitabit*, quod sqq. bene responderet. Brant.: *ministrabis* vel *mussitabis* vel *mutitabis* vel *morsicabis* coll. Fest. p. 99. [ubi forte legendum: *minutio, morsitatio ciborum.*] vel *incitabis*; Sopingius *insibilabis*: Ferrar. in Elect. I. 14. *esitabis* vel *mussitabis*; Pithoeus *vissicabis*, quod etiam Salmas. margini adlevit, ut sit frequentativum a *visire* vel *vissire* flatum ventris emittere: *βδεῖν* de quo cf. Casaub. ad Suet. Claud. c. 32. Oud. ipse coniecit: *inlusitabis* vel inludes nobis. Sed bene habet *ludere* de eis, qui ineptias agunt atque nugas et ludum quasi otium faciunt. cf. Plaut. Capt. V. 4. 6. Gell. XVIII. 31.

Digitized by Google

periculosis laboribus solatium de tam sera refectio|ne tribues? quae diebus ac 251
noctibus nil quidquam rei, quam merum saevienti ventri tuo soles aviditer ingurgitare. Tremens ad haec et stridenti vocula pavida sic anus: At vobis, for-

sollatium G. 2. D. *tribuens f.* *tribuas* Venet. 2. *tribuam* ed. pr. *servientis* O. *servienti* G. 1. *avariter ing.* P. teste Elm., sed ex illo cod. Grut. excerpserat *ariter*, quod etiam est in G. 2. et D. *animiter* δ. *ad hoc* G 1.

de tam sera refectione. Brant. male coniecit: *de tam fera profectione* et alius quidam: *die tam sera refectione* Oud. praepositionem *de* illustrat ex aliquot Apuleii locis, ubi *per* significet et Afrorum more πληθυντικῶς positum sit. Met. III. p. 218. *de vindicta solatium date.* VII. p. 468. *de verbis . . . cognosco* VIII. p. 328. *de ipso nomine temerarius* p. 583. *poenas de se exposcere* coll. Heum. ad Lact. Symp. 12. Bouh. ad Pervig. Ven. p. 181. et dict. ad Hirt. B. G. VIII. 24. [Plura Afrorum exempla Barth. Advers. XVII. 17. p. 884. enumerat, qui idem superflue ab iis poni praepositionem opinatur cum Burm. ad Nemes. Cyneg. 17. et ad Ecl. 2, 11. Orell. ad Arnob. V. 1. T. II. p. 264. Munk. ad Fulg. Mythol. I. p. 652. Hoc equidem improbo. In omnibus his locis *de* idem significat quod *ex* praepositio, quae ideo saepius cum eo mutata est. Sed alia videtur esse cogitandi et sentiendi ratio eius, qui *de* quam qui *ex* usurpat. *De* enim ibi positum esse censeo, ubi aliquid quasi deducimus et detractum esse a toto partem vel locum intelligimus, unde aliquid sumitur. Heumanno, qui Afros tantum ita loqui l. c. docebat, Bünem. ad Lact. V. 9. 1. iam adversatus est: Quamquam hoc non negaverim, plura sibi Afros sumsisse. Sed Oud. diversissima miscuit, quae suis locis exponentur. De nostri loci sententia cf. Hand. Tursell. II. p. 218. et prae ceteris p. 192 sqq.]

saevienti ventri tuo. [*Saevire* non solum de eo dicitur, qui prae fame ad insaniam usque processit cf. Ovid. Met. XI. 369. sed etiam de ventre, qui denegato cibo iratus quasi et impotens videtur. Sic *rabies* de fame in usu est Virg. Aen. II. 357. IX. 64. ibiq. Intt. Firm. de err. prof. Rel. p. 34. ed. Lug. Bat. 1654. *et satiaris templi cruore vel ara Carthaginis rabies tua et siccarum faucium venena nutrita sunt*; et *latrare* de stomacho dicitur, qui famelicus canis instar iratus cibum poscit cf. Hor. Sat. II. 2. 17. et 8. 5.: ut Graeci dicunt ὑλακτεῖν Iac. Q. Mæc. 8, 8.]

ariditer. [cf. de hac adverbiorum antiqua terminatione Orell. p. 53. in Append. ad Arnob. V. 1. p. 265. qui plura Afrorum exempla enumerat. *Ariditer* hoc uno praeterea Arnobii loco potest stabiliri. Voss. Arist. T. II. p. 981. Eckst. Erant, qui *arariter* ex cod. P. praeferrent, quod mihi non displicet, quum Plautus, cuius aemulator Apuleius est, eodem sententiarum nexu Curcul. I. 2. 35. dicat: *hoc vide, ut ingurgitat impura in se merum arariter faucibusque plenis.* Sed quia fides maior est excerptis Grut. quorum lectionem etiam G. 2. et D. confirmant, non *arariter* sed *ariter* iste cod. legit *Animiter*, quod cod. δ. praebet, ex analogia posse defendi, docet Priscian. XV. 3. p. 610 sq. ubi plura adverbiorum in *ter* desinentium emmerantur.]

ingurgitare. [Saepius de eo *ingurgitare* dicitur, qui vino et cibis propter voracitatem nimium se implet; cf. Plaut. Curc. I. 2. 35., ubi ex nostro loco non emendandum est *ingurgitat in se merum*, sed retinenda est lectio *ingurgitat se in merum* quae Arnobii loco V. 2. confirmatur: *Credimusne captos mero et dulcedine illectos mulsi tamdiu se poculis ingurgitavisse fallacibus* et Gell. XV. 2. §. 3. *crebris et ingentibus poculis ingenium ingurgitabat.* Met. IV. p. 466. *poculis crebris singulos ingurgitat* aliis. Ita apud Petron. c. 79. cum Heins. emendare non dubito *avidius ingurgitata* pro *diutius ing.* Eodem modo *barathrum* de ven-

Digitized by Google

tissimi fidelissimique mei hospitatores iuvenes, affatim cuncta suavi sapore percocta pulmenta praesto sunt, panis numerosus, vinum probe calicibus effricatis affluenter immissum, et ex more calida tumultuario lavacro vestro praeparata. In fine sermonis huius statim sese devestiunt; nudatique et flammae largissimae vapore recreati calidaque perfusi, et oleo peruncti, mensas dapibus largiter instructas accumbunt.

CAPUT VIII.

Commodum cubuerant: et ecce quidem longe plures numero iuvenes ad-
252 veniunt alii, quos incontanter adaeque latrones ar|bitraberere. Nam et ipsi praedas aureorum argentariorumque nummorum ac vasculorum vestisque se-

sospitatores fl. 1. 2. D. P. O. L. R. f. *d.* et ed. Paris. *suavis* D. G. 2. in quo a m. s. indicatum est, *s* delendum esse. *percocta* G. a m. s. nam m. p. scripsit *percerta*. *calcibus* G. 2. P. D. littera *i* a m. s. superaddita. *exfricatis* F. 1. et in marg. F. 3. a m. posteriore *calices effricati*. *etflicatis* p. *callida tumul.* G. 2. D. puncto a m. s. litterae *l* subscripto. *calida aqua tum* O. unde fortasse ed. Vinc. habet *calidaque*. *tumultuaria* G. 2. D. a m. p. *vestro* deest L. *vapore* non comparet in B. *calida* omissa copula P. et ed. pr. quae *calide* habet. *calidaque aqua* D. in marg. a m. s. habet *calideque d*. *calidaeque* in marg. ed. Bas. *et oleoque peruncti* D. a p. m. *mensas* D. a m. s. sed quae prior fuerit cod. lectio, dignosci non potest. *adveniunt* B.

cobuerant O. et G. 2. qui non *combuerant* habet, ut in excerptis erat Oud. quod in ed. pr. et Venet. 2. legitur. *coquerant* Venet. 4. et Paris. Eodem modo erravit Oud. in scriptura G. 1., qui non *accumbuerant* sed *accumbuerant* praebet. Oud. coniecit *conquierant*. *quidem* P. G. 1. 2. *d.* O. p. ut Oud. monuit, sed ipse in cod. G. 1. et 2. *quidem* aperte scriptum inveni, quod omnes mei codd. praeter F. 1. et vett. edd. habent. *instructus adven.* legi in B. monuit Elm., quamquam in coll. Mod. equidem nihil adnotatum esse vidi. *latrones* exulat a f. R. *arbitrarer* G. 2. et D. a p. m. sed a m. s. in marg. correctum est *arbitravere*. *Arbitrare* R. P. f. *d.* *ipsa* G. 1. *argenteorum* non addita particula *que* f. *d.* *argentariorumque* F. 3. G. 2. D. *argentareorumque* G. 1. O. p. *caschulorum* G. 1.

tre dixit Plaut. Curc. I. 2. 32. *Age effunde hoc cito in barathrum*, ubi etiam *cloaca* nominatur cf. Bentl. ad Horat. Sat. II. 3. 166. Nec aliter *demergere in alvum* de vorace homine in usu est cf. Burm. ad Phaedr. IV. 6. 10. et Petr. Burm. ad Anthol. Lat. Tom. II. p. 534. Barth. Advers. XXV. 1. p. 1213.]

hospitatores. *Sospitatores*, quod multi codd. praebent, Oud. defendit, quia latrones essent anus *σωτῆρες* et *sospitatores*, qui eam protegerent et de suo alerent. [Ego tamen *hospitatores* ex optt. codd. retinui, quod quum librariis sciolis esset iguotum, facile corrumpi potuit in *sospitatores*, quod legitur ad Met. IV. p. 439. et saepius apud Apul. *Hospitatores* vero latrones anus nominat, quia maximam diei partem ab antro discedunt, et sicubi reveniunt, cibis et potu recreari gestiunt, ut eorum quasi deversorium videatur esse. Apuleius ipse antea dixerat: *cui soli salus atque tutela tot numero iuvenum commissa fuerat. Fidelissimi* autem nominantur latrones ratione habita non *anus*, sed sui ipsorum commercii et animi.]

calida tumultuario lavacro vestro praeparata. [Intempestivum enim erat, illotum coenae accumbere, apud Graecos et Romanos cf. quae contulit Vincent. Butius de potu antiqq. c. 3. in Graev. Thes. Antt. T. XII. p. 13 sqq. Popma de operis serv. in Polen. Suppl. Antt. T. III. p. 1362 sq. Ursin. Append. ad Ciacc. de tricl. p. 132. et p. 279.]

Cap. VIII. *argentariorum*. [Ita ex optimis libris scribi volui: cuius scripturae glossa videtur esse altera lectio *argenteorum*, quam librarii poni debere putabant, ut vocabula *aureorum* et *argenteorum* sibi responderent. *Aurarius* enim et *argentarius* de rebus dicuntur aureis et argenteis, vel quae auro et argento sunt similes, ut lexica satis docebunt.]

ricae et intextae filis aureis invehebant. Hi simili lavacro refoti inter toros sociorum sese reponunt; tunc sorti ducti | ministerium faciunt. Estur ac potatur incondite, pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis. Clamore ludunt, strepitu cantillant, convicis iocantur ac iam cetera semife|ris Lapithis et *bibonibus* Centauris similia. Tunc inter eos unus, [146] 254

et sericae δ. *seriae* Venet. 4. *intectae* δ. et notante Oud. in G. 1., in quo ego *intexte* reperi. *invehebantur* p. *hic sim.* Venet. 4. *refoti* omnes Mss. et edd. praeter G. 1. qui *refecti* habet a m. p. *choros* L. f. δ. Aldin. *foros* quod in B. est neque vero in G. 1. in quo *thoros* aperte legitur, ut Oud. indicat *foros* habent praeterea edd. pr. Venet. 2. 4. Iunt. Paris. *thoros* G. 1. 2. P. D. β. *tunc* in omnibus inveni codd. praeter F. 1.; in quo *nunc* extat, et ita plures suorum Mss. legere, adnotavit Oud. *forte ducti* ed. pr. *editur* G. 1. in cuius margine a m. s. adscriptum est: *editur pro estur.* *hae* pro *ac* Venet. 2. *ac portâ* G. 2. et D. in quo tertiae voc. litterae punctum est subscriptum. *incondite* abest a G. 1. 2. L. f. δ. D. (in cuius margine additum est: *alii incredite*) *incondit* Venet. 4. *averratim* quod e G. 2. affert Oud., ibi non comparet, sed *acernatim.* *aggregatim* δ. solita confusione. *ingestum* D. a p. m. in margine extat a m. s. *ingestis.* *comutiis* aperte scriptum est pro *conviciis* in G. 2. et D. *iam* deest in δ. *se miseris* G. 2. D. π. *semiseris* G. 1. *Laphytis* L. *laphitis* G. 1. D *Thebanibus* F. 1. *Thelamibus* Basil. 1. in marg. ed. pr. et Venet. 4. *Telamibus* p. *Tebaris* δ. *tebanis* G. 1. *Thebanis* F. 3. G. 2. P. D. Iunt. 1. 2. Ald. Venet 4. *et* ante *Thebanis* inserunt G. 2. D. *tunc inter eos unus qui inter eos* G. 2. P. D.

toros. [*Choros*, quod nonnulli codices praebent, ex consuetudine natum est, *thoros* per *h* conscribendi; *foros* quod in aliis legitur cum Oud. non probaverim de sedilibus ligneis, rudibus ac vilissimis. Latrones enim qui res tam pretiosas clam furabantur consentaneum est, toris quoque accubuisse.]

acerratim. [De adverbiorum in *im* terminantium forma et usu cf. Taubm. ad Plaut. Curcul. II. 3. 17. p. 331. Epid. III. 2. 15. p. 505. Voss. Arist. T. II. p. 982. Eckst. Catalogum exhibuerunt Priscian. XV. 4. p. 624. Krehl. Barth. Advers. XXXV. 10. p. 1649. Wakefield. ad Lucret. I. 46. Forbig. Dissert. de Lucret. p. 43.]

cetera semiferis Lapithis et bibonibus Centauris similia. Ex diversissima librorum lectione interpretes varie locum emendarunt. Colv. reponendum esse censet *Threcibus*, qui a temulentia et insolentibus moribus inter convivendum male semper audiverint; cf. Intt. ad Horat. Od. I. 17. 2. Floridus *Thebanis* defendens Lapithas eo nomine dici putat a *Thebis* Thessaliae oppido, cuius meminerit Plinius IV. 8. [Liv. XXVIII. 7. §. 12. ibique Intt. Strab. IX. p. 431. 433. Haec vero opinio nulla ratione comprobari poterit, quum cur *Thebanos* potissimum nominaverit Lapithas, iusta caussâ afferri nequeat. Urbs enim non tam clara erat et celebris, ut pro tota Thessalia poni liceret. Quo accedit, quod Lapithae circa Olympum et Larissam urbem habitabant, Thebae vero in Phthiotide sitae erant. Oud. primum offendit in epitheto *semiferis*, quo nullibi Lapithae sed Centauri tantummodo nuncupentur (cf. Burm. ad Anthol. II. p. 695 sq.) indeque ad N. Heinsii et Floridi inclinat sententiam, qui verba transponunt ita: *ac iam cetera Lapithis Thebanis Centaurisque semiferis.* Pro *Telamonibus* Oud. placuit *Titanibus* in quam eandem coniecturam etiam Unger. meus in Thebanis II. 8. p. 240. incidit, qui accuratius hunc locum tractat. Quae vero adtulit exempla omnia ostendunt, Titanes saepius pro paediconibus dici, deinde pro luxuriosis hominibus, quae sententia minime nostro loco videtur esse apta. Aliter Oud. in mentem venit *infamibus, inmanibus*, quod etiam Heins. malebat, *Telchinibus* ut tria hominum genera Apuleius nominaverit. [*Telchines* huic loco non conveniunt. Famosi enim erant arte venefica et praestigiis vel propter invidiam et malignitatem neque vero animi ferocitate et temulentia. cf. Strab. XIV. p. 654. Τελχῖνας οἱ μὲν βασκάνους φασὶ καὶ γόητας, θείῳ καταῤῥαίνοντας τὸ τῆς στυγὸς ὕδωρ, ζώων τε καὶ φυτῶν ὀλέθρου χάριν. οἱ δὲ τέχνας διαφέροντας τοὐναντίον ὑπὸ τῶν ἀντιτέχνων βασκανθῆναι καὶ τῆς

Digitized by Google

qui robore ceteros antistabat: Nos quidem, inquit, Milonis Hypatini domum

ceteris L. in reliquis libris legi *ceteros* Oud. iam monuit et ipse inveni. *antistabat* F. 3. G. 1. 2. D. L. *antestabat* F. 1. f. Utrum ceteri libri praeferant, nescio, quum Mss. inter formam utramque omnino fluctuare ab Oud. adnotatum sit. *anteibat* quod prave corruptum esse a Basil. sec. Oud. ait, in cod. B. non comparet ut Elm. voluit, nam quae ibi in marg. extat lectio non B. sed F. est, quae ex Lindenb. collatione aliata est. *Ypati* G. 1. 2. D. P. L. R. f. O. δ. Ceteri monente Oud. variant inter *hypati* sive *Hyachi*.

δυσφημίας τυχεῖν ταύτης. Spanh. ad Callim in Del. 31. Creuz. Symb. II. p. 304. sqq. Tum Oud. coniecit pro *Lapithis Thebanis* simpliciter *Laestrygonibus* aut *Leontinis*, qui in simili comparatione apud Theopomp. Libr. XLIX. Philipp. *Centauros Pelii* et *Laestrygones Leontii* coniungantur. Neve quid intactum relinquat, emendat postremo *erantibus* i. e. *ebriis* et *bacchantibus*, quod statim probarem, si unus afferri posset locus, ubi *erans* de quocunque dicitur temulento et furente, nisi qui Bacchi numine exsultat. Unger. in l. c. quum *Thebanibus* vel *Thebonibus* pro glossa habeat, vel eiiciendum omnino vel *Aenianibus* legendum esse voluit, de quibus cf. Intt. ad Liv. XXVIII. 5. §. 15. Vides igitur quam late pateat coniecturae campus, et in quam diversissimam partem ingenium possit exerceri. Equidem in epicrisi mea de Oud. edit. Apul., quae extat in Jahn. Annal. a. 1838. p. 393. de hoc loco accuratius egi nec meam sententiam improbare hodieque possum. Mihi enim persuasi, quodcunque epitheton esse supervacaneum, quod temulentiant et ebrietatem ingeniumque Centaurorum et Lapitharum rude et crudum accuratius non describat. Nihil enim videntur mihi profecisse, qui e regionis nominibus medelam loci petere voluerunt. Comparantur nostro loco latrones epulantes et iocantes cum hominibus illis semiferis, qui ne inter nuptias quidem Hippodames, et Pirithoi regis Lapitharum a vinolentia et rixa temperare poterant. Idem tumultus, eadem temulentia, eadem feritas erat conviviis latronum. Unde intelligi potest, vocabula *Lapithis Centaurisque* tertio quodam gentis agrestis nomine non esse disiungenda: quod magis ferrem, si post *Centauros* tale esset positum. Bene describit Centaurorum epulationes Albric. de Imag. c. XXII. p. 931. Stav., qui locus pravo errore foedatus est: *Prima Hercules victoria fuit, quando in nuptiis Centauros ibidem existentes et inebriatos, qui dominas invitatas volebant violenter opprimere*, ubi meo periculo commutes *exilientes*. *Exilire* enim de *ferociente* dici posse vix negabis, si cum *exsultare* comparaveris, et utrumque vocabulum in Mss. saepius commutatur; cf. Dr. ad Liv. XXV. 21. 3. De re cf. adnot. Munk. ad Hyg. Mythol. p. 93. Sed nunc redeo. Hinc factum est, ut prius coniicerem *et helionibus Centauris vel et ebrionibus Centauris*, nunc vero lego *et bibonibus Cent.* Primum enim puto persistendum esse in lectione codd., qui *Thebonibus* vel *Thebanibus* scribunt, quum altera *Thebanis*, quamquam ab optimis probata, tamen glossam sapiat librariorum, qui *Thebanibus* pro *Thebanis* falso dictum esse putabant. Deinde *et* inserui auctoritate codicum P. G. 2. D., unde primum intelligi potest, quomodo litera *t* ad sequens vocabulum transierit cumque ea prave cohaeserit; et unde particula *que*, quae *Centauris* adnexa est, orta sit. Quum enim *et* ab oscitantibus librariis plane neglectum sequenti vocabulo adglutinatum esset, necessarium erat, ut copulandi particula voci *Centauris* adderetur: quod saepius iam usu comprobatum est. *Helio* propter aspiratam in voc. *Thebonibus* statim recepissem, nisi tritius esset, ut in tale lectionis monstrum abiret, quamquam idem vocabulum corruptum video in fragm. Varr. apud Non. p. 5. s. v. *temulenta*, ubi legendum est: *Quis in omni vita helio πόδηπας olfacit temetum?* [Vulg. *belio πόδηπες*]. Nec minus mihi comprobatur coniectura *ebrionibus*, quod per compendium *eb'onibus* scriptum corru-

fortiter ex|pugnavimus. Praeter tantam fortunae copiam, quam nostra vi, virtute nacti sumus, et incolumi numero castra nostra petivimus, et si quid ad

tantae quod ex suis excerptis Oud. protulit in G. 1. 2. non comparet sed *tantam*. *fortitudine* pro *fortunae* G. 1. *fortitudinis* π. *qua nostra* G. 1. *vestra virtute* G. 2. P. *nostra vi virtute* F. 3. B. *napti* O. *nati* D. *c* a m. s. superaddito. *incolumes* F. 1. *d*. et edd. vett. praeter Iunt. 2. quod Oud. praetulit; ceteri codd. *incolumi* quamquam in G. 2. ea lectio a m. s. est, quum rasura in fine vocabuli aperte conspiciatur. *vestra petio* G. 2. *petimus* D. a m. p. quod deinde a m. s. in *petivimus* correctum est. Oud. cum N. Heins. ad Ovid. Met. XV. 596. maluit *repetivimus* ut statim *remeavimus*.

ptelae ansam dedit eoque facilius librarios fallere potuit, quum noviter ab Apuleio sit formatum ex analogia substant. *epulo, edo, esurio*. In eo tamen haereo, quod *ebrio* verbum non neutralem sed activam habet significationem, ut non eum qui ebriolatus est, sed qui ebrium reddit exprimeret. Mss. et sententiae proxime accedere videtur *biba*, quod vocab. loco Firm. contra Mathem. V. 4. fin. *homines vitiose epulones et bibones* confirmatur. *Semiferi*, quamquam saepius ad *Centauros* refertur, quia dimidia parte ferae, altera homines apparebant, ut *Semiferi*, ipsi *Centauri*, apud Ovid. Met. XII. 405. designentur, hic tamen de Lapitharum feritate et asperrimo cultu potest ferri: id quod Oud. iam illustravit exemplis Sil. III. 542. Virg. Aen. VIII. 266. Arnob VII. c. 4. et ab Horatio expressum est Od. II. 12. 5. *saevos Lapithas* Virg. Aen. VII. 304. *gentem immanem Lapithum*. De *Centauris* cf. Ovid. Met. XI. 220. *quam vino pectus tam virgine visa Ardet et ebrietas geminata libidine regnat*.]

ceteros antistabat. [Accusativum, qui et ab optimis codd. scribitur et ad usum rarior est, hic retinui contra Oud., qui F. 1. scripturam *ceteris* praefert. Dativus aliis praeterea Apuleii locis defenditur infra p. 271. *animi robore ceteris antistaret* VIII. p. 50 f. *ceteris omnibus id genus viris antistaret* XI. p. 813. *pristinis illis provincialibus antistabant*. Accusativum probat locus Q. Metelli apud Gell. XII. 9. cf. Savar. ad Sidon. Apollin. VII. ep. 14. Mart. Capell. IX. §. 908. p. 704. *o vere antistans numina magna deûm*, quod cum Grotio et Koppio non in *antestans* id est *comprobans testimonio et cantibus* commuto. Harmonia propter summam vel in res exanimes potentiam, quae ipsos deos domare poterit, magnorum numinum praestantissimum egregrie nominatur. De scriptura vocis *antistare* cf. Buen. ad Lact. Inst. VII. 15. §. 13. p. 941.]

vi, virtute. [Ita ex optimo libro F. 3., cui B. suffragatur, edidi, quum Pric. et Wasse., qui Plaut. locum Amphit. I. 1. 36. *sed vi et virtute militum expugnatum est oppidum* excitant, particulam *et* interponerent, conf. Dr. ad Liv. XXVI. 39. §. 11. Oud. hic *vi* pro glossa habere mavult vocis *virtutis* addita ab eo, qui *virtutem* nolebat adscribi latronibus suo tamen more sic glorianfibus. E contrario tamen credi potest eiectum esse id vocabulum ab eo, qui quomodo *vis* et *virtus* coniungi possent non intelligebat, cf. Cic. Or. II. 27. 1. *vis illa divina et virtus oratoris* et asyndeti naturam non capiebat. Eodem modo apud Liv. IV. 3. §. 12. optimi codd. habent *ingenio, virtute regnum tenuisse* ubi Dr. plura exempla affert et eundem ad III. 68. §. 5. *re, fortuna domum auctior rediit*.]

incolumi numero. [Oud. lectionem codd. F. 1. et *d*. *incolumes numero* qua de caussa nescio praetulit. An offendit eum dictionis insolentia? Sed aperte sibi opponuntur verba *incolumi numero petivimus* et postea *debilem numerum reduxistis*, quum latro turbae commilitonum vitio vertat, quod ne praedam quidem assecuti multos sodales perdiderint, ipse vero glorietur, quod cum suis magna fortunae copia reportata ne unum quidem socium amiserit.]

petivimus. Nic. Heins. ad Ovid. Met. XV. 569. *repetivimus* legendum esse proponenti Oud. perperam adsentitur. [*Petere* enim hic pro *repetere* positum est, ut saepius simplicia pro composi-

rem facit, octo pedibus auctiores remeavimus. At vos, qui Boeotias urbes appetistis, ipso duce vestro fortissimo Lamacho deminuti, debilem numerum reduxistis, cuius salutem merito sarcinis istis quas advexistis omnibus certe antetulerim. Sed illum quidem utcunque nimia virtus sua peremit. Inter inclytos reges ac duces procliorum tanti viri memoria celebrabitur. Enim vos bo-
255 nae frugi latrones inter furta parva atque servilia | timidule per balneas et aniles cellulas reptantes, scrutariam facitis.

ad rem facit F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. f. edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris., quae cum reliquis Mss. *facit* omittunt. In B. cod. vocabulum *facit*, ut Oud. voluit, non inveni, lectio enim a Putschio adnotata, non ad B. sed P. cod. pertinet. *cito* pro *octo* D. sed in margine correctum VIII. *auctitores* non *autitores*, ut Oud. voluit, habet G. 2. et sine dubio cum eo cod. etiam P. *atitores* D. a m. p. *autitores* D. a m. s. et *autiores* a m. tert. in margine. *remeamus* B. *ad vos* F. 3. [de hac orthographia cf. Mai. in indic. orthogr. ed. Frontonis adiecto s. v.] *Boetias* F. 1. G. 1. 2. D. Venet. 2. 4. Iunt. 1. Paris. *urbes* exulat a B. *Lamato* P. 1. ut infra p. 258. *Lamatho* G. 2. π. B. D. (in cuius margine *Lamaco* extat a m. s.] et omnes edd. vett. *Lamatheo* δ. cf. p. 258. *imminuti* B. *diminuti* F. 1. G. 2. D. B. δ. et omnes edd. vett. *salus* G. 2. D. (in cuius margine correctum est a m. s. *salutem*) *mito* pro *merito* D. ex compendio *mĩto* omissa virgula. *eduxistis* pro *adcexistis* cuius glossema est, δ. *adcexistis* G. 1. *certe* exulat teste Oud. a F. 1. P. R. f. G. 1. 2. L. O. δ. sed aperte legitur in F. 3.; sed B. et G. 2. et D. habent *ante te tulerim* quod in marg. D. a m. s. correctum est in *certe tulerim*. *terrae antel.* quod Bas. 1. vitiose habet, Stewech. emendat in *ter antetulerim*. *sed illum quidem virum nim* φ. *quidem* abest a δ. *utque* D. in margine *utcunque* a m. s. *utrumque* Venet. 4. *celebraretur* P. G. 2. D., unde *celebretur* Oud. coniecit. *celebratur* δ. *vos vero* B. *enim vero* D. cui a m. s. additum est *vos*, ut habet ed. pr. et Iunt. 2. *bene frugi* G. 1. *boni* f. *timidicule* B. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. In Paris. ante *timidiculae*, ut hīc scribitur, particula *atque* legitur. *timididē* p. unde vir doctus, notante Oud., emendavit *timide indidem*. *tentantes* pro *reptantes* L. *rectantes* D. a p. m. solito errore, a m. s. correcto. *scortariam* O. a p. m. *scruptariam* D. P., teste Putschio, G. 2. In G. 1. prima syllaba *scrup.* a m. est sec.

tis apud vett. in usu sunt. cf. exempla quae adtulit Rupert. ad Tac. Ann. III. 35. §. 2. et Ind. III. Latin. p. 840. Wolf. ad eiusd. Ann. I. 6., ubi *nuntianti* pro *renuntianti* positum est.]

si quid ad rem facit. [Hanc lectionem restitui quae ab optimis codd. defenditur. Qui enim verbum *facit* eiiciendum esse putabant, ut Heins. praeterea, *si quid id ad rem* ad Ovid. Met. XV. 569. ieiune coniiciens, vulgarem formulam sequuntur, quae id omittere solet. At erravit Oud., qui *facit* ideo quoque improbandum esse censet, quia *facere ad aliquid* apud optimos scriptores non tam *prodesse* quam *convenire* significet, quum *facere ad aliquid* non solum in re medica est *conferre, conducere* cf. Burm. ad Quint. Decl. VIII. 4. p. 169. Colum. IV. 13 §. 2. sed etiam de aliis rebus dicatur. cf. Quint. VI. 4. §. 8. *Plurimum facit, totas diligenter nosse causas.* Ex vulgari formula librariis tritiore error natus videtur esse.]

certe [quod in nonnullis codd. prave exulat, cum aliis revocavi. Significat enim hic *profecto, hercule* do qua vocis significatione cf. Markl. ad Stat. Silv. V. 1. 110. p. 246. Par. in Lexic. Plaut. p. 190. Plaut. Mostell. II. 1. 22. III. 1. 38. IV. 3. 13. quaeque disputat Hand. Tursell. II. p. 19 sqq.]

nimia virtus peremit. [De verborum sententia cf. quae Cort. ad Lucan. VIII. 639. exempla adtulit.]

enim vos. [Lectionis varietas inde profecta est, quod librarii particulam *enim* initio enunciationis positam ferre non poterant, quem usum Colvius et Oud. multis exemplis confirmant. Viros doctos, qui ea de re egerunt, enumerant Eckst. ad Voss. Arist. III. p. 1007. et Hand. Tursell. II. p. 397 sqq. Cramer. ad Schol. Iuv. p. 439. Sic *autem* sententiam incipiens inveni apud Front. Epist. ad Caes. III. 3. p. 66. *sed ea quae in caussa sunt: autem sunt atrocissima* ubi Mai adnotat: *Ita codex pro sunt autem sive errore scribentis, sive ob vitandum concursum eiusdem vocis sunt.* Sed cf. Hand. Tursell. I. p. 577. n. 19.]

scrutariam facitis. De significatione verborum comparat Oud. I. D. Casell.

Digitized by Google

CAPUT IX.

Suscipit unus ex illo posteriore numero: Tunc solus ignoras, longe faciliores ad expugnandum domus esse maiores? quippe quod licet numerosa familia latis deversetur aedibus, tamen quisque magis suae saluti quam domini consulat opibus. Frugi autem et solitarii homines fortunam parvam vel certe satis amplam dissimulanter obtectam protegunt acrius, et sanguinis sui periculo muniunt. Res ipsa denique fidem sermoni meo dabit. Vix enim Thebas heptapylos accessimus *et* (quod est huic disci|plinae primarium studium) *diu*, se- 256

tume R. *ad* exulat a D. a m. p., sed in margine additum est. *domose minores* O. *deversetur* F. 1. *d.* G. 1. 2. D. sed edd. vett. habent omnes *diversetur* non *devers.* ut Oud. adnotavit. Ita quoque ceteri codd. *quisque* posterior syllaba in G. 1. a m. s. est. *insolitari hom.* p. *disimulanter* ut modo infra *disimularet* G. 1. *dissimilanter* G. 2. *-obtectam. Protegunt* G. 2. D. *atrius* G. 2. et D. a m. p. Rasura *acrius* a m. s. emendatum est. *fide* P. *modo* pro *meo* G. 1. O. *Vix enim Thebas Heptapylos (eptapilos* G. 2. D. *optapilos* G. 1. *hepta pylas* Iunt. 2.) *accessimus, quod est huic disciplinae primarium studium sed dum sedulo fort.* Sic omnes Mss. et edd. vett.

L. I. V. L. c. 11. I. Parrhas. ad Claud. p. 56. Metaphoram desumtam esse dicit ab iis, qui *scrutarium quaestum* exercent. Non enim ipsos intelligi *scrutarios* de quibus cf. Lucil. apud Gell. III. 14., quod male Dousa ad Plaut. Lib. V. c. 4. exposuerit. [De dictione *scrutariam facere* cf. quae dixi ad Met. I. p. 36. et Ruhnk. Dict. Suet. p. 69. Male explicat Bourdel. ad Petron. c. 33. p. 178. Burm. De *scrutis* cf. Burm. ad Petr. c. 61. p. 408.]

Cap. IX. *Thebas heptapylos.* [*Heptapylas*, quod in Iunt. 2. legitur, prave dictum esse putat Oud., licet ego non dubitarem, in textum recipere, si codd. suffragarentur; sic enim apud Hygin. fabul. CCXXV. p. 393. Stav. legitur sine ulla codd. discrepantia *Heptapylas*, item apud Fulgent. Mythol. III. 5. p. 711. Stav. *quantum etiam fingerent et zelotypam.* Iuven. VI. 277. Petron. 69. p. 477. In his enim Graecorum adiectivis compositis non ita accurati videntur fuisse Romani, ut ubique femininum spernerent. Haec vero caussa non est, ut ubique ponatur, nisi codd. optimi aperte id flagitant. Alias enim servant scriptores graecam terminationem Ammian. XVII. 4. §. 2. *hecatompylos Thebas institutoris ex facto cognominarunt* XXII. 16. §. 2. *hecatompylos Thebas nemo non novit.* De hoc loco se in Thebaicis suis propediem edendis III. 1. p. 256. fusius egisse, Ungerus mecum communicavit: quae tamen sua esset sententia, certiorem adhuc me non fecit, ut meam opinionem ea nec corrigere nec confirmare possem.]

et (quod est huic disciplinae primarium studium) diu. Lectio Mss. *vix enim .... (quod est huic discipl. prim. stud.) sed dum sedulo* ctt. quum omnino nullam praebeat sententiam, a viris doctis diverso modo correcta est. Gruter. Susp. VII. 6. voluit: *Quod est h. d. pr. stud. sectim sedulo fortunam i. popularem nec nos*, quod sane prorsus est ex disciplina latrocinantis huius sectae, divisim se immiscere populo atque ita singillatim cuncta pervenari. Brant. pro *vix: nox* i. e. *noctu* reponendum esse censet, ut pro commentario sint verba p. 278. *et ex disciplina sectae servato noctis illunae tempore* coll. Plaut. Asinar. III. 3. 7., ubi *pro mox si voles manebo — nox* legit. [cf. Lips. Antiq. Lect. II. c. 7. Ita legendum est apud Plaut. Rud. II. 4. 4., qui locus est mendosissimus: *Ad vos venio.* Sc. *accipiam hospitio si nox venis item ut affectam: nam nunc nihil est qui ie inarem.* (ubi Carrio *te iucem* coniecit.) Servum enim virgine uri et cupiditate esse inflammatum seqq. versus et gestus lascivi comprobant. *Affectam* puto dictum pro *affe-*

Digitized by Google

257 dulo fortunas inquirebamus populareis. | Nec nos deniquè latuit Chryseros quidam nummularius, copiosae pecuniae dominus, qui metu officiorum ac munerum publicorum magnis artibus magnam dissimulabat opulentiam. Denique

fortunas F. 1. 3. G. 1. 2. D. Z. P. B. R. O. p. L. *d.* Ceteri et edd. vett. omnes *fortunam*. *populareis* F. 3. *popularis* F. 1. *papulares* G. 1. *populari* Iunt. 2. cett. codd. habent *populares* edd. vett. *populatem*. *Crisereos* O. *Cirsecos* G. 2. D. non *Cirycos* vel *Chrisecos* ut in excerptis erat Oud. *Chirseros* P. notante Oud. *metri* pro *metu* G. 2. D. a m. p. sed correctum rasura a m. s. *mimerum* pro *munerum* aperte legitur in G. 2. *dissimularet d. sed* abest ab O. *se satis* F. 3. G. 1.

ctatam cupitam, exoptatam. Lubenter te noctu excipiam, sed nunc tuis frui non possum amplexibus; de *inarare* et *arare* obscoeno sensu dictum cf. Plaut. Asin. V. 2. 24. Trucul. I. 2. 48.] Brantii coniecturae non favent seqq., ubi latrones noctis initio aggressi esse dicuntur Chryseri aedes, ut die perscrutatio illa necessario facta iam esset. Floridus coniecit c. Pric.: *Vix enim ... sed dum* [*quod .... studium*] *sedulo;* Salmas. *sed dum*, quod ex *studium* natum esse censet, omnino delebat; Grosl. legit: *accessimus. Sed dum (quod ... studium) nec nos;* Freinsh. ad Flor. III. 4. 6. *vix ... accessimus quum (quod ... studium) f. i. populares nos denique non*; Oud. ipse emendat: *accessimus: quum (quod est h. d. primarium studium scilicet) sedulo* coll. Florid. III. c. 16. p. 64. *cumque iam in tertio actu (quod genus in Comoedia fieri amat) iucundioris affectus moveret.* [Sed ingenue confiteor, me quid sibi velit Oud. coniectura non intelligere, quod particula *sed* novum quid incipit, *quum* vero coniunctio quo referatur nihil habet. Ipse locum sanare prius studui legens: *nedium sedulo inquirebamus populares:* cui sententiae quae sequuntur favere videantur, quamquam propter adiectivum *populares* minus placeat. Nunc aliter lego: *accessimus et (quod ... studium) diu sedulo.* Necessarium enim erat, ut *et* ante *quod* poneretur, quia ita parenthesis ad verba: *Thebas accessimus,* cuius est explicatio, refertur, nec tamen commodo sensu referri potest. Loci corruptelam ita exortam esse existimo. Quum primum in Codd. *accessimus et* deinde *set* s. *sed* legeretur et librarii *diu* in *dum* mutassent, necessarium erat, ut, quoniam particula quo pertineret non habebat, poneretur ea ad *dum*, quocum artius connexa videbatur esse. *Diu* hoc loco pro *die* positum est cf. Gloss. Vulcan. p. 40. *diu καθ' ἡμέραν* Met. IX. p. 648. et optime respondent seqq. *noctis initio.* Sententia igitur ea efficitur: Vix Thebas accessimus et statim, dum adhuc dies lucescebat, pro more latronum omnes populi divitias perscrutati sumus, ut noctis initio Chryseri donum, cuius opes pervenantes nos effugere non poterant, aggredi possemus. *Vix — et* defenditur locis Virg. Aen. V. 857. VI. 498. Intt. ad Aen. II. 803. Etiam coniectura *et* (....) *iam* pro *dum* a Mss. vestigiis et loci sententia non longe abest.] —

fortunas populareis. Vulgaris ante Elm. lectio, quam et Pricaei habet edit. satis defendi potest, ut *fortuna* sumatur pro *fortunis et opibus*, cuius usus Oud. plura attulit exempla [de quo satis est excitare: Ruhnk. Dict. ad Suet. p. 94. et ad Vell. II. 60. p. 272. Markl. ad Stat. Silv. V. 3. 47. Schmidt. ad Horat. Epist. I. 5. 12. Förtsch. ad Voss. Arist. I. p. 4., qui plures enumerat interpretes.] Male Pricaeus coniecerat *fortunas populariorum*, quod a Florido recipi non debuit. *Populares* enim *fortunae* sunt opes populi s. incolarum, ut Ovid. Met. XII. 111. Virg. Aen. X. 196. Met. IX. p. 644. *lupanari infamia*: de Dogm. Pl. I. p. 183.: *pubescentis primitias:* de Dog. Plat. II. p. 259. *inferiores nuptias.* cf. quae dixi ad Met. I. p. 67. *habitu mendico.* Ita apud Arnob. V. 21. explicandum est *sub obtentu fero* pro *forma feri* i. e. *draconis terribilis*, sub qua Proserpinam Iupiter violavit.]

officiorum ac munerum [cf. Doederl. Synonym. V. p. 352.]

solus ac solitarius parva sed satis munita domuncula contentus, pannosus alioquin ac sordibus aureos folles incubabat. Ergo placuit ad hunc primum ferremus aditum, ut concepta pugna manus unicae, | nullo negotio cunctis opibus 258
otiose potiremur.

CAPUT X.

Nec mora, cum noctis initio foribus eius praestolamur, quas nec sublevare

contemptus pro *contentus* D. *alioquin* abest a B. ut saepius in hoc cod. desideratur. *sordibus* G. 2. P. B. et D. a m. p. *aureas* δ. *aureorum* Vulcan. 2. *incumbebat* p. *additum* G. 2. *et* pro *ut* R. f. *concepta* F. 3. et omnes edd. vett. *contempta* F. 1. G. 2. D. B. f. φ. *contenta* O. G. 1. *contemptor* p. *cum nullo negotio* B. *velle negatio* G. 1. *octiose* G. 1. *potiretur* F. 1. 3. *poteremur* f. a m. p. *puterimur tiremur* D. a p. m. In margine a m. s. *alii potiretur*. In cett. *potiremur*.

praestolatis F. 1. G. 1. 2. P. B. Z. et D. in cuius margine pro varia lectione extat *pessulatis*. *postulatis* f. L. R. δ. *pessalatis* O. *lanitus* φ. *nec* pro quo R. f. δ. habent *neque* abest a G. 1. 2. D. P. O. *sublevare* exulat a G. 1. 2. D. P. O.

aureos folles incubabat. De voc. *folles aurei*, qui sunt auro sive aureis nummis pleni vel ipsi nummi aurei cf. Beroald. h. l. Miscell. Observ. Vol. VIII. T. I. p. 251. | Brisson. de Verb. Sign. L. VI. Voss. Etymol. s. v. *follis* p. 219. *Incubare* de iis dicitur, qui superstrati pecuniae aliive rei hiantes anxie eas custodiunt. cf. Liv. VI. 15. §. 5. *incubantes publicis thesauris* ubi cf. Dr. Cic. pro Cluent. 26. §. 72. Intt. ad Virg. Georg. II. 507. Ita Fronton. epist. ad Caes. I. 8. p. 19. ed. Rom. *bonis alienis incubare* dicit. Ascon. in Verr. II. 1. 55. §. 116. apud Orell. T. V. 2. p. 191. sq. Glossae Isidor. p. 682. *incuba qui res alienas tenet.*]

ut concepta pugna manus unicae. [Diverso modo hic locus in Mss. legitur, longe plures habent *contempta* vel *contenta*, optimus cod. F. 3. c. edd. vett. *concepta*. Nam in eo erravit Oud., quod Elm. vituperans in F. 1. ex Lindenbrog. collatione legi ait *concepta*, quum aperte ibi *contempta* conspiciatur. Vulgata tamen lectio ne habet quidem, quo defendi possit. Oud. ita explicat: Dicit latro, se cum sociis contemsisse sive parvi operis rem duxisse pugnam manus s. hominis unici Chryserotis. Sed pugnam latrones non contemnebant, sed otiose et sine ullo negotio i. e. non gravi pugna summis opibus potiri volebant: unde unicum aggressi sunt hominem, quem facile superare possent. Hinc vides, eadem de caussa improbari lectionem *contenta*, quae a Wow. defensa est, praeterea *commenta* coniiciente, quamquam non negaverim, *contentus* cum genitivo iunctum in usu fuisse Romanis. cf. VV. DD. quos Eckst. excitat ad Voss. Arist. T. III. p. 1068. *Concepta vero pugna* est *inita*, *suscepta*, quam dictionem duobus tantum locis Suet. Cal. 40. *lites et iudicia concepta* et Virg. Aen. XII. 813. *conceptum foedus* possum comprobare, quamquam haec non omnino satisfaciunt, quum semper notio insit: *conceptis verbis aliquid facere vel instituere.* Quem enim Oud. adtulit Sil. XIII. 735. locus plane aliter explicandus est de Annibale, qui conceptis verbis iurat, se Romanis bellum esse illaturum.]

Cap. X. *praestolamur.* Hanc lectionem optime vindicat Oud. contra Ferrar. Elect. I. 14., qui *praestolatis* comprobaverat, quum *fores praestolatae* quid sibi vellent capi non posset. Nec minus esse improbandam sententiam eorum, qui a seqq. ... *evellere gestiebat* hunc dativum aptum esse existiment, quum haec durius coniungantur post tot intermedia. Hinc, si quid mutandum sit, coniicit *pessulatis*, quod etiam mea sententia emendari poterat in *praestolati sumus* vel *praestolati scilicet.* Sed ego eum sequor. *Nec mora, cum* sequente verbi indicativo Apuleio frequentissimum est cf. Met. IV. p. 281. p. 288. V. p. 329. VI. p. 416. p. 426. XI. p. 767. *Prae-*

Digitized by Google

neque dimovere ac nec perfringere quidem nobis videbatur, ne valvarum sonus cunctam viciniam nostro suscitaret exitio. Tunc itaque sublimis ille vexillarius
259 noster Lamachus spectata virtutis suae | fiducia, qua clavi immittendae foramen patebat sensim immissa manu, claustrum evellere gestiebat. Sed dudum

nec ante *perfringere* non comparet in *d*. *ne perf.* G. 1. 2. D. R. *f*. *reiscitabatur* O. a m. p. *vicinio* f. *ille* deest *d*. *noster ille* Vulcan. *Lamatus* F. 1. *Lamatheus d*. *Lamathus* F. 3. B. D. G. 2. et omnes edd. vett. *Lamacus* G. 1. *spectatae* R. *f. d*. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. *quam* R. f. *clavis* L. et omnes edd. vett. *immictendae* G. 2. D. *emittendae* ed. pr. *gestieba* D. a p. m. littera.

stolari apud Apuleium semper dativo iungi proponit Oud. coll. Met. V. p. 360. *cubiculo praestolatae* X. p. 715. *cubiculo praestolantem.* [Sed omnino erravit; nam ille dativus non est personae sed loci, in quo alteri praestolamur, pro quo casu Terent. Eun. V. 6. 5. *ante ostium* Cic. Catil. I. c. 9. *ad forum* et ad Attic. II. 15. §. 5. *in Formiano* dixit. Personae casum nunquam, quantum scio, Apuleius *praestolari* voc. addidit, quamquam notum est, apud bonos scriptores dativum personae tantum in usu fuisse. Donatus enim ad Ter. Eun. V. 6. 5. disertis verbis docet, nove accusativum, non dativum poetam dixisse. Hinc puto emendandum esse locum Caes. B. C. II. 23. ubi hodie in plurimis Codd. *adventum* legitur pro *adventu*, ut apud Cic. in Epist. ad Att. l. c. diu iam melior lectio *tibi praestoler* revocata est.]

nec subl. neque. Utrum elegantius *nec — neque* varietur, an idem bis repetatur, docent Graev. et Cort. ad Cic. Ep. ad Div. X. 41. Oud. ad Lucan. I. 350. X. 58. [quosque Moser. excitat. ad Cic. de Divin. II. 64. §. 131. p. 523. Orell. ad Cic. Brut. 4. §. 14. Wagn. Quaest. Virgil. XXXII. 8. et 20.]

nec perfringere quidem nobis videbatur. [De particulis *necquidem* magna est sententiarum discrepantia. Quum enim nonnulli VV. DD., ut Cort. ad Sall. Cat. LI. 5. et Iug. XXXI. 3. Dr. ad Liv. I. 10. §. 3. alii, omnino id latinum esse negent, quos his nostris temporibus Moser. ad Cic. de N. D. III. 26. p. 638. secutus est, et ubiubi codices id praebeant, emendandum in *ne* esse existiment, huic usui patrocinantur multi alii; praeceteris Wagn. ad Virg. Georg. I. 126., qui certum quoddam discrimen cum Goerenz. ad Cic. Cat. maior. IX. §. 27. X. §. 83. proponit, ut *nequidem* emphasin habeat, *nec quidem* nullam, illud excludendi atque opponendi, hoc definiendi et limitandi potestatem habeat germanice: *nicht einmal: und zwar nicht.* Sed vereor, ne discrimen subtilius quam verius sit; certe si sequi velimus codd. optimos Apuleii, nullo modo comprobari poterit, ut ex hoc ipso loco intelligimus. Quamquam enim accuratissime codices Apuleii observavi, ut vel novum quid invenirem vel Goerenzii sententiam comprobarem, tamen nunc taedet immensi laboris, ex quo ne minimus quidem fructus poterat percipi. Ceterum male Heins. emendat *vitabatur* pro *videbatur.*]

spectata virtutis suae fiducia. [Ita ex optimis codd. dedi; cf. ad Met. IV. p. 240. *posterioribus calcibus.*]

clavi immittendae foramen. [De hoc foramine, cui claves immittebantur, Graecis *κιγκλίς* nominato cf. Schol. ad Aristoph. Equit. *τὴν κιγκλίδ' ἐξάραξα τὴν θύραν τὴν κάγκελον τοῦ δικαστηρίου. ἰδίως δὲ τὰς διπλᾶς θύρας οὕτω κλητέον ἂς τινας διγκλίδας: ἡ κιγκλὶς ἰδίως ἡ τρύπη δι' ἧς κιγκλὶς πέπηγε* et Sagitt. de Ian. vett. ap. Graev. Thes. Antt. T. VI. c. 16. p. 465. Molin. de Clavib. vett. in Saleng. Nov. Thes. Antiqq. T. III. p. 835. Maximum id saepius fuisse, hinc licet intelligi, quoniam Lamachus totam manum transmittere poterat, ut claustrum evelleret.] Hinc eas gessisse servos clavigeros s. *κλειδούχους* [de quibus cf. Sagitt. l. d. p. c. 15. n. 15. p. 458.] etiam humeris, illustrat Oud. ex Callim. Hymn. in Cer. 45, ubi *κλεῖς* nominatur *κατωμαδία* Huet. Demonstr. Evang. c. 105. Salm. ad Solin. p. 640. et Pignor. de Serv. p. 214. (in Polen. Suppl. Thes. Ant. Tom. III. p. 1199. D.)

scilicet omnium bipedum nequissimus Chryseros, vigilans et | singula rerum [147]
sentiens, lenem gradum et obnixum silentium tolerans, paulatim adrepit, grandique clavo manum ducis nostri repente nisu fortissimo ad ostii tabulam offigit, et exitiabili nexu patibulum relinquens, gurgustioli sui tectum adscendit, atque inde contentissima voce clamitans, rogansque vicinos, et unum quemque proprio nomine ciens, et salutis communis admonens, diffamat incendio repentino domum suam possideri. Sic unusquisque proximi periculi confinio territus suppetiatum decurrunt anxii.

t a m. s. superaddita. *scilicet* deest in *d. sil*; quod *silicet* ex compendio esset G. 2. *bibibendum* pro *bipedum* Venet. 2. *Chiriseros* O. *Chirsecos* D. *Chrysecos* G. 2. *levem* G. 1. *obnoxium d. nixu* G. 1. Iunt. 2. *fortissime* G. 2. *valvam* maluit Heins. pro *tabulam* ex Met. I. p. 53. *officit* G. 1. *π. offidit* f. *efficit d. offig.* D. a m. p. in margine a m. s. *offigit. exitiali* G. 1. R. f. solita perturbatione. *surgustioli* G. 1. *sui* male abest a B. *aquamque* coniecit vir doctus ad marg. ed. Iunt. 2. quia ardere domum mentiebatur. coll. Prop. IV. 8. 58. Pricaeus emendat in sqq. *corrogans. contemptissima* G. 2. *proximus* G. 1. 2. D. O. P. R. d. *periculo* D. *suppetio* a m. s. legitur in D. *decurrere* omnes edd. vett. praeter ed. pr., quae habet *decurre* et Iunt. 2. in qua *decurrunt* extat.

patibulum relinquens. Scaliger., quem Pricaeus secutus est, emendavit *patibulatum* ex Plaut. Mostell. I. 1. 53. *Ita te forabunt patibulatum per vias stimulis* [ubi nihil aliud significare potest, nisi *patibulo affixum*, quod nostro loco minime convenit. Lipsius Elect. I. c. 18. *patibulum* quasi a nominativo *patibulus*, ita adfixum ut in patibulo, intelligit, quum mos fuerit apud Romanos, in servili illo supplicio manus et pedes vincire. [Hoc quamquam per se constat, ex loco tamen Plaut. in Carbonaria ap. Non. p. 221. nequit comprobari. *Patibulus* enim hic significat *patibulum*, non eum qui patibulo affixus est, unde potius ibi *affigatur* seu tale quid textui substituendum est. Neque vero Lamachum patibulum nominabat, sed fores ipsas, in quibus manus erat affixa, quibus relictis tectum aedium Chryseros ascendit gurgustioli, ut plures vicinorum clamorem eius audirent. *Exitiabilis nexus* est manus ad fores alligatio, quae Lamacho erat perniciei. Ita omnia bene cedunt.]

contentissima voce. [De significatione voc. cf. Intt. ad Virg. G. III. 535. Dav. ad Cic. de Legg. I. 3. §. 10. Cic. Tusc. II. 24. §. 56. et 57. Apul. Florid. II. p. 30.]

unusquisque proximi periculi c. territus s. d. anxii. Passim Apuleius cum aliis, de quibus Oud. cf. Heins. Advers. I. 8. p. 83. Burm. ad Quint. Decl. VII. 6. Duk. ad Flor. III. c. 18, *quisque* iungit verbo pluralis numeri cf. Met. VIII. p. 581. *sua quisque brachia dissecant* X. p. 687. *varie quisque insimulabant.* XI. p. 788. *quae quisque detulerant.* [Saepius tamen scriptores ita variant, ut adiectiva vel participia, quae his substantivis collectivis addita sunt, modo singulari modo plurali numero efferant. Locus noster argumento esse potest, ubi *territus* et deinde *anxii* promiscue ponuntur, quamquam eorum non probo rationem, qui *proximi* nominativum esse pluralis existiment, ad *unusquisque* referentes, qui quidem error pervetustus est, quum inde varietas scripturae *proximus* profluueret a librariis, qui putabant, ita *proximi* et *territus* coniungi eadem sententia non posse. *Proximi* potius ad *periculi* est referendum, quum quisque suis sibi aedibus metueret, vicinum ignes clamitantem audiens. De numerorum variatione cf. Intt. ad Virg. Aen. I. 427. 591. Sed *proximi* etiam nominativus esse potest. Quoties enim ea variatio interpretes torserit, unum comprobet Salmasii exemplum. qui apud Spart. in vit. Sever. c. 15. p. 615. verba: *suspectos unumquemque idoneum imperio* perperam emendavit. Plura suppeditabit Eckst. ad Voss. Arist. III. p. 1025.]

Digitized by Google

CAPUT XI.

260 Tunc nos in ancipiti periculo constituti, | vel opprimendi nostri vel deserendi socii remedium e re nata validum eo volente comminiscimus. Antesignani nostri partem, qua manus humerum subit, ictu per articulum medium
261 temperato, prorsus abscidimus atque ibi brachio relicto, | multis laciniis offulto

mancipiti aperte legitur in G. 2. D. *deflendi* P. *defendendi* G. 2. et D. in cuius margine a m. s. est *deserendi. remedium* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. L. f. p. π. β. M. *medium* F. 1. B. ed. pr. Venet. 2. *e re* in G. 1. a m. s. scriptum est. *vallidum* G. 1. 2. D. Male Piccart. in Per. Crit. c. 19. emendat *calidum* cui coniecturae obstat *e re nata*. Ceterum consilium non erat improbandum, utpote unicum, quo nec opprimerentur nec desererent socium. *vollente* G. 1. *commisimus* B. p. δ. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 1. 2. quae cum cett. Mss. habent *comminiscimus*. *antesignarii* G. 1. D. O. δ. φ. π. *quam* D. a m. p. sed rasura correctum est *qua*. *humeri* G. 1. *subiit* G. 1. 2. P. D. *temerato* F. 1. G. 1. O. et Ms. Ald. teste Colvio, ed. pr. et Venet. 2. *temerario* G. 2. D. P. δ. *abscidimus* tres primae litterae in G. 1. a m. s. sunt. *abscindimus* Vic. Bas. 1. Pric. Florid. *atque tibi* ed. Scriv. *atque ita* ed. Pric. *bracchio* D. *hebio* pro *brachio* p. *effulto* O.

Cap. XI. *opprimendi nostri.* Passiva significatione gerundium hic positum esse vides; quia periculum erat, si latrones diutius manerent, ne omnes opprimerentur a vicinis concurrentibus. Male igitur explicat Grut., qui activo sensu *opprimendi* intelligens, inde lectionem *medium* velit nobis comprobare, quum de duobus tantum quaestio fuerit, num desererent socium an occiderent: Nunc vero *medium* latrones invenisse, quo Lamachus non occideretur nec desereretur: manus amputationem. [De gerundiis passiva significatione usurpatis cf. quae larga manu congessit Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 782.]

comminiscimus. [Ita ex optt. codd. c. Oud. et aliis scribo, quamquam Oud. in eo haesisse videatur. In aliis enim locis Apuleius deponentis formam retinuit, ubi omnes codd. in ea consentiunt. Sed Ecksteinii ad Voss. Arist. T. II. p. 763., accuratius locum nostrum pertractantis sententiae assentiri nequeo, cui perperam praetulisse Oud. *comminiscimus* videbatur, quia, alibi Apuleius deponens maluisset. Idem enim Met. XI. p. 793. *sedulo percontaveram* dicebat: et in ceteris locis longe plurimis *percontari* praetulit; Met. VI. p. 423. *consaviat* et II. p. 121. *consavialus eum*. Deinde ad quam Eckst. provocat, scripturae discrepantia *commisimus, commissimus, comminiscimus* ipsa argumento est, *comminiscimus* esse retinendum. Fere omnes enim codd. in terminatione *mus* consentiunt, et insolita verbi forma offensioni erat librariis, ut prave eam corrigerent. Hinc colligi potest, quid de coniectura viri docti ad marg. ed. Iunt. 2. *consilium inimus* statuendum sit, quae ieiunissima mirari licet quomodo ab Oud. potuerit sustentari. Ceterum cf. Munk. ad Hygin. fab. C. p. 186.]

temperato. [Plane insolens est huius vocabuli significatio, quam alio exemplo confirmare non possum, nisi uno ex Apuleio desumto III. p. 183., ubi eadem verba leguntur. *Temperare* hic est *dirigere ictum.* cf. Stat. Theb. IX. 773. Dr. ad Sil. II. 92. Intt. ad Virg. Aen. X. 140. Si quid mutandum est, velim *intentato: Tentare temperare* et *temerare* in Mss. commutari, docet scripturae varietas in codd. Liv. II. 35. §. 4. IX. 46. §. 15. X. 43. §. 7. cf. Tacit. Hist. III. 31. *intentabant ictus.*]

abscidimus. [*Abscindimus*, quae est nonnullarum edd. lectio, quum in Mss. saepius pro altero ponatur, et fere ubique apud Apuleium scripturae sit discrepantia, brevissime res hic erat absolvenda. Longum enim est omnes omnino interpretum enumerare sententias, qui fere cuncti, ubiubi haec scripturae diversitas erat conspicua, de ea disputarunt. Prae ceteris cf. Munk. ad Ful-

vulnere, ne stillae sanguinis vestigium proderent, ceterum Lamachum raptim reportamus. Ac tum trepidi religionis urgemur gravi tumultu, et instantis periculi metu terremur ad fugam, nec vel sequi propere vel remanere tuto potest, vir sublimis animi virtutisque praecipuus multis nos affatibus multisque precibus querens adhortatur: Per dexteram Martis, per fidem sacramenti, bonum | com- 262

istillae D. a m. p. *proderent. Ceterum* G. 2. et D. a p. m. sed a m. correctum est *proderent ceterum. Lamathum* F. 3. G. 2. D. B. et omnes vett. edd. *Lamacum* G. 1. *reportavimus* G. 1. 2. D. P. *trepido* R. f. *religionis* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. L. R. *f.* p. *π. δ.* ed. pr. Venet. 2. 4. Paris. In cett. *regionis. urguemur* G. 1 (nec *urgueremur*, ut excerpta Oud. habent) ed. pr. Vicent. et D. a m. p. *urgeremur δ. cum tumultu* O. *terreremur δ. fugam. Nec* G. 2. D. *vir sublimis.* (Hic in veteri scripto Colv. exemplari sequentia omnia hoc libro Lib. V. Lib. VI. usque ad finem fere septimi libri desiderantur. Hinc etiam Voss. Coll.) *virtuteque δ. quaerens* F. 1. 3. G. 1. 2. D. et ed. Paris. *quaesens* B. *querens* Iunt. 2. Bas. 1. *patris Martis* est in D. et G. 2. ubi Oud. excerpta perperam *precans Martem* habent, non intellecto compendio *p̄ris* i. e. *patris.* Sic quoque in P. legi, quod Elm. et Patsch. collatio confirmant, mihi quidem persuasum est, quum hi codd. ubique consentiant, quamquam Oud. excerpta: *prem. Martis* praebeant. *dexteram* F. 3. G. 1. 2. Iunt. 2. Ald. *desteram* D. In cett. *dextram.*

gent. Myth. I. 2. p. 626. Burm. ad Anthol. Tom. II. p. 64. Dr. ad Liv. XXXI. 34. §. 4. Buenem. ad Lactant. I. 12. §. 10. p. 85. Qui plures conferre velit, cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 836 sq. Arntz. ad Aurel. Vict. Epit. 23, 3. *abscidere* dici existimat, ubi pars tantummodo corporis humani detruncata sit, *abscindi*, vero res, quae vi aliqua abrumpantur; quod equidem probare nequeo. *Abscissas* equidem puto dici omnes eas res, quae laceratae et evulsae, *abscisas* vero, quae sectae sunt, ut in universum cum sententia Wagn. ad Virg. G. II. 23. consentiam. Ita non ex Mss., sed de loci sententia lectionem ubique elegi. Hic necessario scribendum erat *abscidimus.*]

ceterum Lamachum. Grut. retractata post sententia, prius coniecerat *lacerum* vel *scaevolam. Ceterus* tamen *Lamachus* integro opponitur, unde apparet, *ceterum* non esse adverbium sed adiectivum. [Qua in re iam librarii videntur esse decepti. Hinc enim factum puto, ut in G. 2. et D. post *proderent* nova sententia incipiat, quasi *ceterum* adverbium esset. Antiquos saepius ita dixisse probant lexica. Unde quis possit defendere lectionem aliquot edd. Caton. de R. R. c. 22. §. 3. *ceterus ornatus domi, pompeiis emptus est.* Apuleius non raro singulari usus est Met. VI. p. 396. *pro cetera temeritate* p. 444. *ceterum corpus puellae* VII. p. 455. *praeter ceteram corporis molem,* alibi.]

trepidi religionis urgemur. Hoc contra sententiam Oud. et probo et in textum recipio. Ille enim coniungens *regionis tumultu* de viciniae intelligit clamore ingenti recte etiam *trepidae*, quod cum Pricaeo posse substitui dicit, si Mss. addicerent. [*Trepidi religionis* optime dicuntur latrones, qui de sacramenti fide solliciti, deserere vulneratum Lamachum nolunt. Eadem fere ratione apud Tacitum legitur: Ann. VI. 21. *trepidus admirationis et metus.* Deinde propter sententiam *trepidi* de metu et pavore sollicitis hic dici nequit, quum in sqq. idem exprimatur verbis, *periculi metu terremur*: *urgentur* vero tumultu viciniae, quia commilitonem derelinquere nolunt. *Urguemur*, quod in nonn. codd. et edd. legitur, probari videtur Oud. coll. Dr. ad Sil. VI. 265. Cort. ad Sall. Iug. 24. §. 3. cui adde Intt. ad Lucan. I. 148. III. 238. Lambin. ad Hor. Epist. II. 2. 183. Munk. ad Fulg. Myth. III. 6. p. 722. et Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 844.]

querens. [Ita cum Oud. pro lectione codd.: *quaerens* scripsi, quoniam optime huic loco convenit. Queritur enim Lamachus, quod commilitones interficere eum noluerint ea manu privatum, qua iugulare se ipsum posset; queritur, se in manus venturum esse hostium. De forma *quaesens*, quae, quomodo ita placere potuerit interpretibus, vix intelligi potest, ut plurimos locos potissimum Plauti corrumperent, cf. VV. DD. quos

militonem cruciatu simul et captivitate liberaremus. Cur enim manu, quae rapere et iuvare sola posset, fortem latronem supervivere? Sat se beatum, qui manu socia volens occumberet. Cumque nulli nostrum spontale parricidium suadens persuadere posset, manu reliqua sumtum gladium suum diuque deosculatum per medium pectus ictu fortissimo transadigit. Tunc nos magnanimi
263 ducis vigore | venerato, corpus reliquum vestitum linteo, diligenter convolutum

cruciatum δ. manui F. 1. *δ. φ. quae* F. 3. R. B. *f. δ.* In cett. *qua. manuque* G. 1. *manuque* G. et D. ap. m. sed a s. in textu *manu qua* a tertia in margine *manui*, *qua* correctum est. *iuvare* F. 1. 3. G. 1. 2. D. R. O. φ. P. (in quo non *invadere* est, ut editur in VV. LL. Wower.) *iugula* Iunt. 2. In cett. *iugulare*. Pro *fortem* Vulcan. margini adlevit *expertum* vel *exertem*. *latronum* Iunt. 2. *sese beat. f. sociali* O. et φ. sine dubio ex glossemate pro *socia*. *propria* pro *socia* B. *vellens* G. 1. *succumberet* G. 1. 2. D. P. O. π. *occumbere* Iunt. Venet. 2. *occubere* ed. Vicent. et marg. Basil. 1. *spontale* D. *paricidium* D. sed terminatio *ium* a m. s. est. Prior lectio est rasura deleta. *suum* abest a B. *deosculatum* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. R. f. *δ*. B. Iunt. 2. Ceteri codd. et edd. vett. habent *deosculatus*. *ictuque* G. 2. D. P. *transadegit* G. 1. 2. P. O. R. f. *δ*. et D. a m. p., tum a m. s. in *transadigit* correctum. *transadiit* B. ed. pr. Venet. 4. et Paris. *māgni* D. *vestitum* F. 3. *vesti aū* (i. e. *ante*) G. 1. *veste aũt* (i. e. autem) G. 2. *veste a*ͤ [i. e. *aut*] D. a p. m., quae littera a m. s. inducta est. In cett. *veste. linteo* abest a R. f. *linthea* G. 1. O. *lintea* F. 3. G. 2. D. *δ*. In cett. *linea* perpetua variatione cf. Met. II. p. 104.

Eckst. enumerat ad Voss. Arist. II. p. 895. Ut enim dici possit, quis unquam *precibus quesens* hic defendat? Alterutrum certe est supervacaneum.]

sacramenti. [De more militiae, quacum latrocinium ubique comparatur, dicit: *sacramentum*. Isidor. Origg. IX. 3. n. 53. Exempla in promptu sunt cf. praeceteris Scheel. Adnot. in Polyb. in Graev. Thes. Ant. T. X. p. 1172 sqq.]

iuvare. [Ex optimis et longe plurimis codd. in textum recepi contra Oud., qui *iugulare* defendit: quod exspectasse videntur librarii, quia *rapere* praecessit. Sed *iuvare* est *utilem esse* et *munus* exprimit latronis, qui manu privatus dextera, quum non amplius pugnare valeat, collegio nihil omnino possit prodesse.] Denique Piccartus Peric. Crit. c. 19. existimat claudicare sententiam: *cur manu supervivere*, et hinc legendum coniicit: *Turpe sine manu*. Sed quis non videt, plane ita abundare *super?*

supervivere. De hoc infinitivo, cui potissimum in interrogatione vel indignantis vel irascentis locus est, cf. Intt. ad Virg. Aen. II. 686. Krüger in libro: *Untersuchungen aus d. Gebiete d. lat. Sprachl.* I. fasc. p. 17 sqq. Wagn. Quaest. Virg. XXX. 2. Ex hoc infinitivo explicandum putat Oud. illud *qui* pronomen cum accusativo iunctum, de qua constructione adeas Intt. ad Ovid. Heroid. II. 53. Schmidt. ad Hor. Epist. I. 5. 12. Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 929.]

suadens persuadere. [Hac paronomasia delectari videtur Apuleius cf. Met. IX. p. 642. *suasi ac denique persuasi.* Apol. p. 586. *suasi ac denique persuasi.* Met. VII. p. 454. *eique suasisse ac denique persuasisse.* Ita Cic. ad Att. XIII. 38. §. 2. *tu quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato.*]

deosculatum. [*Deosculatum* passiva significatione dictum hic optime retinent plurimi Intt. ex more Apuleiano cf. Met. II. p. 114. *me deosculato* p. 127. *me pressim deosculato.* Ita Met. IV. p. 292. *manuque eius exosculata*; alia cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 757.]

transadigit. Transadiit, quod nonnullae edd. et cod. B. praebent, et Burm. ad Val. Flacc. IV. 511. probatum est, ferri non posse, Oud. bene demonstrat, quum gladius *transadire* vel *transabire* et *transire* membra hominis dici queat cf. Intt. ad Virg. Aen. IX. 431. neque vero homo, qui *gladium* vel *gladio aliquem transadigit* coll. Virg. Aen. XII. 275. Dr. ad Sil. X. 140; [quae res accuratiore explicatione non indiget. Sed mirum est, quomodo Mss. toties in his vocabulis aberrent; cf. locos ex Virgil. excitatos, ubi eadem deprehenditur scripturae diversitas. Dr. ad Liv. VIII. 19. §. 9.]

vestitum linteo ac diligenter convolutum. [Ita ex vestigiis Mss. F. 3. et cett. optimorum scripsi.]

mari celandum commisimus. Et nunc iacet noster Lamachus elemento toto sepultus.

CAPUT XII.

Et ille quidem dignum virtutibus suis vitae terminum posuit. Enimvero Alcimum solertibus coeptis *tam* saevus fortunae nutus non potuit abducere. Qui cum dormientis anus perfracto tuguriolo conscendisset cubiculum superius, iamque protinus | oblisis faucibus interstinguere eam debuisset, prius maluit 264
rerum singula per latiorem fenestram forinsecus nobis scilicet rapienda disper-

cellendum G. 2. *Lamatus* F. 1. *Lamathus* G. 2. D. B. et edd. vett.

dignus δ. tamen eum F. 1. teste Elm. sed ut recte monuit Oud., in eo simpliciter est *eum*, quod etiam F. 3. G. 4. 2. D. R. f. p. *δ.* habent. In P. *tum* legi adnotat Oud. in B. et O. est *cum*. *saevum* omnes, quos vidi codd. et edd. vett. constanter retinent, nisi quod F. 1. 3. *saevus nutus* praebent, et in G. 1. litterae *vu* vocis *sevum* a m. s. perscriptae sunt. *addutere* F. 3. G. 1. B. p. f. *δ.* ed. pr. Venet. 2. solemni errore. *consendisset*, nec *consedisset* ut in excerptis Oud. est, G. 1. *concedisset* Vicent. *iam* non addita particula *que* D. *interstingere* p. *intus stinguere* (nec *intu stinguere*, ut Oud. voluit), extat in G. 2. et D. a m. pr. sed in margine in *interstinguere* correctum. *intustiguere* P. *valuit* G. 2. D. *fenestrae* Venet. 4. D. habet *fenestram* sed duae primae litterae *fe* a m. s. sunt. *stilis rapienda* omnes edd. vett. praeter Iunt. 2.

iacet. [*Iacere* de mortuis saepius dicitur, ut graecorum κεῖσθαι Hom. Iliad. *v.* 414. *π.* 558. *σ.* 20. Intt. ad Anacr. Od. IV. 9. cf. Burm. ad Ovid. Met. II. 268. Intt. ad Phaedr. I. 24. 10. et 27. 9. Cort. ad Lucan. VI. 101. P. Burm. ad Prop. I. 3. 15. Tross. ad Auson. Mosell. 4. p. 4.]

toto elemento sepultus. [De sententia loci cf. alios quos similes adtulerunt locos Pric. et Baden. ad Senec. Med. 653.]

Cap. XII. *Enimvero Alcimum tam saevus Fortunae nutus non potuit abducere.* [Miror Oud., qui minus audiens Codd. locum ita depravare potuerit, ut *tamen se saevis f. nutibus non potuit abducere* coniiceret. Quomodo enim haec sequens narratiuncula cum antecedenti connexa sit, vix videtur intellexisse. Latro enim, qui fatalem Lamachi exitum enarraverat, ad perniciem nunc se convertit alterius fortissimi commilitonis Alcimi, ita pergens narrationem: Alcimus, quem interitus socii edocere potuisset, nostram partem a fortuna non foveri, cui omen quasi saevum fortuna cecinisset leto Lamachi, ne in coeptis progrederetur, eo tamen non poterat abduci a consiliis, quae sollertissime erant cogitata. *Enim vero* hic habet vim adversativam, ut apud Tacit. Ann. II. 64, id quod negare non debuerat Hand. in Tursell. II. p. 407. Quam enim ille ingressus est explicandi ratio, ut sit nostrum: *und wirklich*, nemini unquam persuadebit. Librarii igitur, huius particulae rarioris usus ignari sed utrumque enunciatum sibi opponi recte sentientes, *tamen* fabricati sunt, quod ita defendi potest, ut apud Plaut. Pseud. IV. 7. 86. *ire licebit, tibi tamen hodie tempori.* Quam facilis mea sit coniectura perspicuum est, ut eo certe nomine vituperari eam posse non sperem. Hinc etiam poterit intelligi, quam perverse egerint, qui pro *saevus: scaevus* intrudere vellent.]

scilicet rapienda. Vix capi potest, quantas molestias interpretibus male conceptum vel intellectum compendium possit facessere. Quum enim in edd. vett. legatur *stilis*, hinc Stewech. *singulis*; Colvius *pilis*, Sopingius *solis* emendarunt. Optime Sciopp. in Symb. p. 39. his verbis explicat corruptelam: Nimirum non semper fallimur, qui curiose ductus litterarum observamus. In *stilis* *t* pro *c.* et *s* pro ȝ scriptum fuerat, cum esse deberet *scilicȝ:* nam litera ȝ pro syllaba *cet* posita est.

Digitized by Google

gere. Cumque iam cuncta rerum naviter emolitus nec toro quidem aniculae quiescentis parcere vellet, eaque lectulo suo devoluta, vestem stragulam subductam scilicet iactare similiter destinaret, genibus eius profusa sic nequissima
265 illa deprecatur: | Quid oro, fili, paupertinas pannosasque resculas | miserrimae
[148] anus donas vicinis divitibus, quorum haec fenestra domum prospicit? Quo sermone, callido deceptus astu et vera quae dicta sunt credens Alcimus, verens scilicet ne et ea, quae prius miserat quaeque postea missurus foret, non sociis suis sed in alienos lares iam certus erroris abiiceret, suspendit se fenestra, sagaciter prospecturus omnia, praesertim domus attiguae, ut dixerat illa, fortunas arbitraturus. Quod eum strenue quidem et satis improvide conantem senile illud facinus, quamquam invalido repentino tamen et inopinato pulsu nu-

despergere Heins. legebat i. e. ex alto deiicere. Sed non opus eo videtur. Incerto iactu huc illuc projecit cuncta, ab hoc illove latronum captanda et auferenda. *dispergere* G. 1. *cuncta* abest ab O. *naviter* F. 3. G. 1. 2. f. D. in cuius margine a m. s. est *gnaviter*. *ea q.* G. 1. Licet vulgata satis defendi possit, Oud. tamen mavult: *eique devolutae subductam*. Groslotius coniecit, *subductam scilicet* a glossa irrepsisse. *silicet* G. 2. pro more suo cf. supra et G. 1. *iactare* D. *quod oro* ed. pr. *precinoxaque resc.* G. 1. *resculas*. Omnes quos equidem vidi codd. ita legunt, nisi quod in G. 1. et D. puncto subscripto a m. s. delendam esse *s* litteram indicatur. Cum Mss. consentiunt ed. pr. Iunt. 1. Venet. 2. 4. Paris. Quid ceteri codd. praebeant, ex notatis Oud. non potest discerni, quum ille in Mss. tantum non omnibus *resculas* inveniri pronuntiet. *divinitibus* δ. *hic fen.* f. δ. *domus* G. 2. D. a m. p. P. f. δ. *calido* G. 1. (non 2. ut Oud. adnotat) B. δ. *valido* Bas. 1. *haustu* pro *astu* G. 2. D. P. *primus miserat* edd. Beroald. et Bas. 1. *nisi sociis* ed. pr. *iam virtus erroris* F. 1. unde Oud. coniecit *victus, incertus* B. *erroris* abest ab O. *abiceret* G. 1. 2. D. *suspectaque fenestra* pro *suspendit se fen.* F. 1. *prospecturus* F. 3. B. R. P. Iunt. 2. *perspecturus* invenit in F. 1. G. 1. 2. D. et cett. edd. *sagaciter* non comparet in R. f. *attigua* G. 1. P. *atigua* G. 2. et ita a m. p. videtur scriptum in D. qui nunc habet *atigue*, ultima littera a m. s. depicta. *attingnae* Venet. 1. 2. *ut dixerat* pro *quam d.* ut in cett. est F. 3. G. 1. 2. D. O. R. f. δ. *fortunam* p. *quem strenue* δ. φ. *quod cum* G. 1. 2. (non *quod eum* ut Oud. excerpta perperam praebent) et D. *quidem* non exulat a G. 1. 2. D. ut Ond. adnotavit, unde probabile fit, etiam P. particulam non deesse, quam excerpta Palat. Oud. omittunt. *et satis* F. 3. G. 1. 2. D. edd. vett. praeter Iunt. 2. *at satis* Bert. *et* significat fere idem quod *sed* cf. Hand. ad Turs. II. p. 494 sq. *improcidus* G. 2. D. P. *sed et illud ratus* pro *senile illud facinus* F. 1. *id facinus* G. 1. aperte habet. *istud* P. *inoppinato* G. 2. D.

resculas. [Quamquam bene scio, adversari hanc formam grammaticorum legibus cf. Prist. III. 6. p. 129. Krehl. et Charis. I. p. 51. ed. Putsch., a me tamen impetrare non potui, ut alteram reiicerem, quae hic omnibus Mss. et auctoritate Salvian. advers. avar. IV. 8. p. 546. ed. Ritterh. comprobatur. Fortasse posterior aetas analogiam sequebatur verborum *pulvis: flos* aliorum, quae *s* retinent.]

domum. [*Domus*, quae lectio est aliquot codd., statim reciperem in textum, si melioris notae Mss. eam prae se ferrent. Amasse enim hanc formam Apuleium, probant loci Met. IV. p. 255. *domus maiores*, ubi unus δ. cod. *domose* corrupte habet V. p. 342. *domus suas contendunt* de D. Socrat. T. II. p. 171. *domus exornatas*, quos locos Oud. affert. coll. Heins. ad Ovid. Met. I. 122. Dr. ad Liv. III. 29. §. 5. Wagn. ad Virg. G. IV. 446.: cui tamen in eo adsentiri nequeo, quod contra Mss. optimos Virgilii vulgarem lectionem *domos* retinet, quum ipsa correctio cod. Medic. *domos* eum docere posset, corruptelam a librario esse profectam, qui *domos* ubique apud Virgilium alibi invenerat. Ita quoque Apuleius variat inter *domos* et *domus* cf. de D. Socrat. T. II. p. 170. et p. 171. De forma cf. Cort. ad Lucan. II. 333. Moser. ad Cic. Tusc. V. 4. p. 26. Eckst. ad Arist. T. II. p. 658.]

prospecturus omnia. Hanc lectionem retinui, quae Oud. non probatur, quia penitus omnia Alcimus despexerit. [Hoc vero praepositione exprimi non necessarium est, quum in adverbio *sagaciter* insit. Ideo emendare quidquam nolui, praesertim quum in seqq. *prospectu*, quantum scio, omnes codd. praebeant.]

Digitized by Google

tantem ac pendulum et in prospectu alioquin attonitum praeceps inegit. Qui praeter altitudinem nimiam super quemdam etiam vastissimum lapidem propter iacentem recidens | perfracta diffusaque crate costarum, rivos sanguinis 266
vomens imitus, narratisque nobis quae gesta sunt, non diu cruciatus vi-

alioquin pro more exulat a B. *actonitum* G. 1. *praeces* D. a m. p. sed in marg. a m. s. *praeceps*. *quae praeter* ed. Vicent. *qua* Bas. 1. *propter altit.* D. P. *vastissimum* D. a m. p. *praeter iacentem* F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. B. f. *d. π. prope* B. et edd. vett. praeter Iunt. 2. quae habet *propter*. *latentem* pro *iacentem* F. 1. *recidens* F. 3. G. 2. D. P. O. *decidens* F. 1. B. et omnes edd. vett. *castrorum* pro *costarum* f. *imitus* F. 1. 3. G. 2. D. P. O. *d. immitus* G. 1. *primitus* B. omnes edd. vett. in margine D. a m. s. *narratisque* F. 3. G. 1. 2. O. P. D. *narratur* Iunt. 2. In cett. *narratis* emissa particula *que*.

propter iacentem. [Bene egit Oud., qui hanc fere omnium codd. lectionem longe elegantiorem cum vulgata lectione *prope* commutavit. *Praeter*, quod omnes fere codd. habent, ideo non potest comprobari, quia *iuxta*, *prope* tum tantum significat, quum verbum motionis additum est. Omnia enim id illustrant exempla cf. Dr. ad Liv. XXVIII. 42. §. 3. XV. 11. §. 17. Baumg. Crus. Clav. Suet. s. v. p. 617. Bach. ad Ovid. Met. V. 159. *Propter*, quod saepius Apuleius usurpavit loco adv. *prope*, quoties cum *praeter* commutetur, docet Dr. ad Liv. IV. 61. §. 10. Huc accedit, quod librariorum oculi nostro loco facilius decipi poterant, quoniam idem vocabulum eadem ipsa linea praecedit.]

diffusa crate costarum. [Contra Oud. recepi lectionem *diffusa*, quam alteri *diffissa*, postponerem, nisi praecederet iam *perfracta*, quod idem mihi videtur esse. Sed non solum perfractae erant costae et diffissae, sed etiam in diversas partes propter lapsus vigorem diffusae et sparsae, ut undique sanguis cognosci posset. De confusione utriusque vocabuli cf. Dr. ad Liv. IX. 38. §. 15. et Minuc. Fel. XVI. §. 4. Ita legendum esse existimo apud Minuc. Fel. c. 10. §. 7. pro *aut ruptoelementorum omnium foedere et coelesti compage divisa*, quod in Ms. extat: *diffissa*, quum antecedenti *rupto* magis respondeat. De nostro loco cf. Heins. Advers. III. l. p. 381. De *crate* cf. Buen. ad Lactant. de Opif. c. 5. §. 5. p. 1147. Savar. ad Sidon. Apoll. III. Epist. 13. p. 215.]

rivos sanguinis. [Idem Virgil. dixit Aen. XI. 668. ubi cf. Intt. Sic *rivus aquae* cf. Huschk. et Dissen. ad Tibull. I. 1. 28., ubi male sollicitant *riros* et *ripas* emendant. Pluralem enim ad significandam vim maiorem et vehementiam praetulisse videtur Tibullus cf. quos excitat Wagn. ad Virg. Aen. I. 463. Ita Ovid. Remed. Am. 194. *ipse potes rivos ducere lenis aquae* dicit, quamquam saepius *rivus aquae* invenitur cf. Heyn. ad Virg. Ecl. VIII. 87.]

imitus. Male Ruhnk. propter errorem edit. Vulcan. 2. *imitus* cum seqq. *narratis* iunxit, quod nullo modo potest fieri. *Imitus* enim est ex imo pectore et vehementiam indicat sanguinis ex toto corpore effluentis, et animam quasi moribundi secum educentis. Idem vocabulum Stewech. male vindicat loco Arnob. V. c. 10. T. II. p. 285. Orell., ubi tamen legendum esse censeo: *tonitrus patrios iam mugiens imitatosque referebat* i. e. *adsimilatos.* Eodem errore laborat locus Mart. Capell. II. §. 139. p. 189. Kopp. ubi codd. legunt: *Postquam igitur illam bibliothecalem copiam nixa imitatus virgo effudit*, ubi Pontan. *imitus* coniecit, quod statim probarem, si post *virgo* esset posita. Nunc equidem emendo: *nixam imitans*; nam pepererat quasi hos libros et ut partum in lucem effuderat. Ut igitur parturientes totum foetum in lucem mittunt; ita quoque philosophia variis humanae scientiae disciplinis gravida nixae similis omnia effudit. Possis etiam *nixae imitatu* corrigere. Melius apud Minuc. Fel. XXI. §. 10, ubi hodie legunt: *et Corybantum cymbalis, ne pater audiat vagitus, tinnitus eliditur* restituas: *et C. cymb. ne pater audiat, vagitus imitus eliditur* i. e. *funditus plane infirmatur.* Cod. habet *initus eliditur*; cf. Lips. Elect.

tam evasit. Quem prioris exemplo sepulturae traditum bonum secutorem Lamacho dedimus.

CAPUT XIII.

Tunc orbitatis duplici plaga petiti iamque Thebanis conatibus abnuentes, Plateas proximam conscendimus civitatem. Ibi famam celebrem super quodam Demochare munus edituro gladiatorium deprehendimus. Nam vir et genere pri-
267 marius | et opibus pluribus et liberalitate praecipuus digno fortunae suae splen-

Lamatho B. G. 2. D. a m. p. et omnes edd. vett.

exorbati d. G. 1. 2. D. O. P. R. f. φ. δ. qui etiam carent participio *petiti* notante Oud. *orbitati* p. *discipuli duplici* R. f. δ. φ. Verba inde a *petiti* usque ad *proximam* desunt in G. 2. O. D. ubi a m. s. restituta sunt eo modo, quo in textu nostro leguntur; nisi quod D. pro *abnuentes* habet *annuentes*. Eadem in G. 1. quoque non comparent, sed ibi a m. s. non sunt suppleta. (Quod vero Oud. addidit, in G. 1. lituram esse relictam, cuius tamen prima litera appareat p. ipse codice non comprobatur.) *proximas* f. *contendimus* p. *ubi* pro *ibi* Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. Bas. 2. Omnes codd. quos ego et Oud. vidimus praeter B. sequentia ita praebent. *Ibi famam celebrem super quodam Demochare munus edituro gladiatorium deprehendimus*, nisi quod *quondam* legitur F. 1. 3. *nomine* ante *Democh.* extat in f. et p. *gladiatorium* exulat in G. 2. P. D. In cod. tamen B. et in edd. vett. locus ita constituitur: *ubi fama celebrem quendam nomine Democharem m. edituram gl. depreh.* *decus* nullo sensu additur post *Democh.* in P. *rutinus* pro *munus* D. aperte ostendit. *editor* D. a m. p. *deprendimus* G. 1. *nam et genere primarius vir* B. et edd. vett. praeter Iunt. 2. Ceteri, quod sciam, Mss. habent ordinem, quem in textum recepi. *et* ante *opibus* exulat P. *plurimis* pro *pluribus* vir doctus ad marginem Iunt. 2. adlevit. Alius ad oram ed. Colv. *plurimus*. *formae* pro *fortunae* p. ed. pr. Venet. 2. Vicent. cf. ad Met. I. p. 7. *su* pro *suae* G. 1. a m. p., *e* a m. s. superaddito.

II. 3. T. I. p. 763. ed. Vesal. Voss. Etymol. s. v. *infra*.]

vitam evasit. [Ita Virgil. Aen. II. 730. cf. quae disputant Intt. ad Ovid. Met. III. 19., ubi male unus cod. *reliquerat* per glossam praebet. Plurimus est in hac constructione praeceteris Tacitus. cf. Ann. I. 51. *erasere silvas* ubi cf. Rup. V. 10. *littus angustiasque evasit*. VI. 48. XII. 35. Eodem modo *elabi* construitur cf. Tac. Ann. I. 61.]

secutorem. De hoc vocabulo accuratissime egit Lips. in Saturn. II. c. 7. et Scalig. Castigg. in Manil. p. 377., qui uterque diversam habent sententiam. Lipsius enim explicat de *secutoribus* i. e. militibus, qui tribunos comitabantur loco apparitorum; Scaliger. ad rem gladiatoriam Apuleium respexisse contendit, in qua victis aut interfectis qui sufficiebantur, Graeci ἐφέδρους Latini *subactitios* et *secutores* vocabant. Oud. prior explicandi ratio comprobatur collat. Grut. Inscr. p. 521. 8. 561. Fabrett. p. 131. et p. 234. Murat. p. 836. [Equidem neutrum respexisse Apuleium putaverim. Gloss. Gr. Lat. p. 372. ἀκόλουθος *secutor pedissequus, consequens*, ubi prima significatione vocem positam vides, ut Met. IX. p. 626. *acerrimum relinquens uxori secutorem* i. e. pedissequum et custodem. Met. VII. p. 466. *Marti Secutori* i. e. pedissequo, faventi: de quo loco infra agam. Hic quoque Alcimus quasi consequens et pedissequus nominatur Lamachi, quia eum in morte sequebatur.]

Cap. XIII. *petiti.* [Quid Oud. sibi voluerit *perciti* pro *petiti* hic praeferens, vix potest intelligi, quum *petere* de iis, qui malo vel incommodo vel plaga quadam afficiuntur, bene dicatur: ut *saxis, telis, gladiis petere* similia.]

Demochare munus edituro. [Privatim potissimum per municipia multi ludos ediderunt cf. Argol. ad Onuph. Panvin. de lud. Circ. II. 15. in Graev. Thes. Antiqq. T. IX. p. 443. Rupert. ad Iuv. Sat. III. 36.]

digno fortunae suae. Pricaeus maluit *fortuna sua*, quippe immemor, *dignus* saepe iungi cum secundo casu. Oud. excitat Heins. ad Ovid. Trist. IV. 3. 57. Graev. ad Cic. de Har. Resp. 24. Munk.

dore publicas voluptates instruebat. Quis tantus ingenii, quis facundiae, qui singulas species apparatus multiiugi verbis idoneis possit explicare? Gladiatores isti famosae manus, venatores illi probatae pernicitatis, alibi noxii perdita securitate, suis epulis bestiarum saginas instruentes. | Confixilis machinae 268

tanti in marg. Bas. 1. *tantis* Vicent. Venet. 2. et Iunt. 1. *qui facund.* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. *quis singulas* Iunt. 1. *multi* pro *multiiugi* D. a p. m. *urbis* D. a m. p. in marg. emendatum in *verbis*. *posset* G. 1. 2. D. *gladiatores epulis* G. 2. sed fortasse ab eadem manu linea rubra posterius vocabulum est inductum. *formosae man.* R. *istic* R. f. *d.* *illic* R. f. *p. d.* *isti probatae* B. *pervicitatis* D. *perniciatos d.* *noxia* B. p. ed. pr. Iunt. 1. cum marg. Bas. 1. et Vicent. *securite* non *securi* (ut Klm. adnotat) in B. est pro *securitate*, pro quo *seceritate* legitur in O., teste Pricaeo. *suis epistolis* p. *bestiarii* O.

ad Hygin. Astron. II. 5. Intt. ad Lucan. III. 136. ad Suet. Oth. c. 6. Bond. Var. Lectt. XVI. 44. Carm. Sepulcr. apud Fabrett. p. 190.: *O quam longinquae fuerat dignissima vitae.* [quibus adde Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 329. Tom. II. p. 86. Munk. ad Lact. Planc. Narr. fab. V. 11. p. 824. Stav. Bach. ad Ovid. Met. V. 345. Loers. ad Ovid. Trist. IV. 3. 57. et VV. quos praeterea larga manu affert Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 1069. Et ita ap. Liv. IV. 37. §. 1. restituendum est ex optt. codd. Florent. et Voss. 2. *memoriae digna*, quod propter sonum etiam commendatur.]

isti. De dativis *isti* et *illi* adverbialiter usurpatis apud Romanos, comparat Oud. dict. sua ad Hirt. B. Alex. c. 25. Virg. G. II. 471. Aen. II. 503. 661. Probabilissimam de his formis sententiam proposuit Hand. in Tursell. III. p. 203 sq. et p. 461. Si vero ad scriptores eas non pertinuisse censet, sed formas antiquatas a librariis tantum revocatas esse, errasse videtur, quum nulla afferri possit caussa, unde fidem codd. velis derogare. Hoc tantum monere sufficiet, apud Apul. codd. optimos hic formam *isti* et *illi* retinere, peioris vero notae *istic* et *illic*, unde coniici licet, librarios quid *isti* et *illi* significarent, non intelligentes, per sententiam necessario permutasse *istic* et *illic*. Apuleio certe has formas non abiudico, qui antiquitatis est studiosissimus. De Cicerone, Quintiliano aliis iudicium non interpono.]

alibi noxii perdita securitate suis epulis....saginantes. [Hic locus varie ab interpretibus vexatus est, quum facilior videatur esse intellectu. Floridus, cui Oud. magis adsentitur, de damnatis ad bestias intelligit, quibus largae apponebantur epulae, antequam belluis exponerentur, ut illud quantulumcunque vitae quod supererat suaviter ducerent. Quid vero ad tale artificium confugiendum est? *Noxii suis epulis bestias saginantes* sunt damnata illa capita, quae bestiis escam suis corporibus praebent, et ita quasi eas pinguefaciunt. Discernuntur itaque gladiatores illi venales, qui corpus munera edituris pretio venditabant ab hominibus, qui bestiis iam erant damnati. *Noxii* c. Elm. in ind. Apul. explico *poenae servi* proprie *perniciosi*, *damnosi*, qui quum aliis hominibus noceant, poena afficiuntur. Fortasse ita locus sanari potest Lact. Placid. Narr. fab. VI. p. 825. Stav. *ut eius audaciae impetum noxio* [Ms. *impetum otio*]. *futurum compesceret*, ut *noxium* idem sit quod *noxa*. *Noxios* deinde potissimum nominant eos, qui bestiis obiiciuntur. cf. Gron. Obs. I. 8. 78 et 79. p. 44 sq. Frotsch. *Perdita securitate* Oud. explicat temeritate *vesana*, nec mortis timida prae dissolutis moribus, ut *perditus* hic *vesanus* significet: de qua notione conferri iubet Met. V. p. 351. Hoc vero mihi comprobari non potest, quia *perditus* ibi tantum *amens*, *vehemens* significat, ubi de summa animi commotione, ut de amore, de dolore aliis sermo fit; cf. Intt. ad Virg. Ecl. II. 59. VIII. 58. Plaut. Cist. I. 2. 13. Arnob. VI. 13. *Perdita securitas* puto esse *vitae securitas amissa*, de cuius salute nulla spes esse potest. Comparare enim Oud. non debebat *perdita luxuria* ap. Nepot. in Dion. c. 6. et

Digitized by Google

sublicae turres tabularum nexibus ad instar circumforaneae domus, floridae picturae, decora futurae venationis receptacula. Qui praeterea numerus, quae
269 facies ferarum? Nam praecipuo studio | forensi etiam advexerat generosa illa

sublicaeae Iunt. 1. et Aldin. *terres* G. 1. a m. p. *a* super addito a m. s. neque *terros* ut Oud. collatio habet. Hinc consectarium est, O. quoque ita praebere. Unde vero Oud. G. 1. et O. lectionem *tabularii* hauserit, nescio, quum certe in G. 1. aperte *tabularum* extet. *stabularum* p. *ad* ante *instar* exulat a G. 1. et omnib. edd. vett. praeter Iunt. 2. cf. ad Met. I. p. 78. *circumforanee* D. tribus ultimis litteris a m. s. scriptis. *circumfornatae* δ. Oud. male coniecit *floride pictae* vel *picturatae*. *decorus* π. *receptabula* D. *praecipuus* coniecit Wasse. *forensis* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Aldin. *forenses* B. *aduxerat* G. 1. a m. p. *e* superscripto a m. s. *generoso* f.

perdita nequitia alia, quae plane aliter sunt explicanda. Hinc intelligi potest, quam perversa sit Oud. coniectura: *noxii, alibi perdita securitate* repetitione non necessaria, quum eadem maneat distinctiva sententia coll. Gron. et Dr. ad Liv. III. 37. et Intt. ad Caes. B. G. I. 8. I. Gron. ad Minuc. Fel. p. 493. Solin. c. 23. De hoc usu plura dicam ad libr. de Dogm. Plat. II. p. 255. De noxiis, qui feris obiiciebantur cf. Buleng. de Venat. Circi. c. 31. in Graev. Thes. Antiqq. T. IX. p. 810 sqq.]

confixilis machinae sublicae turres. Plerique editores, ab Oud. vituperati, distinxerunt post *sublicae*, quasi de duorum generum machinis sermo esset, cum sine dubio loquatur auctor de solo pegmate ambulatorio, quod sublicis innixum et confixum erat, turribus per varia tabulamenta surgentibus: quod pegma diversum erat a repagulis, quibus tuti erant a feris spectatores, et quae etiam *versatilia* nonnunquam fuerunt [Glossae Gr. Lat. p. 579. *πῆγμα confixum* et ita emendanda est glossa Placidi apud Mai. in Nov. Coll. script. Vatic. T. III. p. 495. *pegma .... quo arte mechanica scenici ludunt variis modis.* De his *pegmatis* locus classicus est Senec. Epist. 88. 89. cf. Böttig. in prol. de deo ex machina p. 6. König. ad Claudian. XVII. 315. et VV. DD. quos praeterea affert Rupert. ad Iuvenal. III. 122. Voss. Etym. s. v. *pegma*. Aliter hunc locum explicat Bulenger. de Venat. Circ. c. 34. p. 816. in Graev. Thes. Antiq. l. c. de *caveis*, vel certe ut infima parte pegmatis *γαλεάγραι* fuerint. Quod posterius equidem comprobo. Haec enim pegmata machinae erant montis, turris aliusve rei instar exstructae, quae sua sponte in sublime crescerent, vel paulatim residerent statimque mutari possent. Veri autem simile est, his superstructas fuisse caveas ferarum, quae machina sublevante subito emergerent. Hanc enim pegmatum saepius fuisse rationem ex uno loco Strabon. VI. p. 273. potest effici: *νεωστὶ ἐφ' ἡμῶν εἰς τὴν Ῥώμην ἀνεπέμφθη Σέλουρός τις, Αἴτνης υἱὸς λεγόμενος, στρατιᾶς ἀφηγησάμενος καὶ λεηλασίαις πυκναῖς καταδεδραμηκὼς τὰ κύκλῳ τῆς Αἴτνης πολὺν χρόνον. τοῦτον δ' ἐν τῇ ἀγορᾷ μονομάχων ἀγῶνος συνεστῶτος εἴδομεν διασπασθέντα ὑπὸ θηρίων. Ἐπὶ πήγματος γάρ τινος ὑψηλοῦ τεθεὶς ὡς ἂν ἐπὶ τῆς Αἴτνης καταλυθέντα αἰφνιδίως καὶ συμπεσόντος κατηνέχθη αὐτὸς εἰς γαλεάγρας θηρίων ἐνδιαλύτους, ἐπίτηδες παρεσκευασμένας ὑπὸ τῶν πηγμάτων.* cf. Scalig. ad Manil. p. 446. ed. ann. 1600. Talia hic significari bestiarum receptacula seqq. apertissime probant, *futurae venationis receptacula s. caveae*, de quibus cf. Argol. ad Panvin. de Lud. Circens. II. c. 5. ap. Graev. l. c. p. 419.]

forensi. [Hanc lectionem a pluribus Ms. confirmatam, quamquam nunc dubius haereo, suo loco movere nolui. *Forensis* enim si probum est, hic de studio intelligi debet, quo Democharis bestias non solum in patria ipsa, domi coëmebat, sed etiam peregre advexerat. *Forensis* ita usurpari posse, vidimus iam Met. I. p. 9. Nec aliter explicaverim locum Colum. praef. 12. med.: *A natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam, viri ad*

damnatorum capitum funera. Sed praeter ceteram speciosi muneris supellectilem totis utcunque patrimonii viribus immanis ursae comparabat numerum co-

corporum pro *capitum* G. 1. O. *prae* F. 3. G. 1. B. O. P. δ. ed. princ. et Venet. 2. *cetera* B. p. ed. pr. Venet. 2. Iunt. 1. *prae tam* G. 2. D. *ceterum* G. 1. *speciosa* ed. pr. *supellectile* P. B. p. et edd. vett. *superlectilem* π. *superlectile* G. 2. D. *supeletilem* G. 1. *totis* abest a f. *patrimoniis* G. 1.

exercitationem forensem atque extraneam, ubi *forensis* accurate *domesticam* oppositum noui de opera, quam in foro vir adhibet, intelligo, sed de extranea et *foras* pertinente. Sed mirum est, quod h. l. optimi codd. *forensis*, Bert. *forenses* praebent. Hoc me commovet, ut cum viro docto ad marg. Ed. Iunt. et Heins. Ovid. Met. V. 450. *forenecus* legendum arbitrer, quamquam eos significatio vocabuli offendit, nec Mss. auctoritas. *Forinsecus* per compendium *forinsec'* scriptum corruptelae facilem occasionem praebuit, ut primum *forenses* dein *forensis* subnasceretur. Oud. enim sententiam, qui *forinsecus* ab exteriore loco advectum significare posse negat, sed potius quod domo ἔξωθεν effertur, nil moror. cf. Hand. Tursell. II. p. 703. Hand. Codd. auctoritate deceptus interpretationis viam iniit, quae vereor ut unquam probetur. *Forensem* intelligit hominem, qui fora frequentat negotii et mercatus caussa. Sed quaenam sunt illa fora? suae urbis an exterarum quoque? Si suae tantum urbis, nobis demonstret, quomodo obstent sibi in seqq. *domesticis venationibus captae et largis emtionibus partae bestiae.* Sin vero aliarum urbium fora frequentat, quod verisimile est, quum Plateae urbs non tanta essent ut multae bestiae ibi convenirent, comprobet *forensis* eum significare, qui in *foris* versatur eaque frequentat, praesertim si caussas non agit. Ego *forensi* lubens amplexus sum. Nonne *advehere*, peregre bestias esse petitas significare videtur? et comparari potest Thiasus, Met. X. 711 sq. qui Corintho oriundus, ut splendori capessendorum fascium responderet, munus gladiatorium editurus erat, in cuius munificentiam Thessaliam quoque accesserat, nobilissimas feras et famosos inde gladiatores comparaturus.]

generosa damnatorum capitum funera. Male haec capit Beroald. de reis a Democharе advectis damnatisque ad munus, quum auctor intelligat feras, dictas *funera*, non quod funestum inferant mortem, sed quae sunt quasi sepulcra et ἔμψυχοι τάφοι hominibus ad bestias damnatis. Similes locutiones cf. apud Kirchm. de funerib. p. 259. Met. V. p. 354. Tum Heins. ad Ovid. Met. V. 450. male coniecit *nemerosa*. Apuleius *nobilissimas* dicit feras Met. X. p. 712. Herod. I. 25. λέοντας δὲ καὶ παρδάλεις ὅσα τε ζῶα γενναῖα. Nec minus eiusdem coniectura *ille* pro *illa* comprobatur, quum sexcenties laudis vel vituperii adiectivis hoc pronomen non solum Apuleius addat cf. Met. I. p. 11. *Plutarcho illo* X. p. 712. al. [sed apud optimos quoque scriptores ita reperiatur, Creuz. ad Cic. de Rep. I. 28. p. 117. Orell. ad Cic. Tusc. V. 27. §. 78. Wagn. Quaestt. Virgil. XXI. 6.] Tandem pro *capitum* in G. 1. et O. est *corporum*, quae mera glossa est. *Caput* pro toto homine et quovis corpore poni docent Intt. ad Prop. IV. 2. 55. Liv. XXIX. 29. Apul. Mef. IX. p. 611. [Horat. I. 28. 20. Cort. ad Lucan. VI. 708. Intt. ad Virg. Aen. IV. 613. Arnob. VI. c. 13. *caput prostitutum* pro *prostituta*.]

praeter ceteram speciosi m. supellectilem. [Miror Oud., qui cum Salmasio legendum censet: *prae cetera tam spec. mun. supellectile*, ut comparationem studii Democharis erga ursas coemendas *prae* reliquo muneris apparatu indicet. Sed *praeter* idem est quod *prae* cf. Cic. ad Quint. Fr. I. 1. 15. *praeter ceteros laborabis.* Horat. Epod. III. 9. *praeter omnes mirata est ducem.* Beier. ad Cic. de Off. II. 7. §. 26. De *prae* res est notissima.]

ursae. [Ursarum pugnas et venationes frequentes et in Graecia et Romae

Digitized by Google

piosum. Nam praeter domesticis venationibus captas, praeter largis emtionibus partas, amicorum etiam donationibus variis certatim oblatas tutela sumtuosa sollicite nutriebat.

CAPUT XIV.

270 Nec ille tam clarus tamque splendidus | publicae voluptatis apparatus invidiae noxios effugit oculos. Nam diutina captivitate fatigatae simul et aestiva
[149] flagrantia maceratae, pigra etiam sessione languidae, repentina | correptae pestilentia paene ad nullum rediere numerum. Passim per plateas plurimas cerneres iacere, semivivorum corporum ferina naufragia. Tunc vulgus ignobile, quos inculta pauperies sine delectu ciborum tenuato ventri cogit sor-
271 dentia supplementa et dapes gratuitas conquirere, passim iacentes epulas | ac-

praeter ante *domest.* abest a R. et f. *domestiticis* D. a p.m. in margine correctum *prae domesticis*, *captus* G. 1. O. *largas* G. 2. D. P. *paratas* pro *partas* coniecit Groslotius. *etiam* deest R. f. *dotationibus* Basil. 1. *oblata* F. 3. G. 1. O. p. *tutella* G. 1. *tutelas* f. Unde Oud. lectionem cod. Guelf. nescio utrius sumserit *cautela*, non video, quod argumento est, quam negligens sit Cortii collatio. *sollicite* abest in P. *nutriebant* F. 3. G. 1. O. R. f. p. ed. pr. Basil. 1. in marg.: unde Oud. coniecit *oblatae . . . nutriebantur*, *nutriebat* B. *nutribat* Elm. legit inter VV. LL., quod per typothetae errorem factum esse censeo, quum in textu *nutriebat* recte inveniatur.

spedidus D. a m. p. in marg. *splendidus* a m. s. est *effigit*. D. a m. p. in marg. extat *effugit nostros* (quod pro *noxios effugit* positum esse existimaverim.) *et* ante *aestiva* desideratur in p. *extiva* G. 1. *pigrae* est in sola ed. Bas. 1. *sexione* P. *languidus* P. et D. a m. p. *laguidus* G. 2. *rep. et correptae* f. *correcte* G. 1. *num* pro *nullum* aperte scribitur in D. compendii signo, non superposito. *redivere* G. 1. 2. O. D. et omnes edd. vett. *redire* f. d. *redivem* Vicent. *per* abest a D. a m. p. et in margine a m. s. legitur. *plateis* D. a m. p. littera *a* a m. s. super addita, quod non ita damnem. *plurimas* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. p. f. d. Vicent. ed. pr. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. in cett. *plurima*. *semivorum* O. *iam culta* perperam Iunt. 1. *sive* G. 1. *delecta* f. *delictu* d. *neutri* pro *ventri* G. 2. et D. a m. p. in marg. a m. s. correctum. Pro *supplementa* emendat Brant. *explementa*. *etiam dap.* O. *gravitas* pro *gratuitas* Bas. 1., quae eadem *conquerere* habet. *gradales epulas* frigide Stewech. coniecit pro iis accipiens, qui e gradibus populo tribuerentur. *ad iacentes* d. *excurrunt* f. *accurrunt* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. B. O. R. f. d. et Iunt. 2. Ceteri codd. et edd. vett. *accurrere*.

fuisse, multis locis potest comprobari cf. Symmach. Epist. II. 46. et 76. IV. 56. Cassiod. V. 42. Plura exempla profert Buleng. de Venat. Circi c. 19. in Graev. Thes. Antiqq. T. IX. p. 774.]

tutela. [Hoc loco idem est, quod victus; cf. Buenem. ad Lact. Iustt. VII. 4. §. 10. p. 874.]

CAP. XIV. *Invidiae noxios effugit oculos.* Absurde Heins. coniecit *aculeos*, quum *oculi* egregie conveniant Invidiae limae et fascinanti venenoque inficienti bestias. Horat. Epist. I. 14. 37. de la Cerda ad Virg. Ecl. III. 103. [Fascinari homines invidiae peruiciosis oculis, ut Hispani nostrae aetatis eandem superstitionem servant, veteres putabant. cf. Voss. ad Virg. Ecl. III. 103. Markl. ad Stat. Silv. IV. 3. 16. Burm. ad Anthol. II. p. 83. Intt. ad Prop. I. 12. 9. Stern. ad Grat. p. 142. Potissimum infantibus et teneris pecoribus, quorum corpus adhuc infirmum erat, oculi fascinantes erant noxii; cf. Wagn. ad Virg. l. c.]

passim. De huius vocis significatione: *confuse, sine ordine* satis nota confert Oud. Dr. ad Sil. VII. 139. [Plura dabit Burm. ad Anthol. I. p. 385. ad Quint. Decl. IV. 14. Phaedr. V. 1. 3. p. 238. Buenem. ad Lact. III. 9. §. 5. p. 315. Saepius ita legitur in Apuleio.]

inculta pauperies. De more paupe rum feras in arena confectas epulandi, comparat Colv. Tertull. Apolog. c. 9. [Argol. ad Panvin. de lud. Circ. l. c. p. 162.]

Digitized by Google

currunt. Tunc e re nata subtile consilium ego et iste babulus tale comminisci-

nacta G. 2. et D. a m. p. sed in marg. correctum a m. s. *nata*, *nacti* ed. pr. Venet. 2. Vicent. Ald. *babulus* F. 2. 3. G. 2. D. (sed in marg. legitur *balbulus*) B. et ed. pr. In plerisque edd. vett. *Babulus* scriptum est, ut pro nomine proprio editores habuisse, eluceat. In F. 1. scriptum videtur fuisse *bardulus*, quae lectio est ed. Colv., quum ab Lindenb. nihil adnotatum sit. *bambulus* habet G. 1. cum glossa interlineari: *nomen proprium*. *comisitur* G. 1. *commiscimur* Venet. 2.

babulus. Omnes fere optimi codd. constanter ita legunt, quod Colv. in *bubalus*, Beroald. in *bardulus* ex Papiae Gloss. *babiger stultus*, Soping. in *baburus* coll. Isid. Origg. X. 31. *baburus: stultus ineptus* emendant, ubi cod. Guelf. habet *balburus*, quod Oud. coniecturae proxime accederet: *balbulus* vel *balbillus* a *balbo*. Sed ipse retinet lectionem *babulus*, quod idem esse dicit ac *baburus*, quum liquidae istae litterae *l* et r aliquoties vicissim adhibitae aut Graeca *P* a Latinis per *L* expressa inveniantur: ut in *PACKOYIIORIC Rhascupolis* coll. dict. ad Suet. Tib. 37. *Latiaris* et *Latialis*: *Palilia* et *Parilia* ad Suet. Calig. 16. et 22. [Heind. ad Cic. N. D. II. 19. §. 50. et 64. §. 160. Multa se praebent cogitanti, quae huic vocabulo substitui possint. Sed difficile est dictu, quae potissimum ratio sequenda sit. Cum Oud. enim non fecerim, qui pro vero nomine, allusione ad aliquem corporis vel mentis habitum facta, vocabulum positum esse contendit. Hoc si comprobaveris, *babulus* et *baburrus* non potest stabiliri, quod qui tam subtile excogitavit consilium, *stultus* et *ineptus* dici nequit. Accuratius huic sententiae accedat *barbatus*, quod Glossae Isid. p. 671. explicant: *operarius, intimidus*. Potius tamen iocantis et lusitantis vocabulum quoddam substituendum est, quo non alterius ingenium, sed suam ipsius affectionem latro exprimat, ut ita *babulus* possit defendi. Puto enim in hac voce constituenda proficiscendum esse a voc. *babit (babo?)*, quod Gloss. Philox. p. 27. exponunt *γαυριᾶ*. i. e. *exsultat, gestit;* cf. Gloss. Lat. p. 415. Apud Graecos enim et Latinos ea verba, quae ineptiam, stoliditatem exprimunt, gloriabundi et iactantis etiam habent significationem: *βλάξ* enim non solum *pigrum, infirmum, ineptum* denotat cf. Ruhnk. Tim. p. 80. Hesych. *βλάζειν μαραίνειν*, sed etiam *lascivum, mollem, gloriantem* cf. Gloss. Gr. Lat. p. 410. *βλαχία: iactatio, βλάξ: iactans*. Koen. ad Greg. p. 557. *βάκηλος* porro testibus Suida et Hesychio quum *magnus* et *ineptus* sit cf. Schott. ad Zenob. Cent. I. 62., tum idem quod *lasciviens* et *libidinosus* est cf. Thom. Mag. p. 138. Salm. ad Solin. p. 580., unde non dubius sum, quin Suet. Aug. 87. *bacelus* legendum sit. Sic *βαρύς rudis, ineptus, incultus* [cf. *baro stultus*] derivatum habet *βαρυγέτας*, quod Etym. Mang. *ἀλαζών* exponit, cf. Niebuhr. in Mus. Rhen. T. III. p. 11. ac *μάταιος* et *ineptum* et *raniloquum* significat. Apud Latinos idem in usu fuisse, ipse Cicero testatur, qui *ineptus* de Orat. II. 4. §. 17. explicat: *qui aut tempus quid postulet non videt, aut plura loquitur aut se ostentat*, unde apud Horat. Sat. I. 3. 49. coniunguntur *ineptus et iactantior hic paulo est* et apud Plin. H. N. II. 43. 43. *bruta* et *rana fulmina*. Haec duplex et stultitiae et iactationis significatio in latino vocabulo *babire* vel *babere* eiusque derivatis inesse videtur. Isid. Gloss. p. 670. extat *babiger: stultus* et p. 671. *babigera stulta*, quod sine dubio cum *babire γαυριᾶν* arctissime cohaeret. Idem restituo Gloss. Arab. Lat. p. 707: ubi nunc legitur *babier*, praesertim quum *baburra* statim sequatur, quod idem significare scimus ex Gloss. Philox. p. 28. ubi *barburra* emendandum est in *baburra ἄφρων ἀνόητος μάταιος*. Cum his bene congruit nomen proprium *Baba*, quod apud Senec. epist. 15. §. 8., ubi Ruhkopf. cf., invenitur, et fatuum, stolidum huius temporis hominem cum Ixione significat. Sic facile quis in coniecturam possit incidere, *bàro* eiusque derivata ubique in *babo* esse commutanda, vel *babire* cum suis derivatis

mur. Unam, quae ceteris sarcina corporis praevalebat, quasi cibo parandam portamus ad nostrum receptaculum, eiusque probe nudatum carnibus corium, servatis sollerter totis unguibus, ipso etiam bestiae capite ad usque confinium
272 cervicis solido reli|cto, tergus omne rasura studiosa tenuamus: et minuto cinere perspersum soli siccandum tradimus. Ac dum coelestis vaporis flammis examurcatur, nos interdum pulpis eius valenter saginantes, sic instanti militiae

unam F. 2. 3. G. 2. D. O. P. δ. f. R. *una* G. 1. Cett. codd. et edd. vett. *ursam*. *sarcina* F. 3. G. 1. 2. D. P. f. δ. *sarcinis* R. f. *saginam* O. In cett. *sagina*. *revalebat* F. 3. *cito π. portanda paramus* p. *nudatum probe* G. 1. 2. D. *sol'pter* P. *totis unguibus* F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. P. O. p. δ. Iunt. 2. Ceteri codd. et edd. vett omittunt *totis*. *tergus* F. 3. G. 1. 2. D. a p. m. (in quo sequentia verba usque ad *studiosa* litura sunt inducta. *sura* tantum potest oculis dignosci.) δ. f. γ. Iunt. 2. Venet. 4. et Par. In cett. codd. et edd. legitur *tergum*. Pro *studiosa* Pric. minus recte emendavit *studione*. *persparsum* O. *prospersum* ed. Bas. 1. *siccandem* D. a m. p. correctum in marg. a m. s. in *siccandum*. *tradidimus* Venet. 2. *at dum* G. 1. 2. D. P. *examurgatus* F. 3. *examurgatur* F. 1. G. 2. D. P. O. δ. p. f. ed. pr. *examergetur* G. 1. cum glossa interlineari *desicatur*. *examurcatur* cett. codd. et edd. vett. *eius* deest in δ. *sanguinantes* f. *sanguineos* D. a m. p. in marg. est *saginantes* a m. s.

vice versa in *barire*, quod aptius videatur esse, quod cum *βαρύς* et *βραδύς* conveniat. Hanc tamen sententiam non defendo. Duplicem puto eiusdem fuisse radicis derivationem, cuius origo postea negligebatur. Nam etiam *baro* vocabulo stultum et gloriantem significari probant Excerpt. ex vett. lex. Gr. Lat. p. 307. *barosus βάκηλος barosus σοβαρός*; ut in Gloss. Philox. p. 28. *barbo βάκηλος*, quod olim *bucco* cf. Isid. Gloss. p. 670. et Plaut. Bacch. V. 1. 2. esse coniceram, in *babo* vel *baro* emendandum sit. A *babus* vel *baba* deminutivum proficiscitur *babulus*, quod hominem *stolide* et *inepte gloriantem* indicat, quae quidem significatio nostro loco optime convenit de latrone ultra modum iactante et se ostentante. His probatis non difficile erit intellectu, quid in locis Arnob. IV. 22. et Petron. c. 37. legendum sit, ubi codd. *babaecali* praebent. Est enim *babaculi* a *baba*, quamquam hic homines non exprimit stolidos et superbientes, sed ut *βάκηλος* lascivientes et libidinosos: quod locorum nexus omnibus satis comprobabit. Minus enim recte Orell. *adolescentes babaculi* ibi explicat *bellos Die feinen jungen Herrchen*. Nec multum abest a loco nostro coniectura Oud. *gabalus*, quod crucem denotat cf. Non. s. v. p. 117. Casaub. ad Capitol. in vit. Macrin. c. 11.]

unam. [Ita ex codd. optimis scribendum curavi, non invito Oud., qui *eximiam e pluribus* explicat cf. Schmidt. ad Horat. Epist. I. 6. 1. et VV. DD. qui ibi excitantur. Unde utramque *uram* et *unam* lectionem cum Oud. non coniunxerim, qui Intt. ad Ovid. Her. XV. 162. Caes. B. G. V. 15. excitat.]

sarcina praevalebat. [Optimos codd. secutus *sarcina* in textu posui, temerariis tantum librariis mutatum. Quamquam enim *sagina* de bestia dici potest satis pingui et obesa, hic tamen non ad pinguitiem latro spectat, sed ad magnitudinem, quia consilium erat, sub eius pelle socium celandi. Pondus vero ursa habebat et propter obesitatem et grandem corporis molem. Ita Met. VIII. p. 549. legitur: *Lupos numerosos, grandes et vastis corporibus sarcinosos*.]

tergus. *Tergus* idem esse, quod *pellis, corium* demonstrat Oud. ex Gloss. Philox. p. 212. *tergus νῶτος, δορὰ ζώων*. Solin. c. 25. Burm. ad Phaedr. II. 1. 9. [Equidem pro toto corpore dictum esse puto, quod idem est cf. Intt. ad Virg. Aen. I. 635.]

amurcatur. [Ita orthographiam huius vocabuli constituendam esse puto, quamquam aliter de eo sentiunt interpretes. Licet enim in nonnullis codd. scriptorum optimis *amurgo* scribi videamus cf. Wagn. ad Virg. G. 1. 194. Schneider. Ind. Scriptt. R. R. s. v., vitio tamen hoc factum esse pronunciationis verisimile est. Servius enim ad Virg. l. c. apertis verbis dicit: *Amurca per C. scribitur et per G. pronuntiatur*, ut *C. Gaius Cn. Gneius*: quod idem de voc. *Gaius*

disponimus sacramentum, ut unus e numero nostro, non qui corporis adeo sed animi robore ceteris antistaret, atque is inprimis voluntarius pelle illa contectus ursae subiret effigiem, domumque Democharis illatus per opportuna noctis silentia nobis ianuae faciles praestaret aditus.

CAPUT XV.

Nec paucos fortissimi collegii solers species ad munus obeundum | arrexe- 273
rat. Quorum praeceteris Thrasyleon factionis optione delectus, ancipitis machinae subivit aleam. Iamque habili corio et mollitie tractabili vultu sereno sese recondit. Tunc tenui sarcimine summas oras eius adaequamus, et iuncturae rimam licet gracilem setae circumfluentis densitate sepimus; ad ipsum confinium gulae, qua cervix bestiae fuerat exsecta, Thrasyleonis caput subire cogimus, parvisque respiratui circa nares et oculos datis foraminibus, fortissimum socium nostrum prorsus bestiam factum immittimus cavene modico praedestinatae pretio, | quam constanti vigore festinus irrepsit ipse. Ad hunc modum 274
prioribus inchoatis sic ad reliqua fallaciae pergimus.

imponimus δ. φ. *aeideo* pro *adeo* δ. *ceteros* G. 1. O. *cetero* f. *administraret* D. a m. p. sed in marg. correctum in *antistaret* a m. s. *hiis* G. 1. *his* G. 2., *h* minio inducto. *contextus* G. 2. D. P. *conceptus* π. *contectus* G. 1. sed syllaba *tec* est a m. s. *Democaris* G. 1. *demochari* p. *ianua* Iunt. 1. 2. Venet. 2. Ald. *facile* P. *pratet* D. pro *praestaret*.

fort. legum collegii R. f. δ. *spes* pro *species* (ex compendio *spēs*) B. O. π. δ. solita confusione. *obediendum* F. 1. 3. G. 1. P. R. f. p. O. (a p. m.) *obbediendum* G. 2. D. (a m. p. in marg. correctum in *obeundum*) *obiendum* δ. *aresserat* G. 1. *adrepserant* δ. *adrepserat* π. *Trasileon* F. 3. G. 1. 2. D. B. ubique. *Tarsileon* F. 1. *factione optionis* p. *optime* pro *optione* P. *deletus* G. 1. *dilectus* edd. vett. praeter Ven. 2. et Ald. *subibit* F. 3. *subivit* G. 1. 2. O. R. P. *subiū* D. a m. p. in marg. *subivit* a m. s. *subicit* f. Ceteri codd. et edd. vett. *subit*. *ancipititi alea* p. *mobili* G. 1. a m. p. *abili* a m. s. super addito. *cavo* G. 1. a m. p. *corio* superscripto a m. s. *molliciae* Venet. 2. *ferino* O. Wow. Pric. *acumine* pro *sarcimine* B. p. ed. pr. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. Cod. D. habet a m. p. *sarcimine*, quod in textu obliteratum a m. s. in margine in *acumine* correctum est. Ex *acumine* fecit Oud. *acus minimas sarcimine* vel *acus spineae*. *horas* G. 1. *adaequamus* F. 3. G. 1. 2. D. O. P. f. In cett. Mss. et edd. vett. est *aequavimus*. *iunturae* G. 1. *cerae* pro *setae* δ. *circumfluenti* P. *circumfluentes* Iunt. 2. *dempsitate* G. 1. D. *sepivimus* Iunt. 2. pro quo *stipamus* O. *separamus* G. 1. *quaqua* G. 1. O. *quam* Bas. 1. *cernis* D. a m. p. pro *cervix*, quod in margine a m. s. correctum est. *bestiae* extat in F. 1. 3. G. 2. D. P. f. Iunt. 2. Cett. codd. et edd. vett. omittunt. *exepta* G. 1. O. c. glossa interlineari *segata*. *exaeta* ed. pr. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *praedestinatae* F. 1. G. 1. 2. D. R. B. p. f. δ. ed. pr. Iunt. 1. 2. Vicent. Ceteri codd. et edd. vett. *destinavit*. *qua irrepsit* legi pro *quam irrepsit* in f. et R. adnotat Oud. Quid vero hoc sibi velit, non intelligo, quum *quam* in textu non reperiatur. *irrepsit*. *Ipse* F. 3. *inchoatum* p. *incoatis* G. 1. *sic reliqua f. peregimus* B. R. ed. pr. Iunt. 3. Aldin.

pronuntiat Quint. I. 7. §. 28. ibique Intt. Aliter statuit Scaur. ap. Putsch. p. 2253, qui *pacunt* pronuntiasse veteres pro *pagunt* iudicat.]

Cap. XV. *obeundum*. [Mira est optt. codd. lectio *obediendum*, quam hic constanter retinent, praesertim quum in aliis Apuleii locis eadem sit scripturae diversitas, quam alibi praeter locum Liv. IV. 7. §. 2. nusquam observare poteram cf. Met. VIII. p. 527. X. p. 710. de D. Socr. p. 136. Defendi potest *obedire*, quod ab Afris accusativo iungitur, de quo usu agam ad Met. X. p. 710., ut *munus obedire* de eo dictum sit, qui munus impositum sibi et susceptum e condicione exsequitur. Sed quum *obire munus* frequentius sit, id tamen ipsum offensioni est, quod librarii, cur plane inusitatum *obedire* substituerint, nulla caussa potest afferri. In textum tamen recipere non audeo, nisi aliis exemplis firmetur.]

subivit aleam. [cf. Cort. ad Lucan. VI. 7. *subivit* cf. p. 284.]

praedestinatae. Ita contra cod. F. 3. optimum cum ceteris Mss. scribendum esse duxi suspicatus, hanc lectio-

Digitized by Google

CAPUT XVI.

Sciscitati nomen cuiusdam Nicanoris, qui genere Thracio proditus ius amicitiae summum cum illo Democharе colebat, litteras affingimus, ut venationis suae primitias bonus amicus videretur ornando muneri dedicasse. Iamque provecta vespera abusi praesidio tenebrarum, Thrasyleonis caveam Democharі cum litteris illis adulterinis offerimus, qui miratus bestiae magnitudinem suique con-

nominis G. 1. O. *nichanoris* D. *Thracem* F. 1. *Thratio* O. *tractio* G. 1. *tracio* G. 2. *productus* pro *proditus* in B. legi adnotat Elm. (sed in Modii collatione nihil correctum vidi. Ac errore Elm. deceptus est. In marg. enim ed. Colv., cui varias B. lectiones Mod. adscripserat, legitur, signo cod. B. non addito. *productus Sciopp. Verisim. Lib. II. c. VIII. sed male nam nec Ms. ullus consentit*, unde apparet, haec verba ad Scioppii coniecturam neque vero ad cod. B. pertinere. Altera deinde ea causaa est, quod ne una quidem edit. vet., quae omnes B. sequi solent, eam lectionem praebet.) *affigimus* F. 3. G. 1, 2. O. D. d. ed. pr. Iunt. 1. 2. Venet. 2. Ald. *muneris* F. 3. G. 1. D. O. p. *numeris* G. 2. P. *caveu* P. *deferimus* d. p. *miratus*, quod in nonn. codd. et edd. vett. omnibus abiit in *demiratus*, habent F. 3. G. 1. 2. P. O. D. p. f. d. In F. 1. Elm. teste est *miratus*, sed Lindenbr. collatio praebet *emiratus*. *sui* abest a f.

nem etiam in F. 3. extitisse, quum a cod. p. probetur, sed a diligentissimo librario esse oculorum lapsu neglectam. *Destinare* enim idem esse, quod *emere, statuto pretio sibi aliquid comparare* probant loci Plaut. Rud. prol. 45. Most. III. 1. 109. IV. 3. 35. Pers. IV. 3. 80. IV. 4. 116. *Praedestinare* igitur est antea sibi rem comparare. Latrones enim, qui consilium de expilandis Democharis aedibus diu iam inierant, caveam huic consilio necessariam provide sibi emerant. De *destinare* cf. Munk. ad Fulg. Myth. II. 13. p. 688. Stav. Bart. epist. crit. p. 179. *destinavit: προέθετο.* Gloss. Philox. p. 69. *destinat: προτίθεται.*]

Cap. XVI. *Thracio.* Colvii emendatio *Thrace* Oud. displicet, qui adiectivum *Thracus* et *Thracius* ex multis veterum locis defendit: coll. Salm. ad Spart. Hadr. 3. Gron. Observ. I. 15. Heins. ad Ovid. Heroid. XIX. 26. Met. VI. 455. de forma *Thracus.* De *Thracius* affert Lucan. I. 319. et Apul. Met. VII. p. 455. [cf. Mart. Lag. ad Lucan. I. 106. Munk. ad Hygin. p. 22. Stav. Cur vero Oud. hic ad ignominiosam Thraciae prosapiam haec verba alludere putet, coll. Intt. ad Nepot. Iphicr. c. 3. et Heins. Corp. Epist. V. p. 15., equidem non capio. Thraciam Apuleius commemoravit, quia silvestris et montosa ursis ceterisque feris frequentia lustra praebebat, quod consideraverant latrones, ita ut eo magis callidum consilium apertum fiat.]

abusi. [*Abuti* hoc loco in bonam partem de eo dictum est, qui tota re et pro viribus suis utitur cf. Barth. Advers. XIX. 15. p. 993.: quae vocis significatio apud optimos scriptores invenitur; Gron. et Cort. ad Cic. ad Fam. IX. 6. Dav. ad Cic. de Nat. D. II. 60. ibique Creuz. p. 464. Gloss. Placid. ap. Mai in Coll. Auct. Vat. T. III. p. 427. *abuti: et bene uti est et male uti* et p. 431. *abuti: duas res significat modo contemnere et non uti, modo valde et satis aliquam rem uti.* Plaut. Trin. III. 2. 56. Pers. II. 3. 13. Poen. V. 4. 43. Ita apud Graecos *ἀποχρῆσθαι* usurpatur de eo, qui rem totam consumit et in malam partem ea utitur.]

miratus. [Fide Codd. in textu ita reposui, quamquam *emirari* per se non improbatur. Si tamen, quam Hertel. ad Tacit. Agric. c. 31. p. 55. proponebat huius vocabuli, significatio vera est, ut eum indicet, qui mirari incipit et cum stupore miratur, minus huic loco *emiratus* convenire videtur. Oud. Abresch. sententiam, cf. Miscell. Obser. Vol. VI. T. I. p. 285., secutus *emirari* de eo intelligit, qui voce et gestu admirationem prodit saepius coll. Cuningh. ad Horat. Od. I. 5. 7. ubi cf. Peerlk. p. 34. Munk.

tubernalis opportuna liberalitate laetatus, iubet nobis protinus gaudii sui gerulis decem aureos (ut ipse habebat,) e suis loculis adnumerari. | Tunc, ut novitas consue|vit, ad repentinas visiones animos hominum pellere, multi numero mirabundi bestiam confluebant: quorum satis callenter curiosos aspectus Thrasyleon noster impetu minaci frequenter inhibebat. Consonaque civium voce satis felix ac beatus Democharis ille saepe celebratus, quod post tantam cladem ferarum novo proventu quoquomodo fortunae resisteret. Iubet novalibus suis | confestim bestiam ire; iubet summa cum diligentia reportari. 275 [150] 276

gaudiis G. 1. a p. m. habuisse videtur, sed nunc obliteratum est. *ut ipse habebat* desunt in G. 1. 2. D. (et P. notante Wow., ibi legitur *habebat* solum teste Elm. sed Wow. maior fides habenda est, quia tota enunciatio etiam in G. 2. non comparet). *e suis* abest a f. R. *ex suis* G. 2. D. *adnumeraret* p. *ut* exulat a G. 1. 2. P. et D. (in cuius marg. a m. s. suppletum est.) *pellicere* Ald. *militi* pro *multi*, quod in marg. a m. s. correctum est, D. a m. p. *ad*, quod ante *bestiam* nonnulli codd. et edd. vett. habent, non extat in F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. B. R. f. p. *d*. *calenter* O. et G. 1. a p. m. Alterum enim *l* a m. s. videtur esse, et cum sequenti littera *e* totum coalescit. *curiosus* G. 1. *thrasilon* G. 2. D. Pro *saepe celebratus* Oud. maluit legi *coepit* vel *coeptus est celebrari*. *provectu* φ. *novallibus* G. 1. Pro *novalibus* in nonnullis codd. legi *vivariis* testes sunt. Wow. et Florid. Sed quum eorum nomina non afferant, res potius ficta videtur esse. *iret* p. *iubet summa* absunt a π. Verba *summa reportari* exulant e f. R. *summa c. dil. iubet rep.* G. 1. 2. D. P. *rectari* pro *reportari* D. (*vectari.*) *reportaris* Venet. 2.

ad| Lact. Argum. fab. X. Ovid. Met. VIII. p. 612. ed. Burm. et apud Stav. p. 849. Attamen a codd. recedere nolui.]

ut ipse habebat. Sane offensioni sunt haec verba, quorum difficultas insulsa Colvii coniectura *aiebat* minime tollitur, Gronov. de Pec. Vet. p. 180. iunctim legens *protinus ut ipse habebat ὡς αὐτὸς εἶχεν* i. e. *sicut erat* interpretatur: omnes dedit aureos, qui tum in loculis erant. Gruter. solidos aureos nec pretium eorum intelligit, Heins. denique coniecit: *ut is se habebat* sive ut ingenium eius erat liberale. [Sed plane absurda mihi videtur esse Gruteri sententia, quum non tanti sit, utrum solidos aureos an pretium eorum latronibus Democharis solverit. Ego eos sequor, qui cum aliquot codd. totam enunciationem pro glossemate eiiciunt. Fortasse legendum *ut ipse gaudebat* i. e. prout gaudium eius erat satis magnum.]

mirabundi bestiam [cf. ad Met. II. p. 95. Qui enim librarii non intellexerant, *bestiam* aptum esse a *mirabundus*, *ad* adiiciebant, ut *confluere* usitata ratione iungeretur.]

novalibus. [Magnas mihi hoc vocabulum creavit molestias, nec tam levi cura omittere illud debebat Oud., qui *novalia* putat vocari posse quaevis rustica praedia coll. Virg. Ecl. I. 71. Auson. Mosell. 332. Haec vix ferri possunt. Nam ut *novalis* hoc significet, qua tamen ratione locus afferri potuit Auson. de quo statim agam. Tum de praediis rusticanis sermo esse nequit, quoniam Democharis in ipsa urbe versabatur, et in eius domo ursam includi necessarium erat, si quidem Thrasyleon aedibus aperiendis erat electus. Si in praedia rustica ille religatus esset, quid inde commodi redundare potuit ad latrones. *Vivaria* denotari ferarum, primo statim adspectu intelligitur: quomodo ea possint significare *novales*, nunc quaerendum est. A Gellii loco proficiscor II. 20., qui talia profert: *vivaria, quae nunc dicuntur septa quaedam loca, in quibus ferae vivae pascuntur* et postea *vivaria quos παραδείσους Graeci appellant;* sunt igitur *vivaria* horti conclusi a similitudine ita nominati, quia septa erant ut *ζωοτροφεῖα*. Videmus igitur haec vivaria saepe hortos fuisse, lucos consitos, et herbosos, ubi ferae nutriebantur. *Novalis* vero item locum herbosum, silvam significat apud Colum. praef. lib. VI. §. 1. *pastor gaudet loco novali et graminoso* et quamquam inde iam colligi nequit, *vivaria* et *novalia* idem significare, tamen hoc pro certo licet affirmari, *novales* hic dici potuisse ea loca, ubi ferae includebantur, quia

Digitized by Google

CAPUT XVII.

Sed suscipiens ego: Caveas, inquam, domine, flagrantia solis et itineris spatio fatigatam coetui multarum et, ut audio, non recte valentium committere ferarum. Quin potius domus tuae potulum ac perflatilem locum, immo et lacu aliquo conterminum refrigerantemque prospicis? An ignoras, hoc genus bestiae
277 lucos consitos et specus roridos | et fontes amoenos semper incubare? Talibus

suspiciens G. 2. D. *fraglantia* G. 1. *sagittatam* G. 2. *sagiptatam* P. D. in cuius margine a m. s. correctum est in *fatigatam*. *coetui ferarum multarum* p. *non committere* P. *non committe* d. f. et D. a m. p. sed a m. s. *committe*. *non comite* G. 1. *non comicte* G. 2. [neque habet *comite*, ut in Oud. excerptis erat. *tne* pro *tuae* G. 1. a m. p. *perflabilem* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. O. R. f. π. Iunt. 2. Ceteri libri et edd. *perflatilem* *lacui* G. 1. O. P. R. f. d. *latui* G. 2. et D. a m. p. *respicias* d. *conspicis* p. *lucos* exulat a f. *specus torsidos* P. *sp. torridos* G. 2. D. *specas roridas* O. *roridos et fontes amoenos*. Ita legunt F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. O. In B. est *spec. ror. et calles frigidos et fontes amoenos* ut habent omnes edd. vett. *et colles* absunt in p. d. qui *frigidos et fontes amoenos* retinent. *montes amoenos* d. exulant. *superincubare* P. edit. pr. Iunt. 1. Ald. ex male intellecto compendio *sp* ortum.

fortasse herbosa et vivida erant. Quid? si *novalis* idem videtur esse, quod *vivarium*, et *sepimentum*. Nam quomodo aliter accipias *novales* apud Auson: *Huic proprie est clausos consepto gurgite pisces, Apricas scopulorum inter cuptare novales*, nisi de locis, quae septae instar *piscinarum* s. *vivariorum* sunt. Scopuli ita nominantur quia undique pisces retinent et quasi eorum vivaria sunt. Quod non intelligens Tross. vertit: *eingeschlossen zu fahn im Raume sonniger Klippen*, qui rem parvi aestimat, quum explicet; *scopulorum inter novales* pro simplice *inter scopulos* et *rupes* poni. Optime nostrum locum explicant, quae Colum IX, 1. de vivariis exponit.]

iubet summa c. dil. reportari. Haec verba per glossam nata esse putat Oud. librariorum, qui *ire* per *reportari* exposuerunt, deinde in textum esse intrusa. Ego aliter sentio.

Cap. XVII. *committere.* [Non recte exponunt interpretes *committere* per *tradere*. Equidem rectius puto explicari *coniungere*, de qua vocis significatione cf. Gloss. Philox. p. 43. *committit συμβάλλει μάχην* (ita enim legendum est) *ἐπισεύει συνάπτει* et Gloss. Gr. Lat. p. 626. *συντεθειμένον compactum, commissum.* Cort. ad Lucan. VI. 323. Ovid. Met. IV. 579. et Burm. ad Ovid. Met. III. 369. Monet latro, ne Democharis ursam recte valentem cum morbidis coniungat neve ita eius stragem efficiat.]

lacu aliquo etc. [De hoc loco agit Lips. Elect. II. 4. ed. Voss. T. I. p. 769.]

semper incubare. [Hanc lectionem optimi codices praebent, quum et altera *superincubare* defendi queat. Eadem ratione Apuleius dixit *superincurcatus* Met. IX. p. 605. *superenatat* Lucan. IV. 133. *superinsternere* cf. Intt. ad Virg. Aen. II. 722. Ita *superinduere* restituo Isid. Gloss. p. 695.: ubi hodie legitur *suppararia vestis: quae superinditur. suppararia vestis, quae superinduitur*; cf. Varro. de L. L. V. §. 131. p. 51. Müller. Non. p. 540. *Superiniicere* Virg. Georg. IV. 46., qui versus mendosus sic corrigendus est: *Unge forens circum et stratas superiniice frondes.* De apibus enim sermo est, quarum alviaria rimosa luto et fimo bubulco sunt illinenda, ut aditus tantum restet, quibus commeant. *Raras frondes*, quod codd. praebent, offendit, unde Wagn. emendat *densas* ex Colum. R. R. IX. 14. §. 14.: *Quidquid deinde rimarum est aut foraminum, luto et fimo bubulco mistis illinemus extrinsecus, nec nisi aditus quibus commeant relinquemus. Et quamvis porticu protecta vasa, nihilominus congesta culmorum et frondium superte-*

monitis Democharis perterritus numerumque perditorum secum recensens, non difficulter adsensus, ut ex arbitrio nostro caveam locaremus facile permisit. Sed et nos, inquam, ipsi parati sumus, hic ibidem pro cavea ista excubare noctes, ut aestus et vexationis incommodo bestiae fatigatae et cibum tempestivum et potum solitum accuratius offeramus. Nihil indigemus labore isto vestro, respondit ille. Iam paene tota familia per diutinam consuetudinem nutriendis ursis exercitata est.

CAPUT XVIII.

Post haec vale facto discessimus, et portam civitatis egressi monumentum quoddam conspicamur, a via remoto et abdito loco positum. Ibi capulos carie et vetustate semitectos, quis | inhabitabant pulverei et iam cinerosi mortui, pas- 278
sim ad futurae praedae receptacula reseramus, et ex disciplina sectae servato noctis illunio tempore, quo somnus obvius impetu primo corda mortalium

que post *numerum* desideratur in G. 1. O. *perditarum* G. 1. 2. P. D. f. *Demo* pro *Democharis* ut iam supra Venet. 2. *assensus tribuit ut* G. 2. D. P. f. d. π. *assensum tribuit* G. 1. O. Hi omnes codd. in seqq. non agnoscunt verba *facile permisit*. Qui vero haec verba retinent, carent vocabulo *tribuit* ut F. 1. 3. B. et omnes edd. vett. *ipsi par.* habent F. 1. 3. G. 1. 2. d. D. Iunt. 2. Ceteri codd. et edd. vett. *ipsi* non habent, si de prioribus Oud. fides habenda est. *nocte* B. *aestus in vex.* O. p. *extus* G. 2. D. *afferamus* Iunt. 2. Aldin. *isto nostro* d. *nutr. nolis* pro *ursis* d. quod ex *veluis* pro *beluis* s. *belluis* scripto ortum esse Oud. existimat. Quam sententiam non confirmaverim.

post haec F. 3. G. 1. 2. et Ald. *post hinc* Iunt. 1. *post hoc* Vicent. Ceteri codd. et Mss. habent *post hic*. *valle* G. 1. a p. m. *discessimus* G. 1. *monimentum* G. 2. D. ed. pr. Iunt. 2. Ald. *remotum* G. 2. D. *ubi* ed. Vicent. *pulveri* G. 2. D. Venet. 4. *pulveris* G. 1. *etiam* F. 3. G. 1. 2. D. *cinero si*. *mortui* G. 1. a m. p. *si* priore vocabulo a m. s. superscripto. *adfutare* D. *recepta cauda* D. *septe* D. *servate* G. 2. D. P. *scrutato* B. *illunio* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. R. f. d. φ. Iunt. 2. *illunia* F. 1. Ceteri codd. et edd. vett. praebent *illumino*. *qua somnus* ed. pr. *obius* F. 1. *ebrius* pro *obvius* D.

gemus cet. Hinc efficitur *stratas* i. e. *expansas*, *extensas* sententiae convenire: quum praesertim haec vocabula *rarus* et *stratus* in codd. commutentur cf. Bremi ad Nep. Milt. V. §. 2. *Densas* a Mss. vestigiis nimis recedit.]

perditorum. *Perditarum* praebent aliquot codd. Haec lectio manum corruptricem indicat librariorum, qui non considerarunt, cogitatione addendum esse vel *ursorum* vel in genere *animalium*, quae generis mutatio passim in talibus obvia est cf. Oud. ad Fronton. III. 15. §. 5. *pecora .... earum*. Burm. et Oud. ad Suet. Claud. 25. *mancipia .... omnes* Met. V. p. 353. *trucis bestiae ... eum iumentorum ..... vendibiliores*. Guadagn. de Pand. Florent. c. 15. in Symb. Rom. Gor. V. II. [Adde Goerenz. ad Cic. de Fin. II. 11. §. 34. Mos. ad Cic. Tusc. I. 2. p. 20. Burm. ad Phaedr. I. 8. 10. Minuc. Fel. c. 17. §. 2. *praecipue cum a feris belluis hoc differamus; quod illa prona in terramque vergentia nihil nata sunt prospicere*: ubi vid. Lindn. Casaub. ad Spart. Hadr. c. II. p. 109. cf. Capit. Anton. Phil. c. 26. p. 390. *quum tamen impudicitiae fama praviter laboraret: quae Antonius vel nescivit vel dissimularit*. Buenem. ad Lact. Inst. VII. 4. p. 10. p. 874 sq.]

CAP. XVIII. *monumentum quoddam* [De his *hypogaeis* cf. quae adnotant Intt. ad Petron. Satyr. c. III. p. 671. Burm.]

illunio. [Hanc vocabuli terminationem cum optimis codd. non solum hic sed etiam Met. IX p. 655. retinui, quamquam analogiae repugnare videatur. Quum vero apud Plin. Epist. VI. 20. et Sil. XV. 619. forma *illunis* legatur, nihil videtur esse certius forma *illunus*: quae item variat, ut *inanimus* et *inanimis*, *hilarus* et *hilaris*, *enervus* et *enervis* alia Oud., qui exemplum terminationis *illunius* postulat, formam reiicit.

Digitized by Google

validius invadit ac premit, cohortem nostram gladiis armatam ante ipsas fores Democharis velut expilationis vadimonium sistimus. Nec secius Thrasyleon examussim capto noctis latrocinali momento prorepit cavea, statimque custodes, qui propter sopiti quiescebant, omnes ad unum mox etiam ianitorem ipsum gladio conficit, clavique subtracta fores ianuae repandit, nobisque prompte convolantibus et domus alveo receptis, demonstrat horreum, ubi vespera sagaciter
279 argentum copiosum recondi viderat. Quo protinus perfracto | confertae manus violentia, iubeo singulos commilitonum asportare quantum quisque poterat auri
151] vel argenti, et in il||lis aedibus fidelissimorum mortuorum occultare propere,

validus π. *chortem* D. a m. p. *o* a m. s. super addito, ut inde fiat *choortem*. *expilatoris* G. 2. D. P. *insistimus* G. 2. a m. p. (sed ab eadem manu *in* videtur deletum esse) *sistemus* Venet. 4. *nec serius* G. 2. D. P. *nec sectius* δ. *examussum* G. 2. D. *latrocinalis* δ. *caveam* Iunt. 1. 2. Ald. *statim* in G. 1. a m. s. est scriptum. *propter sop.* F. 3. G. 1. 2. D. Iunt. 2. Ceteri Mss. et edd. vett. *prope* habent. *omnes ad unum mox etiam* hic verborum ordo servatur in F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. O. R. Iunt. ?. Ald. *ad unum omnes mox* f. In ceteris Mss. et edd. vett. *mox ad unum omnes*. *prone* quod pro *prompte* Oud. e suis excerptis protulit, in G. 2. non invenitur sed *prompte*. At *pronte* extat in G. 1. et D. *demostratur* G. 1. *aspera* pro *vespera* O. a m. p. *recondi* G. 1. a m. s. scriptum est in textu. *perfrato* D. *profracto* δ. *prostrato* F. 1. *perfacto* Ald. *confestim*, quod ante *confertae* in nonnullis libris legitur ut in F. 1. f., quodque e glossa vocis *protinus* in textum irrepsisse videatur, non inveni in F. 3. G. 1. 2. D. B. et edd. vett. *confartae* F. 1. (non *confarctae*, ut Elm. testatur.) F. 3. G. 1. 2. D. R. O. δ. Ceteri codd. et edd. vett. habent *confertae*. *argenti*. *Et* G. 1. 2. D. *corpora* pro *propere* est in Vulcan. edit. typothetarum puto vitio, quum sententiam nullam praebeat.

Quod equidem miror. Sed haec ipsa terminatio in Mss. constanter reservata admonere eum debebat, ut cautior esset. Nec analogia repugnat: a *noxa* enim fit *noxius* et *innoxius* quidni a *luna*, *inlunius*?]

propter sopiti. *Prope*, quod in nonnullis codd. legitur, quum glossa sit vocis *propter*, recte iam Oud. reiecit. Eius adverbii exempla plura iam vidimus. *Propter caveam* i. e. *iuxta caveam*. Hos enim solos custodes intelligit, ut sqq. evincunt. Pric. frustra coniecit *probe*.

Omnes ad unum. [Hunc ordinem restitui ex optt. Cod., qui deinde perversus est, quum librariorum auribus alterum tritius esset, *ad unum omnes*. Sed apud Cic. Lael. 23. idem legitur *de amicitia omnes ad unum idem sentiunt*. Huius formulae plura exempla suppeditant Hand. Tursell. I. p. 104. et Pric. ad h. l.]

perfracto. *Prostrato*, quod in F. 1. legitur, defendi non potest, quia hic agitur non de horrei ianuis, sed de ipso horreo, quod latrones non *prostraverunt* sed *perfregerunt*, eius ianua fractis et evulsis cardinibus *prostrata*. Et *perfringere* vulgare est verbum de violenta ianuae vel aedium apertura. cf. Met. I. p. 41. IV. p. 258. p. 263. Tibull. I. 11. 54. Sil. XIII. 255.

confertae. [*Confartae* scripturam, quae a pluribus codd. servatur, retinuissem, si ex aliis locis ea posset stabiliri. Amant enim scriptores, quod exemplis aliis ad Met. IV. p. 279. demonstrabo, cf. ad III. p. 200. vocalem simplicis verbi in compositis retinere. Sed hac in re constituenda non ex Mss. sola fide agendum est, quod perspexisse mihi videor, ingenio suo librarios saepius indulsisse. Nisi certis exemplis res potest confici, nolim ad plane inaudita confugias. Ita facile quis *digradiens* ex codd. G. I. et O. supra p. 288. defendere possit.]

aedibus. Brantii coniectura *sedibus* non probatur, etsi a sententia vera est, quum aliquoties *sedes* pro *sepulcro* extet; cf. Toll. ad Auson. Prof. c. XI. 6. XXVI. 10. Epitaph. Her. XXIII. 2. Virg. Aen. VI. 371. et saepius [ubi tamen cum nonnullis interpretibus non de sepulcro sed de terra, cui ossa redduntur intelligo. Praeter ieiunam repetitionem, quae exorietur, si *sedes sepulcrum* explicaretur, me offendit pluralis numerus, quem nullo alio exemplo confirmare possum. Quum enim recte ii statuere videantur, *sedes* pro *aedes* tum

Digitized by Google

rursumque concito gradu recurrentis sarcinas iterare; quod enim ex usu foret omnium, me solum resistentem pro domus limine cuncta rerum exploraturum sollicite, dum redirent. Nam et facies ursae mediis aedibus discurrentis ad
| proterrendos, si qui de familia forte *evigilassent*, videbatur opportuna. 280
Quis enim quamvis fortis et intrepidus, immani forma tantae bestiae, noctu praesertim visitata, non se ad fugam statim concitaret? non obdito cellae pessulo pavens et trepidus sese cohiberet?

CAPUT XIX.

His omnibus salubri consilio recte dispositis occurrit scaevus eventus. Namque dum reduces socios nostros suspensus opperior, quidam servulum strepitu

rursumque F. 3. G. 1. 2. 3. O. f. ed. pr. et Iunt. 2. in ceteris Mss. et edd. vett. copula desideratur. *recurrenti* F. 3. p. in ceteris codd. *recurrentes*. *ex censu foret* O. a m. p. *limina* D. *dum resiederent* R. f. *discurrendis* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. *proterendos* G. 1. 2. D. P. p. Basil. 1. *perterendos* φ. *sequi de* D. a m. p. Codd. et edd. *vigilassent*. *vigilissent* D. *noctu insicata* B. (non *insica* ut Elm. voluit.) *nocte* δ. *inusitata* pro *visitata* δ. *usitata* Venet. 4. *statim ad fugam se concitaretur* R. f. *cunctaret* pro *concitaret* p. *accitaret* G. 1. *cellae* G. 1. a m. p. *poneret* pro *pavens* δ.

concilio G. 1. *recti* D. *dispositi* G. 2. D. *scenus* G. 2. D. P. *saevus* O. δ. f. B. et omnes edd. vett. praeter Venet. 4., quae habet *servus*. *anxius eventus* φ. (Sed in B. ego lego *suus*, quod lineolam qua indicatur litteras delendas esse, sub *eae* video positam.) *reducens* G. 1. 2. D. *suspensus* G. 2. *subspensus* D. *anxuis* pro *suspensus* Basil. 1. (forte *anxius?*) et in margine *suspensus*, quod idem exstat in G. 1. a m. p., *x* a m. s. superaddito. *quendam* G. 1. O. (quod a librario profectum arbitror, qui sequens *servulum* pro accusativo habuit.) *servulum* F. 3. G. 1. 2. O. D. a p. m. in quo tum correctum est in *servulus*, ut vulgo legitur. *servulis* δ. *servulorum* R. f. *strepitu scili-*

tantum plurali numero apud bonos scriptores inveniri posse, ubi de pluribus sermo est, cf. Intt. ad Cic. p. Sulla. VI. §. 18, idem hac in significatione servatum esse crediderim. Nam *sedes* hic idem est, quod *aedes*, *domus*, quae vocabula saepius pro *sepulcro* usurpantur. Oud. adfert Broukh. ad Tib. III. 4. 22. cui adde Orell. Inscriptt. Lat. n. 4850. Grut. 790. 5. Ruhnk. Dict. ad Albinov. Eleg. 74. p. 121. Barth. Advers. XXXI. 15. p. 1492. Ceterum quam trita in Mss. vocab. *aedes* et *sedes* commutatio sit, probant Dr. ad Sil. XIV. 652. Broukh. Tib. I. 11. 18. alii. Ita apud Fulgent. Argum. fab. Met. l. XIII. fab. VI. p. 876. legendum puto: *Petentes insulam Cretam et hinc Italiam supradicti, ut aliquando errorem positis sedibus* (pro *aedibus*) *finire possent*; coll. Ovid. Met. III. 539. Iuven. III. 2.]

recurrentis sarcinas iterare. [Ita scribendum duco ex vestigiis Mss. F. 3. et p., qui *recurrenti* praebent, *s* littera a sequenti vocabulo *sarcinas* absorpta. De dictione *sarcinas iterare* conf. quae congessit Heins. ad Ovid. Met. IV. 748.]

si qui de familia forte evigilassent. Optima est Stewech. emendatio *evigilassent*, quam equidem in textum recipere non dubitavi: i. e. e somno excitarentur, quod putabant latrones domesticos reliquos adhuc somno premi et neminem *vigilare*. Unde id potissimum tempus rapinis constituerant, quo somnus obvius impetu primo corda hominum validius invadit ac premit. Sic postea servus ille fatali strepitu somno erat excussus. De vi huius praep. in h. vocab. Oud. confert Intt. ad Suet. Aug. 78. Claud. 33. Vespas. 21. et Met. VIII. p. 541. [Si tamen locum Tibull. I. 8. 64. emendat: *et mihi nox multis est vigilanda malis* in eo errat, quod *evigilare* de eo dici posse negat, qui adhuc somnum non viderat. Est enim *cautam et attentam vigiliam agere* cf. Cic. ad Brut. I. 15. quod bene ad Marathum pertinet. *Malis* ego quoque contra Broukh. et Huschk. e Mss. plurimis defendo.]

Cap. XIX. *quidam servulum strepitu*

Digitized by Google

281] scilicet divinitus inquietus proserpit leniter, visaque bestia, quae libere discurrens totis aedibus commeabat, premens obnixum silentium vestigium suum replicat, et utcunque cunctis in domo visa pronuntiat. Nec mora, cum numerosae familiae frequentia domus tota completur. Taedis, lucernis, cereis, sebaciis et ceteris nocturni luminis instrumentis clarescunt tenebrae. Nec inermis quisquam de tanta copia processit, sed singuli fustibus, lanceis, destrictis de-

cet non comparet in G. 1. 2. P. D. R. O. *strepitus δ.* ed. pr. Venet. 4. Par. *devitus* pro *divinitus δ. prospicit δ. leviter δ. libera δ. discurrens* D. *commeabat* deest in Venet. 4. *obnoxim* G. 2. D. et P. teste Putschio. *obnoxium* Basil. 1. *obnoxum* Venet. 4. *et tēque cunctas in domo* D. *frequentiam* G. 2. D. *tedio* G. 2. D. a m. p. *sebaciis* F. 3. G. ?. D. *sebatiis* G. 1. neque *sebatus* ut Oud. adnotat, qui idem extare dicit in P. *sepaceis* omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. *et ceteris* comparet in F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. p. π. B. Ceteri codd. et edd. vett. omnes omittunt. *nec turnii* G. 2. *nocturnii* D. *nocturnis* f. *instr. Clarescunt* G. 2. D. et omnes edd. vett. *ne* G. 1. a p. m. G. 2. D. a p. m. *de tanta familia copia* D. a m. p. sed a m. s. correctum in *familie. singula* G. 2. (non *singulo*, ut Oud. excerpta praebent) et D. *singulis δ. districtis* F. 1. 3. B. et omnes edd. vett. praeter Venet. 4., quae habet *distructis.*

scilicet divinitus inquietus. [Ita fide Mss. optimorum edidi. *Servulum* enim est genitivus, cuius contractam formam Apuleius amasse videtur, unde interpretamentum profectum est aliquot Codd. ut R. et f. *servulorum.* Magis vexat interpretes voc. *divinitus* mirantes, quomodo servus *divinitus inquietus* nominari queat, si strepitu evigilaverit; praesertim quum de divina providentia latrones parum cogitare soleant. Hinc commotus Colv. c. Heins. coniecit *strepitu scilicet diutino,* Brant.: *divagantes,* Voss.: *strepitu scilicet an divinitus,* quod ob regulas grammaticas Oud male vituperat. Piccart. in Peric. Crit. c. 3.: *diutino inquietatus,* Oud. e vestigiis cod. *δ. strepitus scilicet desueti* (i. e. insoliti s. insueti) *inquietus,* Gruter. *strepitis diutinis.* Sed haec omnia non satisfaciunt; quamquam constat, *diutinus* et *divinus* in Mss. saepius permutari. cf. Intt. ad Suet. Calig. c. 1. *Divinitus* recte se habet. Miratur enim latro, qui factum sit, ut unus tantummodo servulus strepitu quam minimo evigilaret, quum ceteri ad unum omnes somno capti nihil percepissent. *Divinitus* igitur non ad providentiam deorum, quam nos esse cogitamus, refero sed ad *fatum* s. *fortunam,* cui se subiectos esse latrones anxie credebant: cf. supra p. 263. Fatali enim numine sibi persuaserant omnia sua consilia eaque callidissima his ipsis diebus perversa esse. Magis tamen miror, cur Oud. secutus unum et misere depravatum codicem *δ.*, qui *strepitus scilicet devitus* praebet, persuadere sibi potuerit, genitivum *strepitus* esse recipiendum. Quid ad tales potius explicandi allucinationes confugiamus, quum non solum ceteri codd. adversentur, sed res facillime possit expediri. *S.* littera sequentis vocabuli *scilicet* prave adhaesit *strepitu.* Nam omnia quaeque Apuleio vindicare hariolantis est, nec omnino probo *inquietus* cum genitivo iungi posse. Quod enim affert Oud. exemplum Quadrig. apud Gell. IX. 13; *ut quiescerent pugnae,* plane aliter est explicandum, nec cum nostro loco debet comparari, ubi *inquietus* expergitum, vigilem factum significat.]

sebaciis. [Ita cum Codd. scripsi, quum et altera forma *sebaceis* bene possit defendi. Certum quid his de terminationibus in *ius* et *eus* constitui posse despero, quod Mss. ubique discrepant nec significatione eae diversae sunt. Eadem varietas in Mss. deprehenditur in voc. *fabaceus* et *fabacius.* Aliam huius rei diiudicandae viam nisi quam optimi codd. praebent, invenire nequeo. De *sebaciis* cf. quae disputat Voss. Etym. s. v. *sebum* et Oud. ad Front. II. 4. 16. p. 251.]

Digitized by Google

nique gladiis armati muniunt aditus. Nec secus canes etiam venaticos, auritos illos et horricomes ad comprimendam bestiam cohortantur.

CAPUT XX.

Tunc ego sensim gliscente adhuc illo tumultu retrogradi fuga domo facesso, sed plane Thrasyleonem mire canibus repugnantem latens pone ianuam ipse prospicio. Quamquam enim vitae metas ultimas obiret, non tamen sui nostrique vel pristinae virtutis oblitus, iam faucibus ipsis hiantis Cerberi reluctabat. Scenam denique, quam sponte sumpserat, cum anima retinens, | nunc 282
fugiens, nunc resistens, variis corporis sui schemis ac motibus tandem domo pro-

aditis F. 3. *conditus* a m. p. pro *aditus* D. *setius* F. 3. G. 1. 2. *secius* O. f. *serius* D. *hauritos* G. 2. D. *horricones* G. 1. *comprimandam* G. 2. *primandam* D. a m. p. in marg. *comprimendam coartantur* O.

ille D. a m. p. *facesco* G. 1. *Thrasyleon* ∂. Iunt. 1. Ald. (Oud. coniecit *Thrasyleona*). *conspicio* B. *unquam* pro *nostri* f. (ex compendio *nr̄iq3* natum.) *nec prist.* R. *facibus* F. 3. *ipsius* O. *ipsis oblitus hyantes* D. a m. p. (sed vitium librarii a m. s. punctis est correctum). *servom denique* O. *scemam* ed. Scriver. *quippe* pro *denique* R. f. *non fugiens* G. 2. D. a m. p. (commutatio ex compendio *nō* et *nē* profecta.) *schemis* F. 1. 3. G. 2. D. P. ∂. O. (in margine, nam a m. p. est in textu *serenis*, quod etiam π. exhibet) *schentis* (non *schentis*, ut Oud. excerpta habent) G. 1. *scemis* B. *scenis* edd. vett. praeter Iunt. 2. quae *schematis* habet. *moribus* pro *motibus* G. 1. 2. P. D. π. *tendere* pro *tandem* ∂.

horricomes. Wass. voluit *horricomos*, quia bene observaverat, reliqua composita eius vocis potius in sec. quam tertia declinatione efferri, ut *anguicomus, auricomus, flammicomus, ignicomus, mollicomus* al. Sed obstat locus VII. p. 466. *hircum annosum et horricomem*, ubi ne unius quidem codicis adhuc vidi discrepantiam. In his formis suum ipsius ingenium Apuleius secutus videtur esse; nam idem solus statim *retrogradi fuga* dixit, quum ceteri omnes *retrogradus* efferant.

cohortantur. [*Hortari, cohortari canes* dicuntur ii, qui ad saevitiam eos et furorem incitant cf. quae proferam ad Met. IX. p. 662.]

Cap. XX. *gliscente.* [De hoc vocabulo, quod primum *crescere, latenter augeri* significat, et tum potissimum de iis dicitur, qui ira tument et cum furore aliquid cupiunt cf. Heins. ad Ovid. Heroid. XV. 117. Lambin. ad Lucret. I. 475. Dr. ad Liv. VI. 14. §. 1. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 438. Rupert. ad Tac. Ann. I. 1.]

scenam. Sumere scenam Oud. explicat: sumere partes s. personam ursi, vel quia *scena* de *una persona* dici, negari possit, quum tamen saepe tota scena una persona absolvatur, capi posse existimat de toto apparatu: ut Met. II. p. 162. IV. p. 293. VI. p. 435. IX. p. 622. [Equidem *scena* h. l. pro *externa specie* et *habitu* dictum esse puto, quae significatio posterioris temporis videtur esse propria. cf. Tertull. advers. Valent. c. 20. p. 258. C. Rigalt. *coelorum septemplicem scenam* i. e. *faciem*; de Anima c. 46. p. 299. B. *ad omnem malitiae suae scenam* ibid. c. 51. p. 301. *cum totum corporis scenam tempus exoleverit.* Sidon. Apoll. Epist. VII. 1. *Nam modo scenae moenium publicorum crebris terrae motibus concutiebantur.* ubi cf. Sirmond. p. 118., qui praeterea affert locum ex Eumen. pro restaurand. schol. 2. §. 5. Accurate de ea significatione egerunt Buleng. de Theatr. I. c. 18. in Graev. Thes. Antiqq. T. IX. p. 871. Calliachius de lud. scen. mimor. et pantom. c. 1. in Salleng. Nov. Thes. Antiqq. T. II. p. 716. Hic igitur *scena* est exterior Thrasyleonis species, est ipse *ursus*, cuius ingenium et mores optime repraesentabat Thrasyleon. *Schemam* hic quoque legunt Ursin. ad Suet. Tiber. c. 43, et Schott. Observ. I. c. 5. p. 8.]

schemis. Recte Colvius cum Gros-

Digitized by Google

lapsus est. Nec tamen quamvis publica potitus libertate salutem fuga quaerere potuit. Quippe cuncti canes de proximo angiportu satis feri satisque copiosi venaticis illis, qui commodum domo similiter in sequentes processerant, se obmiscent agminatim. Miserum funestumque spectamen adspexi: Thrasyleonem nostrum catervis canum saevientium cinctum atque obsessum, multisque numero morsibus laniatum. Denique tanti doloris impatiens populi circumfluentis turbelis immisceor, et in quo solo poteram celatum auxilium bono ferre com-
283 militoni, sic | indaginis principes dehortabar: O grande, inquam, et extremum
[152] flagitium! | magnam et vere pretiosam perdimus bestiam.

quamut pro *quamvis* D. *potius* G. 2. D. *e fuga* D. *potui* P. *ferri* pro *fere* G. 2. a m. p. *commodo domum* p. Male Heinsius coniecit *incommodum*. *praecesserant* F. 3. *sese* F. 1. B. et edd. vett. *obmiscent* G. 2. O. D. R. f. *ommiscent* G. 1. *ommiscerunt* F. 3. *admicent* P. *commissent* p. (neque vero G. 1., ut Oud. adnotavit.) *agminatim* duae posteriores syllabae sunt a m. s. in G. 2. *spectamen* F. 1. 3. G. 2. R. f. φ. δ. *spectatum* B. ed. pr. Venet. 2. Vicent. Basil. 1. *spectum* G. 1. *adspectum* O. *spectavimus* D. a m. p.; in margine a m. s. *spectaculum*, quod in ceteris edd. vett. legitur. *Thra* pro *Thrasyleonem* Venet. 2. ut supra *trasi*. *caterue* D. *incanum* D. *anctum* D. *ab atque* D. (sed ab eadem manu vetere syllaba *ab* punctis iam est obliterata). *turbelis* F. 1. 3. G. 2. P. O. *turbelhis* G. 1. D. f. φ. Iunt. 2. Ceteri codd. et edd. *turbulis* habent. *solo* abest a G. 1. 2. D. P. O. *celatim* F. 1. (quod tamen puto Lindenbrog. quadam factum esse negligentia, qui quamquam in cod. F. 1. *celatum* legebatur, ad marg. edit. Vulc. 2. emendare id neglexit. Ceteri enim codd. et edd. vett. omnes *celatum* praebent, inde a Vulcan. ed. ser. perperam depravatum.) *ferri* G. 2. D. *indaganis* D. a m. p. *princeps* G. 2. D. P. O. p. *principem* δ. *inquit* δ. p. *immane flagitium* pro *extremum flagitium*, quod ex glossa natum esse cum Oud. contendo.

lotio, quos Oud. secutus est, hic *schemis* reposuit, quomodo in optimis libris legitur. Ex graeco enim σχῆμα Latini fecerunt nomen feminini generis *schema*. Oud. confert Par. Lex. Plaut. Voss. Inst. Orat. V. 1. Intt. ad Suet. Tib. c. 43. [quibus adde Ruhnk. Dict. ad Suet. p. 238. et VV. DD. ab Eckst. ad Voss. Arist. Tom. II. p. 635. enumeratos. Ita apud Arnob. III. 23. scriptura *ceromas* non sollicitanda est, quamvis rarior sit haec formatio. Hinc videndum est, non opus esse, ut cum Schotto et ed. Iunt. 2. legamus *schematis*, nec cum Fabro *scenis*, quae corruptio facilior est.]

obmiscent. Hanc lectionem quum nullo exemplo tueri possim, tamen retinui, quia pro librariorum captu videtur esse difficilior et *obmiscere: ommiscere* scriptum, facile in *commiscere* longe tritius abire poterat. *Obmiscere* idem est, quod *admiscere*, quocum conferatur *obmoveo* et *admoveo* cf., ut Fest. p. 195. restituendum videtur Met. IX. p. 612. ubi vide. Eodem modo Apuleius dixit *obblateratis* et *obauratis* Met. XI. p. 769. *obcantata* Apol. p. 568., *obhaerescit* Met. VI. p. 404. quod emendari non licet in *adhaeresit*, *obominatá* Met. IX. p. 638. *obsibilabant* Met. XI. p. 768. *obsternit* Apol. p. 593. ubi cf. *obtinnirent* Apol. p. 505. *obrerbero* Met. VII. p. 493. IX. p. 610. et p. 647.: quae omnia vel solus vel primus usurpavit. In universum hoc observari licet, Afros compositis verbb. in *ob* delectatos esse, ut *offuscare* apud Tertull. adv. Marc. II. 12. p. 388. B. Rigalt. de Spectac. c. XXII. p. 82. B. *offuscatio* adv. Nat. I. 10. p. 48. A. de Resurrect. XLIII. p. 351. B. *obaemulabor* adv. Marc. IV. 31. p. 448. A. *obiectio* Arnob. VI. 3. Mart. Capell. V. §. 445. p. 401. Kopp. *obiectamentum*. Apul. Apol. p. 378. *oblaqueare*, ut c. Rhenano legendum est Tertull. de Resurr. 7. p. 329. D. *obmusso et obmussito* Tertull. de Anim. c. 18. p. 276. C. de Pall. c. 4. p. 116. C. alia.]

celatum. [*Celatim* adverbium e Lips. coniectura cum Colv. et Vulc. 2. Oud. inconsiderate comprobavit, quum emendationis nulla caussa sit, eademque semper efficiatur sententia.]

inquam. [*Iniquam inquit ait*, similia per idiotismum loquendi saepius addunt, ubi dicendi vel respondendi verbum

Digitized by Google

CAPUT XXI.

Nec tamen nostri sermonis artes infelicissimo profuerunt juveni. Quippe quidam procurrens e domo procerus et validus incontanter lanceam mediis iniecit ursae praecordiis nec secus alius. Et ecce plurimi iam timore discusso certatim gladios et iam de proximo congerunt. Enimvero Thrasyleon, egregium decus nostrae factionis, tandem immortalitate digno illo spiritu expugnato magis quam patientia, neque clamore ac nec ululatu quidem fidem sacramenti prodidit, sed iam morsibus laceratus ferroque laniatus, obnixo mugitu et ferino

t' pro *tamen* D. (ex mutato compendio *tn̄* ortum) *aureos* pro *artes* D. a m. p. quod in margine correctum est. *profuerunt* F. 3. G. 1. 2. D. O. p. f. d. In cett. Mss. et edd. vett. *profuere. et* ante *ecce*, quae in omnibus Codd. et edd. vett. legitur, inde ab edit. Colv. abest. *timore.* Ultimae litterae huius vocab. in G. 1. erasae sunt. *et iam de* F. 1. 3. G. 1. 2. et omnes edd. vett. *etiam aĩa* (i. e. *anima* nescio quo sensu) D. a p. m. In cett. *etiam congerunt* desideratur in R. et f. *enimvero* abest a R. f. *enim nõ* D. [pro *võ* id est *vero* cf. Dr. ad Liv. II. 31. §. 5. Hinc puto profectam esse cod. B. lectionem *enim noster* ex nota *nr̄.*) *magis quam patientia.* Exciderunt haec verba per incuriam ex edit. Woverii et hinc Pricael. *ille spiritu* D. *ac ne ulul. q.* G. 1. 2. D. *d.* o. ed. pr. et Iunt. 2. Ceteri codd. et edd. vett. habent *nec* quod equidem praetuli. *ululatu* G. 1. Heins. voluit *ciulatu. obnixu* D. O. G. 1. cum glossa interlineari *grandi. obnoxio* Iunt. 2.

iam praecedit. Hinc factum est, ut delendum posterius interpretes saepius pronuntiarent, ut Oud. Met. I. p. 68. et nostro loco voluit. Quae ipse ad Met. I. p. 68. adtulit exempla, omnino commiscuit: ut Suet. Caes. c. 32. *Eatur, inquit; iacta alea esto* Met. V. p. 369. ubi *inquit* et *aiebat* se excipiunt, qui loquendi usus plane aliter explicandus est. De pleonasmo, quem dixi cf. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. p. 340. ed. nov. Intt. ad Virg. Aen. II. 78. V. 551. X. 41. 42. Gronov. ad Gell. II. 13. Observ. Miscell. Nov. Tom. X. p. 14. Burm. ad Ovid. Met. VI. 280. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 890. ubi cf. VV. quos praeterea ille excitat. Met. III. p. 210. V. p. 370. Oud. comparat Serv. ad Aen. III. 480. et Commentt. ad Suet. Caes. c. 32. Ita legendum puto in Spartian. vit. Sever. c. 4. T. 1. p. 595. ex cod. Palat. *respondit sed possidebo, inquit.*

Cap. XXI. *artes.* [*Ars* hic significat *fraudes* et *fallacias*, quibus auxilio advolantes latro decipere studuit: de quo usu accuratius disserit Beroald. ad h. l. Intt. ad Prop. II. 25. 15. Serv. ad Aen. XII. 632. XI. 760. Ita est in Anthol. Lat. Lib. II. 40. 3. T. I. p. 208.; qui versus corrupti ita mihi videntur esse restituendi: *Luxuriantem animo Poenum ferroque ruentem. Urbis in excidium, vix puber ad arma vocatus, Patribus edocui cauta* [Mss. *carta*] *superarier arte* de Scipione qui admodum iuvenis ad arma vocabatur, et cautus erat in proeliis committendis.]

et ecce quod inde ab editt. Colv. et Vulc. in seqq. omnibus exulat, bene restituit Oud. ex ingenio Apuleio, qui *et ecce* iungere soleat conf. Met. IV. p. 287. VI. p. 443. saep. et Muson. ad Aen. V. 167. [Hand. Tursell. II. p. 493.]

et iam. [Seiunctum ita scribi volo, quum cominus iam ausos fuisse vicinos ursum aggredi Apuleius velit exprimere. *Et* hic valet *et quidem* ac trepidationem designat aggredientium, qui nisi vulneratae et iam infractae bestiae non appropinquabant. Ita Thrasyleon effugere non poterat.]

laniatus. Heins. malebat *lancinatus*, quod tamen morsibus magis conveniret. Sed cf. quae dicam ad Met. VIII. p. 519.

Digitized by Google

fremitu praesentem casum generoso vigore tolerans, gloriam sibi reservavit, vitam fato reddidit. Tanto tamen terrore tantaque formidine coetum illum turbaverat, ut usque diluculum, immo et in multum diem nemo quisquam fuerit
284 ausus quamvis iacentem bestiam vel digito contingere: nisi tandem pigre ac | timide quidam lanius paulo fidentior utero bestiae resecto ursae magnificum despoliavit latronem. Sic etiam Thrasyleon nobis perivit, sed a gloria non per-

causam pro *casum* D. *resaravit* B. ed. pr. Vicent. *reseruit* Venet. 4. *et vitam* G. 1. 2. D. R. f. *vitam et* δ. *facto* G. 2. D. *tante form.* f. *fortitudine* pro *formidine* O. *non usque* pro *ut usque* D. *nixi* pro *nisi* G. 1. *Ianius* pro *lanius* ed. pr. *patilo* pro *paulo* Basil. 1. tamquam proprium nomen. *qui paulo* Iunt. 2. *confidentior* P. *bestiae* abest a f. *resectae* G. 2. D. R. f. *refectae* G. 1. cum glossa Itala *ricusata*. *reseptae* D. *ursae* abest a Iunt. 2. et ed. Vulcan. et Elm. *dispoliavit* δ. *vobis* δ. *perivit* F. 3. *perrium* G. 1. cum glossa interlineari *manifesto*. *piũ* G. 2. *pericio* O. *perimitur* F. 1. *interimitur* B. ut puto ex glossemate. (Verba a *nobis* usque adseq. *nobis* desunt R. f.) *se a gloria* G. 1. a m. p. *perimit* G. 2. D. P. *non periit* δ. *interivit* B.

bestiam vel digito contingere. [Hac locutione quum aliter mollissimus indicetur tactus, hic summa denotatur hominum formido, qui ne iacentem quidem bestiam propter fortitudinem horrendam vel levissime tangebant, solo adspectu iam pavidi. cf. infra Met. IX. p. 626. Barth. Advers. IV. 5. p. 164. Turneb. Advers. VII. 16. p. 222.]

nisi tandem. *Nisi* hic simpliciter *sed* significat cf. Oud. ad Caes. B. G. V. 13. ad Suet. G. c. 10. [Dr. ad Liv. XXIV. 20. §. 10. Matth. ad Cic. Orat. pro Rosc. Am. 35. §. 99.] Ruhnk. ad Ter. Andr. IV. 1. 40. Elliptica ratio interpretandi minime placet, quae iam a Walch. ad Tac. Agr. c. VI. p. 154. proposita est. His enim ellipsibus nihil proficitur, quae ingenii tantum lusus sint. Hoc certe constat, tantummodo *nisi* pro *sed* usurpari posse, sicubi negativa praecedit enunciatio; ut exceptivam suam et adversativam vim ubique retineat.]

utero bestiae res. ursae mag. despoliavit latronem. Omnes fere interpretes praeter Elmenh. *ursae* pro glossemate delendum esse censent; Florid. *ursae latronem* coniungens ridicule latronem exponit sub ursa latentem, quam sententiam Pricaeus coniectura *ursa* melius expressit: Oud. lectionem nonnullorum codd. praeferens, quam primo adspectu a manu emendatrice profectam esse intelliges: *despoliavit latronem utero* (s. ventre) *resectae bestiae* ita exponit: occiso latrone pro armis et spoliis ademit uterum resectae bestiae eoque illum exuit. [Sed cui talia satisfacient? Equidem existimo, locum non solum sanum sed, ut nunc est, unice verum esse, ita explicans: Postquam lanio, ventre bestiae resecto, non ursam sed hominem eam esse cognoverat, pellem detraxit, et ita latronem privavit s. liberavit ursae, i. e. ursae pelle, cuius partes et scenam summserat. *Ursae* est genitivus, qui per graecismum satis notum a verb. *despoliavit* aptus est. cf. Afran. apud Non. p. 498: *Quod vitae studium aut quod praesidium in posterum mihi supponebas, me quum privis tui.* Erat, quum ita locum sanare studerem Petron. c. 67. p. 438. ubi in cod. *barcalaebe spoliamur.* legitur, quae verba VV. DD. diversissimis coniecturis vexarunt. Hoc potest intelligi, sententiam eam esse: Sic nos simplices a dominabus nostris illudimur et emungimur. Quid igitur si legatur *barbulae despoliamur*, quod summum exprimeret ludibrium et fastidium ut *barbam vellere.* cf. Horat. Sat. I. 3. 133. Erasm. Adag. p. 479. s. v. *barbam vellere.* Vel si hoc non satisficit, lege *baburrae* i. e. *ἀνόητοι ἄφρονες.*]

nobis perivit sed a gloria non perivit. Haec ex optimis codd., cf. supra p. recepi, quae librariis diverso modo corrupta sunt, quippe qui idem vocabulum bis positum ferre non possent. Sed quum summa insit in voc. *perivit* totius enuntiationis vis et efficacia, nemo

Digitized by Google

ivit. Confestim itaque constrictis sarcinis illis, quas nobis servaverant fideles mortui, Plataeae terminos concito gradu deserentes istud apud nostros animos idemtidem reputabamus, merito nullam fidem in vita nostra reperiri, quod ad Manes iam et mortuos odio perfidiae nostrae demigrarit. Sic onere vecturae simul et asperae viae toti fatigati, | tribus comitum *defectis*, istas quas videtis 285
praedas adveximus.

constrinctis Iunt. 2. et Ald. *illi*, quod ante *mortui* nonnulli codd. et edd. habent, abest a F. 1. 3. G. 1. 2. P. O. D. f. Iunt. 2. *fidelem* f. *concito* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. f. φ. Cett. edd. et Mss. *cito*. *vestros animos* D. *nostra*, quod in nonnullis Mss. et edd. vett. omnibus exulat, legitur in F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. f. φ. Iunt. 2. *reppetiri* G. 2. *repetiri* D. *manis* p. Venet. 2. *mansium* G. 1. a p. m. deinde in *mansiam* correctum., *mansiā* G. 2. et D. f. *et iam mort.* p. *odio* abest a d. *demigrarit* F. 1. 3. ed. pr. Venet. 2. Par. *dimigrarit* O. f. *demigrati* P. D. G. 2. *demigravit* B. et cett. edd. vett. *dimigravit* Basil. 1. *demigrant* G, 1. (neque *dimigrant* ut Oud. habet). *scio* pro *sic* G. 2. D. *honere* G. 1. *nectare* pro *vecture* G. 2. D. *asperitate viae* inde a Vulc. edd. omnes habent seqq. Mss. et edd. vett. habent *asperae viae*. *desertis* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. R. f. d. Ceteri Mss. et edd. vett. *desideratis*. Hic autem cod. d. pagina elapsa vel excisa est mutilus usque ad voces: *Nec enim ut reor*. *ovas* pro *quas* D. *aduximus* G. 1.

dubitabit, quin recte hic habeat. Unde eorum improbari potest sententia, qui *gloria non peribit* legendum esse existimarunt. Latro enim significat, socium, quamquam collegio ereptus esset, corpore, tamen non omnino extinctum iri per memoriam, quum eius fortiter facta omne aevum superatura essent. [Hanc vero elegantem eiusdem vocis repetitionem demonstrat praeter alios Dr. ad Liv. XXXI. 30. §. 4. quem cf. *A gloria* dictum est pro *quod adtinet ad* sive *a parte gloriae* cf. Met. VI. p. 437. ubi accuratius de eo usu agam. *Perivit* forma, quae rarior est, ab Apuleio saepius videtur praeferri in aliis quoque compositis, ut vidimus p. 273. *subivit* et *transabivit*. VII. p. 460. et *interivi*. ibid. p. 458.]

in vita nostra. *Nostra* rectius abesse a Mss. putat Oud., quum passim *vita* dicatur pro hominibus viventibus, quibus *Manes* et *mortui* opponantur coll. Gron. ad Martial. X. 4. Burm. ad Lucan. VI. 311. ibique Cort. Virg. Aen. VI. 663. Martial. Epigr. VIII. 5. Plin. Epist. VII. 55. Sed quum religiosior sit, quam qui *nostra* ab optimis codd. servatum reiiciat, *terrestri* coniicit, quod plane ieiunum nemini puto comprobatum iri et mirum est, qui Oud. talia proferre potuerit; nam qui in seqq. dicebat *odio perfidiae nostrae*, necessario etiam *in vita nostra* dicere poterat, ut offensioni illud pronomen non sit.]

asperae viae. Sic non modo F. 1. 3., sed omnes omnino codd. et Edd. exhibent ante Vulcanium, qui prave e coniectura intrusit *asperitate*. Et possunt facillime iungi *onere vecturae* et *asperae viae*, proprio scilicet et metaphorico sensu tam vocis *onus*, quam participii *fatigati*. Vel iunxit auctor rursus duo casus uni participio, ut vidimus Met. II. p. 97. Nam *fatigatus* construxit Apuleius cum secundo et sexto casu cf. Met. II. p. 171. IV. p. 246. [Puto graecam esse constructionem ad analogiam verborum *satiandi*, *implendi* et *taedii*, quamquam nec apud Latinos nec Graecos exemplum, quod accurate respondeat, invenire possum.]

tribus comitum defectis. [Hanc emendationem, quae probabilissima videtur, in textum recipere eo minus dubitavi, quod lectio *desideratis* in perpaucis tantum codd. obvia glossam redolet, altera vero *desertis* nullo modo defendi potest. Neque enim *deserti* sunt mortui latrones sed amissi. Veri quid Oud. subodoratus est, *defecti scilicet* e compendio *defecti s.* coniiciens. *Defectus* vero idem esse, quod *deficiens*, *confectus*, *mortuus*, *perditus* exempla docent, quae plura adiiciam ad Met. V. p. 361. Hic sufficiat excitare Val. Flacc. II. 489. *defectaque Pergama monstris eripe* ubi idem codd. variant inter *defecta* et *deserta*. Stat. Theb. VIII. 648. de moribundo Aty: *ad nomen visus defecta-*

CAPUT XXII.

Post istum sermonis terminum poculis aureis memoriae defunctorum commilitonum vino mero libant, dehinc canticis quibusdam Marti deo blanditi paululum conquiescunt. Et nobis anus illa recens ordeum affatim et sine ulla mensura largita est, ut equus quidem meus tanta copia et quidem solus potitus, salias se coc-
286 nasse crederet. Ego mero numquam alias ordeo cibatus, *cum minutatum*

pocul D. *bibunt* f. pro *libant*. *bibant* π. *libans* Venet. 4. Bas. 1. *libantes* Bas. 2. *liberat* neque vero, ut Oud. voluit, *liberant* est in cod. G. 2., quod negligentia librarii factum est, qui quod *libāt* scribi debebat *libăt* scripsit. *deo* abest a P. *blandita* O. *At* pro *et* G. 1. 2. D. R. f. π. *et enim* F. 1. B. et omnes edd. vett. *at enim* O. P. π. *Et nobis* recepi ex F. 3. *miseria* pro *mensura* G. 1. cum glossa interlineari *avaritia* ex commutatis compendiis. *mēa* et *mĭa*. *et equus* G. 1. *quondam meus*. Ita Modius in marg. ed. Colv. coniecerat i. e. quum adhuc essem Lucius. *copiosa* habet F. 2. teste Lindenbrogio. *equidem solus* G. 2. solita aberratione. *salios se coenasse credo* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. *saliens se coenasse cred.* F. 2. R. f. *alys se coenasse crederet* Flor. cod. quem Lindenbrog. contulit tertius quidam. *salias se cuenasse cred.* O. *salias se coenasse coenas cred.* π. *saliares se coenasse coenas crederet* B. et edd. vett. praeter Venet. 4. et Par. qui *se* omittunt. *vero* omnes codd. et edd. *nunquam alias ordeo* F. 2. 3. G. 1. (qui habet *unquam*) G. 2. D. O. R. *quamquam alias hordeum* ceteri codd. et edd. vett. omnes. *cibatus sum minutatim* F. 2. 3. G. 1. 2. D. P. O. R. f. Ceteri codd. et omnes edd. vett. *tunsum minutatim*.

que fortiter ora sustulit. Ovid. Met. XIII. p. 477. *defectum poplitem.* Insoleutiorem tamen esse locutionem, nemo negabit. De confusione verborum *defectus* et *desertus* cf. Lucan. III. 625.]

Cap. XXII. *memoriae defunctorum.* [De hoc more priscorum hominum mortuis parentantium cf. Caroli Patini Comment. in sec. Inscriptt. Graec. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. II. p. 285., qui etiam nostrum locum accuratius tractat.]

et nobis. [De vi particulae *et*, quam Latini usurpant, ubi in narratione ad alteram partem transeunt cf. Hand. Tursell. II. p. 490 sqq. Quum enim de latronibus adhuc sermo fuerit, ad suam nunc progreditur Lucius condicionem. Hoc negligentes, saepius *at* interpretes intruserunt.]

Salias se coenasse. Hunc locum Oud. optime defendit. Salmas. emendavit in Epist. ad Gron. LXXX. *salie se coenasse*, quam coniecturam summis laudibus effert Gronovius T. II. Epist. Syll. Burm. p. 299. Quod minime est necessarium. Primum enim auctor dederat *salias se coenasse*; librarii vero quia credebant, deesse nomen substantivum addebant *coenas*, alii autem non capientes vocem *salias* hinc vel corrupte exarabant vel in *saliares* mutabant, praesertim quum haec vox, quantum e locis intelligi potest, hoc sententiarum nexu ubique conspiciatur et Apul. Met. VII. p. 465. *epulas Saliares* et IX. p. 636. *coenas Saliares* commemoret. At rectum est adiectivum *Salius* ut apud Festum p. 255. Lindem. *Salias virgines ait Cincius esse conducticias* Horat. Od. I. 36. 12. IV. 1. 28. (ubi cum aliis non pro genitivo habuerim.) Nec raro vox *coena* omittitur: ut in *adventicia, adventoria* [cf. Martial. praef. lib. XII.] Martial. VIII. 20.] cf. Intt. ad Suet. Aug. 74. Vespas. 19. His addi potest *vesperna.* cf. Fest. s. v. *scensas* p. 149. Lindem. et *coena* p. 41.] *Coenare* adiuncto accusativo probat locus Apul. Met. X. p. 703. *coenarem asperrimum foenum.* [Horat. Epist. I. 1. 48. *pulmenta coenare* Plin. X. 51. 72. al. De *epulis saliaribus* cf. Guthleber. de Saliis c. 27. in Polen. Suppl. Thes. Antiq. Tom. V. p. 742. Ursin. ad Ciacon. de tricl. p. 177. Fea ad Horat. Od. II. 14. 28. Mar. Arval. p. 670.]

ego mero nunquam alias ordeo cibatus cum minutatum et diutina coquitatione inrulentum semper eserim. Ita locum correxi, qui tam misere ab

Digitized by Google

et diutina *coquitatione* iurulentum semper eserim, rimatus angulum | quo panis 287
reliquiae totius multitudinis congestae fuerant, fauces diutina fame saucias et

diutina cogitatione F. 1. 3. [qui tamen *dutina* habet] B. f. p. et edd. vett. praeter Venet. 4. et Par. quae cum ceteris Mss. praebent *refectione*. *iurulentum* F. 1. 2. 3. (et sine dubio ceteri codd., quos tamen Oud. non commemoravit). *virulentum* G. 1. 2. D. B. et omnes edd. vett. *eserim* omnes fere Codd. et edd. *esserim* F. 3. *exerim* O. *egererim* G. 1. *esse* F. 1. *panes* F. 3. *panum* G. 1. 2. B. O. R. f. *reliquum* R. f.

interpretibus vexatus est. Lipsius coniecit: *Ego vero quamquam alias ordeum tunsum minutatim et diutina resectione virulentem semper eserim: resectione* quia vetus et diu a stipulis resectum, recisum erat itaque venenatum et ingratum. Wower.: *diutina refectione iurulentum.* Durant. Var. Lectt. I. 1. c. 11. *quamquam alias tunsum munitaverim* Beroald.: *diutina agitatione.* Schickerad.: *diutina aquatione.* Florid. Lipsii coniecturam secutus ita interpretatur: *Ego vero tametsi alias etiam, dum homo essem, solerem edere hordeum minutatim et diutina resectione coctum (orgemonde) iurulentum* i. e. *in iure coctum, sicque ab hordei non conditi esu asinus factus non tantopere abhorrere deberem.* Veritati proxime accedit Oud. sententia, qui recte constituit, auctoris mentem fuisse, adpositum recens hordeum Lucio non placuisse, quia illud nunquam edisset, licet tunsum, coctum et iurulentum s. *ptisanam*, cum fuisset homo, saepissime sumpsisset et ideo visis panum reliquiis illas avide appetiisse; unde ita locum correxit: *Ego vero nunquam alias hordeo cibatus, tunsum ni minutatim et diutina coquitatione iurulentum semper essem* vel *ego vero quum nunquam alias hordeum nisi tunsum* etc. Deceptus enim unius cod. F. 1. auctoritate, qui *hordeum tunsum* praebet, *cibatus* additamentum putat esse librarii, qui crediderit deesse verbum, quo *hordeum* regeretur, ignarus illud ab *essem* aptum esse. Haec coniectura probabilissima esset, ni a vestigiis codd. nimis recederet. [Nunc meam defendo. *Mero* pro *vero* posui, quia optime ita sibi opponuntur hordeum purum et quasi genuinum atque hordeum coctum et iure apparatum. Hoc enim hordeum purum et naturale nunquam degustaverat Lucius, qui ab solito equorum pastu abhorrebat, ut oleribus crudis ventrem impleret cf. p. 236. et nunc panum reliquiis fauces fame saucias delectaret: *Hordeo cibatus* ex optimis codd. restitui. cf. Colum. VIII. 10. §. *Atque ea genera quae intra septa villae cibantur* Apul. Met. IX. p. 615. *me otiosum cibatum iri* Apol. p. 452. *scrupulosius cibatur.* Deinde *cum minutatum* sententia flagitante emendavi, eo non sollicitus, quod nusquam hoc verbum legitur, quamquam ex adverbio *minutatim* in usu id aliquando fuisse, potest effici. Nam *minutatim tunsum* quod in nonnullis codd. legitur, glossam esse existimo, quoniam librarii vocis *minutatum* usum plane ignorabant, licet eadem utriusque sit sententia. *Coquitatione* optima est Salmasii emendatio, quod voc. librariis plane ignotum facile in *cogitatione* abire poterat. His probatis omnia bene procedunt totaque enunciationis sententia efficitur fere talis: Ego, qui nunquam hordeum purum ederam, ptisana potius hordea suaviter cocta, quum homo fueram, delectatus, nunc etiam ab hordeo abstinui, in angulo videns panum reliquias, quas praeferebam. *Essem* denique, quod ex cod. F. 1. lectione *esse* restituit Oud. equidem probarem, nisi constans librorum auctoritas adversaretur, quod eo magis est tenendum, quum *eserim* forma sit pro ingenio librariorum insolentior nec ullo exemplo alias comprobata. Notissima enim est forma *ederem* contractio in *essem*, de qua accuratius dicam ad Met. XI. p. 803. Nisi rectius nostro loco cum F. 3. et O. scribitur *esserim*, quam formam fortasse ex analogia contracti *essem* Apuleius praetulit.

saucias et araneantes. Grut. Susp. I. c. 5. tentavit reponere *fatuas*, quod

Digitized by Google

araneantes valenter exerceo. Et ecce nocte promota latrones expergiti castra commovent, instructique varie, partim gladiis armati, in Lemures reformati con-

aramcante G. 1. *vehementer* pro *valenter* omnes codd. et edd. vett. praeter F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. P. R. f. Iunt. 2. *ex ecce* f. *in Lemures reformati* abest haec enunciatio ab G. 1. et 2. (in cuius margine a m. s. addita est.) D. O. P. R. f. π. *reformati* F. 1. et p. *in lemures reformat* F. 3. (verba haec sunt nunc atramento obducta, sed tamen legi possunt). Ceteri codd. et omnes edd. vett. habent *reformant*.

auctoris menti minime convenit. *Sauciae* sunt fauces *fame*, quae illa sunt laesae; sicut *saucia* dicitur omnis res sive *animata* sive *inanima*, quae quocumque modo aliquid pristini vigoris vel salutis amisit, quasi vulnere quodam affecta, ut *saucius fatigationis* II. p. 124. Immo *saucius* pro *famelicus*, uti hic, aperte extat apud Sil. Ital. XV. 789: *cum procul in fluctu piscem male saucia videt*, cf. Barth. Adv. IX. 17. p. 448 sq., qui pro more suo negligenter non hunc locum excitavit, sed VIII. p. 570. *et rauca voce saucius praeco*, quum ille non sit famílicus, sed nimio clamore faucium non integer. [cf. Cort. ad Lucan. VI. 115. Si quid emendandum est, equidem pro *saucias* legerem *siccas*, quod saepissime de famelicis in usu est. cf. Cort. ad Lucan. VI. 553. Heind. ad Horat. Sat. II. 2. 14. *Araneantes* nominantur *fauces*, quae incuria areanearum quasi telis sunt obductae aedium instar, quae inanes situm ducunt. Nam araneis obsidentur et opplentur, quae inania solitariaque sunt. cf. Priap. LXXIII. 29. *Araneosus obsidet fores situs*. Turneb. Advers. II. 10. p. 47 sq. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 564. Broukh. ad Prop. III. 4. 33. Intt. ad Tib. I. 10. 49. Valken. Dict. in Eurip. fragm. p. 169. Iacobs Anthol. Gr. I. 1. p. 282.]

partim gladiis armati, in lemures reformati. Ultima verba, quae in nonnullis codd. non inveniuntur, a monachis intrusa esse Oud. existimat, qui hunc totum locum omnino accuratius intellexisse non videantur. Si vero putat, *partim* alterum, quod priori respondeat, ante enunciationem *in Lemures reformati* esse omissum, magno errore deceptus est, quum haec ad priora pertineant *varie instructi*, nec partem latronum indicent, qui larvarum instar erant reformati, sed omnes omnino latrones. Hunc locum equidem ita verterim: *verschieden bewaffnet, theilweise auch mit Schwerdtern versehen, stürzen sie in Schreckgebilde verwandelt eilenden Schrittes dahin. In lemures reformati* de latronibus dictum esse iudico, qui monstrorum facies extrinsecus non simulabant, ut timor iniiceretur obviam factis et resistentibus, sed qui metu ne noscerentur ita erant obtecti et vultu deformati, ut larvis et lemuribus similes essent. Ceterum constat, opus non esse repetitione adverbii *partim*, quum saepius pronomina et adiectiva, quae sibi respondent et partem rei indicant, semel tantum apud optimos scriptores ponantur. Oud. excitat dictat. sua ad Hirt. B. Alex. c. 29. Exemplum Flor. II. 20. §. 4. *urbis regibus parere consuetas partim facile sollicitat, paucas* male ab Oud. adnotatum est, quum hic *partim* et *paucas* sibi opponantur. Alia cf. ad Met. VII. p. 649. et Stewech. ad Met. XI. p. 802. Sed hoc Oud. effugisse videtur, *partim, pars, alii, nonnulli* ubi semel posita sunt, omissionem fieri in primo neque vero in altero orationis membro. Omnes enim quos equidem conferre poteram locos et sana ratio hunc usum satis comprobant, ut ne ad talem quidem ellipsin cum Oud. hic confugere possis. cf. Burm. ad Quint. Declam. X. 17. Cort. ad Sall. B. C. 50. et Mos. ad Cic. Tuscul. IV. 1. Ita corrigendum esse puto Hygin. fab. CXXI. p. 213. ubi hodie male in Mss. extat: *Ob id Apollo exercitum eius partim fame prope totum consumsit*, quam lacunam Arntz. ad Aur. Vict. Vir Illust. c. XXI. 3. male defendit. Nam si *partim* accipias pro *partem theilweise*, repugnant seqq., *prope totum*. *Partem peste*, quod Munk.

cito se gradu proripiunt. Nec me tamen instanter ac fortiter manducantem vel somnus imminens impedire potuit. Et quamquam prius quum essem Lucius, unico vel secundo pane contentus mensa decede|rem, tunc ventri tam pro- [153]
fundo serviens iam ferme tertium qualum rumigabam. Huic me operi attonitum clara lux oppressit.

CAPUT XXIII.

Tandem itaque asinali verecundia ductus, aegerrime tamen digrediens rivulo proximo sitim lenio. Nec mora, cum latrones ultra anxii atque solliciti

nec tamen me f. *cum omnem Lucius* D. (ex commutatis inter sese compendiis *ēē*ꝫ et *oe*ꝫ.) *mensam deced.* p. *mense* D. *tam farinae tertium* φ. *rumigabam* omnes Mss. et edd. vett. habent pro *ruminabam*. *attonitum* omnes codd. et edd. vett.

tandem itaque pro quo in nonnullis codd. et omnibus edd. vett. praeter Iunt. 2. *tandem denique* extat, legitur in F. 3. G. 1. 2. D. P. O. f. *asinal.* G. 2. D. *asinina* Bas. 1. *asinali* Scriver. sed tum plura essent emendanda. *tantum* pro *tamen* D. ex compendiorum *tm̄* et *tn̄* commutatione, sed iam a p. m. videtur esse correctum. *digradiens* G. 1. O. *lenio* inveni in F. 1. 3. G. 2. D. et omnes edd. vett. Quae sint veteres edit., quae *levitio* praebent notante Colv., probatum deinde Brantio, reperire nequeo. Inde a Vulcanio in edd. irrepsit mendum *levo*. *leniam* habet G. 1. *ultra* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. f. g. Wasseo placebat *retro*. In cett. *ultro*.

ex Schol. ad Hom. Il. I. 366. addidit, per Mss. vestigia non satisfacit, quibus proprius accedere puto emendationem *exercitum eius lue partim fame*. Praegressum *EIUS* et ellipsis adverbii *partim* librarios facile poterat decipere.]

ventri tam profundo. [*Profundus* de ventre dicitur immodico, qui impleri non potest, et insatiabili cf. Met. VII. p. 499. *voracitati suae deservit et insatiabilem profundumque ventrem*. Taubm. ad Plaut. Capt. I. 2. 79. Talis venter *barathrum* nominatur, de quo iam dixi ad Met. IV. p. 251. ubi vide.]

rumigabam. [Haec forma, quam omnes codd. retinent, quum insolentior videretur esse Vossio, commutavit eam in Etymol. s. v. *rumo* in *rumitabam*, quae tamen eadem singularis est. Sed bene *rumigare* potest ex analogia defendi. A *rumen* enim fit *ruminare*, a *ruma* vero, ut a *fumus: fumigare*, a *navis: navigare*, formatur *rumigare*. *Ruma* pro *rumen* in usu fuisse, testatur Serv. ad Virg. Ecl. V. 54. *ruminatio dicta est a ruma eminente gutturis parte, per quam demissus cibus a certis revocatur animalibus*. De Arnob. loco VII. 24. nil certi potest afferri. Aliud quid enim legendum quam *rumas* sententia verborum significatur, quum *rumae* videatur esse plebeium, *aerumnae* vero vel quod aliud legeris, obscurum. Erat quum equidem *adrumas* legerem. cf. *adruminare* apud Fest. p. 9. et p. 312. Lindem.]

attonitum. Male agunt, qui cum Colvio et Wower. mutant in *attentum*. Sed *attonitus* est cum *stupore esse attentum* cf. Met. XI. p. 795. X. p. 749. [Iuven. Sat. VII. 67. *mentis nec de lodice paranda attonitae*. Cort. ad Lucan. V. 476. cf. Loers. ad Ovid. Trist. I. 5. 3., Senec. N. Q. II. c. 27.]

Cap. XXIII. *Tandem itaque*. Oud. *tandem denique* ex usu Apuleii restituens, in eo male egisse videtur, quod optimos codd. non secutus est. Quamquam enim multis exemplis haec locutio potest comprobari, inde tamen non sequitur, hic quoque necessario eam requiri, praesertim quum mirum sit, quomodo iidem librarii, qui aliis locis *tandem denique* religiose servant, hic mutare quid sibi sumserint. De *tandem denique* Oud. comparat: Apul. Met. II. p. 124. III. p. 215. X. p. 703. ibique Pricaeum. Scheffer. ad Iust. XXXV. 1. Voss. de Construct. c. 69. [Hand. Tursell. II. p. 266. Ruhnk. Dict. ad Suet. p. 218.]

remeant, nullam quidem prorsus sarcinam vel omnino licet vilem laciniam ferentes, sed tantum gladiis, totis manibus, immo factionis suae cunctis viribus
289 unicam virginem filo | liberalem et ut matronatus eius indicabat, summatem regionis, puellam me hercules et asino tali concupiscendam, moerentem et crines cum veste sua lacerantem advehebant. Eam simul intra speluncam verbisque quae dolebat minora facientes sic adloquuntur: Tu quidem salutis et pudicitiae secura brevem patientiam nostro compendio tribue, quos ad istam se-

remaneant typothetarum culpa est in ed. Vicent. et hinc in marg. Bas. *lacineam* Venet. 4. *gadiis* D. *factionibus* G. 1. quod puto, etiam O. habere, quamquam Oud. excerpta praebebant *factioni* (fortasse ex compendio *factioni'*). *filio* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. Iunt. 2. *filiam* O. a m. p. Ceteri Mss. et edd. vett. *filo*. *libralem* F. 1. 3. G. 1. 2. P. R. f. ed. pr. Vicent. Venet. Iunt. 1. Bas. 2. Ceterae edd. et Mss. *liberali*. *et* ante *ut* abest in B. *iudicabat* G. 1. *summatum* O. *summam* Bas. 1. ex glossa puto. *eius*, quod post *summatem* nonnulli libri et edd. intrudunt, non comparet, in F. 3. G. 1. 2. D. P. p. R. f. *religionis* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. p. Ceteri Mss. et edd. vett. habent *regionis*. *tali* abest a Bas. 1. *inter* G. 2. D. *verbisque quae* habent F. 3. G. 1. 2. D. B. R. f. p. Iunt. 2. *verbis quae* ceteri codd. et edd. vett. praeter ed. pr. quae habet *verbergue que* et Venet. 2. in qua est *verberaque quae* c. Vicent. et Iunt. 1. *dolebant* G. 1. 2. D. f. *impudentiae* G. 1. a m. p. sed á m. s. *in* est obductum tumque *et* superscriptum. *pudicie* P. *secū* pro *secura* G. 2. D. P. *secuta* Venet. 4. et Bas. 1., in cuius margine est *securae*. *nos* pro *quos* Iunt. 1. 2. Ald.

gladiis totis manibus, immo f. s. cunctis viribus unicam. Miratur Oud. interpretes, qui sicco pede hunc locum transilierint, quem ipse non intellexit, et quum vitium latere putaret in voc. *unicam*, satis ieiuna emendatione *cinctam* locum sanare studuit. Haec autem gradatio optima est. Miratur enim asinus, qui quum latrones anxios et sollicitos remeantes videat, magnam eos praedae copiam et captivorum secum ducturos esse opinatur, quod *unicam* tantum virginem eamque imbecillam non solum gladiis sed etiam *tota factione* circumdatam et stipatam reportant.]

filo liberalem. Haec lectio alteri *filo liberali* ex optimis codd. erat praeferenda, quum utrumque et *filo liberali* et *filo liberalem* eodem redeat. De *filo*, quod in nonnullis libris et edd. inepte in *filio* mutatum est, Oud. comparat Gell. XIV. 4. *forma atque filo virginali* VII. 8. *pueros liberali filo*. [*Filum* de externa specie et lineamentis rei primus, quantum scio, Plautus dixit Merc. IV. 4. 15. *filum satis scitum mulieris*, unde posteriores scriptores prae ceteris Afri mutuati videntur esse. Lucilii enim locus apud Non. p. 313. *surge mulier ducito filum non malum*, ubi Non. explicat *filum oris lineamentum* aptus videtur non esse. cf. Meurs. ad h. l. p. 733. ed. Lips. Barth. Advers. LII. 3. p. 2679. Salmas. ad Solin. p. 465. Orell. ad Arnob. III. 13. T. II. p. 131 sq. *Liberalis* hoc loco pro *pulchrum* dictum esse existimo, nec ut alii interpretes volunt, pro *ingenuus* et *nobilis*, quum in sqq. nobilitas potius exprimatur cf. Fest. s. v. *liberales* p. 90. Lindem. *liberales dicuntur non solum benigni sed etiam ingenuae formae homines.* Terent. Eun. III. 3. 20. Plaut. Pers. IV. 3. 52. *forma expetenda liberalem feminam.* Ita volo intelligi locum Plaut. Curcul. I. 3. 53. *ut te liberalem liberem* et emendari Fronton. de Nepote amisso p. 219. ed. Rom. *Istum statum, vocem, faciem, oraque liberalia quaerimus* ubi cod. palimps. habet *auram liberam.*]

matronatus. Brantius antiquitatis summus affector tentabat *botronatus* ex Tertull. de cultu feminar. c. 10. p. 159. A. Rigalt. et Cyprian. de habitu virg. a med. ex Isaiae c. 3. Sed *matronatus* est matronalis habitus et habitudo. Oud. inclinat ad coniecturam *matronalis ornatus*, quod in *matronatus* contractum putat.

summas. [Vox Plautina est Cistell. I. 1. 26. Pseud. I. 2. 95. Apul. Met. XI. p. 752. *summatem deam* cf. Voss. Etym. s. v. *supra.*]

intra speluncam verbisque quae dolebat m. f. [Ita e codd. optimis scripsi ea sententia: *Eam latrones, quum intra speluncam essent et verbis minuerent causas, ob quas illa dolebat.*]

Digitized by Google

etam paupertatis necessitas adegit. Parentes autem tui de tanto suarum divitiarum cumulo quamquam satis cupidi, tamen sine mora parabunt scilicet idoneam sui sanguinis redemtionem.

CAPUT XXIV.

His et his similibus blateratis | nec quicquam dolor sedatur puellae. Quidni? 290

septam G. 1. D. *necessitatis* operarum scilicet vitio in Colv. et Vulc. legitur edd. *autem* exulat a Bas. 1. *suarum* quod in F. 1. omitti alt Elm., in collat. Lindenbrog. et ego et Oud. invenimus sed desideratur in G. 2. D. et P. *divitiarum suarum* G. 1. *cumulum* Venet. 2. *tumidi* pro *cupidi* R. *satis* abest a f. *sitis* p.

hiis et huc G. 1. 2. D. *his et his* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. B. R. f. p. Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. Basil. 1. in margine, in cuius textu est ut in cett. Mss. et edd. modo *his similibus*. *nec quisquam* G. 2. (excerpta Oud. male habent *nequisquam* D. et P. *nec quicquam* F. 3. G. 1. et edd. vett *quae* ante *inter* abest in ed. Paris. *Quidni*. Inde ab hoc verbo usque ad *solaretur* lacuna est in cod. G. 1., quae a m. s. in margine est suppleta. *quidnique* Iunt. 1.

cupidi. [Absolute *cupidus* non raro *de avaro* et *pecuniae cupido* invenitur cf. Suet. Vespas. 16. Wopkens. in Act. Traiect. 2. p. 60. Walch. ad Tac. Agr. 22. p. 300. Rup. ad Tac. Ann. I. 3. p. 10. Ind. III. s. v. *Adiectiva relativa* Cort. ad Sall. Cat. 15. Intt. ad Liv. I. 40. fin. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 410. Boettch. Lex. Tac. p. 479.]

sanguinis. [*Sanguis* de *filia* hic dictum est ut Graecis αἷμα cf. Ovid. Met. V. 515. Cort. ad Lucan. VII. 179. et V. 474. Bach. in ind. adnot. ad Ovid. Met. s. v. *sanguis*, qui graeca aliquot exempla profert Creuz. ad Civ. de Rep. I. 41. p. 166.]

Cap. XXIV. *his et his blateratis*. Recte defendit locum ita scriptum Oud., quum verbis *his et his* tales vel eorum similes sermones exprimantur coll. Met. VIII. p. 577. *haec et huiusmodi mutuo blaterantes* IX. p. 683. *his et aliis similibus affaniis* X. p. 763. [Disputant VV. DD. utrum simplici an duplici *t* scribi debeat *blaterare*. Argumentum, quod afferunt, ab Horatio correptam usurpari antepenultimam cf. Sat. II. 7. 35. non tanti videtur esse momenti, quum e contrario Iuvent. carm. Philom. 56. *Blaterat hinc aries et pia balat ovis* syllabam produxerit. Hoc tamen magis mihi videor posse demonstrare non solum ex constanti Mss. usu, qui ubique unum *t* praeferunt, ne iis quidem exceptis, qui ut G. 1. consonantes duplicare solent, sed ex origine vocis quam cum Doederl. Synonym. III. p. 78 sq. ad *balare* neque cum aliis ad βλάξ retulerim. Praeter alia id quoque poterat commemorari, *arietes blaterare* dici a Iuvent. l. c., quod non emendandum erat in *braterare*, quum Glossae Leidens. *arietes crisitant* vel *blaterant* item habeant. cf. Wernsd. Poet. Lat. Min. T. VI. Vol. 2. p. 399. Burm. Anthol. L. T. II. p. 432. *Blaterare* vero est teste Fulgent. p. 773. Stav. *blaterare quasi verba trepidantia metu balbutire dixerunt*. Fest. s. v. p. 28. *blaterare est stulte et praecupide loqui* et hinc emendanda est Gloss. Placid. p. 436. *blatit praecupide loquitur* pro *praecipue*, quod in Ms. extat et Mai. male in *perperam* mutat, vel *praecise loquitur* i. e. *abrupte*. *Blaterare* enim est *balbutire*, ut Gloss. Vulcan. p. 16. *blatero blatio* ψέλλιζομαι, quod Gloss. Gr. p. 663. explicant *Valbio Valbutio*, ubi potius legerim *blatio balbutio*. cf. Plaut. Amph. II. 1. 79. Voss. Aristarch. T. I. p. 114. Förtsch. Heind. ad Hor. Sat. l. c.]

quidni. [*Quidni* esse vehementer asseverantis, sed velut ironice loquentis explicat Sciopp. ad Petron. c. 127. p. 786. Burm., ubi praeter hunc locum plura ex Apuleio exempla enumerantur VI. p. 412. IX. p. 610. et p. 624. cf. Cic. ad Famil. III. 7. Plaut. Trucul. V.

Digitized by Google

quae inter genua sua deposito capite sine modo flebat. At illi introvocatae anui praecipiunt, assidens eam blando quantum posset, solaretur alloquio, seque ad sectae suae sueta conferunt. Nec tamen puella quivit ullis aniculae sermonibus ab inceptis fletibus avocari, sed altius eiulans sese et assiduis singultibus ilia quatiens mihi etiam lacrymas excussit. Ac sic: An ego, inquit, misera, tali domo, tanta familia, tam caris vernulis, tam sanctis parentibus desolata et infelicis rapinae praeda et mancipium effecta, inque isto saxeo carcere serviliter clausa et omnibus deliciis, quibus innata atque innutrita sum, privata, sub incerta sa-
291 lutis et carnificinae laniena, inter tot ac tales latrones et | horrendum gladia-

sine meo G. 2. et D. a m. p. *at vi illi* Bas. 1. *introvocati* G. 1. a m. s. G. 2. D. P. *intus vocatae* p. verbum abest a π. *praecipiunt ut* f. *blande* O. In G. 1. a m. s. etiam erat omissum et deinde a m. tertia est additum. *potest* B. (an rursus *pote* s. *potis*, inquit Oud. Sed hic nimius mihi in hac forma videtur esse Apuleio vindicanda cf. ad I. p. 43. *conferunt* quod omnes Mss. praebent, in edd. vett. praeter Iunt. 2. commutatum est in *conferre*. *suae* abest a β. *a secta consueta* M. *quievit* G. 1. 2. D. a m. p. *advocari* G. 2. P. D. a m. p. *revocari* π. *auctius* F. 1. *atius* F. 3. Ceteri codd. et edd. vett. omnes *altius* exhibent. *seseque et adsiduis* G. 2. P. D. *alia* pro *ilia* D. *et sic* ed. Iunt. 2. in erratis. *at sic* ceterae edd. vett. Groslotius coniecit *ait sic*. Tum *inquit* omittendum fuisset. *inquit* abest in B. *ego misera inquit* G. 1. 2. D. P. O. *an* desideratur in O. *tamque* G. 2. a m. p. (sed eadem manus videtur particulam obduxisse). *claris* pro *caris* B. *efflecta* Venet. 2. *causa* pro *clausa* G. 1. a p. m. *ditiis* pro *deliciis* D. *quibus* F. 3. G. 1. 2. D. f. π. In cett. *quis*. *nutrita* G. 2. P. D. *sim.* in Mss. et Edd. aliquot esse adnotat Oud. Ego inveni in cod. G. 1. et in Venet. 4. et Paris. *incerto*, quantum intelligi potest, in uno cod. F. 1. legitur, ubi per negligentiam quandam Lindenbrogii falso restitisse putaverim, quamquam per se bene potest defendi. Inde a Beroaldo emendatio in textum irrepsisse videtur.

2. 19. (ita enim ibi legendum est) Menaech. V. 5. 14. Unde intelligi potest, quam prave Oud. egerit, qui *quippini* praeferat, quod eandem habet sententiam cf. Plaut. Aul. I. 3. 3. Bacch. IV. 6. 41. Poen. I. 3. 27. Pseud. I. 3. 141.]

deposito capite. [cf. Fea ad Horat. Sat. II. 8. 58.]

assiduis singultibus ilia quatiens. [Virgil. Georg. III. 506. Aen. IX. 415. *et longis singultibus ilia pulsant*, et quos excitat Burm. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 49. Turneb. Advers. XVII. 9. Cerda ad Virg. Georg. l. c. Lucan. IV. 756. *et defecta gravis longe trahit ilia pulsus.* Ita emendandum esse puto versum Reposian. de concub. Mart. et Vener. 161. in Burm. Anthol. T. I. l. c. *ore fremit moesto ac magno gemitu ultima pulsans Ilia* ubi hodie legunt: *ore fremit moesto modo gemit ultima pulsans.*]

An ego misera. [Dorv. ad Charit. p. 269. comparat has Charites querelas cum Callirrhoes, quam Theron eodem alloquio consolari studebat. cf. Charit. I. 11. p. 21. ed. Dr. *σὺ μὲν, ἔφη, πάτερ ἐν ταύτῃ τῇ θαλάσσῃ τριακοσίας ναῦς Ἀθηναίων κατεναυμάχησας. ἥρπασε δέ σου τὴν θυγατέρα κέλης μικρὸς καὶ οὐδέν μοι βοηθεῖς. ἐπὶ ξένην ἄγομαι γῆν καὶ δουλεύειν με δεῖ τὴν εὐγενῆ .... πόσῳ μοι κρεῖττον ἦν ἐν ταφῳ κεῖσθαι νεκράν. πάντως ἂν μετ' ἐμοῦ Χαιρέας ἐκηδεύθη. νῦν δὲ καὶ ζῶντες καὶ ἀποθανόντες διεζεύγθημεν.*]

carcer. [Barth. Advers. XXXV. 14. p. 1613. ut sententiam suam, *carcer* de quacunque spelunca dici posse cŏmprobaret, hunc locum addidit. Sed errat. *Carcer* enim hic propria significatione dicitur de antro, quo virgo ab anicula custodita inclusa erat. Nec aliter omnes ii loci explicari debent, ubi *carcer* de quocunque loco incluso et circumsepto usurpari dicunt, quum semper notio insit, vinculis quasi invitum et nolentem ibi teneri. Idem cadit in locum Apul. IX. p. 593., quem Barth. in suam rem convertit, quum etiam hic asinus in cubiculùm inclusus custodia detineatur.]

sub incerta salutis et carnificinae laniena. [Haec verba quum interpretes non intelligerent, in promptu erat, facillimam Beroaldi coniecturam *incerto* recipere, quod substantivi vices sustinens notissimum est cum genitivo iungi posse. Vel negavit Oud., unquam *incertus* cum *laniena* posse copulari. Sed aliter equidem sentio. Puto enim virginem ideo

Digitized

torum populum vel fletum desinere vel omnino vivere potero? Lamentata sic et animi dolore et faucium tundore et corporis lassitudine iam fatigata, marcentes oculos demisit ad soporem.

CAPUT XXV.

Iam commodum conniverat: nec diu cum repente lymphatico ritu somno

gladiorum G. 1. O. (crebra variatione, e scripturae compendio nata, quae sententia est Oud.) *cum dolore* (quod ex compendio *aī* profectum est). *faucium trīdōe* f. teste Roaldo, sed Oud. in eo scribi *tudore* i. e. *tundore* pronuntiat, quae eadem est lectio F. 3. G. 2. D. O. a m. p. *tendore* G. 1. B. *diuisit* edd. vett. sed cf. Intt. ad Prop. II. 22. 20. Val. Flacc. III. 41. et Heins. ad Ovid. Met. VII. 156. *saporem* G. 2. Ald.

an pro *iam* G. 2. D. O. P. p. f. *ac comm.* G. 1. a m. s. *commode* O. P. *commodum* G. 1. ultima syllaba a m. s. *conniverat* F. 1. 3. B. f. Venet. 4. Par. et fortasse etiam alii libri, quorum tamen scripturas Oud. non adnotavit. *comuerat* G. 2. D. *comoverat* G. 1. *conquieverat* Iunt. 2. Ceterae edd. vett. habent. *conquierat.* *somno* exulat a R.

potissimum esse perturbatam et afflictam, quod *incerta* est, num vita privetur misere an reservetur a latronibus. Hac igitur animi vacillatione se torqueri summopere et angi dicit et seqq. accuratius indicat, quum quae prius vitam praeferre videretur, mortem post somnia affectaret. Hinc vidimus *sub incerta salutis et carnificinae laniena* positum esse pro *sub incertae salutis et carnificinae laniena:* de qua figura saepius iam dictum est. Quid vero in ea explicatione minus apti et a loco alieni insit, ego non video.]

tundore cum Oud. retinendum est. Fauces enim in vehementi anhelitu, questu et lamentatione quatiuntur et tunduntur; cf. Virg. Aen. V. 200. *tum creber anhelitus artus Aridaque ora quatit.* Sil. IV. 415. *crebro clamore obtusae crassoque a pulvere fauces.* [Plin. XXXII. 9. 31. *Myaces fauces vexant vocemque obtundunt.* Quint. XI. 3. §. 20. *Ita fauces tumentes strangulant vocem, obtusae obscurant,* ad quem locum cf. Intt.]

Cap. XXV. *conniverat.* Hanc probam lectionem alteri *conquierat* Oud. ideo postposuit, quia non modo *connivisse* sed quievisse ac dormivisse Chariten ex seqq. elucere ei videbatur. [Sed ratione non habita codd. optimis, qui vel corrupti hanc lectionem aperte proferunt, per sententiam quoque ea debet confirmari. *Connivere* enim proprie de oculis dicitur, qui *nuendo* (*νεύειν*) vel *se claudendo* indicare aliquid volunt. Hoc optime intelligi potest ex verbo frequentativo *nictare,* quod Gloss. Vulcan. p. 94. explicant *σκαρδαμύττω* et Plin. XI. 37. 54. de oculis usurpat, quos non totos sed dimidios ferme claudimus, ut nostrum *blinzeln, zublinzeln.* Deinde vero *somno oculos connivere* dicuntur ii, qui oculos claudunt, ut dormiant; cf. Prisc. IX. 8. p. 459. ex Ninn. Crasso: *nam non connivi oculos ego deinde sopore* et Turpil. *dum ego connixi somno* et Calvus: *cum gravis ingenti connivere pupula somno,* ex quibus omnibus locis perspici potest, *connivere* non eum dici, qui obdormiscit somnumque capit, sed in universum quemcunque dormientem: qua in hoc tantum sibi sumsit Apuleius, ut *oculos* omittens *connivere* simpliciter diceret. Quo accedit, quod puella non tam gravi somno iam pressa est, sed quum modo obdormire incepisset, statim somnio excussa est. Vix tamen cogitari potest, quantas turbas hoc vocabulum interpretibus dederit, quotiesque cum aliis vocibus permutatum sit. Hoc non solum ex nostro loco et Met. X. p. 735. aliis efficitur, sed Glossis potissimum potest comprobari. Ibi enim per negligentiam *coniveo* et *conhibeo* ubique confunduntur. Gloss. Philox. p. 47. *coniret καταμύει συνέχει* p. 40. *cohibet καμμύει, καταμύει, συνέχει, ῥαθυμεῖ* p. 47. *coniventia ἀφίστασις, ἀφοσίωσις αἰτὸ τὸ μωροποιῆσαι,* quod emendandum est in *ἀφόρμας*

Digitized by Google

recussa, longeque vehementius afflictare sese, et pectus etiam palmis infestis tundere, et faciem illam luculenter verberare incipit, et aniculae, quamquam instantissime caussas novi et instaurati moeroris requirenti, sic adsuspirans altius inlit: Hem nunc certe, nunc maxime funditus perii, nunc spei salutiferae

afflictaret f. p. *afflictuare* D. *et palmis* G. 1. *incipit* F. 3. G. 1. Iunt. 2. In reliquis *incepit*. Plane hoc vocab. omittit B. *doloris et moeroris* G. 1. O. *requirentis* Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *adassuspirans* f. *enim nunc* G. 2. P. D. quod ex *em* (*em̄* i. e. *enim*), ut in f. legitur, vel *en* est depravatum. *hera* habet G. 1. pro *hem* neque *heia* ut Oud. in excerptis suis legit.

ἀφοσίωσις ἀντὶ τοῦ μετεωροποιῆσαι (p. 69. *destinat* ἀφοσιοῖ ἀφορίζει, ἀποτέμει) et p. 47. *coniventia* μετεωρισμός et *conireo* μύω καμμύω μετεωρίζω, unde videmus *cohibere* i. e. *destinare* ut *conivere* item esse corruptum. Μετεωρισμός Gloss. Gr. p. II. 539. explicatur *dissimulatio*, qua significatione *connivere* apud Ciceronem est usitatissimum. cf. Cic. Coel. 24. Gell. II. 2. al. Idem error est in Glossis Isid. p. 672. *conivoli concordes iuncti* et p. 676. *cohibuli concordes coniuncti*. Ita restituo Gloss. Fulgent. p. 780. *nictare enim dicimus cinnum facere* pro *conivum facere*. *Conivum* enim in usu fuisse testantur Gloss. Philox. p. 47. *Conivum* κάλυξ ῥόδου μεμυκώς, ut *conivum* deinde ad rosas translatum primum *conivientiam* ipsam, *nictum* videatur significasse. Porro Hygin. Mythol. c. l. p. I. emendo: *Mors Lethum, Conniventia* (codd. habent *Continentia*). *Somnus, Somnia*, quae coniectura magis probatur quam Munkeri lectio *Contentio* propter sequens *Discordia* et quod toti ordini non respondet. Ut a *Morte* ad *Lethum* procedit sic a *Conniventia* ad fortiorem *Somnum*. Sic male legitur apud Spart. in vit. Pescenn. Nigr. c. 3. p. 648. in Palat. cod.: *saltant, vivent, cantant et mensuras, conviviorum vocat cum hoc sine mensura potare;* ubi Salm. minus apte *bibunt* mihi videtur coniecisse. Ego totum locum ita restituo: *saltant, nivent* [i. e. *conivent* dormiunt] *cantant* et *mensura conviviorum vocatur hoc sine mensura potare*. Alioquin magis placeret *ument* pro *nivent* i. e. *ument*, si comprobari posset, *humere* ut *madere* de eo dici, *qui vino est gravidus*. Denique plane spernenda explicatio Intt. ad Fest. p. 388. Lind. vocis *conivola* p. 48. quod omnes Dacer. secuti a *coneo* vel *coeo* derivant, quamquam inde facile possit intelligi, cur in Glossis et ubique fere simplici *n* littera scribatur.]

lymphaticus. [*Lymphaticus* furiosus dicitur, qui summo animi terrore et consternatione ad insaniam excitus est, quasi attonitus mente. Potissimum vero *lymphatim* in terrore insistit plane temerario et vesano cf. Met. VIII. p. 575. p. 581. de Mundo p. 327. Horat. Od. I. 37. 14. Stat. Theb. X. 557. Bach. ad Ovid. Met. XI. 3. Doed. Syn. II. p. 17. VI. p. 205. Cort. ad Lucan. I. 496.]

incipit. Praesens ut scriberem, optimi codd. postularunt, quos c. Oud. secutus sum, qui comparat Met. II. p. 258. *Nec mora cum praestolamur*, et ita semper *nec mora* cum indicativo praesentis Apuleius coniungit. Omissio vocis: *incipit* in cod. Bert ferri non potest, cum talis infinitivus, quem dicunt, absolutus praecedente particula *cum* locum non habeat, ut Oud. bene demonstravit. [Librarii puto esse inscitiam, qui quod totum locum obiter inspexerat, seq. *infit* deceptus est, ut prius *incipit*, quod idem ei videbatur significare, eiiceret.]

hem. Errare mihi videtur Hand. Tursell. III. p. 53., qui *hem* interiectionem nuspiam dici posse confirmet, ubi dolentis et ingemiscentis est, subtilissima satis ratione ea exempla interpretatus, ubi ipse invenerat. Quamquam facillima est ubique mutatio in *heu* vel *en*, tamen non video, cur id ponamus, praesertim quum Charisii auctoritas p. 214. Putsch. disertis verbis adversetur: *C. Gracchus uti lex Papiria accipiatur: Pessimi fratrem meum optimum interfecerunt: hem videte, quam par pari sim. At quidem hem pro eu volunt esse, sed decet commemoratione fraternae mortis in-*

Digitized by Google

renuntiavi. Laqueus aut gladius aut certe praecipitium pro|cul dubio capes- [154]
sendum est. Ad haec anus iratior, dicere cam saeviore iam vultu | iubebat, 292
quid malum! fieret? vel quid repente postliminio pressae quietis lamentationes licentiosas refricaret? Nimirum, inquit, tanto compendio tuae redemptionis defraudare iuvenes meos destinas? Quod si pergis ulterius, iam faxo lacrimis istis, quas parvi pendere latrones consuerunt, insuperhabitis viva exurare.

laqueus autem G. 2. D. ortum ex compendio *aū*. *aio haec* pro *haec* G. 2. P. D. a m. p. correctum *ad* a m. s. *et hoc* p. *ad at hic* Venet. 2. *at haec* Venet. 4. Bas. 1. *ad hic* ed. pr. *at hic* Vicent. c. marg. Bas. 1. *iratior* F. 1. 3. G. 1. B. O. P. R. f. et edd. vett. ante Bas. 1. *irateor* G. 2. D. a m. p. *sed* a m. s. correctum in *irata*. Ceteri codd. habent *subiratior*. Quare dubitat Oud. de veritate scripturae *subiratior* praesertim si *saeviore vultu* retineatur, quod leniter irascenti vel iram simulanti parum conveniat. *severiore vultu* B. *sereniore* D. *iubeat* G. 2. D. *pressim* O. *pressem* G. 1. *illicitas* pro *licentiosas* G. 1. 2. D. *π*. R. f. unde Heins. coniecit *elicitas*, *sollicitas*. *refricaret* F. 1. 3. B. p. et in omnibus edd. vett. In ceteris libris est *replicaret* ut G. 1. 2. D. P. R. f. O. *π*. *φ*. *β*. *defraudere* Paris. *desinas*, F. 3. (ex correctione) G. 1. 2. D. P. O. sed in B., ut Oud. adnotat, non legitur, sed *destinas*. Quamquam enim in marg. non additum sit, utrius codicis lectio sit *desinas*, tamen manus Putschii aperte licet cognosci, ut ad P. eam referre debeas. B. igitur habet *destinas*. Sed dubius adhuc sum, num *desinas* ex codd. praeferendum sit. Nam correctiones in F. 3. obviae saepius meliorem lectionem continent. *Sed si pergis* f. teste Roald. sed Oud. cod. scripturam dicit esse *quid si pergis*. *peragas* ed. Bas. 2. *iam faxo* in omnibus libris et edd. legitur. In solis Colv. et Mercer. edd. depravatum est in *facto*. *providere* pro *parvipendere* D. *consuerunt* F. 3. G. 2. O. *consuevere* F. 1. B. et omnes edd. vett. *consuevernnt* D. R. f. G. 1. (at syllaba *ve* ab eadem manu punctis est obliterata). *consuere* Venet. 2. et Vicent. *consuererunt*. *Insuperhabitis* G. 1. *rina* D. a m. p. *exurere* B. et omnes edd. vett. praeter Ald. et Iunt. 2.

gemiscere. Itaque mora distinctionis par est ostendere affectus. Ut his et aliis exemplis per admirationem et animi consternationem possit explicari, tamen quid quaeso de nostro loco fiet? Nonne hic apertissime ingemiscentis est puellae? Idem cadit in locum IX. p. 638.]

laqueus aut gladius aut certe praecipitium. [Senec. Controv. III. 16. *laqueus, gladius, praeceps locus.* Lucan. IX. 106 sq. *nunquam veniemus ad enses, aut laqueos aut praecipites per inania iactus.* Cort. ad Lucan. VIII. 654. Peerlk. ad Horat. Od. p. 352. et p. 507.]

quid malum fieret. Per exclamationem quasi interiectum esse *malum*, quum alii coniungant *quid malum* vel *malûm*, demonstrat Oud. ex Cic. pro Rosc. Com. cap. ultim. Gell. XII. 1. XIII. 12. XV. 31. coll. Elm. ad Met. X. p. 707. [qui tamen nihil affert. cf. Plaut. Amphit. I. 1. 250. II. 1. 57. 79. Epidic. V. 2. 45. Aul. III. 2. 15. Donat. ad Eun. IV. 7. 10: *Malum* per *παρένθεσιν suaviter* (quod forsitan in *graviter* emendandum est) *infertur. Et non interponitur malum, nisi oculis conversis ad eum, qui id quod reprehendimus dixerit. Malum nunc interiectio est.* Plura dabunt Intt. ad h. l. praeceteris Westerhov. Cort. ad Lucan. I. 626. Voss. Aristarch. T. III. p. 1011. Eckst. Fronto. Epist. ad Ver. I. p. 172. ed. Rom. *quod malum! foris quaerendum sibi sit*, de Nepot. amis. 218. *quae, malum! providentia tam inique prospicit.* Sic *flebile* Anthol. Lat. Tom. II. p. 125. Burm. interponitur, qui versus ita corrigendus est: *Plango vir et genitor (flebile) versa deo. Versa* enim est *eversa*, ut Senec. Agam. 190. Troad. 911. Eodem modo *infandum* Virg. Aen. I. 251. Georg. I. 479.]

pressae quietis. Pressae, quod Pricaeus male pro *prementis* capit, est *adstrictae, compressae* et sic *brevis*, ut passim *pressa oratio, vox, sermo.* cf. Intt. ad Vell. II. 129. [Plum. ad Pers. Sat. V. 108. p. 428. Spalding. ad Quint. IV. 2. §. 177.]

refricaret. Hanc optimorum codd. lectionem Oud. Mss. numerum secutus alteri *replicaret* postposuit, licet ipse *refricare memoriam, dolorem* al. dici pronuntiet, metaphora a diducta cicatrice sumta. [Cic. ad Att. XII. 18. §. 1. V. 15. §. 2. ad Fam. V. 17. §. 4. Ovid. Remed. Am. 729. Orell. ad Arnob. VII. 33. T. II. p. 438.]

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

Tali puella sermone deterrita manuque eius exosculata: Parce, inquit, mi parens, et durissimo casui meo pietatis humanae memor subsiste paululum. 293 Nec enim, ut reor, | aevo longiore maturatae tibi in ista sancta canitie miseratio prorsus exaruit. Specta denique scenam meae calamitatis. Speciosus adulescens inter suos principalis, quem filium publicum omnis sibi civitas cooptavit, meus alioquin consobrinus, tantulo triennio maior in aetate, qui mecum primis ab annis nutritus et adultus individuo contubernio domusculae immo

eius abest ab O. *deosculata* F. 1. Ceteri Codd. et edd. vett. omnes *exosculata*. *meror* pro *memor* G. 1. *enim* non comparet in *d*. *maturatae* G. 1. 2. D. P. O. f. et F. 3. (ex correctione.) Male Elm. eandem B. cod. lectionem esse pronuntiat, quum lectionis varietas, quae in marg. ed. Colv. adnotata est, non ad B. sed ad P. pertineat. Ceteri codd. et edd. Iunt. 1. et Ald. habent *maturae*. *scevam* G. 1. *sevam* O. a p. m. *meam* R. f. *captivitatis calamitatisque* β. *adolescens* G. 1. 2. D. *in suos* f. *principales* F. 3. G. 1. 2. D. P. *d*. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *coaptavit* G. 2. D. *d*. *coactavit* G. 1. *domusculae* omnes Mss. et edd. vett.

Cap. XXVI. *maturatae*. [Hanc scripturam contra Oud. retinui, quae mihi difficilior videatur esse pro librariorum captu, *maturatus* pro *maturus* poni nescientium. Ita sollicitari non debebat locus Lactant. Placid. Enarr. fab. VII. f. 2. p. 835. Stav.: *maturatum tempus existimans*. Nam quod *maturatum*, est *maturum*.]

quem filium publicum omnis sibi civitas cooptavit. Wow. coniecturam *quem filium publicum omne sibi cooptavit* quum Oud. refutaverit, observandum hic potius esse monet, *filium publicum* non modo dici eum, in quo omnem spem habeat civitas quique omnibus ita carus et amabilis sit, ut habeatur deliciae atque amor publicus et a cunctis perinde ac filius diligatur appelleturque coll. Cic. de Prov. Cons. c. 18. Suet. Calig. c. 22. Capitol. vit. Gord. c. 31. Arntz. ad Plin. Paneg. c. 26., sed etiam ut revera decreto senatus populique sit declaratus et habitus *Reip. filius*. cf. Cuper. in Epist. Crozian. p. 59. 78. 84. 156. 133. ad Inscriptt. Ancyr. apud Montf. Palaeogr. p. 160. et Murat. p. 163. 1. ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ Xenoph. Ephes. I. p. 13. ubi Abrocomas et Anthias vocantur *παῖδες κοινοὶ τῆς Ἐφέσου*.

domusculae. Offendunt interpretes in hac deminutivi formatione, *domuncula* Prisc. III. p. 128. auctore [cf. Voss. Arist. II. p. 698.] substituentes. Utraque tamen terminatio *domuncula* et *domuscula* analogiae quum omnino non respondeat, sed potius *domucula* vel *domicula* dicendum foret, non video cur *domuscula* reiicias, quod fortasse ex sono vocabuli *flosculus* et *lepusculus* Apul. conformavit. Ego certe mutare quidquam non ausus sum [quod idem placuit Wass. et Parrhas. Epist. XXXVII. p. 767. Tom. I. Fac. Crit.] At Oud. non videns, quomodo principum civitatis filiis accommodari possit *domuncula* vel *domuscula*, tenuissimis hominibus inhabitata, mavult hic legi *domicilii* vel aliam vocem, si qua litteris *domusculae* convenientior sit. [Hoc vero non ita me movet. Utitur enim Apuleius cum ceteris Afris deminutivis, ubi vix apud alios eorum usus probari possit propter ingenii quendam lusum, qualem equidem dico, ut ad taedium usque non raro inveniantur. Quae res alio loco accuratius demonstrabitur. Hic sufficiat monere, multa esse deminutiva, quae propria sua vi omnino privantur, ut *baculus, tabula* al., ut et *domuscula* non absurde de quavis domo dici possit. Quo accedit, quod hic iucunditate recordationis affecta virgo non inepte arctissimum et amicitiae et amoris et consuetudinis contubernium ita expressit.]

Digitized by Google

vero cubiculi torique sanctae caritatis affectione mutuo mihi pigneratus, votisque nuptialibus pacto iugali pridem destinatus, consensu parentum tabulis etiam maritus nuncupatus, ad nuptias officio frequenti cognatorum et | affinium stipatus, templis et aedibus publicis victimas immolabat. Domus tota lauris obsita, 294

karitatis δ. pro more suo cf. ad II. p. 95. et D. *effectione* G. 1. 2. P. D. O. *pigeratus* G. 2. (non *pigneratus* ut Oud. adnotat.) P. D. *pigetatus* G. 1. (male in Oud. excerptis invenitur *pigneratus*). *pigneratus* F. 3. *δ.* Ceteri codd. et omnes edd. vett. habent *pignoratus. utisque nupt.* Venet. 2. *peremptum* pro *parentum* G. 1. a m. p. *tabilis* G. 1. a m. p. *dabilis* miro errore O. *nuncupatur δ. officio frequenti cognatorum* desunt in O. a m. p. et G. 1. *affiniu* Iunt. 1. *stipata f.*, teste Rualdo, sed Oud. legit *stipatu*, quod idem extat in G. 1. R. f. O. a m. p. *δ.* In G. 2. et D. est *stupatu. initians immolabat* pro *victimas* G. 2. P. et D. a m. p. *laureis* G. 2. (nec *lauribus* c. excerptis Oud.) P. D. *lauribus* G. 1.

pacto iugali pridem destinatus. [*Destinare* idem esse, quod *despondere* in caussa nuptiarum, ubi pater se traditurum esse filiam promittit et vice versa condicionem a patre adolescentis accipit, explicat Taubm. ad Prolog. Rud. 43. hoc Apuleii loco et Plaut. Pers. IV. 4. 115. excitatis. Hic vero *destinatus* sua vi dictum est pro *addictus, assignatus pacto nuptiali*, ut hoc additamento idem sit, quod *desponsus:* Plauti autem locis pro *emere* dictum est de pretio, quanti sibi iuvenes puellas parabant. Melius ad suam sententiam firmandam Taubm. adhibere potuit Cic. Har. Resp. 3. *cui me praeripere desponsam iam et destinatam gloriam, valde est iniquum.*]

officio frequenti cognatorum. [cf. Cort. ad Lucan. II. 170. De voc. *officium* cf. Intt. ad Petron. c. 25. p. 120 Burm.]

templis et aedibus publicis victimas immolabat. Comparat Elm. de more veterum, ante nuptias concelebrandas sacrificandi: Ulpian. Tit. X. *farre conveniunt in manum, certis verbis et testibus decem praesentibus et solemni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.* Serv. ad Aen. III. 136. Tacit. Ann. XI. 27. Plaut. Aul. IV. 2. 5. Liban. in Moros. p. 327. γάμου καιρὸς ἦκεν cet.

domus lauris obsita etc. In cuiuslibet laetitia diei festi ianuas aedium ornabant veteres lauris et lucernis cf. Lips. Elect. I. 3. T. I. 638. ed. Voss. Colv. praeterea excitat Ambros. de Virg. II. p. 538. *Sic etiam virgo nostra debuit prius amore pio ludere, aurea tori caelestis fulcra morari, in ipso vestibulo nuptiarum, et postis frondium sertis cernere coronatos et chori strepentis interius haurire delicias.* Lucan. II. 354. ibique Intt. Tertull. de Coron. 13. p. 109. C. Rigalt. de Idol. c. 15. p. 94. B. *At nunc lucent tabernae et ianuae nostrae: plures iam invenies ethnicorum sine lucernis et laureis quam Christianorum. Ergo, inquit, honor dei est, lucerna pro foribus et laurus in postibus* etc. Ambros. Serm. XC. *reversa igitur ad palatium facit gaudium et patri suo Augusto et fratribus suis imperatoribus. Coronatur civitas tota, fit laetitia militantibus atque privatis*, quibus Elm. addit Tertull. Apolog. 35. p. 29. A. et C. Martin. Bracarens. in Excerpt. cap. Syno. Gr. c. 74. *non licet iniquas observationes agere diebus Calendarum et ociis vacare gentilibus, neque lauro aut viriditate arborum cingere domus.* [Plura dabunt de laureis et floribus, quibus ianuae coronabantur Sagittar. de Ian. Vet. c. 30. n. 16. 17. 25. in Graev. Thes. Antiq. Tom. VI. p. 514 sq. 518 sq. Brisson. de ritu nupt. in eiusd. T. VIII. p. 1040 sq. Intt. ad Iuven. VI. 51. 79. 227. XII. 91. 92. Wernsd. ad Rutil. Itin. I. 424. in Poet. Lat. Min. T. V. p. 152. Bach. ad Ovid. Met. IV. 760. De lucernis cf. Ferrar. de vett. lucern. sepulcr. in Graev. Thes. Antiqq. T. XII. p. 998. Sagittar. l. c. c. 32. p. 521 sqq. Brisson. p. 1035.]

lauris. [*Lauribus* formam, quae in uno cod. Guelf. 1. legitur, non spernerem, si plures libri addicerent, quum

Digitized by Google

taedis lucida constrepebat hymenaeum. Tunc me gremio suo mater infelix tolerans mundo nuptiali decenter ornabat, mellitisque saviis crebriter ingestis
295 iam *spes foetura* liberorum votis anxiis propagabat: cum | irruptionis subitae gla-

constrepebat. *Hymenaeam* G. 1. ut videatur esse nomen proprium, ad virginem capiam referendum. *Hymenaea* O. *hymenaeam* G. 1. (nec *hymenaea* ut in Oud. excerptis erat) cum glossa interlineari *maritain* (nec *maritatam.*) *matre infelix* Venet. 2. *manto* pro *mundo* O. a m. p. quod forsan pro *mantica*, *palla* sumtum ab hoc librario Oud. putat, sed minus argute. *modo d.* p. D. a m. s. Venet. 4. et Bas. 1. *sabiis* F. 3. G. 2. P. O. *d.* D. *suaviis* Venet. 2. Iunt. 1. Ald. de more cf. ad II. p. 113. Ceterae edd. et eodd. *saviis.* *crebriter* F. 1. 3. G. 1. B. D. O. cf. ad I. p. *spe futura* Omnes codd. et edd. *sepe futura* D. *voti anxiis* Venet. 4. *propagabit* G. 1. a m. p. *iruptidis* pro *iruptionis* G. 2. P. D.

quarta declinatione saepe *laurus* efferatur. Tum Apuleius in hac terminatione aliquid immutasse putandus esset, quia nec dativus nec ablativus huius vocis declinatione quarta potest, quantum scio, confirmari. Fere semper enim *laurus* vel *lauru* invenies. cf. Wagn. ad Virg. Ecl. VI. 83. Cort. ad Lucan. I. 48 287. Arntz. ad Plin. Panegyr. c. 14. p. 75. Disertis enim verbis Serv. ad Virg. Aen. X. 689. adversatur: *Nam unum nomen est de his, quae duplicem habet declinationem, tamen aliquibus eorum casibus propter asperitatem non utimur, ut lauri* et *lauribus cum et huius laurus et ab hac lauro dicamus* (ubi legendum est *ab hac lauru* cum aliis. cf. Charis. I. p. 110. Putsch.) Eckst. ad Voss. Arist, T. II. p. 660.]

constrepebat hymenaeum. [cf. quae fusius exponit Ferrar. de vett. Acclamat. et Plausu VII. c. 14 sqq. in Graev. Thes. Antiqq. T. VI. p. 180 sqq.]

mundo nuptiali decenter ornabat. [Non tanti est Oxon. cod. lectio *manto*, quae accuratius refutetur. Si quid est, tantum de *supparo* potest intelligi. Ceterum de mundo nuptiali cf. Lucan. II. 358 sqq. ibique Intt.]

spes foetura liberorum votis anxiis propagabat. Varie hunc locum viri docti tentarunt: Pricaeus coniecit *spem futuram;* Oud., qui nomen substantivum e *propagabat* aptum requirebat, *foeturam liberorum* i. e. *subolem γόνῃν* emendavit; coll. Suet. Aug. c. 23. *propagavit imperium.* Hanc tamen coniecturam postea ipse reiicit, quod duo ablativi asyndeti *spe*, *votis* unum fere idemque significantes tali significatu haud comprobentur, unde non minus displiceat viri docti coniectura ad marg. Ed. Iunt. 2. *iam se spe futura.* Hinc commotus Oud. emendat *iam se spe futura liber.* de duplici ablat. conferens Lucan. II. 213. Burm. ad Calp. Ecl. I. 56. dictat. ad Suet. Tib. c. 62., ut de avia dictum sit, quae in nepotibus ipsa rursus vivat et perpetuetur. Sed id melius de filiis poni constat, qui parentibus quasi stirpes sunt familiae. Ego potius conlecerim *iam spes foetura liberorum votis anxiis propagabat* i. e. meas spes, quas de nuptiarum felicitate conceperam, eo adaugebat mater, quod me matrem fore anxiis votis volebat. Sed cum Oud. in *spe futura liberorum*, quae verba nihili esse putat, equidem non offendo apud Apuleium, quum *spes* saepius de liberis dicatur. Gron. Observ. III. 23. p. 319. Reitz. ad Lucian. Tyran. Vol. IV. p. 601. Bipont. *spes futura liberorum* est *spes futurorum liberorum*, ut non raro ita Apuleius loquitur. Sed ita *propagare* non habet, qui explicari possit. Aliter Oud. emendat *se per foeturam.* Maxime autem proprie hic *votis* usus est auctor, quoniam ab hoc parentum affectu ipsi liberi *vota* vocantur, id quod Oud. iam adnotavit coll. Gron. Obs. III. c. 13. Intt. ad Petron. 140. cui addere licet Ruhnk. Dict. Heroid. p. 119. Sic *vota* in universum de rebus vel hominibus, qui votis expetuntur. cf. Bach. ad Ovid. Met. VI. 513. ut de *nuptiis* cf. Met. IV. p. 293. *votis nuptialibus pacto iugali destinatus* Florid. p. 18. *togam parari voto et funeri.*]

diatorum impetus ad belli faciem saeviens nudis et infertis mucronibus coruscans non caedi, non rapinae manus afferunt, sed denso conglobatoque cuneo cubiculum nostrum invadunt protinus. Nec ullo de familiaribus nostris repugnante ac ne tantillum quidem resistente, miseram, exanimem saevo pavore, trepido de medio matris gremio rapuere. Sic adinstar *Athracidis* vel | Protesilai dispestae disturbataeque nuptiae. 296

facium Venet. 2. *nudis* abest a p. *infertis* F. 1. 3. φ. Iunt. 2. *incertis* O. π. Vic. Iunt. 1. Ald. Venet. 2. Basil. *inferis* p. *insertis* G. 1. 2. P. D. R. f. et ceterae edd. vett. *coruscant* Venet. 2. *affixit* pro *afferunt* G. 1. 2. D. P. φ. *affixit* f. *adfinxit* O. *ad ferrum* p. *dempso* G. 1. *conglobato* omissa particula p. δ. *conglobatuque* G. 1. O. *cinco* G. 2, D. a m. ϐ. *nec tant.* G. 1. a m. s. *tecto* G. 1. *trepido* omnes Mss. et edd. vett. legunt. *trepidam* O. *trepidum* B. *trepidae* inde a Wow. in nonnullas edd. irrepsit. *uno* pro *medio* D. a m. p. *matri* G. 2. P. *sapuere* D. a m. p. *ad instar* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. O. B. R. p. δ. Iunt. 2. Ceteri codd. et edd. vett. *sic instar*. *Attidis* F. 1. 3. ed. pr. *Atthidis* O. p. *Atridis* G. 2. D. P. φ. *Athridis* G. 1. f. R. *Agidis* B. *Paridis* δ. *Artidis* Venet. 2. *Athracis* Venet. 4. Bas. 1. *Arthacis* Paris. *Athracidis* Ald. et Iunt. 1. 2. *Protesitai* F. 1. 3. G. 1. P. R. f. δ. (in quo a m. s. *protesilae*) B. ed. pr. Venet. 2. 4. Paris. *prote filai* G. 2. D. *Pirithoi* ceteri codd. et edd. habent. *vel Pirithoi vel Protesilai* Basil. 2. Colv. Vulcan. Merc. Wow. et Pric. *dispectae*. Ego in omnibus Mss., quos conferri licuit, inveni. In edd. vett. *despectae*, quod in plerisque Codd. legi, male pronuntiat Oud. *dispestae* extat in uno B.

infertis. [Haec Florentt. codd. lectio unice comprobatur, quum alii aliter hunc locum constituant: Stewech. coniecit *incertis* Beroald. *insertis*, Wow. et Pric. *infestis*, Modius *insectis*; Oud. Beroaldi coniecturam secutus *inserere nudos gladios* recte dici explicat eos, qui impetum in turbam factum, dissipent proiectu gladiorum, vel ianuae apertae iam importent gladios. Sed impetum quis dissipaverat et quorum? Nullus enim de familiaribus repugnat, ut seqq. docent, rei stupore captis omnibus. *Infertus* vero est *densis mucronibus, in unam congeriem cumulatis,* (ut in sqq. dicit *denso conglobatoque cuneo*) et anxietatem exprimit puellae, quae latrones cubiculum ingressos adspiciens, nihil nisi gladios viderat. Ab *infercio* enim fit *infersus* et *infertus.* Plura de his compositis dicam ad Met. VIII. p. 551. *inter conferta iumenta.* Praetulisse enim videtur Apuleius formam *infertus.* Ita Tertull. advers. Marc. III. 10. p. 402. D. Rigalt. *infersam stercoribus* dixit. Minus arridet coniectura *infestis*, quae vestigiis Mss. longe est proxima. Alibi cogitavit Oud. *confertis* vel in *nudis* et *in rectis mucronibus coruscans*, ut *in mucronibus coruscare* dicantur gladiatores gladios exertos vibrantes, ut *in armis, in gladiis esse*; quae tamen conferri non possunt. cf. ad Met. XI. p. 736.]

trepido. [Hunc locum quum interpretes non intelligerent, contra omnes codd. emendarunt, ut a Wower. inde glossema cod. O *trepidum* vel *trepidae* editiones occupaverit. Ego *trepido* restituens ita locum velim interpungi, *exanimem saevo pavore, trepido de matris gremio.* Quominus enim *saevo pavore trepidam* coniungantur, obstat sententiarum connexio, quum quae iam *exanimis* est puella, deinde *trepida pavore* dici nequeat. *Exanimare* enim vero ut *enecare* de omnibus commotionibus Romani dicunt, quibus animus ita perturbatur, ut de sede sua quasi deiiciatur cf. Schmidt. ad Horat. Epist. II. 1. 178. Non solum filiam sed matrem quoque tam repentino impetu confusam fuisse consentaneum est, ut trepida et mentis impos filia ex trepido matris gremio raperetur.]

Athracidis vel Protesilai. Quamquam optimi codd. *Attidis* vel *Atthidis* praebent, hanc tamen Beroaldi emendationem in textum recipere non dubitavi, quia, quidquid ipse legendo comperi vel ab aliis explorando cognovi, nullum nomen inveniri potest, quod nostro loco sit aptius. *Athracis* enim apud Ovid. Heroid. XVII. 240. Amor. I. 4. 8. filia Athracis Hippodamia nominatur, cuius cum *Pirithoo* nuptiae per feras Lapitharum et Centaurorum rixas et modo nuptae rapinam omnium

Digitized by Google

CAPUT XXVII.

Sed ecce saevissimo somnio mihi nunc etiam redintegratur immo vero cumulatur infortunium meum. Nam visa sum mihi de domo, de thalamo, de
297 cubiculo, de toro denique ipso violenter extracta per solitudines | avias infortunatissimi mariti nomen invocare; eumque ut primum meis amplexibus viduatus est, adhuc unguentis madidum, coronis floridum consequi vestigio me pe-

ecce abest in sola ed. Vulc. 2. *saevissimo somnio* legitur in omnibus Codd. quos ego et Oud. vidimus praeter B., qui cum omnibus edd. vett. habet *saevissimum omnium nunc*, pro quo Bas. 2. exhibet *suavissimum*. *mihi* adesse testatur Oud. in f. R. P. nec in ceteris omitti existimaverim. Certe in F. 3. G. 1. 2. et D. legitur. *mihi visa sum d. visa mihi sum* p. *thalamo* D. *eumque ut* G. 1. 2. D. P. *primis ampl.* G. 1. 0. *a meis d. est* post *viduatus* desideratur in R. f. *vestigis d.*

sunt famosissimae, vide quae dixi ad p. 253. Nomen *Athracis* librariis plane ignotum facillime corrumpi poterat. At maior est difficultas, quae in voce *Protesilai* latet. Ferri enim non potest Beroaldi emendatio *Pirithoi*, quae non solum per Mss. scripturam improbatur sed etiam propter particulam *vel* defendi nequit, qua quidem novum exemplum addi indicatur. Frustra tamen adhuc locum quaesivi, unde nuptias eius disiectas et turbatas esse demonstrarem. Propter summum tantum amorem, quo Protesilaus et Laodamia flagrabant, noti sunt antiquis, et nisi de simulacro Protesilai aeneo intelligi velis, quocum nuptias quasi fecerat Laodamia, quoque abrepto illa mortem sibi dedit cf. Hygin. fab. CIV. nescio quomodo te expedias. Oud. non persuadet dicens, errasse Apuleium memoriae vel calami properantis vitio, ut *Protesilaum* pro *Pirithoum* poneret: quod fieri non potuit. Alium quendam in mente habere potuit auctor, quem in *Protesilai* vicem ponere volebat, a quibus memoriae vitiis Apuleium defendere nolo; cf. quae dixi ad Met. I. p. 13.]

dispestae. [Male Lipsius coniecit *disiectae*, Gulielm. *dispectae*, quasi a *dispecisci* sive pactum convellere, quae eadem est Schikeradii et Groslot. coniectura. Optima est lectio *dispestae*, quae levi tantum litterarum mutatione efficitur, et *separatae*, *disiunctae*, *dissectae* significat a *dispesco* cf. Fest. s. v. p. 55. Lindem. Apul. Florid. II. p. 49. et de D. Socr. p. 127, ubi plura cf. *Dispectae* etiam comprobat. Barth. Advers. XXXV. 14. p. 1611.]

Cap. XXVII. *saevissimo somnio.* [Hic locus argumento est, quantopere hallucinati sint saepius interpretes in Apuleio emendando. Qui quum optime se habeat, vett. edd. praebent e cod. B. *saevissimum omnium*, quod pro more suo Colv. correxit in *scaevissimum*. Oud. probam lectionem secutus, coniectat legendum esse *scaevissime omine iam* sine ulla caussa. Neque *saevissimo* mutari licet in *scaevissimo*, quod seqq. apertissime declarant. *Saeva* enim somnia sunt, quae res terribiles indicant; cf. Met. II. p. 55.]

coronis floridum. Colv. comparat de hoc more sponsorum, coronis se revinciendi Tertull. de Coron. c. 13. p. 109. B. Rigalt. ibique Intt. Plaut. Casin. IV. 2. 17. 18. Sidon. Epist. I. 5. fin. *iam quidem virgo tradita est, iam corona sponsus honoratur.* Eodem modo etiam sponsam fuisse coronatam, idem demonstrat Colv. ex Fest. s. v. *corolla* p. 48. Lindem. Ambros. de Virg. I.: *Non intorto crine caput compta sed Christo, non floscutis caput redimita sed moribus.* Hermenopul. Lib. IV. Tit. IV. de nuptiis: *μηδεὶς μυστικῶς στεφανούσθω, ἀλλὰ παρόντων πλειόνων*, quod Colv. ad eundem morem refert. His addit Elmenh. Liban. Declam. 8. fest. 327. Decl. 39. f. 830. *ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὐχ ὑπῆρξε, δὸς ἡμῖν, ὦ πάτερ, χάριν μετρίαν. . . . . μηδὲ στεφανώσῃς μηδὲ προσείπῃς αὐθις νυμφίον* Oppian. Cyneg. IV. 337. [Bris-

Digitized by Google

dibus fugientem alienis. Utque clamore percito formosae raptum uxoris conquerens populi | testatur auxilium, quidam de latronibus importunae persecutionis indignatione permotus, saxo grandi pro pedibus arrepto misellum iuvenem marítum meum percussum interemit. Talis adspectus atrocitate perterrita, somno funesto pavens excussa sum. Tunc fletibus eius adsuspirans anus sic incipit: Bono animo esto, mi herilis, nec vanis somniorum figmentis terreare. Nam praeter quod diurnae | quietis imagines falsae perhibentur, tam etiam nocturnae visiones contrarios eventus nonnunquam pronuntiant. Denique flere et vapulare et nonnunquam iugulari lucrosum prosperumque proventum nuntiant: contra ridere et mellitis dulciolis ventrem saginare vel in voluptatem ve- [155] 298

alievi' G. 1. a p. m. *partito clamore δ.* p. *conquirens* Venet. 2. Iunt. 1. *praepedibus.* Incert. cod. teste Oud. *propedibus* uno tenore conscriptum Venet. 2. 4. Iunt. 1. Ald. *arrepto* G. 1. 2. D. B. *arreptum* P. *abrepto* F. 1. 3. *δ.* R. edd. vett. *abiecto π. et vel* pro *talis* p. (fortasse scriptum *tl'* i. e. *talis*, quod facile commutari poterat, quum *vel* in codd. notetur compendio *l'*). *proterrita* G. 2. *funestro* Venet. 1. *somno facies id pavens π. flectibus eius* G. 1. *fletiẽus* Venet. 4. *me herilis f. mi hercules* ed. pr. Vicent. Venet. 2. marg. Bas. 1. *me hercules* Iunt. 1. Venet. 4. et Paris. *mea herilis* Ald. Bas. 1. B. *terreatis* G. 1. O. *divinae* pro *diurnae* G. 1. O. a m. p. *diuturnae* G. 2. D. *tunc etiam* F. 3. G. 1. 2. D. *δ.* Verba a *denique — nuntiant* desunt in f. *nonnunquam* delet V. D. ad oram ed. Colv. itemque Salmasius. *pronuntiant* in omnibus quos ego contuli libris et edd. vett. reperitur praeter G. 1., qui *praenuntiant* legit. *proventum* exulat male a R. et Boxhorn. ad Suet. Iul. c. 7. conicit *proventurum* cf. ad V. p. 326. *contra circa* Venet. 2. *videre* pro *ridere* Vicent. marg. Bas. 1. *redire* G. 2. D. a p. m. *idem δ. et mellitus dulciolis* ed. pr. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *melliciisque dulciolis* B. *et mellitiis dulciolis* p. Vicent. *in* quod antè *vaupt.* in G. 1. 2. deesse dicit Oud., ibi aperte legitur,

son. de ritu Nupt. l. c. p. 1027. et F. 1031. C.]

alienis pedibus. [Bourdelot. ad Petron. c. 89. p. 562. ubi legitur: *spirata alieno metu*, comparat Cassiodor. VI. ep. 29. et hunc locum, ut demonstret *alienus* hic pro genitivo *alieni* positum esse. Fere idem dicit Plin. H. N. XXIX. 1. 8. *alienis pedibus ambulamus* cett.]

mi herilis. Stewech. vulgatam *me hercules* eo nomine damnat, quod feminae non iuraverint per *Herculem*, a cuius sacris mulieres abstinuerint, teste Gell. XI. 6., de quo tamen iam actum est ad Met. II. p. 154. Sed optima est lectio *mi herilis*, ut *mi* dictum sit ex more Apuleii pro *mea* [cf. Taubm. ad Plaut. Menaech. IV. 2. 62. Apul. Met. IV. p. 292. *mi parens.* VIII. p. 530. *mi coniux* V. p. 351. *mi soror* cf. quae fusius disputat Voss. de Analog. IV. 8. Tom. II. p. 936 sq. Eckst. qui in adnotat. plures interp. enumerat. Burm. ad Petron. c. 116. p. 697.] Nec minus improbanda est Stewech. coniectura *bono animo es*, quod fere semper interpretes Apuleii emendare volunt, ubi *esto* legitur. Met. II. p. 114. idem legitur.

flere et vapulare. Non inepta est veterum opinio, contraria a somniis hominibus portendi, ut laetitia dolorem, quicquid bonum malum indicet. Elm. comparat Artemid. II. c. 15. *δακρύειν καὶ ὀδυνᾶσθαι καὶ ἐπὶ νεκρῷ καὶ ἐπὶ ἄλλῳ τινὶ καὶ αὐτὸ τὸ λυπεῖσθαι χάραν ἐπί τινι καὶ ἡδονὴν ἐπὶ κατορθώματι προαγορεύς ὀρθῶς καὶ κατὰ λόγον.* Auson. Ephem. de Somn. p. 61. ed. Mannh. *Sunt et quà fletus et gaudia controversa Coniectent: varioque trahant eventa relatu.* Auct. Queroli: *Talia egomet etiam manifesto malo quam tua somnia. Funus ad laetitiam spectat, lacrimae ad risum pertinent et mortuum nos ferebamus: manifestum est gaudium.* [cf. Cort. ad Lucan. VII. 21. De somniorum veritate et inconstantia cf. Cic. Acad. II. 15 sqq. ibique Intt.]

dulciolis. [*Dulcia* sunt genera pistorii operis a sapore dicta, quod melli condiebantur. cf. Gloss. Gr. Lat. p. 417. *γλυκεοπράτης dulciarius γλυκεοπράτιον dulciarium* et p. 580. *πλακουντάριος placentarius dulciarius.* Isid. Orig. XX. 2. 18. Barth. Advers. XXXV. 14. Buleng. de Conviv. II. c. 39. in Graev.

290 neream conuenire tristitiae animi, | languoris corporis damnique ceteri anxiatum

nec minus in utroque legitur *convenire*, quum Oud. *coire* ibi esse testetur. Deceptus enim est librarius compendio ⁊re quod in G. 1. legitur, i. e. *convenire*. *veneram* G. 2. *veneriam* Venet. 2. 4. Iunt. 1. Ald. *tristitia* f. *tristitiae* Iunt. 2. *tristis* G. 1. In cett. omnibus *tristitie*. *cum* pro *animi* solita aberratione, compendio *aĩ* orta R. f. *d*. neque vero, ut Oud. excerpta praebent G. 1. *languori* g. *langori* F. 3. G. 1. 2. D. O. P. *d*. et edd. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. Ceteri codd. et edd. habent *langore*. *damnique ceteris* F. 3. G. 1. 2. B. D. a m. p. ed. pr. Venet. 2. In cett. *damnis*. *ceteris anxiatum* F. 3. B. Iunt. 1. 2. Ald. *vel anxiatum* G. 1. 2. P. O. R. *d*. Venet. 4. Paris. *vel anxiatum* D. *vexatum* P. *vel axata* p. *vel axatum* ed. pr. *caeterisve*. *Laxatum* Venet. 2. *delassatum* F. 1.

Thes. Antiq. XII. p. 138. Cael. Rhodig. Antiq. Lect. III. c. 10. Hannek. de Cura dom. Rom. diss. II. c. 1. in Salleng. Nov. Thes. Antiqq. Rom. T. I. p. 1265. Male igitur emendat Stewech. *eduliis*.

convenire. [Proprium est hoc vocabulum Veneris colluctationibus cf. Stewech. ad Arnob. V. p. 116. ed. Lugd. Plin. XI. 24. 29. *aranei conveniunt clunibus*. Burm. ad Ovid. Met. I. 41.]

tristitiae animi, languoris corporis, damnique ceteri anxiatum iri. Hunc locum a nullo interprete adhuc intellectum a me ita sanatum esse existimo. Vocabulum *anxiatum* quum librarii et editores non caperent, in diversa mutabant, ut Lipsius in *delassatum*, quod postea a Vulcan. receptum negligentia Lindenbrog. sine dubio non correctum est in coll. F. 1.; Beroald. in *vexatum* Colv. in *divexatum* ex Plaut. Pers. V. 4. 2. Oud. *vel auctum iri*, ut *moerore* et *damno augeri* apud Plaut. Stich. I. 54. Terent. Heautont. IV. 1. 13. [Ita e Ms. Lactant. Placiad. Narrat. fab. XIII. 2. p. 872. legendum est *consilia sua quibus communem rempublicam iuvisset, ducis quoque adauxisset* Rupert. ad Tac. Ann. I. 3. 9. Omnium optime emendat Stewech. *lanciniatum*: de quo voc. dicam ad Met. VIII. p. 519. Sed offendere non debebat Oud. in voce *anxiare*, quae ab Apuleio primum usurpata ad posteriorem deinde aetatem profluxisse videtur, ut aperte legitur apud Petrum Blesensem sec. 12. in Epist. XIV. *anxiabar ad mortem*. *Anxio* enim ex analogia verborum *laxo* a *laxus*, *humilio* ab *humilis*, *levio* a *levis* cf. ad Met. IV. p. 235. dictum, proprie significat *anxium aliquem reddere* et *sollicitum*, quum *anxius* idem sit, quod *sollicitus* cf. Papiae Gloss. *anxius: tristis sollicitus*, Genitivum ex Mss. optimorum vestigiis, qui fere omnes *langori damnique ceteris* habent, et Iunt. 2., quae *tristitiae* aperte praebet, emendavi. Ut enim Oud. Met. I. 623. *anxium furti* eum nominat qui *sollicitus* est, ne furtum fiat, ne furti detrimentum faciat, ita *anxiari tristitiae, languoris et damnorum* nominari potest is, qui cavet et sollicitus est, ne ea oboriantur. Sic omnia bene procedunt. *Languori* pro *languoris* propter sequentem litteram *c* facile poterat corrumpi, de *ceterus* iam dictum est ad Met. IV. p. 261. Ita intelligi potest, omnes cett. librorum scripturas fere nil nisi glossas esse vocabuli *anxiari*. De significatione vocis etiam conferri potest locus Front. Epist. ad M. Caesar. III. 15. p. 79. ed. Rom., qui satis est mutilatus: .... *molliantur atque ita efficacius sine ulla ad animos offensione audientium penetrent. Haec sunt profecto, quae tu putas obliqua et insincera et anxia et verae amicitiae minime accommodata*. Hic primum *anxia*, quod nonnulli reiiciunt, retinendum est. Est enim *oratio anxia, molesta* et *difficilis* ut Gell. XV. 7. §. 3. dicit: *ducereturque elegantia orationis neque morosa neque anxia sed facili hercle et simplici*. Deinde pro *amicitiae* cum de sermonis fuco in seqq. agatur, *verae mundicitiae* legendum est. cf. Gell. X. 3. §. 4. *Brevitas sane et venustas et mundities orationis est* cf. Schmidt. ad Horat. Epist. II. 1. 158.]

iri praedicant. Sed ego te *enarrationibus* lepidis anilibusque fabulis protinus avocabo. Et incipit:

FABULA DE PSYCHE ET CUPIDINE.

CAPUT XXVIII.

Erant in quadam civitate rex et regina. Hi tres numero filias forma con- 300
spicuas habuere. Sed maiores quidem natu quamvis gratissima specie, idonee tamen celebrari posse laudibus humanis credebantur, at vero puellae iunioris

praedicant F. 1. 3. G. 1. B. et omnes edd. vett. *praedicabant* G. 2. P. D. *praedicabunt* R. f. *praedicunt* δ. p. *te rationibus* G. 1. p. *et rationibus* G. 2. P. D. O. R. f. *et rationibus* F. 3. (ubi asteriscus est, ibi apparet esse correctionem.) Oud. coniecit *enarrationibus*. *advocabo* G. 1. 2. P. D. O. δ. cf. ad Met. I. p. 65. *evocabo* B. et edd. vett. praeter Iunt. 2., quae habet *avocabo*. *et incipit* absunt a δ.

erat G. 1. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *erat ēt quad* P. *quadam* exulat a p. *conspicua* G. 1. (non G. 2., ut Oud. adnotat.) *habuere forma conspicua* G. 2. D. *quam ut grat.* D. *spe* D. a. m. p. (quae lectio ex compendio *spē* nata est.) *idonee* F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. R. P. f. δ. *idoneae: tamen* B. et edd. vett. *inidonee* Vulc. et Elm. *inidoneae* Scriv. (quod intelligi non potest, nisi *in* syllabam esse intensivam neque negativam mecum statueris cf. ad Met. I. p. 56. *credebatur* P. *credebā* D. *minoris* P. ed. pr. et Iunt. 2. Ceteri codd. et edd. vett. praebent *iunioris*.

praedicant. Non assentior Oud., qui hoc loco *praedicunt*, quod paucissimi codd. habent, praefert, quia *praedicere* ipsa ostenta et somnia dicantur coll. Dr. ad Liv. XXXV. 39. §. 7. Bene defendi potest *praedicant* id est enunciant vel pronuntiant et palam faciunt. Quo accedit, quod Afris non tantum fuisse videtur utriusque vocabuli discrimen, ut alterum pro altero ponerent. Aperte enim Tertull. Apolog. 18. p. 17. C. Rigalt. dicit: *Quos diximus praedicatores, prophetae de officio praefandi vocantur* advers. Iud. c. 3. p. 186. B. *sicut Esaias praedicavit dicens, quod in novissimis diebus manifestus futurus esset mons.*]

enarrationibus. Ita cum Oud. e Mss. lectione: *et rationibus* emendans, in textum recepi. Eadem sententia dixit Quint. I. 8. 18., cuius hoc vocabulum videtur esse proprium: *His accedet enarratio historiarum et saepius.*

Fabula de Psyche et Cupidine.

Cap. XXVIII. *Erant.* [Fulgentius Mythol. III. 6. fere iisdem verbis sed in epitomen redactis hanc fabulam enarrat, statim incipiens: *Apuleius in libris Metamorphoseon hanc fabulam planissime designavit dicens esse in quadam civitate regem et reginam, habere tres filias, duas natu maiores esse temperata specie.* Lindenbrog. ad h. l. adnotat: *Hoc commune exordium fabularum fere omnium* [ut nostrae quoque fabulae ita incipiunt. Sed cum Oud. non comprobem librarium cod. Reg. et alium incertum virum in ora Ed. Vicent, qui hic librum quintum incipiunt, quod Fulgentii verba p. 718. *sed quia haec saturantius Apuleius, pene duorum librorum continentia tantam falsitatem congeriem enarravit* non ad certum librorum ordinem, sed ad spatium videntur esse referenda duorum librorum, quibus haec fabula continebatur.]

iunioris. Hanc ex omnibus libris recepi lectionem, quam Orellium in ed. sua iam restaurasse vides. Idem Fulg. Mythol. dicit: *iuniorem vero.* Saepissime has voces confundi docet Oud. ex Heroid. V. 101. Fabr. Inscr. p. 371. Dr. ad Liv. VI. 27. et 34. dictat. ad Suet. Calig. c. 1. alibi.

Digitized by Google

tam praecipua, tam praeclara pulcritudo nec exprimi ac ne sufficienter quidem laudari sermonis humani penuria poterat. Multi denique civium et advenae copiosi, quos eximii spectaculi rumor studiosa celebritate congregabat, inaccessae formositatis admiratione stupidi, et admoventes oribus suis dexteram, primore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam prorsas deam Ve-
301 nerem religiosis adorationibus venerabantur. | Iamque proximas civitates et attiguas regiones fama pervaserat, deam, quam caerulum profundum pelagi peperit et ros spumantium fluctuum educavit, iam numinis sui passim tributa venia in mediis conversari populi coetibus, vel certe rursum novo coelestium stel-

tam praecipua negligentia' formitan typothetarum in ed. Floridi omissa sunt. *pleclara* D. *nec suffic.* Bas. 1. *spectabili* O. G. 1. a p. m. *admonentes* G. 2. *dextera* G. 2 P. D. *dextras* in notis Elm. falso excitatum est, typothetarum sine dubio errore. *priore* F. 3. G. 1. 2. R. f. O. P. D. et edd. vett. *primore* F. 1. B. M. β. p. cf. ad Met. II. p. 93. *in* ante *erectum* desideratur in G. 2. D. *residentem* F. 3. *ipsum* non comparet in D. *crederent* pro *venerabantur* G. 1. 2. R. f. et F. 3. (sed ex additamento posteriori). *crederentur* O. π. *iam* δ. omissa *que* particula. *contiguas* B. *actiguas* G. 1. *coeruleum* δ. sed cf. ad Met. D. p. 109. *summantium* G. 2. P. D. *educavit. Iam* G. 1. *et in mediis* δ. *certibus* Bas. 1. *nova* F. 1. *sperarum stellarum* quod ex B. enotavit Oud. ibi non legitur, sed aperte *spherarum*, quae eadem est Oud. coniectura.

nec exprimi cett. [De sententia cf. Intt. ad Petron. c. 126. p. 779. Apul. Met. XI. p. 756. et p. 808., ubi plura proferam].

et admoventes oribus suis. Hic prorsus est adorantium gestus, quem Elm. iam illustravit ex Lucian. de saltat. 17. p. 278. ὅπου καὶ Ἰνδοὶ ἐπειδὰν ἕωθεν ἀναστάντες προσεύχωνται τὸν Ἥλιον οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς τὴν χεῖρα κύσαντες ἡγούμεθα ἐντελῆ ἡμῶν εἶναι τὴν εὐχήν. Heliod. IX. p. 433. Hesych. s. v. Ἀντίχειρες. Praeterea cf. Heumann. in Miscell. Nov. Lips. Vol. VI. p. 483. [Saepius de eo more egerunt interpretes, inter quos potissimum conferantur Hotmann. de veteri ritu nuptiar. c. XI. in Graev. Thes. Antiqq. T. VIII. p. 1119 sq. Tomasin. de donar. vett. c. V. ibid. T. XII. p. 775. Brouer. de vett. et recentt. adorationibus in Polen. Supplem. Thes. Antiqq. T. II. p. 1022. Lips. Elect. II. 6. T. I. p. 774. ed. Vesal. Intt. ad Minuc. Fel. II. §. 5. Barth. Advers. XXXII. 13. p. 1487. Salm. ad Vopisc. Prob. c. 23. Tom. II. p. 686 sq. Rupert. ad Iuven. Sat. IV. 118. T. II. p. 195. adn. Böttig. Sabin. T. II. p. 51. ed. nov. Apul. Apol. p. 519. Ex his apparet legendum esse *primore digito.*]

primore digito. Sunt multi interpretes, qui primorem digitum secundum esse a pollice i. e. *indicem* intelligunt, cum de quolibet alio etiam dictum videri possit, et de summo tantum digito et de eius extremitate capiendum sit. [cf. Plaut. Poen. III. 1. 63. ibiq. Taubm. p. 1069. Bacch. IV. 3. 39. ut *primoribus labris* Trin. IV. 2. 65. Echterm. in dissert.: *Proben aus e. Abh. über Namen u. symbol. Bedeut. d. Finger b. d. Gr. u. Röm.* p. 21. Apul. Met. X. p. 710.]

venerabantur. [*Crederent*, quod in nonnullis codd. legitur, ex glossa interpretor vocis *venerabantur*, quum librarii non intelligentes, *ut* esse particulam comparationis, coniunctivum substituerent. Aliter quidem res non potest diiudicari. Fortasse docti emendatio est librarii, qui Fulgent. verba cognoverat: *iuniorem esse tam magnificae figurae, ut crederetur Venus esse terrestris.*]

stellarum. Sphaerarum, quod in B. cod. legitur, Oud. pro vera lectione habet, cuius glossema sit *stellarum. Globum* enim s. σφαῖραν non solum dici solem Pomp. Mel. I. 18. Sil. I. 258. Harpocrat. s. v. Ἀναξαγόρας, sed et quamvis stellam. coll. P. Burm. ad Val. Flacc. V. 46. Quo accedere, quod Apuleius ipsas graecas voces efferre amet: ut Met. XI. p. 772. *veste cataclista* de D. Socr. p. 679. *ad citimam Lunae helicem* coll. T. Sellii Observ. c. 15. [Hoc idem observavit Munk. in Hygin. fab.

Digitized by Google

larum germine non maria sed terras Venerem aliam virginali flore praeditam pullulasse.

CAPUT XXIX.

Sic in immensum procedit in dies opinio: sic insulas iam proximas et terrae plusculum provinciasque plurimas fama porrecta pervagatur. | Iam multi 302
mortalium longis itineribus atque altissimis maris meatibus ad seculi specimen gloriosum confluebant. Paphon nemo, Cnidon nemo ac ne ipsa quidem Cythera

aliam Venerem f. proditam δ.

in immensum F. B. G. 1. 2. D. P. O. *f.* Ceteri codd. et edd. habent *immensum* omissa praepositione. *oppinio* G. 1. 2. D. *in insulas δ. proirecta* B. *porrepta* D. *Paphon* F. 3. G. 1. P. O. *δ.* et edd. vett. *Phaphon* G. 2. D. *Paphum* F. 1. B. *Paphum nemo* exulant in R. *f.* p. *Cnidon* F. 3. P. *δ.* O. ed. pr. Iunt. 1. 2. *Gnydon* Ven. 2. 4. Par. *Cnidum* F. 1. B. *Cydon* p. *Cidon* G. 1. ut videtur a m. s. *cui don* G. 2. D. a m. p. et a m. s. *gni don. at ne ipsa* ed. pr. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *ipsa sacra quidem δ.* ed. pr. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *quidam* ed. Bas. 2. *Cytherea δ.* O. *citera* G. 1. *cithera* Venet. 4. Paris. *cithara* G. 1. (neque *citiara*, ut Oud. excitat) B. Iunt. 1. 2. Venet. 2. Ald. ed. pr.

LXXXI. p. 157. Sed a communi lectione recedere equidem propter codd. auctoritatem nolui.]

Venerem aliam. Elm. comparat Rufin. in Anthol. VII. epigr. 125. *κάλλος ἔχεις Κύπριδος* Oud. Charit. I. 1. p. 2. ed. Lips. *ἦν γὰρ τὸ κάλλος οὐκ ἀνθρώπινον ἀλλὰ θεῖον, οὐδὲ Νηρεΐδος ἢ νύμφης τῶν ὀρειῶν ἀλλ' αὐτῆς Ἀφροδίτης παρθένου φήμη δὲ τοῦ παραδόξου θεάματος πανταχοῦ διέρρεε*, cfl ad h. l. d'Orvill. p. 205. ed. Lips.

pullulasse. [De constructione cf. Munk. ad Fulg. Mythol. I. 12. p. 639. Stav. Buen. ad Lact. IV. 12. §. 9. p. 465.]

CAP. XXIX. *in immensum.* Hic unus locus argumento esse potest, quanti Oud. librorum auctoritatem fecerit. Quum enim ipse intelligens, *in immensum* posse comprobari, aliquot Apuleii exempla afferat Met. X. p. 704. de Dogm. Plat. II. p. 260., ubi item variant codd. coll. Buenem. ad Lact. VII. 16. Dr. ad Liv. XXI. 33.: tamen quia in hisce et similibus ut *aeternum*, *simile*, aliquoties subintelligatur praepositio et *in dies* sequatur, hic inculcare *in* reiicit, adscito N. Heins. ad Lactant. Phoen. 103.

porrecta. Hanc lectionem bene retinet Oud. contra Sciopp. Susp. III. 20. qui *proiecta* ex Bert. comprobavit, licet *proiecta* idem sit, quod *protensa* coll. Munk. ad Hygin. Astron. III. c. 5. p. 503. Stav. Intt. ad Nepot. Chabr. c. 1. et ad Suet. Ner. c. 50. Et potissimum de locis dicitur Cic. Verr. IV. 10. 53. Mela I. 7. Intt. ad Lucan. IX. 492. At fama quasi de manu in manum tradita et *porrecta* dimanat in populum et pervagatur gentes, neque vero *proïcitur.* Heins. praetulit *perrecta.*

altissimis maris meatibus. Oud. h. l. non capiens emendat vel *altissimi* ex Ovid. Heroid. X. 28. vel *latissimis maris meatibus*, quum *latum mare* passim dicatur: ut graece *τὰ ὑψιστα πελάγη* Aelian. II. I. Ovid. Heroid. II. 122. coll. Intt. ad Val. Flacc. I. 585. De confusione utriusque vocabuli conferri iubet Dr. ad Liv. V. 37. §. 7. et Intt. ad Melam. I. 2. [Ego vero non intelligo, qui ita Oud. aberrare potuerit. Quod enim utrumque et *altissimum* et *latissimum* eadem ratione debet explicari, ut pro more suo Apuleius adiectivum, quod proprie ad genitivum pertinet, ad alterum unde aptum est substantivum posuerit, non video, cur nobis Oud. aliquid intrudat, quod nec per sententiam nec grammaticam necessarium est. De hoc usu alibi loco iam dixi. cf. praeterea Vell. II. 91. *omni scelerum conscientia mersus.* Tac. Ann. IV. 32. *veteres populi Romani res* ubi alii *veteris* male praeferunt; Ann. III. 3. *diurna actorum scriptura;* cf. ad Met. I. p. 50.]

Paphon nemo Cnidon nemo. Graecam terminationem ex codd. optimis

Digitized by Google

ad conspectum deae Veneris navigabant. Sacra diae *praeteriuntur*, templa deformantur, pulvinaria *perteruntur*, ceremoniae negliguntur, incoronata simulacra et arae viduae frigido cinere foedatae. Puellae supplica|tur et in hu-
[156] manis | vultibus deae tantae numina placantur, et in matutino progressu vir-
303 ginis victimis et epulis Veneris absentis numen propitiatur. Iamque per pla-

vagitabant pro *navigabant* B. (Modius in margine haec adnotavit: quod forte est a *vagare*. Sed edita lectio non est sollicitanda). *die pro deae* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. a m. p. ceteri edd. et codd. *deae*. *d. praeferuntur* F. 3. G. 2. D. R. f. O. p. *δ. prefferuntur* G. 1. *proferuntur* B. *deferuntur* F. 1. Bas. 2. Colv. et Vulc. *reformantur* G. 1. 2. P. D. *pulvin. perferuntur* F. 3. G. 1. 2. D. f. *δ.* p. *deseruntur* F. 1. Ald. Iunt. 2. Vulc. Ceteri codd et edd. praebent *proferuntur*. *idie* pro *viduae* O. a m. p. *supplicantur* f. *inhumanis* Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *inhumanis*, *vultibus* ed. pr. et Iunt. 2. *voltibus* Orell. edidit. *tanta* n. R. *mattutino* G. 2. *mactutino* D. *absentis* D. a m. p. *numen* F. 1. 3. Ceteri codd. edd. vett. omnes habent *nomen*.

cum Oud. restitui. [Et videntur latini poetae ubique graecam formam in his voc. retinuisse. cf. Heins. ad Ovid. Met. X. 297. *Gnidon* quod in nonnullis edd. scribitur, perperam praetulit Bach. ad Ovid. Met. X. 531. cf. Fea ad Horat. Od. III. 28. 13. De locorum religione cf. Intt. ad Ovid. Met. X. 531. Heins. Advers. I. 1. p. 3. Meurs. Cypr. I. 15. p. 46.]

navigabant. cf. Plin. Hist. N. XXXVI. 5. 4. *Venus quam ut viderent multi navigarunt Cnidon. Nemo* cum plurali iungi, quod Bentleius dici negaverat, Oud. illustrat exemplis Caes. de B. C. I. 66. 79. Vell. I. 16.

sacra diae. [Ita ex optimis codd. recepi, quum mira sit codicum in ea lectione constantia. Ita apud Grut. 86, 4. legitur *diae Suriae*, quae eadem Venus videtur esse, vel, si hoc non probatur, lege *dia*, quod tamen minus comprobatur, quoniam opponuntur sibi dea Venus et puella, vel *dei*, quod saepius de Venere dicitur cf. Virg. Aen. II. 632. ibique Serv. Accuratius agam de *deus* pro *dea* in Excurs. ad Met. X. p. 574.]

praeteriuntur. [Aliter locum corrigere non potui, qui ab omnibus fere interpretibus derelictus est. Oud. enim coniectura *proferuntur* sive *differuntur*, prq *crastinantur* ideo improbabilis est, quia non differuntur, sed plane negliguntur et parvi aestimantur Veneris sacrificia. *Praeterire* hac in re proprium esse demonstrat Burm. ad Propert. II. 5. 28. cf. Ovid. Met. VIII. 278. *solas sine thure relictas. Praeteritae cessasse ferunt Letoidos aras*, ubi vide Bach.]

templa deformantur. [*Deformare* hic de situ et sordibus intellexerim, quibus fana Veneris obducta erant, ut araneis et herbis malis tegerentur, quod bene describit Prop. II. 5. 28 sq. ubi cf. Intt. Araneae enim ibi sedes habere solent, ubi loca inculta vetustate et squalore lapsa sunt.]

pulvinaria perteruntur. [Hanc coniecturam, quae facillima est sententiaeque optime convenit, in textum recipere eo minus dubitavi, quia vocabulum, quod unius Columell. XII. 38. §. 7. auctoritate confirmatur, a librariis perfacile mutari poterat. Summa sacrorum negligentia hoc compositio exprimitur. *Proteruntur*, quod Oud. praefert, fere idem significat.]

incoronata simulacra. Colv. comparat de more, simulacra deorum corollis revinciendi Quint. Decl. CCCXXI. p. 644. Burm. *venenum inter lares suos, inter sacra mensae, coronatis pariter quos colebamus, diis immortalibus*. Apul. Met. III. p. 226. Plaut. Aulul. II. 8. 15. 16. [Plurima exempla praebebit adeunti Ouzel. ad Minuc. Fel. p. 15 sqq., qui pro more suo omnia undique compilavit.]

arae viduae cett. [cf. Val. Flacc. II. 98. *laetus adit contra Veneris stat frigida semper Ara loco* ubi cf. Burm. et Berthold. de ara VIII. in Graev. Thes. Antiqq. T. VI. p. 351 sq.]

numen. Oud. ex longe plurimis codd. *nomen* restituit, solita utriusque voca-

Digitized by Google

teas commeantem populi frequenter floribus sertis et solutis adprecantur. Haec honorum coelestium ad puellae mortalis cultum immodica translatio verae Veneris vehementer incendit animos et impatiens indignationis capite quassanti fremens altius, sic secum disserit:

frequentes Iunt. 2. *certis* ed. pr. et Bas. 1. *et* ante *solutis* non comparet in G. 1. 2. P. D. O, f. *hic honorum* Venet. 2. 4. Iunt. 1. Par. Vicent. Bas. 1. *vehementes* B. d. p. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. In cod. G. 1. in cuius excerptis Oud. eandem lectionem invenerat, ea non extat sed *vehementer*. *animos* D. a m. p. sed in margine a m. s. *animum*. *cassanti* d. *dixerit* G. 1. Frustra Pricaeo ultima vox videtur esse insiticia.

buli permutatione. Argumenta eius in eo nituntur, quod iam antecedat *numinis*, et Psyche incedens vocata sit a populo *Venus*, eoque nomine culta Venus absens sed Psyche praesens. [Sed loci, quos ad sententiam suam comprobandam affert, aliter explicari posse mihi videntur. Nam si paulo post Venus *nomen suum coelo conditum profanari* dicit, suo iure queritur, quod nomine Veneris adorantes Psychen compellaverint; item loci Met. IV. p. 315. *sentio me solo nomine Veneris periisse* et V. p. 373. *nominis aemulam* explicandi sunt. An vero *nomen alicuius* possit *propitiari victimis* et *epulis*, equidem dubito, nisi *nomen Veneris* pro ipsa Venere positum esse existimas. *Numen* vero deorum placatur, quum eorum maiestatem laesam vident esse homines: ut Plin. XV. 30. §. 40. dicit: *Propitiandis numinibus accendi altaria.* Neve putes, hac enunciatione idem quod altera exprimi, quum prius quasi totum denotans nunc singulis honoribus explicetur. Nec aliter paulo infra, dixit Apul. *numinis piamento.* De confusione vocabb. *nomen* et *numen* cf. Dr. ad Sil. I. 669. XVI. 655. Intt. ad Cic. de N. D. III. 32. et Schmidt. ad Hor. Epist. II. 1. 16. Ita apud Arnobium I. 28. legendum esse puto: *post illum necesse est cuncta et nata esse et prodita et in sui numinis prosiluisse naturam.*]

frequenter. Oud. et cum eo Orell. ex sola edit. Iunt. 2. *frequentes* praetulerunt, quod quamquam magis poetice dictum videtur, tamen contra Mss. non recipiendum est. Quoties in his terminationibus librarii erraverint, argumento esse potest lectio modo subsequens, ubi ipsi codd. *vehementes* pro *vehementer incendit* legunt. Sed recte monet hic Oud., animos Veneris non dici vehementes, antequam incenderentur, sed vehementer eos fuisse incensos. At Pric. hac elegantiori quam putabat lectione deceptus est, ut in textu reponeret.

floribus sertis et solutis adprecantur. [Deorum statuas coronis, sertis et floribus ornatas fuisse a veteribus, cum prospere aliquid acciderat aut malum aliquod depulsum fuerat aut in magnis ac festivis solemnitatibus, multa exempla docent. cf. Tertull. de coron. c. 7. Plaut. Asin. IV. 1. 58. *Tum si coronas, serta, unguenta iusserit, Ancillam ferre suam Veneri aut Cupidini.* cf. Brouerius de vett. ac recentt. adoratt. c. 28. in Polen. Suppl. ad Thes. Antiqq. T. II. p. 1033 sq. Minus bene hunc locum Elm. ad morem veterum refert, qui flores frugum in illos iactabant, quos cohonestare cupiebant.]

honores. [Quamquam *honores* in universum ad omnia possunt referri, quibus homines Psychem mortalem pro Venere neglecta coluerant, tamen propter seqq. *nimirum communi numinis* etc. ad *sacrificia* retulerim, quae ipsa *honores* nominantur; cf. Intt. ad Liv. VIII. 33. §. 12. Dr. ad Sil. VII. 184. Schmidt. ad Hor. Epist. I. 2. 15.]

incendit animos. [Modius in margine ed. Colv. adnotat de Veneris aemulatione locum Propert. II. 21. 11. *Num sibi collatam doluit Venus? illa peraeque Prae se formosis invidiosa dea est* ubi cf. Intt. Ex hoc loco defendere quis possit lectionem aliquot codd. *vehementes*, de qua antea iam dictum est.]

Digitized by Google

CAPUT XXX.

En rerum naturae prisca parens, en elementorum origo initialis, en orbis totius alma Venus, quae cum mortali puella partiario maiestatis honore tractor, et nomen meum coelo conditum terrenis sordibus profanatur. Nimirum communi numinis piamento vicariae venerationis incertum sustinebo. Et imaginem
304 meam | circumferre puellam morituram? Frustra me pastor ille, cuius iustitiam

natura G. 1. a m. p. P. Vicent. Iunt. 1. Ald. *cultorum* pro *elementorum* P. (quae lectio ex compendio *el'torum* videtur esse nata) *elementum* Basil. 1. *unalis* O. pro *initialis* (Oud. putat, hinc colligi posse, etiam in G. 1. ita legi, qua re tamen falsus est. Ibi enim aperte scribitur *initialis*, at e contrario effici queat, O quoque hanc scripturam praebere, quae fortasse ex nota quadam corrupta est.) *quae cum.* Multo efficaciore sententia et elegantiore locutione pronomen relativum hic non legi nec addidisse eam aurei aevi poetae et oratores, opinio est Oud. *mortalis* Venet. 2. *meum* abest a δ. *terreis* G. 1. *profamatur* f. *numini* G. 1. et D. *ramini* P. *ramuni* G. 2. *piamenta* D. a m. s. *ixtertum* pro *incertum* D. a m. p., quod deinde a m. s. perperam in *interdum* mutatum est. *sustineto* G. 2. P. D. a m. p. *substinebo* G. 1. *circumferre* F. 3. G. 2. D. *circumfere* F. 1. P. O. R. f. *circumferte* G. 1. Ceteri codd. et edd. vett. omnes praebent *circumferet. puellam morituram* F. 3. G. 1. 2. D. Ceteri codd. et edd. omnes vett. *puella moritura* legunt. *morcina* pro *moritura* B.

Cap. XXX. *rerum prisca parens.* [Idem exprimit Lucret. I. 4 sqq. *Alma Venus ..... per te quoniam genus omne animantum concipitur* et Lucan. Pharsal. X. 208. *At fecunda Venus cunctarum semina rerum possidet.* Apul. Met. XI. p. 754.]

alma Venus. Notandum est, voci *almae* Genitivum iunctum esse, quia est pro *altrice, alumnatrice.* Hoc igitur loco probari potest optima Bentleii coniectura Horat. Sat. II. 4. 13. *ut succi melioris et ut magis alma rotundis ponere,* quam deinde in curis postumis temere retraxit, quia ab usu quotidiano significatio vocabuli *alma* recederet. *Venus* enim *alma totius orbis* est, quae vitam viresque praebet naturae rerum omniaque nutrit. Ex insolita hac dictione, cur Basil. 1. *anima* pro *alma* habeat, bene potest intelligi. Sed si quid mutandum est, coniicio *domina* ex loco Met. XI. p. 768. *matrem siderum, parentem temporum, orbisque totius dominam,* quae lectio ex compendio *dn̄a* facile poterat corrumpi. Tale quid editorem Basil. voluisse, testatur scriptura *anima,* quod vocab. cum voc. *domina* saepissime confunditur. Adiectivum *almus* Veneris est proprium Lucret. I. 4. Horat. Od. IV. 15. 31.]

Et imaginem meam circumferre puellam morituram. [Hanc lectionem ex optimis libris reposui, quae postea varie corrupta est, quum librarii quid infinitivus sibi velit, non intellexerint. Oud. qui vera perspexerat, nescio quo errore deceptus ad longe peiora rediit, in eo etiam errans, quod totam enunciationem per infinitivum efferri volebat: *incertum me sustinere, et im. me circumferre puellam morituram.* At ita nullo modo fieri poterat. Infinitivum constat poni solere, ubi vehementer optemus per interrogationem aut miremur aut etiam indignemur. cf. Heind. ad Horat. Sat. I. 9. 73. Cort. ad Lucan. V. 695. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 288. *Krüger Untersuch. a. d. Gebiete d. lat. Sprachlehre* fasc. I. p. 17. *Et* vero particula in exclamatione vim addit, maxime ubi indignatio coniuncta est cum admiratione: quod exponit Handius Tursell. II. p. 493. multa exempla eius usus proferens, ut Cic. pro Mil. 12. §. 33. in Verr. V. 16. §. 41. al. cf. ad Met. II. p. 76. Hunc autem infinitivum ab Apuleio hic usurpatum fuisse, non solum constans Mss. lectio *circumferre* vel *circum ferre* testatur, sed quod optimi quique codd. accusativum *puellam* retinent, qui postea librariorum ignorantia in nominativum commutabatur. Saepe hoc infinitivo Apuleius usus est, ut Apol.

fidemque magnus comprobavit Iupiter, ob eximiam speciem tantis praetulit deabus. Sed non adeo gaudens ista quaecunque est meos honores usurpabit. Iam faxo huius etiam ipsius illicitae formositatis poeniteat. Et vocat confestim puerum suum, pinnatum illum et satis temerarium, qui malis suis moribus contempta disciplina publica, flammis et sagittis armatus, per alienas domus nocte discurrens, et omnium matrimonia corrumpens, impune committit tanta flagitia et nihil prorsus soni facit. Hunc quamquam genuina licentia procacem verbis quoque insuper stimulat, et perducit | ad illam civitatem et Psychem [hoc enim 305
nomine puella nuncupabatur] coram ostendit.

CAPUT XXXI.

Et tota illa perlata de formositatis aemulatione fabula, gemens ac fremens

Iuppiter G. 2. D. *specie* D. a m. p. *audeo* pro *adeo* D. a m. p. sed eadem manu littera *u* videtur esse expuncta. *usurpavit* F. 1. G. 1. a m. p. D. R. f. p. P. *d.* ed. pr. Venet. 2., in qua vitiose *usurbavit* scribitur, et G. 1., qui non *usurpant* habet, ut Oud. in suis excerptis invenit. *ipsius* exulat a G. 2. P. D. *illiciae* Vulcan. ed. (Unde vero Elm. lectionem B. *licitae* sumserit, non intelligitur, quum in mea quidem collatione nihil adnotatum sit.) *poenitebit d. f. pinnatum*, quod in nonnullis edd. recentioribus in *pennatum* depravatum est, in omnibus codd. et edd. vett. reperi. *illatum* pro *illum* p. *contenta* G. 2. D. *publicata* G. 2. P. D. *domus* F. 3. edd. Elm. et Scriv. (Quamquam in aliis libris non inveni. pro vera tamen lectione habuerim, quum librarius his certe in rebus grammaticis omnium sit accuratissimus, nec talia ullo modo omisisset scribere.) *nulli* G. 1. neque vero a m. p., ut voluit Oud., sed nihil emendatum esse video. *bone scit. d. faciat* f. *gemina* G. 2. D. P. p. *procatem* G. 2. *procem* D. a m. p. *et perducit* F. 3. G. 1. 2. D. O. P. R. f. p. Iunt. 2. Ceteri libri et edd. vett. particulam omittunt, unde Oud. putat, auctorem dedisse *stimulatum perd. Psychem* (quod prave in aliquot edd. recentioribus inveniri dicit Oud., aperte comprobatur G. 1. et quum a librariis in collat. F. 3. et B. non enotata sit scripturae diversitas, hinc in iis quoque reperiri colligitur.) *hec enim* G. 1. *nuncupatur* G. 1. 2. D. O. P. Iunt. 2. *obstendit* O. a m. p. *prolata* G. 1. ed. Elm. Wow. Scriv., ut margini adleverat Groslotius, Salmas. et G. Voss. *deformositatis* Venet. 2. Iunt. 1. Paris. *tremens indign.* G. 2. D. P.

p. 441. *Peram et baculum tu philosophis exprobrare.* p. 457. *scilicet ergo phrygionibus aut fabris negotium istud dandum fuisse.*] Deinde ex vestigiis cod. Bert. Th. Sell. Observ. c. 15. legebat *morsima*, e Graeca voce *μορσίμη*, quae non solum significat *fatalem* sed et *θνητὸν mortalem.* Sed haec codicis auctoritas non tanta est, ut quid inde extricetur. *Moritura* enim est mortalis, quae certo morietur nec effugiet mortem. cf. Horat. Od. I. 28. 4. *animoque rotundum percurrisse polum morituro.* II. 3. 4. *moriture Delli.* Lucan. II. 524. Saepe etiam significat *morti destinatum* vel brevi ob senectutem vel prae vi vel sponte certo moriturum cf. Apul. Met. VII. p. 500. *qui morituris auxilium statuere denegarint.* IX. p. 541. *iugulare morituram gestiebat.* Flor. II. c. 18. §. 13. Suet. in Claud. 21. Manil. V. 551. Nec melior est Scioppii coniectura *morticina* e Plaut. Pers. II. 4. 12., quo adiectivo homo significatur tetra facie et cadaverosus, cuius corpus moribundi instar est.

usurpabit. Ex lectione aliquot codd. *usurpavit*, quae ex confusione litterarum *b* et *v* omnium notissima proficiscebatur, Oud. emendat *usurparit*, vel *usurpaverit* [quod equidem improbo. *Usurpabit* enim veram esse scripturam, sequens evincit coniunctivus *poeniteat*, qui quum librarios offenderet, in *poenitebit* mutabatur. Futurum saepius indignationem loquentis exprimit.]

pinnatum illum. [cf. Staver. ad Albric. de Imag. V. p. 904. Creuz. Mythol. III. p. 437. Heind. ad Cic. de N. D. III. 23.]

Cap. XXXI. *fremens.* Alteram lectionem *tremens* Oud. reiiciens demonstrat, *fremere* dici de indignantibus coll. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. I. 199.

Digitized by Google

indignatione: Per ego te, inquit, maternae caritatis foedera deprecor, per tuae sagittae dulcia vulnera, per flammae istius mellitas uredines, vindictam tuae
306 parenti | sed plenam tribue, et in pulcritudinem contumacem reverenter vindica,

foed. te deprecor f. *uridines* G. 1. *parentis* G. 1. 2. D. O. p. *et plenam* G. 1. 2. O. D. *sed* abest male a P. *et in pulchr.* Ita legi in omnibus Mss., et edd. testis est Oud. In F. 1. tantum desideratur *in*, quod negligentia factum esse Lindenbrog., qui illud plane omiserat. In eius enim collatione *in*, quod in edit. Vulc. deest, additum non esse video. Excidit deinde a Bas. 2. *pulchritudine* P. *contin̄uam* B. *vir idica* B. *tindicha* G. 1.

Dr. ad Sil. XVII. 259. Iuven. X. 73. [Ruhnk. Dict. ad Suēton. p. 252.] et in seditionibus esse obvium coll. Valer. Max. V. 1. 2. Ext. 3. [*Fremere* in universum de eo usurpatur, qui graviter affectus est, et inconditos murmurantesque sonos effundit. Ita de equis, de cantu incondito, de undis, de turba, murmure assensum significante, nec aliter legendum est in Placid. Gloss. apud Mai. p. 434. *arnanti frementi* (cod. palimps. *prementi) murmuranti.* Ovid. Met. VI. 146. IX. 419. ibique Bach. cf. Virg. Aen. V. 555. Ita bene emendat Oud. Anthol. Lat. T. I. p. 13. epigr. 25. ... et *fremuit circumsita ripis Fluminis Etrusci:* ut saepius *fremere* mutatum est, quum librarii non intelligerent, ut Lucil. Aetn. 168. qui totus locus mendosissimus sic videtur esse emendandus:

Sed summis si forte putas succrescere caussis
Tantum opus, et subitis alimentum viribus, *ora*,
Quae patula in promtu cernis, vastosque recessus,
Falleris et nondum certo tibi lumine res est.
Namque illic *quaecunque* vacat specus omnis hiatu
Ultro se introitu solvunt, adituque patenti
Conversae languent vires animosque remittunt.
Quippe ubi *contineat* ventos *quaecunque* morantes
In vacuo *desunt*, cessant, tantumque profundi
Explicat errantes, *ut* in ipso limine *tardent.*
Angustis opus est turbare in faucibus illos;
Fervet opus densique *fremunt* premiturque ruina
Nunc partim Boreae atque Noto — nunc unus *uterque est* —

et v. 205 sqq.

Neu Ditem regni pudeat, neu Tartara coelo
Vertat in occultio, tantum *fremit omnis et extra*
Congeries *operi* saxorum et putris arena
Quae nec sponte sua veniunt nec corporis ulli
Sustentata cadunt robustis viribus ignis
Exigitur ventis et saxa a vertice saevo
In densum *disiecta* rotant volvuntque profundo.]

per ego te. Elegantem qui non capiebant verborum positionem interpretes, ut Stewech., perperam emendarunt *per te, inquit, per maternae caritatis foedera,* et alios locos item depravare student ut Met. VI. p. 384, *per ego te frugiferam tuam dexteram.* Sed recte iam monuit Oud., constructionem esse *ego deprecor te, per mat.* more illis formulis solito coll. Dr. ad Sil. V. 82. *Iliacas per te, flammas Tarpeiaque saxa* et suis dictat. ad Lucan. X. 370., ubi librarii idemtidem variant.

per tuae sagittae dulcia vulnera. [De sententia satis nota comparat Elm. Xenoph. Memorab. I. 3. §. 13. *ἴσως δὲ καὶ οἱ ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι καὶ πρόσωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσιν.* Alexandr. Aphrod. Probl. I. 87.]

in pulchritudinem. Ita necessario legendum est ex Mss. omnibus. De constructione Oud. affert Caes. B. G. III. 16. Flor. II. 6. Gell. VII. 15. Dict. Cret. III. 14. IV. 21. Munk. ad Fulgent. Mythol. III. p. 716. Stav. Passerat. et Broukh. ad Propert. IV. 11. 20. [Praeterea lectionem affirmat locus Fulgentii, qui eadem in re dicit: *Cupidinem petit, ut in contumacem formam severiter vindicaret.*]

reverenter vindica. Temeraria est Brantii coniectura *severiter vindica,* quam verisimile est eum ex Fulgentii loco desumsisse, nec erat, cur multis exemplis comprobaret Met. II. p. 157. *severiter vindicate.* III. p. 179. *severiter vindicaretis.* Symmach. Epist. IX. 128. al. Quamquam Brantio suffragatur Heins. et Sal. legit *severenter,* quod vir doctus in marg. ed. Colv. probat, et Oud. ipse

Digitized by Google

idque unum et pro omnibus unicum volens effice. Virgo ista amore flagrantissimo teneatur hominis extremi, quem et dignitatis et patrimonii simul et incolumitatis ipsius fortuna damnavit, tamque infimi, ut per totum orbem non inveniat miseriae suae comparem. Sic effata et osculis hiantibus filium diu ac pressule saviata proximas oras reflui | littoris petit, plantisque roseis vibrantium 307
fluctuum summo rore calcato, ecce iam profundi maris sudo resedit vertice,

pro omnibus F. 3. G. 1. 2. P. O. f. Ceteri codd. et edd. *prae omnibus*. *unicam* G. 2. D. *effici* G. 1. 2. D. P. p. *fraglantissimo* G. 1. solita aberratione. *et* ante *dignitatis* perperam excidit e Floridi editione, contra Apulei dicendi rationem. *incolumitatis — inveniat* exulant in G. 1. sed a m. s. in margine sunt supplela. *columitatis* p. φ. *namque inf.* Venet. 4. *infimi* G. 1. a m. s. B. φ. p. Ceteri codd. et edd. vett. omnes praebent *infirmi*. *affata* δ. *oculis* G. 1. 2. D. p. *vibrantibus* pro *hiantibus* B. *pressulem* G. 1. *sabiata* F. 3. G. 1. 2. D. P. δ. nota variatione. *horas* G. 1. Venet. 2. *lictoris* G. 2. D. a m. p. *petet* Venet. 2. *roscis* Vicent. *summo rore calcato* F. 3. G. 1. 2. P. D. O. φ. f. Ceteri codd. et edd. vett. *summum rorem calcavit*. In F. 1. legitur *summo rore calcavit*, quod negligentiae cuidam Lindenbrogii lubenter tribuerim, qui prioribus vocabulis redintegratis posterius emendare omisit. In Iunt. 2. extat *summum rore calcato*. *inprofundi* G. 1. *sudo* omnes codd. et Oud. et mei praeter B., qui cum edd. vett. habet *udo*. *residit* D.

per nimiam Fulgentii pietatem a mendi suspicione non abhorret: Orellius *sereriter* vel in textum recepit, hic tamen videtur nihil mutandum esse, quum Fulgentii auctoritas non tanta sit, ut contra omnes codd. lectio corrigatur, quae elegantior est. *Revereuter* enim est *obedienter, praematris tuaereverentia.*]

pro omnibus. [Hanc lectionem ex optimis libris reposui, quum praesertim sententia flagitare videatur. Postulat enim Venus a filio, ut ei loco omnium, quibus in Psychem vindicare possit, poenarum nihil aliud nisi unicum id concedat, teneatur ista amore hominis extremi flagrantissimo.]

amore flagr. hominis extremi cet. [Eadem fere poena se vindicavit Venus in Pasiphaem, quae sacra deae per aliquot annos non fecisset, teste Hyg. XL. p. 102. Stav. *Ob id Venus amorem infandum illi obiecit, ut taurum, quem ipsa amabat, alia flammaret.* Ita enim locus emendari debet, ubi nunc falso *alia amaret* legitur. Duplici enim nomine infandus erat amor Pasiphaes, quod in tauro ureretur et eo quidem apud quem potior erat vacca aliqua, quam ipsa Pasiphae, ut recte Munk. explicat. *Flammare* dictum est ut *incendere* pro *amore accendere* cf. Ovid. Met. III. 426. Virg. Aen. I. 664. Item punivit Smyrnam cf. Hyg. c. LVIII. p. 123 sq. Stav. *Smyrna .... cuius mater Cenchreis superbius locuta, quod filiae suae formam Veneri anteposuerat. Venus matris poenas exsequens, Smyrnae infandum amorem obiecit, adeo ut patrem suum amaret.*]

infimi. Veram hanc esse lectionem, nec alteram *infirmi*, quae ab optimis libris probatur, evincunt verba praegressa *hominis extremi* et locus Met. V. p. 364. *quae te miseri extremique hominis devinctam cupidine, infimo matrimonio addici inserat.* Corruperunt locum librarii nescientes. *tam* quoque iungi superlativo, de quo usu Oud. comparat Barth. ad G. Briton. X. 136. dict. ad Caes. B. G. 1. 43. III. 2. [cui adde interpretes quos enumerat Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 1090. *Infirmi* retineri posset, si pro *misero* intelligeretur, cuius tamen significationis frustra adhuc exemplum quaesivi.]

pressule saviata. Male emendat Heins. Adv. IV. 8. p. 613. *spissule* [Sed item dicit Ovid. Heroid. II. 94. *pressa oscula iungere* et ipse Apul. Met. II. p. 127. *pressim deosculato.* X. p. 717. *tunc exosculata pressule.*]

oras littoris. [cf. Doed. Syn. VI. p. 199.]

plantisque roseis. Elm. comparat Myronis epigr.: *νύμφαι ἁμαδρυάδες, ποταμοῦ κόραι· αἱ τάδε βένθη Ἀμβρόσιαι ῥοδέοις στείβετε πόσσιν ἀεί.* [*Roseae* saepius nominantur singulae Venerei corporis partes; cf. Virg. Aen. I. 406. II. 593. et Barth. Advers. XXI. 14. p. 1051.]

sudo resedit vertice. Male hic *vertice* exponunt per superficiem maris, quod idem foret ac *summus ros.* Sed

Digitized by Google

et ipsum quod incipit velle, *en* statim quasi pridem praeceperit, non moratur ma-
[137] 308 rinum obsequium. Adsunt Nerei filiae chorum canentes, et Portu|nus | caerulis

et istud pro *et ipsum* B. f. *et statim* F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. P. δ. f. Ceteri codd. et edd. vett. *et* omittunt. *praeceperit* F. 3. G. 2. D. P. B. R. f. p. ed. pr. Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 4. *perceperit* G. 1. *percepit* δ. In ceteris est *praecepit. praeceperit. Non* G. 2. D. *moratus* G. 1. O. *assunt* G. 1. f. perpetua scriptura in Pand. Flor. et Fla. *Portumnus* F. 3. Elm. et Scriv. *Portunus* G. 2. P. D. *Portunus* F. 1. G. 1. B. et edd. vett. *caerulus* δ. *caeruleis* Bas. 1. 2.

ait Apuleius, Venerem celerrime pervenisse ad maris fundum et aulam scilicet deorum marinorum, quos inde evocavit, ut secum irent ad patrem Oceanum. cf. Met. V. p. 371. Ut autem *vertex*, sic *fastigium* pro ima profunditatis parte alibi sumitur. cf. Oud. ad Avien. Descript. Orb. 19. in Misc. Observ. Vol. V. T. I. p. 65. Magis vero apparet, fundum maris intelligi. ex constanti Mss. lectione *sudo* i. e. *puro* et *sereno* [quod adiectivum praeceteris de aere dicitur et a partibus eorum stare malo, qui *serenum*, et *liquidum* explicant. cf. Non. p. 31. 567. Nam hac certe significatione apud Apuleium ubique legi, probant loci Met. XI. p. 768. *nudo sudoque luminis splendore*, de D. Socrat. p. 121. *sudа tempestate.* p. 183. *humectiores nubes humilius meant, .. sudis vero sublimior cursus.* Hinc apud Arnob. VII. 3. lego: *pasciturque de cnissis, quas evomunt ardentia viscera adhuc uda* (non *suda*) *de sanguine* et *interioribus* (pro *prioribus*) *humecta de succis.*]

ipsum quod incipit velle. [De hellenismo quem dicunt *incipit velle* pro *velle*, ut abundanter *incipere* poni videatur cf. Munk. ad Hygin. IV. p. 26. Stav. Hyg. XXXV. p. 96. *parentes eius coram ea interficere velle coepit.* XCVIII. p. 185. *recusare coepit.* CLXIV. p. 277, *Neptunus mare coepit irrigare velle.* Apul. Met. X. p. 745. *coepit incedere.* Florid. p. 88. *coepit nolle quod pepigerat.* Fere eadem sententia dixit Mart. Capell. I. §. 21. p. 58. Kopp. *Quod superi volucre licet; de pectore fixis Praeoptare caret, si quid placet atque necesse est.*]

en! statim quasi praeceperit. Haec optima est Oud. coniectura quam in textu reponere non dubitavi, quum codd. locupletissimi constanter *et statim* retineant. [De hac confusione utriusque vocabuli cf. ad Met. I. p. 3. *Praeceperit* quod Barth. Adv. XXV. 13. p. 1241. se primum coniecisse gloriatur, ab codd. satis defenditur.]

non moratur marinum obsequium. Quid Barth. ad Claud. Cons. Prob. et Olybr. 104. *moratura* coniiciens sibi velit, nemo assequitur. *Non moratur* significat *haud differt* praeceptum, sed exsequitur statim conf. Heins. ad Ovid. Met. III. 193. Sidon. Apoll. Carm. XI. 93. Unde fit ut saepe inveniatur pro *impedire*, de quo vide Oud. ad Front. II. 3, 23. *Marinum obsequium* sunt ipsi dii marini obsequentes nec morantes eius mandatum, de quo abstractorum usu saepius iam dictum est.

Portunus. De scriptura huius nominis *Portumnus* an *Portunus* quum optime Oud. disseruerit, eius adnotationem verbo tenus liceat afferri: Non solum optimi codd. ubique scriptum exhibent *Portunus* Virg. Aen. V. 241. Cic. de Nat. D. II. 26. Ovid. Fast. VI. 548. Arnob. III. c. 23. Auson. Ecl. de agon. p. 565. Toll. Lactant. I. 21., sed etiam non aliter Mss. Festi a me visi, uti nec dubito de Varronianis de L. L. V. p. 48. Ita etiam Inscr. Grut. p. 95. *IANO. PORTUNO. MARTI*, ut observavit iam N. Heins. ad Ovidium. Item in Kalendariis vetustis apud Grut. p. 134. Saleng. III. p. 875. Murator. p. 150. Tab. B. *PORTUNO. AD. PONTEM. AEMILI* vel *AEMILIUM.* Rursus apud Murat. p. 102. n. 4. *PORTUNALIA.* Nam quae ibidem affert alia, nec non Gudius p. 59. cett. (vide tamen Vulp. in vet. Lat. Lib. XI. c. 2.) ex Ligorio, citata quoque a Gorio in Mus. Etrusco Tom. I. p. 58., in quibus *PORTUMNO* legitur, sublestae sunt fidei, ac minus bene Gorius *PORTUMNUM*

barbis hispidus, et gravis piscosò sinu Salacia, et auriga parvulus delphini Palae-

hispidis p. *piscosa* D. *salaria* G. 1. a p. m. *salatia* D. Venet. 2. ed. pr. *slacia* Iunt. 2. *solatia* Mss. aliquot (?) Venet. 4. Par. *et auriga* omnes Mss. sed abest particula in omnibus edd. vett. *parvulis* G. 1. *Palaemoniam* F. 3. *Palemoïam* G. 1. *Pallemoïa* G. 2. *Pallemoria* D. *Palaemo* δ.

quasi e monumentis idoneis exhibet. [Equidem eos sequi malo, qui utramque scribendi rationem comprobant, quum fides et monumentorum et codd. ab utraque parte stet. cf Doed. Syn. T. VI. p. 279. Maior tamen lis est virorum doctorum, uter hoc nomine designatus fuerit Neptunus an Palaemon, cui sententiae ab utraque parte plurima obstant. Primum enim si Neptunus indicatur, mirum esse potest, in comitatu eum fuisse Veneris, deinde vero apertissime distinguit Apuleius inter utrumque numen Apol. p. 468. *Neptunus cum Salacia, et Portuno et omni choro Nereidum*, quamquam c. Boscha ideo hanc sententiam non improbaverim, quia tum primo loco auctor Neptunum nominasset. Ne pro *Palaemone* accipiatur Portumnus, impediunt verba seqq. *et auriga parvulus delphini Palaemon. Palaemona* vero et *Portumnum* eosdem haberi docet Hygin. fab. II. p. 20. *Melicertem autem Deum Palaemonem, quem nos Portumnum dicimus.* Ovid. Fast. VI. 548. Fest. s. v. p. 128. 210. Puto hanc litem ita posse dirimi. Antiquissimis temporibus unus tantum erat deus *Portunus*, qui portibus praeerat cf. Fest. s. v. *claudere* p. 43. Lind. *claudere et clavis a graeco descendit, cuius rei tutelam penes Portumnum esse putabant, qui clavim manu tenere fingebatur et deus esse putabatur portarum*, ubi *porta* de quocunque loco, qui claudi potest, dictum videtur esse, unde pro *domo* legitur apud Fest. p. 204. Aperte vero a Serv. ad Virg. Aen. V. 241. dicitur, *deus marinus qui portubus praeest* et a Varron. de L. L. VI. §. 19. p. 81. Muell.: *Portunalia dicta a Portuno, quoi eo die aedes in portu Tiberino facta et feriae institutae.* Deinde vero propter similem litterarum sonum a verbo *portandi*, *Portumnus* cum Palaemone confundebatur, qui a delphino portabatur. cf. Hartung. *Relig. d. Röm.* II. p. 100., quem de hac confusione accuratius disserentem conferas. Hinc duplicem profectam esse puto scribendi rationem *Portunus* et *Portumnus*, (ut ab *alere: alumnus* simil.) quae diversitas iam in aliis deprehendi potest: ut apud Varr. 14. de L. L. VI. §. 21. pro *Vortumnalia* in nonnullis libris *Vortunalia* scribitur cf. Müller. ad h. l. p. 81. Hic vero Apuleius qui inter Neptunum et Palaemona accurate distinxit, ab usitata recessisse videtur opinione, ex qua Palaemon et Portunus idem erat, ut pro alio deo marino portuum custode Portumnum accepisse videatur. Hac in sententia adiuvor Festi sententia, qui item diversos deos *Portumnos* constituit, alterum qui portis praeerat, alterum Palaemonem. Hinc potest effici, cur hispidum barbis caeruleis Apuleius eum nominaverit, quia ille non puer erat Melicertes, sed unus ex diis marinis, quorum propria est barba promissa et hispida. E contrario tamen negari nequit, Neptunum et Portumnum in nonnullis scriptoribus confundi, ut a Cicerone de N. D. II. 26. a Mart. Cap. I. §. 4. ubi cf. Kopp.: quod inde factum puto, quia clavis, quam deus ille marinus manu tenebat, facile cum tridenti Neptunio mutari poterat. Plura de Melicerte s. Palaemone qui desiderat, adeat Böttig. *Ideen z. Kunstmyth.* II. p. 330 sqq. Creuz. Mythol. III. 114 sq. IV. 32 sqq.]

Salacia. [Egregie de nominis origine et significatione egit Munk. ad Hygin. l. p. 11. cf. Doederl. Syn. T. VI. p. 313. Hart. *Rel. d. Röm.* II. p. 99.]

Palaemon. Putat Oud. nummos gentis Lucretiae, in quarum una parte barbatus cum fuscina *Neptunus*, in altera *puer alatus frenans delphinum*, quo insidet, depictus est in memoriam factos esse alicuius mirificae ereptionis e naufragio et salutis in *portu* receptae.

Digitized by Google

309 mon; iam passim maria persultantes Tritonum catervae. Hic | concha sonaci leniter bucinat, ille serico tegmine flagrantiae solis obsistit, alius sub oculis dominae speculum progerit, currus biiuges alii subnatant. Talis ad Oceanum pergentem Venerem comitatur exercitus.

mare P. *persulcantes* P. O. δ. B. *prosultantes* Bas. 1. *persultantes* Venet. 4. *catervae* D. *concha* G. 1. *hec circa* pro *concha* p. *sonanti* G. 1. O. δ. *leviter* G. 1. frequenti aberratione. *bucinat* F. 3. G. 1. 2. D. *fragiantiae* G. 1. *obstitit* Vicent. marg. Bas. 1. *inimici*, quod post *obsistit* in nonnullis codd. et edd. vett. omnibus legitur, non comparet in G. 1. 2. P. D. O. π. et in F. 3. est abrasum, nec si abest ea vox, eam desiderabis. *specularum* pro *speculum* habet B. *progerit* F. 3. G. 1. 2. P. O. p. δ. *pgeie* D. Ceteri Mss. et edd. vett. *praegerit*. *cuius* Venet. 4. *currus* F. 1. *currus, biges* omnes edd. vett., ut inter utrumque vocabulum distinxisse quodammodo videantur. *buuges* D. G. 2. *bignigos* G. 1. *subvagantur* pro *subnatant* φ. *oceanum* vel *occeanum* (accurate enim distingui non potest) G. 2. D. *conceatur* D.

Alios vero dicit puerum eum capere Cupidinem, quum *Amores* soleant etiam per mare Thetidem, ut in monumento Papenbr. p. 56. et Venerem comitari, ut apud Claudian. de Nupt. Hon. et Mar. 156. Sidon. Apoll. XI. 41. Hinc posse conlici, horum Amorum maritimorum unum esse puerum illum Palaemona, cui etiam *alae* potuerint adscribi non secus ac Nymphis aliisque deis deabusque aquatilibus coll. Montf. Antiq. ill. T. I. p. 78. n. 2. [De his Amoribus a delphino vectis plura dabit Böttig. *Ideen z. Kunstmythol.* II. p. 337. not., qui Winckelm. descriptt. du cabinet de Stosch. II. N. 736—746. comparat. Talem vero Amorem Palaemona fuisse, mihi non persuadetur.

Palaemon. Altera terminatio *Palaemo*, quam in Oud. excerptis Guelf. male legebatur, hic probanda non erat, quamquam per se potest ferri. cf. Pier. ad Virg. Aen. X. 322. Barth. ad Stat. Silv. IV. p. 1691. Oud. ad Lucan. I. 213. [Dr. ad Sil. II. 192. Gronov. ad Senec. Agam. 514. et ad Hercul. Oet. 1247. Ita quoque extat *Milon.* Met. III. p. 191. 195. Heind. ad Hor. Sat. II. 3. 254.].

persultantes. Male Beroaldus *persulcantes* emendat, quod *sulcare mare* potius in usu sit cf. Oud. ad Lucan. V. 103. At hoc loco *persultare* recte defendunt Colv. Elm. et Pric. eoque magis designatur laetitia et chorus saltantium Tritonum cf. Ausop. Mosell. 173. 181.

serico tegmine.... Sericum tegmen, Veneri Marinae super caput fluens videri potest apud Montfauc. Antiq. T. I. Lib. III. c. 17. At hic tamen umbella designatur, lata a Tritone, ut bene explicat Beroald. *Inimici* cum optimis codd. pro glossemate e textu reieci.

speculum. [Ea de re haec adnotat Kopp. in Palaeogr. T. IV. Lib. III. c. 1. §. 623. p. 46.: Extat gemma apud Passerium I. 76, qua Venus marina conspicitur dextra manu pectinem, laeva speculum tenens. Speculum enim dono dare Veneri in usu erat apud antiquos, unde Venerium dicitur; cf. Marm. Turin. II. p. 106. Auson. ep. 55. Lucian. epigr. 33. Tom. X. p. 50. Philostrat. Imag. p. 741. Unde Tritones speculum praegerere depinguntur, quod idem fit in Isidis pompa Apul. Met. X. p. 770. nam Venus Isis est cf. ib. p. 757. Pignor. de servis in Polen. Suppl. ad Thes. Antiqq. T. III. p. 1262.]

progerit. [Non sollicitanda erat haec lectio, quum Apuleius his compositis crebrius uti videatur, ubi ceteri *prae* praepositionem habent. Ita Met. XI. p. 774. optimi codd. constanter praebent *proferebant* ubi cf. Oud. p. 786. *litore votum ingestans progerebat.* Met. VI. p. 439. *sinu serico progestans nucleos*, ita ut hanc formam unice usurpaverit Apuleius cf. quae dixi ad Met. I. p. 15.]

currus biiuges subnatant. Oud. cod. F. 1. auctoritate commotus praefert lectionem *curru*, quo *subnatare* dicantur *biiuges* Tritonis, quia illis sit altior coll. Sil. XIV. 483. Ipsos vero Tritones *biiuges* dici, ut equos biiuges, quadriiu-

Digitized b

CAPUT XXXII.

Interea Psyche cum sua sibi perspicua pulchritudine nullum decoris sui fructum percipit. Spectatur ab omnibus, laudatur ab omnibus, nec quisquam non rex, non regius nec de plebe saltem cupiens eius nuptiarum petitor accedit. Mirantur quidem divinam speciem, sed ut simulacrum fabre politum mirantur omnes. Olim duae maiores sorores, quarum | temperatam formositatem nulli 310
diffamarant populi, procis regibus desponsae iam beatas nuptias adeptae, sed Psyche virgo vidua domi residens deflet desertam suam solitudinem, aegra cor-

Psyce G. 2. et D., ut paulo post in eodem capite *sice* pro *Psyche* G. 1. *praecipua* pro *perspicua* ex Wow. coniectura perperam in textum receperunt Elm. et Pric. *praecipit* Venet. 4.] *ab hominibus* nolita variatione. *laudatur ab omnibus* desunt in G. 1. (unde etiam in O. videntur esse omissa, sed Oud. teste ibi, ut in Bas. 1., tantum *ab omnibus* desiderantur). *nec rex* p. ∂. *cupiens* G. 1. *accidit* Venet. 2. *fabro* p. *positum* π. *mirantur. Omnes olim* G. 2. D. *enim* pro *olim* O. *temeratam* f. *diffamavere* G. 2. P. *diffamare* G. 1. O. D. *diffamaverunt* f. *diffamarunt* ∂. *diffamarent* p. *hanus nupt.* G. 2. cf. infra p. 312. *nuptias et adeptae* f., a Ronido male explicatum *statim*, quum potius *sunt* compendium significet, quod praeterea exstat in R. φ. f. ∂. Attamen verbum non comparet in F. 1. 3. G. 1. 2. B. D. et edd. vett., unde glossa videtur librarii cuiusdam, qui hanc ellipsin pro ingenio tolerare non poterat. *Sed* abest a p. *Psychem* G. 1. *virgo vidua* in omnibus Mss. et edd. vett. exstat, quum *viro* tantum Elm. sit coniectura, a Scriverio aliisque perperam in textum recepta. *desertam* omnes libri et edd. vett. praebent praeter F. 3. qui cum ed. Elm. habet *deserta* et in cuius collatione a librario diligentissimo nihil adnotatum est. Hic tamen non dubitari licet, quin scripturam codicis neglexerit. *erga corp.* G. 2. P. D.

gos cett., ita ut duo Tritones currum ipsum traxerint cf. Broukh. ad Tibull. III. 3. 34. [Mihi vero altera lectio praestantior videtur et ab ingenio eius permutata, qui accusativum quomodo defendi posset, perperam neglexerat. Ita enim *subrepere* apud Sil. XV. 136. cf. Cort. ad Lucan. VI. 733. et *subsidere* Sil. XIII. 221. cum accusativo iunguntur, et praeterea *currus biiuges* elegantius dicuntur, ut Florid. p. 73. *quadriiuges et seiuges currus.* Refero igitur ad narrationem, quae in monumentis quoque depingitur, currum Veneris a duobus equis marinis trahi. Tritones, qui maria persultant, sub currum et circa eum natant, gaudium et reverentiam deae indicaturi.]

Cap. XXXII. *perspicua.* Male Wow. corrigit *praecipua*, quod contra Mss. posteriores receperunt. *Perspicuum* Apuleio aliquoties dicitur, ut aliis, pro *conspicuus.* cf. Salm. ad Solin. p. 543. Met. II. p. 106. XI. p. 799. [Plura dabit Burm. ad Anthol. I. T. II. p. 408. et p. 410.]

simulacrum. [De vocis significatione, quae Graecorum ἄγαλμα respondet, cf. d'Orvill. ad Charit. I. c. I. p. 205. ed. Lips., qui plura exempla enumerat.]

[*olim duae maiores* cett. Fulg. p. 715. *Denique duabus maioribus, quae temperata erant specie, connubia venere; illam vero veluti deam non quisquam amare ausus, quam venerari pronus atque hostiis sibi placare.*]

virgo vidua. Haec codicum lectio defendi bene potest, quod Psyche, licet *virgo*, tamen ut *vidua*, antequam nupta erat, domi residebat nec quisquam eam accedebat, ut luserit auctor in hac coniunctione *virgo vidua.* Sic *puella, virgo* Met. VII. p. 467. passimque mulieres dicuntur, quarum absunt mariti cf. Iustin. II. 4. [Qui his probatis Oud. coniecturam Elm. *viro* praeferre potuerit, vix capio. De *vidua* cf. Intt. ad Prop. II. 24. 17. Taubm. ad Plaut. Stich. I. 1. 4. p. 1255. Curcul. I. 1. 37. Men. I. 2. 4. V. 1. 20. 26. Stich. I. 2. 62. Mil. Gl. IV. 1. 18. V. 16. *Virgo vidua* hic ea nominatur, quae sola in lecto cubat nec ab ullo viro desideratur. Ita Plaut. Cistell. I. 1. 45. de meretrice: *nunquam ego hanc viduam cubare sivi.*]

poris, animi saucia, et quamvis gentibus totis complacitam odit in se suam formositatem. Sic infortunatissimae filiae miserrimus pater, suspectatis coelestibus odiis et irae superum metuens, dei Milesii vetustissimum percontatur oracu-
311 lum, et tanto numine precibus et victimis ingratae virgini petit nuptias | et

corpore G. 1. O. a m. p. *cum* pro *animi* D. *animis* F. 3. *audacia* pro *saucia*, quod ceteri codd. et edd. vett. praebent F. 3. G. 1. 2. P. O. D. f. R. *totis toi* D. a m. p. *complicitam* p. *odisse suam* D. *Sic infortun.* F. 3. G. 1. 2. P. D. B. *ç. d.* f. Ceteri codd. et edd. vett. habent *sed inf.* *supum* pro *superum* G. 2. *super metuens* D. *millesii* G. 1. Venet. 4. Par. *milie si* G. 2. P. *milition si* D. a p. m. syllaba *ti* punctis designata. *cauto numine* B. *precibus et victimis* desiderantur in D. *et precibus* P. *victime* G. 1. 2. P. *virginis* f.

complacitam. [cf. d'Orv. ad Charit. V. 2. p. 470. ed. Lips., qui sine dubio e cod. legit *complicitam.*]

sic. [Vellem non ita vituperasset Oud. editores, ut Wow. et Pric., qui hanc lectionem ab optimis codd. confirmatam in textum receperunt. *Sic* enim est *ideo, ea de causa*, qui particulae usus quum librarios effugeret, corruptelas excitavit: Mere ille est Plautinus cf. Most. II. 2. 20. *Quid vos? insanine estis. qui dum? sic, quia foris ambulatis.*]

tanto numine. Pricaeus ex Bertin. cod. lectione: *et cauto numine* frigide nimis coniecit: *et a tanto numine*, quae emendatio quum Oud. facilior videretur, quam quae a librariis potuisset corrumpi, ipse coniecit *et tanta numina*, ut inde ablativorum concursus evitaretur. *Petere* enim orandi sensu nonnunquam habere duos accusativos coll. Munk. ad Fulgent. Mythol. p. 659. Stav. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. VII. 299. XIV. 787. pronuntiat et *numina* de uno deo poetice crebro occurrere coll. Dr. ad Sil. I. 93. Serv. et Burm. ad Virg. Aen. I. 7. 665. II. 232. [Intt. ad eund. III. 543. De *petere* cum duplici ablativo iuncto adhuc dubitant Interpretes, quia omnes qui enumerantur loci dubiae lectionis sint. Negat id unquam fieri posse Bach. ad Ovid. Met. VII. 296. Posteriori tamen tempore probari posse credo, quod aliquoties accusativum personae verbo *petere* iungi constat cf. Casaub. ad Capitol. Pertin. c. 3. p. 537. Fulgent. Mythol. I. 27. *Apollinem atque Herculem petiit* ubi cf. Munk. p. 659. II. 13. *Mida rex Apollinem petiit* alibi. Nunc unus restat locus Minuc. Fel. VII. §. 6., qui omnem dubitationem tollere videtur: quum ibi scripta lectio habeat *ut Parthos signa spectamus*, quae a Linda. in: *ut Parthos signa reposcamus* cf. Excurs. I. p. 311 sqq. et Heum. in: a *Parthis* emendata est. At quia licebat iis dicere *petere aliquem* pro *rogare*, facile factum est, ut eodem modo quo *rogare*, *poscere*, construerent. Si quid in hoc loco mutandum est, facillima erat emendatio *Parthis*, qui ablativus non addita praepositione *a* nostro loco plane responderet. In alio Cic. pro Ligar. c. 12. §. 36. loco, ubi Munk. ad Fulg. l. c. legi ait: *nunc te supplex fratris salutem petiit*, hodie optimi codd. praebent *a*, nisi forte *de* propter similem seq. vocabuli sonum facillime omissum restitui debeat. Nostro loco si corrigere velis, vel *et te tanto numine* vel *tanto a numine* ut iam Basil. voluit (cf. Orell. ad h. l.) restituas. cf. quae dicam ad Met. p. 412. Ceterum de *petere* cf. praeterea Intt. ad Tac. Ann. XII. 14. Dr. ad Liv. VII. 32. §. 4.]

ingratae. Pricaeus minus recte exponit *tristi.* Oud. magis arridet Beroaldi explicatio, *inamabili*, *nulli gratae*, passivo sensu, ut *ignarus* pro *ignotus* al. Nam licet esset formosissima, nemo illam sibi cupiebat uxorem nimiae pulchritudinis respectu. [Sic *gratia* saepe est pro amore, grato animo, quo quis alterum amplectitur. cf. Lucil. Aetn. v. 14 et 15. ubi ego emendo: *et pinguis Pallas olivae Secretos amnes ageret, cui gratia ruris.* i. e. quae ruri grata est, a rure amatur, colitur.]

maritum. Sed Apollo quamquam Graecus et Ionicus propter Milesiae conditorem, sic Latina sorte respondit:

CAPUT XXXIII.

Montis in excelsi scopulo subsiste puellam
Ornatam mundo funerei thalami,

Appollo G. 2. D. *si appollo* D. *conditorem* in omnibus Mss. et edd. vett. legitur. *sic sic lat.* D. *ut* pro *respondit* D. (quae lectio ex compendio R^t i. e. *respondit* nata est.)

Hexametri singulis versibus descripti inter meos codd. comparent in solo G. 2. ed. Iunt. 1. 2. Ald. In G. 2. versus eos esse indicatur additamento librarii marginali: *Versus Apollinis.* Num in Florentt. reliquisque codd. ita sint ordinati, omnino non licet perspici. *inexcelsi* G. 2. et omnes edd. vett. praeter Paris. *inecel'fi* D. *subsiste* G. 1. 2. P. O. D. R. f. π. δ. et F. 3. (sed ex correctione). Ceteri codd. et edd. vett. habent *desiste.*

propter Milesiae conditorem. [Male agunt, qui hunc locum corruptum esse existimant, ut Oud., cui haec verba a glossatore profecta videntur esse, et Orellius, qui contra totius loci sententiam emendat *propter misellae genitorem*, quum infra quoque pro *misellam Psychen* cod. p. et alii habeant *milesiam Psychen* et mutato semel *misellae* in *Milesiae; genitorem* in *conditorem* corrumpi prope necesse fuerit. Sed quaeso propter consulentem scilicet latine locutus est Apollo et qua de caussa? Minime vero: sed argumentum additur, cur Graecus et Ionicus potissimum Apollo nominetur. Innuit enim poeta Miletum, Apollinis a Dione filium, quem conditorem Mileti Ionicae fuisse constat ex Ovid. Met. IX. 45—48. cf. quae protulit Munk. ad Hyg. c. XIV. p. 47 sq. neve quis miraretur, quomodo Latine loqui Apollo potuisset, qui graecus erat isque Ionicus, Apuleius haec addidit. Non improbabile est, Apuleium ad Cic. locum de Divin. II. c. 56. §. 116. respexisse: *primum latine Apollo nunquam locutus est.* Oud. in eo offendit, quod *Milesia* hic dictum sit pro urbe Mileti vel etiam absolute pro terra et regione. Sed eodem modo Virg. Georg. IV. 125. *Oebalia* dixit pro regione Oebalia i. e. Laconica, quod propter Claud. Prob. 260. imitationem sollicitari nequit cf. Weich. Comment. de Tit. Septim. poeta. Sic quoque defendi potest Prop. II. 21. 53. ubi *Iona* pro *Ionia* legitur. Quod eo magis comprobatur, quum fere omnia regionum nomina nihil aliud nisi adiectivorum vicem proprie sustineant. Si quid mutandum est, malo, *propter Milesiam conditionem.* i. e. *conditum.* cf. Tertull. de habit. mulieb. c. 8. *quia dei conditio est et thus et merum et ignis qui vescitur.* de Spectac. c. 2. vel *propter Milesiam condituram*, quod vocabulum noviter ab Apuleio formatum facile librarios fallere poterat. *Milesia vero conditio* dictum est, ut Met. V. p. 321. *ad conversationem humanam* pro *hominum.* cf. ad Met. I. p. 67.]

sorte. [*Sortes* responsa sunt oraculorum, quod olim per sortes edebantur. Proprie de Delphico dicebatur oraculo cf. Rupert. ad Iuven. Sat. I. 82. Tom. II. p. 40 sq. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. XIII. 93. p. 80. ad Suet. p. 219. 220. Buen. ad Lactant. Inst. I. 6. §. 12. p. 42. Bulleng. de Sort. Lib. I. c. I. in Graev. Thes. Antiqq. Tom. V. 363. De forma grammatica cf. quae dixit Voss. Aristarch. Tom. I. p. 503. ibique not. Förtsch.]

Cap. XXXIII. *Montis.* [Oraculum his verbis comprehendit Fulgent. p. 716. *Itaque Apollinis denuntiatione iubetur puella in montis cacumine sola dimitti.* Hoc totum carmen legitur in Burm. Anthol. L. T. I. p. 619.]

subsiste. Ita ex optimis codd. retinui. *Subsistere* enim, quod Gloss. explicant ὑφίστασθαι, non solum est *retinere* et *sustinere*, sed etiam *sistere*, ut *desistere.* Utraque vox rarissime est cum accusa-

Nec speres generum mortali stirpe creatum
Sed saevum atque ferum vipereumque malum
Qui pinnis volitans super aethera cuncta fatigat
Flammaque et ferro singula debilitat,
Quo tremit ipse Iovis, quo numina terrificantur
Fluminaque horrescunt et Stygiae tenebrae.

312 Rex olim beatus, affatu sanctae vaticinationis accepto, piger tristisque retro domum pergit, suaeque coniugi praecepta sortis enodat infaustae. Moeretur, fletur, lamentatur diebus plusculis. Sed dirae sortis iam urguet teter effectus. Iam feralium nuptiarum miserrimae virgini choragium struitur. Iam taedae iu-

speret F. 3. p. *maritali stirpe* G. 1. *marchali* D. *marcali* (neque *mariali* ut Oud. e suis excerptis depromsit) G. 2. *scevum* G. 1. *serium* G. 2. D. a p. m. quod in margine in *senum* correctum est. *viperumque* G. 1. 2. D. *quod pinnis δ. pennas* inde a Colvio in nonnullas editiones prave irrepsit. *aethere* f. *quo tremit* G. 1. 2. P. f. *quod tremit* F. 3. O. *δ. flumina quem* G. 1., unde tamen cave ne cum Oud. recipias. In ceteris enim libris et edd. legitur *fluminaque*. *bantus* pro *beatus* G. 2. D. *δ.* G. 1. (cum glossa interlineari: *nomen proprium.*) *bantas* P. Sed et supra pro *beatas nuptias* p. 310. in G. 2. invenimus *bantas n.* *bis* pro *beatus* p. ex compendio b^{s}. *res* pro *rex* Venet. 4. *effata* quod in F. 1. legi Oud. adnotat, ibi non comparet, sed lectio Vulc. 2. *effatu* Lindenbrog. collatione mutatur in *affatu*. Mera videtur esse Colvii coniectura, quam Vulcan. et Scriv. typis exprimendam curabant. *pigeret* O. In edit Vulc. 2. legitur *pigens*, quam scripturam Lindenbrog. in marg. Vulc. e cod. F. 1. non emendavit, quod frequentiori eius negligentiae tribuerim. *recto domum* D. *congnigi* D. *secreta sortis q.* *fortis* pro *sortis* G. 1. 2. D. *evadat* pro *enodat* D. *meretur* Venet. 2. Iunt. 1. Paris. *urget tetri effectus* ed. pr. Venet. 2. *urgent tetri effectus* Iunt. 1. Ald. Venet. 4. Par. *effectus* abest a D. *coragium* G. 1. 2. D. O. Iunt. 1. Ald. *cede* pro *taedae* G. 1.

tivo iuncta, et *desistere*, nisi fallor, hoc uno tantum Apuleii exemplo probari potest. Hinc non comprobo Oud. coniecturam: *Montis in excelsi scopulosis siste puellam*, quamquam amet in typographicis more aliorum scriptorum [praeceteris Lucretii cf. Forbig. ad Lucret. I. 87.] adiectiva pluralia cum genitivo ponere, de quo usu Oud. cf. Dr. ad Liv. XLVII. c. 58. Ovid. Met. VIII. 692. Lucan. II. 421. [Burm. ad Anthol. L. I. p. 619. Bueu. ad Lact. VII. 3. §. 25. p. 877.]

saevum atque f. vipereumque. De *saevo Cupidine* conferri iubet Oud. Burm. ad Tibull. III. 4. 74. et Anthol. Lat. T. I. p. 642. Dein Barth. ad Stat. I. Silv. I. 49. emendasse se gloriatur *vipereumque atque malum*, qua vocis *atque* repetitione versiculus foret ineptus et sensus frigidissimus. Ita vero voluit Barthius, quia sequuntur *qui* et *quem*, unde e contrario librarius cod. *δ.* utrobique reposuit *quod*. *Malum* hic est *homo scelestus* [cf. Plaut. Amphit. I. 1. 250. Bach. IV. 3. 60. Epid. V. 2. 44. saepius: quae res notissima est.]

quo tremit. [Ita legatur optimi codd. suadent, quum alterum *quem* interpretamentum potius sapiat. Iupiter qui tremit amore, concutitur et agitatur a Cupidine.]

Iovis. [Antiquissimus hic est nominativus, quem Hygino potissimum in usu fuisse video; cf. Fab. c. 53. c. 31. 54. 63. 75. 79. 92. 140. saepius Munk. ad Hyg. p. 338. Förtsch. ad Voss. Arist. Tom. I. p. 534.]

fluminaque. Haec est lectio fere omnium codd., quos sequutus sum, quamquam aliter iubent Oud. Cort. ad Lucan. VIII. 16. N. Heins. ad Sabin. Epist. Par. 15.

feralium nuptiarum. [Lindenbrog. ad hunc locum, haec adnotat ex Achill. Tat. I. p. 19. *τάφος μέν σοι τέκνον ὁ θάλαμος, γάμος δ' ὁ θάνατος· θρῆνος ἡ ὑμέναιος. ὁ δὲ κοκυτὸς τῶν γάμων οὗτος ὠδαί.*]

choragium struitur. [Grang., qui haec verba cum Iuven. Sat. VI. 78. comparat, ad ritum refert, quo theatra in vicis erigebantur et in honorem nuptiarum in iis ludi celebrabantur. Sed plane aliter locus explicandus est. Quum Ful-

men atrae fuliginis cinerem arcessit, et sonus tibiae zygiae mutatur | in querulum Lydium, cantusque laetus Hymenaei lugubri finitur ululatu, et puella nuptura deterget lacrymas ipso suo flammeo. | Sic affectae domus triste fatum 313 314

nuere δ. pro *cinerem.* *arcescit* F. 3. *accersit* G. 2. *arcessit* G. a m. p. sed a m. s. correctum *arcesscit.* *arescit* B. (quod ex scriptura *arcescit* natum esse existimo.) *gygiae* F. 3. G. 2. ed. pr. Iunt. 1. Venet. 2. Ald. *gygye* G. 1. *gigie* D. F. 1. O. R. f. p. Basil. 1. *ludium* F. 3. (sed apparet correctio) *u* pro *y* scripto ut *Sulla* pro *Sylla.* *lidium* (neque *lidi modum*, ut Oud. adnotat) in G. 2. Praeterea in D. et G. 1. (sed ex correctione). *Lydium* f. p. O. *Lydium cantum.* P. *Lydium modum φ. Lydii modum* F. 1. R. B. et edd. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. *ludi modum δ.* sed voces *cantum* et *modum* videntur esse subditiciae et glossatoris. *himinei* G. 2. D. *hymeney* G. 1. *ululatu* G. 1. 2. *nuptāt* P. *nupta* G. 1. O. *nuptā* D. *detergit f. deteget* p. *δ. ipsa* Vicent. Colin. *suo* abest in Venet. 4. *offertae π.*

gent. Expos. serm. p. 779. interpretetur: *choragium; virginale funus vocatur,* Turneb. Advers. XXVI. 10. Schott. Nod. Cic. IV. 10. et Voss. Etym. s. v. *choragus.* scribendum esse existimant *coragium ἀπὸ Κόρης καὶ ἄγω.* Haec interpretatio quam falsa sit, ex Apuleii locis potest intelligi cf. Met. II. p. 140. ubi de adolescentis usurpatur funere, et Apol. p. 416. *choragium thymelicum,* ubi de apparatu scenico sermo fit. Et ita de *instrumento scenarum* intelligit Fest. p. 42. Lindem. nec aliter Plaut. Capt. Prol. 61.: postea de quocunque apparatu dicitur cf. Munk. ad Fulgent. Myth. III. 6. p. 716. Intt. ad Vitruv. V. 9. Barth. Advers. XXXVI. 3. p. 1653. quos Oud. excitat. Luculentius agit de nostro loco Guther. de iure Mân. Lib. I. c. 28. in Graev. Thes. Antiqq. T. XII. p. 1158 sq. Bulleng. de theatro II. c. 15. ibid. T. IX. p. 1009. Isidor. Gloss. p. 672.]

cinerem arcessit. Ex B. cod. lectione *cinerem arescit,* Modius fingebat *in cinerem arescit.* At durissima est catachresis *lumen arescit in cinerem.* Coniectura Floridi, quam suo more audacter in contextum recepit, vitiose tamen pro *marcescit* scribens *marcessit,* magis placeret, si modo quid mutandum esset. *Arcessit* est, *contrahit, admittit fuliginosum cinerem* cf. ad Met. I. p. 10. et Xenoph. Cyrop. VII. p. 191. *πιττὰν καὶ στοππαῖον, ἃ παραχαλεῖ πολλὴν φλόγα.* Propert. IV. 3. 13. *quae mihi deductae fax omen praetulit, illa Traxit ab everso lumina nigra rogo.*

zygiae. Quum omnes codd. *gygiae* vel tale quid praebeant, diversae VV. DD. eo de loco sunt sententiae. Sopingius retinuit *gygiae* a *Gyge* rege Lydorum, vel *Phrygiae* coniecit, quod etiam Meurs. in Spicil. ad Theocrit. Id. XX. p. 144. in mentem venit. Verum tibiarum quidem funebrium origo debetur Lydis vel Phrygibus, at inde non sequitur, hic ita legendum. Contra potius primo loco debet mentio fieri *laeti cantus* et *nuptialis,* qui quoniam ferales sunt nuptiae, in querulum mutatur. Hanc sententiam etiam sequentia verba probant. Hinc admitti nequit coniectura *gigrinae* vel *gingrinae,* quod est genus tibiae lugubris et exiguae, de qua adi Intt. ad Fest. p. 438. Optima est Beroaldi emendatio *zygiae* i. e. *nuptialis.* [In nuptiis usos fuisse veteres tibiis demonstrat Brisson. de ritu nupt. in Graev. Thes. Antiqq. T. VIII. p. 1045. Porro quid sibi velit Barth. Advers. VI. 13. p. 276. legens *zygio* (non *lygio* ut in Oud. edit. est) a sono videlicet coniugii non capitur. Forsan voluit *zygius.* Sed ibid. LVIII. 20. p. 2765. idem legit pro sua inconstantia *zygiae.*]

Lydium. Ita simpliciter legendum est, non addita voce *modum* vel *cantum,* ut aliquot codd. a manu glossatorum habent. cf. Met. X. p. 741. *Dorium canebat bellicosum.* et Florid. p. 17. *seu tu velles Aeolium simplex seu Iasium varium,* ubi ex praegressis *modus,* ut hic *sonus,* potest intelligi, si necessarium est. De Lydio querulo et lugubri agam ad Florid. I. p. 17.

deterget. Notandum est, Apuleium cum optimis quibusque scriptoribus praetulisse in hoc vocabulo secundam coniugationem. cf. Apolog. p. 388. *omnem*

Digitized by Google

[158] cuncta etiam civitas congemebat, luctuque publico confe|stim congruens edicitur iustitium.

CAPUT XXXIV.

Sed monitis coelestibus parendi necessitas misellam Psychem ad destinatam poenam efflagitabat. Perfectis igitur feralis thalami cum summo moerore solemnibus, toto prosequente populo, vivum producitur funus: et lacrymosa

commegebat pro *congemebat* D. *congemens* pro *congruens* O. G. 1. a m. s. *ei dicitur* O. et π. *vilitius* G. 2. P. D.

parenti Venet. 4. Bas. 1. *milesia* B. *milesiam* ed. pr. Venet. 2. *miscellam* G. 1. a m. p., c linea obducto. *miscellam* Venet. 4. *Psychem* F. 1. 3. G. 1. B. Ceteri codd. et edd. vett. *Psychen. flagitabat* p. *profectis* solo typothetarum errore extat in Bas. 2. *ferialis* G. 2. P. D. *sollemnibus* F. 3. *solempnibus* G. 2. D. *vinum* G. 2. D. *perducitur* G. 1. O. *fanus* G. 2. D. *laer. Psychem* G. 1. 2. *Psychen* D.

gratiam corpore detergeat Giphan. Lex. Lucret. Intt. ad Horat. Od. I. 7. 15. et sic Silius semper ut VII. 553. XIV. 382. [Fronto Epist. ad Caes. II. 16. p. 61. ed. Rom. *et sollicitudinem nostram vel interim minuat vel iam omnino detergeat.* Plura dabit Eckst. ad Voss. Arist. Tom. II. p. 869.]

flammeo. [Hanc scribendi rationem probo, secutus auctoritatem meorum codd., quamquam alii aliter constituunt. Hoc unus vindicat Plin. Hist. N. XXI. 8. 22. locus: *lutei coloris video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum feminis concessum*, ubi aperte significatur, rubro colore vela fuisse virginum nubentium. Item dicit Schol. ad Iuven. II. 125., ubi male *flamea* scribitur, et fortasse legendum est: *Vestis pudori rubore similis, quam et propter pudorem accipiebant:* quocum alius locus eiusdem scholiastae accuratissime consentit ad Sat. VI. 225. *flammea. Genus amicti, quo se cooperiunt mulieres die nuptiarum. Est enim sanguineum propter pudorem custodiendum* [ubi male habent *propter ruborem*], nisi priore loco *pudor* pro ipso *rubore* dictum esse existimas, ut Laevius apud Gell. XIX. 7. *Auroram pudoricoloram* nominavit et Plaut. Capt. V. 2. 9. *At ego te faciam ut pudeat, nam in ruborem te totum dabo*, unde intelligi potest, quomodo fiat ut utrumque vocabulum saepius commutetur. cf. Horat. Epist. I. 18. 77. De *flammeo* cf. quae disputant Intt. ad Iuven. l. d. Brisson. de ritu nuptiar. in Graev. Thes. T. VIII. p. 1031 sq. Cort. ad Lucan. II. 361. Kopp. ad Mart. Capell. II. §. 154. p. 254.]

affectae domus. [Accuratius disseram de significatione huius vocabuli ad Apol. p. 545.]

Cap. XXXIV. *misellam Psychem.* Aliquot codd. dant *milesiam*, cui lectioni cum Beroald. aliquid tribueret, coniecit *necessitas Milesia* scilicet oraculi. Nam sane nusquam dixit auctor puellam fuisse Milesiam et latine non debuerat tum respondisse Apollo Milesius. Passim vero Apuleius Psychem *misellam* vocat ut Met. V. p. 328. p. 354. p. 369. VI. p. 397. p. 413. p. 422. [At mira est haec lectionis diversitas, quam non aliter explicari posse puto, nisi statuas verba paulo ante praegressa *propter Milesiae conditorem* librariorum animo haesisse.]

toto prosequente populo. [De hoc ritu adeantur, quae paulo fusius exponit Cort. ad Lucan. II. 303.]

vivum producitur funus. [*Funus* de cadavere dici illustrat Staveer. ad Fulgent. Expos. p. 769. De *vivo funere* plura adnotat Pric. ad h. l. cui adde Cort. ad Lucan. VI. 640. et d'Orv. ad Charit. I. 6. p. 241. Alio sensu *vivum funus* dicitur de homine solitario et commercio hominum exemto et de exulibus cf. Burm. ad Anthol. Lat. I. T. I. p. 465.]

Psyche comitatur non nuptias sed exsequias suas. Ac dum moesti parentes et tanto malo perciti nefarium facinus perficere contantur, ipsa illa filia talibus eos adhortatur vocibus: Quid infelicem senectam fletu diutino cruciatis? quid spiritum vestrum, qui magis meus est, crebris eiulatibus fatigatis? quid lacrymis inefficacibus ora mihi veneranda foedatis? quid laceratis in vestris oculis mea lumina? quid canitiem scinditis? quid pectora, quid ubera sancta tunditis! Haec erunt vobis egregiae formositatis meae praeclara praemia. Invidiae nefariae letali plaga percussi sero sentitis. Cum gentes et populi celebrarent nos divinis honoribus, quum novam me Venerem ore consono nuncuparent, tunc dolere, tunc flere, tunc | me iam quasi peremptam lugere debuistis. Iam sentio, iam video solo 315
me nomine Veneris perisse. Ducite me et cui sors addixit scopulo sistite. Festino felices istas nuptias obire, festino generosum illum maritum meum videre. Quid differo? quid detrecto venientem, qui totius orbis exitio natus est?

parati pro *perciti* G. 2. D. *cunctanter* G. 1. Iunt. 2. *fila* D. *quid lacrymis — foedatis* exulant in *d.* *quid* ante *lacrymis* abest a *f.* *ora verecunda f.* *in* ante *vestris* perperam exulat ab ed. Floridi. *tonditis* Venet. 4. *hic erunt* edd. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. *formositatis meae* F. 3. G. 1. 2. P. D. f. Ceteri codd. et edd. vett. *meae formos.* *praecula pr.* P. *clara pr.* p. *et gentes* G. 1. a m. s. O. *gens* in omnibus extat edd. vett. *nunc flere nunc dol. d.* *iam* desideratur in O. *quasi* abest a B. *perisse d.* *edixit d.* *detracto* G. 1. O. *d.* *detecto* G 2. P. D. a p. m. *trecto* Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *totius* D. *ocinso* pro *totius* F. 1. *exitii* G. 1. a m. p.

ora foedatis. De more lugentium genas radendi et lacerandi cf. Cort. ad Lucan. III. 73. Intt. ad Cic. de Legg. II. 23. p. 345. et p. 683. Creuz. Apul. Met. V. p. 342. *ora lacerantes.*]

laceratis in vestris oculis mea lumina. In male exulat ab ed. Florid. cf. Intt. ad Flor. II. 8. 13. III. 17. *In Cassio suum animum perdidisset* Ovid. Met. II. 362. *nostrum laniatur in arbore corpus.* [cf. Hand. Tursell. Tom. III. p. 266., qui Iustin. I. 5, 5. et I. 6., 16. excitat. *Ora lacerare fletu* vel *corrumpere* et *foedari* ii dicuntur, qui nimiam lacrimarum copiam prae luctu effundunt. cf. Burm. ad Prop. I. 21. 3.]

quid pectora quid ubera sancta tunditis. Magnam difficultatem locus mihi movit, qui ab omnibus sanus relictus est. Nisi enim *pectora* ad patrem, *ubera* vero ad matrem velis referre, haec repetitio sane habet multum molestiae, nec si ita probetur, verborum coniunctio mihi quidem placere poterit. Haec me commovent, ut coniectura *tempora* locum sanare velim. Ita legitur Pind. Epit. Iliad. 29. *squalidaque infestis moerens secat unguibus ora, dilaceratque comas, annosaque tempora plangit:* ubi male hodie *pectora* emendant; cf. Burm. Anthol. II. p. 169. Met. IV. p. 291. Charite dicitur *faciem illam luculentam verberare* Barth. Advers. XXXIV. 15. p. 1572. ut *tempora* hic de toto capite cf. Catull. LXI. 161. Prop. IV. 9. 15. vel de *facie* positum sit. cf. Prop. II. 14. 27. Sic *lacerare frontem.* Senec. Hippol. V. 1182. *Laceraeque frontis accipe abscissam comam.* Munk. ad Fulgent. Mythol. p. 615. et *frontem plaudere* valde indignantium et lugentium erat cf. Met. I. p. 32. At de *pectora tundere* cf. Buen. ad Lactant. Inst. I. 21. §. 20. p. 141 sq.]

gentes et populi. Perperam Withovius in Encaen. p. 63. negavit, *gentes* et *populos*, minores gentium partes, iungi. Sic enim copulantur Ciceroni de Legg. II. 13. pro Marc. 2. Iust. VII. 1. VIII. 6. cf. Oud. ad Lucan. VI. 442. X. 31. [cf. Doed. Syn. T. V. p. 96.]

addixit. [*Dicere* usurpatur de oraculis Heins. ad Ovid. Heroid. V. 33. Drak. ad Sil. XIII. 819.]

detrecto. [Si plures codd. adducerent, formam *detracto*, quae in nonnullis codd. legitur, retinere non dubitarem, quum non solum in veteribus libris crebro inveniatur, sed morem quoque fuisse videatur Apuleii, vocalem simplicis verbi etiam in compositis servandi. Sed cum Bachio in ind. Ovid. Met. s. v. *Orthographie* non contenderim, antiquam hanc

Digitized by Google

CAPUT XXXV.

Sic profata virgo conticuit, ingressuque iam valido pompae populi prosequentis sese miscuit. Itur ad constitutum scopulum montis ardui, cuius in summo acumine statutam puellam cuncti deserunt, taedasque nuptiales quibus praeluxerant ibidem lacrimis suis extinctas relinquentes, deiectisque capitibus domui-

praefata G. 1. *profacta* D. a m. p. *atticuit* B. unde Wasseus coniecit *obticuit*. *in gressu* Ald. *miscuit sese* δ. p. *iter* pro *itur* G. 1. *igitur* p. *iam* G. 2. D. P. pro *itur*. *cumstitutum* Venet. 2. *deserentes* f. ed. pr. Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 2. *taedas quoque* coniecit Oud. *luxerant* O. *praeluserant* G. 2. D. *choragio itaque perfecto* haec verba desunt F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. π. Solis codd. P. φ. β., testibus Erycio Puteano et Putschio, et Fulgentii auctoritate haec verba nihil videntur. Omnes edd. vett. ea omittunt. *domutionem* P.

fuisse formam, sed magis ad soni suavitatem inter utrumque elegisse Romanos censeo, quae sententia est Lennep. ad Ovid. Heroid. XX. 141. De orthographia vocis cf. Cort. et Kritz. ad Sall. Iug. LIII. 8. Broukh. ad Prop. II. 2. 11. Staveer. ad Cornel. Alcib. 6. Dr. ad Liv. XXXIV. 15. §. 9. Bach. ad Tac. Ann. XIV. 52. Wagn. ad Virg. Georg. III. 57. Probabiliorem hanc altera esse perperam pronuntiarunt VV. DD., quos Eckst. ad Tac. Orat. c. 11. et in ind. s. v. excitat.]

Cap. XXXV. *relinquentes deiectisque capitibus.* [*Choragio itaque perfecto*, quod e nonnullis codd. et Fulgent. Expos. p. 779. Oud. cum aliis recepit, equidem auctoritate plurimorum et optimorum codd. eiiciendum esse putavi. Nam maior adhuc tributa est fides Fulgentio, quam qua dignum eum esse mihi persuasum est. Hanc rem accuratius pertractare, e re videtur esse, quum inde eluceat, utrum propter eius solam auctoritatem in scriptoribus quid mutandum sit et propter eos vice versa in Fulgentio. Ab Apuleio incipiamus. Legitur praeter nostrum locum alius quidam ex Met., qui hodie non comparet p. 779. *Apuleius asino aureo: edulibus opipare excepta*, quae glossa ex Met. V. p. 348. *beatis edulibus atque taedis oblectat* conflata videtur esse. Cf. quae ad h. l. exponam. Tertius qui ex Apuleio allatus est locus, quamquam in universum cum textu genuino consentit, verborum tamen positu aberrat. cf. p. 338. ubi Apuleius habet: *patre meo seniorem maritum sortita sum, dein cucurbita calviorem et quovis puero pumiliorem.* Fulgent. p. 775. *dein quovis puero pumiliorem et cucurbita calviorem*, qui locus Fulg. ab initio perturbatus ita legendus videtur: *Apuleius asino aureo inducit sorores Psychae de maritis detrahentes dicere* (cod. Leid. *sorores Psyce mariti detrah.*) ubi facile *de* per antecedens *ce* omitti poterat; de dictione cf. Cic. ad Att. XI. 11. §. 2. Beier. ad Cic. de Off. I. 37. §. 134.) Idem ex aliis scriptoribus de Fulgentio comprobari licet. cf. s. v. *stega*. *Forte ut assedi in stega*, quae glossa in Bacchidibus Plauti non legitur, ut hic quoque memoria Fulgentius falsus esse existimandus sit. Ita locum e Cistell. p. 781 s. v. *cistella*: *cistellam effers cum crepundiis* invenire non potui, nec ab interpretibus locus ubi legatur allatus est. Innuere videtur versus Cist. IV. 1. 3 et 4: *sed quid hoc est? haec quod cistella hic iacet cum crepundiis.* Hinc puto apud Fulgent. s. v. *friguttire* e cod. Leid. cum vett. edd. legendum esse *quidnam friguttis*, quamquam in Plauti loco Casin. II. 3. 49. legitur *nam quid friguttis* et ex eodem cod. in loco Virg. Aen. III. 545. *relamus*, quamquam Virg. Mss. habent *relamur*. Item emendanda est glossa p. 773. *luscitiosos* e cod. Leid. et aliis: *unde et Plautus in Mercatoris comoedia ait: mirum, lolio victitare te tam vili tritico, quia luscitiosus es.*: quam editores corrigere non debebant, quoniam falsa comoediae ci-

tionem parant. Et miseri quidem parentes eius tanta clade | defessi, clausae 316
domus abstrusi tenebris perpetuae nocti sese dedidere. Psychem autem paventem ac trepidantem et in ipso scopuli vertice deflentem mitis aura molliter spi-

astrusi G. 1. *absconsi* B. *tenebras* D. *noctis sese* G. 1. 2. D. O. *dedere* R. f. *d. Psychem* F. 1. 3. G. 2. B. D. *Sychem* G. 1. ex more cf. supra p. 309. *parentem* Venet. 4. *trepidantem* F. 3. G. 1. O. *d. f. strepidantem* G. 2. P. D. a m. p. in *trepidantem* a m. p. correctum. In cett. codd. et edd. vett. est *trepidam. etiam* pro *et* f. *ipso* deest in P. teste Oud. Sed mirum est, quomodo idem in seqq. in hoc cod. *ipso* legi, aperte pronuntiat. *deflentem* abest a f. *defluentem* G. 2. P. D.

tatio eos admonere poterat, quam perverse Fulgent. in his egerit, et p. 776. s. v. *catillare* cum eodem codice scribas: *Et Plautus similiter ait: Quin meam uxorem mittam catillatum.* Sic ubique huic codici in Plauti excerptis obtemperandum est. cf. Munk. ad p. 780. s. v. *exercitus.* Nec minus leviter egit Fulgentius in aliis quoque scriptoribus, ut in Mart. Capella. Quem enim ex eo p. 780. s. v. *coelibatum* habet locum, plane aliter in Mss. Martiani legitur, ut hinc putaverim demonstrasse, memoriter omnia a Fulgentio esse excitata, ut nunquam ei fides habenda sit.]

clade defessi. Putat Pricaeus, legendum esse *clade fessi*, quia simplex *fessus* ita saepe usurpetur. Eius exemplis possunt innumera addi. Sed si simplex, cur non etiam compositum idem denotare potest, quum *de* significationem tantummodo augeat? cf. Sept. Bell. Troian. II. 31. *pernicie defessi exercitus anxius.*

abtrusi tenebris. In luctu domi se continebant veteres cf. Plin. Epist. IX. 13. Cod. Bert. lectio est glossema, cf. Arntz. ad Plin. Panegyr. c. 45. *Bonos otio aut situ abstrusos.*

nocti sese dedidere. [*Dedere*, quod nonnulli codd. praebent, quamquam per se ferri potest, tamen propter sententiam hic improbo. Maior autem vis inest in voce *dedere*, quae usurpatur, ubi totum aliquem rei se dare vel totum in alicuius potestatem se committere significamus cf. Bently. ad Hor. Carm. III. 5. 33. Heusing. et Beier. ad Cic. de Off. I. 21. 71. Hinc potest effici, propter doloris cruditatem moerorisque acerbitatem *dedere* hic solum probari, quum sententiam indicet parentum, a solis lumine hominumque commercio se relegantium. Hac vero utriusque vocabuli mutatione in Mss. nihil est frequentius cf. Oud. ad Caes. B. G. II. 15. Dr. ad Liv. XXXIX. 50. Verheyk. ad Eutrop. p. 56. Bünem. ad Lactant I. 1. §. 1. p. 1. Ita legendum est in Placid. Gloss. p. 454, ubi hodie scribitur: *dividit: dedit — dividit didit.*, vel *dedidit — dedit.* In seqq. idem Placidus: *dididit dispersit, divulgavit.* Sic enim *dedere* et *didere* saepius confunduntur cf. Intt. ad Virg. Aen. VII. 144. Liv. VII. 34. §. 4. Eadem de caussa apud Cic. pro Rosc. Amer. c. VI. §. 18. melius scribitur: *quumque se voluntate patris rei familiari vitaeque rusticae dedidisset.*]

in ipso scop. vertice deflentem. Varie hic locus a viris doctis tentatus est, qui quid *deflentem* sibi velit, non intelligunt. Colvius incommode coniecit *degentem* vel *flentem*, Brantius pro ineptissima sua doctrina et antiquitatis absurda affectatione *defientem*, quod per *deficientem* mire explicat, coll. Met. X., ubi *infit* esse statuit *non fit.* Ego quem locum innuerit, ne cogitatione quidem possum assequi. Sopingius mavult *se deflentem*, quia certe Apuleius nusquam utatur verbo *deflere*, nisi iuncto Accusativo, quod semel tantum factum esse puto Met. IV. p. 310. *deflet desertam suam solitudinem.* Oud. ipse codd. Pal. et Guelf. 2. auctoritatem secutus restituit *defluentem*, i. e. liquentem, deficientem, ac delabentem exanimis instar. Quo facere dicit, quod sequatur *sensim levatam.* Passim enim in defectu virium *corpus ad* vel *in terram defluere* dici coll. Dr. ad Liv. XLI. 15. §. 1. [Sed unum tantum reperire potui locum Lactantii V. 22. §. 17., ubi absolute *defluere* legitur pro *deficere* et *delabi* prae virium infirmitate et luxu, quamquam hic

Digitized by Google

rantis Zephyri vibratis hinc inde laciniis et reflato sinu sensim levatam, suo tranquillo spiritu vehens, paulatim per devexa rupis excelsae, vallis subditae florentis cespitis gremio leniter delapsam reclinat.

vibrantis F. 1. *d.* ex more librariorum ubivis *n* inserentium. Markl. ad Stat. Silv. V. 2. 102. mavult *libratis*. Pravo sane iudicio. Passim *vibrari* noster cum aliis dicit ea, quae celeri motu quassantur. *levatam* O. *levata* G. 1. *spirito* Iunt. 2. *devexae* G. 1. *subitae* f. *gramine* pro *gremio* B. *leviter* G. 1. 2. *d.* *delapsam* D. a p. m. Ceterum f. haec et sequentia connectens habet *reclinat Psychen. Teneris.*

codd. plures lectionem *diffluentem* postulant. Ceteri omnes loci vel motionem adiunctam habent, unde res vel persona delabitur vel altera significatio: *abire* et *perire* inest, ut Horat. Epist. II. 1. 157. cf. Ochsner. ad Cic. Ecl. p. 390 sq. Bach. ad Ovid. Met. VI. 229. Id tamen dubito, an unquam dici possit homo *defluens* pro homine fere exanimi. Si quid mutandum est, equidem malo legi *diffluens* i. e. prae lacrimis, quod saepius in Mss. cum *defluere* confunditur. cf. Bünem. ad Lactant. Instit. I. 9. §. 11. III. 20. 14. p. 378. Ita apud Sall. Iug. c. 1. §. 4. p. 57. III. 1. §. 3. p. 283. *per socordiam vires, tempus, ingenium diffluxere*, defendo, ut Cic. Orat. III. 70. dicit *diffluens ac solutum*. Kritzii argumenta nemini satisfacient. Idem restituendum est in Senec. de brevit. c. 1. §. 3. *ubi vita per luxum ac negligentiam diffluit* propter seqq. *sed prodigi sumus*. E contrario locum Senec. Epist. 91. §. 10. emendo *iuga montium defluunt, totae desedere regiones*. At lectio *deflens* recte se habet. Est eadem Psyche, quae p. 314. *lacrymosa* nominabatur; quae prae dolore et lacrymis placari nequit. Iam qui pavet et trepidat, exanimis instar est. *Deflere* autem absolute dici Oud. demonstrat ex Iustin. XVIII. 4. §. 3. Dicty. Cretens. III. 9. ubi cf. Deder. in Glossar. p. 321. praeter eos Lachm. ad Prop. I. 16. 2., qui Manil. IV. 747. et nostrum locum excitat, et Doederl. Synonym. III. p. 154. Quod porro addidit Oud., *defluere* commendari propter sequens *levatam*, afferre non debebat. Qui enim aliter dicere Apuleius poterat, quum de vento sermo sit qui reflatis Psychae vestibus non violenter sed molliter dominam Cupidinis in auras tollit?]

devexa rupis excelsae vallis subditae. [Diverso modo hunc locum sanum coniecturis interpretes corruperunt. Wass. emendat *per devexa excelsa: vallis subditae* cet., quum *excelsae* male ad *vallis* referens, ita dici posse neget, alii *rupis*, quae vulgata est lectio, omiserunt. Sed iam Fulgent. Mythol. III. 6. p. 716. recte exponit: *puella per montis declivia Zephyri flantis leni vectura delapsa.* Totus locus ita explicandus est: Psyche leniter *per devexa rupis altae* delapsa est in *gremium cespitis, florentis in valle*, quae ei rupi erat subiecta. Vel potius verba ita iungas: *in gremium subditae vallis cespitis florentis*, sive quae praedita et vestita erat florenti cespite. Quod vero Oud. adnotat, olim forsitan fuisse: *florentisce cespitis* pro *florentisque*, nimis videtur esse ludicrum. Lindenbrogius ad hunc locum addit: Simile quid accidit Iolae cum se praecipitem daret de muro Oechaliae. Cf. Plutarch. in Parallel. et in parvis parallel. exemplo XIII.]

Digitized by Google

LIBER V.

CAPUT I.

Psyche teneris et herbosis locis in ipso toro roscidi graminis suave recu- {318 [159]
bans, tanta mentis perturbatione sedata dulce conquievit. Iamque sufficienti recreata somno placido resurgit animo. Videt lucum proceris et vastis arboribus consitum: videt fontem vitreo latice pellucidum, medio luci meditullio.

Psychen G. 2. D. *Psychem* G. 1. (Hanc lectionem inde natam esse existimo, quod librarii praecedentem cum sequenti libro accuratius iungi volebant. Hoc a nonnullis factum esse, argumento esse poterit f. cod. lectio, quo uterque liber disparatus non videatur.) *in teneris*, quod ex G. 1. et O. enotavit Oud., in priore non comparet. Librarius *m* littera, quae voci *Psyche* adhaerebat, deceptus est, ut *in* legeret, quid sibi vellet ea littera, aliter non intelligens. Idem cadere in cod. O., non veri est simile. *erbosis* G. 2. *erboris* (nec *herboreis* ut excerpta praebebant Oud. et O.) est in G. 1. *herbosos* Venet. 4. *in* ante *ipso* desideratur in B. *ipso* abest a B. Scriver. uncis inclusit. *rosidi* p. *geminis* Venet. 4. *germinis* Basil. 1. *requievit* R. f. d. *placido resurgit*. In omnibus legitur et codd. et edd. nisi quod Venet. 4. *placidiore surgit* habet. Quae hodie in multis edd. extat lectio *placidiore resurgit*, perperam a Bas. 2. profluxit et extat in Colv. Vulc. Wow. Pric. *vitro* D. *lactice* G. 1. a p. m. *perlucidum* F. 3. G. 2. (neque *perlucide* ut in Oud. schedis erat D. f. Bas. 1. marg. *placidum* F. 1. R. G. 1. Venet. 2. Basil. 2. Colv. Vulcan. ut testes sunt Elm. et Oud. Sed quamquam mea Lindenbrog. collatio idem comprobat, in collat. tamen ad marg. ed. Colv. in P. F. 1. et B. aperte legi *perlucidum* indicatur. *placitum* Basil. 2. *lucis* G. 1. a m. p. *meditallio* D.

Cap. I. *tanta mentis.* Gruterus temere *tandem mentis* in Susp. VIII. 2. emendat. Subintelligit enim eam, quantam antea descripserat.

placido resurgit animo. [Hanc optt. codd. lectionem in contextu reddendam curavi, quum alteram *placidiore resurgit* ex prava praepositionis *re* repetitione exortam esse dilucide appareat. Accedit porro, quod positivus hic maiorem vim habere videtur, qui ex tota animi perturbatione sedatam et placatam fuisse, Psychen timentem indicat, quum forti animo domui regiae appropinquet, omnique timore abiecto; vel singula eius perscrutari conetur. Iam Orellius eam scripturam in edit. suam recepit, miro errore deceptus, quod hanc lectionem retinuisse dicit Oudendorpium, quem errorem culpa Ruhnkenii admissum esse scimus.]

consitum [cf. Heins. Advers. not. in Propert. IV. 4. 3. in Advers. p. 745., ubi hic locus accuratius exemplis adumbratur.]

fontem vitreo latice perlucidum. Variant codd. in scripturis *perlucidum* et *placidum*, qui error inde videtur esse explicandus, quod prius vocabulum in Codd. scribi solet *plucidum*. Hinc non animadversa lineola fecit librarius *placidum*. Iam extat in Basil. 2. *placitum*. Sed male. Non enim mens auctoris adhuc est dicere, quid placuerit Psychae, sed simpliciter loci descriptionem elegantem proponere. [Idem error

Digitized by Google

319 | Prope fontis adlapsum domus regia est, aedificata non humanis manibus sed diviuis artibus. Iam scies ab introitu primo, dei cuiuspiam luculentum et amoenum videre te deversorium. Nam summa laquearia citro et ebore curiose cavata subeunt aureae columnae. Parietes omnes argenteo caelamine contegun-

prope fontem R. f. *alapsus* δ. *hedificata* G. 1. 2. D. *non humanis sed divinis manibus et artibus* Basil. 1. 2. *scires* ediderunt Scriv. Pric. et Florid. ex emendatione Piccarti. Per. crit. c. 3. et Gruter. Susp. VIII. 2. Verum nullus codex favet. *sciens* G. 1. 2. O. P. D. R. f. δ. π., qui omnes codd. sequens vocabulum. *te* in *se* necessario commutarunt. *cuspiam* D. p. *diversorium* inveni in F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. et omnibus edd. vett. *citro debore* G. 1. *citro de ebore* O. a m. p. *curioso* G. 1. *argento* G. 2, D. G. 1. a m. p.

extat apud Ovid. Met. I. 702 ubi cf. Burm. Wakef. ad Lucret. V. 1153. Dr. ad Sil. I. 11. XVI. 130. Lachm. ad Prop. I. 20. §. 21. Tross. ad Auson. Mosell. 33.] Pricaeus dubius est, utram lectionem *perlucidus* an *placidus*, praeferat bene sciens utrumque per se probari. *Placidum* bene dicitur aequor et flumen, cum aquis immotum stat, sicut et palus, vel leniter fluit. [cf Burm. ad Val. Flacc. V. 180. ad Ovid. Am. III. 6. 45. Intt. ad Virg. Ecl. II. 26.] At non convenit hoc fonti scaturienti et in receptaculo limpidissimas aquas ostentanti. Verissima igitur est lectio a cett. Mss. et Edd. confirmata *perlucidum*, quam Oud. comprobat ex Sil. IV. 87. XVI. 228. Senec. de Tranq. An. c. I. ad Marc. c. 17. coll. Heins. ad Ovid. Epist. XV. 157., crebro poetas pronuntians aquae purae dare *splendorem* pro rei natura, ut graece διαυγὴς et διαφανὴς ὕδωρ [cf. Heins. ad Ovid. Met. II. 365. Ita bene coniungitur *vitreo latice*, quod minus ad colorem caeruleum, sed potius ad pelluciditatem retulerim. cf. Heyn. et Wagn. ad Virg. Georg. IV. 335. Tross. ad Auson. Mosell. 418. Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 66. p. 107.]

medio luci meditullio. Prima vox suspecta erat Pricaeo, quem secutus est Oud., quippe qui *in ipso* velit emendari, ut Lib. VII. p. 484. *oneris in ipso meditullio reponit.* III. p. 225. *in ipso fere meditullio* XI. p. 804. *in ipso aedis meditullio.* [Hoc tamen non probaverim. *Medium* enim *meditullium* idem est, quod *ipsum meditullium grade in der Mitte*, ut nos dicimus, quamquam exemplum afferre non possum, unde haec dicendi ratio stabiliatur.]

Iam scies. Scires, quae Piccarti coniectura in nonnullis edd. legitur, Oud. defendit ex locis Ovid. Met. I. 162. V. 23. Vell. II. 80. Petron. 91, ubi cf. Erhard. et Burm. *Sciens*, quod nonnulli codd. praebent, necessario *te* in *se* variantes, probare non debebat Pricaeus, quum durissimum sit, *erat* subintelligi. Nec minus intolerabilis est Oud. sententia, qui coniecturam viri docti ad marg. Ed. Iunt. post. secutus, *scias* i. e. *scire possis* praetulit coll. Flor. II. 16., quum notum sit, vel praesens vel imperfectum subiunctivi poni. [Alius Apuleii locus, ubi *scies* futurum legitur, quamquam inveniri, quod sciam, nequit, tamen hic usus, quem vel Oud. agnoscit, nec regulis adversatur grammaticis, nec ab analogia aliorum verborum omnino est destitutus. Ita Met. II. p. 94. legitur *credes illos*. Futurum vero indicare puto eum, cui de re quadam optime persuasum est. Huc accedit, quod crebro haec formula *iam scies* apud Minuc. Fel. ut c. XVII. 33. invenitur. Accuratius de hac re egi ad Met. I. p. 22.]

laquearia citro et ebore cavata. Brantius contra omnes Mss. mutavit *caelata*, non considerans *argenteo caelamine* statim sequi. Intelligit enim auctor tecta ex citro et ebore in curvitatem formata sive convexitatem, ut in templis et palatiis cf. Lucan. X. 12. seu cameram citream et eburneam arcuatam. Quomodo *speluncarum concava* Ciceroni de Nat. Deor. II. 39. et *saxa concava* Virgilio Aen. V. 677. et *concavum palati* Lactant. de Opif. c. 10. ubi cf. Bünem. ad §. 17. [De his atriis laqueatis cf

tur, bestiis et id genus pecudibus occurrentibus ob os introeuntium. Mirus prorsum homo, immo semideus, vel certe deus, qui magnae artis subtilitate tantum

ob hos G. 1. ut videtur a m. s. *mirus prosum magnae artis homo.* Sic in omnibus quos ego contuli codd. et edd. vett. inveni, pro quo *magna* notatur ab anonymo (f. Tollio) esse in Ms. *prorsus* P. O. δ. *p semideus* D. (quod ex commutatione compendiorum $\bar{p}$ et $\bar{y}$ i. e. *primo* et *ymmo* natum esse existimo.) *vel certe deus* exulant a G. 1. 2. D. π.

Goer. ad Cic. de legg. II. 1. p. 104. Tross. ad Auson. Mosell. 49. Intt. ad Tibull. III. 1. 50. ad Horat Carm. II. 18. 1. et prae ceteris Kobierzyckius de luxu Roman. l. c. 7. in Graev. Thes. Antiqq. Tom. IX. p. 1356 sq.]

vel certe deus, qui magnae artis. Uncis inclusae sunt a Wow. et Pric. voces *magnae artis*, quas etiam Oud. irrepsisse putat ex seq. versu *magnae artis subtilitate* atque eiiciendas esse monuit Grut. Susp. VIII. 2. [Mirum vero est, quomodo omnes codd. in ea scriptura persistant. Id unum pro vero potest comprobari, alterutro loco has voculas esse omittendas, quum talis repetitio intolerabilis sit, nec iis quidem probari posse sperem, qui abundantiam cum omnium Afrorum tum inprimis Apuleii plenis buccis clamitant. Priore autem loco ferenda ea verba non esse, totus comprobat sententiarum connexus. *Mirus* enim idem significat, quod *magnae artis*, quoniam in hac sola arte admiratio illa niti potest. Hinc e medio tolli verba a typographis iussi. Porro dubitat Oud., an defendi queat particula *certe*, quum gradatio, quae in hoc enunciato conspicua sit, hac quidem ratione fieri nequeat. Quo considerato Wasseus transponi verba ita voluit: *immo deus vel certe semideus*, quod iam antea Pauwius in Observ. Iur. p. 89. emendaverat. Oud. vero quamquam bene intellexit, locum ita tantum defendi posse, ut *certe* hic pro *certo* dictum esse ponatur, tamen cum nullum alium reperire posset Apuleii locum, quo hanc significationem stabiliret, rem in medio reliquit, magisque ad Wassei coniecturam inclinasse videtur. Equidem plane aliter sentio. Si enim accuratius in suum auctorem inquisivisset, multa eius usus invenisset exempla. Statim ante oculos versatur similis quidem locus, qui Met. IX. p. 615. legitur: *Quod enim rebus, ut minus aptum et huius ministerio satis inutilem, me ad quempiam alium utique leviorem laborem legatum iri, vel otiosum certe cibatum iri.* Hoc quoque loco, ut nostro, *vel certe* defendi non posset, nisi *profecto, revera* significaret, quum *certe* sententiam prioris enunciati, quae paulo gravius elata erat, ubique restringat et a maiore ad minus transitum faciat. Hic vero a minore ad maius auctor progreditur, quod *otiosum cibari* sane fortius est, quam *ad leviorem legari laborem.* Utroque igitur loco *vel certe* id quod *profecto* denotat, summamque, ut ita dicam, hic animi persuasionem exprimit, qua Psyche a deo aedes fabricatas esse existimat, illic vero, qua asinus summum otium exspectat. Praeterea cf. II. p. 146. *vides hominem ferreum et insomnem, certe perspicaciorem ipso Lynceo.* IV. p. 254. *Lamachi salutem merito sarcinis istis omnibus certe antetulerim* IV. p. 291. *hem, nunc certe, nunc funditus perii* V. p. 351. *Certe si divini puelli mater audierit, statim me laqueo nexili suspendam.* V. p. 380. *An ignoras, eum masculum et iuvenem esse vel certe iam quot sit annorum oblita es.* cf. VI. p. 405. VI. p. 430. Omnibus his locis accuratius pensiculatis, *certe* pro *certo* etiam apud Apuleium usurpari, persuadebitur. De aliis scriptoribus dubitari nequit cf. Cort. ad Lucan. III. 126. Bach. ad Ovid. Met. IV. 701. Plura dabit Hand. in Tursell. T. II. p. 22. Ex hac particulae non intellecta significatione factum esse puto, ut in nonnullis codd. haec verba plane omitterentur.]

Digitized by Google

320 efferavit argen|tum. Enimvero pavimenta ipsa lapide pretioso caesim diminuto in varia picturae genera discriminantur. Vehementer iterum ac saepius beatos illos, qui super gemmas et monilia calcant. Iam ceterae partes longe lateque

effectavit G. 1. a m. p. (non *effetavit* teste Oud.) *effetavit* a m. s. (non *effovacavit*) cum glossa interlineari *vacuavit* (non *evacuarit*). *effigiavit* Venet. 4. Iunt. 2. Ald. Basil. 1. Colin. Wow. Pric. *argumentum*, quae Lipsii coniectura est, receperunt Colv. Vulcan. Elm. Scriv. *quinvero* B. *enim* omissa particula *vero* G. 1. *sennim* pro *caesim* f. *deminuto* F. 3. G. 1. 2. P. p. f. *variae* G. 1. P. *d.* *discriminatur* G. 2. D. *vehementer. Iterum* G. 1. 2. D. et omnes edd. vett. *semper gemmas* O. si fides excerptis est Gronovianis. *calcantur* p.

efferavit. Haec omnium fere est codd. lectio, quam retinendam esse puto. *Efferare* enim, quod fere semper ferae instar aliquid reddere significat, primaria sua vi hoc loco posuit Apuleius; *in bestiae speciem transformare, efficere, ut bestiae quis formam induat.* Huius significationis unum Stat. Achill. I. 425. (non III. 19. ut enotat Oud.) locum Oud. affert *raptum Superis Mars efferat aurum*, qui tamen non accuratissime respondet. Coniectura Lipsii *argumentum* pro *argentum*, quae per se optima est [cf. Bach. ad Ovid. Met. XIII. 684. Cic. Verr. II. 4. 46. Intt. ad Virg. Aen. VII. 791.] hic tamen locum capere nequit. Nihil est enim *efferare argumentum caelamine.* Quin et *argumentum* dicitur opus, in quo historici vel fabulosi aliquid caelatum vel intextum est. cf. Intt. ad Prop. III. 7. 13. Hic vero ait simpliciter, argenteos parietes, bestiis et id genus pecudibus insignitos earumque picturis variegatos fuisse.

lap. pretioso caesim diminuto. Lapidem pretiosum nominat auctor marmor in crustas et tessellas secatum, quibus sola aedium insterni et exornari olim solita, additis in picturae modum gemmis vel vitro aut lapidibus pictis cf. Senec. Epist. 86, §. 5. Sidon. Apoll. Epist. II. 10. in carm. V. 8 sqq., qui locus accurate hanc luxuriam describit: *Intus lux micat atque bracteatum Sol sic sollicitatur ad lacunar, Fulvo ut concolor erret in metallo. Distinctum vario nitore marmor, Percurrit cameram, solum, fenestras. Ac sub versicoloribus figuris Vernans herbida crusta sapphiratos Flectit per prasinum vitrum lapillos.* Picturas etiam id genus appellat Cassiod. Ep. I. 6. *Marmorarii, qui eximie divisa coniungent,* cett. cf. de his lithostratis s. *sectilibus* Pric. et Intt. ad Suet. Caes. c. 46. prae ceteris Casaubon. [Triller. ad Lucan. III. 114. qui plurimos affert VV. DD. Buleng. de conv. c. 39. in Graev. Thes. Antt. T. XII. p. 98. et Kobierzyck. de luxu Rom. I. c. 7. in eiusd. T. IX. p. 1358. Markl. ad Stat. Silv. I. 3. 57. p. 192. ed. Lips. Talium pavimentorum egregia monumenta extant apud Montfauc. Suppl. Antiq. illust. T. I. p. 71. II. 39. IV, 148. cett.]

vehementer. Male Brantius, vitiosa distinctione quarundam editionum et codd. deceptus, quae post *vehementer* interpungunt et adverbium hoc ad prius enunciatum inepte referunt, coniecit pro *vehementer*: *emblemate* vel *emblematis.*

super gemmas et monilia calcant. [Mira est haec lectio, in qua primus Oud. recte offendit. Quum enim nullum alias inveniatur exemplum, unde *calcare* construi neutrorum vice appareat, vel Apuleius ipse V. p. 337. *quantum praeterea passim calcatur aurum,* XI. p. 808. *calcas Tartarum* activa sententia ubique eo utatur, cum cod. Oxon. suo periculo legi iubet *semper.* Sed quae huius coniecturae, si qua est, elegantia sit, quisque intelliget, ut de veritate eius paucis tantum persuasurus sit. Nihilominus Orellius in edit. sua Oud. secutus est, et audacter *semper* in textu posuit. Ego plane aliter sentio. Omnes enim errasse videntur, qui *super* praepositionis vicem hic sustinere existimant, sed adverbium est ut recte tum accusativus e verbo *calcant* aptus sit et genuinam id constructionem servet. *Super* enim h. l. est *insuper, praeterea* cf. Intt. ad Virg. Aen. II. 71. et accurate respondet locus Met.

dispositae domus sine pretio | pretiosae, totique parietes solidati massis aureis 321
splendore proprio coruscant, ut diem suum sibi domus faciant, licet sole nolente: sic cubicula, sic porticus, sic ipsae balneae fulgurant. Nec secius opes

pretio abest in *δ*. *parietes* F. 3. G. 1. 2. D. et ex collat. ad marg. ed. Colv. etiam in F. 1., quamquam in Lindenbrog. collatione nihil adnotatum est. In cett. *parietis*. *missis* Venet. 2. *solidatissimis* Iunt. 1. pro *solidati massis*. *spendore* D. a m. p. *suum sibi* Venet. 2. *faciant* F. 3. G. 2. D. P. p. R. f. In reliquis *faciat*. *volente* G. 1. a m. p. Nam *n* a m. s. est. *cubiculum* O. *balneae* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. R. f. *π*. Elm. Scriv. Florid. *valneae* (neque *valveae* ut voluit Oud.) in F. 1. extat, quamquam altera quoque *balneae* lectio ab eadem manu adscripta est. In cett. *valvae*. *figurant* pro *fulgurant* p.

V. p. 337. ubi *praeterea* pro *super* positum est. Gradatio enim in his verbis mihi videtur esse ea, ut primum non solum parietes miro variegatos et lapillis distinctos fuisse Apuleius commemoret, sed pavimenta quoque marmore splendido, in tessallas consecto ornata pretiositatem adauxisse. Summam vero beatitudinem herum assecutum fuisse putat eum, qui praeter hanc miram magnificentiam vel in ipsis pavimentis gemmas et monilia pedibus premit. Ita Senec. epist. 86. §. 6. *Eo deliciarum pervenimus, ut nisi gemmas calcare nolimus.* de Ira III. 35. §. 4. *Hi nempe oculi, qui non ferunt nisi varium, ac recenti cura nitens marmor, qui mensam nisi crebris distinctam venis, qui nolunt domi nisi auro pretiosa calcare.*]

sine pretio pretiosae. [Fulg. Myth. III. 6. p. 716. *in quandam domum auream rapitur, quae pretiosa sine pretio.*]

solidati massis aureis. [Heins. Advers. III. 17. p. 549.]

faciant. [Lectionem hanc satis egregiam, quae optimis libris confirmatur, minus bonam esse altera, causis non adiectis proposuit Oud. Hoc sine ullo dubio mirum est, quod constanter pluralem codd. nonnulli retinent, et probabilius, hunc, quem non intelligerent, interpretes in singularem commutasse. Hic vero pluralis non aliter potest explicari, nisi ut ad usum respiciamus, quo saepius maiestatem dignitatemve indicaturi et Graeci et Latini ita loquuntur; cf. Arist. Rhet. III. 6. *εἰς ὄγκον τῆς λέξεως συμβάλλεται τὸ ἐν πολλὰ ποιεῖν*, qui usus pluralis potissimum in nominibus abstractis, et iis, qui locum indicant, denique in substantivis: *parentes, liberi, filii* cernitur cf. Cort. ad Lucan. I. 140. Eodem fortasse sensu pluralis legitur Virg. Aen. X. 52. qui tamen, quum *Idaliae* pro genitivo haberi possit, cf. Aen. I. 681; pro certo non ita licet affirmari, ut noster eo locus stabiliatur. At vero interpretes non negant, ita dici posse. *Domus* igitur singulas aedium partes easque omnium pretiosissimas significabit. In textum pluralem recipere non dubitavi.]

balneae. Hanc scripturam ex deterioris notae libris corrigere non ausus sum, quamquam ingenue confitens, me adhuc in ea haerere. Oud. alteram lectionem *valvae* defendit, quia non mirum sit, balneas fulgurasse, in quibus veteres tantum posuerint luxum quasque magis exornaverint, quam *cubicula*. Voculam vero *ipsae*, si idoneam habeat sententiam, aliquid praecedentibus minus significare debere existimat, nec tantum interiora domus membra *ab ipso usque introitu* adeo esse ornata, sed etiam extrinsecus porticus, immo *ipsas valvas*. coll. Lucan. X. 120. Serv. ad Aen. VI. 791. [Hanc scripturam adiuvare videtur Ovidii descriptio *regiae solis*, cuius columnae etiam auro solido confectae erant; valvae radiabant lumine argenti cf. II. init. Cic. Verr. II. 4. 56. Ad lectionem *balneae* defendendam accedit Senecae auctoritas, qui in epist. 86. §. 5: *At nunc quis est, qui sic lavari sustineat? pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis et pretiosis orbibus refulserunt, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt*, cett. cf. Donat. de Urb. Rom. I. c. 27. in Graev.

Digitized by Google

ceterae maiestati domus respondent, ut equidem illud recte videatur ad conversationem humanam magno Iovi fabricatum coeleste palatium.

CAPUT II.

Invitata Psyche talium locorum oblectatione propius accessit, et paulo fidentior intra limen sese facit. Mox prolectante studio pulcherrimae visionis
322 miratur singula, et altrinsecus | aedium horrea sublimi fabrica perfecta magnis-

responderet p. *istud* P. solita aberratione. *id* G. 1. a p. m. in marg. *illud*, quae depravatio ex compendio *ill* i. e. *illud* nata est. *conversionem* δ. f.

Psyce G. 2. *talium* absent a f. *oblatione* Bas. 1. *prius accessit* O. a m. p. et π. (ex compendio *p'us* nata lectio). *fiducior* B. *prolectante* F. 1. 3. G. 2. D. O. f. p. P. (teste Putschio). *prolatante* G. 1. a m. p. *c* a m. s. interposito. Ceteri codd. et omnes edd. vett. habent *perlectante*. *rimatur singula* pro *miratur* Iunt. 2. *perfacta* D.

Thes. Antt. Tom. III. p. 632 sqq. Baccius de therm. vett. c. 11. in eiusd. T. XII. p. 323. Mercurialis de arte gymnast. l. 10. in Polen. Suppl. Thes. T. III. p. 489. Utra vero lectio praeferenda sit, per sententiam puto non satis accurate posse demonstrari. In domo enim, cuius parietes omnes et cubicula auro et argento sunt exstructa, cuius ipsa pavimenta gemmis et auro sunt distincta, valvas quoque mirum esse non potest totas aureas fuisse, ut e contrario miraremur, hoc si non ita esset. Vides igitur hac re nihil confici; hincque commoveor, ut *balneae* lectionem retineam.]

Cap. II. *et paulo fidentior intra limen sese facit.* Stewech. asseverat, haec verba non ab Apuleio sed ab aliquo librario adsuta esse. Ipse vero pro *se facit* emendari vult *se agit*, quod prius *se acit* scriptum librarius in *facit* commutaverit. *Agere se* esse Virgilianam imitationem idemque valere, quod pedentim et quasi suspenso gradu ire, propriumque esse eorum, qui metuant. Haec coniectura etiam Colvio probata est [cf. Virg. Aen. VI. 337. VIII. 465. IX. 696. Dictio est plane comica cf. Plaut. Amph. I. 1. 294. *quo agis te* Mostell. I. 4. 28. *unde agis te* Bacch. V. 1. 20. ibique Taubm. Ter. Andr. IV. 2. 25. ubi cf. Donat. et Ruhnk. Dict. ad h. l. p. 71. Sed mirum est, quomodo Donati interpretationem: *quo hinc te agis? ut tarditatem discedentis ostendat. Agere se enim et tardi et tristes dicuntur* Stewechius repetere potuerit, quum quem adtulit Donatus, Virgilii locus prior ex Aen. V. 272. huc non faciat, alter vero VI. 337. tarditatis et moestitiae significationem non contineat, a grammatico temere involutam, quoniam de umbra Palinuri Aeneae se offerente sermo fit. Ceteri enim loci id minime comprobant. Modius coniecit *se se iacit* vel *facessit*. Sed nihil mutandum est. *Se facere* enim vel *fieri* idem est, quod incedere, venire ad locum quendam ut Met. X. p. 745. *Haec ut primum ante iudicis conspectum facta est*, ad quem locum Stewech. adnotat, Graecorum γίνεσθαι *fieri* respondere coll. Donat. ad Phorm. IV. 3. 30: *hinc facessat procedat alias faciat. Ergo duas res significat hoc unum verbum. An hinc facessat proverbialiter, quasi hinc faciat. Plautus: Argentum hinc facite. Huc te fac dicitur pro: huc accede.* Ita vetus interpres Actor. Apost. c. 5. *Iussit foras ad breve hominis fieri.* Oud. comparat Salmas. ad Tertull. Pall. p. 160. ad Flor. IV. 2. §. 81. Casaubon. ad Suet. Aug. c. 16. p. 78 sq.]

miratur. Una est Iunt. edit. posterior, quae nobis lectionem dat *rimatur* i. e. adtente contemplatur, de cuius vocabuli significatione accuratius iam dictum est ad Apul. Met. II. p. 95. Quae quamquam hic quoque probari possit, *miratur* tamen hic cum omnibus codd. retineo i. e. *mirabundus adspexit.* [*Mi-*

Digitized by Google

que congesta gazis conspicit. Nec est quicquam, quod ibi non est. Sed praeter ceteram tantarum divitiarum admirationem, hoc erat praecipue mirificum, quod nullo vinculo, nullo claustro, nullo custode totius orbis thesaurus ille muniebatur. Haec ei summa cum voluptate visenti offert sese vox quaedam corporis sui nuda et: Quid, inquit, domina, tantis obstupescis opibus? Tua sunt haec omnia. Prohinc | cubiculo te refer, et lectulo lassitudinem refove, et ex [160]
arbitrio lavacrum pete. Nos, quarum voces accipis, tuae famulae sedulo tibi praeministrabimus, nec corporis curatae tibi regales epulae mo|rabuntur. 323

gazzis G. 1. 2. D. *nec quidquam quod* Venet. 2. Iunt. 1. *nec quidq. est quod* Ald. Iunt. 2. *praeter cetera t. d. admiratione* G. 2. P. D. *nullo claustro* absunt in f. *inveniebatur* δ. p. quasi ἀρχαϊσῶς scriptum fuisset *moeniebatur*. *hic ei* F. 1. B. et omnes vett. edd. praeter Ald. 1. Iunt. 2. *hoc ei* R. p. Ald. et Scriv. *hic enim* P. *cum summa* f. *voluntate* f. G. 1. (cum glossa marginali *cum desiderio*). *visendi* O. *offert se vox* δ. *offert sese. Vox* G. 1. *corporum sui* δ. *tua haec sunt omnia* R. *hic omnia* B. et edd. vett. praeter Iunt. 2. *proin cub.* Ald. et Iunt. 2. Colin. *refer* ego inveni in F. 3. G. 1. 2. D. B. et omnibus vett. edd. *offer* in sola F. 1. De reliquis codd. Oud. nihil adtulit. *voces ancipis* F. 1. *occipis* δ. *accipitis* G. 2. P. D. a p. m. Venet. 4. *familiae* pro *famulae* O. *corpus* Bas. Venet. 4. *curate* G. 1. a m. p. *nec corp. cura nec tibi* B. P. *ne corp.* G. 2. *cibi regales epulae morabuntur* G. 2. D. *tibi cibi regales morab.* P. [cf. Cort. ad Lucan. III. 638.]

rari enim eleganter dicitur cum quodam stupore intueri et prosequi, ut Burm. explicat ad Anthol. Lat. T. I. p. 456. coll. Markl. ad Stat. Silv. I. 3. 57. p. 193 a: edit. Lips. Cuper. Obs. c. 1. *Rimatur* etiam Orell. recepit.]

tantarum divitiarum admirationem. [De passiva vocabuli *admiratio* significatione cf. Goer. ad Cic. de Legg. II. 12. p. 146. Creuz. ad eiusd. de Nat. Deor. II. 48. p. 412.]

refer. [Haec vera mihi videtur esse huius loci scriptura, quam ex optimis codd. retinendam esse censui. *Referre* enim hoc loco idem est, quod *ferre, se conferre*: quod Oud. quamquam bene perspexerat, glossema tamen cod. F. 1. praetulit. Saepius enim verba cum *re* praepositione composita propriam eius vim non retinere, sed otiose eam positam videri, supra iam a me accuratius monitum est ad Met. I. p. 45. et ad IV. p. 257. Quod quamvis non ubique statui liceat, nisi codd. accedant, poetae tamen eosque sequentes non dubitandum est, quin hunc usum saepius servaverint. Ita lubenter, si per metrum liceret, in fragm. Pacuvii apud Cic. de Divin. I. 32. legerem *referte opem.* Aliter sentiendum est de loco Cic. de Legg. III. 19., ubi *opem referre* cum Goer. et Gies. ad de Divin. l. c. retineo. Iam Plautus ita dixit Asin. II. 3. 18. *tu id nunc refers.* i. e. *apportas.* Si quid mutandum est, non *offer te* cum Oud. probaverim, sed *infer te.*]

nec corporis curatae tibi regales epulae morabuntur. Hic locus magnas easque plane ineptas interpretibus excitavit molestias. Quum enim unde genitivus *corporis* aptus esset, non intelligerent, factum est, ut coniecturis eum aggrederentur, ut Wowerius *nec corporis cura te, nec regales epulae morabuntur,* quam emendationem in textum receperunt tacite Elm. Scriv. Pric. et Florid., ut *cura corporis* ponatur pro iis, quae ad curandum sive lavandum corpus pertinent. Vereor ego, ut ullum produci possit exemplum, et *tibi* audacissime in *nec* mutatur contra Mss. Gerard. Voss. litem satis lepide ita iugulavit, ut *corporis* pro glossemate haberet. [Graecorum ea est constructio, quos constat verba *curandi* cum genitivo eius rei, cui cura habetur, coniungere. Vehementer vero errant Roald. ad hunc locum et Taubm. ad Plaut. Epid. II. 2. 55., qui locum p. 326. conferunt: *novam nuptam interfectae virginitatis curant,* putantes, hunc genitivum e verbo *curant* esse aptum. Nam si ita esset, potius scribendum esset, *interfectae virginitatis novae nuptae curant.* Si quid mutandum est, *corpore* emendari potest, ut Cat. R. R. 103. *Ita boves corpore curatiores erunt,* vel *corpus,* quod Beroald. et Bas. 1. ha-

CAPUT III.

Sensit Psyche divinae providentiae beatitudinem, monitusque voces informes audiens, et prius somno et mox lavacro fatigationem sui diluit. Visoque

psychem G. 2. D. *inmormes* G. 2. P. D. a p. m. *sui* perperam excidit ex Basil. 2. Colv. et etiam post Roaldi et Elmenh. admonitiones est neglectum.

bent, ut graecus ille sit accusativus, qui qua parte aliquid fiat indicare solet. Hinc commoveor, ut *curatae*, hic deponentis instar pro: *cum corpus curaveris* capiam; quod quamquam alio exemplo confirmare non possum, tamen poni debet, si genitivum velis explicare. Nec temere mutem *curatae tibi morabuntur*, nam alioquin facilis esset emendatio: *curatam cibi regales morabuntur*, ut Oud. voluit, vel Heinsii ad Ovid. ex Pont. III. 1. 142.: *curatam reg. epulae morabuntur*. Sed passive *morabuntur* hic auctor posuit, ut idem sit, quod *differentur tibi, ulterius protrahentur*, de qua significatione Oud. comparat Sil. XV. 486. Vitruv. V. 2. cf. Voss. Arist. T. II. p. 757. ibique not. Eckst.]

Cap. III. *monitusque voces informes.* Haud quidem sensu carens sed durissima et inelegans est, ut Oud. putat, locutio: *monitus voces informes*, sive *monitus* capias genitivo casu, sive accusativo plural. per appositionem, ut Floridus videtur intellexisse interpretatus: *parensque illis monitis, quae erant voces incorporeae.* Alios quoque in ea scriptura haesisse interpretes, variae eorum testantur coniecturae. Groslot. et alius vir doctus ad marg. Ed. Colv., item Salmasius et Burmannus emendarunt: *monitus vocis informis*, vel quia statim *et* abundare videtur, Oud. maluit: *monitusque et voces informes audiens; prius*, quae coniectura est Is. Toussaintii in Coniect. ad Lact. de Mort. Persec. per amicum eius Is. Cahai editis. Ceterum minus bene Burm. reponi iussit: *monitisque. Audire* enim obediendi sensu etiam cum quarto casu iungi, docet ipse ad Ovid. Met. V. 382. Oud. ad Lucan. III. 593. [Ego lectionem optimorum codd. retinui. Coniecturam *vocis informis*, ad quam plurimi Intt. inclinare videntur, ideo quis possit probare, quod una erat vox, quae Psychae epulas, balnea et corporis curationem suaserat, ut ipse ait Oud. in praegressis: *vox quaedam corporis sui nuda.* Sed *monitus* est genitivus idemque significat, quod *vox monens, adhortatoria*, ut genitivus pro adiectivo videatur esse positus cf. Met. II. p. 92. Ita *monere* pro *hortari, excitare* ad aliquid nonnunquam legitur. cf. Intt. ad Prop. II. 15. 19. Genitivum non sine caussa videtur elegisse auctor, non solum quia elegantior eius usus est, sed etiam ut concursum et adiectivorum et participii evitaret. Sic omnia rite procedunt.]

fatigationem sui. [Pronomen *sui* perperam in nonnullis edd. omissum est contra Mss. et Apuleii consuetudinem, qui saepissime hoc genitivo utitur pronominis personalis, neque vero, ut Oud. statuit, pronominis possessivi. cf. Met. I. p. 65. *fatigatione sui.* II. p. 152. *prae nimia sui fiducia.* [VI. p. 435. *tractu sui.* XI. p. 774. *medio sui patore.* p. 788. *prospectum sui.* Apol. p. 440. *ad usum sui.* p. 567. *principio sui.* de Dogm. Plat. I. p. 192. *propter evidentiam sui.* p. 199. *quae natura sui immota sunt.* p. 205. *sui ratione.* p. 212. *sui genere.* p. 213. *sui accessu.* de Deo Socr. p. 117. *specimen sui variat.* p. 144. *speciem sui.* de Mundo p. 323. *pernicitate sui claricantes.* p. 324. *celeritatem sui.* p. 342. *sui natura contenta.* Florid. I. n. 3. p. 11. *primordio sui perfici.* Ita aliquoties apud Apuleium *nostri* legitur

Digitized

statim | proximo semirotundo suggestu propter instrumentum coenatorum rata, 324

proximo abest a *δ*. *suggestu* F. 1. 3. G. 1. 2. P. O. R. p. f. *semirotundo*, *suggestum* ed. pr. Iunt. 1. 2. Venet. 4. Par. et B. *semirotundo*, *suggestu* Ald. *semirotundum suggestum δ*. *coenatorum* F. 3. G. 1. 2. D. O. *δ*. edd. vett. Beroald. emendavit *coenatorium*.

cf. Met. II. p. 152. *nostri vim praesentiam.* VIII. 522. *ad nostri similitudinem.* IX. p. 641. *absque noxa nostri* cett. et *mei* in Apol. p. 386. *accusationem mei.* p. 450. *ad invidiam mei* p. 569. *ad accusationem mei.* Pronominum *tui* et *vestri* nullum equidem inveni apud Apuleium exemplum, quod huc referri possit] Oud. comparat de hac constructione dict. sua ad Caes. B. G. I. 4. ad Suet. Caes. c. 30.

visoque statim proximo semirotundo suggestu propter. [Diversissima ratione hic locus ab interpretibus intellectus est, quorum ne unus quidem mihi satisfacit. Lectio omnium fere codd. ea est, quae a me in fronte adnotationis est perscripta. Hinc potest percipi, *propter* adverbii loco esse positum, de quo usu iam dixi ad Met. IV. p. 243. Verum hac lectione admissa, abundabit vocabulum *proximo*, unde Oud. sequitur cod. d'Orvill., qui *proximo* non agnoscit, vel emendat *propere*, distinctione post *suggestu* posita. Equidem plane aliter locum explico. Vituperat enim iniuria sua Oud. interpretes, qui *semirotundum* pro substantivo habeant, *suggestum* vero pro *mensa*, quum nec huius nec illius significationis ullum afferri possit exemplum. Ad vocabulum *semirotundum* hoc licet opponi, auctoritate id niti nostri tantum scriptoris, si lexicis fides habenda est, qui praeter hunc locum Met. XI. p. 766. eo usus est: *suggestus* vero sive *suggestum* proprie locum eminentem ex terra aliave materia suggesta, deinde pegma vel pulpitum significat, ex quo in concione verba fiunt in populum. Hinc possumus nobis sumere, *suggestus* hic denotare machinam quandam vel instrumentum, quod altius erat et magis editum ex terra, ut ex hoc quidem sententiarum nexu mensam queat indicare: quamquam non negaverim, per se ita dici non posse. *Semirotundum* vero est substantivum, quo Apuleius *hemicyclium* s. *stipadium* s. *sigma* exprimere voluit, totusque locus ita est constituendus: Videt Psyche instrumentum satis editum, quod semirotundo s. sigmati erat simillimum, unde putabat, coenatoriam esse mensam, refectui suo commodam. Auctorem enim similitudinem tantum indicare voluisse, quae inter hoc instrumentum et hemicyclium intercederet, neque vero hanc mensam ipsam, ex verbis eius facillime potest effici. *Semirotundo* igitur est dativus, qui e vocabulo *proximus* pendet, quod hoc loco *simillimus, aequans* significat cf. Wund. Observ. ad Tibull. III. 5. 3. Intt. ad Virg. Eccl. VII. 22. Ita *proximo* et *propter* iuxta se posita bene explicantur. De sigmate s. hemicyclo, qui lectus est ad mensas rotundas accommodatus cf. Rupert. ad Iuven. Sat. I. 137, qui item *semirotundum* hic substantivum esse voluit, Ursin. ad Ciaccon. de triclin. p. 253. Lips. in Cent. I. Epist. 65. ad Bonav. Vulcan. p. 86. ed. Voss. Buleng. de conviv. c. 33. in Graev. Thes. Antt. T. XII. p. 89. Lipsius emendavit sine ulla caussa *suggesto* contra morem Apuleii, qui quartae declinationis formam praetulit III. p. 176. *sublimi suggestu.* V. p. 330. *de tanto fortunarum suggestu.* XI. p. 789. *de sublimi suggestu.* de Deo S. p. 128. *ad regni mutabilem suggestum.*]

instrumentum coenatorum. [Hanc lectionem ex optimis codd. probo, reiectam male ab Oud., qui Beroaldi emendationem *coenatorium* in textum recipi iussit. Sed ipsa vox *coenator*, quae in hoc uno scriptoris loco invenitur, et in Gloss. tantum Gr. Lat. p. 422. *δειπνητής coenator* legitur, eum admonere debebat, ne optima quaeque corrigeret. Facilius enim potest intelligi, vocabulum tam rarum a libra-

refectui suo commodum libens accumbit. Et illico vini nectarei eduliumque variorum fercula copiósa, nullo serviente sed tantum spiritu quodam impulsa, subministrantur. Nec quemquam tamen illa videre poterat, sed verba tantum au-
825 diebat excidentia, | et solas voces famulas habebat. Post opimas dapes quidam intro cessit et cantavit invisus; et alius cithara pulsavit, quae non videbatur,

rata refectui suo, commodum Iunt. 2. *occumbit δ. et* ante *illico* desideratur in Iunt. 1. 2. Ald. *eduliumque* F. 3. G. 1. 2. D. δ. O. et omnes edd. vett. Ceteri codd. et edd. post Colvium habent *eduliorumque. variarum δ. nulla serviente.* In solo reperi cod. F. 3. Ceteri codd. et omnes vett. edd. praebent *nullo. subministrabantur* G. 2. D. *viedere* G. 2. a m. p. *excidentia* exulat ab O. et Vicent. *optimas* p. D. a m. s. Venet. 4. et Bas. 1. In margine G. 1. varia lectio adiecta est a m. s. *copiosas*, quam tamen potius pro glossemate habuerim. *intercessit* f. *cantum* pro *cantavit* D. a m. p. *cithara* in omnibus Codd. et edd. vett. extat praeter f. et O. e collatione Gronovii, qui *citharam* praebent et edit. Florid. *quae non videbatur nec ipse* p. δ. *quae videbatur nec ipse* F. 3. B. *quae videbatur nec ipsa* F. 1. G. 1. 2. D. et ceteri, nisi fallor, codd. cum omnibus edit. vett. *videbantur* vitium est ed. Basil.

riis depravatum esse, quam vice versa. Ad sententiam vero quid inter utramque lectionem intersit, non perspicitur. De his substantivis in *or*, quorum novas formas Apuleius plures habet, iam dixi ad Met. I. p. 14. ubi cf. Tum elegantior videtur esse genitivus.].

eduliumque. In nonnullis codd. legitur *eduliorumque*, quae forma, quamquam proba est, tamen optimorum librorum auctoritate reiicitur. Nec memini, Apuleium unquam hac terminatione fuisse usum. cf. Met. I. p. 78. *edulium caritate* V. p. 348. *edulibus atque tuccetis.* VI. p. 439. *edulia mitiora.* X. p. 701. *mellita concinnabat edulia.* Florid. p. 22. *priusquam edulia adponantur*, quos nominativos vel accusativos propter locos praegressos ab *edule* substantivo repeto. *Edulium* genitivus praeterea legitur Met. X. p. 707. *omne genus edulium solidorum* Gloss. Philox. p. 83. *edulium τῶν βρωσίμων* et Gloss. Vulc. p. 43. *edulia ἐδώδιμα* et *edulis βρώσιμος.* Alteram formam habet Varr. de L. L. VII. §. 61. *syncerastum est omne edulium* vel ut Mueller. coniecit. *omnimodum edulium.* Fulgent. Exposit. p. 779. Gloss. Gr. Lat. 413. *βρώσιμον edulium.* Unde necessarium non est, ut cum Oud. genitivum *eduliorum* analogia neutrorum in *ia* ut *vectigaliorum* explicemus: de qua forma cf. Burm. et Bremi ad Suet. Aug. c. 101. Oud. ad Suet. Tiber. c. 49. et Baumg.-Crus. in Clav. Suet. p. 805.]

nullo serviente. [Lectionem *nulla serviente*, quae uni codici F. 3. debetur, notandam esse putavi. Respiciendum est ad verba vocum servientium p. 322.: *Nos quarum voces accipis, tuae famulae*, unde efficitur, feminas illa ministeria fuisse, quamquam huic scripturae adversari videtur, quod in seqq. *quemquam* legitur. Unde in textum non recepi.]

excidentia. Male Heins. ad Ovid. Fast. III. 360. emendat *accidentia.* cf. Virg. Aen. IX. 111.

solas voces famulas habebat. [Fulg. Mythol. III. 6. p. 716. *Ibidem vocibus sibi tantummodo servientibus.*]

invisus. [*Invisus* hoc loco significat *non visus*, quae vocis significatio ab optimis quibusque scriptoribus non aliena est. cf. infra ad Apol. p. 891. ubi *invidit* legitur pro *non vidit.* Taubm. ad Plaut. Epid. IV. 1. 12. p. 599. ad Amphit. I. 1. 131. p. 33. Orell. ad Arnob. I. c. 31. T. I. p. 311. Buen. ad Lact. Inst. VII. c. 16. §. 9. p. 947 sq. Afri potissimum in his compositionibus lusisse mihi videntur. Ut enim supra iam Met. I. p. 56. commemoravi, particulam *in* saepius addi voculis, ubi negativam, quam apud reliquos scriptores in hisce retinet, significationem plane omittit, ut *immerito, incastus* alia, e contrario nonnulla inveniuntur vocábula, in quibus negativam vim adsciscit, quam alii scriptores neglexerunt, ut *ingenitus* cf. Arnob. I. c. 31. *infinitus, ingenitus, immortalis.* Tertull. advers. Marc. I. 3. p. 367.

nec ipse. Tunc modulatae multitudinis conferta vox auribus eius affertur, ut quamvis hominum nemo pareret, chorus tamen esse pateret.

in modum multitudinis pro *modulatae mult.*, quod solum reperi in F. 1. et B. et edd. vett. (in Venet. 2. *medulatae*) legitur in G. 1. 2. P. O. D. R. *f. π.* et in F. 3. sed ex correctione. *confertae f. confecta* G. 2. P. D. *auribus* F. 3. G. 1. 2. P. O. D. *π. δ.* *aures* F. 1. et P. (si fides est excerptis in marg. ed. Colv., quibus tamen non admodum insisto, praesertim cum G. 2. *auribus* praebeat) et edd. vett. *et* pro *ut* F. 3. G. 1. 2. O. P. D. *f. δ.* *pararet* pro *pareret* D. a m. p. *chorum f.* Bas. 2. *c.* edd. Wow. et Pric. Sed in G. 2. legitur *chorus*, non *chorum*, uti Oud. excerpta monstrabant. *quorum* pro *chorus* G. 1. O. *tamen* abest a P. *pareret* etiam pro *pateret* G. 1. 2. D. *chorus* usque ad *pateret* exulant a *δ*.

Rigalt. *Deum summum esse magnum, in aeternitate constitutum, innatum.*]

cithara pulsat. Floridus contra plurimos codd. edidit *citharam pulsat*, quae lectio Oudend. et deinde Orellio probata est, qui posterior eam in textum recepit. Mira sane est locutio, quae nullo unquam exemplo potest confirmari, nisi ad analogiam te conferas, licet non prorsus consimilem [Tac. Ann. XIV. 14. dicit *cithara canere*], Phaedr. III. 16. 12. *sonare cithara*, qui tamen locus a multis interpretibus in dubium vocatur, nec minus alter, qui totam litem dirimere queat, si a Mss. auctoritate sanus sit Val. Flacc. V. 694. *et cithara pulsatos Apollo*, ubi Heinsius correxit *citharae*, sed ut videtur e coniectura. Rem in medium relinquo; at *citharam* in textu ponere nolui.

quae non videbatur, nec ipse. Ab optimo cod. F. 3. qui *quae videbatur nec ipse* praebet, recedendum erit, quia vel cum *δ*. et p. legendum est, *quae non videbatur nec ipse* vel cum ceteris codd. *quae videbatur nec ipsa.* Prior tamen lectio magis comprobatur, quod auctor sine dubio indicare voluit, non solum visos non esse eos, qui hoc ministerium praestabant, sed etiam ne instrumenta quidem, quibus id peragebant. De re comparat Oud. Melam. I. 8. III. 9. Longin. Pist. II. p. 57. ed. Moll. *τῶν δὲ αἰγῶν ἠγεῖτο σύριγγος ἦχος ἥδιστος καὶ τὸν συρίττοντα ἔβλεπεν οὐδείς.* Sil. XVII. 43. *nulla pulsa manu sonuerunt tympana divae.*

modulatae multitudinis conferta vox. Varie hic locus a viris doctis tentatus est. Roaldus restitui voluit: *Tunc modulantis multitudinis conferta vox*, Oud. *tunc modulata in modum multitudinis confertae vox*, quod mere Apuleianum esset *in modum multitudinis* coll. Met. II. p. 155. p. 165. *in exanimis modum* [ibid. *in modum prosectarium formatam aurium* p. 175. III. p. 207. IV. p. 239. p. 248.] *Modulata vero vox multitudinis* dictum esse, ut saepius *modulata cantica, carmina.* Suet. Calig. 16. *modulatum puerorum et puellarum carmen*, et recte dici *multitudo conferta* i. e. *densa, spissa*, nec vero ferri posse *vox conferta* pro *conserta s. mixta.* [Mirum sane est, quomodo hoc glossema: *in modum* optimos codd. tam constanter potuerit occupare, ut nisi a manu emendatrice in F. 3. legeretur, in textum reciperem. Praeterea autem loci sententia alteram lectionem *modulatae multitudinis conferta vox* flagitare videtur, praesertim quum explicationis ipsa difficultas librarios decipere potuerit. Tum quid sibi volunt verba *in modum multitudinis confertae? In modum* enim *multitudinis* est, *ut multitudo*, neque vero *ut multitudinis*, quod Oud. animo sibi proposuerat, sed melius percepisset, si exempla accuratius considerasset. Genitivum igitur videbis *multitudinis* nullo modo posse desiderari. Si unum tantum mihi exemplum constaret, ubi duo adiectiva ita inter se commutantur, ut quod ad prius pertinet substantivum ad posterius positum sit et vice versa, ut nostro loco *modulatae multitudinis conferta vox* pro *modulata multitudinis confertae vox* positum esset, totus locus sine ulla difficultate procederet. Et fortasse est, qui talia defendat vel levi mutatione posterius in textu ponere audeat. Equidem contra Mss. optimos quidquam mutare dubitavi, et ea in re ac-

CAPUT IV.

Finitis voluptatibus vespera suadente concedit Psyche cubitum. Iamque
326 provecta nocte, clemens quidam sonus | aures eius accedit. Tunc virginitati suae pro tanta solitudine metuens et pavet et horrescit, et quovis malo plus

contendit cubitum G. 2. D. P. *consedit* p. *et*, quod in nonnullis codd. et edd. vett. ante *clemens* positum est, non extat in F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. O. R. f. φ. B. p. *d*. Iunt. 2. *demens* pro *clemens* F. 3. G. 1. 2. D. Iunt. 2. *quidem* p. *accedit* (in omnibus meis Mss. et edd. vett. legitur nec dubium est, quin ceteri quoque id praebeant. Vitio Lindenbrogii, qui id in edit. Vulcan. emendare omiserat, factum videtur esse, ut hunc codicem secuti editores post Colv. Vulc. Wow. Elm. et Pric. *accidit* legerent, quod deinde a Scriv. et Florido est reiectum). *virginitatis* G. 2. P. D. B. *d*. cf. ad Met. I. p. 39. *pronta solit.* G. 1. *et* ante *pavet* exulat in P. edd. Elm. Scriv. et Florid.

quiesco, quamquam non negandum est, insolitam esse et omnino mirabilem istam dicendi rationem. *Modulatus* passiva significatione dictum est, de quo usu cf. VV. DD. quos Eckst. excitat ad Voss. Arist. T. II. p. 756. Bach. ad Ovid. Met. XIV. 428. Orellius perperam legit *tunc in modum modulata multitudinis confertae vox.*]

auribus. Dativum ex optimis codd. praetuli, quamquam saepius *deferri, adferri aures* dicunt Romani, et Apuleius ipse ita loquitur Met. XI. p. 623. ubi plura dicam de hoc accusativo. Sine dubio *aures* emendatio est docti glossatoris, qui quum primum *auri's* scriptum esset, neglecta virgula *auris* et tum *aures* fabricatus est. Oud., quem Orellius secutus est, ex cett. Mss. legit *aures.* Fortasse etiam sequens *aures accedit* fallere poterat librarios.]

pareret. [De huius vocis significatione: *comparere, apparere* cf. Servius ad Aen. X. 176. Grot. ad Mart. Capell. VIII. §. 880. p. 684. Kopp. Fest. p. 120. s. v. *paret significat apparebit* Gloss. Philox. p. 152. *paret πείθεται, πειθαρχεῖ, φαίνεται.*]

Cap. IV. *clemens quidam sonus.* Quod in nonnullis codd. ante *clemens* particula *et* legebatur, factum est, ut nonnulli cum Grut. Susp. VIII. 2. Sciopp. Susp. II. 18. coniicerent: *Iam provecta nox. Et,* qua temporis notione saepius poni hanc particulam constat. cf. Abresch Lect. Aristaen. p. 51. [Burm. et Cort. ad Lucan. I. 231. Burm. ad Virg. Aen. III. 9. eund. ad Claud. Rapt. Pros. I. 117. Gies. ad Cic. de Divin. II. 31. §. 67.] Vel etiam subodoratus est Scioppius legi posse *en*, quod tamen improbandum est, quoniam non de re visa, sed de audito sono inviso agitur.

accedit. Multi sunt interpretes, qui alteram F. 1. et edd. lectionem *accidit* ex copia exemplorum ex dict. Heins. ad Val. Flacc. II. 452. Dr. ad Liv. XL. 32. Epit. LV. et ex Graecorum usu *προσπίπτειν ἀκοαῖς*, ut Herodian. IV. 5. comprobant. Quum tamen fere omnes codd. iique melioris notae *accedit* retineant, non video, cur aliquid mutandum sit. At minus aptum videtur esse argumentum, quo Oud. hanc lectionem sustinere studet, quia variare orationem sit multo elegantius. Quum enim in praegressis legatur *excitare*, et *adferri*, sibi persuasum esse, hic *accedere* i. e. *ad aures venire* dici. Idem enim cadit in *accidere*, quae hoc certe loco ad significationem non ita multum discrepat. *Accedere* vero et *accidere* fere semper Mss. iis in locis, in quibus lectionis auctoritas non ex lege metrica apparet, variant cf. Gron. ad Senec. de Consol. ad Marc. 11. Heins. ad Ovid. Fast. V. 360. Intt. Liv. I. 49. §. 4. XXI. 10. §. 12. II. 2. §. 9. 45. §. 8. ut *incedere* et *incidere* Liv. I. 59. §. 6. cf. ad IX. 24. §. 10. Omnium accuratissime de his dictionibus *accedere* vel *accidere ad aures* egit Ruhnk. ad Rutil. Lup. I. §. 17. p. 124. ed. Frotsch.]

quovis malo plus timet, quod igno-

Digitized by Google

timet, quod ignorat. Iamque aderat ignobilis maritus et torum inscenderat et uxorem sibi Psychem fecerat, et ante lucis exortum propere discesserat: statim voces cubiculo praestolatae novam nuptam interfectae | virginitatis curant. 327
Haec diutino tempore sic agebantur. Atque ut est natura redditum, novitas

ignoratur O. *incenderat* Bas. 1. *Psychem* F. 1. 3. G. 1. 2. B. *phycem* D. *solis exortum* P. ex glossemate. *prospere* O. *prope* p. (quae lectio ex compendio ꝓpe nata videtur.) *statimque* O. G. 1. *statim vices* Venet. 2. *praestolante* p. *hic diutino* F. 1. B. Venet. 2. 4. Paris. *hoc diut.* p. *agebant* Venet. 4. Paris. Bas. *ut e. nat.* D. omissa virgula ē i. e. *est*. *natura rerum* O.

rat. [De hac sententia cf. quae similia profert Cort. ad Lucan. III. 417.]

ignobilis maritus. [*Ignobilis* h. l. idem est quod *ignotus*, ut Fulgent. dicit Mythol. III. 6. p. 716. *ignoto atque mansionario utebatur coniugio.* Alter. quem invenire poteram eiusdem significationis locus est Plaut. Pseud. IV. 2. 9. Gloss. Philox. p. 109. *ignobilis ἄγνωστος ἄσημος ignorabilior ἀγνωστότερος.* Cetera quae a Lexicographis afferuntur exempla eam minus tangunt, quum *ignobilis* ibi obscurus et inglorius significet, ut Cic. Tusc. III. 24. §. 57. Hic vere indicat eum, qui oculis a Psyche nondum visus est, hominem plane peregrinum.]

uxorem sibi Psychem fecerat. Elm. excitat Hieronym. in Oseam Tom. V. c. 11. *Homo cum uxorem acceperat, de virgine mulierem facit id est non virginem.* Philon. de Cherub. fol. 78. *ἀνθρώπῳ μὲν γὰρ ἐπὶ γενέσει τέκνων σύνοδος τὰς παρθένους γυναῖκας ἀποφαίνει.* Fulgent. ad Probum. Epist. 3. *In opere corporalium nuptiarum virginitas carnis amittitur, ut ad carnis fecunditatem veniatur.* [Ita saepius latine et graece sibi opponuntur *mulier*, *uxor* et *virgo*: *γυνὴ* et *πάρθενος*, de quo usu latius agam ad Met. VII. p. 486.]

interfectae virginitatis. Tertull. de Pud. c. 4. *pudicitia trucidatur.* Sic *conficere*, *peragere virginem* et similia in hac re dicuntur, quo male trahit Donatus etiam Terent. Eun. V. 4. 6. cf. Comment. ad Suet. Ner. c. 29. *conficeretur a Doryphoro* Fabrett. Inscriptt. p. 699. *quo cecidit nostrae virginitatis honos.* Contra de virilitate Petron. c. 125. *funerata est illa pars corporis, qua quondam Achilles fui,* ubi cf. Intt. De verbo *interficere* pro *extinguere*, *perdere* de rebus inanimis plura dicam ad Lib. de Deo Socrat. p. 157. De aliis vocabulis obscoenis eadem in re usurpatis cf. quae agam ad Met. IX. p. 605. Errat igitur vir doctus, qui ad exemplaris sui marginem adleverat *interceptae*, licet alibi non damnem. Nam *rapta virginitas* et *spolium virginitatis* dixit Ovid. Met. VIII. 850. Heroid. V. 140. XVII. 44. De verbo *intercipere* cf. Intt. ad Nepot. Iphicrat. 2. *moram Lacedaemoniorum interceperat.* Sed Cupido Psyches virginitatem non rapuerat, ut praedo, sed iustam sibi uxorem fecerat.

ut est natura redditum, novitas per assiduam consuetudinem delectationem etc. Mira quum Oud. videatur haec locutio *ut a natura est redditum*, pro: *a natura est comparatum*, sive *ut fit*, *ut natura fert*, et quum sequentia videantur ei esse ulcerata, totum locum ita emendat: *Atque, ut est natura* (sive ut alibi dicit, *ut res est*) *rei iteratae novitas per adsiduam consuetudinem se delectarat*, aliquot edd. nisus, quae *delectationem* omittunt. [Sed quam prave egerit Oud., videamus. Primum enim, quae ista est *rei iteratae novitas?* quaenam res saepius repetita nova licet nominari? Deinde intolerabilis sane est tautologia, si quis *novitas iteratae rei per assiduam consuetudinem* dicat, quae ieiunitas cave ne Apuleio intrudatur. Tertio denique loco per sententiam coniectura probari nequit. Quum enim *res* Oud. sumat pro *concubitu*, hinc efficitur, totum locum ad rem tantum veneream, ad luctationes amatorias posse referri. Qui vero locum accuratius consideraverit, non de concubitu

per assiduam consuetudinem delectationem ei commendarat, et sonus vocis incertae solitudinis erat solatium. Interea parentes eius indefesso luctu atque moerore consenescebant. Latiusque porrecta fama, sorores illae maiores cuncta cognorant; propereque moestae atque lugubres deserto lare certatim ad parentum suorum conspectum affatumque perrexerant.

passiduam D. *deletationem* G. 1. *delectationem* abest a Iunt. 1. 2. Ald. *ei* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. R. f. π. et incertus cod. Ceteri codd. et omnes edd. vett. habent *eius commend.* *commendaret* p. D. *commendavit* δ. *voces* Venet. 2. *incertus* δ. *indefecxo* G. 1. *moerore animi senescebant* P. (teste Putschio *animi consenescebant*) D. quae lectio ex corrupta praepositione *cō* i. e. *con* orta est, saepius cum *aī* i. e. *animi* in Mss. commutata, G. 2. aperte tamen *aīmi senescebant*. *cognoverant* G. 1. 2. D. P. O. f. δ. *propeque* p. cf. supra. *ac lugubr.* δ. p. *lugubre* P. *deserta lare* F. 3. *affectumque perr.* p. *porexerant* δ.

tantum sermonem fieri inveniet, sed de omnibus iis, quae longum intra temporis spatium his in aedibus Psychae evenerant, ad totam eius vitae rationem. Locus ita explicandus est: Insolens illa Psyches condicio rerumque novitas, quae eam circumdabant, per assiduam consuetudinem ita eam adlexerant, ut summe delectaretur: quae res ex natura rerum saepissime probari potest. Homo enim consuetudine res, quae aliis sunt molestissimae, sibi acceptas esse existimat, immo ab iis tenetur. Porro licet negari nequeat, aliud me non invenisse exemplum, quo locutio: *natura est redditum* comprobetur, tamen quum in usu sit, *a natura est datum*, s. *insitum*, nihil impedit, ne hoc quoque defendatur. *Reddere* pro *dare* dictio est mere Lucretiana cf. I. 204. *materies reddita certa est gignundeis* II. 758. *si nulla coloris principieis est reddita natura.* cf. Eichst. in ind. Lucret. p. 552. Ceterum notissimum est, *res* saepius *concubitum* significare. cf. Orell. ad Arnob. III. 10. Tom. II. p. 129. Plaut. Bacch. III. 6. 35. Mercat. III. 1. 35. 37. Ita obscoena ipsa *res* dicuntur. cf. Taubm. ad Plaut. Pseudol. IV. 7. 92. Orell. ad Arnob. V. 9. T. II. p. 284. V. 26. *obiecit oculis formatas inguinibus res.* Arnob. V. 11. *et postquam ebrietas potu emersit, inseruisse* [Liberum] *caute manus, contrectavisse virilia dormientis, atque ut omnia cingerent circumpositi laqueorum tortus* (ita enim legendum est pro *morsus*) *artificii curas tum rebus* (Aedestae) *adhibuisse perituris:* Quamquam enim scio, *mordere* et *morsus* de rebus dici, quae arripiunt et tenent, hic tamen sermo est non de laqueis tenacibus, sed qui resecant, ut indicant verba: *fluere de sanguine* cit. cap. 12, quae de sanguine ex genitalibus Aedestae laqueo constrictis prorumpente intelligenda sunt. Id magis significat *tortus* i. e. vulnera, quae laqueos contorquendo et constringendo dantur. Idem vocabulum usurpat Arnob. VI. 10. Cum hoc loco compares Arnob. V. 6. *Adest ad insidias Liber, ex setis scientissime complicatis unum plantae iniicit laqueum, parte altera proles cum ipsis genitalibus occupat ... et adducente nexus planta, ... privat sexu.*]

moerore consenescebant. [Quomodo lectio *animi consenescebant* exorta sit, aperte indicant vitia Mss., de quibus iam in adnot. crit. egi. Vix tamen credibilis est Oud. error, qui *animi* ad *moerore* et *luctu* referri posse negavit, quod *animi* Apuleius nunquam his vocabulis iungeret, multis exemplis rem suam probare sustinens. E contrario enim demonstrari posset, cur *animi* ad *moerore* non ad *consenescebant*, quod Oud. voluit, si sana esset lectio, referri deberet. Parentum enim corpus consenuit et maceratum est, neque vero animus, ut Plautus dicit Capt. I. 2. 30, *qui tuo moerore maceror, macesco, consenesco, et tabesco miser.* Plane alius enim Livii locus est, X. 3. *Animum quoque patris consenuisse in affecto corpore rebatur;* et quem Oud. ipse adtulit, Met. VIII. p. 527. *luctu et moerore carpebat animum.* Nos vertimus: *Sie alterten vor Gram und Sorge.*]

CAPUT V.

Ea nocte ad suam Psychem sic infit maritus: (namque praeter oculos et manibus et auribus sentiebatur). Psyche dul|cissima et cara uxor, exitiabile tibi 328
periculum minatur fortuna saevior, quod observandum pressiore cautela censeo. Sorores iam tuae mortis opinione turbatae tuumque vestigium requirentes, scopulum istum protinus aderunt. Quarum si quas forte lamentationes acceperis, neque respondeas, immo nec prospicias omnino. Ceterum mihi quidem gravissimum dolorem, tibi vero summum creabis exitium. Annuit et ex arbitrio mariti se fa|cturam spopondit. Sed eo simul cum nocte dilapso diem [161]
lacrymis ac plangoribus misella consumit, se nunc maxime prorsus perisse

Psychem F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. *inquit* pro *infit* G. 1. a m. p. *nam* pro *namque* R. f. *praeter oculis* R. f. G. 1. *oculus* G. 2. D. *et auribus* exulat a G. 1. a m. p. sed in margine a m. s. suppleta est lacuna. *auribus ille nihil sentiebatur* G. 1. P. O. R. f. F. 3. (sed *ille* ex correctione) *auribus nihil sentiebatur* F. 1. *δ.* a m. p. *et nihil auribus nihil sentiebatur π. auribus exitiabile ille nihil sent.* G. 2. D. *auribus hiis nihil* p. Ceteri codd. et edd. vett. *auribus sentiebatur. Psychem dulc.* G. 2. D. *Psychen dul.* G. 1. *exitiale δ.* f. solito errore. *execrabile* p. *saevior* Vulc. 2. cf. Met. III. p. 198. IV. p. 263. *opinionem* Vicent. *adderunt* G. 1. *adere* ed. pr. *adiere* Iunt. 1. Venet. 2. Ald. et reliquae edd. ante Wower. *neque tamen respondens* legi in f. et R. testatur Roaldus, Oud. vero excerpta praebebant *neque tamen deas* (Sed librarium errasse putaverim. Sine dubio enim nota scriptum erat *ḛndeas* i. e. *respondeas*, quod facile in *tām deas* i. e. *tamen* abire potuit.) *neque prosp.* P. *perspicuas* R. *respicias* G. 2. *si* pro *tibi* G. 2. P. et D. a m. p. *sese facturum* O. *cum lacrymis* F, 1. et *δ.* (puto per compendium scriptum fuisse *to'* i. e. *totum* quod librarius prave mutavit in *con.*) *missella* G. 1. *maxime* G. 1. *periisse δ.* et edd. Elm. Scriv. Pric.

Cap. V. *manibus et auribus sentiebatur.* Diversissima est huius loci in codd. lectio, tamen ita, ut optimi quique *nihil* ante *sentiebatur* acriter defendant, plerique *ille* post *auribus* intrudant. *Nihil* probari non posse, facillime potest effici, quum Apuleius indicare velit, Amorem tangi et audiri nec tamen conspici potuisse. Haec enim addidit, ut quomodo eius sermonem percipere et amplexus sentire potuisset Psyche, declararet. Hinc commotus est Oud., ut *vigili* emendaret, i. e. a vigilante, nec dormiente Psyche. Quod valde ridiculum est. Qui enim aliter eum sentire et audire poterat Psyche nisi vigilans et expergefacta? Ego quomodo loco succurram, nescio.

aderunt. Falso nonnullae edd. habent *adiere:* postea enim demum adveniunt sorores. Exorta est illa lectio ex ignorantia editorum, qui accusativum cum verbo *adesse* iunctum non intelligebant. Sed cf. Met. II. p. 114. *tuum cubiculum adero,* ubi eadem est scripturae discrepantia. [Saepius enim verba, quae cum praepositionibus composita sunt, casum earum adsciscunt. Ita Liv. XLV. 28. §. 8. omnes codd. videntur perseverare in scriptura *Amphipolim adesse,* quod Duk. in *Amphipoli* mutavit ex loco seq. cap. §. 1, ubi omnes codd. *Amphipoli* praebent, laudatus ille ab Oud. ad Met. II. p. 114., qui dictionem Apuleji et Livii valde discrepare pronuntiat. Ego tamen contra codd. nihil muto. Apuleius saepius hanc constructionem secutus est, ut Met. VI. p. 436. *delicatas voculas adhinnire* ut Plaut. apud Prisc. III. 7. p. 136 Krehl. e Cistell. fragm. *Adhinnire equulam possum.* Sed cf. fragm. ed. Mai p. 19., ubi ante *equulam* distinctum est. Ita puto locum defendi posse Ovid. Rem. Am. 634. ubi cf. Burm. *Accubans lectum* Met. V. p. 329. cf. Met. X. p. 715. cf. Rudd. II. p. 135 sqq.]

lacrimis consumit. Defendit Oud. lectionem codd. F 1. et *δ. cum lacrimis,* ut diem simul et lacrimas Psyche consumserit. Perdit enim et consumit lacrimas, qui eas nequidquam effundit.

Digitized by Google

iterans, quae beati carceris custodia septa et humanae conversationis collo-
329 quio | viduata, nec sororibus quidem suis de se moerentibus opem salutarem ferre ac ne videre eas quidem omnino posset. Nec lavacro, nec ulla denique refectione recreata, flens ubertim decessit ad somnum.

et non alia est lectio cod. G. 1. pro *quae b.*, ut Oud. voluit, qui ita lectionem *posse* defendit. Sed mos est librarii huius codicis, vocalem *que* sive est particula sive est relativum a praesenti vocabulo seiungendi. Hinc factum est, ut alter, qui hunc codicem interpolavit, ubi *que* particula est, *et* super scriberet, ut lector statim discerneret, utrum esset vocabulum. Hic vero is ipse erravit et particulam esse putans, *et* interpretamenti loco adposuit). *quae bini carceris* φ. δ. p. (quae lectio ex compendio *bi̅* nata est.) *nec sororibus* F. 1. 3. G. 1. 2. δ. D. p. et edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris. *suis* desideratur in p. *at ne* edd. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. *nec videre*, quod Oud. ait in multis Codd. legi, tantum in G. 1. a m. s. inveni. *posse* F. 1. G. 1. 2. P. D. O. δ. p. f. *flensque* G. 2. Π. P. *uberrime* G. 1. π.

cf. Ovid. Met. II. 575. *tempora cum blandis consumpsit inania verbis.* ubi cave, ne cum *blandis verbis* verbum *consumpsit* iungas. Melius cum antecedentibus *precando* copulatur. Burm. ad Anthol. T. I. p. 141., ubi Oudendorpii sententia comprobatur. At Oud. ipse videtur emendationem *in lacrimis* praetulisse coll. Met. II. p. 157. *moestus in lacrimis.* [Ego contra optimos codd. nihil muto. Praestare mihi videtur altera lectio, qua indicatur, summo moerore et lacrymis Psychem diem perdidisse. Quomodo scriptura exorta sit, in adn. crit. exponere studui. De dictione *consumere diem, tempora* al. cf. Dr. ad Liv. XXIX. 33. §. 9. Heins. ad Ovid. Fast. III. 166. Oud. ad Hirt. Bell. Alex. 47. Kritz ad Sall. Ing. 25. §. 11. Goer. ad Cic. de legg. III. 18. §. 40. Erat, cum verba ita coniungerem: *diem totum ... consumit se* i. e. enecat, sed nunc sententiam retracto.]

beati carceris. Codicum aliquot scriptura *bini* deceptus Wower. coniecit *divini*, quam emendationem refutat Oud., quia Psyche adhuc nescierit, eam domum esse divinam. Neque huc convenire existimat carceris laudes, quod falsus vulgari lectione putaverit Pricaeus, mox pro *et* coniiciens *at*. Psychem enim solam destitutam queri ait, quod inclusa sit carcere, quo nemo accedat, ita ut humana conversatione privata sit, et quod ne suas quidem sorores sibi conspicere easque consolari liceat. Hinc commotus est, ut *invii* vel *devii* vel *avii* cum Heins. ad Ovid. Heroid. XVII. 178. emendaret. [Errat vero Oud. quam maxime. *Invium* enim non fuisse scopulum, ex antecedentibus efficitur, ubi Cupido uxorem adhortatur, ne clamitantibus sororibus respondeat neve ab iis conspiciatur. Cavere igitur his admonitionibus studet, ne intrare possint aedificium, quod monere non debuisset, si accedere eae non potuissent. Abruptus erat scopulus: unde Zephyrus levi vectura et Psychem et postea sorores adportat. *Beatus* vero erat carcer, quia summas Psychae dulcedines praebuit, quamquam ab omni hominum societate erat viduatum. Hacde caussa *carcer* nominatur. Nam etsi Psyche omnibus vitae perfruebatur deliciis, inde tamen summum animi dolorem capiebat, quod abtrusae sibi in hanc solitudinem et custodiam sororum colloquio interdictum esset. Ita *beatus* et *carcer* bene potest defendi. Cf. velim verba, quae antecedunt *novitas per assiduam consuetudinem delectationem ei commendarat.*]

decessit ad somnum. Pric. ex Met. IX. p. 644., ubi nonnullae edd. habent *recedere* maluit *recessit.* Sed nihil mutandum est. *Decedere* enim probatur pro simplici *cedere.* Virg. Ecl. VIII. 89. Georg. III. 467. et saepius.

Digitized by Google

CAPUT VI.

Nec mora, cum paulo maturius lectum maritus accubans, eamque etiamnunc lacrymantem complexus sic expostulat: Haecine mihi pollicebare Psyche mea? Quid iam de te tuus maritus exspecto? quid spero? Et perdia et pernox nec

accumbans G. 2. D. *accumbens* G. l. O. P. (?) *eaque nunc etiam* Ald.. *eamque nunc etiam* Iunt. 1. 2. *haecine* F. 3. G. 1. 2. D. *haeccine* plurimi codd. cum nonnullis edd. vett. *hiccine* F. 1. Venet. 2. 4. Iunt. 1. Par. *pollicebar* δ. *pollicibare* p. *psychem* solito errore G. 2. D. *quid spero* abest in P. teste Putschio. *perfida et pernox* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. O. a p. m. P. δ. p. et omnibus edd. vett. praeter Iunt. 1., quae cum O. a m. s. et R. habet *perdia*. Etiam P. habet teste Putschio *perdia*. In *f.* Roaldus dicit legi *perfida*, Oud. *perfidia*.

Cap. VI. *accubans.* Quod in nonnullis codd. legitur *accumbens*, Oud. ea de caussa reiicit, quod iacuisse statim in lecto Cupidinem e seqq. appareat, *accumbere* vero potius ille dicatur, qui lecto spondae superincumbat. Praeterea nonnullos locos affert, ubi *accumbere* apud Apuleium legitur. [Sed difficile est ea de re iudicium. Plurimi enim discrimen, quod inter utrumque vocabulum intercedit, ita exponunt; ut *accumbere* incipientis sit *accubare*, sed ut saepius ea differentia a scriptoribus negligatur. Rem puto ex Mss. tantum diiudicari accuratius posse, quos ubique secutus sum. Ortus sine dubio est error ex negligenti illa scriptura *accumbans*, quae in nonnullis codd. invenitur, quaeque, quum nullam sententiam praeberet, a librariis in *accumbens* commutata est.]

haecine. [Hanc orthographiam semper religiose servavi, quippe quae non solum in hoc vocabulo ab optimis Codd. ubique retineatur, sed in aliis quoque eiusdem terminationis derivatis inveniatur, ut *sicine* cf. Met. III. p. 216.]

perdia et pernox. [Mira haec est optimorum codicum constantia *perfida* legentium, quae quomodo explicanda sit, nisi per vocabuli insolentiam, intelligere nequeo. Aperte enim sententiam loci *perdia* flagitare, nemo est, qui dubitet, ut hanc unius quantum scio codicis emendationem in textum iure meo receperim. Saepius enim utrumque coniungunt veteres, ut rei perpetuitatem designent. cf. Gell. II. 1. Symmach. Epist. I. 53. II. 47. cf. Kopp. ad Mart. Capell. II. §. 124. p. 173. Gloss. Vulc. p. 108. *perdius παντμέριος.* Saepius in usu est vocabulum *pernox.* cf. Met. IX. p. 600. Fronton. Epist. ad Ver. I. p. 184. *somnus pernox.* Intt. ad Virg. Georg. III. 230., ubi valde disceptant Intt. inter scripturas *pernix* et *pernox*, quarum prior a plurimis optimisque codd. servatur. Quamquam hoc monendum est, *pernix* et *pernox* in Mss. saepissime confundi; cf. Val. Fl. III. 117. At in loco Virgilii lectionem *pernix* unice probo, quod insolenti dictione ex vocis etymo pro *pernitens*, *perseverans* dictum esse volo. *Pernox* enim propterea non placet, quod victi bovis vitam non bene declarat. Ille enim non erat in pascuis, sed semper iacet inter dura saxa, neque solum pernox sed etiam perdius, donec collectum est robur viresque refecta. Deinde *pernix* et *iacet*, quae Wagnerus sibi obstare contendit, et Doederl. Syn. II. p. 128. contradictionem in adiecto nominat, recte explicari posse videntur, si *pernix* perseverantem in ira bovem significet, qui nullo modo a proposito potest deduci. *Pernox* vero id denotare non potest, ut multi voluerunt; cf. Wernsdorf. Poet. Min. T. V. P. 2. p. 1080., qui praeterea in loco Avieni descrip'. Orb. 946. egregie erravit. Ibi enim retinenda est lectio et *pernix Durateum gens.*, quam ille in *pernox* emendat, intelligens, gentem eam assiduam esse in ligneis domibus noctesque in iis exigere adeoque habitare. Quis unquam hoc probaverit? *Duratei* enim *Mossyni* nomi-

Digitized by Google

nec inter amplexus coniugales desinis cruciatum. Age iam nunc, ut voles, et animo tuo damnosa poscenti pareto: tantum memineris meae seriae monitionis,
330 cum coeperis sero poenitere. Tunc illa precibus et dum | se morituram comminatur, extorquet a marito, cupitis annuat, ut sorores videat, luctus mulceat, ora conferat. Sic ille novae nuptae precibus veniam tribuit, et insuper quibuscunque vellet eas auri vel monilium donare concessit. Sed idemtidem monuit ac saepe terruit, ne quando sororum pernicioso consilio suasa de forma

rater pro *inter* G. 2. *aspectus* pro *amplexus* O. *coniugalis* Venet. 2.[a] *desines* Venet. 2. *cruciatum* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. O. R. f. d. ed. pr. et Iunt. 2. Ceteri codd. et edd. vett. habent *cruciatus*. *ut voles* G. 2. D. P. *parabo* O. a m. p. *pargito* G. 1. a m. s. *pareto* abest in D. *tantum memineris* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. O. f. d. p. d. M. Ceteri codd. et edd. vett. *tamen*. Ita quoque Orell. *monitiones* G. 1. *comminatus* G. 1. a m. p. *conserat* Venet. 4. Bas. 1. *et super* D. *eas* desideratur in f. *dare* pro *donare* f. *percitioso* G. 1. a m. p. *seiasa de* G. 2. D. a m. p. *seiade* P. *sua di forma* Iunt. 2. *formia* P. *fora* G. 2. D.

nantur, quia semper ligneas domus incolunt, unde *pernox* intolerabilis est sententiae repetitio. Dein quis dixerit *pernox gens* pro ea, quae per noctem in aedibus habitat. *Pernix* hic est *celer*, *strenuus* ut apud Hor. Epod. II. 42. Proprie enim ad celeritatem refertur, cf. Gloss. Philox. p. 158. *pernix ὠκύπους ἀκρότονος*, ubi certe *ἀκροτόνος* (*ἄοκνος*?) legendum est.]

desinis cruciatum. Quam nonnulli codd. praebent lectionem *cruciatus* Oud. non genitivo capit, sed accusativo pluralis, ut apud Caes. B. G. I. 31. *exempla cruciatusque edere*, quia Apuleius semper cum hoc casu verbum iungat, cf. infra p. 332. *lugubres voces desinite* p. 368. *luctum desine* saepius. [De genitivo cf. Intt. ad Hor. Od. II. 9. 17. III. 27. 69. ad Sil. Ital. X. 84. XV. 190. ad Virg. Aen. XI. 441. De accusativo cf. Heins. ad Ovid. Art. A. II. 725. Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 968. Intt. ad Virg. Ecl. V. 19.] Male *cruciatum* Brantius mutari voluit in *eiulatus; cruciare* enim saepe dicitur de eo, qui se ipse tristitia et aegritudine affligit [cf. Terent. Eun. I. 2. 15. et alibi.]

tantum memineris. [Ita ex optimis codd. in textum recepi, invito Oud., licet non ignarus sim, quoties confundantur in Mss. vocabula. Adverbium *tantum* suo loco stat, ut apud Ovid. Trist. I. 1. 101. *tantum ne noceas; dum vis prodesse, videto* et nostrae particulae „*nur*“ omnino respondet, quae exhortantis vel amice admonentis est. cf. Ovid. Rem. Amor. 713. *tantum iudicio ne tuus obsit amor.* cf. Bach. ad Ovid. Met. IX. 21. *Tantum* hic positum est pro *modo ut* cf. Terent. Phorm. I. 2. 8. *scies, modo ut tacere possis.* De sententia vocis *tamen*, quod alii codices habent, pro *tantum* cf. Bosch. ad Petr. c. 31. p. 166. Burm.]

precibus veniam tribuit. [Hunc locum attigit Munk. ad Hygin. XLV. p. 108. Stav., sed ex memoriae sine dubio errore pro *tribuit*, legit *dedit*. Accuratius de hac dictione agit ad h. l. et ad Lact. Placid. Narrat. Fabul. L. IV. fab. XI. p. 813.]

idemtidem monuit ac saepe terruit. [Praesertim verba *monere, hortari* alia cum particula *idemtidem* coniungi, observavit Handius in Tursell. III. p. 176., ubi plurima exempla afferuntur, quibus adde ex Apul. Met. p. 364. *haec tibi idemtidem semper cavenda censebam*, IX. p. 644. *idemtidem suadebat.* Elegantem nominat Oud. coniecturam Heinsii ad Ovid. Met. IV. 748. *saepe iteravit* pro *terruit*, de cuius vocabuli significatione excitat Burm. ad Ovid. Heroid. XVIII. 135. Sed quamquam in pleonasmo *saepe iterare* cum aliis non haereo, memor locorum Plaut. Pseud. I. 3. 154. Rud. IV. 8. 1., tamen quum *terrere* probam efficiat sententiam, lectionem retineo. *Terrere* enim de minis bene dicitur, quas Cupido suis monitionibus adiecit, quibusque Psychem absterreret, ne contra voluntatem ipsius ageret cf. Auct. Panegyr. ad Constant 22. *et praesentia tua, ne audirent trans-*

Digitized by Google

mariti quaerat, neve se sacrilega curiositate de tanto fortunarum suggestu pessum deiiciat, nec suum postea contingat amplexum. Gratias egit marito. Iamque laetior animo: Sed prius, inquit, centies moriar, quam tuo isto dulcissimo connubio caream. Amo enim et efflictim te, quicunque es, diligo, atque ut meum spiritum, nec ipsi Cupidini comparo. Sed istud etiam meis precibus oro largire, et illi tuo famulo Zephyro praecipe, simili vectura sorores huc mihi sistat. Et imprimens oscula suasoria et ingerens verba mulcentia et inserens

cupiditate pro *curiositate* G. 1. *π. sugesta* G. 1. (nec *suggesto* ut Oud. legit in suis excerptis) *suggestu curiositate* (perperam ex praecedenti linea vocabulo repetito) G. 2. D. *pensum* F. 3. G. 1. 2. D. O. f. *pensa* p. *deiciat* G. 1. 2. D. *exemplum* pro *amplexum* p. *agit* D. *d. laetior* G. 1. *sanies* omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. *Se renties* Ms. I. Bapt. Aegidii, laudante Ptolemaeo Flavio, Coll. c. 61. T. I. Thes. Crit. p. 978. *dubius. isto d. et* ante *efflictim* non comparet in G. 1. 2. P. O. D. f. *afflictim* B. *d. efflictum* Venet. 2. ed. pr. *te: te quicunque* Venet. 4. Bas. 1. non inepte. *diligo* exulat a *d. atque ne* pro *atque ut* G. 1. Gruter. Susp. VIII. 2. coniiciebat *diligoque neque ut meum, istud* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. *d.* Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. Ceteri codd. et edd. *illud. meis precibus* F. 3. G. 1. 2. D. P. p. *d.* f. Ceteri codd. et edd. *precibus meis. ora larg.* Iunt. 1. *Zephyro praecipe* F. 3. G. 1. 2. D. P. *d.* p. f. Iunt. 2. In reliquis *praecipe Zephyro. uectura* Venet. 2. *vetatur* D. *huc mihi* F. 1. 3. B. Venet. 4. Paris. *hic mihi* G. 1. 2. D. f. Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. *huc* abest a p. *ingerens membra* F. 3. G. 1. 2. P. D. *inferens membra* O. ut ait Pricaeus, sed ex Gronov. coll. *inserens*. In cett. est *iungens*.

itum, terruisti. Sall. in orat. Lepid. *Vos a repetunda libertate terremini.*]

connubio. [*Connubium* hoc loco idem significare puto, quod *concubitus, coitus*, quamquam omnes de matrimonio cogitabant. Responsio enim Psyches est ad Cupidinis sermonem: *nec suum postea contingat amplexum.* cf. Ovid. Amor. II. 7. 21. cf. Munk. et Stav. ad Hyg. fab. XIV. p. 41. Lact. Placid. Narrat. I. IV. fab. XX. p. 817. ut γαμεῖν γάμος cf. Hemsterh. Plut. p. 401. Spanh. ad Callim. H. Del. 240. Hinc fit, ut de furtivo amore saepius dicitur cf. Intt. ad Virg. Aen. III. 416. Ita in Epigramm. Anthol. Lat. T. I. p. 438. Burm. legendum est:

Sed postquam alterius mulier *connubio utrumque*
Forit, deposuit alter amicitiam.]

et inprimens oscula suasoria. [*Inprimere oscula* potissimum de libidinosis dicitur amantibus, qui prae amoris nimia voluptate labra labris adfigunt. cf. Martial. X. 42. Eadem ratione *figere oscula*, legitur cf. Heins. ad Ovid. Met. IV. 141. Cort. ad Lucan. II. 114. VI. 565.]

ingerens verba mulcentia et inserens membra cohibentia. [Adnotanda est plurimorum librorum lectio *ingerens membra coh.*, quae repetitio prioris vocabuli ferri nequit; nec minus displicet ceterorum codd. scriptura *iungens*, quae glossa videtur esse vocis *ingerens* a librariis quibusdam profecta. Legi quoque possit *iniiciens*, quo notum est, *gerere* et *iacere* non raro commutari in libris cf. Burm. ad Ovid. Amor. I. 9. 12. Met. V. 346. ad Suet. Claud. 20. Dr. ad Liv. XXXIV. 62. §. 6. Bene enim intellexit Oud., tale quid esse legendum, quo paronomasia efficiatur, quam captasse Apuleium iam prius vidimus cf. ad Met. III. p. 231. Omnia enim aperte id indicant. Emendat igitur: *et inferens verba mulcentia et inserens membra cohibentia*, quia dubitat, an *ingerere verba* unquam dici queat in bonam partem pro *blanditias dicere*, sed in malam potius proferri, sive querelas, convicia iacere coll. Liv. XLI. 10. dict. ad Lucan. V. 681.: contra legi saepius *sermonem inferre, causam* alia de quo cf. Oud. ad Caes. B. Civ. II. 17. §. 2. ad Bell. Gall. I. 39. Dav. ad Auct. B. Hisp. I. §. 4. In eo tamen errasse videtur Oud. Inveniuntur enim loci, ubi *ingerere* nihil aliud significat, nisi *dicere*. cf. Tac. Ann. IV. 42. §. 1. *Tiberium perpulit, ut vitandos crederet patrum coetus vocesque, quae plerumque verae et graves coram ingerebantur.* II. 79. *magnitudinem imperatoris itemtidem ingerens* i. e. saepius commemorans. Neque vero nego, saepius in malam partem dici de conviciantibus. cf. Ruhnk. Dict. ad Terent. Andr. IV.

331 membra cohibentia | his etiam blanditiis adstruit: Mi mellite, mi marite, tuae
332 Psyches dulcis anima. Vi ac | potestate Veneris usurus invitus succubuit maritus, et cuncta se facturum spopondit. Atque etiam luce proximante de manibus uxoris evanuit.

conhibentia est in marg. F. 3. ab eadem manu. *choibentia* D. *coibentiu* G. 1. *his etiam* F. 1. 3. *haec etiam* G. 1. 2. D. O. f. δ. ed. pr. Ald. Iunt. 2. *hic etiam* B. et cett. edd. vett. *hae etiam* p. *hinc etiam* Bas. 1. *blanditus* G. 1. Venet. 2. Iunt. 1. *blandis hiis* G. 2. D. P. *mi mellite mi marite* F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. et omnes edd. vett. *melite* G. 1. *mellite mi, mi marite* f. *mi* ante *marite* abest a δ. *tu* pro *tuae* D. *Psyche* G. 1. δ. p. f. hic ut p. 345. pro *Psychae*. *Psychem* G. 2. D. *in hac* p. et Venet. 2. *vi et f. usurus. Invitus* G. 2. D. *succubuit* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. O. δ. f. π. Iunt. 2. Ceteri codd. et edd. *succumbit*. *atque in luce* p. unde vir doctus divinavit *atque iam*. *at etiam* Venet. 4. Bas. 1. *prosimante* G. 1.

1. 16. p. 66. Schop. Huschk. ad Tibull. II. V. 101. Deder. ad Dict. Cret. V. 16. Gloss. p. 368. Et ita legendum est apud eund. VI. 4. *ibi multa in patruum saeviter* (vel *severe*) *per eum ingesta*. Hinc ergo consequitur, *verba ingerere mulcentia* dici posse de blanditiis, quia *verba mulcentia* ipsae blanditiae sunt. *Inserens* cum Oud. probavi e cod. Oxon., quum intelligat Apuleius, Psychem omnia sua membra tam arcte immiscuisse membris Cupidinis, ut quasi concrescerent. *Cohibentia* nominantur membra, quia tam tenaciter sibi adhaerent, ut se ipsa contineant nec evelli a se possint. Interpres totius sententiae sit Ovid. Amor. III. 7. 9. *subiecit brachia collo. Oscula inseruit cupidae luctantia linguae Lasciva femori substituitque femur*. Minus decore per *membra cohibentia*, vel, ut frustra coniiciebat *membra conniventia*, Sopingius intelligebat solum *virginal* quae tamen explicatio cum Oud. probari non potest. Tum auctor *membra* dixisset, nam videntur pluralem praetulisse auctores in mulieribus cf. Auson. Epist. 113. *uxoris coepit lingere membra suae*.]

his etiam blanditiis adstruit. [Utra lectio melior sit, *his etiam blanditiis* an *haec etiam blanditiis*, per sententiam non potest effici, ut Oud. statuit. Utrumque enim bene dicitur, nec refert, utrum *haec* addatur nec ne, quod saepius cogitatione addendum est. Oud., qui *haec ... blanditiis* probat, exempla affert, quibus hanc dictionem satis tritam illustret, sua excitans ad Frontin. Praef. p. 2. et Intt. ad Vell. I. 17. 31. 53. Ego optimos codices secutus sum. Ex errore quodam Modius pro *blanditiis* cum G. 1. et nonnullis edd. legi voluit *blanditus*, quam coniecturam inde ortam puto, quod ille *blanditiis* pro ablativo haberet, quem ferre non poterat.]

mi mellite. De his blanditiarum voculis excitat Elm. Hieronym. de vit. Clericorum ad Nepotianum: *crebra munuscula et sudariola et fasciolas et vestes ori applicitas ac degustatos cibos blandasque ac dulces litterulas sanctus amor non habet. Mel meum, lumen meum, meum desiderium, omnes delicias et lepores et risu dignas urbanitates et caeteras ineptias amatorum in comoediis erubescimus.* [cf. Plaut. Bacch. V. 2. 80. Curcul. I. 3. 8. Trin. II. 1. 17. Trucul. II. 6. 47. Fronton. Epist. ad Caes. IV. 6. p. 103. ed. Mai: *ubi ubi es mellitissime*. Locus classicus harum blanditiarum est Plaut. Casin. I. 46—50.]

tuae. [*Tuus* de iis dicitur amantibus, qui in potestate sunt alterius eumque vehementissime urunt. cf. Ovid. Heroid. I. 83. et Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. I. p. 2. Peerlk. ad Horat. Od. p. 284.]

dulcis anima. [Trita haec est blanditiarum vocula potissimum apud Ciceronem, ut Graecorum ψυχή et φῶς, de quibus cf. Bourdelot. ad Heliod. p. 11. Ficoron. in Gemmis p. 19. Boisson. ad Nicet. VI. 58. p. 287. 288. Plautus, quantum scio, semper *animus* vel *animulus* habet: ut Curc. I. 3. 9. Men. I. 3. 1. Casin. I. 46.]

vi ac potestate Veneris usurus. Mira est omnium librorum constantia, qui cum edd. *usurus* praebent, quod sana ratione explicari nequit, Floridus enim *usurus*

Digitized by Google

CAPUT VII.

At illae sorores percontatae scopulum locumque illum, quo fuerat Psyche deserta, festinanter adveniunt, ibique deflebant oculos et plangebant ubera,

populum pro *scopulum* p. *lucumque illum* F. 1. *Psychem* pro more suo G. 2. D. *deserta* desideratur in D. *festinantes* F. 1. B. *festinanter* equidem inveni in F. 3. G. 1. 2. D. P. R. f. ed. pr. et inde retinui. *festinantur* Vicent. *defflebant* Venet. 4. *percutiebant* O. π. pro *plangebant* ex interpretis glossemate *pangebant* G. 2. P. D. *ubertim* pro *ubera* in solo cod. F. 1., invenitur. Mei omnes Codd. et edd. vett. praeter Iunt. 2. praebent *ubera*. D. solus solito errore *verba*.

sic intelligit, ut Psyches maritus, qui *uti* debuerit et *vi ac potestate Veneris*, cuius erat filius, ad devincendum animum uxoris et nutibus suis adstringendum, ab ea vincatur, licet invitus. Quod vides quam longissime petitum sit, nec ulli comprobari posse. Plures igitur profectae sunt interpretum coniecturae. Pricaeus emendavit: *vi ac potestati oppressus*, quod propter dativum *vi* ferri non potest, et praeterea a Mss. vestigiis nimium recedit. Vir doctus ad marg. ed. Colv. coniecit *victus*; Brantius *ursus*, quam coniecturam Oud. sequitur. [Quamquam vero Oud. pluribus exemplis demonstrat, verbum *urgere*, in amoris negotio et vi voluptatis Venereae frequens esse de invitis amantibus, coll. Ovid. Amor. I. 11. 17., cf. Cort. ad Lucan. V. 811., hoc tamen summae offensioni est, quod nusquam supinum illud *ursus* ullo veterum loco potest firmari. At cave, ne audacior sis in his formis pangendis, neve omnia Apuleio licuisse existimes. Hinc commoveor, ut pro *usurus* corrigam vel *iustus* vel *insanus*. De *insanus* plura non est, quod afferam, quia per se intelligitur de eo, qui prae nimio libidinis venereae calore apud se non est et quasi furit. *Uri* vero ut *ardere*, *calere* saepissime is dicitur, qui amore inflammatus et victus est. cf. Intt. ad Horat. Epist. I. 2. 13. Drak. ad Sil. V. 15. Stat. Theb. IV. 337. Cort. ad Lucan. IV. 578. *Uri* et *uti* in Mss. confundi, docet locus Lucani modo excitatus, ubi cf. et ita etiam *urgere* et *urere* cf. Heins. ad Ovid. Amor. I. 2. 17. Duk. ad Flor. II. 6. 2. Ita erat, quum apud Lactant. Planc. Narr. fabul. Lib. I. f. IX. p. 792. Stav. pro *Apollo cum Daphnen conspexisset, forma eius expalluit* legere malim *excaluit*. Minime enim consentaneum videtur, *expallere forma* hic de amante dici, qui prae nimio amore pallidus fit, quum praesertim ipsa locutio ne latina quidem videatur esse. cf. Anthol. Lat. Burm. Tom. I. p. 40. de Venere: *Uritur igne suo fumantibus Aetna caverna, pendet amore Venus uritur igne suo*, ubi lego: *pendula amore Venus. Pendula* enim est *suspensa*, *anxia*, ut Responsian. dicit de Concubitu Mart. et Veneris v. 75. *et dum suspenso solatia quaerit amori* (sc. Venus) cf. Intt. ad Hor. Epist. I. 18. 110. Ceterum vir doctus coniecit pro *usurus: insessus* i. e. occupatus libidine et oppressus.]

Cap. VII. *deflebant oculos.* [cf. Pric. ad h. l. et Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 54.]

plangebant ubera. Hanc fere omnium codd. lectionem retinui. Oud. defendit alteram cod. F. 1. *plangebant ubertim*, quoniam *plangere* saepius absolute dictum inveniatur; coll. Burm. ad Virg. G. I. 324. Lucan. IX. 68. *plenas plangemus ad urnas* 173. *geminato verbere plangunt.* [cf. Virg. Aen. XII. 45. *veniens plangentia iungunt agmina*, quem locum imitatus est Stat. Theb. V. 651. *plangentia agmina ducens.* Met. VIII. p. 524. *nimium clamare, plangere.* Florid. 16. p. 66. *dolere, plangere* et statim *quam plangebatis.*] Adverbio autem *ubertim* saepius usum fuisse Apuleium, demonstrat Oud. ex locis Met. III. p. 173. *ubertim flebam* V. p. 329. *flens ubertim.* VIII. p. 560. *ubertim lacrimans.* X. p. 683. *ubertim adlacrimans*, Cic. Phil. II. 31. *fleret uberius.* [Sed miror, qui Oud.

Digitized by Google

quoad crebris earum eiulatibus saxa cautesque parilem sonum resultarent. Iamque nomine proprio sororem miseram ciebant, quoad sono penetrabili vocis ululabilis per prona delapso amens et trepida Psyche procurrit e domo et: Quid, [162] inquit, vos miseris la|mentationibus necquidquam effligitis? Quam lugetis adsum. Lugubres voces desinite, et diutinis lacrimis madentes genas siccate: tan- 333 dem quippe cum iam possitis, quam plangebatis, | amplecti. Tunc vocatum Ze-

et quoad creb. Iunt. 1. 2. Ald. *crebrius* G. 2. P. D. *eorum* Venet. 4. Iunt. 1. Ald. Bas. 1. *heiulatibus* Par. *ululatibus* G. 1. *ellulatibus* G. 2. D. *cavearsque* pro *cautes* G. 1. *nemine pr.* G. 2. D. P. *faciebant* pro *ciebant* G. 2. D. P. *quod sono* P. d. *somno* G. 2. *sompno* D. *delapso* F. 1. 3. d. *delapsa* G. 1. 2. D. O. P. p. f. *delapsae* B. cum edd. vett. . *Pyschem* G. 2. D. *necquidquam* d. *nec quicquam* F. 3. G. 1. 2. D. Ceteri codd. et edd. vett. *nequidquam. effligitis* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. p. ed. pr. Venet. 4. Par. Bas. 1. *effligeris* Venet. 2. In ceteris est *affligitis. qua re* pro *quam* O. G. 1. a m. p. *quem* Venet. 2. 4. Iunt. 1. *qua* Ald. *assum* f. *adusum* p. *siccate. Tandem* F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. In cett. *siccate tandem. Quippe.*

his locis admoneri non potuerit, *ubertim* tantum ad lacrimas referri posse. Nusquam enim alia sententia legitur. Haec me commovent praeterea, ut ab hac lectione recedam, quae propter dictionis insolentiam facile quem allicere possit.]

parilem sonum resultarent. [De *parilis* cf. Bach. ad Met. VIII. 568.] De *resultare* activo significatu hic posito Oud. comparat Acidal. ad Plaut. Stich. Cap. 4., qui *parili somu* praetulit. Virg. Aen. V. 150. ibique Iutt. [cui adde Cort. ad Lucan. VII. 482. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 742.]

penetrabili. [De activa huius vocabuli significatione cf. Bach. ad Ovid. Met. V. p. 67. et indicem s. v. Virg. Aen. X. 481. Georg. I. 93. Apul. de Mundo p. 321.]

effligitis. [Hanc optimorum codd. lectionem alteri *affligitis* contra Oud. praetuli, qui minus apte adsciscit locum Met. VI. p. 398. *Venus Psychen graviter affligit*, ubi plane alia est huius vocabuli significatio. *Effligere* enim est *enecare, occidere* cf. Cic. Epist. ad Attic. IX. 19., ubi eadem est scripturae diversitas. Idem Epist. ad Div. XIV. 4. dicit *lacrimis confici* et Val. Flacc. IV. 169. *absumi.* Quamquam idem fere est *affligere*, tamen hic nihil muto.]

lugubres voces. [Fulg. Mythol. III. 6. p. 717. *germanum lugubri voce flagitabant vocabulum.*]

tandem quippe. [Lubenter distinguerem *tandem: quippe*, plures codd. et edd. secutus, si usus Apuleii sineret, quamquam offendit aliis locis librarios vocabuli positus, quod notum est fere semper alias initio enunciationis collocari. Apuleius vero saepius postposuit: ut tertio loco extat Met. VIII. p. 563. *conspicatum se quippe* de Dogm. Plat. III. p. 275. *octavus et nonus quippe* de Mundo p. 328. *nihil horum quippe.* p. 342. *de rectore quippe.* Florid. I. p. 6. *parva haec quippe.* Vel extat locus Apuleii, ubi sextum locum tenet. cf. Florid. IV. 18. p. 87. *Semper adeo et ubique vos quippe.* Nihil vero usitatius est apud Apuleium, quam altero loco hanc particulam inveniri. Et sunt praeterea nonnulli eius libri, ubi rarissime tantum nec nisi cum aliis particulis coniuncta est, primam sedem occupat: de Dogm. Platonis et de Mundo; alioquin altero loco positum est. cf. I. p. 201. *Solis quippe* et paullo post *dies quippe.* II. p. 224. *eiusmodi quippe* et *horum quippe.* p. 228. *audacia quippe.* p. 236. *discrepes quippe.* p. 238. *solum quippe.* p. 246. *sperata quippe.* p. 251. *paria quippe.* p. 253. *sapientem quippe.* p. 258. *regia quippe.* de Mundo p. 337. *aequalis quippe.* p. 341. *indigens quippe.* p. 345. *talis quippe.* p. 359. *omne quippe.* Praeterea cf. Met. XI. p. 806. *irremunerabili quippe.* Apol. p. 394. *omnem quippe.* p. 509. *eius quippe.* p. 584. *affert quippe.* Florid. II. p. 38. *nihil quippe.* Hoc in Apuleii libris observasse mihi videor saepius, ubi caussalis est particula, nec cum aliis particulis iuncta legitur, *quippe*

Digitized by Goo

phyrum praecepti maritalis admonet. Nec mora, cum ille parens imperio statim clementissimis flatibus innoxia vectura deportat illas. Iam mutuis amplexibus et festinantibus saviis sese perfruuntur, et illae sedatae lacrimae postliminio redeunt prolectante gaudio. Sed et tectum, inquit, et larem nostrum laetae succedite, et afflictas animas cum Psyche vestra recreate.

CAPUT VIII.

Sic allocuta summas opes domus aureae vocumque servientium populosam

praeceptis maritalibus φ. δ. p. G. 1. in quo quamquam extat *praecepti* tamen restitit *maritalibus*, s ab eadem manu videtur lineola obductum. *parens immo statim* f. R. *innoxiam vecturam* d. *eas* pro *illas* G. 1. 2. D. P. O. f. R. *sabiis* F. 3. G. 1. 2. D. P. f. δ. p. *saviis* F. 1. B. et edd. vett. *suavitis* ed. Scriv. *lacrimine* O. unde Oud. coniecit *lacrimulae*. *postiliminio* G. 1. a p. m. *plectante* G. 2. D. *et tectum* ut Elm. ait, abest in B. et pro glossemate ille habet. Sed desideratur tantum particula ante *larem*. *et cum* G. 1. 2. D. P. O. *Psychem* G. 2. D. *vestram* D.

opus p. *locumque* F. 1. G. 1. 2. D. P. O. f. φ. *et servientium* F. 1. *populos ac fam.* G. 2. P. D. *populosam atque fam.* G. 1. (*atque* a m. s. neque vero *populos familiam demonstratque*, ut Oud. ex suis ex-

postponi. Ad nostrum locum ut redeam, sententia quoque flagitare videtur, ut *tandem* ad posterius enunciatum referatur. Psyche, quae diu desideraverat sororum *amplexus*, suam pietatem ac desiderium melius pronuntiat, si *tandem* ad *amplecti* pertinet, quam si ad *siccate*. Deinde *tandem* displicet enunciationis fine positum. Eadem discrepantia est Florid. III. 16. p. 67. ubi cf. Aliorum scriptorum exempla suppeditabit Arntz. ad Plin. Panegyr. I. §. 5. p. 6. Nec me impedit, quod *quippe cum* semper initio orationis legitur.]

praecepti maritalis admonet. Hanc lectionem, quae sola mihi probatur, Oud. optime ita defendit: Secura Psyche, Cupidinem praecepisse Zephyro id, quod sibi promiserat, se iussurum illum elementi vectura, sibi stiturum sorores, admonet iam eum illius praecepti. [Deinde si *praeceptis maritalibus* legitur, semper abest illa accuratior notio, cuius admonuit Psyche Zephyrum, quamque omitti a Latinis vix crediderim. Fulg. III. 6. p. 717. dicit *maritale obumbravit imperium.*]

festinantibus saviis sese perfruuntur. Insolens videtur esse locutio *perfrui sese amplexibus et suviis* pro iucunde et mutuo sese potiri inter amplexus et savia. cf. Burm. ad Val. Flacc. IV. 38. [Aliud eiusdem notae exemplum apud Latinos non inveni. Errasse tamen mihi videtur Oud., qui pronomen salva sententia abesse putavit; unde ea erat sententia, ut *festinantibus sese*, quamquam invitus, coniungi vellet. Hoc nullo modo probari potest. *Se* vero *saviis perfrui* intimum exprimit amoris et desiderii sensum, summam voluptatis iucunditatem et ardorem.]

tectum et larem nostrum succedite. De constructione comparat Oud. Heins. ad Ovid. Met. XIII. 611. Dr. ad Liv. XXXVIII. 9. dict. ad Caes. B. G. II. 6. [Gron. ad Liv. XXXI. 45. Intt. ad Sil. X. 597. ad Calpurn. Decl. 29. Burm. ad Virg. Aen. III. 541: ubi legere malim: *currus succedere*, quod de pluribus sermo est. S. littera propter sequentem voculam omissa est. Hunc casum antiquitus codd. occupasse, indicare videtur Leid. Ms., qui *cūrrum* praebet.]

Cap. VIII. *summas opes domus aureae vocumque servientium pop. familiam*. Corruptio unius vocabuli *vocum* in *locum* varias VV. DD. coniecturas excitavit, ut Gruter. in Susp. VIII. 4: *Sic allocuta, exsinuat opes domus aureae oculis servientium popul. familiam auribus earum*. Pontan. Anal. III. 10. pro *summas* rescribere tentat *summat* i. e. censet, aestimat; Vulcanius: *sumu. op. dom. aur. locumque et servientium p. f. auribus ingerens*

Digitized by Google

334 familiam | demonstrat auribus earum, lavacroque pulcerrimo et inhumanae mensae lautitiis eas opipare reficit, ut illarum prorsus coelestium divitiarum copiis affluentibus satiatae, iam praecordiis penitis nutrirent invidiam. Denique altera earum satis scrupulose curioseque percontari non desinit, quis illa-
335 rum coelestium rerum dominus, | quisve vel qualis ipsius sit maritus. Nec tamen Psyche coniugale illud praeceptum ullo pacto temerat, vel pectoris arcanis exigit, sed e re nata contingit, esse iuvenem quendam et speciosum, commodum lanoso barbitio genas inumbrantem, plerumque rurestribus ac montanis venati-

cerptis protulit) O. *copiosam* f. ex glossa. *copiosam al. populosam* R. *denumerat* pro *demonstrat* D. (quae lectio ex permutatione compendiorum *deïnat* i. e. *demonstrat* et *denüat* i. e. *denumerat* profecta videtur esse). *demonstrat auribus earum* F. 1. 3. G. 1. 2. O. p. et plerique codd. In ceteris *auribus earum demonstrat* legitur. *demonstrat* abest in edd. vett. *pulcherrime* p. *humane* δ. P. *inhumane mense* Vicent. [quod ideo tantum commemoravi, quod haec editio diphthongum *ae* non *e* sed integram scribit.] *lautitus* Venet. 2. *oppipare* G. 2. D. pro more suo. *opipere* Venet. 2. Bas. 1. *satietate* Venet. 2. Bas. 1. *satiare* D. *penitis* F. 1. 3. cf. ad Met. I. p. 48. In ceteris libris, quos equidem contuli, et in edd. vett. extat *penitus*. *nutrirerunt* O. *incurrent* pro *nutrirent* δ. a m. p. *satis* exulat a G. 1. 2. D. O. *curioseque* deest in G. 1. 2. D. P. O. f. *non* ante *desinit* non comparet in p. *rerum* desideratur in Bas. 1. typothetarum vitio, Brant. emendat *aedium* vel *opum*. *coelestium rerum* F. 3. G. 1. 2. D. δ. f. P. p. In ceteris libris et edd. vett. *rerum coelestium* legitur. *quisve vel qualis* haec verba absunt a G. 1. 2. P. O. D. a Wower. et Pric. uncis inclusa. *Vel qualis* unris circumscripserunt Elm. et Scriv. nullo merito. Intelligit ex qua gente, familia, quo habitu et forma sit maritus. Oud. emendat *vel cuiatis* cf. Met. I. p. 24. *eius* pro *ipsius* G. 1. 2. O. D. P. *nec Psyche tamen* G. 1. 2. P. D. *tamen* deest in O. *Psychem* G. 2. D. pro more suo. *coniungale* Venet. 2. *praeceptum illud* R. f. *illud* non comparet in G. 1. 2. D. P. O. *ullo pacto* desideratur in G. 1. 2. D. P. O. π. et Scriver. parentheseos signis circumsignavit. *nullo* R. f. δ. Verba *vel pectoris arcanis exigit* absunt a G. 1. 2. D. (Num in aliis quoque, non potest perspici, quum Oud. huius defectus ne uno quidem verbo admoneat.) *arcana exigit* B. ut voluit Sciopp. Susp. II. 10. *exigit arcani* R. f. *arcanis pectoris* δ. *commodum et* G. 2. P. D. *et commodum* F. 1. δ. Elmenh. In ceteris optimis libris deest particula. *lanostium* Venet. 2. *lanostim* ed. pr. *Lanostum* Vicent. ut nomen proprium videatur esse. *lanosum* p. et marg. Bas. 1. *inumbrante* Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *ac montanis* F. 3. G. 2. D. δ. f. *atque montanis* G. 1. *a mont.* p. In ceteris *et mont.*

lavacro p. De sententia accuratius dicendum non est, quia aperta est.]

inhumanae. Est mensa divina et coelestis cf. Pric. Iuret. ad Symmach. Epist. I. 26. Toll. ad Auson. Parent. 39. Suet. Calig. c. 52. Apul. de Deo Socr. p. 129. *coelestem quidem sed paene inhumanum sententiam.*

ullo pacto temerat. Quae in nonnullis codd. invenitur lectio *nullo pacto* per duplicem negationem, quae nonnunquam Latinis in usu fuerit, ab Oud. defenditur coll. Heins. ad Virg. Ecl. V. 25, Serv. ad Aen. II. 247. Graev. ad Cic. in Verr. II. 24. Dr. ad Liv. XLIII. 13. dictat. ad Caes. B. G. V. 4. [cf. Orell. ad Arnob. I. 65. T. I. p. 361. *qui non modo nullum intulerit malum nulli.* Taubm. ad Plaut. Epid. V. 1. 57. Muret. ad Catull. Epigr. 4. p. 10. Dav. ad Minuc. Fel. c. 29. p. 169. Ded. ad Dict. Cret. IV. 28. Glossar. p. 351. De *temerare* cf. Cort. ad Lucan. IV. 147. Bach. ad Ovid. Met. VIII. 744.]

pectoris arcanis exigit, 'Pectoris *arcana* sunt *secreta pectoris*, ut bene advertit Pricaeus. De verbo *exigere* comparat Oud. Burm. ad Ovid. Heroid. II. 124. Comment. ad Suet. Aug. 94. Minuc. Fel. c. 27. Isidor. XII. 4. [cf. Rubnk. Dict. ad Suet. p. 201.]

lanoso. [Male hunc totum locum Stewech. ita constituit: *iuvenem quendam speciosum et commodum lanatim genas inumbrantem*, ut *lanatim* dictum sit ut *efflictim*, *angulatim*, *acervatim.* Hoc adverbium per linguae analogiam comprobari potest. Omnia enim, quae in *atim* desinunt, adverbia non a substantivis, sed a supinis verborum sunt repetenda, nec unum scio exemplum, quod alia ratione formatum est. *Lanare* vero in usu fuisse apud veteres, probant Glossa Vulc. p. 77. *lano ἐριοφορῶ.* Sed *lanosus* probum est, ut *lanugo* de tenera crinium mollitie, qui lanae et floccorum instar in genis puerorum conspiciuntur. cf. Apul. Met. V. p. 351.

bus occupatum. Et ne qua sermonis procedentis labe consilium tacitum prodereture, auro facto gemmosisque monilibus onustas eas statim vocato Zephyro tradit reportandas.

CAPUT IX.

Quo protinus perpetrato, soro|res egregiae domum redeuntes, iamque gli- 336
scentis invidiae felle flagrantes multa secum sermonibus mutuis perstrepebant. Sic denique infit altera: En orba et saeva et iniqua fortuna! Hocine tibi com-

procedentis F. 1. 3. O. p. P. δ. In ceteris libris et edd. vett. *praecedentis*. *Labile* O. a ῥ. m. *auro farcto* in alio Ms. nescio quo, ut Oud. adnotat. *gemmosis m.* omissa particula D. *vocat* D. *exportandas* B.

redeunt habes pro *redeuntes* O. *gliscentis* G. 1. cum glossa interlineari *ardentis*. *felli δ. frazlantes* G. 1. *scevo* B. Elm. Scriver. *hoccine* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. M. O. p. φ. *hiccine* edd. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. in quibus est *horcine*. *haccine* R. fl β. δ. *Siccine* coniecit Rittershusius cf. Sciopp. Susp. II. 10., quod etiam Sopingio placebat.

VII. p. 455. Apol. p. 534. Martial. X. 42. §. 3. d'Orv. ad Charit. I. 2. p. 216. ed. Lips. Fea ad Hor. Od. IV. 10. 2. Rupert. in Add. ad Iuven. XIII. 59. T. II. p. 789. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. XV. 85. p. 88. Arnob. III. 15. Burm. ad Anthol. L. T. II. p. 79.]

genas inumbrantem. Eadem ratione dicit Claudian. Consul. Probr. et Olybr. 9. *Ante genas dulces quam flos iurenilis inumbrat.* Sil. Ital. I. 403. Ovid. Met. IX. 398. [cf. quae accuratissime de vocis significatione disputat Burm. ad Anthol. Lat. Tom. II. p. 481.]

procedentis. Optima haec est meliorum codd. lectio, quae timorem indicat Psyches, ne per sermonem increscentem et prolabentem pectoris arcana prodere possit. cf. Met. IV. p. 301. *sic immensum procedit in dies opinio.* X. p. 704. saepius.

CAP. IX. *sorores egregiae.* Quod Pulcanus coniecit *regiae* displicet. *Egregiae* significat pessimas sorores pro creberrima ironia, qua utitur Apuleius. cf. Met. I. p. 36. *boni latrones.* p. 49. *Meroë bona.* IX. p. 604. *suspicatus acer et egregius ille maritus.* Namque inprimis hanc vocem in ironia adhibet cf. Met. II. p. 163. *Tunc uxor egregia capit praesentem audaciam* IX. p. 637. *Uxor egregia diras devotiones in eum deprecata.* X. p. 725. Virg. Aen. VI. 523. Immo de his ipsis sororibus hoc libro p. 365. *Sed illae consiliatricis egregiae* [*bonus* ironice dicitur, de quo cf. Orell. ad Arnob. I. c. 26. pro *praeterimus et transgredimur Opis suboles regias* male emendans *egregias* per ironiam. *Regias* vero bene refertur ad praestantiam deorum, Iovis, Iunonis, Cereris, ceterarumque subolum, quae Ope ortae dicuntur.]

en orba et saeva et iniqua fortuna. Vocem *orba* suspectam habuit Heinsius et coniecit *acerba, rea, torva.* *Rea* etiam Heins. in Not. Ms. ad Iuven. X. 366. habet. In alia schedula coniecit Heins. *heu torva et saeva* vel *scaeva* aut *en dura* ex Met. VI. p. 437. *fortuna durior*, quae tamen omnia Graevio persuasisse non videntur. cf. Epist. Syll. T. IV. p. 214. 215. 220. Nam *rea* hic nihil est, et *acerba, torva* eadem sunt, quae *saeva* et *iniqua.* Aliquando Oud. coniecit *surda* ex descriptione Fortunae in tabula Cebetis p. 15. ed. Gron. οὐ μόνον τυφλὴ ἀλλὰ καὶ μαινομένη καὶ κωφή. Verum recte si quis examinaverit locum putabit eum esse corruptum. Nam Fortunae naturam declarari subditur p. 17. ὅτι ἐπὶ στρογγύλου λίθου ἵστηκεν. Inde non liquet esse κωφὴν surdam, sed κουφὴν s. *levem*, ut et pergit οὐκ ἀσφαλῆ οὐδὲ βεβαίαν. His de caussis Oud. divinavit *glabra* sive pro *calva* sumatur, sive pro *laevi* coll. dict. ad p. 338. *cucurbita glabriorem* vel *bruta* ex Pacuv. ad Auctor. ad

Digitized by Google

placuit, ut utroque parente prognatae diversam sortem sustineremus? Et nos
337 quidem, quae natu maiores sumus, maritis adve|nis ancillae deditae, extorres et lare et ipsa patria degamus, longe parentum velut exulantes: haec autem novissima, quam foetu satiante postremus partus effudit, tantis opibus et deo marito

ut ante utroque abest a G. 2. D. P. propter sequentem eandem syllabam. *at utroque* R. f. *progenitae* O. π. ex glossa. *exteriores* G. 1. a m. p. cum glossa interlineari *exules* et π. *lares* G. 1. *hic autem* Vicent. Venet. 2. 4. Par. Bas. 1. *sautiante* G. 2. D. P. neque *sautrante* ut in Oud. excerptis erat. *sofiante* δ. *satiente* Bas. 1. *tantisque opibus* δ.

Herenn. II. 23. *Fortunam insanam esse et caecam et brutam perhibent philosophi* [unde κωφὴ equidem in loco Cebet. tabul. explico *obtusam, stolidam fortunam*]. Sed hanc quoque sententiam Oud. postea retractavit, demonstrans *orbus* idem esse, quod *coecus*. Recte enim monet, characterem malum fortunae, *caecitatem*, omittere non debuisse Apuleium, qui in simili re dicat Met. VII. p. 449. *caecam et prorsus exoculatam esse fortunam*. VIII. p. 571. *fortuna in me caecos detorsit oculos*. Fatendum quidem est, rarius inveniri vocem *orbum* pro *coeco*. non additis *lumine, oculis* al., e quibus pateat, talem *orbum* s. privatum esse, ut proprie significat, visu. Sed eadem ratione Graeci dixerunt πηρὸν, *mutilum*, vel addito τὴν ὄψιν aut simili vel etiam simpliciter ut Manetho Lib. V. 255. εἰδ' ἅμμαο καλέσσι, τανυὸν καὶ πηρὸν ἔθηκεν. Suid. ὀφθαλμία πήρωσις Gloss. Gr. Lat. p. 579. πηρὸς *caecus, orbus* et Lat. Gr. p. 150. *orbus* πηρὸς ὀρφανὸς, τυφλός. [Gloss. p. 579. πήρωῖ *caeco*.] Fest. p. 111. Lindem. *orba est, quae patrem aut filios quasi lumen amisit* p. 118. *ut Sulpitius ait, quae liberos quasi oculos orba est* cf. Duc. ad Fest. p. 545. Isid. X. 200. p. 339. Lindem. *orbus, quod liberos non habet, quasi oculis amissis* XI. 2. 12. p. 365. cf. Rigalt. ad Artemidor. I. c. 28. Commentt. ad Auson. Parent. IV. 26. Sic et *vacuus* simpliciter de vultu et facie oculis orbata cf. Met. VIII. p. 541. *adtolle vacuam faciem* ubi cf. Pric. Immo p. 542. *orbitatem* clare Apuleius pro *caecitate* posuit: *orbitatem comitem*. [cf. Fragm. iur. civil. ante Iustinian. ed. A Mai. p. 38. *sive autem quis arthriticus, sive posicus, sive epilepticus, sive orbus et his similia excusantur a tutela* ubi pro *posicus*, quod sententiam non praebet, lego *psoricus*. Quod enim alii coniiciunt *sonticus*, locum hic habere nequit, quum singuli enumerentur morbi, qui a tutela suscipienda impediunt, *sonticus* vero *morbus* omnes eos complectatur morbos, qui are agenda abducunt et iustam excusationem praebent. Et saepius *sonticus* idem est quod ἐπιληπτικός cf. Plin. XXXVI. 19. §. 34. comparatus cum Dioscorid. V. 146.]

hocine tibi complacuit. [De hac formula cf. quae disputat Cort. ad Lucan. VIII. 793.]

deditae. Stewechius ad Romanorum prudentium formulas et servorum manumissionem respiciens suspicatur, Apuleium scripsisse *ancillae addictae*, vel quod propius vero, *ancillae deditiliae* ex triplici servorum manumissorum condicione, qui cives Romani, Latini aut Dediticii fiebant. Sed bene monet Oud. *deditae* i. e. in possessionem et dominium traditae rem satis iam exprimere. Neque vero ad manumissionem, sed servilem respici condicionem, qua quis *dedatur* vel venditione vel alio modo in alienam servitutem. Ceterum saepe *deditus* pro *dediticius* in usu esse comprobat ex Dr. ad Liv. VIII. 13. §. 15.

extorres. [cf. Doederl. Synonym. IV. p. 241. Accuratius dicit Tertullian. de praescript. Haeretic. 42. p. 218. A. Rigalt.: *Denique nec ecclesias habent, sine matre, sine sede, orbi fide, extorres, sine lare vagantur*.]

foetu saliante postremus partus effudit. Colvius reponendum esse putavit: *foetu sarcinante* vel *foetu saburrante*, quae posterior coniectura omnium infelicissima est. *Foetus* enim dicitur *sa-*

potita sit, quae nec uti recte tanta bonorum copia novit? Vidisti, soror, quanta in domo iacent et qualia monilia, quae praenitent vestes, quae splendicant gemmae, quantum praeterea passim calcatur aurum. | Quod si maritum etiam tam formosum 338
tenet, ut affirmat, nulla nunc in orbe toto felicior vivit. Fortassis tamen procedente consuetudine et affectione roborata deam quoque illam | deus maritus efficiet. Sic [163]
est hercules, sic se gerebat ferebatque, Iamiam sursum respicit et deam spirat

potita sit F. 3. G. 1. 2. O. d. B. p. R. f. φ. *pot. est* D. A ceteris libris et edd. vett. abest *sit*. Verba *quae* usque ad *monilia* non comparent in G. 1. O. D. et G. 2. (in cuius marg. sunt adscripta.) *nec uti ratione* f. *bonorum* exulat a P. *cupido* pro *copia* f. *reste* O. *splendidant* G. 1. 2. D. P. O. *splenditant* f. R. p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Ald. *splenditent* Iunt. 1. 2. *nuri* coniecit Heins. ad Val. Flacc. II. 601. quod Oud. probat coll. dict. suis ad Caes. B. C. I. 64. *quid si* f. *ut* ante *affirmat* abest a G. 2. P. *formosum tum affirmat* D. ex mutatione compendiorum *t3* i. e. *tum* et *te3* sive *te3* i. e. *tenet.)* *nunc* non comparet in d. *ut in affectione* O. π. probante Wasseo, sive ut notat fieri, quando adfectio per consuetudinem accepit robur. *et affectionem* Venet. 2. *Sic etiam here.* R. f. *sic. n. here.* d. unde Oud. coniecit: *sic est iam here.* *et etiam iam* pro *iamiam* G. 1. *nam iamiam* Paris. *susura respicit* f. *dea spirat* G. 1.

tiare mulierem, cum saepe peperit et iam liberorum satura est, nec plures parere cupit, sive *visceribus lassis partuque exhausta*, ut ait Lucan. II. 340. ubi cf. interpretes. Sicut et omnia, quae taedium et aegrimoniam afferunt, *satiare* nos dicuntur cf. Gebhardi ad Tibull. II. 1. 52. [De *effundere* s. *fundere partum* cf. Buenem. ad Lactant. de Opif. III. p. 1127. Intt. ad Arnob. III. c. 32. T. II. p. 161 sq. Orell. Arnob. IV. 21. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. XI. 42. p. 68.]

splendicant. [Hanc formam ex optimis Iold. recepi cf. quae disputata sunt ad Apul. Met. II. p. 133.]

fortassis tamen. Si *tamen* hic bene intelligere velimus, de Oud. sententia cogitatione erit addendum: immo licet nunc felicissima vivat, tamen etiam Dea fit *fortassis.* Certe ita mavult, quam cum Piccartó explicare per *tandem* vel cum eodem in *eam* permutare Peric. Crit. c. 8., licet saepe hae voces inter sese confusae sint. Quod equidem comprobo. Scriverius edidit *fortassis an*, quod recte diiudicat Hand. Tursell. II. p. 730. antiqua auctoritate destitui, ut de eo non diutius cogitandum sit. *Fortassean* Apuleius bis utitur de Deo Socr. p. 130. et Apolog. p. 473. ubi vide. De particula ipsa cf. Hand. Tursell. II. p. 729 sq. Mueller. ad Varron. V. §. 34. p. 14.]

sic est hercules. [De Charisii p. 183. et Gell. XI. 6. opinione, feminas semper *ecastor*, viros *mehercle*, utrosque *edepol* dixisse, cf. Hand. Turs. II. p. 342 sq. III. p. 59 sq.]

gerebat ferebatque. Ait N. Heins. ad Ovid. Met. V. 438. Apuleium hic inepte ταυτολογεῖν, quapropter legi voluit *afferebatque.* Erravit vero, immemor, captatam esse a nostro paronomasiam ipsi frequentem, de qua supra egi ad Met. III. p. 281. De verbo *ferre* consule Oud. ad Suet. Vesp. c. 23. Virg. Aen. XI. 779. Schwartz. ad Mamert. Genethl. c. 7. [Dr. ad Liv. XLV. 44. 19. Schmidt. ad Hor. Epist. I. 17. 22. p. 355.]

deam spirat. [*Spirare* de iis dicitur, qui superbiunt et prae fastu quasi anhelant. cf. Heins. et Dr. ad Sil. XV. 413. Heins. ad Claudian. Gig. 40. Cort. ad Lucan. II. 137. Burm. ad Ovid. Met. V. 348. Intt. ad Propert. II. 12. 53. Ita quoque *tumere* in usu est cf. infra p. 340. de Deo Socr. p. 122. De Graecorum πνεῖν Boeckh. Explic. Pindar. Pyth. XI. 29. Diss. Nem. III. 33. Ita *spiritus* etiam de superbia dicitur, ut emendandum puto esse locum Arnob. II. 16. *cultis hominesque et spiritum supercilumque deponere* | ubi hodie legunt *institutum.* Male enim Herald. ex Iul. Firm. Mathes. VIII. c. 6. *institutum* esse affirmat ἀνθάδειαν, quum ibi *Catonis institutum* legatur i. e. rigorositas morum et severitas. Ita dicit Iul. Firm. III. Mathes. 3. *facit quoque inflatos* ac *superbiae spiritu sublevatos* et VI. 17. *ipsi quoque erecto superbiae spiritu sublevantur.* De *spirare* c. Accus. iuncto

Digitized by Google

mulier, quae voces ancillas habet et ventis ipsis imperitat. At ego misera! primum patre meo seniorem maritum sortita sum, dein cucurbita calviorem et
339 quovis puero pusiliorem, cunctam domum | feris et catenis obditam custodientem.

CAPUT X.

Suscipit alia: Ego vero maritum articulari etiam morbo complicatum cur-

noctes pro *voces* O. a m. p. *ipsu* pro *ipsis* D. *imperitat* F. 3. in textu habet. Sed eadem manus in margine mutavit in *imperat* quod in cett. legitur. *modo* pro *meo* G. 1. 2. D. ex commutatis *compendiis* $\overset{o}{m}$ i. e. *modo* et m^{o} i. e. *meo*.) *de incucurbita* G. 2. D. *calviorem* F. 1. 3. G. 1. 2. O. B. B. f. P. p. et edd. vett. usque ad Colv. *calmorem* D. In ceteris est *glabriorem* ut Vicent. mea in marg. habet. *pusilliorem* habent omnes Mss. praeter δ. (G. 1. a m. s. non habet *pumiliorem*, ut Oud. in suis excerptis legit) et edd. vett. praeter Venet. 4. et Par., in quibus *pumiliorem* extat. Eadem lectio adnotatur in marg. Vicent. meae *puciliorem* π. *cum* ante *cunctam* inserit Vicent. et Bas. 1., quae praeterea perperam *cuncta domum obdita* habet, Siewech. emendat: *quidni! cunctam domum seris* etc. *ferris* F. 1. f. P. Paris. *serris* F. 3. G. 1. a m. p. Venet. 2. 4. Vicent. Bas. 1. *fertisδ. sertis* p. In ceteris libris et edd. vett. *seris*. Proprie autem serae et obices, catenaeque et pessuli obduntur domui et foribus, non domus et fores obduntur seris pessulisque. Sed et sic Plautus dixit Cas. V. 2. 17. *chetenis* D. sed eadem manus correxit *chatenis*.

incipit G. 1. 2. P. D. π. *vero* tantum est in marg. G. 1. *nā* inserit δ. ante *etiam*, *etiam* exulat a G. 1. 2. D. O. f.

cf. Iuvenal. VI. 463. Heins. ad Ovid. Met. V. 348. Schmidt. ad Horat. Epist. II. 1. 166. Apul. Met. XI. p. 734. *spirantes odores* XI. p. 759. 761.]

et ventis ipsis imperitat. [Ita e cod. F. 3. scribendum esse duxi, quod etiam propter sententiam praeferendum videtur. Libidinem enim et superbiam imperandi unicam significat, ut hinc invidia sororum accuratius describatur, quae amantis Psychae beatitudinem perferre nequeunt, et superbiae eam insimulant. cf. Spalding. ad Quintil. Prooem. L. VI. §. 15. T. II. p. 44. Fulgent. Mythol. III. 6. p. 716. dicit: *ventosum dominium.*]

cucurbita calviorem. cf. Lucian. Iudic. Vocal. c. 10. p. 95. *ἀκούετε τοῦ θῆτα χρόνιος καὶ τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας τίλλοντος ἐπὶ τῷ καὶ τῆς κολοκύνθης ἐστερῆσθαι.* In Fulgentii Exposit. Serm. Antiq. p. 775. legitur *cucurbita glabriorem*, de quo quid iudicandum sit, iam supra latius expositum est. Deinde in eo erravit, quod *glabriorem* intelligit *levem* et *imberbem*, quum hic de senectute dictum sit, quae capillis caput spoliat. Unde intelligitur, quam prave Colvius egerit, qui sola Fulgentii et δ. codicis auctoritate *glabriorem* intrusit. Praeterea *glaber* nunquam est *calvus*, sed *laevis*, *mollis* et *delicatus* potissimum de pueris novacula aut resina deglabratis. cf. Heins. ad Val. Flacc. III. 234. Heins. Advers. IV. 8. p. 615. cf. Intt. ad Petron. 109. p. 653.]

quoris puero pusiliorem. Haec omnium codd. lectio est, quam retinui, etsi altera quoque *pumiliorem* defendi queat, ut nanum et incurvum vel distortum maritum intelligat cf. Comment. ad Suet. Aug. c. 80. [Sed mirum est, quomodo Oud., qui *pumiliorem* praefert, contra codd. agere potuerit, quum memoriter totum locum descripsisse Fulgentium ipse profiteatur. Praeterea vero quomodo *pusillus* a *pumilus* hoc certe loco differt? Utrumque enim ad corporis exiguitatem, ad exilem mariti staturam debet referri. Wasseus frustra coniecit *puero puericiliorem* vel *pumilo pumiliorem.*]

Cap. X. *complicatum.* Heins. ad Ovid. Met. I. 573. vult scribi *conflictatum*, sed non persuadet. Solent homines in acerrimo praesertim podagrae dolore fieri membris contortis, et ut saepe dicitur, *duplicatis.* Hinc inclinare videtur Oud. ad lectionem *duplicatum*, exempla afferens, ubi utrumque commutatur coll. Socer. ad Valer. Maxim. V. 5. Ext. 1. Sed nihil mutandum est.

vatumque ac per hoc rarissimo Venerem meam recolentem sustineo, plerumque detortos et duratos in lapidem digitos eius perfricans, fomentis olidis et pannis sordidis et foetidis cataplasmatibus manus tam delicatas istas | adurens, nec 340
uxoris officiosam faciem sed medicae laboriosam personam sustinens. Et tu quidem soror videris, quam patienti vel potius servili (dicam enim libere quod sentio) haec perferas animo. Enimvero ego nequeo sustinere ulterius tam beatam fortunam collapsam *indignae*. Recordare enim, quam superbe, quam ar-

per haec G. 1. a m. s. *rarissimo* F. 1. G. 1. 2. D. P. O. f. ed. pr. et Iunt. 2. Orell. In ceteris extat *rarissime*. *meam Ven.* D. *cataplasmatibus* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. O. π. δ. p. ed. pr. Vicent. Venet. 4. Paris. Bas. 1. In ceteris libris et edd. est *cataplasmatis*. *adaures* f. pro *adurens*. *medicé* G. 2. D. Ald. Iunt. 2. *modice* f. Iunt. 1. Ven. 4. et Paris. Bas. 1. *medice* ed. pr. *medicam et lab. φ. medica et lab. δ. vides* Iunt. 1. Ald. *hic perferas* Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 1. Paris. *hoc perf.* p. P. in Putschii excerptis. *neque* pro *nequeo* Aldin. Iunt. 2. *complassam* pro *collapsam* G. 2. P. D. *collectam* ed. Vulc. *collectam indignae* Orell. *indigne* omnes codd. et edd.

rarissimo Venerem meam recolentem. Contra F. 3. ex ceteris Mss. in contextum scripturam recepi *rarissimo*, quae a manu emendatrice in longe tritius *rarissime* mutata videtur. Saepius enim hac adverbiorum terminatione usum fuisse Apuleium, Oud. multis exemplis confirmat, *proximo* Met. I. p. 20. *matutino* Met. V. p. 352. VII. p. 492. IX. p. 600. 653. *dubio* Met. IX. p. 596. *insperato* Met. IX. p. 665. *meritissimo.* Florid. IV. 17. p. 83. Oud. excitat. dictat., sua ad Caes. B. G. II. 4. 33. Bell. Civ. I. 19. [Munk. ad Lact. Placid. Narr. f. lib. XI. 4. p. 864. Taubm. ad Plaut. Captiv. III. 5. 67. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 11. (p. 90. Frotsch.) Voss. de Analog. IV. 19. p. 981. Eckst.] *Venerem recolere* non est *arare fundum meum*, ut Floridus explicat, quum *Venus* nunquam ponatur pro illa corporis parte, sed peragere et frequentare coitum meum. Oud. comparat Met. VII. p. 476. ubi vide Virg. G. II. 329. Tibull. I. 9. 76. [Plin. XXVI. 10. 60. *Illa radix genitalibus inhibebit non solum Venerem sed affluentiam genituae.* Ita Graece Ἀφροδίτη pro libidine Venerea dicitur cf. Spanh. ad Iul. Caes. ed. franc. Premv. p. 40.] Aegroti vero inepti sunt ad Veneris sacra celebranda Achill. Tat. de Clitoph. et Leucip. amorib. L. VI. p. 134. νόσος γάρ μοι ἐξαίφνης ἐπέπεσεν, οἶσθαδ' ὅτι ὑγιείας χωρὶς οὐδέν ἐστιν Ἀφροδίτη.

fomentis olidis. Ex hoc loco defendit Oud. lectionem Horat. Epist. I. 2. 52.

cataplasmatibus. Si plures codd. addicerent, alteram lectionem *cataplásmatis* praeferrem, quae ut nunc est, docta videtur esse librarii emendatio, cui notum erat, alioquin omnia illa III^tiae declinationis pluralia in *ata* in tertio sextove casu declinari posse, ut nomina secundae declinationis cf. Met. III. p. 205. *aromatis* XI. p. 788. saepius. [cf. Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 936. ubi plura exempla invenies.] Nec aliter saepius genitivus in *orum* formatur cf. Comment. ad Suet. Tib. c. 49. [Eckst. ad Voss. Arist. II. p. 933.] De sententia cf. Serv. ad Virg. Georg. III. 298. *turpesque podagras respicit curam, quae sine pannis et medicaminibus sordidis non fit.* Sil. I. 975. *corpora foeda podagra.* Totum locum imitatus est Sidon. Epist. III. *Taceo chirargicas manus unctis cataplusmatum pannis tamquam caestibus involutas.*]

medicae. Etiam mulieres quaedam erant *medicae*, nec ulla necessitas perspicitur, cur *medica* semper obstetricem debeat notare in Inscriptt., ut docent Cangius, Bartholinus, Fabrett. Inscript. p. 540. Gorius T. I. Insc. Etrusc. p. 404. Murator. p. 958. 6. Minus vero elegans est Oud. coniectura *medicam laboriosam personam* i. e. personam medentis, ut adiectivum pro genitivo positum sit cf. ad Met. I. p. 63.

collapsam indignae. Perperam defendere studet Florid. lectionem *collapsa fortuna indigne*, quae indigno obtigit, quum ea potius sit miserrima et aerumnabilis, ut Met. XI. p. 755. *tu for-*

Digitized by Google

roganter nobiscum egerit, et ipsa iactatione immodicae ostentationis tumentem suum prodiderit animum, deque tantis divitiis exigua nobis invita proiecerit, con-
341 festimque prae|sentia nostra gravata, propelli et efflari exsibilarique nos iusserit. Nec sum mulier nec omnino spiro, nisi eam pessum de tantis opibus deiecero.

factione Vicent. sed in mea cum lectione marginali *iactatione*, *obstentationis* G. 1. D. *in via* B. *in cita* nonnullae edd. inde ab Colv. *presentia nostra* in omnibus quos ego contuli Mss. et edd. vett. praeter Iunt. 2. et ed. pr. Orell. quae *nostrum praesentiam* habent, invenl. *compelli* G. 2. D. P. *efflari* B. *exibi ilari* G. 1. sed posterior vocula est a m. s. *exhilari* Venet. 2. *exhilari* Venet. 4. *exibilari* omissa particula *que d. iussit* D. *nec sum* F. 1. 3. G. 1. 2. D. B P. et omnes edd. vett. Nusquam ego *sim* reperi, nisi in aliquot edd. recentioribus. *spiro* item in omnibus Codd. et edd. vett. legi praeter F. 1. qui habet *spirem*. *nec omnin spero* G. 1. *dein tantis* p. *opibus* abest a G. 2. P. D. *pessunde de tantis op. deiecto* π. unde Oud.: An *deiecto* est frequentativum? An voluit librarius *pessundem t. o. deiectam?*

tunam collapsam affirma. Haec vero *beata* erat, ut additur; quare omnino legendum existimo, Oud. secutus, *collapsam* vel *collatam indignae*, sive quae obtigit immeritae, quam coniecturam partim Lipsius et Meursius Crit. Arnob. III. 8. partim Pricaeus, Modius, Graevius, Heinsiusque in Epist. Syll. T. IV. p. 214. et ad Ovid. Epist. ex P. I. 2. 11. confirmant ex Met. VII. p. 449: *fortunam, quae semper suas opes ad malos et indignos conferat.* Variant enim aliquoties *collapsus* et *collatus* [cf. Cort. ad Lucan. II. 58. Si *collapsam* defenditur, quod paene invitus facio, cum summa indignatione dictum est de fortuna, quae quasi humi prostrata et prolapsa indignam et minus merentem adiuvat. *Collatam* tamen praefero, quamquam in textu non posui. Sed *indignae* unice probari potest.]

tumentem animum. [*Tunere* eos dici, qui superbia elati gestiunt, notum est. cf. supra p. 338. Proprie enim de omnibus iis rebus usurpatur, quae nostrum animum gravius commovent et fluctuum instar perturbant. Sic de ira effervescente cf. Burm. ad Lucan. V. 53. Bentl. ad Horat. Epist. ad Pison. 197. Gron. et Dr. ad Liv. XXXIII. 11. §. 4. cf. Apul. Apol. p. 583. ubi cf. et ad Met. IX. p. 633: deinde de superbia et efflatione cf. Intt. ad Stat. p. 303. Hand. ad Hor. Epist, I. 1. 36. Buenem. ad Lact. Institt. V. 22. §. 9. p. 691. Cort. ad Lucan. II. 573. et ad V. 233.]

invita proiecerit. Pro *invita*, quod in cod. B. corruptum est in *in via*, Sciopp. in Symb. et Susp. II. 18. emendat *xenia.* Sed certissima est haec lectio, quae in ed. Colv. et aliorum est separata in duas voces, quas nescio quo sensu Sopingius conatus est defendere, scribens *in βίῳ. Sic enim amant loqui.* Unam vocem esse bene monuit Gruter. in Suspic. Malevolentiam sororis exaggerant illae per singulas voces. [*Proiicere* dicimus res vilissimas atque abiectas, quas alteri propter fastidium vilissimo pretio donamus Serv. ad Aen. XI. 360. Gronov. Observ. III. 21. ad Plaut. Mostell. III. 3. 3. Duk. ad Flor. II. 16. Bentl. ad Horat Epod. X. 22. Sic graece *προβάλλεσθαι* cf. Intt. ad Virg. Aen. VI. 436.]

praesentia nostra. [Contra omnes Mss. in textu quidquam mutare nolui, licet non negaverim, alteram lectionem *praesentiam nostram* doctiorem esse et magis elegantem. Idem probant Pricaeus, Gronov. ad Senec. Thyest. 108. Burm. ad Suet. Calig. c. 38. Sed sine dubio est docta librarii emendatio, cui locus Apol. p. 385. ubi *falsas vituperationes grarari* legitur, ante oculos versabatur. De hac constructione plura dicam ad Apol. l. d. Etiam Orellius novissimis temporibus hanc lectionem repetiit.]

exsibilari. [De hac voce et contumelia, quae in ea inest cf. Barth. Advers. LI. c. 5. p. 2385. Intt. ad Suet. Aug. 45.]

nec sum mulier nec omnino spiro. Oud. ubivis in hac exsecratione quum malit indicativum, praefert hic *sim* pro *sum*, quod perpauci tantum codd. praebent. quamquam ipse profitetur, etiam indicativum inveniri. Utriusque usus

Digitized by Google

Ac si tibi etiam, ut par est, inacuit nostra contumelia, consilium validum requiramus ambae. Iamque ista quae ferimus non parentibus nostris ac ne ulli monstremus alii, immo nec omnino quidquam de eius salute norimus. Sat est, quod ipsae vidimus, quae vidisse poenituit, nèdum ut genitoribus et omnibus populis tam beatum eius differamus praeconium. Nec sunt enim beati, quorum divitias nemo novit. Sciet, se non ancillas sed sorores habere maiores. Et nunc quidem concedamus ad maritos, et lares pauperes nostros | sed plane so- 342
brios revisamus: diuque cogitationibus pressioribus instructae ad superbiam puniendam firmiores redeamus.

ac sic G. 1. 2. D. *matuit* pro *inacuit* p. *requiparamus* G. 2. *req. ambae* F. 3. G. 1. 2. P. D. Iunt. 2. In ceteris est *ambae req.* *ne ulli* G. 2. D. O. P. Iunt. 2. *nec* G. 1. F. 1. 3. B. et edd. vett. reliquae Colin. Basil. Colv. Vulc. Elm. De R. et f. codd. lectione Oud. certi quid non potest affirmare. *nec* abest a *d.* *monstremus* F. 3. G. 1. 2. P. D. O. f. Iunt. 2. In ceteris libris et edd. vett. *demonstremus*. *salute* abest ab O. a m. p. *morimus d.* In margine cod. F. 3. ab eadem manu scriptum est *penuit* pro *poenituit*. *nedum* F. 3. G. 1. 2. D. *d.* f. In ceteris est *nedum*. *deferamus* P. D. *defferamus* G. 2. *differemus* G. 1. a m. p. *diseramus* f. *disseramus* Vicent. mea habet in marg. pro lectione varia. *bini* pro *beati* p. *sciat* Piccart. Petr. crit. c. 8. et edidit Soping. Sed cf. Intt. ad Petron. c. 58. p. 388. *contendamus* G. ?. et P. teste Oud. sed in excerptis Putschii *concendemus* legitur. *contendimus* D. *maiores* pro *maritos* vitio typothetarum legitur in edit. Scriv. Amstel., quod inde puto exortum, quia in eiusdem praecedentis versus loco, *maiores* legitur, ut huc aberrare possent oculi librarii. *si plane* ϕ. *diuque cog.* F. 3. G. 1. 2. P. D. O. π. f. p. *d.* M. β. quod ego recepi in textum. *denique* F. 1. et edd. aliquot recent., unde Oud. coniecit *deinque*. *adque superbiam* Bas. 1. *fortiores reddamus vel firmiores* G. 1. *fortiores vel firmiores reddamus* π. (γ) = varia lectione in textum irrepsit. (Haec vocabula saepius propter significationis cognationem permutantur cf. ad Met. I. p. 68.)

exempla profert coll. Ciof. et Heins. ad Ovid. Met. III. 271. *Nec sim Saturnia, si non Ab Iove mersa suo Stygias penetrarit ad undas.* Dausq. et Dr. ad Sil. IX. 111. *non sim equidem Sulmone satus ... fatearque nepotem Pergam eo indignum Solimo, si eradere detur.* E contrario Petron. c. 81. *Nam aut vir ego non sum aut noxio sanguine parentabo iniuriae meae.* [Ita etiam in formulis adiurandi saepius futurum indicativi pro coniunctivo praesentis ponitur cf. Terent. Heaut. III. 1. 54. Plaut. Trin. II. 4. 46. Indicativus fortius affirmantis et rem pro certe ponentis videtur esse. Ita apud Ovid. Met. l. optimi codices indicativum praebent *sum*, ut etiam Met. II. 514. *mentior, obscurum nisi nox quum fecerit orbem.* cf. Petron. p. 524. Senec. epist. 106. *Mentior, nisi et quae alunt illud, corpora sunt.* Hinc intelligi potest, *sim* nostro loco emendationem esse librariorum, quibus subiunctivus in hac adiurandi formula notior erat. Ex Mss. igitur auctoritate inter utrumque modum eligendum est. cf. Bach. ad Ovid. Met. II. 514. De sententia loci comparat Elm. Iuven. X. 190.]

inacuit. Roaldi coniecturam *innotuit* Pricaeus non improbavit, acriter ab Oud. vituperatus, quia ineptissima est. Non potest dubitari, an sorori inmotuerit contumelia, quam una erat passa, sed an eam satis graviter tulerit, et ista in eius pectore amaritudinem excitaverit, et bilem commoverit cf. Gron. Observ. II. 21. p. 196. ed. Lips. Intt. ad Quint. Decl. VIII. c. 1. [cf. Barth. Advers. VI. 17. p. 285., ubi in Papiae Glossis legendum est: *acidiari, stomachari, unde acidia, quae est taedium animi, vel anxietas vel nausea* [pro *contra*, quod hic legitur. Barthius affert locum Plinii epigraphe: *ad dolorem stomachi cum acidia et nausea.* cf. Advers. XXI. c. 7. Ipse legit pro *contra contrarietas.* De forma *inacui* conferatur Voss. Arist. T. II. p. 821. Eckst.]

nec ulli monstremus. [*Nec* ex optimis codd. retinui, i. e. *ne quidem*, de qua significatione iam dixi ad Met. III. p. 187., quae cf. Ita quoque *monstremus* recipiendum erat, quod miror ab Orellio neglectum esse, qui Iunt. 2. ubique sequitur. Exempla huius significationis plurima praebent lexica.]

sed plane sobrios. Grut. Susp. VIII.

Digitized by Google

CAPUT XI.

Placet pro bono duabus malis malum consilium, totisque illis tam pretiosis muneribus absconditis, comam trahentes, et proinde ut merebantur, ora lacerantes simulatos redintegrant fletus. At sic parentes quoque redulcerato prorsum dolore, raptim deterrentes, vesania turgidae domus suas contendunt,

duobus G. 1. O. d. p. *malum* abest a p. *pretiosis* non comparet in f. *proindè* F. 3. G. 2. D. P. B. O. d. *proride* G. 1. In ceteris codd. et edd. vett. extat *perinde*. *merebant* G. 1. 2. O. D. R. f. *reditegrant* D. *si parentes* O. Ald. Iunt. 2. *ut sic* Paris. *sic quoque par.* P. *prorsum* F. 1. 3. G. 2. f. In ceteris libris et edd. vett. est *prorsus*. *dulore prorsum* P. *reculnerato* O. *deterrentes* F. 1. 3. G. 2. D. B. Iunt. 2. *deterentes* G. 1. ed. pr. Venet. 2. 4. Ald. Iunt. 1. et ita in omnibus cett. Mss. legitur, quamquam aliquot inter utramque formam variant, ab Oud. non accurate distinctam. In Vicent. meae margine quae habet *deterrentes*, commutatum est prius *deterentes* tum *deserentes* quod post Vulc. 2. in edd. legitur. *vexania* G. 1. *concedunt* pro *contendunt* O.

6. legit *sobriae*. E Fulviani codicis lectione *si plane* coniici posse putat Oud. *scilicet*, ut saepe in Apuleio, nisi *sed* melius explicetur, pro *sed et*, *immo vero*: quo sensu saepe *quidem* in praecedentibus intrusisse librarios ait coll. Cort. ad Sall. B. Cat. c. 52. [cf. Burm. ad Petron. c. 128. Schwab. ad Phaedr. IV. 17. 19. p. 265. Orell. ad Arnob. in Corrig. et. Add. in T. II. Arnob. p. 461.]

Cap. XI. *proinde quasi*. [Magna est virorum doctorum de adverbiis *proinde* et *perinde* dissensio, utrum alterum pro altero ponere liceat. Infinitum est, omnes omnium proferre sententias et nomina. Plurimos collegit Kritz. ad Sall. Catil. XII. §. 5. p. 65. Iug. IV. §. 8. p. 27. Oud. plures Apuleii et aliorum scriptorum locos enumerat, in quibus *proinde ut*, *proinde quasi*, al. inveniuntur, ut ea de re adhuc dubitari nequeat. coll. Intt. ad Liv. II. 58. ad Caes. B. Civ. III. 1. Optime hanc litem diremit Orell. ad Cic. pro Milon. c. 7. p. 59. cf. praeterea Creutz. ad Cic. de N. D. II. 38. p. 360. Giese ad Cic. de Divin. II. 42. p. 308. Mos. ad Cic. de Legg. II. 20. p. 311. de Republ. I. 5. p. 28 sq. Hinc optimos codices secutus sum.]

ora lacerantes. [Notum est, unguibus genas foedasse in luctu potissimum mulieres. Inde illud XII. Tabb. *mulieres genas ne radunto* cf. Intt. ad Cic. de Legg. II. 23. §. 59. Heins. ad Val. Flacc. II. 141. ad Sil. VIII. 154. et quos praeterea plurimos VV. DD. affert Cort. ad Lucan. II. 37.]

fletus. [*Fletus* saepius poni pro *lacrimis* de eo, qui continuo eas fundit, demonstrat Bach. ad Ovid. Met. XI. 657. Apul. Met. VIII. p. 344. quo loco *uberes* additum est. Et ita non raro singularis in usu est.]

sic parentes quoque. [Quam unus cod. P. habet lectio *sic quoque parentes* e manu profluit docti librarii, cui formula *sic quoque* iunctim posita ante oculos versabatur. Quomodo autem utrumque inter se differat, notum est. De usu et vi vocabulorum *sic quoque* cf. Heins. et Burm. ad Val. Flacc. IV. 598. Burm. ad Ovid. A. A. III. 265. Hic seiunctim legi *sic quoque*, necessarium est, quia opponuntur sibi parentes et sorores.]

prorsum. [De hac forma conf. quae uberius disputabo ad Apol. p. 389.]

deterrentes. [Haec lectio nullo modo mutari debebat ab editoribus inconsideratis. Vir doctus ad marginem meae editionis Colvianae adscripsit: Qui enim accuratius sententiarum nexum perspexerit, *deterrere* hic significare videbit, sorores suo questu et moerore parentibus persuasisse, Psychem extrema morte perditam esse; quo falso nuntio eos impedire et absterrere studebant, ne diutius in eius sortem inquirerent. Quod si fieret, facile a consilio

Digitized by Google

dolum scelestum, immo vero parricidium struentis contra sororem insontem. Interea Psychen maritus ille quem nescit rursum suis illis nocturnis sermonibus sic com|monet: Videsne, quantum tibi periculum velitatur fortuna eminus? Ac [164]
nisi longe firmiter praecaves, mox cominus congredietur. Perfidae lupulae magnis conatibus nefarias insidias tibi comparant, quarum summa est, ut te suadeant, meos explorare vultus, quos, ut tibi saepe praedixi, non videbis, si videris. Ergo igitur si posthac pessimae illae lamiae noxiis animis armatae
venerint (venient autem | scio), neque omnino sermonem conferas, et si id to- 343
lerare pro genuina simplicitate proque animi tui teneritudine non potueris, certe de marito nil quidquam vel audias vel respondeas. Nam et familiam nostram iam propagabimus, et hic adhuc infantilis uterus gestat nobis infantem alium, si texeris nostra secreta silentio, divinum, si profanaveris, mortalem.

Verba *dolum* usque ad *insontem* exulant a G. 1. et π. *celestium* p. *proinde ricidium* Elm. typothetarum errore. *parridium* Vicent. *struente contra* Iunt. 2. Verba *interea* usque ad *eminus* desiderantur in G. 2. P. D. *Psychen* F. 3. G. 1. Vicent. Iunt. 2. Ald. In ceteris, quot comparare licuit *Psychem*. *suum illis* p. *commovet* male Elm. et Scriv. et ita a m. p. videtur scriptum fuisse in G. 1. *volitatur* G. 1. *eminens* p. *ni*, quod hic in G. 2. legi in excerptis Oud. adnotatum erat, nullo huius cod. loco accurate potest diiudicari. Ubique enim *ni* et *nisi* per unum compendium *n̄* sunt perscripta. *mors* pro *mox* G. 1. a m. s. *comminus* F. 3. G. 2. D. *protinus* pro *cominus* δ. *congredientur* O. *congreditur* D. *perfidie* δ. *perfide* Vicent. cf. supra p. 334. *praedixit* Venet. 4. *posthine* O. *posthanc* G. 1. π. *post nc* G. 2. a m. p. *lacrimae* pro *lamiae* O. a m. p. G. 1. *veniunt* δ. *venerunt* G. 2. a m. p. *nec omnino* D. *sermone* G. 1. *conseras* Paris. quod et Pric. maluit sed cf. ad Met. I. p. 2. *sed si id* δ. *ideo tolerare* G. 1. O. *gemina* G. 2. D. P. *perque .., teneritudinem* G. 1. *eum* pro *animi* D. corruptum ex compendio *aī*. *potueris* F. f. 3. G. 1. R. et plurimi alii codd. et edd. vett. *potis* i. e. *poteris* P. G. 2. D. *potuis* δ. unde Oud. *potis eris*, qua in forma Apuleio restituenda plurimus est, et ubiubi varietas extat scripturae, hanc intrudere assolet. *nihil* δ. *audeas* Iunt. 2. *propagavimus* ed. pr. Ald. *infantilis* F. 1. 3. G. 1. p. ϙ. δ. a m. p. *infantulus* G. 2. B. D. edd. vett. *infantillus* O. *infantibus* R. f. *sed texeris* Vicent. ed. pr. et Venet. 2. *legeris* pro *texeris* δ. *mortalem nuntio*. Ita finem enunciationis constituunt F. 1. teste Wolfio nisi fallor, in marg. ed. Colv., qui lectiones variae Florent. cod. adscripsit, G. 1. 2. D. et omnes edd. vett. Hoc errore deceptus vir doctus inserui: *tali P.* Pro *nuntio* in P. D. est *initio*, quod etiam a m. s. extat in G. 2., qui a m. p. *mentio* habet.

incepto, sororis e statu felici deiiciendae, deverti poterant per parentum simplicitatem. His igitur lacrimis effecerunt, ut parentes de morte filiae certiores fierent. *Deterrere* vero cum Oud. valde et vehementer terrere explico, ut *de* in compositis passim vim verbi auget cf. Ruhnk. Dict. Sueton. p. 287. Intt. ad Virg. Aen. III. 260. IV. 52. Schmidt. ad Hor. Epist. I. 3. 14. cf. Apul. Met. VIII. p. 525. ad Met. IX. p. 668. X. et p. 680. Sed nego, *deterrentes* cum verbis *redulcerato dolore*, quae Oud. sententia est, esse coniungendum.]

lupulae. [*Lupa et lupula* de malis saepius dicitur mulierculis, potissimum de meretricibus libidinosis et rapacibus cf. Isid. X. 163. *lupa meretrix a rapacitate vocata, quod ad se rapiat miseros et apprehendat.* XVIII. 42. 2. p. 577. *Theatrum et lupanar vocatum ab eisdem meretricibus, quae propter corporis levitatem lupae nuncupantur. Nam lupae meretrices sunt a rapacitate vocatae, quod ad se rapiant et apprehendant*, ubi Arevalus *levitatem* male in *vilitatem* mutavit. *Levitas* enim *nequitia*, *vilitas* est docente Gell. VII. 11. Gloss. p. 134. *lupa ἑταῖρα καὶ λύκαινα.* cf. Pers. Satir. V. 164. Sed hanc vocis etymol. alludit Munker. Fulgent. Mythol. II. 12: *Scylla enim in modum ponitur meretricis, quia omnis libidinosa canibus lupisque inguina sua necesse est misceat. Iuste ergo canibus et lupis mixta, quia nescit sua alienigenis devorationibus saturare secreta.*]

infantilis. Alterum adiectivum *infantulus* non adeo malum est; cf. Heins. Advers. I. 7. p. 77. et ad Ovid. Heroid. IX. 86. *Infantem cunis involuisse manum.* Sed *infantilis* ex optimis codd. cum Oud. in textu reposui, a vulgatis edd. recedens.

CAPUT XII.

Nuntio Psyche laeta florebat, et divinae sobolis solatio plaudebat, et futuri pignoris gloria gestiebat, et materni nominis dignitate gaudebat. Crescentes dies et menses exeuntes anxia numerat, et sarcinae nesciae rudimenta miratur
344 de brevi punctulo tantum incrementulum locupletis uteri. Sed iam | pestes illae teterrimaeque furiae anhelantes vipereum virus et festinantes impia celeritate navigabant. Tunc sic iterum momentarius maritus suam Psychen admonet:

Psychē G. 2. D. pro more suo habent. *laeto* f. *laetata* Scriv. *laeta* exulat a Venet. 2. Paris. Bas. 2. vitio typothetarum. Verba *et divinae* usque ad *plaudebant* non comparent in ed. Pric. *solis* pro *sobolis* D. *solatio* abest a R. f. *gloriam* δ. *et* ante *menses* desideratur in p. *menses existentes* β. *sarcitiae* p. *semel* pro *sarcinae* G. 1. a m. s. (m. p. conspici propter lituram nequit) O. f. *nesciae* F. 3. G. 2. D. P. O. f. δ. *nescii* G. 1. In ceteris libris et edd. vett. *nescia*. *rudimento* G. 1. 2. P. D. O. f. *pentulo* D. *incrementum* G. 1. O. R. f. p. M. β. Vicent. mea in marg. *locupleti* G. 1. O. D. et G. 2. a m. p. *ventris* P. *ventri* D. et G. 2. a m. p. *deterrimaeque* P. M. Z. β. f. *hanelantes* G. 2. D. *anellantes* G. 1. *istum* pro *iterum* P. *Psychen* F. 3. G. 1. et edd. vett. praeter Venet. 4. quae habet *Psycham*. In cett. *Psychem*.

Cap. XII. *nesciae*. Haec lectio ex optimis codd. retinenda est, quum *nescius* et *inscius* saepe pro *ignotus* legatur cf. Met. VIII. p. 543. *nescio dolore*, ad quem locum Pric. et Beroald. aliquot exempla adtulerunt. Oud. excitat praeterea Comment. ad Gell. IX. 12. [Meurs. ad Arnob. IV. 8. in Orell. ed. T. II. p. 196. Intt. ad Tac. Ann. I. 59. §. 3.]

punctulo. Male interpretantur, qui de instrumento *punctulum* hic intelligant, quod potius actionem Cupidinis significet. Est enim exiguus ille uteri circuitus, qui cum mensibus continuis crescebat, et mirationem Psyche iniecit, quippe quae nesciret, quomodo quod tam parvum esse apparebat, ita extendi posset. [cf. Intt. ad Fest. s. v. *noctilugam* comparantes illud Sotadicum: *εἰς οὐκ ὁσίην Τριταλίην κέντρον ὠθεῖν*, ubi sine ulla necessitate *noctipuga* legunt, quum *obscoenum* cum Scaliger. pro male ominato, sinistro intellexerim cf. Intt. ad Virg. Georg. I. 470. Aen. IV. 455. De bubonibus mala omina canentibus cf. ad Met. III. p. 218. Ita quoque Fest. p. 183. ubi torquet in altera glossa interpretes *noctiluca* .... *medica*. Fortasse hic de triplici Hecate agit vi ac potestate, ut eam hic significet *Lucinam* s. obstetricem, quae est *medica*. cf. ad Met. V. p. 340. *Noctiluca*, quod in priore glossa alii emendant, propter *obscoenum* non potest ferri. cf. Gloss. p. 144. Gloss. Vulc. p. 95. *noctiluca* *Ἑκάτη νυκτοφαίνουσα* vel quod magis probo, *nocticola*, quae eadem est, ut *noctivaga* cf. Gloss. Vulc. p. 95. *noctivagus νυκτοπόρος* cf. Lucret. V. 1190. Virg. Aen. X. 216. vel *pernox* Ovid. Met. VII. 268. Ita variant apud Apuleium Met. VI. p. 400. *ruricula* et *ruricola*.]

pestes illae. [De hominibus perniciosis dici *pestis*, demonstrant exempla Cic. Sext. 14. Verr. II. 3. 54. Epist. ad Div. V. 8. Apul. Apol. p. 589. *ad pestes istas oratio revolvenda est*. Ita *ὄλεθρος* apud Graecos Bremi Phil. III. p. 119. 131. *φθόρος* Valken. Adoniaz. p. 313. *calamitas* Ter. Eun. I. 1. 34.]

teterrimae. Nonnulli codd. habent *deterrimae*, probante Ferrar. Elect. I. 19. quae constans est Mss. confusio, ubiubi alterutrum legitur [cf. Heins. ad Claud. in Ruf. II. 385. Burm. ad Quint. Decl. II. 5.] At nihil ego hic mutari velim contra reliquos codd., praesertim quum dicat, sorores *anhelare vipereum virus*. Nam proprie venenum dicitur *tetrum*. cf. Broukh. ad Prop. II. 13. 70. Ac passim de hominibus pessimis in usu est cf. Graev. ad Cic. Verr. II. 3. 34. Dr. ad Liv. IV. 3 §. 17.

Digitized by Google

Dies ultima et casus extremus et sexus infestus et sanguis inimicus iam sumsit arma, et castra commovit, et aciem direxit, et classicum personavit. Iam mucrone destricto iugulum tuum nefariae tuae sorores petunt. Heu quantis urguemur cladibus, Psyche dulcissima! Tui nostrique miserere, religiosaque continentia domum, maritum teque et istum parvulum nostrum imminentis ruinae infortunio libera. Nec illas scelestas feminas, quas tibi post interuecivum odium et calcata sanguinis foedera sorores appellare non licet, vel videas vel audias, cum more | Sirenum scopulo prominente funestis vocibus saxa personabunt. 345

ultima F. 1. 3. G. 1. 2. P. O. D. R.f. φ. δ. In ceteris libris et edd. vett. est *ultimus*. *sextus* Venet. 4. *commoret* P. *dixerit* Venet. 4. *personuit* Vicent. *destricto* G. 1. 2. P. O. Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 1. In cett. *districto*. *tuae* non est in G. 2. nisi in margine sed ab eadem manu perscriptum. *urguemur* G. 1. f. cf. ad Met. IV. p. 261. *claudibus* D. *classibus* cum glossa interlineari *navibus* G. 1. In marg. *al. cladibus*. *cladibus*. *Psyche* G. 1. Vicent. *Psychē* G. 2. D. *tui meique mis.* R. *religiosa* particula *que* omissa δ. *religiosa quque* a m. p. G. 1., *o* a m. s. superaddito. *maritumque* δ. f. *maritam* G. 1. a m. p. *scelestis* f. R. *scelestes* G. 1. 2. D. *prius* pro *post* Vicent. (in marg. ed. meae) et ceterae edd. vett. praeter Venet. 4. et *post* a m. s. est in G. 1. *internecivum* F. 1, 3. f. p. *internocirum* G. 1. et omnes edd. vett. praeter Paris., quae praebet *internecivium*. In Vicent. meae marg. correctum est *internecicum*. *internecuum* G. 2. P. D. *calcati* O. *calcatis* G. 1. *caltata* D. *vel audias* absunt ab Iunt. 2. *cum more* F. 3. ed. pr. Iunt. 2. Venet. 4. *cum in more* G. 1. 2. D. P. O. B. p. f. Vicent. Iunt. 1. Ald. marg. Bas. 1. *cum in morem* F. 1. cf. ad Met. I. p. 22. *in monte* δ. *amore* Bas. 1. *vocibus fun.* P. G. 2. D.

personavit. In ed. Vicent. legitur *personuit*. Metuit scilicet editor, ut *sonavit* bene Latinum esset. Sed cf. Heins. ad Ovid. Ibid. 128. Bentl. ad Horat. Sat. I. 8. 44. Prudent. *περὶ στεφανῶν* v. 34. *iurabit ore personasse Christum*. [Plura dabit adeunti Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 816. Amasse videtur Apuleius cum ceteris Afris formam in *avi* prae altera in *ui*. Ita *superincubasse*. Met. IV. p. 277. *praesecata gula* Met. I. p. 49. *emicatio*, de Mundo p. 337. *implicatus* cf. Oud. ad Met. X. p. 695. *increpatio* apud Tertull. adv. Marcion. IV. c. 7. extr. V. c. 20. *edomator* Tertull. de Pall. c. 6. *sonaverint* Tertull. advers. Scapul. c. 3. cf. Iutt. ad Propert. II. 25. 53.]

continentia. Explicat haec verba *religiosa continentia* Floridus *inviolabili silentio*, acriter ab Oud. vituperatus, qui metuit, ut latinum sit *continentia* pro taciturnitate, et e contrario ita explicat, ut Psychae concedatur loqui, sed vetetur, mariti faciem et habitum aperiri. Alioquin enim rectius dici *conticentia* ut *reticentia*, *obticentia*. [Haec vero non ita intelligenda Floridique sententiam optimam esse, probat Psyches responsio: *Iam dudum, quod sciam, fidei atque parciloquio meo perpendisti documenta, nec eo secius approbabitur tibi nunc etiam firmitas mei*, et referuntur sine dubio ad promissum Cupidinis p. 343. *si texeris nostra secreta silentio divinum, si profanaveris, mortalem*. *Continentia* enim licet silentium atque taciturnitatem proprie non significet, tamen abstinentia est ab illicitis. Psyche igitur quum vetita esset, secreta mariti profanare sororibus, se continuit vel abstinuit ab his arcanis prodendis.]

internecivum. [Ita ex omnium fere Mss. lectione scripsi, quae quum displiceret Ruhnkenio, *internecinum* ab eo emendatum est. Utramque formam probat Dac. ad Fest. s. v. p. 469. Lindem. *internecinum* ex graeco *ἐντροέκινον* praeferunt Fulv. et Ursin. Oud. dubius haeret, utram scribendi rationem sequatur; cf. Dr. ad Liv. IX. 25. §. 9. Equidem non solum Mss. sequor auctoritatem, qui fere ubique *internecivus* formam praebent: ut palimps. Fronton. Epist. ad Caes. III. 3. p. 66. *non erit internecivum* et IV. 1. p. 91. ed. Rom., sed etiam analogiae obtempero. *Internecivum* enim non a substantivo *nex*, quod multi putarunt, repetendum videtur esse, sed a verbo *internecare*, quod legitur apud Prudent. prooem. Apoth. 61., cuiusque participium *internecatus*

Digitized by Google

CAPUT XIII.

Suscipit Psyche, singultu lacrimoso sermonem incertans: Iamdudum, quod sciam, fidei atque parciloquio meo perpendisti documenta, nec eo secius approbabitur tibi nunc etiam firmitas animi mei. Tu modo Zephyro nostro rursum praecipe, fungatur obsequio, et in vicem denegatae sacrosanctae imaginis tuae redde saltem conspectum sororum, per istos cinnameos et undique pendulos crines tuos, per teneras et teretis et meis similes genas, per pectus nescio quo ca-

Psychē G. 2. D. *sermone* G. 2. D. P. *insertans* Iunt. 2. quod non ita improbaverim. *incerta d.* Burm. coniecit in märg. libri perperam: *inceptans*. *consciam* pro *quod sciam* G. 1. P. *conscia* G. 2. D. *acque parc.* D. *parciloquio* F. 3. P. D. O. R. f. p. et edd. vett. praeter Iunt. 2. quae vitio typothetarum habet *parciloquii meo*. *porciloquio* G. 2. *portiloquio* G. 1. In ceteris *parciloquii*. *documento* O. *nec etiam* O. a m. p. *nunc infirmitas* p. *invincit* pro *invicem* p. *denegare* G. 1. a m. p. *complexum soror* B. *salutem* pro *saltem* p. G. 1. π. *sal. redde* G. 1. π. *conspectu* G. 1. π. *cynnameos* G. 2. D. *pendules* G. 1. a m. p. *teretis* F. 3. G. 1. (a m. p.) 2. D. edd. vett. praeter ed. pr. et Iunt. 2. *tereteis* O. In ceteris est *teretes*. *meique* in omnibus quot ego conferre potui legitur codd. et si fides habenda est Oud., solus habet O. *meis*, ut propter sequens vocabulum *similes* excidisse *s* litteram existimem. Et ita habent edd. vett. *pparatus nescio quos* et supra scriptum est *per partus* O. *perspectus* G. 2. D. *calorem* O.

s. *internectus* habet Plaut. Amphitr. I. 1. 35. Ut vero a *vaco* fit: *vacivus*, ab *opto*: *optivus*, a *noceo*: *nocivus* ita etiam ab *interneco*: *internecivus*. Altera enim forma in *inus*, quantum equidem scio, a substantivis tantum deducitur.]

Cap. XIII. *iamdudum*. [De significatione huius particulae, quae contra VV. DD. sententiam de aliquot diebus dicitur, cf. Broukh. ad Tibull. III. 6. 43. et Intt. ad Plin. Panegyr. 46. §. 1. p. 259. Arntz.]

parciloquio. [Haec optimorum librorum scriptura perperam ab Oud. reiicitur, qui profert, *parciloquio* dictum esse, quasi legissent codd. *pependisti*, ut *documenta* illa consistant in praegnatione Psyches ac promissis futurae divinae sobolis. Haec vero explicatio probari non poterit, quod voc. *documentum* id non significat. *Documentum* enim est vel indicium et specimen vel signum et monimentum. Quis vero unquam dixerit, signa mihi dedisti vel perpendisti meae fidei et parciloquii? Dativum quamquam equidem retineo, tamen non e verbo *perpendisti*, sed e substantivo *documenta* aptum esse volo, non sollicitus, alios aliter dativum explicare, qui vices genitivi sustinere videatur. Si tanti est, cf. sententia Kritzii ad Sall. Catil. c. 19. p. 91. qui e verbo vel ab omisso *esse* pendere eum autumat. Hic loquendi usus prae ceteris ad Tacitum pertinet. cf. Ann. I. 3. *subsidia dominationi*. II. 64. *caussas bello* Hist. IV. 19. *caussam seditioni*. Ann. 40. *tempus resumendae libertati*, ubi Pichena male *libertatis* corrigit, Virg. Aen. III. 305. Liv. III. 37. §. 5. *munimentum libertati*. Bentl. ad Terent. Andr. III. 3. 17. Intt. ad Aen. Virg. II. 556. Dr. ad Liv. III. 46. §. 2., qui plurima miscuit. Ita *documenta fidei et parciloquio meo*, sunt specimina illa, quae Psyche de sua taciturnitate marito dederat: et referuntur ad responsiones satis inconcinnas et simplices, quibus quis esset coniux, dissimulasse se putaverat. Ad hanc igitur animi firmitatem provocat, Cupidinem commotura, ut denuo sorores ipsi sistat. De substantivo *parciloquio* eique similibus cf. Munk. ad Fulg. Mythol. III. 2. p. 708. Stav.]

Zephyro nostro. [Zephyrus minister est Cupidinis eiusque comes, unde *aura afflari* amor dicitur cf. Peerlk. ad Horat. p. 187. Propert. I. 1. 31. Quae enim arctissima cognatio Zephyrum inter atque Amorem intercedat, eo potest apertissime intelligi, quod eius filius Cupido perhibetur. cf. Lobeck. ad Aiac. p. 362. ed. nov.]

Digitized by Google

lore fervidum. Sic in hoc saltem parvulo cognoscam faciem | tuam, supplicis [165]
anxiae piis precibus erogatus, germani complexus indulge fructum, et tibi devotae
dicataeque Psyches animam gaudio recrea. Nec | quicquam amplius in tuo vultu 346
requiro. Iam nil officiunt mihi nec ipsae nocturnae tenebrae. Teneo te, meum
lumen. His verbis et amplexibus mollibus decantatus maritus, lacrimasque eius suis
crinibus detergens, facturum spopondit: et praevertit statim lumen nascentis diei.

faciem pro *saltem* Bas. 1. *recreatus* pro *erogatus* O. *rogatus* G. 1. 2. P. D. R. f. *devotae dicataeque* F. 3. B. et edd. vett. *devotae caraeque Psych.* F. 1. R. f. φ. δ. (in cuius margine est *dicataeque*) β. M. *dictareque* p. *dicataeque* plane abest a G. 1. 2. P. O. D. Hinc Oud. perperam coniicit *dicataeque* e glossa vocis *devotae* irrepsisse, et *caraeque* modo e varia lectione vel correctoris manu esse natum ac neutram vocem relictam ab auctore. *Psychē* G. 2. D. *Psyche* pro *Psychae* G. 1. δ. f. p. ex more Mss., quod proferre non debebat Oud., nam talia possunt enumerari infinita nec quisquam in eo offendit, qui in Mss. obiter tantum versatus est. *recue* pro *recrea* G. 2. D. *recreas* G. 1. a m. p. *nihil* D. *obiciunt* f. *efficiunt* G. 1. a m. p. *amplex. mellitis* G. 2. P. D. p. *molibus* G. 1. *eius* post *lacrimas* abest a B. *nascentis* G. 1. Pro *diei* male Toll. in marg. *f. dei.*

Sic in hoc saltem parvulo cognoscam. Ex corrupta Bas. 1. lectione *sic in hoc faciem* quum Colvius *sic in hoc face parvulo* emendasset, solus hoc recepit Vulcan. Edit. sec. 1600. forsan, quia non multo ante praecesserat *saltem*. At non modo haec lectio *face* pro *fac* haud confirmatur ab ullo codice, sed etiam menti auctoris est contraria. Neque enim Psyche vult, ut Cupido faciat, se cognoscere ipsius faciem in parvulo, sed precatur, id quod solemnis votorum particula *sic* cum coniunctivo indicat, ut sorores videat per infantem, quem utero gestat et in quo se cognituram aliquando eius faciem devovet. Porro Pricaeus malebat *recognoscam* ex Met. XI. p. 684: *illius enim recognoscens imaginem in tua facie.* Verum Psyche nondum cognoverat imaginem mariti, itaque in filio non *recognoscere*, sed *cognoscere* tantum poterat. cf. Burm. ad Ovid. Met. IV. 290.

erogatus. [*Erogatus* hic pro *valde rogatus* plurimi exponunt. Sed nullum aliud eius significationis exemplum potest afferri, quum *erogatus* ubique sit vel datus, distributus, expensus, vel apud Tertullian. enecatus, perditus. At puto melius Beroaldum exposuisse: precibus evictus et blanditiis uxoriis emollitus. Ita Plautus frequentativum habet *erogitare* Capt. V. 1. 32. i. e. *rogando extorquere.* Male vero agunt, qui significationem perdendi, enecandi, quam apud Tertullianum, quantum scio, solum haec vox accipit. e *rogus* vocabulo petunt, proprie dici de iis intelligentes, quae in rogum coniiciuntur, ut una cum cadavere crementur; cf. La Cerd. ad Tert. de Spect. 12. p. 78. C. Rigalt.: quod ego aliter a verbo *rogare* deduxerim. Hoc facillime probari potest ex Tertull. de Idololat. c. 5. p. 88. A Rigalt., ubi pro *derogator*, quod in textum intruserunt edd., legendum est *erogator* i. e. abrogator, abolitor. Hinc *erogare* de omnibus rebus dictum est, quae quasi populo rogante tolluntur et abolescunt, tum quae perduntur. cf. Tertull. Apolog. 44. p. 34 C. de praescript. Haeret. c. 2. p. 202. A, saepius. Etiam apud ICtos *erogare* est consumere.]

teneo te. [*Tenere*, ut *habere* et *possidere* amantium est vocabulum, ut notissimum illud *οὐκ ἔχω Λαΐδα ἀλλ' ἔχομαι.* cf. Ruhnk. Dict. ad Sueton. p. 91. Ruhnk. ad Iuven. III. 121. Intt. ad Virg. Ecl. I. 31. et ad Petron. c. 139. p. 853. *Tenere* enim hic non solum de Psyche Cupidinem amplexante dictum esse puto sed de Amore ardentissime amante et in possessione quasi Psyches retento, ut ab ea divelli nequeat. cf. Met. III. p. 200. *vis amoris, quo tibi teneor.* VIII. p. 540.]

facturum spopondit. [Eadem formula saepius apud Apuleium recurrit, in qua mirum semper omitti verbum substantivum *esse.* cf. Met. V. p. 328. *se facturam spopondit.* p. 332. *cuncta se facturum spopondit.* Ita emendant Intt. apud Dict. Cretens. IV. 16. *nisurum se omni ope respondet*: ubi equidem lego: *omni operi se spondet* ex Mss. vestigiis.]

CAPUT XIV.

Iugum sororium consponsae factionis ne parentibus quidem visis recta de navibus scopulum petunt illum praecipiti cum velocitate, nec venti ferentis oppertae praesentiam, licentiosa cum temeritate prosiliunt in altum. Nec immemor Zephyrus regalis edicti, quamvis invitus susceptas eas gremio spirantis aurae solo reddidit. At illae incontatae statim conferto vestigio domum pe-
347 netrant, complexaeque praedam suam sorores nomine mentientes, | thesaurum-

sororium Tres ultimae literae in G. 1. sunt a m. s. perscriptae, ut prius *sororum* videatur fuisse. *nec. par.* nonnulli codd. nescio qui auctore Oud. praebent. *praec. animi velocitate.* O. p., unde Wass. coniecit *pr. nimis veloc.* Cur vero non *nimium?* Sed passim *animi* (compendio scriptum *aī*) et *ēi* solent permutari. *ferentis* G. 2. D. P. *fetentis* G. 1. a m. p. *licentiosa* in G. 1. scriptum est a m. s. quum prius lacuna fuisset. *Zephyrus* non est in G. 1. nisi a m. s. in margine. *regali* G. 2. a m. p. *illae* absent a P. G. 2. D. *incuntatae* F. 3. *incunctatae* G. 2. δ. *incunctante* P. teste Oud., sed in excerptis Elm. erat *incontanter*. *incontante* p. *incantate* O. neque vero in G. 1. ut excerpta Oud. praebebant sed ibi est *in caritate* c. glossa interlineari: *ironice loquitur. in charitate* π. *incunctata* D. *inconctatae* Paris. *incontantem* Elm. Scriv. Florid. *incontatu* vir doctus ad oram ed. Colv. Oud. *incontatu*. *confecto* G. 2. P. D. π. *conserto* δ. p. *conforto* Vicent. Marg. Bas. 1. *complexoque* G. 2. P. D. *cumplexaeque* Venet. 2. *praedam suam* F. 3. G. 2. P. D. f. In ceteris libris et edd. vett. extat *suam praedam*. *domum suam* pro *praedam* s. G. 1. π. *sorore* D.

Cap. XIV. *consponsae factionis.* [De hoc loco accuratius agit Salmas. ad Solin. p. 136. Ex Fulgentii narratione semel tantum sorores advenisse comperimus cf. III. 6. p. 717. Stav.]

venti ferentis oppertae praesentiam. [Scioppius in Symbol. multa affert Graecorum et Romanorum exempla, ubi φέρων et *ferens* de vento dicitur secundo et facili. cf. Rubnk. Dict. ad Ovid. Heroid. XVI. 123. p. 94. Intt. ad Plin. Paneg. c. 31. ad Virg. Aen. III. 473. Cort. ad Lucan. V. 419. Hinc probabile fit, cur *ferre* saepius dicatur pro *auferre*, quoniam quod venti ferunt, etiam auferunt. cf. Broukh. ad Tibull. I. 1. 24. Dr. ad Liv. XXVI. 2. §. 4. ad Hadrian. c. 18. T. I. p. 172. Cort. ad Lucan. VII. 391. Buen. ad Lact. Institt. III. 22. §. 6. p. 385. Ita legendum est in Capitol. vit. Anton. Phil. c. 15. *tulerit* et apud Lact. Institt. IV. 14. §. 7. p. 480. pro *auferte: ferte*.]

incontatae. Oud. bene cavet, ne *incontatae* explicetur *non moratae*, sed ante fores non praestolatae nec rogantes sorores, an intus esset Psyche, sibique aditum permitteret, ut honestas iubebat. *Penetrasse* enim *domum*, non inconsiderate dicit Apuleius. [Hoc uno loco *incontatus* legi, probant lexica; alibi inveniuntur *incontanter*, quod Apuleio tritius alii huic loco obtruserunt, et *incontans* Paul. Petroc. Vit. S. Mart. V. 133. *Incontante fide praesentia munera poscunt.*]

conferto vestigio. [Accuratius de hoc loco agit Vulcan. ad Gloss. p. 4.]

sorores nomine mentientes. Vir doctus in marg. edit. meae Colv., cui variae lectiones cod. B. et P. adscriptae sunt, sine dubio Christoph. Wolf., quantum equidem ex ratione scribendi assequi possum, coniecit *sororis nomen ementientes*, Pricaeus: *sororum nomen ementientes*, alius vir doctus ad marg. ed. Iunt. 2. legebat *sororem.* Oud. primam emendationem comprobat, quod non opus sit, ut *sororis* mutetur in *sororum*, coll. Met. II. p. 109. *columbarum colli.* [cf. Met. V. p. 369. *quae mariti mentito nomine.* Ego tamen ex optt. codd. auctoritate nihil muto. *Mentiri* enim hic de sororibus dictum existimo, quae externa specie sorores plane referebant, verbis mulcentibus vultuque moesto sororum affectum simulantes, Hac enim significatione saepius usurpari *mentiri* docent Sil. II. 636. Arnob. VII. c. 42. *ut in anguem dicatis conversisse se Aesculapium, quo mentiri se posset, quisnam esset, aut quales homines, intueri*: qui locus fortasse

que penitus abditae fraudis vultu laeto tegentes sic adulant: Psyche, non ita ut pridie parvula, et ipsa iam mater es. Quantum putas boni nobis in ista geris perula? Quantis gaudiis totam domum nostram hilarabis? O nos beatas, quas 348
infan|tis aurei nutrimenta laetabunt! qui si parentum, ut oportet, pulchritudini responderit, prorsus Cupido nascetur.

testentes Venet. 4. *testantes* Bas. 1.: unde Stewech. male coniecit *tectantes*. *adulantur* G. 2. D. P. O. *d*. *Psychē* G. 2. D. *ita* abest ab O. *pridie* F. 3. (sed in margine a m. recentiori est *pridem*.) G. 1. 2. D. R. *f*. O. In ceteris libris et edd. vett. est *pridem*. *iam* abest a D. *paris in ista parvula* Basil. 1. unde Soping. emendat in *isto parvulo* sive nascituro infante. *arcula* Vulcan. ed. 2., quae Lipsii est coniectura. *in ista geris per*. F. 3. G. 1. 2. D. P. *f*. In ceteris libris et edd. vett. extat *geris in ista per*. *nostram* non comparet in Venet. 4. Colin. et Bas. 1. *nos* exulat ab O. *duos* pro *nos* p. *infantis aurei* F. 3. B. R. Ald. Iunt. 2. *in tantis aureis* Inveni in G. 1. 2. P. D. O. a m. p. et F. 1. et omnibus cett. edd. vett. In ceteris Mss. variare scripturam inter *in tantis aureis* vel *aurei* Oud. adnotat. *nutrimentis* G. 1. a m. p. *quod si π*. Scriptura *quid si*, quae in edit. Oud. invenitur, ex typothetarum errore in eam profluxisse videtur, quum eam in nulla alia quae ad manus erat invenerim editione. Oud. ipse ea de re nihil admonuit, ut errorem ab Ruhnk. profectum esse probabile sit. *protinus* pro *prorsus* Venet. 2. Bas. 1. Colin. *cupido* D.

ita emendandus est: *quo se mentiens possent quisnam esset aut qualis, homines intueri*, id est sub cuius forma suam imaginem referens homines cognoscere possent, qualis esset. *Nomine* vero quid sibi velit; notum est, rei, veritati saepius opponitur. cf. Intt. ad Nepot. Ages. I. §. 2.]

adulant. Aliquot codd. lectionem *adulantur* prave amplexus est Pricaeus, prius frustra *adpellant* auguratus. Nam praeterquam, quod amet Apuleius activa prae deponentibus, de quo usu cf. ad Met. IV. p. 260., Beroaldus iam docuerat, aliis quoque scriptoribus *adulare* in usu fuisse. Oud. comparat Venet. ad Auson. Grat. Act. p. 704. ed. Toll. Intt. ad Cic. de Off. I. 26. Avien. Descr. Orb. 338. [cui adde Barth. Advers. XXXII. c. 15. p. 1491. et quos VV. DD. enumerat Eckst. ad Arist. T. II. p. 762.]

non ita ut pridie. [Hanc optimorum codd. scripturam Oud. eo nomine refutat, quod *pridie* praecedentem modo diem significet, adeoque sententia ipsa doceat, hoc ineptum esse. Per aliquot enim dies abfuisse sorores, ex quo primum eam invisissent. Interea uterum crevisse. Sed quum lexica exemplum praebeant Mart. Dig. XL. 5. 10. extr., unde *pridie* pro *prius* dictum esse apparet: *qui pridie quam ex testamento ad libertatem perveniret, idem fieri passus est*, contra Mss. mutare quidquam nolui. Certe mirum est, quomodo librarii accuratissimi in eo perstiterint.]

parvula. Grut. Susp. VIII. 5. divinavit, *puera*, *puella*, *pupula*. Perperam. Nam *parvula* denotat *puellam*, cui opponitur *mater* s. *gravida*, ut in Theocriteo per Pricaeum in Addendis citato: *γυνὴ μήτηρ τοκέων τρόφος, οὐκέτι κώρη*. *Parvi* sunt admodum *pueri*. Adi, quos Burm. excitat ad Ovid. Fast. II. 385. et ad Calpurn. Ecl. II. 30. Septim. de Bell. Troian. I. c. 1.

mater. *Mater* Oudendorpio duriuscule dictum videtur pro ea quae gravida est, nisi ita sumatur, ut *gener*, *maritus*, *uxor* al., qui certo futuri sunt, ut pote sponsalibus iam peractis, de quibus adiri iubet VV. DD. ad Ovid. Met. XIII. 412. et Apul. Met. VII. p. 467. *puella virgo* de iam nupta. Certe *mater* saepius accipi de *nupta* matrona, quae pariendi spem habet, ipse docet ex dict. Heins. ad Ovid. Heroid. VIII. 66. [ad quem locum cf. praeterea Ruhnk. Dict. p. 56. Intt. ad Ovid. Met. XIII. 412. Ita *coniux* de *sperata* cf. Hand. ad Gron. Diatr. T. I. p. 180. Broukh. ad Tibull. III. 2. 4. Wagn. Eleg. ad Messal. p. 47. not. Heyn. ad Virg. Aen. VII. 189. *Gener* de futuro coniuge cf. Burm ad Val. Flacc. III. 497. Serv. ad Aen. II. 344. Male Sopingius emendavit: *admodum mater es*. *Es* posse deleri, sententia est Oud.]

aurei. [De *aureus* pro *pulcher* cf. dictat. ad Met. I. p. 2.]

Digitized by Google

CAPUT XV.

Sic affectione simulata paulatim sororis invadunt animum, statimque eas lassitudine viae sedilibus refotas, et balnearum vaporosis fontibus curatas, pulcherrime triclinio mirisque illis et beatis edulibus atque tuccetis oblectat. Iubet

simultata G. 2. a m. p. *simulatam* Iunt. 2. *paullatim* non comparet in Iunt. 2. *in sororis invadunt* Iunt. 2. *de sedilibus* D. *vapore roseis* G. 1. O. R. f. *δ. φ.* et Incert. *vapore rosis* G. 2. D. neque *rasis* ut in excerptis erat Oud., unde conici potest, etiam P. eandem lectionem praebere. *vaprosis* Iunt. 1. *pulcherrime* F. 3. G. 1. *δ.* f. p. O. et omnes edd. vett. usque ad Colv. Bas. 2. Plane abest in G. 2. P. D. In reliquis codd. est *pulcherrimo*. *murisque* D. *tuccetis* F. 3. G. 2. D. Vicent. et Venet. 2. In G. 2. hoc vocabulum nonnisi a m. *s.* legitur. *iube* Iunt. 1.

Cap. XV. *invadunt animum.* Quod in Ed. Iunt. sec. legitur, *in sororis invadunt animum*, ex aliis scriptoribus potest confirmari, qui saepius praepositionem repetere solent; de qua constructione Oud. conferri iubet Manut. ad Cic. Epist. ad Div. XVI. 12. et Nizolium, Cort. ad Sall. B. I. c. 32, Dr. ad Liv. II. 47. §. 6. Quum vero Apuleius, qui multus est in verbo *invadere*, nusquam eo ita utatur, ut praepositionem iteret, sicuti nec solet in aliis verbis, codicumque auctoritas Iunt. ed. lectionem omnino reiiciat, recipere praepositionem nolui; cf. Met. II. 98. *serit blanditias, invadit animum.* [I. p. 75. *invadit me* III. p. 172. *aestus invadit animum.* III. p. 229. *globus invadit omnia* IV. p. 278. *corda invadit.* VI. p. 422. *invadit eam* cet.]

refotas. Non male Pricaeus legendum esse coniecit *a lassitudine*, quod nimis temere Floridus in contextum tacite inseruit. Oud. vero putat, vulnus alibi latere; quum auctor nusquam dixerit *refovere aliquem a lassitudine*, sed *ipsam lassitudinem*, ut verosimillimum sit, et hic scripsisse *refota*, coll. Met. II. p. 132. *lassitudinem refoventes.* V. p. 322. *lectulo lassitudinem refove* IX. p. 587. *mollitie cubiculi refota lassitudine* [Sed ipsa orationis concinnitas huic coniecturae, quantum bona sit, adversatur. Si enim *refota* legitur, necessarium est, ut vel *curata* emendetur, vel *et* ante *balnearum* eiiciatur. Nunc sibi respondent *refotas*, et *curatas*, et quamquam non negandum est, *se refovere lassitudine* et *a lassitudine* pro *refovere lassitudinem* vix ullo exempli comprobari posse, tamen hic ab ingenio Apuleii, qui insolita quaeque amat, et codd. auctoritate non recesserim. De *refovere* cf. Deder. ad Dict. Cret. Introd. p. LIII.]

et baln. vaporosis fontibus curatas. Coniectura sua et codd. aliquot lectio *vapore roseis* commoverunt Oud., ut particulam *et* ex sede sua naturali elapsam huc reducendam esse putaret, ita coniiciens: *statimque eas, lassitudine viae sedilibus refota, balnearum vapore et roseis fontibus curatas* vel *et ambroseis fontibus*, i. e. inhumanis, divinis ac suavissimis. cf. ad Met. X. p. 719. Inepte vero Lipsius ad oram ed. Colv. et Barth. ad Stat. Theb. V. 174. coniecerunt *fotibus*, ut respondeat quasi praegresso *refotas.* Si ea vox mutanda esset: saltem praestitisse putat Oud. emendationem *fomitibus.* Ipse *fontes* explicavit dictas esse balneas, quia non humana arte essent factae, sed per se et divinitus, ac perennes et purissimae. [Equidem simpliciter *aquam* expono ut Virg. Aen. XII. 119. Georg. IV. 376, quae e fonte effluit. *Vaporosus*, vox mere Apuleiana, cf. Met. IX. p. 617., decipere librarios poterat, ut varie eam corrumperent.]

pulcherrime. [Ita in textum recepi ex optimorum codd. auctoritate. cf. Met. V. p. 334. *lavacroque pulcherrimo ... opipare reficit.* Oud., quem Orellius secutus est, retinuit *pulcherrimo triclinio.* Sed propter locum modo citatum velim *pulcherrime* referatur ad *oblectat*, quamquam ad prius quoque enunciatum salva sententia pertinere possit.]

edulibus atque tuccetis. [Hunc locum

Digitized by Google

citharam loqui, psallitur: tibias agere, sonatur: choros canere, | cantatur. Quae 349
cuncta nullo praesente dulcissimis modulis animos audientium remulcebant. Nec tamen scelestarum feminarum nequitia vel illa mellita cantus dulcedine

psallite Venet. 2. *thibias* G. 1. *tybias* G. 2. *iugere* pro *agere* Vatc. 2. *cantaturque cuncta* F. 3. *quae* abest a B. *quae cuncta nullo praes.* G. 1. 2. D. R. f. Iunt. 2. In ceteris codd. et edd. vett. *quae nullo praes. cuncta* extat. *quae cuncta praes. nullo* Elm. Florid. habent, quod in F. 1. non est, ut Oud. excerpta probarunt, vulgatum omnino retinente. Oud. quum illud *cuncta* offenderet, emendavit *concita* vel *incita* i. e. pulsa et mota ad sonos reddendos coll. Ovid. Fast. III. 764. et Prudent. Cathem. c. 3, 93. *demulcebant* δ. *strivarum nequitia* B. pro *feminarum*. *Strigarum* Elm. Scriv. Florid. *feminarum* abest in G. 1. *coelastarum* Paris. *vel illa* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. In ceteris libris et edd. vett. *ipsa*. *mellita* pro *mollita* G. 1. a m. p.

ante oculos videtur habuisse Fulgent. Exposit. prisc. serm. p. 779. s. v. *edulium*, qui locus, quod supra iam ad Met. IV. p. 315. commemoratum est, nusquam apud Apuleium legitur. Sed ut recte iam monuit Munk. Dissert. ad Fulgent. p. 2., Fulgentium saepius citasse scriptores, qui nunquam extitissent; ita quoque cogitari licet, eum memoriter multa falso proposuisse. Hunc vero esse locum, quem innuebat, non solum testatur, quod hic solum ablativus *edulibus* apud Apuleium extat, sed etiam, quod *tuccetis* a Fulgentio in seq. glossa explicatur, ut hunc locum describens, alterius quoque vocabuli admoneretur. Ne nimium memoria lapsus esse videretur, erat, quum pro *excipit* apud Fulg. legerem *exceptat*, cuius vocis sonum magis ad verbum Apuleii *oblectat* accedere videmus.]

tibiis agere. Multi interpretes quum dubitarent, an *tibias agere* pro *αὐλεῖν* dici posset, comprobarunt Scaligeri ad Manil. V. 326. p. 428. coniecturam: *iugere*, de milvinis tibiis id intelligentes. Sed Salmas. ad Solin. c. 11. p. 87. demonstrat, *iugere* non omnibus tibiis convenire, sed iis tantum, quae in accentus exeant acutissimos, ut acutissimo milvorum clangori comparentur. cf. Voss. Etym. s. v. *iugo* Barth. Advers. XXXIII. 22. p. 1542. [Haec vero emendatio his verbis a Lindenbrogio probata est: Ita ex Scaligeri emendatione editum: antea erat *tibias agere*; at *iugere* rectum, nam respicit *ad milvinas tibias*, de quibus Solin. c. XI. p. 80. *Iugit* vero *ἰκτὶν βοᾶ* Gloss. et Fest. in *iugere*.] Quid vero sibi volunt hic *milvinae tibiae*? Minus bene emendavit Heins. ad Ovid. Fast. VI. 703. *flari*, quod vocabulum et nimium recedit a Mss. neque a librariis mutatum fuisset in *agere*. Sed egregie vulgatam defendit Gronov. in Diatr. T. I. p. 362. Haud. docens, *agere* proprie dici de tibiis, quia non solum inter scenicas *actiones* semper sint tibiae, sed et quia scenici ad tibiarum motus saltaverint, quibus leges quasi dabant tibiae. Ut ergo ipsa, pergit Oud., citharа dicitur *loqui* et *chorus canere*, sic *tibiae* bene *agere* dicuntur, nempe *modos*. In Inscriptionibus Comoediarum Terentii: *modos egit tibiis* et *acta tibiis*. Sic *signum* datur *tubis*, sed et *ipsae tubae dant signum* apud poetas cf. Comment. ad Lucan. IV. 186. Ovid. Met. X. 615. Et ita passim ipsa signa et tubae dicuntur *canere* cf. Apul. Met. X. p. 745. *tibiae cantus Lydios consonant* Virg. Aen. V. 112. *et tuba commissos medio canit aggere ludos.*

scelestarum feminarum. [Ex perversa cod. Bertini lectione *strivarum nequitia* Sciopp. in Suspect. Lect. l. 10. et Symb. emendavit: *strigarum* i. e. veneficarum. Gloss. Lat. Gr. p. 203. *striga λωστρύγων καὶ γυνὴ φαρμακίς*, [ubi ex seqq. *strix ὀλολυγών* emendandum est, *λωστρυγών* enim sententiam non habet. Oud. *strigarum* videtur esse glossa ex vulgari Italico sermone de veneficis sumta. Sed in eo errasse videtur, quod hic *scelestarum feminarum* de veneficis dictum esse existimat, quum potius nequissimas et teterrimas significet. Multo vero perversior eius sententia est, veteribus *striga* non vocari talem mulierem, sed *strix*, cuius accusativus Graeca forma etiam sit *striga* et pluralis *strigas* coll. Caper.

mollita conquievit, sed ad destinatam fraudum pedicam sermonem conferentes, dissimulanter occipiunt sciscitari, qualis ei maritus et unde natalium sectacula
350 pro|veniret. Tunc illa simplicitate nimia pristini sermonis oblita novum commentum instruit, aitque maritum suum de provincia proxima, magnis pecuniis negotiantem, iam medium cursum aetatis agere, interspersum rara canitie. Nec in sermone isto tantillum morata, rursum opiparis muneribus eas onustas ventoso vehiculo reddidit.

sedde ad dest. Venet. 4. *fraudum* F. 1. 3. Elm. Scriv. Florid. In cett. *fraudium sermonem* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. R. f. In reliquis libris et edd. vett. *sermones* legitur. *conserentes* B. solito errore: sed Oud. praetulit. *concipiunt* D. *sciscitari* F. 3. (sed in margine ab eadem manu *sistari* perscriptum est.) *tanta* ante *natalium* inserunt G. 2. P. D. *noctalium* G. 2. P. D. Bas. 1. Venet. 2. Vicent. *notalium* ed. pr. et Venet. 4. *secta cuia* F. 3. (nisi in eo erravit accuratissimus librarius.) *sceptacula* G. 1. *septaculu* π. O. (et in margine *coeptacula*). *spectacula* Bas. 1. *secta cuia* Elm. Vulc. 2. *proveniret* G. 2. P. D. R. f. δ. φ. *provenerit* Vulc. 2. Elm. *pristinia* Vicent. *instruitur* D. *et idque* pro *aitque* G. 2. D. *atque* pro *aitque* Pric. *maxima* pro *proxima* Venet. 4. et Bas. 1. solemni confusione cf. Oud. ad Caes. B. G. III. 29. *interspersum* δ. *inspersum* p. *cara can.* pro *rara* typothetarum errore in ed. Vulc. 2. et aliquot seqq. *ac in* Venet. 2. 4. Iunt. 1. Paris. *cum opip.* Bas. 1. *opimaris* δ. *ceteso* Vicent.

Grammat. de Verb. dubiis p. 2250. *Striges non strigae.* Sed non solum Glossae supra allata contrarium comprobat, sed etiam loci Petron. p. 416. 418. et p. 417. Magna est de hoc vocabulo interpretum disputatio Fest. p. 685. Lindem., ubi de eius significatione plura afferuntur, cf. Isidor. XI. 4. §. 2. *Sed et quidam asserunt, strigas ex hominibus fieri. Multa enim latrocinia figurae sceleratorum mutantur, et sive magicis cantibus sive herbarum veneficio sive totis corporibus in feras transeunt* (ubi legendum puto: *Multo enim latrocinio* i. e. fraude et vi.) cf. Taubm. ad Plaut. Pseudol. III. 2. 31.]

fraudum. cf. Sil. VI. 479. XIII. 738. Gell. XIV. 2. Auson. in Grat. Act. p. 731. ed. Toll. Cic. de Off. III. 18. Saepius in formis *fraudum* et *fraudium* variant codd. cf. Intt. ad loc. Cicer. [cf. infra Met. VIII. p. 516. *fraudium opportunum decipulum* infra p. 355. *destrictis gladiis fraudium.* X. p. 690. *nescius fraudium.* p. 730. *laqueis fraudium.* Licet haec omnia comprobare videantur, *fraudium* ubique ab Apuleio esse usurpatum, tamen hic contra optimos codd. non ago. De utraque terminatione cf. VV. DD., quos Eckst. adtulit ad Voss. Arist. T. II. p. 631.]

natalium sectacula. Varie emendarunt h. l. VV. DD. Colv. legit ex Minuc. Fel. 31. §. 9. *natalium notacula proveniret*: Simon. Ulricus Pistoris: *unde natalium sectaculo proveniret* i. e. unde deduceret natalium seriem: Gruter. Susp. VIII. 5. *natalium signaculo proveniret*: Wow. *et unde natalium, secta cuia proveniret*, cui lectioni cod. F. 3. favere videatur quamque probat Pontan. ad Macrob. V. Sat. c. 6. Wasse: *conceptacula proveuirent.* [Recte vero defendit Beroald. lectionem *sectacula*, ut ablativus sit ea sententia: unde proveniret maritus natalium serie i. e. unde genus deduceret. Nisi *unde natalium* et *secta cuia* idem significarent hanc lectionem sine dubio comprobarem, si quis praeterea demonstraret, *sectam* de alia quam philosophorum quasi familia et scholis dici. Quem enim Oud. adtulit locum Auson. Praef. *ego nomine eodem, qui sim, qua secta, stirpe, Lare et patria* non de familia Ausonii intelligo, sed de eius vitae ratione et disciplina philosopha. *Stirpe* enim familia eius exprimitur. *Sectacula* igitur quamquam a *secta* videtur derivatum, tamen hic *sequelam, seriem* proprio vocis significatu denotat. Errant vero, qui *sectaculum* nominativum existimant: qui error non solum codd. sed etiam lexica occupavit. Optimi enim codd. hic legunt *proveniret.* Ita potius apud Minuc. Fel. 31. §. 9. pro *notaculo* emendaverim *notacula.* Haec igitur est deminutivi terminatio ut *matercula, nubicula, sucula* alia.

CAPUT XVI.

Sed dum Zephyri tranquillo spiritu sublimatae domum redeunt, sic secum altercantes: Quid, soror, dicimus de tam monstruoso fatuae illius mendacio? Tunc adule|scens, modo florenti lanugine barbam instruens, | nunc aetate media, candenti canitie lucidus. Quis ille, quem temporis modici spatium repentina {351 [166]

requierunt π. *redemit* G. 1. pro *redeunt*. *altercantes* F. 1. 3. B. Iunt. 1. 2. Ald. *altricantes* ed. pr. Venet. 2. 4. Vicent. (in mea correctum in *altercantes*). *altercantur* G. 1. 2. D. P. O. M. β. δ. *altricantur* R. f. *monstruoso* F. 1. 3, G. 2. P. O. δ. φ. p. f. *monstruose* G. 1. a m. p. sed *monstruoso* a m. s., quae eadem est lectio D. In ceteris *monstroso*. *adulescens* F. 1. 3. B. *adolescens* G. 1. In ceteris libris et edd. vett. est *adolescens*. *hunc aetate* Elm. errore typothetarum. *candenti* desideratur in O. *qua* pro *quem* G. 1. a m. p. *qui* O. *medici* D. a m. p. *spacii* f.

Nam si ad legem cett. substantivorum ut *obstaculum, receptaculum* cett. formatum esset, *sectaculo* vel *provenirent* hic legi deberet.]

Cap. XVI. *altercantes*. Hoc participium, quod optimi codd. tuentur, emendare nolui, quamquam alterum facilius est *altercantur*. Vir doctus in ed. mea Colv. correxit: *altercant: at quid*. Referunt interpretes ad eos locos ubi *aiunt, inquiunt* similia omissa sunt; cf. Virg. Aen. II. 675. IV. 4. 16., qui tamen aliquanto differunt cf. Met. VI. p. 400.

monstruoso. [Saepius haec adiectiva in *uosus* et *osus* permutari, notissimum est; prae ceteris variant codd. inter *monstruosus* et *monstrosus*. Diversae sunt de utraque terminatione sententiae. Alii enim, ut Heum. ad Lact. I. 20. §. 36., rectius *monstrosum* scribi putantes, monachis medii aevi alteram formam tribuunt. Munk. ad Lact. Virgil. Continent. p. 742. ad ea refert vocabula, quibus posteriores aevi scriptores superflue *u* inserserint: ut *monstruosus, nomluosus, egestuosus*. Alii, ut Scheffer., Heinsius, Burmann. rectius in prosa dici existimant, *monstruosus*, quam *monstrosus*, quod poetis magis familiare sit. cf. Burm. ad Petron. c. 69. p. 343 sq.: alii ut Ramsh. Synonym. T. I. p. XCV. formam *uosus* antiquiorem pronuntiant. cf. Orell. Arnob. VI. 26. T. II. p. 396. Oud. ad Suet. Tib. 43. p. 41. ad Domit, 4. p. 902. Ita bene habet ed. Paris. Censorin. de *die Nat.* c. 4. §. 6. *nescio an magis monstruosus*, quod recentiores edd. perturbant. Equidem haec fere habeo, quae proferre possim. A partibus enim eorum sto, qui *monstrosus*, *montosus* alia meliorem esse formam existimant, quae analogiae optime respondet, quum quae a quartae declinationis substantivo repetuntur adiectiva tantummodo ita formari soleant: *fructuosus*, *saltuosus, vultuosus, fluctuosus*. In Ciceronis certe optimis codd. semper *montosus*, *portentosus* al. praeferuntur; cf. Garat. ad Cic. pro Planc. c. 9. p. 55. Orell., et miror interpretes, qui apud Cic. de divin. II. 32. §. 69. *monstruosissimam* ediderunt, unde persuasum est, in probae aetatis scriptoribus hanc solam formam esse admittendam. Ex analogia vero eorum adiectivorum, quae in *uosus* desinunt et praeceteris in *tuosus*, factum videtur esse, ut posteriori aetate alia quoque contra regulam ita formarentur, quamquam id cum Heumann. ad mediam aetatem non retulerim. Potissimum id in iis apparet peccatum esse, quae item in *tuosus* exeunt, ut *portentuosus*, *montuosus*, *egestuosus*, deinde etiam in aliis ut *monstruosus, dorsuosus, nexuosus*. Hoc certe licet affirmari, in Apulei codd. optimis hanc semper praeferri terminationem. cf. Met. V. p. 367. *hircuosus*. IX. p. 666. *portentuosus* et saepius in aliis, ut suo quoque loco videbimus.]

aetate media. [Aetatem intelligit mediam inter iuvenilem et senilem. Burm. ad Ovid. Met. XII. 464. ad Phaedr. II. 2. 3. *aetatis mediae quemdam mulier non rudis tenebat*.]

senecta reformavit? Nil aliud reperies, mi soror, quam vel mendacium istam pessimam feminam confingere, vel formam mariti sui nescire. Quorum utrum verum est, opibus istis quam primum exterminanda est. Quodsi viri sui faciem ignorat, deo profecto denupsit, et deum nobis praegnatione ista gerit. Certe si divini puelli (quod absit!) haec mater audierit; statim me laqueo nexili suspendam. Ergo interim ad parentes nostros redeamus, et exordio sermonis huius quam *dolose* fallaciam attexamus.

senetute G. 1. ***formavit*** G. 1. O. ***repperies*** F. 3. G. 2. ***repperiets*** D. a m. p. ***miseror*** G. 2. ***misereor*** D. ***vel mendacio*** F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. δ. p. f. φ. In ceteris codd. et edd. vett. ***mendacium. confringere*** Venet. 2. ***utrumque verumque opib.*** p. ***utrumque verum*** O. ***verum*** abest a Bas. 1. et Venet. 4. Rittersh. Susp. II. Ep. 10. emendat ***quorum utrum utrum est***, quod Pricaeo et Wasseo placet. ***extimanda*** P. (ex compendio ***extinanda***). ***mariti*** pro ***viri*** B. ex glossa. ***virisuo faciem ignorati*** δ. ***perfecto*** Vicent. (in mea emendatum in ***profecto***.) ***profecto deo*** f. ***iō perfecto*** Venet. 4. ***nupsit deum*** D. ***illa*** pro ***ista*** p. ***hic mater*** Venet. 4. et Par. ***adierit*** G. 1. 2. D. et sine dubio etiam P. O. Codd. R. f. et Inc. utrum ***aderit an adierit*** praebeant, ab Oud. non accurate discernitur. In F. 3. a m. p. est ***audierit*** sed e correctione ***adierit***. ***erit*** ex glossa omnes edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris. et cod. B. ***audierit*** plane deest in Vicent. cf. ad Met. II. p. 111. ***nexilii*** G. 2. D. ***exilii*** P. ***eius*** pro ***huius*** δ. ***quam*** non comparet in O. Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 2. ***corolares*** cum glossa interlineari ***conclusiones*** G. 1. ***colorales*** O. ***coloris*** δ. p. ***colores*** ed. pr. et F. 3. (sed in margine ab eadem manu correctum est ***concolores.)*** ***cum coloribus*** π. ***fallaciam*** F. 3. p. δ. ***fallaces*** Venet. 4. In cett. ***fallacias***. ***detexamus*** δ. ***adcexamus*** G. 1. a m. p.

mendacium istam .... confingere vel formam ... nescire. Adsentior Sciopp. sententiae, qui locum ita construit, ut ***formam*** et ad ***confingere*** et ad ***nescire*** pertineat, accuratissime sibi opposita: qua in re id tantum offensioni esse potest, quod substantivum non ad prius sed ad posterius enunciatum positum est. Oud. coniicit ***mendacia***, quae emendatio levissima est, vel ***mendacio ista pessimam*** cett. Minus placet eius sententia, lectionem ***mendacio*** ex pronuntiatione ***mendaciom*** exortam esse.

exterminanda. Oud. talia prodit: Palatin. ***extimanda.*** Quod forsan arriperet antiquarius, sibi fingens, uti ab ***intimus*** formatum esset ***intimare***, sic ab extimus dici posse ***exterminare.*** [De vocabuli vi ac potestate cf. quae adnotat Buen. ad Lact. VI. 9. §. 9. p. 810.]

puelli [cf. Intt. ad Fest. p. 611. Lindem. Forbig. ad Lucret. IV. 1298. Ita in Glossis p. 175. ***puellus παῖς ἀρχαῖος***, ubi fortasse legendum ***παῖς ἀρχαίος*** vel ***ὡραῖος*** i. e. puberascens, iuvenis et Gloss. Vulcan. p. 122. ***puellus παιδίον.*** cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 557.]

et exordio sermonis huius quam dolose fallaciam adtexamus. [Hanc lectionem ex optimis codd. restitui. Quomodo enim nunc verba leguntur, sententiam mihi nullam praebere videntur. Secuti enim sunt omnes interpretes Floridi explicationem: et concinnemus dolos quam maxime congruentes exordio sermonis huius. Quae quid sibi velint, vix capere possum. Quale est illud exordium huius sermonis, cui maxime congruant illi doli sororum? Estne sermo Psyches? Minime. Sicco pede hunc locum Oud. transiit. Rem accuratius consideremus. ***Exordio sermonis huius*** duplici ratione ita potest intelligi, ut ***huius*** vel ad Psychae sermonem vel ad sororum verba referatur. Per leges quidem grammaticas ***huius*** Psychem significare posset, quae in praegressis item nominatur: ***Certe si divini puelli quod absit, haec mater audierit***, nisi sententiarum connexus plane obstaret. Non solum exordio novissimi sermonis, sed semper Psyche dolos finxerat sororibus, viri formam mentita. ***Huius*** hinc potest effici, tantum ad sermonem sororum posse referri, quem istae excogitant Psychae animum decipere conantes. Haec eadem est Bernhardyi, praeceptoris mei doctissimi, sententia, quem, cum locum nullo modo expedire possem, de eius ratione et sententia consului. Ille igitur haecce me docuit. Quum ***exordio sermonis huius*** ad verba sororum pertineat, quae

Digitized by Google

CAPUT XVII.

Sic inflammatae, parentibus fastidienter appellatis, et nocte turbatis vigi-

inflammatis G. 1. O.

fallaciis Psychem capere studeant, quumque in praegressis non commemoretur ista oratio, nec quomodo instituere eam voluerint, dignosci possit, hinc consectarium esse, hunc locum esse mutilatum, et praecessisse, quo fuerit haec oratio fusius descripta. Quale hoc fuerit, ex sequenti ipso sermone bene posse percipi. Tum offendit Bernhardyius in voce *concolores*, quod putat ne ab Apuleio quidem pro *similis, par* unquam dici potuisse. Maluit ipse *concordes*. Sed fortasse loco ita possumus succurrere. Equidem statuo Bernhardyii sententiam secutus, inter verba *redeamus* et *exordio sermonis huius* lacunam esse non ita magnam. Cetera bene procedunt, si pro *concoloris* legatur *dolose* vel simile quid; optimi enim codices vel *colores* vel *coloris* praebent, et facilius fieri poterat, ut prima sequentis vocabuli littera praegressae voci *dolose* ita adhaereret, ut inde *doloses* enasceretur. Quod adiectivum quum librariis minus aptum videretur esse, emendarunt nescio quod monstrum vocabuli. Tum *adtexamus* pro simplici *texamus* dictum retinet significationem graeci vocabuli *συράπτειν* et de communi sororum studio positum est, quo concinnant mendacia et utraque Psychem decipit. Ita *exordio* non dativus est, qui e vocabulo *adtexamus* pendet, sed ablativus: ut *principio*: *zu Anfange dieser Rede wollen wir so listig als möglich Täuschung ansinnen*. Quae sententia bene respondet orationi ipsi, quam in seqq. legimus. Nam statim ab initio has fallacias proferunt sorores, quibus miserandae Psychae timorem iniiciant. Ista enim fallacia ea erat, ut dicerent, Psyches maritum non hominem esse sed serpentem: quod mendacium tam vafrum erat et dolosum, ut e vestigio Psychae de veritate eius persuaderent. *Fallaciam* ex cod. F. 3. legendum esse, non solum huius codicis auctoritas sed sententia loci suadet.]

Cap. XVII. *perditae*. Colvius, cui *perditae* sententiam nullam habere visum est, emendavit *percitae*, quod a posterioribus edd. est receptum. Aliter placuit Pricaeus *perditae*, qui *confectae, enectae* explicat, et Oud., qui *vesanae* exponit, quales sint homines pravi et perditi. Gruter. denique coniecit *perdita*, ut tacite edidit Wower. et hinc in Pricaei editionem irrepsit. Sed id huic loco non videtur convenire. Nam *perdere noctem* est sine fructu peragere, ut *perdere annos, tempus somnum*, de qua dictione Oud. comparat Intt. Lucan. III. 756. IV. 280. 483. VI. 54. X. 506. Si quid mutandum sit, probat Oud. coniecturam Lipsii *percitae* i. e. per furias turbatas vigiliis, quibus agitabantur. coll. Intt. ad Liv. VI. 38. Dict. Crit. I. 11. [Nihil horum mihi satisfaciunt. Primum enim, quid significant *vigiliae nocte turbatae* quod Floridus explicat: *excitatae insomniis, quibus turbatae fuerant noctu*. At hoc in verbis ipsis non inest et falsa tantum explicatione proficiscitur. Hinc Baiteri sequor sententiam in edit. Orell. adscriptam, qui *turbatis* ad *parentibus* refert eo sensu: Postquam parentes fastidienter salutati et compellati essent a filiis, et propter falsum nuntium de Psyche denuo dolor eorum renovatus, [cf. p. 342. *et sic parentes redulcerato prorsus dolore*] insomnes ac vigiles illi noctem peregerant turbati prae dolore. *Perditae* vero non sunt *vesanae*, ut Orellius quoque putat, sed scelestae et improbae, quae nec sorori nec parentibus parcunt. cf. Cic. Verr. II. 3. 58. saepius.]

Digitized by Google

332 liis, perditae | matutino scopulum pervolant: et inde soliti venti praesidio vehementer devolant, lacrimisque pressura palpebrarum coactis hoc astu puellam appellant: Tu quidem felix et ipsa tanti mali ignorantia beata sedes incuriosa periculi tui: nos autem, quae pervigili cura rebus tuis excubamus, cladibus tuis misere cruciamur. Pro vero namque comperimus, nec te sociae scilicet doloris casusque tui celare possumus, immanem colubrum multinodis voluminibus serpentem,
353 veneno noxio colla | sanguinantem hiantemque ingluvie profunda, tecum noctibus

perditae omnes quot Oud. et ego comparare poteramus codd. habent nisi quod *perditae* in G. 1. est a m. s. et ita edd. quoque vett. *perditae* legunt, usque ad annum 1600. *mattutino* G. 2. *nuctutino* D. *matutinis* G. 1. π. *solito* G. 1. 2. P. π. D. B. Scriv. Pric. Florid. *vehementi* δ. p. *lacrimasque* Vicent. (sed in mea correctum est in *lacrimis.*) *presura* F. 3. G. 1. *praesura* Iunt. 1. *hoc astu* in G. 1. non deest, ut Oud. adnotat, sed legitur *hastu*, ex compendio *h'astu* i. e. *hoc astu* errore profectum, cum glossa interlineari *austutia. hoc haustu* est in G. 2. P. O. a m. p. *hoc austu* D. *quidam* Venet. 4. Bas. 1. *claudibus tuis* D. *miserae* Vicent. *scilicet* abest a δ. *colubram* edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris. *multimodis* Bas. 1. *multis modis* Bas. 2. *veneno colla saginantem* φ., ut B. item habet *saginantem. hiantem* non addita particula *que* B. et omnes edd. vett. *habentemque* D. pro *hiantemque* (ex compendio *hẽtẽq*$_{5}$). *profunde* F. 3. *ingluvie: profunda* Vicent.

inde soliti venti praesidio vehementer devolant. Magna est interpretum dissensio, qui omnes in vocabulo *vehementer* haerent. quum sorores non potuerint non vehementius devolare, quam vexerit eas Zephyrus. Unde vir doctus in marg. Ed. Iunt. 2. adposuit *clementer*, alius ad oram ed. Colvii, quae servatur Parisiis, *vehentis*, Salmas. coniecit *solito ... vehentis*; Oud.: *clementi* ex Met. V. p. 333. *clementissimis patibus.* [Ego *vehementer* retinens ad vecordem earum audaciam refero, qua se proiiciunt, ut citius ad sororem veniant. Et velocius praecipitantes recipiuntur a Zephyro. cf. p. 346. *licentiosa cum temeritate prosiliunt in altum* et p. 370. *saltu se maximo praecipitem dedit.* Hinc probabile est, Zephyrum celerius prosilientes celerius ad Psychem reportasse.]

colubrum. Columbram in nullo, quod sciam, reperitur codice et mera est edd. vett. emendatio, quae ad Beroaldum usque profluxit: ut item erravit Burm. ad Ovid. Met. IV. 474., *colubram* e Mss. excitans. De forma *colubra* cf. Intt. ad Lucan. IX. 634. Bentl. ad Hor. Od. I. 17. 8. ibique Peerlkamp. Verum masculini generis hic praeferendum videtur, quia agitur quasi de viro et sequitur, *eum te saginaturum et devoraturum.* cf. Serv. ad Aen. II. 470.

multinodis. Male probat Roaldus lectionem duarum edd. *multimodis.* Nam gyros serpentinos auctor appellavit *nodos:* de qua significatione Oud. adiri iubet Heins. ad Ovid. Heroid. IX. 86. Met. IV. 490. Virg. Aen. II. 220. Lucan. VI. 490. Apul. Met. V. p. 357. *nedum cervicis* [quem tamen Apuleii locum plane aliter intelligo. Ita quoque *nodus* de brachiis dicitur inter se connexis et constrictis, ut anguium instar gyros quasi efficiant. cf. Virg. Aen. VIII. 260. Gronov. Diatrib. T. I, p. 238. Hand. ibique locum Aurel. Victor. de Caesarib. 17, 8. in not. Handii, ubi verba *cuius frustratu per cibum* emendanda sunt in *cui vis frustrata.*]

sanguinantem. Pontan. Ann. I. 8. coniecit *smiantem.* Sed optime e versu Virgil. Aen. II. 207. *iubaeque Sanguineae exsuperant undas* hunc locum defendit Pricaeus. *Sanguinare* enim h. l. neutrum est, ut *colla* per graecismum dicatur pro *circum colla* cf. Met. VI. p. 406. *colla porrecti saevi dracones.* De verbo *sanguinare*, quod rarius in usu est cf. Burm. ad Quint. Decl. X. c. 8. *sanguinavere planctibus lacerti.* IX. 18. *sanguinantes lacertos.* [Tertull. advers. Marcion. IV. 20. p. 434. B. *quia lex a contactu feminae sanguinantis summovet.*]

Digitized by Google

latenter acquiescere. Nunc recordare sortis Pythicae, quae te trucis bestiae nuptiis destinatam esse clamavit. Et multi coloni, quique circumsecus venantur, et accolae plurimi viderunt cum vespera redeuntem a pastu, proximique fluminis vadis innatantem.

CAPUT XVIII.

Nec diu blandis alimoniarum obsequiis te saginaturum omnes affirmant,

lactenter G. 1. *Pytiche* G. 1. *Psythicae* δ. Vicent. *Psychē* G. 2. D. *Psychae* vel *Psyche* P. et O. *quae* non comparet in B. et p. *te* abest a P. et p. *pertrucis* F. 1. Nam non verum est, quod Oud. scribit, in Lindenbrogii collatione *per* non ad *trucis* sed ad *multi* referri, ut fuerit *permulti coloni*. Quum enim utrumque vocabulum *trucis* et *multi* initio linearum positum sit, et signum *A*, quo omissum esse aliquid a Lindenbrogio indicatur, a *trucis* incipiens etiam *multi* tangat, facile fieri poterat, ut aberraret Oud. *conclamavit* pro *esse clamavit* G. 1. (quae discrepantia ex compendiis *ēe* l. e. *esse* et *cā* videtur exorta.) *venerantur* δ. *accolae* G. 1. a m. p. *viderunt* F. 1. 3. G. 2. O. p. f. δ. G. 1. (a m. s. sed prior lectio propter lituram conspici nequit.) In ceteris libris et edd. vett. *videre* extat, *cum* F. 1. 3. δ. p. f. O. *eam* G. 2. P. D. *cum bestiam* O. Ex glossa id natum. *cum bestia* G. 1. *rediuntem* Veuet. 2. *de pastu* G. 1. O. *proximisque* Vicent. *vadum* O. *vadem* G. 1. *innactantem* G. 1. *innatentem* δ.

alimoniorum G. 1. ?. D. O. *se sagin.* P. *saginaturum* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. R. f. *saginaturam* δ. φ. *saginati* Venet. 4. *saginari* ceteri codd. et edd. vett. Fulvius coniecit *saginatum iri* quod etiam Salmasius margini adscripsit, quasi e cod. Pithoeano.

acquiescere. [Vocabulum est in re venerea proprium cf. Met. I. p. 35., V. p. 369. ut *accubo* cf. Propert. III. 13. 12. Tibull. I. 9. 75. Intt. ad Petron. c. 112. p. 673. Fere eadem sententia sed metaphora alia unde petita legitur apud Sulpic. Sev. h. s. I. 11. *eumque amore ipsius deperiret, appetitum saepius nec acquiescentem sibi.*]

Pythicae. Scriver. temere edidit *Pythiae*, quod Oud., qui poetico Milesiarum stilo convenientius id esse existimat, probatur, licet contra Codd. quidquam mutare ipse noluerit coll. Cic. dediv. I. 1. De altera forma comparari iubet Dr. ad Liv. V. 15. §. 12. Val. Max. I. 8. 10. VIII. 15. fin. Verum dubitat, an oraculum Milesium, quod responsum dederit parentibus, Pythium dici queat, unde corrigit e perversa codd. lectione: *recordare sortis, Psyche?* [Sed ipse novit templum Apollinis *Pythii* Athenis cf. Thucyd. VI. 54. eademque ratione Claudian. de bello Getico. praef. 4. dicit: *personat et noto Pythia vate domus. Pythia domus* templum Apollinis Palatinum est, ut *Pythius* in universum pro *Apollineus* ponatur.]

et accolae plurimi. [Vir doctus ad marg. meae edit. Colv. emendavit *incolae* perperam. Nam hic sunt *accolae* vicini ut p. 400. *formicarum accolarum classem*, et in eo differunt *accola* et *incola*, ut ille sit, qui circa et iuxta locum habitat, *incola*, qui in ipso loco sedem habet. Sed apud Catull. LXII. 53. *accolere* idem videtur esse, quod *colère. Multi illam agricolae, nulli accoluere inveneis.* Placid. Narrat. Fab. XIV. 11. p. 882. *locum quem postea Nymphae accoluerunt*, ubi hodie legunt *coluerunt*, quum Ms. et edd. vett. praebeant *occuluerunt.* Ita *accola* pro *incola* videtur positum Auson. Mosell. 279. ubi cf. Tross. p. 169. Barth. ad Claudian. p. 969.]

radis. Lectio cod. δ., qui *vadum* habet, digna est, quae commemoretur, quod solet auctor verbis per *ad*, *in*, *per* compositis iungere accusativum casum. Immo plane eodem modo Met. I. p. 39. *dolium innatans rimi sui.* Virg. Georg. II. 451. *undam innatat* [Georg. III. 141. Aen. VIII. 651.] Sed tamen Met. II. 162. *me post Lethaea pocula iam Stygiis paludibus innatantem.* [Me non solum singularis *radius*, sed etiam codd. vett. auctoritas ab hac lectione probanda dehortantur.]

CAP. XVIII. *alimoniarum.* Lectio nonnullorum codd. *alimonierum* corru-

Digitized by Google

354 sed cum primum | praegnatione in tua plenus maturaverit uterus, opimiore fructu praeditam devoraturum. Ad haec iam tua est existimatio, utrum sororibus pro tua cura salute sollicitis assentiri velis, et declinata morte nobiscum secura periculi vivere, an saevissimae bestiae sepiliri visceribus. Quod si te ruris huius vocalis solitudo, vel clandestinae Veneris foetidi periculosique concubitus, et venenati serpentis amplexus delectant, certe piae sorores nostrum fecerimus. Tunc Psyche misella, utpote simplex et animi tenella, rapitur

cum ante *primum* non comparet in G. 2. D. *praegnatione in tua* F. 3. G. 1, 2. P. D. O. *praegnatione ista tua* ∂. f. (qui posterior teste Roaldo habet *istam tuam* quod prius ex compendio *i* natum esse existimo). *praegnationem tuum* F. 1. B. et omnes edd. vett. Lectionem ed. Oud. *praegnationem istam plenus* ex recent. edd. Ruhnk. hausit. *oppimiore* G. 1. *oppinione* O. *devoraturi* p. Verba *at* usque ad *sororibus* desunt in ∂. *ad haec* F. 3. G. 1. 2. D. O. *ad hoc* B. φ. f. P. (Al. *at haec*) *ad hic* Bas. 1. Venet. 4. *at hic* F. 1. et edd. vett. *est* non conspicitur in G. 1. 2. D. *extimatio* G. 2. D. P. (In excerptis Putsch. Oud. de ea lectione nihil admonuit). *existimatio* G. 1. *pro sororibus* O. *dedinata* G. 1. a m. p. *vobiscum* Vicent. (in mea est correctum). *aut seviss.* G. 1. *ac saev.* Iunt. 1. *saevissime* Vicent. *sepelliri* G. 2. *sepilliri* D. a m. p. *visceribus* G. 1. *vocabulis* pro *vocalis* p. *Venere foetidi* Iunt. 2. *pie* f. B. pro more Mss., quod Roald. commemorare, Brantius vero inutili coniectura *piae* emendare non debebat. *officium fecerimus.* Male Vulcan. in edit. hoc vocabulum inserit, unde ad alias profluxit. Secutus est Scriver. *Psychē* G. 2. D. *Misella* Vicent. *missella* G. 1.

ptela est, quae saepe in codd. invenitur. Oud. excitat Intt. ad Suet. Calig. 41. cf. Met. II. p. 89. *alimoniarum socia fui.* VI. p. 388. *alimonia tua gloriatur* Apol. p. 571. *ob quatuordecim annorum longas alimonias.* [Hinc colligitur Apuleium hanc tantummodo formam scripsisse. cf. Buenem. ad Lact. VII. 4. §. 7. p. 874., unde Arnobium quoque probatur ea saepius usum fuisse. Orell. ad Arnob. IV. 21. T. II. p. 221. Sed ibid. VI. c. 20. *alimonia praebetis* e cod. restituendum est. De hac voce cf. Deder. ad Dict. Cret. II. 19. not. crit. et Gloss. p. 284.]

praegnatione in tua plenus maturaverit uterus. [Hanc lectionem ex optimis codd. retinui, cuius ratio insolentior est. *Maturare* enim neutraliter dictum est, pro *maturescere:* ut apud Pallad. IV. 10. §. 27. *calidis vero locis et aestuosis eas ficus seramus, quae sero maturant* XII. 7. §. 22. *Castanea ex salice tardius maturat.* Ita apud Lactant. Instit. II. 11. §. 1. p. 248. Buen. lego ex plurimorum codd. consensu *maturassent* pro *maturuissent*, quo loco Buen., qui alteram lectionem defendit, ad nostrum locum provocat, quamquam ipse ex Vulgata Ioelis c. 3. exemplum affert: *maturavit mensis.*]

ad haec iam tua est existimatio. Oud., cui dictio *ad haec* pro *praeterea* minus proba videtur esse, *ad hoc* praeferens, *at hic* lectionem ex cod. F. 1. et edd. vett. recipi vult ea sententia: Cum igitur haec ita sint, hoc ergo in statu coll. Apul. Met. X. p. 688. *et hic quidem non adeo mentiebatur,* [ubi tamen magna est librorum discrepantia, ut *hoc* potius ibi legendum sit cum optimis codd., quomodo etiam Met. I. p. 27. nunc praefero *haec* pro *hic pro isto credam*, meam sententiam retractans. Quam diversae sint VV. DD. sententiae de usu locutionum *ad haec* et *ad hoc*, quando a quibusve usurpatae sint, docet accuratissime Hand. in Tursell. I. p. 123 sqq. Ego in hac re Mss. obtemperandum esse censeo, ut eos vituperem, qui ex scriptorum aetate vel locorum ratione alterutrum constituunt. Sed omnes interpretes, ut Pricaeus Sciopp. alii male intelligunt *ad haec* pro *praeterea*, quod nullomodo probari poterit. Nam quum *ad hoc* vel *ad haec* ponitur, necessarium est, ut ad priora quaedam alia addantur. Quomodo id nostro loco defendere velis? *Ad haec* significat *hac in re, ea re perspecta* nostrum: *Hierbei*, qua notione etiam *ad hoc* in usu est cf. Horat. Epod. IX. 17. ibique Intt. Bentl. ad Hor. Epod. IX. 17. ibique Intt. Bentl. ad Hor. Serm. I. 6. 87. Epist. I. 19. 45. *Ad haec ego naribus uti formido.* Hand. Tursell. I. p. 126.]

simplex. [*Simplex* Psyche saepius

verborum tam tristium formidine: extra terminum mentis suae posita, prorsus omnium mariti monitionum suarumque promissionum memoriam effudit, et in profundum calamitatis sese praecipitavit, tremensque et exsangui colore lurida, tertiata verba semihianti voce substrepens, sic ad illas ait:

CAPUT XIX.

Vos quidem, carissimae sorores, ut par erat, in officio ve|strae pietatis [167]
| permanetis; verum et illi, qui talia vobis affirmant, non videntur mihi men- 355
dacium fingere. Nec enim unquam viri mei vidi faciem, vel omnino cuiatis sit novi; sed tantum nocturnis subaudiens vocibus, maritum incerti status et prorsus lucifugam tolero, bestiamque aliquam recte dicentibus vobis merito consentio. Meque magnopere semper a suis terret aspectibus, malumque grande

et. quod ante *extra* in nonnullis libris et edd. vett. extat, non comparet in F. 3. G. 1. R. f. O. δ. ed. pr. Vicent. Venet. 4. Paris. Bas. B. *positum* G. 1. a m. p. *prosu* Vicent. (in mea correctum). *quod rursum* pro *prorsus* G. 1. O. *suarum quae prom.* Venet. 2. Iunt. 1. *calamifatis* Vicent. *et exsangui* abest a G. 2. P. D. *lurido* O. *livida* Al. ut est in f. *ternata* G. 1. *terniata* O. *dertiata* D. *semiante* G. 2. D. *semianti* p. *seminanti* G. 1. *semiati* f. *semianimi* B. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. et ed. pr. *sustrepens* G. 1. *subscrepens* O. *sed ad illas* δ.

Karissimae G. 1. D. *nostrae* D, Vicent. *restrae et illi* G. 1. (non *cesuram et illi* ut in excerptis erat Oud.) *ille qui* p. *quam talia* Bas. 1. *tanta* pro *talia* P. *nobis aff.* Vicent. *affirmat* p. *videtur* O. p. *viri mei unquam* δ. *et cuiatis* p. *cuitas* Vicent. *novis* O. *tollero* G. 1. 2. D. *recte* abest a P. *maritum consentio* G. 1. 2. P. D. O. R. f. et ita coll. habet Lindenbrog., qui tamen in eo errasse videtur, quod prius idem vocabulum *maritum* corruptum esse iudicavit, quamquam posterius se significasse inde fit perspicuum, quod varia cod. lectio *merito* ad lineam ei respondeat. *marito* δ. p. et edd. vett. *me qui* Paris. unde Grut. Susp. VIII. 9. *me quidem* coniecit. *neque* ed. pr. Venet. 2. Vicent. *magno opere* G. 1. *magnopere* Vicent. *teret* G. 1.

nominatur, quae candida et secura est, nec quid ex his voluptatibus secuturum sit suspicatur, omnino futura non curans cf. Gron. Diatrib. T. I. p. 225. Hand.; nostrum: *harmilos.* Met. V. p. 343. *si id tolerare pro genuina simplicitate non potueris.* VI. p. 408. V. p. 355. *simplicis puellae paventes cogitationes invadunt.*]

extra terminum mentis suae posita. [Ita Minuc. Fel. dicit c. 39. §. 1. fere eadem ratione: *magnitudine admirationis evanui*, ad quem locum Heum. nostrum ita excitat: *extra terminum mentis meae positus eram* ex edit. Francof. ann. 1621. p. 166. Lactant. Inst. I. 4. 3. *mentis emotae* ubi cf. Buen.]

tertiata verba, cf. Scalig. ad Fest. s. v. *coepia* Lindem. p. 386. Sic etiam *dimidiata* et *quartata* verba. cf. Elm. ad Minuc. Felic. c. 2. §. 1., qui excitat Hieronym. ad Eustoch. de virginit. serv. T. I. Epist. 22. c. 13. *Balbutientem linguam in dimidiata verba moderantur* ad Laetam. de Instit. filiae T. I. Epist. VII. c. 3. *dimidiata dicere verba.* De vita et obitu Paulae Epist. 17. c. 12. p. 80. *Aviae et amitae nomina dimidiatis verbis frangere.* [Cato apud Serv. ad Aen. III. 314 *Verba tertiato et quartato quempiam dicere prae metu*, ubi potius *tertiata* et *quartata* legerim.]

Cap. XIX. *lucifugam.* [Voss. in Etymol. s. v. *vesper* haec ita explicat: *Vespertiliones* quoque Iurisconsultis nominantur, qui Senecae et Apuleio *lucifugae*, i. e. qui noctu demum vespertilionum more prodeunt in publicum, ne forte in dominos notosve incidant cf. Apol. p. 428. *cum ipse humilitate abditus et lucifuga. Lucifugae* sunt omnino, qui lucem diei evitant, ne ab aliis noscantur. Sed plane alia significatione dictum est apud Senec. Epist. 122. §. 15. de eo, qui noctem in diem vertit solemque perferre non potest.]

merito consentio. Turbulas excitavit Interpretibus aliquot codd. lectio *marito* vel *maritum*, quae posterior emendatio videtur esse prioris *marito*, quod ex

Digitized by Google

de vultus curiositate praeminatur. Nunc si quam salutarem opem periclitanti sorori vestrae potestis afferre, iam nunc subsistite. Ceterum incuria sequens prioris providentiae beneficia corrumpit. Tunc nanctae iam portis patentibus nudatum sororis animum facinorosae mulieres, omissis tectae machinae latibulis, destrictis gladiis fraudium simplicis puellae paventes cogitationes invadunt.

CAPUT XX.

Sic denique altera: Quoniam nos originis nexus pro tua incolumitate
356 periculum quidem ullum ante oculos habere compellit, viam, | quae sola deducit

praemiatur D. a m. p. *(minatur* a m. s.) Vicent. *de sui cultus* O. *nam* pro *nunc* p. *periculitanti* O. *vestris* G. 2. D. P. *adferri* G. 2. D. P. *adferte* P. et Elm. *tunc* G. 1. 2. D. P. R. O. f. δ. *nunc nacte: iam* Vicent. Bas. 1. In cett. est *hunc* ut etiam in Iunt. 2., quum reliquae edd. vett. habeant *tunc*. *nanctae* F. 3. *nocte* G. 1. a m. p. cum glossa interlineari *acquisitae*. In cett. *nactae tam portis* p. *petentibus* G. 1. a m. p. 2. D. *sororis casum* δ. *mulieres* p. *obmissis* G. 1. 2. D. *difficilis* p. *districtis* G. 1. a m. s. δ. Iunt. 2. Ceteri codd. et edd. hic recte servant *destrictis*. cf. ad Met. III. p. 178. *fraudantium* Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *pavescens* p. unde quidam coniecit *pavefactus*.

Verba *quoniam* usque ad *ante* non comparent in p. *nullum* G. 1. O. D. ed. pr. Ald. Iunt. 2. in cett. *ullum*. *vitam* Bas. 1. Venet. 4. Paris. *perducit* B.

merito corruptum omni sensu carebat. Stewechius totum locum ita restituit: *maritum incerti status (flatus* alij sed nescio qui?) *et prorsus lucifugam tolero, bestiamque aliquam dicentibus vobis maritum consentio, ne qui magnopere semper a suis terret adspectibus.*

nanctae. [Praetulisse videtur hanc formam Apuleius, quam fere ubique in cod. F. 3. optimo inveni. Saepius *nanctus* in vetustissimis optimisque codd. reperiri, notum est. cf. Mai. ad Cic. de Republ. I. 10. p. 49. not. 6., qui idem ante me observavit, quod equidem in cod. F. 3. cognovi. Variat enim inter formas *nactus* et *nanctus*, utinde iudicium ponam, non e ludibrio librariorum scripturam dependisse. Haec ipsa caussa est, cur, ubiubi *nanctus* a cod. F. 3. servatur, in textu id posuerim. cf. ad Met. VII. p. 473.]

paventes cogitationes. Quia tractata primum Psyche a sororibus astu sit, et tecte ac quasi per cuniculos omnia primum expiscatae, postea destrictis fraudium gladiis aperte eae illam invaserint, Stewech. scribi vult: *patentes cogitationes invadunt*, sed prave. Licet *patentibus iam portis nudatus sit* Psyches *animus*, nihilominus *paridas* secum volvit *cogitationes*, quas ipsi paventi trementique Apuleius recte tribuit.

Cap. XX. *periculum quidem ullum.* [Haec scriptura est omnium fere codd., quae post Grut. Susp. VIII. 9. ab omnibus edd. reiecta etiam Oud. reprobatur. Putant enim omnes *nullum periculum*, quod isti agnoscunt, pertinere ad Psyches sorores, quae nullo periculo deterreri possent, ne sororem ex talibus aerumnis liberarent. Sed errant. Quid enim periculi sororibus timendum erat, quae statim post consilia malefica avolarunt? Nec hoc exprimere voluit auctor. Qualecunque potius timent sorores periculum, quod ex dracone Psychae imminere possit, utique ab omni calamitate tutam eam videant, consilium dant, quo liberare se queat, utut res accidat. *Ullus* enim saepius positum est, ubi negatio desideratur, ut incertum quid exprimatur, et pro *quodcunque, qualecunque* dictum sit nostrum: *was nur im Allgemeinen sich denken lässt.* cf. Ovid. Met. XIII. 460. 461. Heroid. X. 80. cf. Bach. ad Ovid. Met. XII. 181. Goerenz. ad Cic. de fin. V. 21. §. 59. Hunc igitur locum ita verterim: *Und weil uns das schwesterliche Band jedwede Gefahr für dein Leben vor Augen zu haben zwang, so wollen wir dir einen Weg angeben*

Digitized by Google

iter ad salutem diu diuque cogitatam monstrabimus tibi. Novaculam praeacutam adpulsu etiam palmulae lenientis exasparatam, tori qua parte cubare consuesti,

iter, quod in suis P. excerptis abesse dicit Elm., in Oud. collatione legitur, ubi c. G. 2. et D. extat *iterque*. *monstrabimus* G. 1. D. pro mores *monstravimus* Bas. 1. *ostendimus* R. f. ex glossa. *novaculam* G. 1. c. glossa interlineari: *rasorium validum et acutum*. *adpulsu* F. 1. 3. R. P. f. p. *appulsu* φ. G. 2. *appulsu* D. *apulsu* G. 1. O. *ad pulsum* R. et edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris. quae *ad pulsam* habent. *lenientes* G. 1. a m. p. *lamentis* p. *thorum* G. 1. *accubare* φ. δ., quod Oud. comprobat et Orellius recepit. *consuevisti* G. 2. P. D. f. δ. *consuesisti* Venet. 2.

auf welchem du dich allein retten kannst. Quod enim afferunt, *ullus* et *nullus* saepius confundi, ibi tantum puto poni posse, ubi negatio aut antecedit ut in *non ullus* aut sequitur. cf. Cort. ad Lucan. V. 111; ubi vero simpliciter positum est, ex ignorantia tantum librariorum profluxisse putamus.]

viam, quae sola deducit iter ad salutem. Ita omnes, quantum equidem scio, legunt, nisi quod in nonnullis *que* additum est vocabulo *iter*, ut coniunxisse isti videantur *viam* et *iter*, et Bert. pro *deducit* habet *perducit*. Oud. hanc lectionem hisce verbis defendit: Quamquam enim *via* passim dicitur *ferre* et *ducere*, non sequitur hinc, haud rectum esse quoque *via deducit iter*, quoniam per *viam* instituitur *iter*, ut recte iam observavit Floridus, et *iter viae* ex Lucretio V. 1123. adtulit Elm. Immo et sic noster dixit Met. II. p. 121. *maris et viae iter*. Hinc a JCtis *via* et *iter* bene secreta sunt. cf. G. Meermanni dissert. de *Rebus Mancipi*. Quid? nonne apud Horat. II. 2. 22. *negata tentat iter via*. Capitol. in M. Anton. c. 14. *via, postquam iter ingressi sunt, periit*. [Sed haec omnia accuratius consideranti satisfacere nequeunt. Primum enim nego, dici unquam posse *via deduci iter*, quae dictio quid significaret, fusius vellem nos Oud. edocuisset. Etenim qualis ali Oud. intellecta esse videtur, sine dubio est absurdissima. Hinc enim, quod *via ducit me ad aliquid* dicimus, consectarium non est, illud quoque proferri posse. Quomodo vernacule verteris? Deinde loci, ubi *via* et *iter* coniuncta inveniuntur, diversa ratione necessarium est a nobis explicentur. Locis enim, quos posteriores protulit Oud., *iter* est *profectio*, *via* vero locus, quo iter instituitur. At haec neminem offendunt. Apud Lucretium *iter viai* vel *viarum*, quod II. 627. legitur, magis ad formulam loquendi videtur recedere, quum ita nulla fiat utriusque vocabuli diversitas. Denique de loco Apuleii supra iam dictum est; quo *via* oppositum est *maris* et *viam terrestrem* significat, *iter* vero *profectionem*. Haec omnia graviora videntur esse, quam quae tam obiter ab Oud. debuerint tractari. Primum equidem haereo in voce *deducere*, quam accuratius explicare equidem nequeo. Nam cum aliis statuere, *deducere* hic pro simplici *ducere* positum esse, a sana ratione omnino remotum est. Hoc ipsum commovisse videtur librarium cod. B., ut *perducere* scriberet, quum ego contra *adducere* vel *reducere* exspectem. *Iter* enim mihi non *via* est, quam quis ingreditur, sed ratio aliquid faciendi, nostrum: Mittel, totumque locum ita converto: *einen Weg vor Augen zu haben, welcher allein ein Mittel herbei führt zu deiner Rettung*. *Reducere*, quod saepius cum *deducere* in Mss. confusum est, cf. Dr. ad Liv. VI. 26. §. 8. de desperata Psyches salute bene ita dictum esset. De *iter* pro ratione viae instituendae cf. Virg. Aen. II. 387. al. Ad tales vero locos respicere non possumus, ubi inter *via*, *actus* et *iter* accurate distinctum est: de quo discrimine agunt lexica. Ea sententia loquitur Plin. Hist. Nat. praef. med. *Praeterea iter est, non trita auctoribus via.*]

adpulsu. [Beroaldus vulgari lectione *ad pulsum* deceptus exponit: Ita cote exasperatam seu acutam redditam, ut minima manus impulsione secet vitalia. Sed Oud. iam monuit, hunc sensum nequaquam ex his verbis elici posse. Quid enim tunc significabit *lenientis*? Nec melius Floridus per *palmulam lenientem* intelligit cotem, palmulae

latenter absconde, lucernamque concinnem completam oleo, claro lumine prae-
357 micantem subde aliquo claudentis *cauculae* tegmine. Omnique | isto apparatu

luctenter G. 1. *lucernam que* G. 1. *que* abest a Bas. 1. *concinnem* F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. et omnes edd. vett. *concinne* φ. et vir doctus in ed. Vicent. *continuem* p. *continue* δ. *completamque* G. 2. P. D. *oculo* pro *oleo* p. *sumine* δ. *tabulae* F. 3. G. 1. 2. P. D. O. R. f. δ. π. φ. *aululae* F. 1. p. ed. pr. Vicent. Mss. Becichem. ep. 74. *auleae* B. Iunt. 2. Aldin. et vir doctus in Vicent. *apparatu isto* f.

figura, laevem, qua novacularum acies asperiore illa cote orbiculari iam adtenuata leniatur et coaequetur. Sed sine dubio auctor intelligit manum Psyches, quae etiam Oud. est sententia, cui tamen in eo non adsentior, quod *palmula* hic pro tota manu dictam esse existimat coll. Apul. Met. II. p. 105. VIII. p. 534. saepius, sed retinet suam significationem. Videmus enim tonsores acutissimos cultros ante usum intra palmam lenem levigare, ne quid pulvis vel sordis officiant utque illi acuantur. Captavit autem auctor Oxymoron, in verbis *lenientis exasperatam*, nostro frequens cf. ad Met. VII. p. 462. *centunculo dirite*. De nostro loco nonnulla adtulit Cort. ad Lucan. VII. 139.]

concinnem. [Mirum est, quod optimi codd. hanc scripturam tuentur, quam hac de caussa reiicere nolui. Oud. probat lectionem Ms. Fulvii *concinne*, quod *apte*, *nitide* nec *superflue* exponit. Sed ingenue fatendum est, absurdi quid inesse, si sorores Psychae suadent, ne ineleganter et supra modum lucernam oleo impleat, quum talem elegantiae curam et observationem sollicitam in hisce periculis nemo ferat. Ubi de salute sororis agebatur, ad tales minutias et quisquilias quasi sorores respicere non debebant. *Lucerna concinnis* vel *concinna* melius explicatur de conveniente et ad hunc usum apta, quae tantum olei capiebat, ut si repleta esset, tamdiu lucem spargeret, quam necessarium erat ad corpus mariti altius sopiti investigandum. Quamquam enim nullus locus afferri potest veterum, quo *concinnis* pro *concinnus* comprobetur, in Apuleio tamen offendere non possumus, qui talia saepius novavit; nec hoc quidem movet, quod alibi semper terminationem secundae declinationis protulit. Saepius enim a me iam monitum est, quoties orationem variare soleat auctor, ut ex usu eius loquendi ceterisque exemplis nonnunquam contrarium quid reprobari nequeat. Contra analogiam hoc factum non est. Ita Varro apud Non. p. 494. *pronis* dixit pro *prona*, *sacris* pro *sacer* et vice versa *sterila* pro *sterilis* Lucret. II. 844. quid igitur impedit, ne *concinnis* retineamus? Qua in re eo magis miror Oud., qui Met. I. p. 21. *enervus* ex optimis codd. defendit, quum Apuleius in ceteris locis ubique *enervis* dicat, nec unquam alias ea forma legatur. At si quis *concinne* mavult, tum explicet eadem ratione, qua equidem *concinnem* exposui.]

cauculae. Valde interpretes detorsit vocabulum *tabulae*, quod omnes fere codd. praebent, et a nemine unquam recte explicatum est. Quid reliqui peccaverint, non sollicitandum est, ut Beroaldi coniectura *auleae*, cui non solum genus vocabuli sed etiam significatio plane obstat. Nec melior videtur esse Oud. sententia, qui *aululae* ex aliquot codd. recepit, quod pro *olulae* dictum esse pronuntiat, unde Plautinae comoediae *Aulularia*e nomen sit inditum. Praeterea monet, quoties in codd. *au* et *o* vocales in multis vocabulis confundantur, ut *caudex: codex; caulis: colis, collis; cautes: cotes; Claudius: Clodius; Faustulus: Fostulus; plaudo: plodo; plaustrum: plostrum; Plautius: Plotius; saurex: sorex*; collat. Pric. ad Apul. Met. IV. p. 278., ubi plura iam a me excitata sunt. Comment. ad nummos gentis Pompeiae, Heins. ad Ovid. Met. XII. 430. Burm. ad Suet. III. Grammat. c. 10. dictat. ad Lucan. VII. 139. Hirt. B. Afr. 21., unde saepius mutari *auspitium* in *hospitium* ac vice versa coll. Dr. ad Liv. XXI. 2. et in gemma Wild. 175. legi *Fostus Sulla* pro *Faustus*. [cf. Heinr. ad Iuven. III. 112. Sed haec lectio licet doctior sit, ut si omnes codd. addicerent, sine dubio reciperem, tamen a melioribus codd. stare

Digitized by Google

tenacissime dissimulato, postquam sulcatos intrahens gressus cubile solitum conscenderit, iamque porrectus et exordio somni prementis implicitus, altum soporem flare coeperit, toro delapsa nudoque vestigio pensilem gradum paulu-

tenocissime G. 1. a m. p. *salutatos* P. D. et G. 2. (qui in excerptis Oud. habet *salutatatos*.) *saltaturos* G. 1. a m. p. sed a m. s. *sulcaturos* (nec *sulcatos eos* ut Oud. e suis excerptis adnotavit.) *salutaturos* O. a m. p. *sulcato* F. 3. p. Iunt. 2. *sucatos* Venet. 4. *itrahens* p. *trahens* vir doctus In Vicent. *consenderit* G. 1. *concederit* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Basil. 1. unde Brant. coniecit *concesserit*. *prorrectus* Venet. 4. *protectus* Bas. 1., unde Oud. emendavit *proiectus*. *ceperis* G. 1. a m. p. *delapha* Vicent. *nudoque vestig.* Elm. typothetarum errore. *pensile* Vicent. *paullu-*

malim, qui *tabulam* lectionem praeferunt. Medicinam loco arbitror a Fulgentio esse admovendam. Ille enim Mythol. III. 6. p. 717. haec ita reddit: *Novaculam sub pulvinar abscondit lucernamque modio contegit. Modio* itaque vertit nostrum *tabula. Tabula* vero est certae quantitatis mensura apud scriptores agrarios. cf. Goes. ad Var. auctor. de limit. p. 311. et in eo tantum, si vera est lectio, ab usitata ratione recessisse videtur Apuleius, quod *tabula* magis ad mensuram agrorum refertur, quamquam ea de re nil certi constat, hic vero ad tegens quoddam et cavum instrumentum. Ita Fulgentius videtur locum cepisse. Melius fortasse etiam ex loco Tertull. de Pallio 5 p. 118. C. Rigalt. explicari potest: *nihil de tabularum fide laborat*, quae sunt rugae et plicaturae in vestibus. Quod si probaveris, suadent sorores Psychae, ut lucernam in rugoso et quodam obvolucro condat, a marito non visam. *Claudens* de obvolucro dicitur, quod lucernam accurate circumtegit. Haec omnia vero quum non satisfacerent, de hoc loco doctrinam Bernhardyi consului, qui humanissime optimam mecum coniecturam communicavit *situla*, quae tam elegans est, ut in textum eam recipere nemo dubitare possit. *Situla* enim vas est ad aquam hauriendam, urna cf. Plaut. Amphit. II. 2. 39. Et ita bene respondet Fulgentii interpretatio: *modius*, quem non solum aridorum sed etiam liquidorum fuisse mensuram, docet Fannius de ponderib. 65. cf. Forcell. s. v. *modius* et *modiolus*. Sed ad librorum vestigia propius accedere videtur, *cauculae*. *Caucus* enim vas est potorium, de quo cf. lexica. *Cauca* etiam in usu fuisse probant glossae Cyrilli p. 512. *καῦκα pa-*

tera, ut Apuleius deminutivum tantummodo novasse videatur. Fortasse etiam *testulae* a veritate lectionis non ita multum aberrat.]

sulcatos intrahens gressus. [cf. Ovid. Met. XV. 725. *anguis tractu squamae crepitantis arenam Sulcat.* ubi cf. Bach.]

conscenderit. Alia enim erant cubilia cf. Broukh. ad Tib. I. 2. 29.

porrectus. Temerarius satis est Oud. timor, ne quis recordatus, *porrectus* tantum de mortuo et extenso usurpari (cf. Intt. ad Liv. VII. c. 10. Burm. ad Val. Flacc. VI. 553. et ad Ovid. Met. VIII. 422.) emendare conetur *proiectus*, praesertim quum hae voces in codd. saepe permutentur; cf. Intt. ad Virg. Aen. IX. 589. Et ita dici eum, qui se in solo patuloque loco straverit. Ipse vero vulgatam lectionem tuetur ex Met. X. p. 750. *in quodam mollissimo arenae gremio lassum corpus porrectum refoveo*, ubi tamen Oud. iterum *proiectus* praefert. [Ita praestat mihi apud Lucan. IV. 755. lectio cod. Guelf. I. *oraque porrecta squalent arentia lingua*, ubi reliqui codd. habent *proiecta*. Cod. Guelf. 1. Lucani vetustissimus est et probatus cf. Weber. praef. p. XXII. De vi et potestate vocabuli, quidque discriminis inter *proiectus* et *porrectus* intercedat, cf. Fea et Heind. ad Horat. Sat. II. 3. 112. Hic *porrectus* retinendum est de eo, qui in longum extenditur propter altum soporem: *lang ausgestreckt* et eadem de caussa etiam altero Apuleii loco X. p. 750. *porrectus* praefero de asino, qui post tot exantlatos labores extensis totis membris secure in arena quiescit.]

somni .... soporem flare coeperit. [cf. Doederl. Synonym. V. p. 279.]

latim minuens, caecae tenebrae custodia liberata lucerna, praeclari tui facinoris opportunitatem de luminis consilio mutuare, et ancipiti telo illo, audaciter prius dextera sursum elata, nisu quam valido noxii serpen
358 tis nodum cervicis et capitis abscide.| Nec nostrum tibi deerit subsidium; sed cum primum illius morte salutem tibi feceris, anxiae praestolabimus,

latim F. 1. G. 1. B. Venet. 4. Paris. *pullulatim* F. 3. R. f. ed. pr. Venet. 2. *pululatim* G. p. δ. D. a m. p. *paulatim* Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. Bas. 1. cf. not. crit. ad Met. II. p. 127. *in via eris* pro *minuens* G. 1. et O. a m. p. Heins. Advers. in Addend. p. 767: *movens* vel *commovens*. *eoce* pro *caeca* G. 1. a m. p. et p. *animi* pro *tui* G. 1. 2. f. P. D. *opportunitate* D. f. *lumine* O. *mutare* G. 1. a m. p. *aceipiti* G. 1. a m. p. *illq telo f. prius deserta dextera* D. a m. p. medio vocabulo postea punctis subscriptis obducto. *elevata* G. 1. R. f. O. e glossa. *nixu* G. 1. Iunt. 1. Venet. 4. Ald. Col. Bas. 1. *nisi* Vicent. *noxio serpenti* emendat sine ulla caussa Oud., qui dativum desideravit. *abscinde* F. 1. 3. G. 1. f. π. Iunt. 2. Colin. Bas. *ne* G. 2. D. *fecimus* in coll. Rontd. quod Oud. excerpta non comprobant. [Mutatio est facillima quum *ri* per compendium scriptum ansam saepius praebuit locos corrumpendi. Ita apud Cic. pro Rosc. Amer. c. 5. Orellius bene restituit *ostenderitis* pro *ostendetis*.] *saltem* p. *praestolabimus* F. 3. G. 1. 2. P. D. p. In cett. *praestolabimur*. *anxie praestol.* Venet. 4.

minuens. Floridus interpretatur *placide sustinens*, quod putat Oud. in verbo *minuens* non inesse. Explicat vero hoc vocabulum: Psychem ut tacite, sic lente suspensos pedes movere, ut tanto securius inaudita lucernam promat. Unde glossam esse existimat Heinsii coniecturam Advers. in Add. p. 767. *movens* vel *commovens*. [Ego *minuens* aliter explico. Solent enim ii, qui pavent et tremiscunt, rem illicitam perpetrantes, non solum suspenso gradu incedere, sed quo propius rei desideratae accedunt, gressus minuere, quia internus ille metus eos quasi retardat, neve celerius ingrediantur, magnopere impedit.]

caecae tenebrae custodia liberata lucerna. [Fulgent. Mythol. III. 6. p. 717. *Cumque altum soporem maritus extenderet*, (unde lectio *porrectus* eo magis defenditur) *illa ferro armata lucernamque modii custodia eruta*, ubi constans edd. et cod. Leid. lectio *lucernamque* vel ita defendi potest, ut *eruta* deponenti significatione dictum sit, in qua multi novarunt hi fabularum scriptores cf. Munk. ad Hygin. fab. XVIII. p. 61 sq. CCLXXIII. p. 381. vel totus locus ita emendandus *lucernaque modii custodiae eruta. Modii enim custodiae* legendum est ex cod. Leid. *modii custodi eruta*, e in *custodie* vel *custodiae* a sequenti vocabulo *eruta* absorpto. *Caeca tenebra* passivo sensu hic est ea, qua nihil discerni potest cf. Intt. ad Ovid. Met. I. 24. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. II. 72. Heyn. ad Virg. Aen. XII. 444. Eadem ratione dicitur *caeca nox* apud Virg. Georg. III. 260. pro *obscura*, *densissima*, *nigra*. Eodem modo, nisi omnia me fallunt dictum est Virg. Aen. III. 200. *caecis in undis* propter sequentem versum de *undis*, quae propter summam caliginem discerni nequeunt. Quam diversa vocabuli *caecus* significatio sit, docent Heyn. ad Virg. Georg. II. 503. et Iacobs. in Anthol. Rom. poet. ad hunc locum. De singulari *tenebra* cf. Casaub. ad Commod. c. 16. p. 516.]

nodum cervicis. [Quum *spina* sit vertebrarum seu articulorum dorsi compages. *primus* eorum, qui proxime collo iungitur, *nodus* nominatur. Plura huius significationis exempla protulit Cort. ad Lucan. VI. 672. Heins. Advers. I. c. 8. p. 82. Gronov. Diatrib. in Stat. T. I. p. 148. Hand., qui demonstrat, articulos corporis quoscunque nominari *nodos*.]

praestolabimus. [Male retinuit Oud. *praestolabimur*, quae emendatio est librariorum, quos activa huius verbi terminatio plane effugit. Equidem *praestolabimus* retinui ex codd. auctoritate, quibuscum consentiunt loci Turpil. apud Non. p. 475. s. v. *praestolat*: Turpilius Pedio: *Ego praestolabo illi, eo citante opitium*, ubi fortasse emendandum est *opitulum* cf. Fest. s. v. *opitulus* et Laevius Tereo: *Nimis pol imprudenter servis* (ita enim lego) *praestolaras*.]

cunctisque istis sociis tecum relatis, votivis nuptiis hominem te iungemus homini.

CAPUT XXI.

Tali verborum incendio flammata viscera sororis iam prorsus ardentis. Deserentes ipsam protinus, tanti mali conlinium sibi etiam eximie metuentes, flatus alitis impulsu solito porrectae super scopulum illico pernici se fuga pro-

cunctisque istis sociis F. 3. G. 1. 2. D. P. et F. ex collat. ad marg. ed. Colv. (In Lindenbrogii excerptis nihil emendatum est) et in omnibus edd. vett. *que* abest a f. Pro *sociis* habet B. *ocyus* ut etiam F. 1. in coll. Lind. *opibus* π. O. *istis* abest in ed. Colv. *tecum rebus* B. Elm. Florid. *iugemus* P. *hominum* G. 1. a m. p.

flammata G. 1. a m. p. *visstera* G. 1. a m. p. *ipsa* F. 3. *ipsam* F. 1. d. quod Oud. probat, si legeretur *flammato viscere* vel *flammatis visceribus*. In cett. *ipsae*. *disserentes* Iunt. 2. *consilium* pro *confinium* R. f. d. Venet. 4. Paris. Basil. 1. Male Stewech. ab adulterina manu et *consilium* et *confiniumesse* putat. *eximii* D. a m. p. *flatu* d. *flatus halitis* Iunt. 2. Ald. *flatis* Iunt. 1. Venet. 2. unde Colv. emendat *flantis*, Oud. *flantis halitus*. *solito* abest a P. *solite* D. *perniti se* D. *perniciose fuga* Iunt. 1. *fuga se* p. d.

cunctisque istis sociis tecum relatis. Magnopere hic locus torsit interpretes, nescientes, quid sibi velit vocabulum *sociis*. Omnium ridiculissime exponit Beroald. et Orleans. ad Tacit. Annal. I. p. 85. *familitium*, nec tactile nec visibile. Alii codices praebent *ocius*, quod Oud. tuetur, S ex praecedenti *istis* adhaesisse voci *ocius* existimans. Qua non intellecta, *opibus* dedisse librarios Oxon. et Par. Ipse vero cum alio viro docto mavult *gazis* vel *copiis*, quod cum *sociis* confundi demonstrat ex Caes. B. G. VII. 54. [Ego *sociis* retinens sequor Sciopp. in Susp. I. 20. sententiam, qui *opes* innui dicit, socias secum auferendas. Ita lectio non sollicitanda est Veget. II. 7, *colligatas secum fasces pertrahunt socios*, ubi Oud. etiam *ocius* praefert Val. Flacc. III. 161. *socia sed disiicit agmina clava* i. e. quam semper secum habebat comitem.]

hominem. Beroaldus observat *hominem* hic dici de *femina* probatque Cic. loco Epist. ad Divers. IV. 5. §. 4. *Quoniam homo nata erat.* Ciof. et Burm. ad Ovid. Met. XIII. 405. de Hecuba: *Perdidit infelix hominis post omnia formam.* [Iuven. VI. 284. Sed hoc observandum est, *homo* de femina tantummodo dici, ubi ad genus totum respicitur, cui aliud quid opponimus. Ita saepius, ubi *deus* et *homo* vel *bestia* sibi respondent, ut nostro loco, quo Cupido deus maritus opponitur Psychae natae homini.]

CAP. XXI. *tali v. incendio flammata viscera sororis iam p. ard. Deserentes ipsam.* Hanc lectionem ex optimis codd. restitui. Bene iam monuit Oud., male dici, ut prius coniungebatur, *viscera flammata deserere*, unde ille coniecit *flammato viscere.* Bene tamen omnia suo loco stare possunt, si post *ardentis* signum interpungendi maius ponitur, ut *sunt* cogitatione addendum sit, et a *deserentes* nova incipiat enuntiatio. *Ipsam* e codd. Florent. 1. et d'Orvill. recepi, quibus adsentitur F. 3., nisi quod vitio librarii virgula omissa est, qua *m* littera finalis in codd. significatur.]

flatus alitis impulsu. [Fugit Oud. diligentiam coniectura Robert. Titii 20. locor. Controv. 13. ad Liv. XLIV. 21. §. 7., qui ibi *aves* pro *naves* legendum esse censet, quia notum sit, globos certarum avium aliquo ferri quandoque consuevisse impetu ventorum, quae postmodum vento illo cessante, statim ab illis locis, ad quae fortuito delatae fuerint, recedant; excit. Strab. V. p. 221. Arist. de Hist. V. 9. Simile peccatum putat in nostro loco esse, ut fortasse pro *consensis navibus* legendum sit *avibus*, et p. 370. *quasi de morte parentum aliquid comperisset, statim navem conscendit* pro *navem — avem. Aves*, quod in Livii loco

ripiunt, statimque conscensis navibus abeunt. At Psyche relicta sola, nisi
359 quod infestis furiis agitata sola non est, aestu pelagi similiter moerendo | fluctuat, et quamvis statuto consilio et obstinato animo, iam tamen facinori manus
[168] admovens, adhuc incerta consilii titubat, | multisque calamitatis suae distrahitur affectibus. Festinat, differt; audet, trepidat; diffidit, irascitur; et quod est ultimum, in eodem corpore odit bestiam, diligit maritum. Vespera tamen iam noctem trahente, praecipiti festinatione nefarii sceleris instruit apparatum. Nox aderat et maritus aderat, primusque, Veneris proeliis velitatis, altum
360 soporem | descenderat.

consensis G. 1. *Psychē* G. 2. *est aplaga* G. 1. a m. p. *similiter* F. 1. 3. *simile* G. 1. (non *similius* ut Oud. enotat) 2. B. D. et omnes edd. vett. *similes* d. *similius* O. *defluctuat* G. 1. O. quod augeret sensum. Alibi tamen non occurrit: sed nec *confluctuare* praeter Met. XI. p. 759. *statuo* Vicent. *iam tamen* F. 1. 3. p. f. G. 2. D. *iam inde* G. 1. In cett. legitur *iam tum*. *facinori manus* F. 3. G. 1. 2. P. R. D. p. c. *facinori suas manus* f. *facinorosas* B. edd. vett. et F. 1 quod tamen a Lindenb. neglectum esse puto. *facinorum* O. *titubabat* G. 1. a m. s. Iunt. 1. Aldin. *calamitatibus* G. 1. a m. p. *differre* G. 1. a m p. *disidit* G. 1. *irasitum* G. 1. *et quidem ultimum* Paris. *est* non comparet in G. 1. 2. P. D. O. *tempore* pro *corpore* f. d. p. cf. Oud. ad Lucan. VII. 406. [Liv. II. 47. §. 5.] *odit serpentem bestiam* O. et G. 1. a m. s., qui a m. p. habet *serpen bestiam*, nisi fallor e glossa. *odit diligit bestiam* omissa voce *maritum* G. 2. P. D. *vespera tum* D. *nocte* F. 1. d. p. Venet. 2. *trahentem* F. 1. *trahente praecipiti festinatione* desiderantur in G. 2. P. D. Pricaeus male coniecit *intrahebat*. *nox advenerat* f. Prie. Florid. qui offendebant sine dubio in repetitione vocis *aderat*. Eodem modo Quint. Decl. X. c. 6. p. 217. *nox aderat et primis statim tenebris praesto filius erat*. *primusque* F. 3. *priusque* f. In cett. *primisque velitatis* G. 1. In reliquis *velitatus*. *altum in soporem* F. 1. Elmenh.

mihi longius petitum videtur, in Apuleii locis est absurdissimum. Quid enim hic sibi velint, nemini comprobatur, et quid magis est consentaneum, quam navibus tantum ad scopulum Psyches sorores potuisse accedere, id quod verbis ipsis comprobatur.]

similiter. Oud. defendit lectionem aliquot codd. *simile* ex usu Latinorum, qui crebro et praesertim in carminibus adiectivum pro adverbio ponant coll. Heins. ad Claud. Prob. et Olyb. Cons. 120. Falster. Suppl. L. Lat. s. v. *volubile* Stat. Theb. XII. 426. Apul. Met. II. p. 106. *quae dulce condiens* V. p. 318. *suave recubans ... dulce conquierit*. p. 372. *Venus irata solidum*. VI, p. 404. *subridens amarum* et saepius ut videbimus. [Res est notissima. At optimos codd. equidem secutus sum. cf. Peerlk. ad Horat. Od. I. 3. 21. Ita emendo Arnob. V. c. 7., ubi pro lectione Ms. *conclamant exterriti adorandum Phryges* legendum est *abominandum* vel *abhorrendum*. cf. Virg. Aen. VI. 288. *horrendum stridens*. Exempla praebebit multa Stallb. ad Rudd. T. II. p. 159. cf. ad Met. I. p. 63.]

Festinat. [Similis locus est Senec. Medea 389 sqq.:

omnis specimen affectus capit;
Haeret, minatur, aestuat, queritur, gemit
Quo pondus animi urget? ubi ponet minas?
Ubi se iste fluctus frangel? exundat furor.]

Vulgata lectio est: *primisque Veneris proeliis velitatus*. Sed hic locus mihi corruptus videtur esse, quem ita e codd. emendo *primusque* (F. 3.) *Veneris proeliis velitatis, altum soporem descenderat*. Primum enim displicent *prima Veneris proelia*, quamquam de coitu capi possint primo et quasi degustatorio. Deinde ille non solum pugnam Veneream militaverat, sed Psyche quoque, et licet uterque maritus his proeliis esset delassatus, Cupido tamen solus atque prior in altum soporem descenderat, Psychem vero alioquin corporis et animi infirmam fati saevitia subministrans viribus roboraverat. De *velitare* activo sensu cf. Prisc. VIII. p. 380. Krehl. Et ita dixit Fulgent. Mythol. III. 6. p. 716. *Veneris praeliis obscure peractis*.]

altum soporem descenderat. Fulgentius haec expressit suo more *cumque altum soporem maritus extenderet*. Accusativum simplicem cum omnes fere codd. defendant, vario modo hunc locum explicare studuerunt interpretes. Oud. vero quum neget, *descendere aliquid*

CAPUT XXII.

Tunc Psyche et corporis et animi alioquin infirma, fati tamen saevitia subministrante, viribus roboratur, et prolata lucerna et arrepta novacula sexum audacia mutavit. Sed cum primum luminis oblatione tori secreta claruerant, videt omnium ferarum mitissimam dulcissimamque bestiam, ipsum illum Cupidinem formosum deum formose cubantem, cuius aspectu lucernae quoque lumen

facti D. δ. *Furi* O., unde Oud. coniecit *furiarum*. *tum saevit* p. *fati fidel. saevitia* quod in suis excerptis legit Oud., in cod. G. 1. non conspicitur. *sine ministrante* f. *accepta* f. *adrecta* D. *secum* p. *mutuavit* O. *mutatum* p. *oblatent* pro *oblatione* G. 1. a m. p. *torum* O. *feram* G. 1. a m. p. pro *ferarum*. *illum ipsum* ed. Florid. perperam. *cuius adspectum* G. 1. *in cuius adspectum* O. *anus aspectu* D. *lucernaque* f.

dici posse pro *descendere in aliquid*, sed potius esse contendat, *de* quo aliquis delabatur, coll. dict. ad Suet. Caes. c. 37. Dr. ad Sil. XIV. 600. Ruhnk. ad Vell. II. 25. §. 4. *montem descenderat*, ita ut *descendere altum soporem* significet *erigilare*, *e sopore dimitti*, necessario vel addendam esse proponit praepositionem *in*, vel ex Fulgentio recipiendum *extenderat*. Eum enim videri hic ipsam Apuleii locutionem arripuisse ac longum dormivisse Cupidinem per sequentia omnia narrari. *Extendere* vero de longo temporis spatio saepius in usu esse, coll. Heins. et Burm. ad Virg. Aen. VI. 807. Ovid. Met. I. 663. Vell. I. 23. [cf. Peerl. ad Horat. p. 430. Primum vero monendum est, omnes locos, quibus *descendere* cum accusativo iunctum invenitur, corruptos esse, ut multi essent, qui ea de re dubitarent. Ruhnk. per analogiam vocabuli *degredi* ex loco Arusiani Messii Elocut. libello: *Degrediar illum locum* et Sallustii: *exercitum dimisit ut primum Alpes degressus est* hunc casum defendit. Accusativum equidem non muto, quamquam aliud eiusdem constructionis exemplum afferri non licet. Ex analogia vocis *ascendo*, quod modo cum accusativo, modo praepositione *in* addita construitur, hunc usum explico, ut Apuleius oblitus fuisse videatur, quomodo utrumque inter sese differat. Sed mirum est, ut in Scholastici poetae argumentis in Aeneidis lib. VI. 54. apud Burm. in Anthol. Lat. T. I. p. 382. codd. constanter retineant: *Et eates longaeva una descendit Avernum*, ubi Francius emendavit *Averno*, quod sane frequens est, uti Sil. XIII. 759. *descendere Erebo*. Nec aliter cod. Bern. Dict. Cret. III. 7. *habet currum desilire*. Hoc exemplum fortasse meam rem comprobat. Sed prior etiam huius carminis versus ita refingendus est: *Ramum nuri ante divum placato numine portat*, ut *ramum auri divum ante portat* coniungenda sint. Ita etiam *escendere navem* cf. Deder. ad Dict. Cretens. VI. 11.]

Cap. XXII. *fati*. [Corruptio nonnullorum codd. *facti* tritior est, ut quae a me commemorata non esset, nisi plures veterum loci, ut noster, ita essent depravati. Sic emendo versum illum satis difficilem epigrammatis Caecilii Plinii secundi in Burm. Anthol. T. I. p. 18.

Alcmenae foris et magni fortissima proles
Tricosus subito post mea facta vocor.

Retinendum vero est illud *tricosus*. Explicant enim Glossae p. 218. *tricosus* ἀχρεῖος, ἔκλυτος, λαγγωδὸς, quod sine dubio corrigendum est in λαγγωδής i. e. fatigatus, negligens, quod bene respondet vocibus ἀχρεῖος et ἔκλυτος. Post tantos igitur labores et bene gesta mortuus ille Hercules inutilis nominatur, et gloriam cum vita amisit. Ex lectione unius codicis *Furi* fabricavit Oud. nostro loco *Furiarum*, quod non probo.]

oblatione. [cf. Deder. ad Dict. Cret. Introd. p. L.]

formosum deum formose cubantem. [cf. Prip. XL. ap. Burm. in Anthol. Lat. T. II. p. 514. *formosissimus omnium est Cupido*. De *formose cubantem* cf. Intt. ad Prop. II. 2. 27.]

by Google

hilaratum increbruit, et acuminis sacrilegi novacula praenitebat. At vero Psyche tanto aspectu deterrita, et impos animi, marcido pallore defecta tremensque
361 dese|dit in imos poplites, et ferrum quaerit abscondere, sed in suo pectore. Quod profecto fecisset, nisi ferrum timore tanti flagitii manibus temerariis delapsum evolasset. Iamque lapsa salute, defecta, dum saepius divini vultus

ylaratum G. 1. *hyllaratum* G. 2. D. *increbruit* G. 1. 2. P. O. R. Iunt. 1. 2. Ald. cf. ad Met. I. p. 67. Orell. ad Horat. Serm. II. 3. 194. In cett. *increbuit*. *sacrilegii* G. 1. *novacula praenitebat* F. 3. G. 1. 2. D. et edd. vett. In reliquis quos ego comparare potui F. 1. B. et ed. Elm. Vulc. et Wow. aliis legitur *novaculam poenitebat*. [Sed inde ab hoc loco potissimum codd. Florentt. ab Lindenbrog. negligentissime videntur esse collati, quum ubique fere vulgatam retineant, nulla lectionis varietate addita. Quod nisi posueris, mirum est, quomodo codd. Florent. 1. 2. a familia codicum, qui adscribi debent, tam longe recedant.] Quae lectio sit ceterorum codd., Oud. satis dilucide non proposuit. *Psychē* D. *deterrita adspectu* G. 1. 2. P. D. O. R. f. *impos cum* pro *impos animi* R. *colore* f. et R. (in quo *alii: pallore.*) *desedit* F. 3. G. 1. 2. p. P. D. f. d. *decedit* edd. vett. *discedit* F. 1. Vulcan. 2. *descendit* O. *timore*, quod post *abscondere* in B. Elm. ait legi, unde emendabat *temere*, in mea collat. post *pectore* positum est. Recte tamen divinavit Oud. ex priori lineola hoc irrepsisse. *temerariis* F. 1. et 3. (qui ita habet ex correctione.) G. 1. 2. O. P. D. p. d. f. *temerariae* B. et edd. vett. *temerarie* Iunt. 2. Colin. Bas. Scriv. *elapsum* vitiose Elm. Scriv. Florid. *ipsaque* pro *iamque* d. *cassa salutequé defecta*, quod e F. 1. et ed. pr. Elm. enotavit, ibi non comparet: sed omnes, quos ego conferre poteram, codices praebent *lassa salute defecta:* nisi quod P. O. π. *lapsa*, G. 1. *lappsa* habent. Vulcan. primus inseruit particulam *et* et Elm. Scriv. et Florid. dederunt quasi e Ms. *que* particulam, quae seqq. edd. dein prave adhaerebat. *ac luce* Vulc. 2. pro *salute*.

novacula praenitebat. Lipsius sine caussa locum correxit: *et acuminis sacrilegi novaculam poenitebat* i. e. poenitebat novaculam ipsam, quod fuisset tam acuta, ut Cupidinem tam pulchellum laederet. Sed rectius Oud. vulgatae lectioni patrocinatus est: Quomodo, inquit, poterat novaculam poenitere acuminis, quo nihil mali fecerat nec Cupidinem laeserat, quaeque statim *timore flagitii* manu Psyches elapsa est. Sed uti lumen lucernae adspectu Cupidinis hilaratum increbruit, sic novacula, quae erat lumine sacrilego, praenituit, sive validius splendorem emisit. De verbo *praenitere* confert Oud. Heins. ad Vell. II. 59.

desedit. Colvius *decidit* defendere maluit ex loco Ovid. Met. X. 458: *Poplite deciduo genua intremuere fugitque. Et color et sanguis animusque reliquit euntem*: ubi tamen hodie legunt melius *poplite succiduo. Sidere* enim, ut Arntz. explicat ad Plin. Panegyr. c. 16. §. 5. p. 87., cum compositis adhiberi solet de montibus et altiori terra, quae decrescit et humilior seu depressior fit. Ubiubi vero hoc vocabulum legitur, fere semper variant Codd. in scriptura *desidi*, *desedi*, *decidi* et *descendi*, ut difficile saepius sit, ea de re iudicium interponere, potissimum de differentia inter *deseđi* et *desidi*. Sunt enim qui putent, *sedi* esse perfectum, quod etiam ad composita verbi *sidere* pertineat, ut ubique scribant *resedi*, *desedi* alia. Cum vero audacissime agere videantur ii, qui alterutrum semper emendare voluerint, equidem Mss. secutus sum in locis constituendis. Priscian. X. 4. T. I. p. 489. Krehl. disertis verbis dicit: *Ab eo, quod est sido, praeteritum non inveni.* Ita apud Lactant. Carm. de Phoen. 38. ex Mss. praefero: *Tollitur ac summo consedit in arboris altae.* De confusione verbb. cf. Arntz. ad l. c.]

lapsa salute, defecta. Emendat Lipsius iamque *lassa ac luce defecta*; Colvius *iamque cassa salute defecta*, de quo vocabulo plura dicam ad Florid. p. 79. Sed videtur nihil temere mutandum et cum Oud. distinguendum esse: *iamque lassa salute, defecta.* Saepius enim auctor voce *defectus* sic absolute usus est cf. Met. I. p. 81. *ac nec quicquam defectum iam incerta verborum salebra balbutire* V. p. 367. *sauciam Psychem atque defectam.* [cf. Heins. ad Ovid. Fast. III. 674. ad Lucan. IV. 600. Valer. Flacc. II. 489. Cort. ad Lucan. I. 695. Davis. ad Cic. de N. D. II. 44. p. 391. Creuz. Eckst. ad Arist.

intuetur pulchritudinem, recreatur animi. Videt capitis aurei genialem caesariem, ambrosia temulentam, cervices lacteas, genasque purpureas pererrantes crinium globos, decoriter impeditos, alios antependulos, alios retropendulos, quorum | splen- 362
dore nimio fulgurante iam et ipsum lumen lucernae vacillabat. Per humeros volatilis dei pinnae roscidae micanti flore candicant, et quamvis alis quiescentibus, extimae plumulae tenellae ac delicatae tremule resultantes inquieta lasciviunt. Ceterum

recreantur G. 1. 2. D. O. *f. recreatum* p. *recreatur eum* pro *recreatur animi* R. *recreatur animique esse angebat facti poenitens* e glossa habet *d. genalem* D. G. 2. 1. cum glossa interlineari: *naturalem. cesariem* G. 1. *ambrosiam* G. 1. 2. D. *tumulentam* f. *temulentem* Vicent., nec *temulenter* ut Oud. vitiose enotavit. *ambrosiam temulentiam* Bocat. de Geneal. Deor. IX. c. 4. *pererante* G. 1. a m. p. *divinum* pro *crinium* G. 1. *decorditer* π. *fulgurantem* p. *fulgorante* G. 2. D. *aliquos* utrobique P. *iam* et *ipsum* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. O. *et iam ipsum* ut e F. 1. protulit Rim. non ita ibi legitur. *iam* abest a B. Vicent. *bacilabat* G. 1. *baccillabat* G. 2. P. f. *baccalabat* D. *humeras* D. *pennae* G. 1. O. *rosidae* O. *micandi* p. *micante* f. *micantes* F. 1. *candidant* G. 1. O. D. in reliquis *candicant. aliis* p. f. Vicent. Iunt. 2. pro *alis: alins* G. 2. D. P. *extremae* G. 2. P. D. B. *eximiae* G. 1. in margine: *alii extime: eximae* Rim. ed. vitiose. *plumellae* G. 1. O. *plumilae* D. *temere* pro *tremulae* G. 1. O. *tremulae* Beroald. Colin. Bas. 1. Bocat. [cf. Virg. Aen. IV. 121.] *resicantes* pro *resultantes* D. *inquieta* F. 3. G. 2. P. D. p. f. *inquieto*, quod Oud. ex G. 2. excerptis enotavit, non inveni. *in quietu* G. 1. a m. p., quod a m. s. correctum est in *inquiete*, ut habet F. 1. ed. pr. Vicent. *inquietae* Venet. 4. Basil. 1. Bocat. de Geneal. Deor. IX. c. 4. *quiete* B. Venet. 2. Ald. Iunt. 1. quod etiam in F. 1. legi docent excerpta in marg. ed. Colv.

T. III. p. 961.] *Lassa* vero *salus* est *languida*, quales esse solent fatigati, quae Oud. est sententia. [Sed ingenue confitendum est, *lassa salus*, ut *languida*, mihi non satisfacere, quum arbitrer ad spem, salutem alia referri non posse. Hinc mihi magis probatur lectio ceterorum codd. *lapsa salute*, ut *lapsa* sit nominativus v. c. Caes. B. G. V. 53. *lapsus spe*, de eo, qui nullam prorsus spem habet, qui desperat, Cic. Phil. VII. 6. *lapsus consilio*, qui consilii inops est, ut *lapsa salute* Psyche dicatur, cui nulla salus restat, salute exterminata. Hanc lectionem ante me iam Orellius probavit. Quoties *lapsus* et *lassus* in Mss. confundantur, docet Cort. ad Lucan. I. 695. III. 623. al. Hoc probato, sententiarum nexus facilius procedit. Oud. coniecturam *deserta* pro *defecta* nemini unquam placituram esse persuasum est.]

recreatus animi. Nimius est Oud. in defendenda codd. d'Orvill. lectione: *recreatur animique se angebat, facti poenitens*, primum demonstrans, *angi animi* aeque dici atque *animo:* tum *poenitens* et Ciceronem dixisse et alios [cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 959. Sed mitum est, qui insulsum hoc librarii cuiusdam additamentum probare Oud. potuerit. Qui enim antea dixerat *recreatur animi*, quomodo is sana ratione adiicere potuit *angebatque se, facti poenitens. Lapsa* enim *salute* et *defecta* referri debent ad Psychem, quae cum serpentem esse maritum opinata esset, de sua salute prorsus desperaverat, nunc vero formosissimum deum adspiciens itaque a timore liberata, animi exhilaratur spemque novam concipit, ut mariti adspectu satiari non possit. Haec si accuratius consideraveris, quam temerarium sit hoc glossema, facile tibi persuadebis.]

ambrosia temulentam. Temulentus, ut *ebrius*, et *madidus* (cf. Martial. V. 23. de omnibus rebus dicitur, quae aliqua re nimium sunt repletae, quae ea quasi madent.) *Ambrosias comas* aiunt Virg. Aen. I. 403. Sil. XII. 245. XV. 24.

volatilis. [De Cupidine, qui post Homerum volucer describitur, cf. Voss. mythol. Br. II. 42. Intt. ad Propert. II. 9. 5.]

inquieta lasciviunt. [De *lascivus* et *lascivire* cf. Salm. ad Spart. Hadr. 14. T. I. p. 146. *Lascivire*, quod proprie de gaudibundo dicitur cf. Buen. ad Lact. I. 21. 49. p. 148 sq. et in indic. Latinit. Select. ad Castellionis Versionem Cod. S. p. 119., ut Apol. p. 413. *serio* oppositum sit, hic significat inquiete moveri et prae desiderio quasi et libidine trepidare. Ita legitur Met. V. p. 367. *Capellae lasciviunt comam fluvii tondentes*

corpus glabellum atque luculentum et quale peperisse Venerem non poeniteret. Ante lectuli pedes iacebat arcus et pharetra et sagittae, magni dei propitia tela,

CAPUT XXIII.

Quae dum insatiabili animo Psyche satis curiosa rimatur atque pertractat
363 et mariti sui miratur arma, depromit unam de pharetra sagittam, et | puncto pollicis extremam aciem periclitabunda, trementis etiamnunc articuli nisu for-

glavellum G. 2. D. *gravellum* G. 1. *qualem* f. *poeniteret* F. 3. G. 1. 2. P. p. f. O. d. D. quod praefero. Nondum enim scire fingitur esse Cupidinem, sed iam formosum puerum, ut mereretur Cupido esse. Hoc seqq. melius declaratur: *Sic ignara Psyche sponte in Amoris incidit amorem.* In cett. *poenitet. lectali* G. 1. a m. p. *faretra* Vicent. *sagitta* f. *sagiptae* D. *propritia* pro *propitia* voluit Lips., alius quidam vir *propria. Propitia* vero sunt blanda vel prona vel facilia ad suum opus.

satiabili G. 1. 2. P. D. a m. p. *satis et cur.* G. 1. 2. P. D. O. d. p. f. Iunt. 2. *curiose* G. 1. O. *et pertr.* f. neque vero in G. 1., ut e suis excerptis Oud. enotavit. *pertrectat* G. 2. D. Iunt. 2. *rimatur* iterum O. pro *miratur. faretra* Vicent. *sagiptum* G. 1. D. et Iunt. 1. *puncta* O. *tremens* d. *etiamnum* F. 1. Vulc. 2. Elm. Scriv. Florid. *nisu* F. 3. G. 2. P. p. d. f. D. Vicent. Iunt. 2. Venet. 2. In ceteris *nixu* extat. *fortiores* G. 1. a m. p.

VI. p. 393. *passeres lasciviunt* VIII. p. 572. *praeco lascivus* IX. p. 593. *importunum atque lascivum:* quae omnia ad nimium gaudium pertinent et luxuriem. cf. Doed. Syn. III. p. 44 sq. De *inquieta* cf. Met. I. p. 63.]

luculentum. Gruter. Susp. VIII. 9. vult *suculentum*, quod per se probum est. [cf. Met. II. p. 88. *suculenta gracilitas.*] Sed haud minus bonum est *luculentum*, quod passim de egregia forma in usu est. cf. Met. II. 92. *signum perfecte luculentum* p. 147. *luculentam proferens faciem* IV. p. 291. *faciem illam luculentam.* X. p. 737. *Adest luculentus puer.* Terent. Heaut. III. 2. 12. [*Suculentus* hoc loco minus probaverim de puero Cupidine, quum fere semper de hominibus vel obesis et pinguibus vel fortibus dicatur, quorum corpus robore quasi turget. Ita de Mercurio dicit Apul. Apol. p. 534. *facies suci palaestriei plena.* In significatione pulchritudinis praeivit Plaut. Mil. Gl. IV. 1. 12. cf. Dac. ad Fest. p. 479. Lindem.]

Cap. XXIII. *de pharetra.* Edidit Scriverius nescio qua de caussa *e pharetra.* Sed saepius haec composita verbb., ut *deripere, detrahere, deiicere* cum praepositione *de* iunguntur. [cf. Cic. Orat. I. 59. §. 252. *iuris utilitas ... de libris depromi potest.* Saepius tamen praepositio omittitur, cf. Virg. Aen. XI. 590. et *ultricem pharetra deprome sagittam.* Ita *detrahere* cf. Cic. Brut. c. 70. §. 247. et c. 67. §. 236. Dr. ad Liv. VI. 6. §. 7. *Decedere de statione* Dr. ad Liv. III. 17. 1. *ex Italia* XXVI. 2. 14. cf. Dr. ad Liv. 295. XXVII. 10. §. 1. Ellendt. ad Cic. Brut. c. 1. §. 1. p. 12. *deiicere* Dr. ad Liv. V. 47. §. 10. VII. 10. §. 3. *deminuere* ad VIII. 34. §. 5. Omnino *de* usurpant veteres, ubi rem detractam, vel ereptam esse significant cf. Virg. Aen. III. 288. *Aeneas haec de Danais victoribus arma.*]

puncto. Floridus mavult *punctu.* Atqui *punctum* Apuleius videtur sumsisse pro extimo pollicis articulo parvulo, qui est quasi *punctum*, neque vero pro punctione et tactu sive actu pungendi [cf. Plin. Hist. Nat. VIII. 50. 76. ubi item variant codd. inter *punctu* et *puncto.* Sed in eo Oud. non assentior, quod de extrema parte pollicis vult intelligi, quum revera positum sit pro *punctione*, quo in significatu potissimum a Plinio vox videtur esse usurpata. Hinc mutare quidquam nolui, quamquam rarissima est significatio. Vellem enim locum protulisset, ubi *punctum* de *sagittae, spinae* al. summa acie dicitur. Nam Met. VII. p. 483. ex optimis codd. legendum est *punctu venenato.*]

nisu. Cum optimis codd. Oud. secutus praetuli *nisus* alteri scripturae *nixus,*

tiore pupugit altius, ut per summam cutem roraverint parvulae sanguinis rosei guttae. Sic ignara Psyche sponte in Amoris incidit amorem. Tunc magis magisque cupidine flagrans Cupidinis, prona in eum efflictim inhians, patulis ac petulantibus saviis festinanter ingestis, de somni mensura metuebat. Sed dum bono tanto percita saucia mente fluctuat, lucerna illa, sive | perfidia pessima [169]
sive invidia noxia, sive quod tale corpus contingere et quasi basiare et ipsa gestiebat, evomuit de summa luminis sui stillam ferventis olei super humerum dei dexterum. Hem audax et temeraria lucerna et amoris vile ministerium!

pungit D. *rotaverint* G. 1. *et roraverunt parvae* f. *rosei* Elm. vitiose. *rosti guctae* D. *ingrata* pro *ignara* G. 2. P. D. *Psychē* G. 2. D. *vi Amoris* G. 2. D. *magis* prius exulat a δ. *fraglans* G. 1. 2. *flaglans* D. *afflictim* B. D. Vulcan. *efflicti* P. pro more cf. ad III. p. 201. *patilis* F. 1. Elm. *petulis* Bas. 1. *petilis* Vulcan. 2. *peculantibus* B. *patulantibus* Bas. 1. Vir doctus in Vicent. marg. *patulis ac patentibus. sabiis* F. 3. G. 1. 2. P. D. *suaviis* F. 1. B. Colv. Vulc. Elm. Scriv. *labiis* δ. *de somni mensura metuebat* haec verba absunt a R. et f. *mesura* G. 1. a m. p. *tanto* exulat a P. *sine* his deinceps D. *bassiare* G. 1. *etiam ipsa* male emendat Colv. *de summo* G. 1. a m. s. *dexterum* F. 3. et G. 1. a m. s. D. In cett. *dextrum. heu* G. 1. *he* G. 2. D. *mandax* G. 2. *mendax* P. D. pro *audax*, quod inde exortum est, quum *m* littera praecedentis vocabuli ad *audax* transduceretur.

quae variatio perpetua est in Mss. cf. VV. DD. quos enumerat Eckst. ad Voss. Arist. Tom. II. p. 859. Kopp. ad Mart. Capell. VIII. §. 838. p. 655. Quid de discrimine utriusque formae interpretes allucinati sint, non moror. Puto ex codd. rem esse diiudicandam. cf. Orell. ad Cic. pro Planc. c. 27. p. 159. In Apuleii libris codd. meliores formam *nisus* videntur praetulisse.]

in Amoris incidit amorem. [Ut hoc loco *incidere*, ita saepius *labi* de eo dicitur, qui a Cupidine vulneratus est, ut in profundam quasi foveam deiectus vel retibus obstrictus videatur esse, e quibus liberari nequeat; cf. Intt. ad Prop. I. 1. 25.]

patulis ac petulantibus saviis. Conficit Colv. e lectione Ed. Bas. 1. vitiosa *petulis*, legendum esse *petilis* i. e. exilibus et tenuibus coll. Non. p. 149. Merc. *petitum: tenue et exile.* Taubm. ad Plaut. fragm. p. 1477. [Sed retinenda est scriptura *patulis. Patula* enim oscula sunt, quae ore patulo, prae libidine et rabie amoris patenti, imprimuntur. Ita dicit Arnob. VI. 10. *patulo ore* de canibus, qui linguam potus aviditate proiiciunt, ubi legendum est *potus rabie* vel *sitis tabe* ex lectione mendosa *pituitate.* Accuratius luxuriosum hoc osculum describit Apul. Met. II. p. 114. *iam patentis oris inhalatu cinnameo et occursantis linguae illisu nectareo cupidine adlibescenti:* ubi cf. quae protuli.]

bono tanto. [*Bonum* hoc loco idem significat, quod *pulchritudo* cf. Intt. ad Propert. I. 2. 6.]

saucia mente. [*Saucius* apud poetas potissimum in usu est de vulneribus amoris, ut etiam *vulnus* et *vulneratus* cf. Met. X. p. 680. ubi vide. et Erythr. in Indic. Virgil. s. v. *saucius.* Intt. ad Virg. Aen. IV. 1. Enn. apud Cic. pro Coel. 8. init. cf. Intt. ad Propert. I. 7. 15. cf. Met. V. p. 367. *sauciam Psychem*, quod idemtidem ad eius calamitates refero, quae ex amore nimio et insatiabili Cupidinis desiderio exoriebantur. Met. VI. p. 424. de Amore: *conculneraris assiduis ictibus.*]

contingere et quasi basiare. [De hoc loco cf. quae profert d'Orvill. ad Charit. I. 1. p. 205. ed Lips.]

evomuit. [Fulg. Mythol. III. 6. p. 717. *Quum altum soporem maritus extenderet, illa ferro armata, lucernamque modii custodiae erula, Cupidine cognito, dum immodesto Amoris torretur affectu, scintillantis olei desputamento maritum succendit.* Barth. in Advers. XXXVI. c. 13. p. 1654, memoriter locum protulit, pro *evomuit: ebullit* legens. Totum locum enim ita enotavit: *Bullire* et *ebullire* dicitur, quod succedente copia rem aliquam subiicit; sic Apuleio libr. V. *Oleum ebullit lucerna.*]

Digitized by Google

ipsum ignis totius deum aduris, cum te scilicet amator aliquis, ut diutius cupitis etiam nocte potiretur, primus invenerit. Sic inustus exsiluit deus, visaque detectae fidei colluvie, prorsus ex oculis et manibus infelicissimae coniugis tacitus avolavit.

CAPUT XXIV.

364 At Psyche statim resurgentis eius crure dextero manibus ambabus arrepto, sublimis evectionis appendix miseranda, et per nubilas plagas penduli comitatus extrema consequia, tandem fessa delabitur solo. Nec deus amator humi iacentem deserens involavit proximam cupressum, deque eius alto cacumine sic eam graviter commotus affatur: Ego quidem, simplicissima Psyche, parentis meae Veneris praeceptorum immemor, quae te miseri extremique hominis devinctam cupidine infimo matrimonio addici iusserat, ipse potius amator advolavi tibi. Sed hoc feci leviter, scio: et praeclarus ille sagittarius ipse me telo meo percussi, teque coniugem meam feci, ut bestia scilicet tibi viderer, et ferro caput excideres meum, quod istos amatores tuos oculos gerit? Haec tibi identidem

ipsum ignem ignis totius deum f. ipsum deum ignis totius G. 2. P. D. *cutem* pro *cum te* β. *amor* pro *amator* G. 2. P. D. *invenit* Venet. 4. Bas. 1. *iniustus* Venet. 2. *inmixtus* p. *confertim* ante *exsiluit* addit O. *exilicit* G. 1. O. f. *congigis* D. a m. p. *concitus* pro *coniugis* Vicent. *advolarit* G. 1. 2. P. D. f. *evolavit* B. δ. p.

ac psyche δ. *dextero* F. 3. ed. Scriv. In cett. *dextro*. *arecto* G. 1. *exentionis* O. G. 1. cum glossa interlineari *portationis*. *ad pendix* G. 2. *adpendit* D. *appendio* B. *nublas* D. *extrema consequa* Grut. Susp. III. 14. emendavit atque sic ediderunt Wow. Elm. Pric. *sola* pro *solo* G. 1. a m. p. *deserit* D. *capressum* D. *denique* pro *deque* f. Venet. 4. *caccumine* D. *ego si quidem* δ. *Veneris* uncis incluserunt Wow. et Pric. *immemorque* Venet. 2. *memor* G. 2. a m. p. *devictam* G. 1. 2. P. D. O. δ. Bas. 1. *cupidinem* Venet. 4. Bas. 1. *vixerat* G. 2. *vinxerat* D. pro *iusserat*. *advelavi* D. *hoc feci* F. 1. 3. G. 1. Iunt. 2. *haec* G. 2. O. P. R. f. p. δ. *hic* in reliquis extat codd. et vett. *leviter*. *Scio et* G. 2. D. Olim Gruter. emendaverat *nequiter*. *sagiptarius* D. et Iunt. 1. *ut utia scilicet* D. *scilicet* abest a f. *ut bestia sc. ut* P. *videret* D. *exciderit* D. *excinderes* p. teste Pricaeo. *istos istos* G. 2. non male. *oculos tuos* p. *haec* bis legitur F. 1. 3. G. 1. 2. O. R. f. Iunt. 2. Elm. Scriv. Florid. *hoc* p. Ald. In cett. *hic*.

Cap. XXIV. *Consequia.* [Hoc vocabulum iure defendit Oud., pedisequam et Cupidinis quasi consequentiam explicans. Qui enim *consequa* probarunt ex analogia vocis *pedisequus*, non respexerunt, abstractum potius hic desiderari, quum *appendix* praecedat, nisi totum loci ordinem et tenorem disturbari velint. *Consequia* formatum puto, ut *exsequiae*, cuius quamquam singularis non invenitur, tamen *exsequia* prius extitisse consentaneum est, et *obsequiae*, si latinum est vocabulum.]

devinctam cupidine ... advolavi. Corrupta aliquot edd. lectio *devictam cupidine* Stewechium ad otiosam frigidamque coniecturam adegit: *dignam cupidine ... adulari tibi*, quod solerent antiqui exarare *deicnam* pro *dignam* et deponentia activa saepe forma proferrent. Verum istud et huc contra Mss. O. et dignitatem Dei atque ipsum fabulae argumentum intrudere, est mera innovandi et antiquata verba ubivis incalcandi prurigo.

ipse me telo meo percussi. [Fulgent. Mythol. III. 16. p. 716. et *magnificus iaculator ipse se suo telo percussit.*]

excideres. Exscinderes, quod in aliis codd. legi dicit Pricaeus, neque Oud. nec ego in ullo cod. invenimus, licet creberrima sit varietas. cf. Oud. ad Caes. B. G. VII. 50. [Buen. ad Lact. Institt. I. §. 8. p. 114. III. 2. p. 288. Gronov. ad Senec. de Clement. I. c. 1. p. 426. Ded. ad Dict. Cret. II. 16. not. crit.]

Digitized by Google

semper cavenda censebam, haec bene|vole remonebam. Sed illae quidem con- 365
siliatrices egregiae tuae tam perniciosi magisterii dabunt actutum mihi poenas, te vero tantum fuga mea punivero. Et cum termino sermonis pinnis in altum se proripuit.

CAPUT XXV.

Psyche vero humi prostrata, et quantum visi poterat, volatus mariti prospiciens extremis affligebat lamentationibus animum. Sed ubi remigio plumae raptum maritum | proceritas spatii fecerat alienum, per proximi fluminis mar- 366

sensebam d. removebam G. 1. *te monebam* coniectura est Sciopii et ediderunt Scriv. et Florid. *maisterii* G. 1. pro more suo. *dabant* p. *debent* D. *ad tutum* G. 1. cum glossa *cito* et D. *ad nutum* B. P. ex collat. Gruteri. cf. ad de Deo Socr. p. 161. *pennas* pro *poenas* D. *tue vero tantum* G. 1. a m. p. *et non tantum* D. *puniero* G. 1. a m. p. 2. P. D. *d. et* ante *cum* non comparet in edd. Beroald. Colv. Vulcan. Wow. Pric. *pennis* O. *premis* G. 1. a m. p. sed a m. s. *pennis*.

quantum visu poterat teste Elm. in P. desiderantur, sed in suis excerptis ut in *d. visu* tantum abesse Oud. dicebat. At uterque mihi errasse videtur, quum in G. 1. 2. D., quibuscum P. semper consentit, *visu poterat* non conspiciantur. In G. 1. et D. pro *quantum* legitur *quanto*. *visi* F. 3. p. Iunt. 2. Hoc equidem praetuli. Est enim pro *videri* et sententia eadem evadit. In reliquis Mss. *visu*. *suspiciens* B. *captum* ed. pr. P. *capta* edd. vett. praeter Iunt. 2. quae ut ceteri codd. omnes habet *raptum*. *procinctas* pro *proceritas* p. *alienam* D. *per* abest in *d.* et p., qui pro eo dat *et*.

remonebam. Oud. explicat *iterum iterumque monebam*. [Ita *referre* apud Virgil. Georg. I. 339. *sacra refer Cereri*. Quia tamen hic praecedat *identidem*, et *remonere* nusquam alibi inveniatur, nec etiam iunctum sibi casum, ut praecedens *tibi cavenda censebam*, secum habeat contra Apuleii morem, Oud. fatetur, se proniorem esse in Scioppii emendationem *te monebam*, si modo Mss. quidam addicant. Haec vero quomodo offendere Oud. potuerint miror. Saepius enim quae praepositione *re* exprimitur verbi significatio, in praegressis particula alia idem indicante repetitur: ut *rursus redire* alia, de quo usu dixi ad Met. III. p. 183. Deinde, quod ἅπαξ λεγόμενον est vocabulum et codd. in eo omnes perseverant, hoc argumento mihi est, eiiciendum non esse. Repetere denique personam *te*, plane superfluum videtur esse, quoniam praecedit.]

Cap. XXV. *prospiciens. Suspiciens*, quae lectio est cod. B., glossa videtur vel potius emendatio esse librarii, qui non intellexit, *prospicere* i. e. *sursum adspicere* significare. *Prospicere* contra magis probo, quia longinquitatis notio inest, de qua hoc potissimum loco agitur. Sic Met. VI. p. 583. In eo tamen Oud. erravit, quod *prospicere* idem esse, quod *suspicere* pronuntiat coll. Apul. Met. VI. p. 383. *prospecto templo quodam in ardui montis vertice*, quod ex humiliore loco ad superius viso explicat. Sed est, ut totus sententiarum nexus docet, e longinquo videre, et quia potissimum eae res procul adspici possunt, quae altissimae sunt, hinc necessarium non est, ut eas suspicianmus.] Similes huic sententiae locos comparat Grut. Susp. VIII. 12.: Ovid. Met. XI. 466—471. Heroid. VI. 71 sq. XIII. 15—24. Sulpic. Sever. Epist. 2. *Subito mihi in sublime sublatus eripitur, donec emensa aeris istius rastitate (cum tamen rapida nube subvectum acie sequeremur oculorum) patenti coelo videri ultra non potuit.*

remigio plumae raptum. [Temere interpretes aliquot hunc locum corrigere studuerunt, vel, ut Grut., *remigis plumae raptu* vel *remigio plumae captum* emendantes. *Remigium* enim de alis dictum est, ut saepius, cum comparatio inter navigandum et volandum veteribus sit usitatissima cf. Eurip. Iph. T. 264. πτεροῖς ἐρέσσει Lucret. VI. 743. Virg. Aen. VI. 19. Ovid. Met. V. 558. Sil. 12. 98. ubi cf. Dr. Serv. ad Aen. I. 224. Burm. ad Quint. Inst. VIII. 6. p. 735. Victor Varr.

Digitized by Google

ginem praecipitem sese dedit. Sed mitis fluvius in honorem dei scilicet, qui et ipsas aquas urere consuevit, metuens sibi confestim eam innoxio volumine super ripam florentem herbis exposuit. Tunc forte Pan deus rusticus iuxta
367 supercilium amnis sedebat, comple|xus *in calamo* Cannam deam, eamque

se pro *sese* G. 1. O. *praecipitantem* f. *in honore* p. *in odorem* Iunt. 1. *semel* pro *scilicet* p. *volamine* G. 1. 2. D. P. f. *orentem* pro *florentem* Elm. edit. vitiose. *paris deus* G. 2. *panis deus* D. *iuxta super supercilium* Venet. 2. Iunt. 1. 2. Aldin. *sudebat* pro *sedebat* Venet. 4. *complexus* abest a G. 1. *complexus haec* F. 1. 3. G. 1. 2. *hic* B. D. edd. vett. *homo Can.* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. et omnino deest in O. Vir doctus ad marginem Iunt. 2. emendavit *sinu ... Canam* F. 1. 3. G. 2. D. d. et G. 1. cum glossa interlineari: *deam semilem* Venet. 2. *cavam* d.

Lectt. XXV. 23. Heins. ad Ovid. A. A. II. 47. Ruhnk. Dict. ad Suet. p. 140. Kopp. ad Mart. Cap. II. §. 113. p. 153. Hemsterh. ad Lucian. in Tim. 40. p. 151.] Ceterum notandum est, *plumam* hic adhiberi de alis, quod negabat Bentl. ad Horat. Epist. ad Pis. 2., ut Met. VI. p. 423. *amator leris in pinnas se dedit.* Oxon. scribit *plumas* (qui tamen locus nihil probat, quum ibi omnes ceteri codd. *pinnas* praebeant.) *Raptum* denique est *ereptum*, *sublatum* [cf. Dr. ad Liv. III. 50. §. 8. Ovid. Met. XIII. 773.]

in honorem. Oud. adnotat, latinitatis iam depravatae hanc esse locutionem, cum aetatis quam dicunt aureae scriptores dixerint *honoris ergo* vel simili modo, alios etiam *in honore* coll. Duk. ad Flor. III. 20. §. 8. et vulgo apud Isidor. Origg. XV. 3. Ipse assentitur Wopkens. in Miscell. Observ. Nov. Vol. I. T. 2. p. 90. ad Septem. de B. T. L. V. c. 13. qui pronuntiavit, *in honorem* tantum non semper legi et librariorum culpa, si non ubique, certe plerisque locis deesse litteram *m.* cf. Struchtm. in Anim. p. 122. Opponi posse inscriptionem lapideam apud Fabrett. p. 202. *IN HONORE MEMORIAE* et Append. ad Marm. Oxon. p. 62. *IN HONORE. S. TRINITATIS*, nisi constaret, lapidarios saepius omisisse ultimum *M*, praesertim sequente eadem littera.

Pan deus rusticus. [Serv. ad Virg. Ecl. II. 31. *Pan est deus rusticus, in naturae similitudinem formatus ... Fistulam septem calamorum habet propter harmoniam coeli, in qua septem soni sunt* quod Isidor. Origg. VIII. 11. §. 81—83. accuratius exponit. Albric. de Imagin. Deor. IX. p. 914. ubi legendum: *Pan ab antiquis dictus fuit deus naturae.*]

sedebat. [*Sedere* hic est *feriari* cl. Victor. V. L. XVI. 20. Burm. ad Valer. Flacc. VI. 486. et ad Anthol. L. T. I. p. 260. ubi plura disputantur.]

complexus in calamo Cannam deam. Hunc locum ex coniectura ita restitui, quum quod nunc legitur in omnibus Mss. ferri nequeat: *Homo* vel *humo*, quod plurimi codd. habent, vitiosum esse Oud. bene intellexit, desiderans aliud quid, sive ad Cannam sive ad Pana pertinens, unde ipse emendavit: *hic domi* i. e. ubi sedes Deae Cannae erat ad ripam fluvii, vel *humidam*, etsi haud veram esse coniecturam ipse confitetur. Equidem quum diu in locum inquisivissem, nec quomodo sanari posset, intelligerem, doctrinam Bernhardyi in consilium vocavi, qui hâncce mecum communicavit sententiam: Legit enim *amplexus calamo Cannam deam*, ut sit eam carminibus laudare et praedicare et ita quasi eam amplecti, quia tibiae ipsae cannae fuerint factae. Hanc poeticam dicendi rationem doctissimam ab Apuleii ingenio non alienam esse sibi persuasit, nec ego repugno. At fortasse facilior est lectio *in calamo*, quam interpretes mutarunt, quia Canna dea ipsa erat calamus. Ita ludit Apuleius in duplici eiusdem significationis vocabulo. Rodius, interpres germanicus, hunc locum ita intellexisse videtur vertens: *er hielt seine geliebte Syrinx in dem Rohre umfasst, worein sie war verwandelt worden.* Ipse vero secutus est interpretem Francogallicum: et touiours amoureux de la Nymphe Sirinx, transformée en roseau.]

Digitized by

voculas omnimodas edocens recinere. Proxime ripam vago pastu lasciviunt comam fluvii tondentes capellae. Hircuosus deus sauciam Psychen atque

omninedas F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. In G. 1 extat glossa interlinearis *omnia manifestantes*. In reliquis *omnimodas*, quod praefero, vel si quid mutandum est, lego *omnigenas*. *recceinere* F. 3. G. 2. D. *rectinere* G. 1. *retinere* O. p. *d.* et edd. vett. praeter Iunt. 2. *tondendes* D. *tundentes d. tondente* G. 1. a m. p. *hyrcuosus* F. 3. G. 1. *hircuosus* F. 1. O. p. *hyrcosus* G. 2. D. *hircosus* P. p. p. Bis eod. p. excitabat per errorem Oud. Sed quoniam cum F. 3. saepissime congruit, consentaneum est *hircuosus* in eo legi. *hirtuosus* R. f. edd. vett. Colv. Vulcan. *Psychen* F. 3. Vicent. In cett. *Psychem*.

recinere. Bene iam Beroaldus monuit, legendum esse *recinere* sive canendo voces omnimodas reddere, nec *retinère*. Eundem errorem optime viri docti sustulerunt de D. Socrat. p. 164., *quam increpitu indignatum Amorem recinendo placasset*, ubi vulgo erat *retinendum*.

comam fluvii. [Poetice *coma fluvii* hic dictum est pro arbusculis et herbis, quae prope fluvium nascuntur cf. Colum. X. 277. *tellurisque comas sacris agitate canistris*. Ovid. Amor. III. 10. 12. *falce coloratus subsecuitque comas*. At saepius de foliis arborum quae, ut comae hominibus, earum sunt ornamenta, Elmenh. in ind. affert Hieronym. epith. Nepotiani c. 3. *comae arborum*. Pacian. Epist. 3. ad Simpronianum *palmetum crines* Priscian. Medic. 4. *coma hyssopi*. Plura eius significationis exempla praebebit Heins. Advers. XII. 2. p. 211. Cort. ad Lucan. III. 443. Ita legendum puto apud Virgil. Ecl. V. 34.

Crinis ut arboribus decori est, ut vitibus uvae
Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis.

Vitis, quod codd. praebent, duplici de caussa ferendum non est, primum quod *arboribus* non respondet, quum non omnibus arboribus, sed populo tantum atque ulmis vites adnecti solerent, *vites* vero, *greges* et *arva totum* genus significant, cui honorificum quid esse commemoratur. Deinde talia ut istarum rerum honores enumerantur, quae ex iis ipsis prognata sunt, earum propria. *Crinis* coniectura a Mss. vestigiis non ita multum recedit cf. Censuram meam de Virgil. ed. Forbiger. in Iahn. Annal. T. XXVI. fasc. 2. p. 162 sq.]

hircuosus. [Haec optimorum codd. est lectio, quam in textum recipiendam esse duxi, praesertim quum ceteri quoque *hircosus* praebeant. Quae mea sit de his adiectivorum formis in *osus* et *uosus* terminantium sententia, prius iam p. 350. exposui, ut *hircuosus* per latinitatem reprehendi nequeat. Oud. vero praetulit *hirtuosus* s. *hirtosus*, quod in codd. R. f. et aliquot edd. legitur. Duo vero obstant, quin hoc vocabulum comprobem. Primum enim plane novum est, nec uspiam alias reperitur, quod quidem me in Apuleio non offenderet, nisi facilior et frequentior esset litterarum *c* et *t* in Mss. confusio, ut scripturam *hirtuosus* a librariorum levitate profectam esse lubentius putaverim: deinde per analogiam ne formari quidem ita posse persuasum est. Ab *hirtus* enim peti *hirtuosus* plane inauditum est, quum, quod equidem sciam, ab adiectivis aut verbis nunquam repetantur formationes in *osus*, sed omnes a substantivis. Haec me commovent, ut *hircuosus* retineam. Oud. id solum impedimento est, quod ea vox ubique in malam partem ponatur pro foetido vel libidinoso; coll. Intt. ad Plaut. Merc. III. 3. 14. ad Suet. Tiber. c. 45. de qua significatione praeterea cf. Lindenb. ad Censor. de D. Nat. c. 14. p. 100. ed. Lugd. Taubm. ad Plaut. l. c. p. 923. Plum. ad Pers. Sat. III. 77. p. 286. Intt. ad Fest. T. II. p. 448. Lindem. At *hircosum* cum reliquis interpretibus non explico, Pana dictum esse propter hircina cornua et pedes, sed propter lascivitatem satis notam. Ovid. Fast. II. 331 seq. Isid. VIII. 11. 82. 83. et 103. Hartung. in libro: *Relig. d. Röm.* T. II. p. 183. Pan enim lascivus hic significatur, quod eo ipso momento, quo Psyche accesserat, deam Cannam complexus res amatorias tractavit, et seqq. verba totaque eius ad Psychem allocutio testificantur, eum puellae pulchritudine captum statimque libidinosum fuisse. Barthius Advers. XXXIV. c. 15. ait, in membranis esse

defectam, utcunque casus eius non inscius, clementer ad se vocatam sic permulcet verbis lenientibus: Puella scitula, sum quidem rusticanus et upilio, sed senectutis
[170] prolixae beneficio multis experimentis instructus. Ve|rum si recte coniecto, quod profecto prudentes viri divinationem autumant, ab ipso titubante et saepius vacillante vestigio deque nimio pallore corporis et assiduo suspiritu, immo et ipsis moerentibus oculis tuis amore nimio laboras. Ergo mihi ausculta, nec
368 rursus praecipitio vel ullo mortis arcessito te genere perimas. Lu|ctum desine et pone moerorem; precibusque potius Cupidinem deorum maximum percole, et utpote adolescentem delicatum luxuriosumque blandis obsequiis promerere.

CAPUT XXVI.

Sic locuto deo pastore nulloque sermone reddito, sed adorato tantum numine salutari Psyche pergit ire. Sed ante quam multum viae laboranti ve-

inscia G. 1. a m. p. *dementer* Venet. 2. *fatula* pro *scitula* G. 1. cum glossa interlineari *pazarella*. *quidam* δ. *upilio* F. 1. 3. p. *uopilio* Iunt. 2. In cett. *opilio* extat. *prolixo* G. 1. 2. D. P. δ. *prolixa* f. *prudentis* G. 2. P. D. *suspiratu* P. B. ed. pr. Vicent. (ubi vir doctus emendat *suspiritu*) Iunt. 1. Ald. Colin. Basil. et ita habere testatur collat. ad marg. ed. Colv. F. 1., cuius excerpta apud Oud. legunt *spiritu*. *et in ipsis* δ. *nec etipsis* D. Pricaeus coniecit *et istis* alius *ex ipsis*. *mentibus* pro *moerentibus* Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. ex compendio *me'ntibus*. Vir doctus ad margin. ed. Iunt. 2. emendat et Pricaeus *marcentibus*, quod Oud. comprobat coll. Met. III. p. 199. 211. X. p. 681. *laboris* D. *te*, quod ante *rursus* in plurimis libris extat, desideratur in G. 1. 2. D. Vicent. *praecipio* G. 1. a m. p. et Iunt. 1. *vel nullo* G. 1. *accesito* G. 1. *accersito* B. *arcesito te genere* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. f. p. Ald. Vicent. et omnes edd. vett. usque ad Bas. 2. In Bas. 2. vitio operarum elapsum hoc pronomen modo esse videtur. *Luctam* Elm. habet vitiose. *Cupidinem* ut superfluum deleri iussit Scriverius. *maximus* Vicent. *percolo* Iunt. 2. *upote* G. 1. a m. p. *luxuriosamque* D. *lusuriosumque* G. 1. *promere* Bas. 1.

dee D. *nullo* non addita particula *que* G. 1. B. Iunt. 1. 2. Ald. Basil. 2. Colv. Vulcan. 2. contra sententiarum nexum. Abesse possit particula, si Psyches nomen praecessisset. *nomine* F. 3. G. 1. 2. D. P. B. M. δ. β. p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 1. Paris. *perdit* (nec *prodit* ut in excerptis Oud. est) G. 2. D. P. *sed antequam multum* F. 3. G. 2. D. B. Oud. de cett. codd. nihil affert, nisi quod F. 1. et p. *sed aliquam multum* habeant. Omnes edd. vett. B. accedunt. *antaquam multum* G. 1. *iubanti* pro *laboranti* Vulc. 2.

hircicosus, unde effingit vocem auctore, ut existimat, non indignam, *hircicrus*. Sed haec omnia non satisfaciunt, quia nec de pedibus hircinis nec de hirsutia Fauni hic sermo esse potest, taliaque omnia sunt superflua. Quoties in Mss. haec vocabula confundantur, unum argumento est exemplum *hircipilus* et *hirtipilus*, de quibus cf. Voss. Etymol. s. v. *hirtipilus*.]

defectam. [Absolute sic saepius utitur Apuleius voce *defectus*, ut aegrum et defessum significet. cf. Met. V. p. 360. *marcido pallore defecta* p. 361. *lapsa salute, defecta*. VV. DD. de hoc usu egerunt plurimi cf. Heins. ad Ovid. Fast. III. 674. Burm. ad Val. Flacc. II. 489. Cort. ad Lucan. I. 695. Dav. ad Cic. de Nat. D. II. 44. Bach. ad Ovid. Met. IX. 154. cf. ad Met. VI. p. 383. VIII. p. 560. IX. p. 609. et p. 615. Plura qui desiderat cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 961.]

arcessito te genere. [Mirum est, quomodo pronomen *te* in una eademque sententia bis repeti potuerit, prius ante *rursus*, posterius ante *genere*. Oud. putat, *te* hic scriptum esse pro *tae*, notâ variae lectionis *arcessito* vel *arcessitae*, quod genus et casum praefert cum Barth. Advers. XX. 15. Equidem hanc sententiam non comprobo. Dictum enim est per enallagen pro *mortis accersito genere*, magisque respondet dictioni Apuleianae. Aliquot codd., qui prius *te* omittunt, auctoritatem secutus, *te* ad sequens *genere* revocavi, qui error forsitan ita explicandus est, ut librarii offenderent in pronominis positu, quod ad sententiam aptius principio enunciationis ponendum erat.]

obsequiis promerere. [De hoc loco agit accuratius Markl. ad Stat. Silv. I. 1. 61. p. 203.]

Cap. XXVI. *sed ante quam multum*. [Ita ex optimis codd. et edd. fere omnibus restitui contra Oud. sententiam, qui cum Gronov. ad Gell. III. 10. *sed quum*

stigio pererrasset, inscio quodam tramite iam delabente, accedit quandam civitatem, in qua regnum maritus unius sororis eius obtinebat. Qua re cognita Psyche nuntiari praesentiam suam sorori desiderat: mox inducta, mutuis amplexibus alternae salutationis expletis, percontanti caussas adventus sui sic incipit: Meministi
| consilium vestrum scilicet, quo mihi suasistis, ut bestiam, quae mariti men- 369
tito nomine mecum quiescebat, priusquam ingluvie voraci me misellam hauriret,

delabante φ. *maritus* abest a P. *uncius* D. *soror* pro *sorori* p. *mutuis amplexibus alternae salutationis* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. f. φ. *d.* π. Iunt. 2. In cett. et in F. 1. teste Elm. *alternis amplexibus mutuae salutationis. percuntatim* R. Pro *incipit* Colv., cui Elm. Vulcan. 2. Florid. alii obsequebantur, emendat *infit*, quod tamen minime est necessarium. cf. Mel. VI. p. 408. VII. p. 499. ubi frustra Pricaeus *infit* praefert et alibi saepius. *consilium tuum* R. f. *si* pro *scilicet* P. quod omnino abest a f. *quomodo mihi* G. 1. f. *quo mihi scilicet* p. *d. suasisti* f. *suastis* Venet. 2. Iunt. 1. *suasti* p. *quiescebat* G. 1. *quam* pro *priusquam* p. *missellam* G. 1.

aliquam multum viae legit; quae scriptura deinde a Ruhnkenio in textu posita est. Dicit enim Oud. vulgatam lectionem a communi sensu abesse, unde iam emendavit Wasse *ubi aliquam multum viae* vel *ante aliquam multum*. Ego quid difficultatis in codd. lectione insit, non video.]

laboranti. Inconcinne viri docti hunc locum coniecturis vexarunt. Colvius enim emendat *labascenti*, Vulcan. *labanti*, et Pricaeus in eo erravit, quod *laboranti* exposuit *festinanti*. Est enim titubans et vacillans, quae praecedunt, seu labascens et *labans*, cum quo aliquoties confunditur, ut Lucan. VII. 521. Dr. ad Liv. XXII. 61. De *laborare* Oud. excitat Duk. ad Flor. I. 12. *laborat fides annalium*, Burm. ad Petron. c. 115. *laborat carmen in fine*, et *laborare* sexcenties in proelio dici milites pressos, fatigatos et in fugam nutantes, bene adnotavit. [Plurima commiscuit Elm. in ind., qui haec profert: *laborans vestigium* difficile. Sic *artes laboriosae* Firmic. Astron. IV. 8. quae circa ignem ferrumque versantur. Et Ruffin. in Ioseph. VIII. 2. *laboratores* operarii difficilis laboris, Gallus apud Non. p. 133. *laboriosus locus*, in quo laboratur. Sidon. Apoll. Epist. VI. 11. *laboriosum* pro misero ponit. Et apud Terent. Andr. IV. 3. 5. *labor* pro dolore. Glossae Philox. p. 128. *laboriosus* κακοπαθής. cf. Cort. ad Lucan. II. 317.]

tramite iam delabente. Hoc exponunt interpretes *tramite declivi*, quod unquam dici posse Oud. negavit, cui nullum exemplum in promtu est, ubi *delabens trames* pro declivi ponatur. Offendit deinde in vocula *iam*, quam dicit intelligi posse: *vestigium iam delabens per inscium tramitem.* Verum quum non ita loqui soleat auctor, ei dubium non est, quin vera sit ingeniosissima Barthii coniectura non tam ad Stat. Theb. I. 343. *iubare delabente* vel *iubare iam delab.*, quam ad vers. 559. *iam die labente*, licet et *iubare delabente* se satis probet i. e. *sole iam occidente*. Haesitat tamen ipse, an dici queat *labi* de vespere. [De stellis ego dictum inveni. cf. Prop. IV. 4. 64. *Ipsaque in Oceanum sidera lapsa cadunt.* An de die ipso dici queat, ego quoque dubito. [At hoc ingenue confitendum est, dictionem *trames delabitur*, si quidem probari possit, plane esse inauditam nec analogia quidem posse stabiliri. *Iam* vero bene potest explicari. Hoc enim semper tenendum est, arcem Cupidinis in excelsi montis iugo exstructam fuisse, ad quam via inveniri non poterat; unde Amor Zephyro praecepit, ut sorores Psychae ad colloquium arcesseret. Zephyri flatibus eae semper humi sistuntur, unde necessarium erat, Psyche, si ad civitatem sororum pervenire vellet, monte altissimo descenderet. Ignotus igitur erat trames, quia Psyche eum non viderat, et ille iam delabitur, quia de montis iugo in planitiem descendit. In ipsa igitur enunciationis significatione nulla inest difficultas, nisi quod verborum usus adversatur.]

quo mihi suasistis. [Modius ad marg. ed. Colv. haec verba pro glossemate vult exstirpari, quod praeter eum nulli interpreti ita visum est. Equidem cum codd. omnibus verba retineo.]

ancipiti novacula perimerem. Sed cum primum, ut aeque placuerat, conscio lumine vultus eius adspexi, video mirum divinumque prorsus spectaculum: ipsum illum deae Veneris filium, ipsum, inquam, Cupidinem leni quiete sopitum. Ac dum tanti boni spectaculo percita, et nimia voluptatis copia turbata fruendi laborarem inopia, casu scilicet pessumo lucerna fervens oleum rebullivit in eius humerum. Quo dolore statim somno recussus, ubi me ferro et igni conspexit armatam: Tu quidem, inquit, ubi istud tam dirum facinus, confestim toro meo diverte,

ancipi Venet. 2. *utique* F. 1. Vulcan. 2. Elm. Scriv. *utraeque* Bas. 2. In cett. omnibus equidem inveni *aeque* i. e. ut convenerat inter nos, ut aeque mihi ac vobis placebat. *consilio lumine* O. *censio* G. 1. a m. p. cum glossa *aperte*. A m. s. est *consio*. *virum* pro *mirum* G. 1. O. *levi* G. 1. a m. p. et D. *quieti* I. *parcita* G. 1. *voluntatis* G. 2. p. d. f. Iunt. 2. *voluntate corporis* G. 1. [cf. Beier. ad Cic. de Amicit. c. 16. §. 4.] *voluptate corporis* O. *tributa* d. a m p. *laborem* f. *pessumo* F. 3. G. 1. a m. p. G. 2. a m. p. In cett. *pessimo*. *rebulluere* G. 1. (in Oud. excerptis erat *rebullivere*). *rebullitum* p. *ebullivit* Wow. et Pric. pessime contra Mss. dant. cf. ad Met. I. p. 45. IV. p. 257. *qui dolore* G. 2. D. *nisi* pro *ubi* f., compendiis saepius mutatis ꝛ i. e. *ubi* et ꝑ i. e. *nisi*. *ignis* G. 2. *tua quidem* O. *inquit* delet Schott. Observ. IV. 4. *ubi istud tam dirum* F. 1. 3. p. et omnes edd. vett. *abi istud* G. 1. 2. D. O. f. d. et vir doctus in marg. Vicent. *illud* Vulc. 2. In cett. extat *ob*. *diverte* G. 1. 2. D. f. d. *divorte* in F. 3. est a manu emendatrice. In cett. *divorte*.

conscio lumine. [Passim res inanimae sed praesentes *consciae* dicuntur, quae quasi testes rei sunt cf. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. XV. 138. p. 89. Dr. ad Sil. III. 399. Heins. ad Ovid. Met. VI. 588. Cort. ad Lucan. I. 20. Bach. ad Ovid. Met. II. 438. Apul. Apol. p. 467. Ita apud Lact. Placid. Narr. fab. L. IV. 4. p. 811. legitur: *poma quae gerebat alba in conscium vertit colorem*, quod frustra tentant Iott. Munker. emendavit *puniceum*, ego si quid mutandum est, velim *sonticum* vel *noxium*. Noxius enim color hic puniceus est, quia sanguis vesti Thisbae adspersus caussa necis Pyramo fuit cf. Gloss. Gr. Lat. p. 410. βλαβερὸς sons, nocens, sonticus. Sed *conscius* potest defendi; est enim idem, quod *reus* cf. Plaut. Mostell. III. 1. 13. *Nihil est miserius, quam animus hominis conscius* Senec. Herc. fur. III. v. 692. *pudorque serus conscios vultus tegit*.]

adspexi, video. [De discrimine utriusque vocabuli, et qua ratione hoc ipso loco intelligenda ea sint, videas Bach. ad Ovid. XV. 577., qui de nostro loco agit et Doed. Synonym. T. IV. p. 310.]

ob istud tam dirum facinus. Sic Colvius non dubitavit reponere, cum ubique vulgaretur *ubi istud*. Et ita etiam Lipsius ad Tac. Ann. I. 16. Sequentes Colv. edd. hanc lectionem receperunt et suffragantur plures codd. Schottus Observ. IV. 4. insulse coniecit: *hui tam dirum facinus* sc. ausa es. Et sane sic Venus indignans filio ait p. 374. *honesta quidem haec et natalibus nostris congruentia* scil. *facis*. Oud. explicat lectionem *ubi istud tam dirum facinus* ita: *ubi istud tam dirum facinus* (sc. ausa es), *confestim diverte*, pro *quandoquidem*, quamquam ipse in praepositione *ob* acquiescit. [Et facillimo sane modo corruptela haec explicari potest. Quum enim *i* littera sequatur, factum est, ut adhaereret priori vocabulo, quod in *obi*, dein in *abi*, denique in *ubi* permutari posset. Sed vellem, in sua sententia perstitisset Oudend., quae mihi quidem omnium probabilissima videtur esse, potissimum ubi sermo inducitur irascentis et indignantis. Ellipsis enim verbi *faciendi* et *agendi* frequentior est, quamquam hoc confiteor, non ita esse usitatum, ut priore sententia omittantur, sequente altera. cf. Dav. ad Cic. de Nat. D. III. 6. p. 511. Creuz. Rost. Opusc. Plaut. p. 269., qui tamen diversa miscuit et praeceteris Rupert. in ind. Lat. Tacit. s. v. *Ellipsis* p. 814 sq. Probabilius enim est, librarios *ubi* particulam, quam non intellexerunt, commutasse in *ob* satis tritum, quam vice versa.]

diverte. [Hanc scripturam, quae ab optimis codd. comprobata, et in F. 3. a manu modo secunda emendata est, recepi, quum antiquam, quae dicitur, huius vocabuli formam *divorto* in hac potissimum significatione praetulisse videantur Iott., forma vocis *divortium*

itized by Google

tibique res tuas | habeto. Ego vero sororem tuam (et nomen, quo tu censeris, aiebat) iam mihi *farreaciis* nuptiis coniugabo. Et statim Zephyro praecipit, ultra terminos me domus eius efflaret. 370

et nomen in G. 1. non est nisi a m. s. *tu* abest a B., unde Scriv. uncis inclusit. *mihi* non comparet in P. *arreat his nuptis* F. 3. p. *arreptam his nuptit* F. 1. *arreaticiis* P. ex coll. Oud. Sed in coll. Grut. legitur *arreathiis*, quod idem habet B. *arra atque hiis* vel *his* edd. vett. *ac hiis δ.* In G. 1. 2. O. D. R. f. haec omnia omittuntur, quippe legentes: *aebat his nuptiis. nubtiis* P. *coniungabo* D. *afflaret* G. 1. 2. O. D. p. *δ. domus* ed. Pric.

decepti. Saepius vero idem eadem in formula inveni. cf. Ulpian. Dig. IX. 2. 27. fin. *Sive deverterit sive nupta est mulier.* Gell. IV. 3. A Florent. 3. hac in re numquam discessi, qui in orthographia constituenda omnium codd. accuratissimus est, praesertim quum etiam G. 1. 2. cum eo consentiant.]

tibique res tuas habeto. Formula solemnis est divortii. Elm. excitat Matthaeum Monachum in Quaestionibus matrimonialibus f. 507. *εἰ γὰρ καὶ πάλαι τοῖς ἀνθρώποις ἐξῆν καὶ ἐκ τῶν παλαίων νόμων καὶ ἐξ ἔθους μακροῦ ἀναιτίως λύειν τὰ συνοικέσια, ὥστε λέγειν τὸν ἄνδρα τῷ ὁμοζύγῳ: ΓΥΝΑΙ ΠΡΑΤΤΕ ΤΑ ΣΑ καὶ ταύτην ἐκείνῳ: ΑΝΕΡ ΠΡΑΤΤΕ ΤΑ ΣΑ, καθὰ δὴ καὶ' τοῖς τῶν Ἑβραίων ἀνδράσι πάλαι νενεμοθέτητο, βιβλίον πέμπειν ἀποστασίου τῇ γυναικὶ, ἀλλὰ τὸ νῦν εἶναι τοῦτο παρὰ Χριστιανοῖς ἀνήρηται* et Zonar. in Can. Concil. Trull. 87. et Brisson. de formul. VIII. p. 725. [Plurima dabit Schott. in Observ, IV. 4. p. 186 sq.]

et nomen, quo tu censeris, aiebat. Mirum est, quomodo locus sanissimus torquere ita potuerit interpretes. Beroaldus haec inepte profert: quasi dicat: Tu diceris Psyche, quod anima sonat, illa mihi erit anima et vita. Plautus ait *amicam animam esse amanti*, vel sicut tu nomine uxoris et matris familias censeris, hoc est, in pretio es apud me: eodem hoc nomine sororem tuam mihi copulabo, ut illa mihi sit uxor, et mater familias. Beroaldi allucinationes reiiciens Oud. corruptum sibi videri locum pronuntiavit, legendumque vel cum Lipsio ad marg. ed. Colv. *in nomen*, sive ut gerat tuum *Psyches*, aut etiam *uxoris meae* nomen. Sic passim *adoptare, adsciscere in suum nomen* dici; vel *et nomine* sive etiam nomine eodem. Hinc idem *aiebat* plane superfluum hic esse dixit, praecedente iam verbo *inquit*, et per idiotismum explicavit loquendi, praesertim in ore puellari. [Quam inconsiderate omnia haec pronuntiata sint, quisque intelliget. Locus parvis unciolis optime sanatur. Verba enim: *et nomen, quo tu censeris, aiebat* non Cupidinis sunt, sed Psychae et parenthesi addita. Necessarium enim erat, ut Psyche haec adiiceret, quia duae erant eius sorores, quarum utram Cupido significasset, verbis *tuam sororem* non indicatum erat. Eo, quod Psyche sororis ipsum nomen a Cupidine nuncupatum fuisse dicit, eo fidentiorem eam reddidit. Ita sequentia melius respondent: *accipe me, Cupido, dignam te coniugem et tu, Zephyre, suscipe dominam.*]

farreaciis nuptiis. [Corruptissima est, quae in omnibus libris extat lectio, et diversa ratione VV. DD. loco mederi studuerunt. Wower. emendat *arra et nuptiis coniugabo*, Elm. cum aliis *arra atque his nuptiis coniugabo;* probabilissima Merceri ad Tac. Ann. IV. 16. coniectura omnibus visa est editoribus, quam ab Scriverio inde plures in textu receperint: *confarreatis nuptiis.* Etiam Oud. et Orell. hanc emendationem sunt secuti. Nec negandum est, ita fere omnia bene procedere. Minatur enim Cupido, se sororem Psyches in matrimonium ducturum esse idque legitimum, quum Psyche ipsa iure cum eo iuncta non fuerit. Idque pronuntiat seqq. Venus p. 397. *Impares enim nuptiae, et praeterea in villa sine testibus et patre non consentiente factae, legitimae esse non possunt videri.* Per *confarreationem* vero fiebant nuptiae iustissimae, et sanctae. cf. Münter. de matrimonio rom. in specie de confarreatione Götting. 1787. Confarreatio enim fiebat, cum certis

Digitized by Google

CAPUT XXVII.

Necdum sermonem Psyche finierat, illa vesanae libidinis et invidiae noxiae stimulis agitata, praeconcinnato mendacio fallens maritum, quasi de morte parentum aliquid comperisset, statim navem ascendit; et ad illum scopulum protinus pergit, et quamvis alio flante vento, caeca spe tamen inhians: Accipe me, dicens, Cupido, dignam te coniugem, et tu, Zephyre, suscipe dominam, saltu se maximo praecipitem dedit. Nec tamen ad illum locum vel saltem mortua pervenire potuit. Nam per saxa cautium membris iactatis atque dissi-
[171] patis, et | proinde ut merebatur laceratis visceribus suis, alitibus bestiisque obvium ferens pabulum interiit. Nec vindictae sequentis poena tardavit. Nam Psyche rursus errabundo gradu pervenit ad civitatem aliam, in qua pari modo
371 soror morabatur alia. | Nec secius et ipsa fallacie germanitatis inducta, et in

sermonem f. psychē D. *vexane* G. 1. *vesaniae* Vulc. 2. Elm. Scriv. *freconcinnato* F. 1. 3. G. d. a m. p. *et reconcinnato* G. 2. P. D. Wow. Pric. *reconcinnato* non addita particula *et*. F. 1. et G. 2. in excerptis Oud. Scriv. Florid. In cett. *praeconcinnato* et in ed. Elm. vitiose *et reconcinnato. conscendit* G. 1. O. Wow. Pric. Oud. de *ascendit* comparat Frontin. IV. 7. §. 31. Phaedr. IV. 21. 9. ibique Burm. *statim pergit* F. 1. Stewech. *pergit* pro adulterino habet. In cett. omnibus legitur *protinus. allio* G. 1. *alieno vento* non male Pricaeus coniecit. *flante vento* F. 3. G. 1. 2. D. f. *vento stante* Elm. vitiose habet. In cett. *vento flante. ceca spe* in G. 1. nonnisi a m. s. est. *tamen hyans* G. 1. *me* abest a G. 1. O. *cautum* G. 2. P. D. et G. 1. a m. *s. proinde ut* F. 3. G. 1. B. *d.* p. O. P. Elm. Scriv. In cett. est *perinde.* cf. Met. V. p. 342. *atque bestiis* G. 1. *interit* Venet. 4. Bas. 1. *Nam vindictae* Elm. vitiose nec a librario diligentissimo in coll. F. 3. correctum est. *psychē* G. 2. D. *rursus errab.* F. 3. G. 1. 2. D. f. In cett. *errabundo rursus. pari domo* Colv. frustra coniecit. *sectius* p. *secus* Iunt. 2. *et ista* P. in cett. omnibus *et ipsa. fallaciae* omnes edd. vett. praeter Venet. 4. *fallacia* O. et ita correctum est a viro docto in marg. ed. Vicent. *fallem* P., quod puto fuisse *falle*; nam ita in G. 2. et D. scriptum est. *educta* G. 1.

verbis et decem testibus praesentibus, solemnique sacrificio facto, in quo panis farreus adhibebatur, mulier in manum viri conveniebat. Et hic modus in sponsalibus religiosissimus fuit. cf. Hotmann. de vett. ritu nuptiar. c. XX. in Graev. Thes. Antiqq. VIII. p. 1128. Stewech. ad Arnob. p. 103. ed. Lugd. Rost. Comment. Plaut. T. I. p. 67. Eggers in libro: *Ueber das Wesen u. d. Eigenthüml. der altrömischen Ehen mit* manus p. 63. f. Becker. Gallus T. I. p. 15 sq. Haec quum per se probentur, in eo tamen haereo, quod haec emendatio Meursii nimis procul a vestigiis Mss. recedit. Equidem lego *farraceis* s. *farreaceis* Dionys. Hal. II. 15. dicit: *ἐκάλουν τοὺς ἱεροὺς οἱ παλαιοὶ γάμους Ῥωμαϊκῇ προσηγορίᾳ παραλαμβάνοντες φαρρέακια* (alii habent *φαρρεάκια*) *ἐπὶ τῆς κοινωνίας τοῦ φαρροῦς, ὃ καλοῦμεν ἡμεῖς ζέαν.* Prisco igitur vocabulo has nuptias Apuleius appellavit. In lexicis hoc vocabulum desidero. Altera quoque emendatio *arrheaciis*, quam prius feci ad Mss. vestigia quam accuratissime, defendi possit. Sponsalibus enim peractis solebant arrhae quaedam intervenire, quae a sponso sponsae dabantur, in testimonium et quasi pignus de futuris inter eos nuptiis factae sponsionis cf. de hoc ritu quae fusius exponit Hotmann. l. d. c. X. p. 1118. Sunt igitur *nuptiae arrheaciae*, quas sponsalia praecedunt, eaeque legitimae et iustae. Saepius haec *confarreatio* et *confarreatus* vocabula in Mss. corrupta sunt. cf. Isid. Gloss. p. 673. ubi hodie legunt *conferiatus sociatus* pro *confarreatus* ut in seqq. extat p. 674. *confarreatus consocintus* et p. 676. *confarreatio consacrorum communicatio.*

Cap. XXVII. *fallacie.* Ita in optimis et longe plurimis codd. scriptum est, quum edd. vett. omnes frequenti errore *fallaciae*, Oxon. cod. a manu emendatrice *fallacia* habeant. Sed hac terminatione in *es* primae declinationis vice aliquoties usus est Apuleius, quamquam fere semper eam correxerunt librarii et interpretes. Ita dixit *minutiem* Met. IX. p. 645. XI. p. 780. *saevitiem* Met. VI.

sororis sceleratas nuptias aemula festinavit ad scopulum, inque simile mortis exitium cecidit.

CAPUT XXVIII.

Interim dum Psyche quaesitioni Cupidinis intenta populos circumibat,

festinante ad B. *festinat δ. inque consimile* B. Wow. Pric.

Interdum emendat Colv. et ita quoque F. 1. dare videtur, de quo tamen non persuadetur. In cett. enim codd. et edd. vett. invenitur *interim dum*. *Interimdum* O. *dum* vir doctus quidam delebat, pro quo *de* habet cod. f. *psychē* D. *quaestioni* G. 1. a m. p. *δ.* Iunt. 2. Ald. *intempta* G. 1. *circumibat* F. 3. In cett. *circuibat*.

p. 419. alia cf. ad Met. IV. p. 298. [Voss. Arist. I. p. 415. ibique Förtsch. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 117.]

sceleratas. Stewech. ad Met. X. p. 730: *sceleratas heredilates* coniecit, hic legendum esse *celeratas*, quod Oud. improbat, quum sceleratae hic appellentur nuptiae, quae non sine scelere disturbatae sint (ut iam ante Oud. exposuit Barth. Advers. VII. 19. p. 349.) nec sine scelere per sororem appeti queant. [Hanc quoque Oud. explicationem non omnino probo, quae quamquam per sententiam ferri potest, tamen ex vocabulo ipso nequit effici. *Nuptiae sceleratae* hic sunt alieno scelere pollutae *μιαιφόναι*. cf. Virg. Aen. II. 60. *omnibus idem animus scelerata excedere terra*. VI. 573. *sceleratum limen*. cf. Iutt. ad Virg. Aen. II. 576 Melius fortasse explicari possunt *infelices* et *miserae*, quae ipsius Psyches scelere magna calamitate et poena quasi sunt pressae. Scelesta enim curiositate sua Psyche nuptias suas contaminaverat. De vocis significatione cf. Ruhnk. Dict. ad Suet. Claud. c. 1. p. 292. ad Albin. Eleg. 135. p. 122. Munk. ad Hyg. CCXLIX. p. 358. Duk. ad Flor. I. 12. p. 96. Burm. ad Quint. Decl. X. 6. p 218. ibid. 12. p. 224. *nihil est sceleratius prudenti orbitate*.]

cecidit. Barth. Advers. VII. 19. p. 349. Apuleium *cadendi* verbo putat prisca ratione usum fuisse, qua *obire*, *interire* significet. Quod quamquam negari non potest ex usu loquendi, multisque exemplis, quae a Barthio adiecta sunt, comprobatur, hic tamen defendi nequit, quia seqq. *in simile mortis exitium* propria sua vi vocabulum hic sumendum esse docent.]

Cap. XXVIII. *circumibat*. [Ex sola F. 3. cod. auctoritate hanc scribendi rationem Apuleio ubique vindicavi, quum quos ego conferre potui, reliqui codd. semper alteram scripturam praeferant, de suis Mss. Oud. taceat. Magna enim lis est inter viros doctos, utra scribendi ratio praeferenda sit, et plerique in ea acquieverunt sententia, utrumque recte scribi posse, formam vero *circuire* rectius pronuntiari. Quae eadem est Baumgart.-Crus. in ind. Suet. s. v. sententia, qui in scribendo litteram *m* potius addendam esse iudicat cf. Kritz. ad Sall. Iug. XLIX. §. 2. qui plura affert, Burm. ad Suet. Ner. c. 19. Aliter dicit Oud. ad Frontin. II. Strat. 3, 3. *circumire* et *circuire* veteres scripsisse et utrumque in antiquissimis codd. reperiri. Dr. ad Liv. VII. 34. §. 15. XXVI. 29. §. 3. XXIV. 9. §. 6. Quae Forcellinius in lexico s. v. proponit argumenta: melius scribi *circumire*, quia plenius et sonantius sit, tum quia servetur in *circumaro*, *circumequito*, *circuminvolvo*, tum demum quia usitatius sit veteribus, praepositionem consonantes litteras in compositione servare, haec omnia mihi videntur esse levissima, nec omnino usu comprobari posse. Equidem aliter plane sentio. In omnibus enim, quos optimos conferre potui veterum codd., ubiubi legitur verbum *circumire*, discrepantia invenitur scripturae, et locupletissimi quique fere semper *circumire* retinent. cf. Dr. ad Liv. III. 6. §. 9., ut apud Livium, Tacitum, Frontonem, et negligentia quadam factum videtur esse librariorum, ut saepius littera *m* absorberetur, quippe qui putarent, ele-

Digitized by Google

at ille vulnere lucernae dolens in ipso thalamo matris iacens ingemebat. Tunc avis peralba illa Gavia, quae super fluctus marinos pinnis natat, demergit sese propere ad Oceani profundum gremium. Ibi commodum Venerem lavantem natantemque propter adsistens, indicat adustum filium eius, gravi vulneris

at delent Sclepp. Grut. Susp. VIII. 2. Wow. Pric. Elm. Florid. *ille* perperam Elm. Scriv. *gravia* Venet. 2. *gaudia* p. *marinos* delet *d*. *pennis* G. 1. a m. p. *d*. *prope* O. *oceani* G. 1. *Oceanum* p. *proffundum* G. 1. *Veneri lacanti natantique* G. 1. 2. P. f. R. D. *d*., sed in G. 1. est *nactanti* et in D. *naturantique*. *Venere* extat in Elm. ed. vitiose. *natamque* p. *per adsistens* f. *d*. *assistentes* D. *vulnerum* G. 1. O. *vulnere* B. Vulc. 2. ed. pr.

gantius ita sonari. Hinc puto, codd. auctoritati hac in re obtemperandum esse, quod certa norma, ex qua tota res possit diiudicari, inveniri nequit. Idem incidit in scripturas *circuitus* et *circumitus*, quarum priorem, si qua fides est Mss., praetulisse videntur Romani. Liberam esse inter *circuitio* et *circumitio* eligendi facultatem, iam voluit Ruhnk. ad Terent. And. I. 2. 31. p. 28. ed. Schopen.]

at. [Hanc particulam, quam invitis omnibus codd. nonnulli interpretes expungunt, cum Oud. retinui, qui tamen in eo videtur errasse, quod *at* nulla alia ratione tolerans, vel *interdum* vel una voce *interimdum*, ut *adhucdum*, *nondum* et similia legendum esse pronuntiavit, quomodo etiam clare scriptum est in O. Primum enim notandum est, *interimdum* vocem esse plane inauditam, quam temere Oud. latinitati intrudere non debebat cf. Hand. ad Turs. II. p. 330. Quae si cod. O. comprobatur, eodem sine dubio errore, quo Oud., librarius deceptus est. *At* enim retineri posse puto, et ad tale exemplorum genus refero, ubi particula ponitur in apodosi ea, quae non contrariam quidem rem perstare indicat, sed personam in se habet ex altera parte alicui personae oppositam, coniungiturque cum pronominibus *ego*, *tu*, *ille*, ad quae ipsa pertinet; ut bene his verbis exposuit Hand. ad Tursell. I. p. 429. Opponuntur vero sibi Psyche et Cupido.]

Gavia. [Est avis aquatica λάρος, quae, quod in petris mari adsitis nidificat, magnoque strepitu in mare immergitur, Veneri sacra esse nuncupatur. Quia enim aquas maris mergendo potest penetrare, nuncia dicitur Veneris, quae in profundo versatur. Plura de hac ave profert Plin. H. N. X. 32. 48. Idem vocabulum Heins. in not. ad Catull. XXV. 5. sine ulla caussa perperam intrusit, ibi legens: *cum Gavias Malea aves ostendit arce nantes*.]

Venerem lavantem natantemque propter adsistens. Quae in nonnullis codd. lectio est, *Veneri lavanti natantique*, emendatio est librariorum, qui accusativum explicare non poterant, et *propter* adverbialiter sumentes, *adsistere* dativum regere compertum habebant. Sed cum Oud. alteram scripturam retinui, quamvis plane alia ratione iungens. Ille enim accusativum e praepositione *propter* pendere existimat, ut verbi casus subintelligatur coll. Met. IV. p. 127. *quam propter adsistens*, ubi item male explicat. Quamquam enim probe scio, *propter* praepositionem saepius per anastrophen poni, ut apud Tacit. Ann. IV. 48. *translata dehinc castra hostem propter relictis*, XIV. 9. *viam Miseni propter et villam Caesaris*. XV. 47. *viam propter*. Virg. Aen. IV. 320., tamen quod Apuleius semper ita loquitur, ubi *adsistere* cum *propter* coniunctum reperitur, adverbialiter potius intelligo. cf. Met. VIII. p. 544. *capulum Tlepotemi propter adsistens*. X. p. 716. *lumen propter adsistens*. Huc accedit altera caussa, quae gravior mihi videtur esse. Ubi enim *adsistere* significationem habet adiuvandi, apud Apuleium dativus semper ei iunctus est, ubi vero *adstandi*, semper regit accusativum, aut omissus est casus personae et loci, cui quis adstat Met. II. p. 125. *grabatulum meum adsistit mensula*. Apol. p. 595. *vosque etiam, qui tribunal mecum adsistitis*. Hinc comprobari potest, unice ve-

dolore moerentem, dubium salutis iacere; iamque per cunctorum ora populorum rumoribus conviciisque variis omnem Veneris familiam male audire, quod ille quidem montano scortatu, tu vero marino natatu secesseri|tis, ac per hoc non 372
voluptas ulla, non gratia, non lepos sed incompta et agrestia et horrida cuncta sint, non nuptiae coniugales, non amicitiae sociales, non liberum caritates, sed enormis *illuvies* et squalentium foederum insuave fastidium. Haec illa verbosa

merentem G. 1. 2. D. Venet. 4. *ipsaque* G. 2. P. D. pro *iamque*. *validis* p. cf. Burm. et Oud. ad Suet. Caes. c. 79. *omnemque* G. 1. 2. D. *eamque* O. *audite* G. 1. a m. p. *montano* abest a R. f. *scortatu* G. 2. D. *scortatu* in G. 1. non est nisi a m. s. *nactatu* G. 1. *secesseris* G. 1. 2. D. f. O. et P. in excerptis Grut.; Oud. legi(*secessis*. *per haec* G. 1. D. *voluptatis* p. *illa* pro *ulla* B. edd. vett. praeter ed. pr. Iunt. 2. Vulc. 2., pro quo Gruter. Susp. VIII. 12. etiam coniecit *hilara*. *incomparata* pro *incomta* f. *horrenda* G. 2. P. D. *eluvies* B. Iunt. 1. 2. Ald., quod etiam vir doctus in marg. ed. Vicent. meae restituit, quae cum F. 1. ed. pr. et Venet. 2. 4. habet *gluvies*. In cett. Mss. est *ingluvies*. *foederum* edd. omnes vett. et Mss. *viscerum* Vulc. 2. sola dat. *insoave* P. *haec* F. 3. G. 1. O. p. R. f. *d*. In cett. Mss. et edd. vett. praeter Iunt. 2. legitur *hic*, quod Sciopp. in Symbol. et Gruter. Susp. VIII. 12. emendant in *sic*.

ram esse optimorum codd. lectionem Met. IX. p. 626. *et lanificio domestico districtam inseparabilis adsistebat:* ubi Pricaeus perperam emendavit. Unicus locus, quo apud Apuleium constructio hac quidem significatione variat, est Met. XI. p. 789. *pro foribus adsistens.*]

gravi vulneris dolore moerentem. [Ita distinguo contra Ruhnken., qui cum aliis interpretibus ante *moerentem* comma ponens, ablativum *vulnere* ad *adustum* refert, ut *moerentem* absolute dictum sit. Ego contra *moerentem* cum *gravi vulnere dolore* coniungo, quum *adustus* esset Cupido non *gravi vulnere*, sed lampadis oleo ebulliente, verborumque concinnitas disturbetur, si *moerentem* non habeat, quo accuratius explicetur, *dubium* vero *salutis* sequatur. Oud. quae fuerit de hoc loco sententia, non perspicitur, quum ipse nihil addiderit.]

per cunctorum ora: [De hac dictione cf. quae larga manu protulit Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 344.]

quod ille ... secesseritis. [Rarissima haec est mutatio orationis indirectae in orationem directam, cuius usus quamquam multa alia ex optimis scriptoribus proferri possunt exempla, fere omnia tamen diversi sunt generis. Omnes enim, quos quidem inveni, locos ita variare video, ut praecedat enunciatum oratione obliqua expressum, sequatur deinde oratio, quam dicunt, recta. cf. Tac. Ann. II. 77. *at si teneat exercitum, fortuito in melius casura. An festinamus.* III. 12. *integris animis diiudicandum. Nam si legatus officii terminos exuit.* XVI. 22. *bellum esse. Ut quondam C Caesarem ... loquitur.* IV. 40. *nepotes suos evelli. .... Falleris enim Seiane.* cf. Intt. ad Tac. Ann. I. 36. II. 26. 77. XI. 64. Beier. ad Cic. Fragm. 56. 58.]

ac per hoc. Minus recte vulgo plene distinguitur ante particulam *ac*. Nam pendent aeque ac praegressa e vocab. *quod*, erratque Putschius in marg. ed. Colv. coniiciens *ac si*, quod equidem non intelligo, nec per sententiam ferri potest, si *tamquam: quasi* significet.

horrida. [Quum proprie *horridus* omnia ea significet, quae erecta sunt et setarum instar esurgunt, potissimum de spinis usurpatur, et spinosis virgultis, quae eminent. Deinde de omnibus rebus, quae incultae et minus nitidae sunt. Ita optime sibi opponuntur apud Virg. Georg. I. 150. *ut mala culmos Esset robigo, segnisque horreret in arvis Carduus: intereunt segetes; subit aspera silva, Lappaeque tribulique: interque nitentia culta Infelix lolium et steriles dominantur avenae.* ibid. II. 69. Aen. IX. 381. Ovid. Epist. ex Pont. I. 3. 83. De hominibus Virg. Aen. VII. 746. al.]

illuvies. [Contra omnium codd. lectionem Wower. et Salmasii coniecturam *inluvies* cum Oud. retinui, quippe quae sola praegressis verbis respondeat. *Ingluvies* enim, quod primum *gulam*, deinde *voracitatem* designat cf. Met. I.

et satis curiosa avis in auribus Veneris *filii collacerans* existimationem ganniebat.

Veneris lactenter legitur in G. 1. a m. p., sed lineola deinde obductum est. ***filii lacerans*** F. 1. Colv. Vulc. 2. Elm. quod etiam Modius coniecit et vir doctus in marg. ed. Vicent. In ceteris legitur ***filium lacerans.*** ***existimatione*** φ. δ. In cett. ***existimationem*** nisi quod ***extimationem*** dant G. 1. 2. D. ***gemebat*** pro ***ganniebat*** B.

p. 21. hic propter totum sententiarum nexum ferri nequit. Frequentissima tamen est haec vocabulorum confusio, de qua cf. D'Orv. ad Charit. IV. 2. p. 424. ed. Lips. Var. Lect. Virg. Georg. III. 561. Aen. III. 593. Ita apud Terent. Eun. V. 4. 15. legendum est: *Harum videre illuviem, sordes, inopiae.* De *illuvies* pro sordibus dicto cf. quae dixi ad Met. I. p. 31. cf. Gloss. Lat. p. 116. *inluvies* ἀλουσία, ἀρυσία, ubi emendo ἀχομωσία vel ἀχοσμία.]

foederum. [Stewechius scribendum esse censet *foetorum* vel *foedorum* voce quasi composita ex *foedo* et *odore.* Hoc uno exemplo iam potest intelligi, quam prave in Apuleium consuluerint interpretes, qui prae mirabili quadam coniectandi emendandique prurigine, quidquid in mentem stolidi veniebat, Apuleio intrudi posse existimabant. Quis enim tale vocabuli monstrum, quod a sana compositionis norma recedit, unquam probet? Recte Oud. *foederum* explicavit coniunctionum et matrimoniorum, cuius significationis exempla lexica praebent. Praeterea cf. Intt. ad Nemesian. Cyneg. 24. Dr. ad Liv. III. 18. Ruhnk. ad Ovid. Her. IV. 147. p. 32. Mart. Capell. I. §. 1. *foedere complacito sub quo natura iugatur.* § 23. *Philologiam, de qua foedus instabat.* Si cum Stewechio *foedera* pro matrimoniis displicerent, melius explicari possent, pro foeditatibus. Extat enim locus Ulpian. Dig. XXIII. 2. 47. *Nec enim honos ei servatur, quae se in tantum foedus deduxit,* ubi *foedus: foeditatem* interpretantur, sed Torrent. sine dubio recte *scelus* emendavit vel potius *foedum* legendum est. At *squalentia foedera* sunt inconcinna matrimonia eaque turpia, quae sine Veneris Gratiarumque consensu copulantur, omnique lepore ac suavitate carent, sunt adulteria et connubia meretricia. *Fastidium* hic significat turpitudinem, quae his adulteriis enascitur.]

Veneris filii collacerans existimationem. [Quum omnes fere codd. lectionem: *Veneris filium lacerans existimationem* praebeant, quae nullo modo potest defendi, diversis viri docti coniecturis loco mederi studuerunt. Colvius, Roaldus Scioppius emendarunt: *filii lacerans existimationem*; Gruter. Susp. VIII. 12. *filii unici*; Isaac. Pontan. Anal. III. 20. cum Stewechio divinarunt *filii inlacerans* et sic edidit Scriverius, quod mihi omnium maxime placeret, si usu hoc vocabulum probari posset. Hinc Oud. commotus est, ut cum codd. φ et δ. *filium lac. existimatione* legeret, in eo tamen falsus, quod dictiones *lacerare aliquem contumeliis, probris, rabie* comparat, quae plane alia ratione intelligendae sunt. Ablativus enim, qui vocabulo *lacerandi* additus est, semper rem modumve indicat, quibus aliquis conscinditur, eique maledicitur, neque vero rem, qua quis spoliatur. Ita quoque locus explicandus est Auson. Idyll. XV. 46., quem Oud. ad suam rem defendendam protulit *Vitam parcus agas avidi lacerabere fama.* Ego emendavi et in textum recepi *collacerans*, quod prius *conlacerans* scriptum, priore syllaba ab antecedente vocabulo transducta, in *filiom* et *filium* mutari poterat. Inconsiderata deinde est librariorum emendatio *existimatione*, qui duplicem accusativum concoquere non potuerunt. *Collaceratus* participio Tacitus usus est Hist. III. 74. *confossum collaceratumque corpus.* De dictione *lacerare aliquem contumeliis* al. cf. Barth. Advers. XXXIV. 15. p. 1572. Bentl. ad Hor. Serm. II. 1. 85. Dr. ad Liv. XXXVIII. 54. §. 1. et Ruhnk. Dict. ad Suet. Caes. c. 75. p. 103. Deder. ad Dict. Cret. II. 29. Gloss. p. 293. *Filii*, quod in F. 1. extat, negligentia sine dubio Lindenbrogii non correctum est.]

in auribus ganniebat. Oud., si per Mss. liceret, praefert *in auris* sive *aures*,

At Venus irata solidum, exclamat repente: Ergo iam ille bonus filius meus habet amicam aliquam? Prome, agedum, | quae sola mihi servis amanter, 373

solitum φ. δ. in exclam. φ. erga p. *prome age dum* F. 1. *pro meo gedu* F. 3. p. *pro modo gedu* G. 2. D. *pro meo gradu* G. 1. π. *promo gedu* P. sed in excerptis Gruter. legitur *prome agedum.* In cett. *prome age tu*, nisi quod in Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. divisim legitur *pro me.* Verba inde a *quae sola* usque ad *eius* desiderantur in G. 1. 2. O. D. f. π. *amat δ.*

ut apud Pers. V. 96. *secundam gannit in aurem* cf. Met. II. p. 85. *in aurem mulieris obgannit.* [cf. Afranius apud Non. p. 450. *gannire ad aurem nunquam didici.* Puto tamen ablativum defendi posse ea ratione, qua verba, quae motum iudicant, hunc casum adsciscunt, ut minus ad actionem ipsam, quam ad effectum respiciatur. *In auribus gannire* studium indicat Gaviae avis, quae quasi aures Veneris occupans tam studiose eam adloquitur, ut in auribus lilii contumelia haereat. *In aures* significaret levem aurium ut ita dicam perstrictionem, unde bene locum habet Met. II. p. 85. Ruhnken. edit. Vulc. 2. secutus distinctione verborum *in auribus Veneris filium lacerans existimatione, gannicbat*, iudicavit verba *in auribus* apta esse e vocabulo *lacerans*, quod minus mihi comprobatur, quia vix bene ita dici posse puto. Quamquam hoc negari nequit, *gannire* saepius absolute dici de murmurantibus et incertum quid mussitantibus cf. ad Met. III. p. 210.]

solidum. Vituperat Oud. Beroaldum quique eum secuti sunt, *solidum* cum verbo *exclamat* coniungentes, quae dicendi ratio, licet frequentior sit, ut *longum, horrendum clamare*, hic tamen locum habere nequeat. Ipse igitur *solidum* cum *irata* iunxit. [Barth. in Advers. XXI. 3. p. 1021 sq. hoc vocabulum ita interpretatur: *solidum* nullis modulis comtum adeoque rusticum et horridum notat, quale pleno ore proferri solet: nostrumque locum comparat, verum ita, ut distinctione intelligi nequeat, ad utrum vocabulum ipse referat. Sed sententia probat, ad *exclamat* ab eo esse relatum. Quid vero addens: veteres libri habent *solitum*, quod minus longe petitum, otium a curis magis infert, Barthius sibi velit, intelligere non possum. *Solidum* recte explicant *valde, vehementer*, et a sententia sto Oud., qui cum *irata* hoc coniungit. Ubique enim Venus iracundissima ab Apuleio describitur cf. Met. IV. p. 303. *verae Veneris vehementer incendit animos, et impatiens indignationis, capite quassanti fremens altius.* Huc accedit, quod *exclamare* iam est ex intimo pectore vocem maximam emittere, quod aut doloris aut admirationis aut indignationis causa solet fieri: ut in seqq. p. 373. *Tunc indignata Venus exclamavit.*]

amicam. [*Amica* semper est mulier impudice amata, deinde pro scorteo sumitur et meretricula cf. Laurent. Vallae Eleg. 5. c. 335: *Amicus honesta res est, amica, quando ad virum refertur, inhonesta, id est concubina.* cf. Schmidt. ad Hor. Epist. I. 15. 21. Heindorf. ad Sat. I. 5. 15. Intt. ad Petr. Sat. 93. p. 582. Burm. ad Arnob. IV. c. 22. p. 224. Orell. Ita aperte sibi opponuntur uxor et amica Arnob. IV. 34. *quas amiculas coniugi, quas uxori anteposuerit pellices.* Nostro quoque loco de concubina dictum est vocab. *amica*, quum nuptias neque pares neque legitimas fuisse Venus existimet. cf. Florid. p. 64. *et amica illudens.*]

prome, agedum, quae. [Certissima haec cod. F. 1. lectio, quae iam ab Elmenhorstio correcta est, assentientibus Florido et Scriverio. Tota enim loci difficultas inde videtur esse exorta, quod *agedum* imperativo suo postpositum est, quod librarios offendebat, qui ubique id primo loco poni observaverant. Nec negandum est, me paucos tantum reperisse veterum locos, quibus hic positus defenditur. Sunt illi Livii VII. 9. §. 8. *procedat, agedum, ad pugnam.* XLIV. 38. §. 4. *Recognoscat, agedum, mecum.* Prop. IV. 9. 54. *cede*

Digitized by Google

nomen eius, quae puerum ingenuum et investem sollicitavit, sive illa de Nympharum populo, seu de Horarum numero, seu de Musarum choro, vel de mearum Gratiarum ministerio. Nec loquax illa conticuit avis, sed: Nescio, inquit,

puerum abest ab edit. Florid. *ingenium* Vicent. et in G. 1. legitur *ingenuum* nonnisi a m. s. *ulla π. de Nymphis δ. dearum* pro *Horarum* B. ed. pr. Vicent. *Iterarum* F. 1. *orarum* G. 1. [cf. Cort. ad Lucan. VI. 416.] *thori* G. 1. a m. p. *thoro* a m. s. *mysterio* Bas. 1. *loquar* Vicent. *contiguit* G. 1. a m. p.

agedum, et tuta limina linque fuga Phaedr. V. 4. 10. *Numeremus agedum.* Ita non sollicitandus est locus Claudian. Cons. Olybr. 129., ubi Burm. male *dic age, dic*, emendat, respiciens ad Catull. 67. 7., ubi nonnulli legunt *dic age, dic*, optimi vero habent codd. *dic agedum.* Eodem modo *agitedum* postpositum vidi Liv. V. 52. §. 9. *recordamini agitedum* et *age* Plaut. Cas. II. 2. 38. *appropera age.* De hac particula cf. Hand. Tursel. I. p. 205 sq. Peerlkamp. ad Horat. p. 460 et Intt. ad Propert. I. 1. 21.]

investem. Elm. in indic. haec adnotat: Glossae Latino-Arabicae: *investis impubis*, cui laevi pueritia splenditant depiles genae. Sic *puer investis* et *puer virgo* apud Prisc. de Medicamentis L. I. c. 10. et Marcellum fol. 96. Tertullian. de Anima c. 56. *obiit infans sub uberum fontibus, pula nunc puer investis, nunc vesticeps.* [Eadem ratione dicit Apuleius Apol. p. 594. *Investem a nobis accepisti, vesticipem illico reddidisti. Vestis* enim quum lanuginem malas et inguina vestientem significet, factum est, ut *investis* proprie *imberbis* sit et *impubes*, et quia iste Venerem non expertus est, incorruptus et purus cf. Gloss. Philox. p. 125. *investis ἄφθορος.* Optime de hoc vocabulo exposuit Voss. in Etym. s. v. *vestis* p. 554.]

sollicitavit. [*Sollicitare* puto hic obscoeno sensu dictum esse, quamquam per se significat allicere, excitare, perturbare aliquem. cf. Gloss. Philox. p. 199. *sollicitare ἀναπείθειν πλαγιάζειν.* Papias Gloss. *Plagiarius, qui seducit pueros, sollicitat servos alienos.* Cumulatur enim ignominia, si ille non corruptor Cupido, sed corruptus appareat, neque sola puellae forma, sed meretricum artibus. Iratissima enim est Venus, nec putat, Cupidinem per ipsam aetatem ad libidinem efferri, sed seductum esse a virgine. Hac sententia saepius vocem dici probant Intt. ad Petron. c. 20. p. 94. Virg. Georg. III. 130 sq.]

Horarum. Non sollicitanda erat haec lectio, quae ab optimis codd. constanter servatur, et in plerisque edd. in *dearum* corrupta est, quasi reliquae non essent deae. Recte putat Oud. glossema esse *dearum* nasuti cuiusdam librarii, qui in margine hoc vocabulum lectoribus explicaverit, vel correctionem ex scriptura *orarum* natam. Horas propter corporis pulchritudinem excellentes fuisse docet Epigram. Rufin. Anthol. VII. 151. *κάλλος ἔχεις Κύπριδος, Πειθοῦς στόμα, σῶμα καὶ ἀχμὴν Εἰαρινῶν Ὡρῶν.* [Hinc factum est, ut Horae apud Graecos saepius comites sint Gratiarum cf. Hesiod. op. 75. Hom. Hymn. in Apoll. 194. Ita ὥρα apud Graecos non solum *ἀχμὴν* vitae, sed etiam ipsam pulchritudinem denotat cf. Heind. ad Plat. Phaed. p. 80. C. Schäf. Dionys. de compos. p. 204. quaeque Voss. exposuit in Etymol. s. v. p. 452 sq.] Mentione de Horis deabus plena esse poetarum monumenta, Oud. adnotat coll. Met. VI. p. 427. *Horae rosis et ceteris floribus purpurabant omnia.* Artemidor. Oneirocr. VI. 49. et per eas quoque iurasse veteres. Hinc Aristaenet. I. Ep. II. dicere *κάλλος γε καλὸν νὴ τὰς φίλας Ὥρας*, ubi Abresch. conf. Casaub. ad Athen. II. c. 18.

sive illa .... seu de ... vel de mearum Gr. minist. Notanda est elegans variatio particularum *sive, seu, vel*, de qua priore *seu — sive* Oud. conferri iubet Duk. ad Flor. IV. 2. §. 79. [cf. Virg. Aen. IX. 680. *sive Padi ripis Athesim seu propter amoenum* Kopp. ad Mart. Capell. VIII. §. 804. p. 632. Tac. Ann. I. 79. XII. 26. XIV. 59. Hist. II. 78.

domina. Puto puellam, si probe memini Psyches nomine dicitur, efflicte cupere. Tunc indignata Venus exclamavit: Vel maxime Psychen ille, meae formae

puellam F. 3. G. 1. 2. D. edd. vett. *puella* F. 1. B. *puellae* O. et p. Unde tamen in F. 1. etiam id reperiri, Oud. hauserit nescio. De cett. Mss. nihil adnotatum esse video. *meminerim* G. 1. *efflictem* D. *efflictim* g. P. *affliete* δ. *capere* G. 1. 2. O. D. [cf. Liv. praef. §. 10. Dr. ad Sil. XVIII. 167. ad Liv. X. 35. §. 4.] *permaxime* F. 3. (sed ex correctione) G. 1. 2. P. O. D. R. f. *et maxime* p. In cett. *vel maxime*. *psychen* F. 3. et edd. vett. In reliquis *psychem*. *ille* F. 1. 3. R. f. p. G. 1. 2. P. O. Wow. Pric. In cett. *illam*. *illum nec* δ.

Cort. ad Sall. Cat. 31. Hess. ad Tac. Germ. XXXIV.] Altera variatio *seu: vel* pro *seu* quamquam non ita frequens est, tamen apud veteres in usu fuit cf. Veget. IV. 1. *circumfuso mari sive paludibus vel fluminibus* Dict. Cretens. de B. T. VI. 10. *sive supra modum ... praeceps ierit, vel .... circumventa interierit.* [cf. Intt. ad Tac. Histor. V. 7. ad Orat. 5. Duk. ad Flor. IV. 2. 79. Dr. ad Liv. XIV. 9. Spalding. ad Quint. IX. 2. 18.] Aliquando praecedit *vel* vel *aut* et sequitur *sive*. Vitruv. V. 7. *Cum aut fabularum mutationes sunt futurae, seu deorum adventus.* VIII. 7. *Aut fistulis plumbeis seu tubulis fictilibus* [cf. Dr. ad Liv. XXII. c. 19.]

puellam. [Discrepant codd. inter scripturas *puellam*, *puella* et *puellae*, quarum postremam praetulit Oud. Easdem esse priores lectiones, cuique, qui Mss. rationem cognovit, persuadebitur, quum virgula tantum omissa nominativus *puella* evaderet. Oud. defendit lectionem *puellae*, quod Gavia magis ex decoro parcat Cupidini, dicens modo, eum *puellae bene velle*, non plane illam *amare* seu *velle*. De *cupere* pro *favere* cf. Burm. ad Ovid. Heroid. VII. 147. Dav. ad Caes. B. G. I. 18. 8. Cort. ad Cic. Epist. ad Divers. I. 1. Broukh. ad Tib. I. 10. 5. Sed quam maxime errat Oud. Ita enim Venerem Gaviae verba intellexisse sequentia indicant: *mei nominis aemulam vere diligit*, unde apparet, Cupidinem amore Psyches inflammatum fuisse. *Cupere* vero de amore dici, probat locus Florid. II. 14. p. 47. *Adeoque eius cupiebatur.* Rarissima enim est locutio *cupere aliquem*, pro aliquem diligere, ut librarii in ea haererent, unde eorum docta mihi videtur esse emendatio *puellae*. Neque vero necessarium est, ut *cupere aliquem* semper de amore venereo dici putemus, quod probant loci Ovid. Fast. III. 21. Martial. VII. 74., ut multi explicant, quamquam ita bene referri possit ad praegressa Gaviae verba: *quod ille quidem montano scortatu.* Nam Veneris responsio indicat de vero amore hanc cupidinem eam intellexisse. In eo tamen mihi videntur *cupido* et *amor*, *cupitor* et *amator* discrepare, quod illud ardentiorem denotat animi motionem et fere libidinem. cf. Forcell. s. v. *cupido*, qui promiscue usurpari vocabulum perperam pronuntiat. Hanc explicationem probat etiam Barth. Advers. XLVI. 3. p. 2126., qui nostrum locum excitat. Sed male ibi *efflictim* cum nonnullis codd. legit. Hoc adverbium licet saepius apud Apuleium in usu sit cf. Met. I. p. 38. *ut se ament efflictim.* III. p. 201. *efflictim deperit.* Met. V. p. 330. *amo enim et efflictim te* p. 363. *prona in eum efflictim inhians.* Apol. p. 562. *efflictim te amabat.* Florid. II. 38. *efflictim amare te debeant*, hinc tamen *efflicte* non improbo, quod quum rarissimum sit, et uno tantum loco Symmach. I. Ep. 84. *efflicte diligere* possit comprobari, librarii non mutassent ex longe frequentiori vocabulo *efflictim*. Forcellinius in lexico s. v. *effiete* male excitat locum Met. V. p. 330., ubi legatur *amo te effiete quicunque es.* Ibi enim nec codex ullus nec editio hanc scripturam praebent.]

vel maxime. [Ita contra plurimos codd. cum Oud. correxi et in textu reposui, quamquam alterum *permaxime* cum eo neque elegantius neque significantius dixerim. Diu haesitavi, quid de his superlativis statui possit, et nisi cod. Florent. 3. *permaxime* e manu haberet emendatrice, in textum

succubam, mei nominis aemulam vere diligit. Nimirum istud | incrementum
374 lenam me putavit, cuius monstratu puellam illam cognosceret.

illud F. 1. G. 2. Iunt. 2. ed. pr. Vicent. *id* G. 1. a m. p. *illud* plane abest a R. f. In cett. extat *istud*. *retrimentum* nonnulli libri habent teste Wower. *ni et aurum illud incrementum* e cod. B. enotavit Oud. In coll. Modii legitur *ni et mirum* vel *murum*, quod aperte cognosci non potest. *lena me* Venet. 2. *putat* ed. Scriver. *mostratu* G. 1. D.

id recipere non dubitarem. Nunc vero puto, librarios offendisse in verbis *vel maxime*, quae ut explicarent, *per* margini instar apposuerunt, unde textum occupavit. Unus enim, qui afferri potest Caton. de R. R. locus c. 38. §. 4. *Inibi austrum caveto permaxime*, ad scripturam tam incertus est, ut ad eum provocare nobis non liceat. Ibi velim emendes *vel maxime*. Sed a partibus eorum stare nequeo, qui *per* superlativis additum omnino reiiciunt, quum *prae* saepius ita dici negari nequeat. Ita ipse Apuleius dixit Met. VIII. p. 565. *in praealtissimum puteum*, quamquam hic quoque codd. magnopere variant cf. Dr. ad Liv. XL. 21. §. 4. Etenim apud Colum. III. 20. §. 6. sine ulla, quantum video, librorum discrepantia legitur: *adhuc perpaucissimis agricolis contigerit* et apud Auct. ad Herenn. IV. 32. §. 44. *perfecte et perpolitissime*. Et quum *perquam*, *valde* superlativis addi liceat, non video, cur idem in *per* cadere non possit. cf. Voss. Aristarch. T. III. p. 1090. et 1091. Eckst. De *vel* particula superlativis ad vim augendam addita cf. Dr. ad Liv. XXXVI. 41. §. 2. Lact. I. 5. §. 26. *Annaeus Seneca, qui ex Romanis vel acerrimus Stoicus fuit.* VI. 20. §. 18. III. 21. §. 12. 22. §. 1. Quod tamen Kritz. ad Sall. Iug. VII. §. 7. proponit discrimen, *multo* ac *longe* superlativis apposita significare, quantum id, quod summum sit, a reliquis rebus, e quibus eminere dicatur, distet, *quam* vero et *vel* eminentiae notionem per se non augere, sed ad cuiusque iudicium et opinionem referre, nimis mihi videtur esse temerarium.]

incrementum. Suspectus quum esset locus Roaldo et Elmenhorstio, prior legit *excrementum*, quo nomine appellasset Venus Cupidinem suum prae ira et indignatione, Elm. quem Scriverius ita sequutus est, ut in textum reciperet, coniecit *ni et aureum illud incrementum*. Sed praeterquam quod vox *aurei* non conveniat, utpote nisi laudis ergo usurpari solita, non dubitabat de re, quam dicit Venus, sed certo quasi sibi persuadebat, a filio se lenam existimari. Primum saepius *nimirum* adverbio Apuleius, ut reliqui scriptores, in indignationibus vel gravi affectu utitur, cf. Met. IV. p. 292. *Nimirum tanto compendio defraudare iuvenes meos destinas?* Venus ipsa eodem libro p. 303. *Nimirum communi numinis piamento vicariae venerationis incertum sustinebo.* XI. p. 814. *Nimirum perperam vel minus plene consuluerunt in me sacerdos uterque.* [Tac. Ann. 82. *Ideo nimirum in extremas terras relegatum.* VI. 2. *crediderat nimirum* Hist. I. 33. III. 12. Terent. Eun. II. 37. *nimirum hic homines frigent.* cf. Rupert. ad Iuven. II. 104. Heind. ad Horat. Sat. II. 2. 106. Dein male quoque Sopingius divinavit *excrementum*. Nam *retrimentum*, quod in nonnullis libris esse scribit Wowerius, nec Oud. nec ego usquam reperimus. Deinde mirum est, quomodo plebeium istud et aedilem quasi metuens vocabulum interpretes potuerint ponere ab Apuleio Veneris orationi esse insertum, quae quamquam iratissima est, ad tales tamen obscoenitates abripi non potuit.] Nec quidquam est mutandum. Egregie *incrementum* Graece vertas τοῦτο τὸ θρέμμα, ut Turneb. Advers. XVI. 13. ex Virg. Ecl. IV. 49. docet, ubi Saloninus dicitur *magnum Iovis incrementum*. Ovid. Met. III. 103. *dentes populi incrementa futuri* [cf. Virg. Ciris 397. *cara Iovis soboles, magnum Iovis incrementum*. Inscript. apud Murat. 981, 9. *C. Valerius ... incrementum maximum annorum.*]

Digitized by Google

CAPUT XXIX.

Haec quiritans properiter emergit e mari, suumque protinus aureum tha-

hic F. 1. B. et edd. vett. praeter Iunt. 2. *Hoc* p. *nec* δ. *quiritans* F. 1. 3. P. p. δ. M. β. φ. *queritans* G. 1. 2. D. *quaeritans* edd. vett. *propiter* typothetarum errore legitur in Bas. 1. Colv. Vulc., ut adnotat Oud., sed in coll. Modii nihil correctum est, unde aut B. quoque eam fuisse lectionem efficitur, aut negligentia Modium hoc omisisse. Quasi magnum quid praestantes ita quoque corrigunt Grut. Lib. Susp. VIII. 14. Meurs. Exercit. Crit. IV. 17. Crit. Arnob. V. 13. *e mari* F. 1. 3. G. 1. 2. D. f. p. O. Iunt. 2. Elm. Scriv. Florid. In cett. *a mari*. *amari* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4.

Cap. XXIX. *quiritans.* [Hoc vocabulum fere semper in iis locis, ubi invenitur, cum *queritare* mutatum est, quod adhuc dubito, an in lingua latina unquam reperiatur. Loci enim, quos invenire poteram, tam dubiae mihi sunt fidei, ut pro certo quid affirmare non liceat. Quamquam enim per se patet, vocem *queritare* per analogiam improbari non posse, tamen quum demonstrari queat, *quiritare* idem significare, non video, cur ad duplex eiusdem notionis vocabulum confugias. Bene enim intelligitur, quomodo *queritare* ex librariorum ingenio natum sit. Istis enim quum traditum esset, *queritari* a Latinis usurpari in auxilii imploratione, factum est, ut hos locos explicare non possent, ubi queri, flere et aliud quid eiusdem generis indicavit. Unde *queritare* fabricarunt. Hac in re sententiam secutus sum Dr. ad Liv. XXXIX. 8. §. 8. et 10. §. 7. XL. 9. §. 7. ad XXXIII. 28. §. 3. Aliter iudicat Arntz. ad Plin. Panegyr. c. 29. §. 3. p. 131.; qui *queritò* ex civitate latina eiicere non audeat, ubi non de provocatione aliqua ad populum seu de querelis publicis, sed de domestica lamentatione et questibus sermo est. Unde hoc apud Plin. Epist. VI. 20. §. 14. praefert, idemque apud Apuleium VIII. p. 522. ubi videas. Quam vero temerarium sit hoc eius discrimen, iam ex uno nostro loco potest effici. Hic neque de lamentationibus publicis sermo est, sed Venus sola sine dubio est, lavans ac natans, nec eo secius optimi codd. *quiritans* acriter defendunt. Beroaldus inter utrumque vocabulum ita discriminat, ut *queritare* significet continuam querelam, *quiritare* querelam cum imploratione opis quasi Quiritium, quod item locis comprobari nequit. *Quiritare* quid denotet, explicat Varro de L. L. VI. §. 68. p. 99. Mueller.: *Quiritare dicitur is, qui Quiritum fidem clamans implorat.. Ut quiritare urbanorum, sic iubilare rusticorum* et in Fragm. apud Diomed. p. 377. Putsch. Mueller. p. 268 *Quirito Livius in octavo quiritat. Varro ad Ciceronem: De Fenestella quiritatur. Est autem quiritare Quirites ciere.* Quum vero ii, qui civium opitulationem implorabant, altissima voce clamitarent, quippe anxii et prae metu plane extra mentem positi, factum est, ut *quiritare* significet, altius clamare, exclamare, ut Non. exponit p. 31. Merc. *quiritare est clamare* (ubi velim legatur *exclamare*) *tractum ab iis, qui Quirites invocant. Lucil. Sat. VI. Haec inquam rudit e rostris,.. clareque quiritans.* Nigidius *Commento grammatices: Clamat quiritatum.* (Quod cum Stewech. ad Met. VII. p. 471. non emendaverim in *clamat quiritat. Quiritatus* vel summum clamorem indicat, quem quis tollit, vel ipsam opem, quae imploratur et clamatur). *Quiritare* ubique maiorem esse observavi vociferationem, ut Apuleius dicere potuerit Met. VIII. p. 556.; *At ille deûm fidem clamitans .... altius quiritabat.* Hac significatione semper usurpatur apud Apuleium cf. Met. VIII. p. 522. *insana voce casum mariti quiritans*, ut nisi summa exprimitur animi motio et quasi furor, nunquam *quiritare* dicatur. Propria sua vi dictum est ab Asinio Poll. in Epist. ad Cic. ad Divers. X. 32.]

e mari. Lectio nonnullorum codd. *e mari* iam ab Oud. refutata est. Si-

gitized by Google

lamum petit, et reperto, sicut audierat, aegroto puero, iam inde a foribus quam maxime boans: Honesta, inquit, haec et natalibus nostris bonaeque tuae frugi congruentia. Ut primum quidem tuae parentis, immo dominae praecepta calcares, nec sordidis amoribus inimicam meam cruciares, verum etiam hoc
[172] aetatis puer | tuis licentiosis | et | immaturis iungeres amplexibus, ut ego
375 nurum scilicet tolerarem inimicam. Sed utique praesumis, nugo et corruptor et inamabilis, te solum generosum, nec me iam per aetatem posse concipere.

petit F. 3. G. 1. 2. P. p. D. B. f. In reliquis *petiit* praeter ed. pr. Vicent. Venet. 2. Wow. et Pric. edd. *sic nam* pro *sicut* D. *boẽs* p. *hic et nat.* Vicent. Venet. 2. 4. Paris. Bas. 1. Colin. *natalibus* D. *et vocalibus vestris* B. *frugi* in G. 1. nonnisi a m. s. est. *congruẽ* δ. *deum* pro *dominae* O. p. G. 1. (cum glossa interlineari *pro deorum.*) *calcaresque* B. *inimicam uo meam* Beroald. *mimicam* Stewech. *meam* abest a G. 2. D. *cruciares* F. 1. 3. R. B. β. δ. et edd. vett., pro quo *pollueres* extat in G. 1. 2. P. π. φ. M. O. et D., in cuius marg. a m. s. correctum est *cruciares.* Verba inde a *verum etiam* usque ad *sedulique* exulant a G. 1. 2. D. P. *tamen hic aetatis* δ. *pessimus* pro *praesumis* G. 2. P. D. *ut inamabilis* δ. *re solum* ed. Scriv. Amstel. *petantem* D. pro *per aetatem. possem* G. 2. P. D.

gnificat enim *a mari: ab ea parte, qua est mare*, ut statim *a foribus boans.* cf. Oud. ad Caes. B. G. II. 24. Dr. ad Liv. XXXVIII. 32. [cf. ad Met. VI. p. 437. ubi de eo usu accuratius agam.]

petit. [Hanc lectionem Oud. perperam eo defendit, quod et praeterito tempore per contractionem sumi possit, ac praesens et praeteritum in historia millies iungantur. Sed iam praecedit tempus praesens *emergit*, ut necessario mihi subsequi videatur alterum praesens *petit*, quo non solum celeritas indicatur Veneris, sed vividior etiam fit oratio. Hinc unice *petit* probo.]

primum. Contextus orationis non satis concinnus videtur esse Colvio, et deesse *non solum* vel simile quid. Sed bene Oud. iam monuit, male hoc observatum esse. Saepius enim *verum* poni pro *dein*, et *primum* in enunciationis principio dictum esse, non sequente *tum* vel *deinde*: de quo usu Oud. comparat Fabric. ad Cic. de Off. I. 14. Duk. ad Flor. II. 18. et se ad Frontin. I. 5. §. 6. [quibus adde Walch. Emendatt. Liv. p. 188. Dr. ad Liv. XXII. 43. §. 3. Wagn. Quaest. Virgil. XXVIII. 1. quosque profert. Mos. ad Cic. Tusc. I. 24. §. 57. Tom. II. p. 187. V. 40. §. 117. T. III. p. 258.]

inimicam meam cruciares. [Coniectura Stewechii pro *inimicam* legentis *mimicam*, quod Venus Psychen ut formae succubam et honorum suorum aemulam a filio exerceri voluerit, plane absurda est. *Mimica* enim Psyche ipsa non erat, quia formam et honores Veneris non sua sponte aemulata est, sed coacta a populo admirabundo. Et quis unquam ita dixerit? cf. Intt. ad Petron. c. 94. p. 590. *Pollueres*, quod numero plurimi codd. praebent, Oud. praefert, quia *sordidis* praecedat, quamquam haec mihi ipsa caussa est, cur pro glossa equidem habuerim. Interpretes enim capere non poterant, quomodo Psyche *sordidis* amoribus cruciari posset. Equidem *cruciare* refero ad verba Veneris, quibus ad sui vindictam filium stimulat: IV. p. 306. *Virgo ista amore flagrantissimo teneatur hominis extremi*, et summos cruciatu excitari puto flagrantissimo illo amore, qui Psyches natalibus indignus est. Nonne isti sunt summi dolores? Oud., qui quam bene defendi possit *cruciares*, intelligit, utrumque in textum recipere mavult.]

generosum. Wasseus propter verba seqq. *nec me per aetatem posse concipere*, *generosus* putat explicandum esse per *generabilis* vel *genitor*, cui obloquens Oud. ob ea ipsa vult credamus, Venerem voluisse arrogantiam filii frenare, minando ei, non *solum* illum mansurum Veneris prolem, sed et accepturum fratres, quibus melius sua mandata committeret, ipsumque sperneret. Sed ipse confitetur, haerere hic sibi aquam. [Ego quantum penes me est iudicium, Wassei interpretationem potius sequor. Est enim ad sententiam aptissima. Venus namque iratissima putat,

Velim ergo scias, multo te meliorem filium alium genituram, immo ut contumeliam magis sentias, aliquem de meis adoptaturam vernulis, eique donaturam istas pinnas et flammas et arcum et ipsas sagittas et omnem meam supellectilem, quam tibi non ad hos usus dederam. Nec enim de patris tui bonis ad instructionem istam quicquam concessum est.

CAPUT XXX.

Sed male prima pueritia inductus es et acutas manus habes, et maiores

te multo p. *aliquam f. ð. de me adoptaveram hernulis ð. domaturam* G. 1. a m. p. *pennas ð. pinnulas* G. 1. O. *π. arcus* p. *istas ð. sagiptas* G. 1. 2. *concussum* P.

prae pueritia in B. legi adnotat Oud., quod tamen collatione Modii non confirmatur. Et puto virum doctum errasse. Quod enim in marg. legitur *pra' pueritia inductus* non ad B. sed ad P. pertinet, et a m. Putschii videtur perscriptum. *prima tua pueritia* F. 1. Scriv. Elm. *inductus* F. 3. P. *f.* O. p. R. *π.* ed. pr. Vicent. et ceterae edd. vett. Et F. 1. ex collat. ad marg. ed. Colv.. *indutus* G. 2. *indudus* D. *instructus* F. 1. in excerptis Lindenbrogii Vatic. 2. Barth. Advers. XXI. 7. p. 1031. [De permutatione verbb. *indutus* et *inductus* cf. Burm. ad Suet. Aug. 92. Lucan. VIII. 240. Petron. p. 361.] *est* pro *es* F. 3. Post vocem *pueritia* magna est in G.. lacuna, qui demum Lib. VI. p. 449. verbis: *potest in asino meo* denuo incipit. *habeas* et *habebas* in edd. Basil. solis vitiose extat.

filium ideo suis mandatis adversatum fuisse, quia spernat matrem diffidatque, alium se procreaturam filium, cui Cupidinis quasi munera demandare queat. Se enim Cupidine meliorem filium procreaturam esse tum gloriatur, quum se, per aetatem concipere posse asseveravit. Nec igitur Cupidinem ea aetate esse, ut gignere liberos possit. *Generosus* hic est *πολυγόνος* ferax, fecundus, de qua significatione cf. lexica. Propert. IV. 11. 61. Ovid. Met. XV. 710 cett. Ita ipse Cupido se unicum esse Veneris filium gloriatur in Epigr. apud Burm. Anthol. Lat. Tom. I. p. 16:

Quem mihi germanum fato fraudante creavit
Diva parens

qui totus posterior versus ita supplendus est:

Diva parens potiorem an spicula fusa per urbem.]

genituram. [Feminae etiam *gignere* dicuntur cf. Heins. ad Ovid. Met. VIII. 49. quosque praeterea excitat Buenem. ad Lactant. Institt. I. 17. §. 9. p. 108., qui nostrum locum adsciscit.]

quam tibi dederam. Hoc oculis subiicit, ut Oud. adnotat. Gorlaei gemma apud Drak. ad Sil. VII. 363. *omnia parvis Si mea tela dedi blando medicata veneno.*

CAP. XXX. *sed male prima pueritia inductus es.* Omnibus fere interpretibus magnas hic locus creavit molestias, quippe qui non intelligerent, quomodo *inductus* posset explicari. Oud., qui nimis audacter ea de re iudicat, *inductus*, dicit esse ut Graecorum *εἰσαχθείς* pro *institutus*, *instructus*, exemplum ex Suet. vit. Persii allegans, *a quo inductus est in philosophiam.* Melius mihi videtur Colvius emendasse *imbutus*, quod ad sententiam probabilissimum est. Nego enim, *induci* simpliciter a Latinis unquam positum esse pro *institui*, *instrui*, *edoceri*, id quod multa proponunt. Ubiubi enim hac significatione id vocabulum reperiatur, additum semper est, in quod quis inducitur s. introducitur, ut inde notio edocendi evadat nec ipso vocabulo. Ita comparati sunt loci, quos Beroaldus adtulit Gell. XVI. 8. *Cum in disciplinas dialecticas induci vellemus.* Digest. de Muner. et honorib. l. IV. §. 4. in hunc modum: *Eos qui primis litteris pueros inducunt* et Socrat. Hist. Eccl. III. 24. *Ὡς ἔθος τοῖς σοφισταῖς ποιεῖν ἐν τῇ νέων εἰσαγωγῇ.* Nec aliter ii, quos Schwartz. ad Plin. Panegyr. XI. §. 1. adiecit et Baumgarten-Crusius in Clav. Suet. s. v. *inducere* p. 424. Ubique enim est *introduxit.* Hinc videndum est, quam perverse explicent multi locum Plaut. Mil. Gl. III. 1. 148. *Servientes*

tuos irreverenter pulsasti toties, et ipsam matrem tuam, me, inquam, ipsam, parricida, denudas quotidie, et percussisti saepius et quasi viduam utique

toties G. 2. D. Vicent. Iunt. 2. *parricidam* p. *parricidiam* O. Oud. *te* inserendum esse putat.

servitutem servos induxi mihi pro *adducere*, et *instituere*, et *inductores tergi* Asin. III. 2. 5. lorarios exponant, qui inducant tergum i. e. virgas aut loris caedant, ut *inducere* aut sit i. q. colore quasi rubro inducere aut i. q. instituere. Nec melius explicavit Palmerius *inductores* pro *ductores*, quod exercitum ulmorum in terga et scapulas inducerent. Glossae enim εἰσαχτής *inductor* et ἐμβιβαστής *inductor* (Ita Gloss. Gr. Lat. p. 453. pro ἐμβιβάζω *imbuo* sine dubio legendum est *induco*) nihil probant. Quae enim ratio est vocabuli latini, eadem etiam graeci. Hinc puto et nostro et Plauti loco legendum esse *indoctus* et *indoctores*, quamquam bene scio, alio exemplo hoc vocabulum non posse stabiliri. Hanc enim apud Plautum esse lectionem probabilissimam, evincunt verba seqq. *gnarique nostri tergi*, praesertim quum edd. vett. et Mss. Camer. et Pal. sex eam retineant. cf. Turneb. Advers. XXIV. 31. Ita *indoctus* apud Apuleium idem est, quod *doctus*, qua in significatione offendere debebant librarii, qui *indoctus ἁμαθῆ* rusticum tantummodo notare sciebant. *In* enim saepius ponunt Afri, ubi non negativam sed intensivam vim habet contra usum ceterorum scriptorum cf. Met. I. p. 56. *Imbutus*, quod Colvius emendat, vix probari potest, quoniam non additur, quo Amor imbutus est. Ubique enim ita dici observatum est. *Inductus* si comprobari possit, is tantum ita nominari potest, qui seductus et corruptus est. Aliter legebam *condoctus*, ex loco Plaut. Poen. III. 2. 3. 4. Hirt. B. Afr. c. 19. ut sine dubio Hirt. B. Afric. c. 27. *condocere* pro *condocefacere* legendum est, quum plurimi codd. habeant eadem variatione *conducere*. *Male* intelligo de indole Amoris, qui saepe malus nominatur; cf. Burm. ad Propert. I. 9. 29.]

et acutas manus habes. Acutas Amoris esse manus Barth. Adv. XXI. 7. p. 1031. explicat, quia χεῖρες ἀντὶ τῶν πράξεων sumantur, ὀξεῖ κέντρῳ armatae. Floridus exponit *petulantes* manus et malo inferendo semper paratas. Oud. mavult vertere per ὀξύχειρα, uti Mercurium nominet Lucianus ob furandi artem; sed et sic quemque dici posse manuum celeritate praeditum, coll. Hemsterh. ad Lucian. Dialog. D. VIII. T. I. p. 221. [Sed *acutus* hoc loco propria vi sua dictum esse puto. Quum enim de ferro primum in usu sit, quod aciem habet, pungit et penetrat, manus Cupidinis acutae nominantur, quia sagittis instructae sunt acutissimis, quas arcus ope pectoribus hominum immittit. Quam acuta illa tela sint, describit ipse Apuleius V. p. 363., ut Psyche puncto pollicis extremam aciem periclitabunda, trementis etiamnunc articuli nisu fortiore pungeret altius. His acutis sagittis vulneratus in amorem incidit. De hac enim re queri Venerem, probant seqq., in quibus filio vitio vertit, quod matrem et vitricum parvi aestimet, utrumque amoribus denudans. Pricaeus vel agiles vel immansuetas vel audaces eas exponit. Alii explicant *callidas* et *formidolosas*, quod per se probari potest cf. Iutt. ad Nep. Dion. 8. Gloss. Placid. in Mai Coll. Scriptt. Vatic. T. III. p. 444. *cautus: acutus, callidus, sapiens, prudens*, et p. 446. *circumspectissime: nimis acute*, ubi tamen *caute* praefero.]

parricida, denudas. [*Parricida* hoc loco pro *matricida* dictum est, ut apud Arnob. III. 23. *Puerperiis Iuno praeposita est, et auxiliatur genetricibus foetis; et matrum intereunt cur quotidie millia parricidialibus nixibus interemptae.* Nisi forte velis ad verba *maiores tuos*, quae praecedunt, in universum referatur]. Colvio, qui lectionem *denudas* minus bene intellexit, arrisit magis emendatio *defrudas*, quae etiam Meurs. Exercit. Crit. IV. 17. et Crit. Arnob. V. 13. in mentem veniebat. Sed ineptis-

contemnis. Nec | vitricum tuum, fortissimum illum maximumque bellatorem, 376
metuis. Quidni? cui saepius in angorem mei pellicatus puellas propinare consuesti. Sed iam faxo te lusus huius poeniteat, et sentias acidas et amaras istas

cathenis pro *contemnis* p. *victricum* G. 2. D. et in edd. vett., quod fere semper in Apologia ita legi observabam. *vitricum illum tuum fort. ipsumque maximum bellatorem* f. R. *illum fort.* G. 2. D. *que* abest ab O. *in nangorem* G. 2. D. *pollicatus* G. 2. D. *consuesti* omnes Mss., praeter B. G. 2. D. et edd. ante Basil., quod bene restituunt Elm. Scriv. Florid. In cett. *consuesisti*. *sed iam faxo* F. 1. 3. P. f. G. 2. O. δ. D. Iunt. 2. Scriv. In cett. [*iam* abest. *luxus* G. 2. P. O. D. [de hac verbb. mutatione cf. Gronov. Observ. III. 4. ad Senec. Hippol. 449. Broukh. ad Prop. II. 13. 79. Sic *eluxit* et *elusit* permutantur Virg. G. I. 226.] *sentiet* p. *sententias* Vicent. Venet. 2. *accidas* D. *amarus* Iunt. 2. *istas nuptias* F. 3. G. 2. D. f. Iunt. 2. In cett. *nuptias istas*.

sima est Oud. explicatio, quam Pricaeus iam ante eum proposuerat: Agitur de pulsatione et verberibus, ad quae denudandi erant vapulaturi. *Denudare* hic puto dictum esse de Venere, cuius natura quasi atque libidines denudantur, et hominibus manifestantur, quae ab ipso filio cogitur, ut male apud homines audiat. Ceterum de sententia loci conferantur quae Pricaeus ad hunc locum bene protulit exempla.]

quidni. [Est valde asseverantis et admirantis cum ironia quadam cf. Sciopp. ad Petron. c. 127. p. 786. Burm., qui tamen Apuleii exempla inter sese commiscuit. Saepe enim interrogatio, quae in *quidni* inest, caussam continet atque explicationem, quae in seqq. adiicitur.]

propinare consuesti. [Quum durius videatur Oud. hoc vocabulum, emendat, *propitiare* sive propitios et faventes Marti reddere, qua significatione *placandi* saepius eo utitur Apuleius cum aliis. Eadem ratione dicit Lucius ad Fotidem Met. II. p. 114. *Iam dudum perii, nisi tu propitiaris*. Quod quamquam per se ferri potest, tamen quid durius insit in hac voce non video. *Propinare προπίνειν* quum proprie ii dicantur, qui poculum s. vinum summis labris degustant aliique ebibendum tradant cf. Fischer. ad Anacr. IV. 3. Rup. ad Iuven. V. 128., refertur deinde in universum ad eos, qui alicui aliquid in manus tradunt, in cuius antea ipsi fuerunt possessione. Ita apud Graecos *προπίνειν* saepius in usu est, cuius rei exempla in lexicis exhibentur. Ita puellae, quae Cupidinis vulneratae sunt armis, primum ab eo possidentur et inflammantur, tradit vero eas vitrico. Ita ille quasi praegustasse puellas dici potest. Nolim tamen, id quod alii volunt, propinati eodem sensu accipi, quo *praegustare* et *praegustator*. cf. Cic. pro dom. c. 10. *praegustator libidinum* et Lactant. de Mortibus Persec. c. 38. §. 4. [ubi cf. Toll. *Postremo Maximinus hunc iam induxerat morem, ut nemo uxorem sine permissu eius duceret, ut ipse in omnibus nuptiis praegustator esset*. Ita quoque *delibare* dixit Lactant. Instit. I. 20. §. 36. Sed unum, quod ego invenire poteram huius significationis apud veteres exemplum est Ennii apud Non. s. v. *propinare* p. 33. *Enni poeta salve, qui mortalibus versus propinas flammeos medullitus*. In ceteris, quae afferuntur ut Terent. Eun. V. 8. 57. ubi cf. Bentl. (et Barth. ad G. Briton. Phil. II. 481. *Themaque prolixum res gesta propinat*) vocabulum suam ubique vim retinet, et ad convivia semper in universum refertur.]

iam enim faxo. [De hac formula minantis cf. Intt. ad Petron. c. 95. p. 590. Burm. Hand. in Tursell. III. p. 126. et Colv. ad h. l.]

sentias. [*Sentire* est cum damno suo aliquid experiri et damna facere. cf. Dr. ad Sil. XII. 27. et quos excitat Arntzen. ad Plin. Panegyr. c. 16. §. 5. Cort. ad Lucan. VI. 392. Burm. ad Valer. Flacc. IV. 745. Mitsch. ad Hor. Od. II. 7. 10. Ovid. Met. XII. 71. XV. 823. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. IX. 46. p. 59. et ad Albin. Eleg. 53. p. 120. Ita in Auct. Eleg. in Maecenat. obitum 16. Anthol. Lat. I. p. 255. extat: *Omnia cum posses, tanto tam carus amico, te sensit nemo posse nocere tamen*, quo versu

Digitized by Google

nuptias. Sed nunc irrisui habita quid agam? quo me conferam? quibus modis stellionem istum cohibeam? petamne auxilium ab inimica mea Sobrietate, quam propter huius ipsius luxuriam offendi saepius? Aut rusticae squalentisque feminae colloquium prorsus adhibendum est? Horresco, nec tamen vindictae solatium
377 undeunde spernendum est. Illa mihi | prorsus adhibenda est, nec ulla alia, quae castiget asperrime nugonem istum, pharetram explicet, et sagittas dearmet,

in risui Vicent. Iunt. *in risu* Ald. Iunt. 2. Venet 2. quod exortum ex orthographia *inrisui* vel *inrisu* antiquo dativo. Male Braut. coniecit legendum *insuperhabita*, de quo vocabulo adire lubet Muret. Var. Lect. XI. 17. *quod agam* Bas. 1. *Stillionem* Venet. 4. *cohibeam* D. *huiusmodi ipsius* G. 2. P D. unde Elm. tacite edidit *huiuscemodi*. *huiuscemodi luxuriem saepius offendi* ed. Scriver. *peccavi* pro *offendi* P. *an rusticae* B. *prorsus* abest a R. f. Wow. Pric. Rectius ut putat Oud. Sequi enim *illa mihi prorsus adhibenda*. Sed haec ipsa mihi videtur esse caussa, cur retineam, quia haec verba accuratissime sibi respondent. *inhorresco* B. Elm. Scriv. Florid. *sed tamen* B *ne tamen* G. 2. D. *tantum* pro *unde unde* B. et edd. vett. Vulcan. 2. *unde* semel extat in *J.* p. *sperandum est* P. G. 2. D. [de hac confusione cf. Virg. G. I. 36.] *prorsus mihi* p. *est* post *adhibenda* Oud. delendum esse censet. *expilet* Elm.

posse mihi non videtur esse sollicitandum. Bene enim *omnia posse* et *nocere non posse* sibi opponuntur, quum Maecenas ille quamvis omnipotens, tamen praemorum mansuetudine et animi candore nulli nocere posset. Si quid mutandum est, equidem emendo *nosse tamen*.]

acidas et amaras istas nuptias. [Accuratius de hoc loco agit Barth. in Advers. XXI. 7. p. 1030, ubi tales nuptias exponit cum sarcasmo quodam dici improsperas et nocuas. *Acidus* enim explicat tristis et illaetabilis, *amarus* vero ingratus et absonus. De *acidus* cf. Heins. ad Petron. c. 41. p. 249 Burm. Intt. ad Horat. Epist. II. 2. 64.]

stellionem. [De hoc vocabulo cf. quae dicam ad Apolog. p. 511.]

unde unde. Hanc verissimam codd. lectionem cum Oud. retinui, de qua confert Intt. ad Suet. Claud. 17. [cf. Plaut. Pseud. I. 1. 102. Orell. ad Horat. Sat. I. 3. 88. Sic *ubiubi* apud Plautum Asin. II. 2. 21. Terent. Eun. II. 3. 4. legitur. Errare vero videntur, qui ex Cicerone Tuscul. I. 29. §. 71. hanc geminationem vindicant. Hic enim legendum videtur *ubi*. Orellius quam in recognitione Tuscul. ad h. l. p. 353. proposuerat sententiam, *ubiubi* hic ferri non posse, quod subiunctivus ei additus sit, retraxit ad Horat. Serm. l. c., quo loco ex Cicerone *ubiubi* excitat.]

explicet. Sententiam huius vocabuli quum interpretes non intelligerent, factum est, ut *expilet* emendarent, v. c. Fulvius, Scioppius in Symbolis, Piccart. Pericul. Crit. c. 18., uti passim apud optimos scriptores *expilare templa, thesauros, armaria* invenitur. Sed nihilominus Oud. cum Wower. retinuit *explicet*, quod Beroaldus interpretatur *relaxet, resolvat, ut fluxura fiat sagittarum*, quum Venus nolit, ut Sobrietas pharetram sagittis spoliet, sed ut ea aperta vel excussa sagittarum retundat aciem et mucronem. Attamen Oud. dubitat, *explicare* dissolvendi sensu in malam partem an alibi dicatur. [Hanc explicationem ego probare nequeo, quia in vocabulo *explicandi* ea non inest. *Explicare* enim quum proprie dicatur de rebus, quae contractae, involutae, complicitae sunt, hic de pharetra intelligitur, quae sagittis involutis aperitur et ab humeris Cupidinis dein solvitur. Nam si modo sagittarum obvolucro et sagittis ipsis privatus est, tum perniciosus diutius esse nequit. Ita Glossae Gr. Lat. p. 478. explicant *εὐλυτῶ* (i. e. facile solvere), *expedio, explico, enodo*. Gloss. Vulc. p. 48. *explico ἁπλόω* i. e. expedire, solvere, aperire, pandere et Gloss. Philox. p. 91. *explicat ἀπαλλάσσει* i. e. liberare, removere, e medio tollere cf. Boeckh. ad Plat. Min. p. 170. Heind. ad Plat. Hipp. p. 291. B. Et ita dicit Martial. Spectac. IV. 54. *explicate fusos* i. e. *evolvere, exonerare*. Hac rara *dissolvendi* significatione *explicare* ex coniectura Stewechii legitur apud Arnobium I. 45, ubi ex cod. Reg. retinendum

arcum enodet, taedam deflammet, immo et ipsum corpus eius acrioribus remediis coerceat. Tunc iniuriae meae litatum crediderim, cum eius comas, quas istis manibus meis subinde aureo nitore perstrinxi, deraserit: pinnas, quas meo gremio nectarei fontis infeci, praetotonderit.

denodet B. F. 1. et omnes edd. vett. *enodet* F. 3. P. O. f. d. G. 2. *notet* D. *coherceat* Vicent. *choerceat* D. et statim infra post. *latam* pro *litatum* O. a m. p. *prostrinxi* O. *deraserit* F. 1. 3. P. d. G. 2. D. f. R. O. Iunt. 2. In reliquis est *deraserim*, ut iidem infra variant inter *praetotonderim* et *praetotonderit*. *derasi* π. *pinna* O. *modo gremio* P. *nectari* G. 2. P. D. Iunt. 2. *infici* Iunt. 2. *praetonderit* D.

est: *porrigere mancos manus, et articuli mobilitates iam ingenitas explicabant*: Stewechius intrusit *immobilitates* et Orellius in editionem suam recepit. Hoc si probum esset, significaret *dissolvebant*. Sed sententia ea est: Ii qui prius manus non habebant, eas iam porrigebant, et ita quidem movebant, quasi eae essent ingenitae et a natura datae. Referuntur haec verba ad celeritatem, qua his manibus a Iesu miraculo datis uti isti homines poterant.]

sagittas dearmare. [Mira haec est dictio, cuius Oud. ne verbo quidem notitiam fecit quaeque alio exemplo non potest comprobari. *Dearmare* quum proprie arma alicui detrahere, despoliare aliquem significet, sagittae dici non possunt *dearmari*. Puto igitur *dearmare* hic pro *exuere* positum esse de Sobrietate, quae Cupidinis pharetram non solum dissolvit et aperit, sed etiam sagittis eum privat. Fortasse etiam aliter ita potest explicari, ut *sagittas dearmare* sit hebetare, obtundere, quia arma sagittarum atque earum vis in acumine consistit. Hoc vir doctus in marg. ed. Colv. meae suboluisse videtur, qui inconcinne pro *dearmet* coniicit *deacuat*, quod vocabulum praeterea nusquam legitur.]

arcum enodet. Vulgata lectio *denodet*, quam Pricaeus retinuit, Oud. bene defendit, quia non solum vocabulum *denodare* nusquam legatur, sed elegantius etiam vice versa *ex* et *de* usurpaverit auctor. Idem iam ante eum Floridus probaverat. *Enodare* quum proprie sit nodis exsolvere ut Cat. R. R. 44. *Bene enodata stirpesque laeves facito*, deinde metaphorice dicatur pro *explicare* ut Gell. XIII. 10. *enodare laqueos iuris* et Met. IV. p. 312. *praecepta sortis enodat infaustae*, hic *solvere* est, et adempto nervo arcum inutilem reddere. Erat quum equidem *enervet* legerem sed nunc sententiam retracto.]

deflammare. [Hoc quoque vocabulum ab Apuleio uno usurpatum est, ut *flammas exstinguere*, deinde *exstinguere* significet. Hoc igitur mirum est, quod omnium quae usurpavit ad has poenas significandas Apuleius verborum ratio ea est, ut aut primus auctor ea posuerit aut inusitata plane significatione. Hoc monere debebat interpretes, ne inconsideratius hunc locum emendarent.]

aureo nitore perstrinxi. Male haec Beroaldus exponit *aureo vinculo notari*. Heinsius ingeniose suo more emendavit: *Arabo nidore perunxi*, ad Ovid. Heroid. XV. 76. *Non Arabo noster rore capillus olet.* cf. ad Met. II. p. 108. *Capillus guttis Arabicis obunctus. Nidor* etiam pro odore rei non ustae saepe apud veteres in usu est. Hinc *mellitus corporis nidor* Met. VIII. p. 567. Verum licet sic optime locutus esset auctor, tamen hic nihil contra Mss. mutandum esse censet Oud. Nam *aureus nitor* capiendum esse de fulvo colore, quo capillos Cupidinis Venus imbuerit Passim enim *nitere* de auro dici; coll. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. X. 647. 666. Bentl. ad Manil. I. 737. Intt. ad Valer. Flacc. VI. 710. et Stat. Theb. V. 227. Unde patere, simul *nitorem* dici ob delibutos liquido quasi auro capillos, tali unguento splendentes, quum unguentatae res dicantur *nitidae* et *nitere*. coll. Cic. Catil. II. 5. Mela. III. 9. Ovid. Met. Art. Am. III. 443. Broukh. ad Tibull. II. 57. [cf. Schmidt. ad Horat. Epist. I. 14. 32. Rupert. ad Iuvenal. III. 157.] Hinc ob uncta athletarum corpora *palaestram* vocari *nitidam*. [cf. Intt. ad

CAPUT XXXI.

378 Sic effata | foras sese proripit infesta et stomachata biles Venereas. Sed eam protinus Ceres et Iuno continuantur, visamque vultu tumido quaesiere, cur truci

effaci G. 2. a m. p. pro *effata*. *se* O. *prorepit* D. *proeripit* G. 2. P. *prorupit* Florid. edit. *infesta stomachabiles Veneras* G. 2. D. *et* ante *stomach.* abest a P. *stomacha* P. π *Venerem* P. *bilem Veneriam* p. *venerias* δ. edd. vett. *et stomach. bil. Vener.* Pric. posuit post *effata*. *sed iam* Iunt. 2. *continuant* unus φ. sed hinc locus emendandus non est, in alio *continuatur*. *comitantur* B. et edd. vett. *timido* F. 3. p. f. [cf. Liv. II. 52. §. 1. Dr. ad Sil. II. 626. Virg. Ecl. VI. 20. VIII. 28. G. III. 421. Triller. Observ. I. 1.] *quaesiere* F. 3. G. 2. P. O. D. p. f. δ. Venet. 4. Oud. comparat sua ad Caes. B. G. I. 32. In cett. *quaesivere*.

Ovid. Met. VI. 241. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. XVI. 149. p. 94. XIX. 11. p. 106.] Aliquando Oud. cogitavit de aureo crinali, quo distinctos capillos gerebat Cupido teste Ovid. Epist. ex Pont. III. 3. 15. *Nec torquem collo, nec habens crinale capillis. Nec bene dispositas comtus, ut ante, comas.* Sed bene dicit intelligi, huic sententiae non convenire *perstrinxi*, quod sit levi, placide tetigi, finxique capillos. coll. Sil. IV. 352.

meo gremio nectarei fontis infeci. Pricaeus ait esse hypallagen pro *fonte gremii*, quo videtur intellexisse *lac mammarum*. Sed an is fons *gremii* vocari possit, cum Oud. equidem dubito. (At ita dici non posse, probat locus Cic. de divin. II. 41. *Puer in gremio matris sedens, mammam appetens.*] Heinsius loco citato legit: *mei gremii nectareo fotu refeci* pinnas lassas scilicet a volando, unde saepe Apuleius *refota lassitudine* cf. ad Met. V. p. 348. De ceteris dubitari nequit. [Sed contra Mss. auctoritatem quicquam mutare, audacius est, praesertim quum altera lectio probam sententiam efficiat. Voss. vero de Construct. c. 30. recte construit *infeci fontis*, ut Genitivus sit pro ablativo. Graeca illa plane est constructio nec ex studio Apuleii unum pro altero ponendi casu cum Oud. explicanda est, qui in eo praeterea magnopere erravit, quod *guttis* vel aliud quid cogitatione addendum esse iudicat. Eandem Hypallagen falso agnoscit Stallbaum. ad Ruddim. Institt. T. II. p. 189. not. 25. Sed si in inusitatis construendi modis ubique apud Apuleium offendere velles, eumque ex trita quadam ratione emendare, totus eius color atque proprietas plane everteretur. Sic ille ipse *esurire* et *sitire* verbis primus, quantum scio, genitivum adsciscit. cf. de Deo Socrat. p. 172. *fallacis undae sitit.* Et saepius iam ita Apuleium novare constructionem observatum est.]

Cap. XXXI. *foras sese proripit.* Frequentissima est codd. variatio in vocibus *prorumpere* et *proripere*, quum eiusdem viderentur librariis esse significationis. Rarius tamen est *proripere*, quod emendari non debet, cum saepius ea sententia apud Apuleium legatur cf. Met. IV. p. 238. *cursu me concito propripio.* IV. p. 287. *concito se gradu proripiunt.* VI. p. 434. *meque quadrupedi cursu proripio.* VIII. p. 543. *cursu furioso proripit se* et saepius cf. Oud. ad Caes. B. C. I. 20. *subito se proripiunt.* [Plura dabit Dr. ad Liv. II. 23. §. 8. et XXI. 63. §. 13.]

stomachata biles Venereas. Haec quia de ipsa matre Cupidinis Venere dicta sint, hanc caussam Stewechius sufficere putat, quapropter emendet: *stomachata biles meras.* In hac quidem repetitione Oud. non offendit, optime explicans: Intelligit *biles*, quales decebant *Venerem*, ut deam, vel propriae erant *Veneri*, ut vehementi impotentique feminini sexus Deae. Quia igitur iracundissimam Venerem descripsit cf. IV. p. 303. *vehementer incendit Veneris animos*, ego quoque nihil mutandum esse opinor. Significantius enim est. Quid vero sibi velit Vossii coniectura *Venerea*, vix capi potest.

vultu tumido. Hanc lectionem quamquam contra optimum codicem F. 3.

supercilio tantam venustatem micantium oculorum coerceret? At illa: Opportune, inquit, ardenti prorsus isto meo pectori violentiam scilicet | perpetraturae venitis. 379

opportuna Venet. 2. *protinus* pro *prorsus* p. *isti* P. δ. Iunt. 2. Wow. Pric. *modo pectori* Bas. 1. *violentia* F. 1. *perpetratur evenitis* F. 3. *perpetratur enitis* F. 1. ex coll. Lindenb., in excerptis ad marg. ed. Colv. legitur *perpetraturae. perpetrare* D. Venet. 4. Paris. Bas. 1. Colv. Vulcan. Elm. Scriv. Florid.

retinui, meo tamen iuro hoc fecisse puto. *Vultu* enim *timido* si sententiam praebeat, non ad Venerem referenda sunt verba, sed ad Cererem et Iunonem, quae truci supercilio perterritae Veneris obviam factae, quid mali cogitet interrogant. Hoc vero minus aptum videtur esse. Neque enim tam formidabilis erat Venus, ut his deabus formidinem inculeret, et quanta animi illae fuerint fiducia, sequentia earum verba testificantur, quae nimis audacter et ironice in Venerem invehuntur: quod timentium non est. Quum igitur proba sententia non efficiatur, facillimaque sit utriusque vocabuli mutatio, *vultu tumido* restituendum esse arbitratus sum. *Turgere* et *turgescere* et *turgidus*: ut *tumere*, *tumescere* et *tumidus* dicuntur de iis, qui gravi ira et vehementiore affectu commoti sunt; de qua significatione cf. quae dixi ad Met. V. p. 340. Intt. ad Liv. XXXIII. 11. §. 4. Minuc. Fel. c. 14. Triller. Observ. I. 1. Bouhier. ad Petron. de B. Civ. 115. De vultu ipso ita dici, probat Oud. ex Ovid. Heroid. VIII. 57: *Ora mihi pariter cum mente tumescunt.* Sil. Ital. II. 626. *atros insibilat ore tumores* cf. Intt. ad Prop. II. 6. 9. qui similem locum ex Suet. Tib. c. 7. excitant: *Agrippinam abegisse post divortium doluit et semel omnino ex occursu visam adeo contentis et tumentibus oculis prosecutus est, ut custoditum sit, ne unquam in conspectum eius veniret,* ubi melius iam Nicol. Loensis in Miscell. Epiphyll. c. 26. rationibus quidem non contemnend's legit *trementibus*, in quam coniecturam equidem quoque antea incidi. Nunc vero lego *humentibus* id est prae libidine udis et madentibus. cf. ad Met. III. p. 199. *oculos Folidis meae udos ac tremulos et prona libidine marcidos ... saviis sitienter hauriebam.*]

isto. Isto saepe Apuleius pro *isti* protulit, quamquam lexica nullum ex alio scriptore exemplum addunt. Unum quod adsciscunt est Met. VII. p. 498. *caput quoque ipsum pessimo isto asino demere* ubi tamen summa est lectionis discrepantia. Sed cf. Met. VI. p. 413. *laborique isto tenere succumbis,* ubi *isto* codd. optimi constanter retinent. Met. XI. p. 783. *candido isto habitu tuo congruentem* cf. Voss. de Anal. IV. c. 6. et dict. ad Met. III. p. 210.

perpetraturae venitis. Minus venuste maximam partem edd. ita legere, Colvius pronuntiavit, qui potius *perpetuare renitis* vel cum Lipsio: *perpetrare venitis* volebat, et Roaldus quoque in eo ita offendit, ut *perpacaturae venitis,* coniiceret. [Quae omnes emendationes probant, sententiam loci a viris doctis non esse perspectam. Quamquam per leges grammaticas lectio *perpetrare venitis* reiici non potest, tamen quae inde mens erui possit, non video. Notum enim est, infinitivum saepius poni post verbum *venio* aliaque, quae motum indicant, ubi melius exspectatur supini forma in *u.* Hoc ex ipsius Apuleii exemplo probari poterit; cf. Met. VI. p. 397. *An potius maritum ... intervisere venisti* Plaut. Rudent. I. 2. 6. *Nunc huc ad Veneris fanum venio visere.* Casin. V. 1. 2. *eximus intus ludos visere hac in urbe nuptialeis,* de quo usu Oud. excitat Burm. ad Valer. Flacc. VI. 646. Virg. Aen. I. 528. Praeterea cf. Terent. Eun. III. 3. 22. *misit orare,* ubi adeatur Ruhnk. Heins. ad Ovid. Met. V. 660. Dr. ad Sil. IV. 795. ad Ovid. Heroid. I. 37. Barth. Advers. XXVI. 3. p. 1261. Kopp. ad Mart. Capell. II. §. 119. p. 164. Munk. ad Hygin. fab. CXLVII. p. 258. Oud. ad Florid. p. 70. Aliud exemplum ex Apuleio depromptum est Met. p. 240. *Sed dum contanter accedo decerpere.* Hygin. fab. c. 27. p. 76. *exsequi venisse* Dict. Cret.

Sed totis, oro, vestris viribus Psychen illam fugitivam, volaticam mihi requirite. Nec enim vos utique domus meae famosa fabula et non dicendi filii mei facta latuerunt. Tunc illae ignarae, quae gesta sunt, palpare Veneris iram saevientem

Psychen F. 3. Hic adnotat diligens librarius, ubique ita scribendum esse, nisi alteram *Psychem* formam ipse designaverit. *fugitinam* G. 2. *volaticam* P. O. *noliticam* G. 2. D. *faũ* pro *famosa* legitur in D. *tabula* p. ed. pr. *famula* F. 1. *non dicenda* β. M. *fata* O. *factum* vulgata lectio. *latuerunt* F. 3. G. 2. O. P. D. R. f. In cett. *latuerint*. *ignarae* omnes Mss. ed. pr. Venet. 2. Vicent. Bas. *gnarae* Ald. Iunt. 1. 2. Colin. Florid. *ingratae* D. *ignorare* δ. unde Oud. coniecit *gnaruras*.

IV. 3. *regrediebatur Penthesileam visere.* Hinc potest intelligi, quam inconsiderate Dederich., novissimus Dict. Cretensis editor, egerit in loco Dict. II. 20., quem mendosissimum habet, pro *se venisse — conqueri: conquestum* ex more Dictyis et Sallustii emendans. Cur enim questus a Menelao prolati inepti et absurdi sint, intelligi non potest, quum Menelaus statim conqueratur, et ipsi senes, quos alloquitur, haec verba pro questibus habeant: *eam seniores lamentationem immodicam cum lacrimis accipientes.* Verba igitur *cum multa ... conqueri* ad Menelai orationem pertinent. Ita male idem Dederich. in Daret. Phryg. c. 1. Sangallensis codicis lectionem *eat Iason, pellem auream petitum* postponit scripturae edd. *petiturus*, quae ut nostro loco emendatio videtur esse.]

famosa fabula. [De *famosus* cf. quae exponit Pricaeus ad hunc locum et d'Orvill. ad Charit. I. 12. p. 273. ed. Lips. In malam partem fere semper dicitur. Tum non ita vituperandus erat ab Oud. Elmenhorstius, qui ex codice Flor. 1. *famula* pro *fabula* comprobavit. Errat enim Oud., quum *famulam Veneris* Psychem fuisse neget, quales fuerint Veneris addictae sacerdotio eique operantes, praesertim in Sicilia. Saepius enim Psyche Veneris famula nominatur. Ita Venus ipsa dicit p. 394. quanto *iam tempore delitescentem ancillam nequiverim reperire* et Mercurius p. 395: *Si quis a fuga retrahere vel occultam demonstrare poterit fugitivam regis filiam, Veneris ancillam* et Consuetudo p. 396.: *Tandem ancilla nequissima*, et iterum Venus p. 397. *vilis ancillae filius.* Nisi quis putet, *ancilla* propria sua vi his locis proferri cf. Fest. s. v. p. 17. *Ancillae sic appellantur, quod antiqui anculari dicebant pro ministrare.* Ex quo dii quoque ac deae feruntur *coli, quibus nomina sunt Anculi et Anculae.* Cf. Intt. ad h. l. p. 328. Lindem. Sed *fabula* non solum propter codicum auctoritatem, sed etiam propter ipsam loci sententiam hic praefero. *Fabula* enim *esse* vel *fieri* is dicitur, de quo rumor inter multos homines pervagatur. cf. quae dixi ad Met. II. p. 119.]

non dicendi mei filii. Petrus Faber. olim emendavit *non dicenda*, quod temerarie fecit, quamquam etiam codd. Bemb. et Mang. est lectio. In rebus enim scaevis ominis averruncandi caussa plerumque veteres personae nomen omittebant, de quo usu Elmenh. comparat Ulpian. l. III. Dig. *de liberis et postumis: Filius non nominandus* et Hellad. in Phot. Bibl. fol. 875. Aliter explicat Pricaeus, qui sensum esse monuit, *facta filii*, ob quae non amplius filius meus nominandus est. Equidem priorem interpretationem praefero. cf. Intt. ad Petron. c. 132. p. 814. Aliud enim est, quod affert p. 344; *quas tibi post ... calcata sanguinis foedera sorores appellare non licet.*

latuerunt. Haec lectio bene se habet. Deos enim hoc scire, ipsa Dea merito sibi persuadebat, tantumque negotium coelestibus haud posse ignotum esse statuebat.

ignarae. [Mirum est, quomodo haec scriptura omnes omnino Mss. occupare potuerit, quum plane contrarium exprimere voluisse Apuleium, sententiarum connexus efficiat. Ex seqq. enim aperte intelligitur, Iunonem et Cererem iam certiores esse factas de Cupidinis amore, quippe quae acriter eius libidinem tempestivam defendant, quod commovit Beroaldum, ut *gnarae*, Pricaeum ut *non*

Digitized by Google

sic adortae: Quid tale, domina, deliquit tuus filius, ut animo | pervicaci volu- 380
ptates illius impugnes, et quam ille di|ligit, tu quoque perdere gestias? Quod (173)
autem, oramus, isti crimen, si puellae lepidae libenter arrisit? An ignoras, eum masculum et iuvenem esse, vel certe iam quot sit annorum oblita es? An quod

Vid. tale Vicent. *talem dominam* O. *domina inquit deliquit* f. *ut* abest a d. *pertinaci* φ. p. d. *pernicitati* D. *pernicaci* G. 2. *inpingnes* Vicent. Venet. *ille quoque diligit* p. *quod autem istius crimen* φ. *quod autem damus isti crimen* G. 2. P. O. f. M. β. f. d. Incert. *demus* D. *oramus* praebent F. 1. 3. R. B. f. et edd. vett. Elm. Florid. *iuvenem* abest in F. 1. teste Elm. sed negligenter sua collatione usus est vel prae festinatione in scribendo aberravit, alteram pro altera voce scribens. Non enim *iuvenem* deest F. 1. sed *esse*, quod ab Elm. et Scriv. deinde uncis inclusum est. *ipsum iuvenem* f. *iam* deest in f.

ignarae emendaret. Ita bene potest locus sanari, sed vereor, ut ex Mss. fide ita fieri liceat. Una tantum restat ratio, qua *ignarae* possis probare, si *in* adverbium non negativum hic esse sed intensivum mecum statuas, cuius usus exempla protuli ad Met. I. p. 56. ubi cf.]

palpare. *Palpare* proprie de ferocibus equis dicitur et contumacibus, quos equiso leniter adulando et malas pulsando permulcere et mitigare studet. Ita in Gloss. Philoxeni p. 151. *palpo equo καταχροτῶ τοῦ ἵππον*, ubi sine dubio legendum est *palpor*. Nullum enim mihi constat exemplum, quo *palpo* activa terminatione cum dativo iunctum est, qui potius a deponenti videtur esse adscitus cf. Plaut. Amphit. I. 3. 9. Horat. Sat. II. 1. 20. ibique Bentl. Ut nostro loco Appul. etiam Iuven. I. 35. dicit *quem munere palpat*, ubi cf. Rupert. Dr. ad Sil. IV. 264. Deinde *palpare* in universum *mitigare* est cf. Plaut. Amphit. I. 3. 28. Fest. p. 119. *palpari, blandiri* et Intt. ad h. l. p. 575. Lindem.]

pervicaci. Alii praeferunt *pertinaci.* De hac librorum inconstantia cf. quae proferam ad Met. IX. p. 620.

quoque. [Offensioni est, quomodo omnes, quantum scio, interpretes hunc locum sicco pede transilire potuerint. *Quoque* enim adverbium si sua sententia pro *etiam* accipitur, ferri hic nequit, quum nemo alius sit, qui Psychem perdere gestiat. Hoc enim potest intelligi, *quoque* hic idem esse quod *qualicunque ratione* vel *aliqua ratione.* Frustra quum Lexica de vocis vi consuluissem, ad Glossas me converti, quae haec habent: Gloss. Philox. p. 180. *quoque τε καὶ ὅπου*, quae Graecorum particula etiam rationem qua aliquid fit indicat. Melius tamen legerim *quoquam*, quod eaedem Glossae explicant *ὅλως που*, quae sententia loco nostro aptissima est. Fortasse ita explicari potest Lucret. I. 1054. *neque quoquam posse resolvi summa atque ima* i. e. *aliqua ratione* et IV. 505. Eodem iure emendari potest *quaquam*, quod prius *aliqua ratione* significasse, demonstrat negativum *haudquaquam.* Unde non spernenda est eorum sententia, qui Lucret. I. 429. *neque omnino quaquam divorsa meare* legunt, quod antecedenti *haud quaquam* bene respondet, etsi non nego, *quoquam* lectionem codd. hic defendi posse.]

oramus, isti crimen. In lectionis diversitate constituenda constans sibi non est Oud., qui *oramus* non significare veras preces, deabus haud convenientes, sed formulam esse vehementer rogantium bene adnotat, sed auctoritate nonnullorum codd. commotus *damus* non improbat, quamquam ipse confitetur, dici potius *crimini alicui dare* quam *crimen alicui dare* (quae constructio mere graeca est cf. Met. VIII. p. 521. *culpam bestiae dabat.*) [Eadem ratione Romanis in usu est verbum *quaeso*, quod etiam gravibus animi commotionibus usurpatur. Hic vero *oramus* est palpantium iram Veneris et blandientium. Praeterea emendat Meursius Crit. Arnob. VI. 4. *istic* pro *isti* non intelligens, hunc dativum vices ut ita dicam sustinere genitivi; cf. Met. II. p. 92. *his oculi minant* Ruhnk. ad Ovid. Heroid. III. 74. p. 21. et Intt. ad Rut. Lup. I. §. 10. p. 109. Frotsch.]

Digitized by Google

aetatem portat bellule, puer tibi semper videtur? Mater autem tu et praeterea cordata mulier, filii tui lusus semper explorabis curiose, et in eo luxuriem culpabis, et amores revinces, et tuas artes tuasque delicias in formoso filio reprehendes? Quis autem te deûm, quis hominum patietur, passim cupidines populis disseminantem, cum tuae domus amores amare coerceas, et vitiorum muliebrium publicam praecludas officinam? Sic illae metu sagittarum patrocinio gratioso

vellule f. G. 2. D. *bellulae* Vicent. *vitule* O. *supĕr* pro *semper videtur* P. f. *luxus* D. *lusis* Vicent. cf. Intt. ad Liv. I. 5. §. 2. *luxurie* G. 2. D. *remetes* δ. *te deûm* F. 3. G. 2. D. β. f. edd. vett. ante Basil. P. et F. 1. in excerptis ad marg. ed. Colv., sed F. 1. in Lindenb. collat. *quis autem deûm*, ut reliqui omnes Mss. *patientur* P. *populi* P. *deseminantem* B. *amores amore* B. *vicinam* pro *officinam* f. *glorioso* quod in Ald. et f. teste Elm. legitur, in neutro apparet, et collat. ad marg. ed. Colv. tantum in F. 1. ita reperiri affirmat.

aetatem portat bellule. [De hac dictione cf. quae dicit Ciaconn. de triclin. p. 66. Barth. Advers. XXXIII. 22. p. 1542. qui bene de aetate explicat, quae nondum sane consenuit et pro minus progressa habetur. Ita Macrob. Sat. II. 3. *M. Cicero cum apud M. Damasippum coenaret, et ille mediocri vino posito diceret: bibite Salernum XL annorum est: Bene, inquit, aetatem fert.* Comparari igitur non debebat ab Intt. locutio *aetatem agere*, quae plane aliud significat: de qua cf. Burm. ad Anth. Lat. T. II. p. 73.]

bellule. [Quae in nonnullis codd. legitur scriptura *vetule* et *vellule*, corruptela est, quae in hoc vocabulo saepius conspicitur. cf. Met. X. p. 707. XI. 816. et ad Met. X. p. 737. Fortasse vocabulum *bellus* vel *bellulus* restituendum est Spart. Sever. c. 17. ubi Palat. habet *propter novitatem animalium belleorum.*]

cordata mulier. [*Cordatus* est sapiens et prudens. cf. Enn. apud Cic. Tusc. I. 9. ubi cf. Moser. T. I. p. 63. *Egregie cordatus, homo catus Aelius Sextus* Plaut. Poen. I. 1. 3. *Quas tu sapienter, docte et cordate et cate.* cf. Buen. ad Lact. III. 20. §. 2. Quare non necessarium est, ut cum viro docto in marg. edit. Iunt. 1. meae legatur *cata*, quod per se non improbatur.]

lusus. [*Lusus* hoc loco de rebus dictum est Venereis. cf. Ovid. Amor. II. 3. 13. *sunt apti lusibus anni.* Ita *ludus* et *ludere* saepius a Romanis usurpatur. cf. Liv. XXVI. 50. §. 5. *si frui liceret ludo aetatis* ubi seqq. fortasse ita legenda sunt *(praesertim illaeso et legitimo amore.)* Intt. ad Liv. I. 5. §. 2. Burm. ad Prop. II. 5. 4. ad Petron. II. p. 60 sq. ad Anthol. Lat. T. II. p. 516. Ita *ludicre* saepius de amoribus et illegitima Venere dicitur cf. Met. II. p. 101. *moribus ludicra* IX. p. 605. *maritum tractabat ludicro.*]

revinces. [Male exponunt Intt., quos Oud. secutus est, *condemnatis revincere crimen* comparantes. *Revincere* vero est manifestis argumentis comprobare, rem ita esse, coarguere amores. Bene igitur sibi respondent *explorabis curiose* et *revinces: culpabis* et *reprehendes.* Hinc intelligi potest, quam perversa sit codicis δ. lectio *remetes*, s. resecabis quasi et inhibebis luxuriantes eius amores, a quo Oud. non ita videtur fuisse abalienatus. Hoc potius exprimeret *revincies*, quod vir doctus in marg. Iunt. 2. sine caussa emendavit.]

artes. [De artibus Veneris, quibus amore potitur, cf. Barth. Advers. XXXIV. c. 6. p. 1555. Euripid. Helen. 1113. d'Orv. ad Charit. IV. 4. p. 438. ed. Lips.]

praecludas. Non cepit hunc locum Pricaeus putans, ex praecedentibus liquere, hic oportere scribi *recludas.* Sed bene monet Oud., sententiam loci esse: Si praecludas tuae domui officinam muliebris consuetudinis, et furti earum, quae ceteris et omnibus passim populis est publica.

patrocinio gratioso Cupidini. Gratioso non iungendum est cum voce *Cupidini*, vulgari significatione pro eo, qui facile gratiam et favorem acquirit passive, sed active *patrocinio gratioso*

Cupidini quamvis | absenti blandiebantur. Sed Venus indignata ridicule tractari 381
suas iniurias, praeversis illis, alte rursus concito gradu pelago viam capessit.

praevessis G. 2. D. *praevexis* O. *perversis* Venet. 4. Paris. Basil. *altrorsus* pro *alte rursus* vir doctus coniecit ad marg. ed. Colv. *campescit* Venet. 4. *compescit* δ.

sive officioso, ut interpretatur Floridus, seu ambitioso, quo gratiam et favorem Cupidinis, quamvis absentis, mereri nitebantur. Est enim, ut ait Gell. IX. c. 12. *gratiosus et qui adhibet gratias et qui admittit.* Sic Cic. Epist. ad Divers. II. 6. *suffragatio gratiosa.*

praeversis illis. Neque hunc locum ceperunt interpretes, quorum Beroaldus exponit *posthabitis et quasi relictis,* vel, ut cum Basil. edidit *perversis* seu *abeuntibus alio itinere.* Immo Stewechius coniecit ea sententia fere *reversis.* Ex lectione Oxon. *praevexis* coniicere quis possit *praevectis* i. e. praetervectis illis et ita post tergum relictis, de quo cf. Oud. ad Suet. Caes. 37. Sed idem significat *praeversis* cf. Virg. Aen. I. 317. XII. 345. [cf. Livin. ad Plin. Panegyr. LXIII. §. 1. cf. Deder. Introd. ad Dict. Cretens. p. LII. qui tamen sententiam huius loci non intellexit et praeterea in eo erravit, quod *praeversus* sequioris esse latinitatis pronuntiavit.]

Digitized by Google

LIBER VI.

CAPUT I.

382 Interea Psyche variis iactabatur discursibus, dies noctesque mariti vestigationibus inquieta, animo tanto cupidior, iratum licet si non uxo-

Psychem G. D. pro more. *iactabar* P. *iactabā* D. *n. dies* D., quod significat *nam dies*. *que* non comparet in p. Venet. 4. Paris. Bas. 1. ut alibi dicitur *equis*, *viris* et similia. Sed Msstis standum est. *investigationibus* G. P. *inquieta animo*, *tanto* F. 3. *et*, quod ante *iratum* nonnulli codd. et edd. vett. habent, non comparet in F. 3. P. O. p. *d.* G. D. Iunt. 2. *iram tamen* pro *iratum* G. *sine* pro *si non* P. f. p.

Cap. I. *vestigationibus.* Hanc lectionem, quae ab optimis quibusque codd. defenditur, Oud. ex more Apuleii praetulit, qui simplex *vestigare* eiusque derivata ubique amet. Ita *vestigare* Met. VIII. p. 512. *prospectu vestigatorum* [cui addi possunt loci Met. VII. p. 454. *vestigari statuunt*, ubi Stewechium abripuit innovandi prurigo *investigare* praeferentem. Met. X. p. 703. *vestigabant reum* Apol. p. 425. *haec omnia vestigare et inquirere.* Apol. p. 453. *curiosius vestigant.* Apol. p. 495. *qui ista vestiget.* ibid. p. 536. *quaepiam vestigavit*, si sana est lectio, de Deo Socr. p. 116. *intellectu vestigamus.* Sed in eo erravit Oud., quod *vestigatio* frequentius esse Apuleio pronuntiavit. Quantum equidem videre possum, nusquam nisi hoc ipso loco Apuleius hoc substantivum usurpavit, sed ubique alias *investigatio* cf. Met. VI. p. 394. *investigationis publicitus edicere.* VII. p. 447. *investigatione facti* IX. p. 673. *investigationi vindictaeque* de Mund. p. 285. *investigationem sibi vindicat.* His igitur exemplis poterit comprobari, substantivum *vestigatio* Apuleium uno loco, *investigare* verbum nunquam usurpasse. Praeterea *vestigatio* Apuleii tantummodo videtur esse vox propria, quum apud Ciceronem Off. I. 6. §. 19. plurimi codd. legant *investigatione.* cf. Intt. ad Liv. XXXIX. 51. §. 6.]

animo tanto cupidior. [Hunc locum miror tam paucis verbis Oud. absolvere potuisse, qui sine dubio mendosissimus est, quemque intellexisse non videtur. Primum enim intelligi potest, *tanto* ferri non posse, nisi aliud quoddam adverbium addatur, cuius vim augeat, ut *multo*, *nimio*, *aliquanto* cett., quae saepius in usu sunt. In iis enim, quos Oud. protulit, locis ita semper scribitur cf. Met. VII. p. 474. *multo tanto pluribus beneficiis* X. p. 717. *multo tanto impensius* Apolog. p. 346. *multo tanto ex animo laborat.* Florid. p. 90. *multo tanto praestat.* De Deo Socr. p. 144. *multo tanto subtiliori.* Haec dictio plane comica est et Plauti potissimum propria; cf. Acidal. ad Plaut. Stich. II. 2. 15. Gronov. ad Gell. IV. 9. extr. Hand. Tursell. III. p. 666. *Tanto* enim duplici tantum ratione ad comparativum poni potest, vel ita ut

Digitized by Google

riis blanditiis le[nire, certe servilibus precibus propitiare. Et prospecto templo quo- 383
dam in ardui montis vertice: Unde autem, inquit, scio, an istic meus degat dominus? Et illico dirigit citatum gradum, quem defectum prorsus assiduis laboribus spes

uxoris F. 1. G. D. ed. pr. Vicent. Vulc. 2. Colv. *unde etiam* D. a m. p. *unde aut* ed. Beroald. *ais* pro *an* in Marg. Bas. 1. *gradum.* [In omnibus, quos equidem conferre potui, Mss. et edd. vett. et recentt. legitur *gradum*, ut intelligi nequeat, unde Ruhnkenius, qui Oudendorpianae editionis textum constituit, *gressum* lectionem hauserit. Nam vel in Vulc. 2., cuius contextum Ruhnken. pressim sequitur, ut eiusdem ipsos errores non raro recipiat, *gradum* praebet. Coniectura id tantum assequi licet, Ruhnken. posuisse *gressum* vel quia ea significatione tritior est, vel quod Oud. explicat in adnotatione: *dirigit gressum* scilicet *eo qua*, et in Virg. Aen. I. 405. exemplo, quod ille affert, item *gressus* legitur. Orell *gressum* recepit.] *qua* ὁ. In cett. legitur *quem*. Pronomen in ed. Paris. omnino deest.

quanto adiectum sit, quo refertur, quae dicendi ratio Apuleio est tritissima, aut *quam* particula sequatur comparationis, quae ad comparativum pertinet, Cic. Verr. II. 3. 45., vel ex toto sententiarum connexu cogitatione altera enunciatio addi possit. Nemo unquam huc referat formulam istam comicam *tanto melior*. Hinc suo iure Brantius in hoc loco offendit pro *animo* coniiciens *nimio*. Obstat praeterea ipsa vox *animo*, quae plane superflua est. Hoc Oud. intellexisse videtur, quum postea ad Met. VII. p. 474. locum excitet: *nimio tanto cupidior*. Si ad animum referri voluisset *cupidior*, Apuleius sine dubio dixisset *animi*, quod saepius abundare videtur apud Romanos, ut *vecors animi*, *furens animi* alia. Diversa plane ratione dicit de eadem Psyche IV. p. 310. *aegra corporis, animi saucia* et V. p. 360. *et animi et corporis alioquin infirma*, ut Oud. erret dicens, Apuleium *animo* videri expresse addidisse, ut opponatur *inquieta corpore*. *Inquietus* non ad corpus solum sed ad animum et ad corpus refertur Psyches, quae prae anxietate et desiderio dies noctesque maritum quaerit. *Animo* igitur si verum est, cum verbis *tanto cupidior* debet coniungi, quamquam equidem correctionem esse putaverim librarii, qui *nimio* concoquere non poterat.]

iratum licet .... certe servilibus precibus propitiare. *Et*, quod ante *iratum* legitur, ferri non potest, quia infinitivus *propitiare* ita non habet, unde pendeat. Oud. ne copulam omitteret, *et licet* pro *etiamsi, etsi* dictum putavit, quamquam hic usus exemplis vix poterit comprobari vel transponi particulam ante *animo* voluit. Utrumque plane temerarium est; *propitiare* infinitivus est, qui e vocabulo *cupidior* aptus est. cf. Ovid. Met. XIV. 215. *cupidusque moriri*. Propert. I. 19. 9. quam constructionem, quum interpretes non intelligerent, *et* particulam temerarie intruserunt. Nec minus perversa est Meursii Exercit. Crit. 17. coniectura *certa*, qui ita *et* sustinere studuit, ut *certa* adsciverit infinitivum. Sed ille non videt, ita totius loci sententiam perturbari. *Certe* enim saepius in usu est, ubi, quod in enunciatione priore fortius expressum erat, sequente hac particula quasi mitigatur, ut vim restringendi habeat. Oud. multa exempla ex Apuleio enumeravit, quorum id sufficiat describere Met. IX. p. 649. *vel si id nequiverit, certe Larva vel aliquo diro numine immisso violenter eius expugnari spiritum.* cf. Hand. Tursell. II. p. 25.]

uxoriis blanditiis. [Quod in nonnullis codd. legitur *uxoris* iam a Barth. Advers. VI. 13. p. 277. Piccart. Peric. Crit. c. 9. emendatum est in *uxoriis*. Sed Barthius sibi non constitit. Nam in Advers. XXXIII. 5. p. 1513. in suis codd. legi dicit *uxoria blanditia*, quod merum videtur eius esse figmentum, praesertim quum ille hac in re male inter omnes audiat, ut saepius iam monitum est. Deinde in eo quoque erravit, quod utroque loco *uxoriis* explicat ad uxorem pertinentibus, quum equidem pro mollibus et delicatis explicaverim, quae mulierum propriae virorum animos capiunt. Significatio vocis notissima est.]

gradum, quem defectum. [Male agit Oud., qui e cod. d'Orv. contextui ver-

incitabat et votum. Iamque naviter emensis celsioribus iugis, pulvinaribus sese proximam intulit. Videt spicas frumentarias in acervo et alias flexiles in corona, et spicas hordei videt. Erant et falces et operae messoriae mundus omnis; sed
384 cuncta pas|sim iacentia et incuria confusa, et, ut solet, aestu laborantium manibus proiecta. Haec singula Psyche curiose dividit, et discretim remota rite

graviter p. Vicent. Iunt. 1. Ald. Venet. 2. *naviter* F. 3. G. f. D. a m. p. In cett. extat *gnaviter*. *emersis* δ. cf. ad Met. I. p. 12. *post arduas montium emensa*. *proximis* Colvius, *proximans* Elm. male emendarunt. Significat *proxime accessit*. *in acerbo* G. *iam acerbo* D. a m. p. *flexiles* F. 1. 3. O. φ. π. Iunt. 2. Ms. Incert. *fluxibiles* P. In cett. Mss. et edd. usque ad Elmenh. legitur *flexibiles*, quarum terminationum commutatio frequentissima est. *spicas* deest in P. *Stipulas* hic legendum esse, aliquando docuit Gronovius. Tollius, qui ex Plin. H. N. XVIII. 30. *Hordei stipulam bubus gratissimam servant* hanc lectionem comprobat, vel ipsi Oud. persuasit. Sed nihil mutandum est. Varr. R. R. I. 48. §. 1. *spica, quae mutilata non est, in ordeo et tritico tria habet continentia: gramne, glumam, aristam et etiam primitus spica cum oritur, vaginam. fallaces* pro *falces* G. et D. qui a m. p. ita legisse videtur. *et* ante *operae* exulat a G. a p. m. neque vero sequens *et* ante *incuria*, quod Oud. excerpta praebuerunt. *modus* pro *mundus* B. ed. pr. Vicent. Aldin. Iunt. 1. Venet. 2. 4. Paris. Colv. In ed. Vulc. 2. vitiose extat *munus omnis*. *in incuria* pro *et incuria* vitiose legitur in δ. *et* ante *ut* desideratur in O. *ut solet aestu: laborantium*. Ita interpungunt edd. Vicent. et Venet. 2. *hic singula* de more habent omnes edd. vett. praeter editt. princip. et Iunt. 2., praeterea Colin. Bas. Colv. et Vulcan. Elm. Lindenb. *hic* corrigere omisit. Eaedem paullo post *hic eam sollicite* praebent. *Psychem* D. *dedit* D. pro *dividit* a m. p. *discrete* G. P. D.

borum intrudere malit *qua defectum* coll. Virg. Aen. I. 405. *qua te via ducit, dirige gressum* et not. ad Caes. B. G. II. 8. Sed ita *defectum* nullo modo potest defendi, nisi contorta omnino ratione, quod Oud. intelligens *defectam* reponi iussit. Quum vero vulgata lectio bene habeat, non video, cur ab ea recedamus. *Defectus* enim de fatigato saepius dicitur, ut vidimus ad Met. V. p. 361. *lapsa salute, defecta*, quod saepius in *defessus* perperam mutatum est. Ita apud Mart. Capell. II. §. 199. *defecta lassitudine fatigati* e Mss. solum potest comprobari, nec per hypallagen defenditur. Nec aliter in Incert. Auct. in obit. Maecenat. 5. apud Burm. Anthol. T. II. p. 252. legendum est: *irreligata ratis numquam defecta rapina.*]

flexiles. Nulla caussa est, cur a Mss. recedentes legamus *plectiles vel plexiles* cum Pricaeo et cum Heins. ad Ovid. Met. XIII. 894. *flexilis* enim probae est latinitatis, ut lexica satis docent.

in corona. [De spiceis coronis, quas nectere solebant Cereri et in postibus templorum eius suspendebant cf. Intt. ad Tibull. I. 1. 19. 20. Guther. de Iur. Manium I. 4. in Graev. Thes. Antiqq. T. XII. p. 1098.]

mundus. Perperam cod. B. et edd. vett. habent *modus*, quod glossema videtur esse librarii. *Mundus* vero significat id, quod Cicero instrumentum, vocare solet i. e. apparatum, instructum, ornatum. Frustra huic voci, quam etiam Gulielm. in Veris. III. 13. divinavit, refragatur Gruter. Susp. VI. 3. *modus* retinens pro copia, ut passim in usu sit, cuius tamen significationis exemplum equidem nullum reperi. Verum ut ita sit, quid erit hic *operae messoriae copia*? Neque enim *opera* significat *instrumenta;* recte igitur *mundus operae,* sive instrumenta, quaecunque pertinent ad messorum opus et actiones. Immo Gudius ad Phaedr. IV. 4. putat, auctorem imitatum esse Plautum e Mercatore, ut legit I. 1. 65. *multo opere in mundo rustico se exercitum.* [Allusisse videtur Apuleius ad ea, quae in sacris Eleusiniis spectanda initiatis praebebantur, quaeque ipse in Apolog. 418. *mundum Cereris* nominat. *Mundus* enim quum proprie totum mulieris cultum ornatumque significet, hic instrumenta ita nominantur, quae quamquam non ordine quodam et disposite humi iacent, tamen ad Cereris sacra pertinere videbantur, et ita quasi eius *mundus* erant.]

Digitized by Google

componit, rata scilicet, nullius Dei fana *ac* cerimonias negligere se debere, sed omnium benevolam misericordiam corrogare.

CAPUT II.

Haec eam sollicite seduloque curantem Ceres alma deprehendit, et longum exclamat protinus: Ah, Psyche miseranda, totum per orbem Venus anxia disquisitione tuum vestigium furens animi re|quirit; teque ad extremum supplicium [174] expetit, et totis numinis sui viribus ultionem flagitat! Tu vero rerum mearum tutelam nunc geris, et aliud quidquam cogitas, nisi de tua salute? Tunc Psyche

et, quod ante *ceremonias* legitur, abest in F. 3. G. P. O. ∂. p. f. et edd. vett. ante Bas. 2. et Colv. *ceremoniis* Iunt. 1. 2. Ald. *fana ceremonis* Venet. 2. et collat. F. cod. in marg. ed. Colv. *neglegere* F. 1. Colv. Vulc. Wow. Pric. Oud. in plerisque codd. ita legi, adnotat. Qui vero isti sint, accuratius non addit. In meis codd. extat *negligere*. *sed omnium* exulant a P. *benivolentiam* p. *benivolentiam et misericordiam* ∂.

autem pro *eam* p. *curante* G. P. D. *alma* prave desideratur in ed. Bas. 1. *exclamavit* G. P. D. R. f. O. π. ∂. *A Psyche* Venet. 2. *an* O. Iunt. 2. *ain* p. f. G. ed. pr. (neque *am* ut dedit Elm.) Venet. 4. Paris. *ain'* P. B. Basil. et Beroald., qui deinde *ah* correxit. *ayn* ∂. *Apsyche* extat in ed. Vicent., quod in meae edit. margine correctum est in *ah*. *furens ut* P. D. a m. p. (quod ex compendio *aī* videtur natum esse.) *appetit* pro *expetit* p. *fatigat* pro *flagitat* B. quod Sciopp. in Symb. et Susp. Lectt. IV. 14. praefert.

fana ac cerimonias. [Ita hunc locum ex coniectura facillima dedi. Particula enim *ac* propter prioris vocabuli litteram finalem et sequentis primam oculos librariorum facile ita poterat decipere, ut plane omitterent. Tum proba sententia sublata intruserunt *et* copulam, qua totum locum sanarent. Minus probabilis videtur Oud. emendatio *fano cerimonias*, quae etiam Orellio dubia erat. Ex eodem fonte fluxit ed. Iunt. 2. lectio *fana cerimoniis*.]

negligere. [Scriptura *neglegere*, quae in nonnullis codd. extat, probarem, si a cod. F. 3., qui in orthographia accuratissimus est, servaretur. Hunc tamen optimum ducem derelinquere nolui, quod me meo iure fecisse putaverim. cf. Dr. ad Liv. II. 11. §. 4. XXII. 9. §. 7. Bentl. ind. Terent. s. v. et saepius.]

Cap. II. *totis numinis sui viribus.* [Deorum numina et genios agnosci a veteribus, singularia videlicet et ab eorum quasi essentia reliqua separata, quum Barth. Advers. LII. 12. p. 2558. exposuerit, nostrum quoque locum affert, quo Venus Apuleiana non se, sed suum numen omnibus suis viribus in auxilium sibi advocet, quod certe ab ipsa fuerit quid diversum, ut videlicet numen illud anima quaedam deae ipsius sit. Praeterea locum Met. VI. p. 390. huc refert: *Ad istum modum supplicanti statim sese Iuno cum totius sui numinis augusta dignitate praesentat.* Sed quam perverse ille egerit, bene potest intelligi. *Numen* enim ut saepius vim atque potentiam deorum significat, qui sua tantummodo voluntate et nutu solo, quicquid libuerit, possunt perficere. cf. Bach. ad Ovid. Met. XI. 134.]

ultionem flagitat. [Scioppii sententia, qui cod. B. lectionem *fatigat* praetulit, nullo modo potest sustentari. Vix enim puto dici posse *ultionem fatigare* pro appetere et summopere velle, nisi personam hic esse sumseris, quam suis precibus Venus premat. *Fatigare* enim quum ad res personasve transfertur, semper id significat quod, aliquid premit et perficiendo quasi laxat. At Venus nondum ulta erat Psyches superbiam, sed omnibus viribus sui numinis appetivit, ut ulciscendi caussa in ipsius potestatem veniret. *Fatigare* metaphorico sensu triplici usurpatur significatione vel ut sit premere aliquem et ita vincere cf. Virg. Aen. VI. 78. praeceteris *precibus* cet, Horat. Od. I. 2. 26. *prece qua fatigent virgines sanctae ... Vestam* Iutt.

Digitized by Google

pedes eius advolata, et uberi fletu rigans Deae vestigia, humumque verrens crinibus suis, multiiugis precibus editis veniam postulabat: Per ego te frugiferam
385 tuam | dexteram istam deprecor, per laetificas messium cerimonias, per tacita

pedibus δ. ubere O. *ubera* F. 1. *uberi* F. 2. *fletu* exulat a f. *multivagis* O. *multis iugis* Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *postulat* R. *perego* uno tenore scriptum est in ed. Vicent. *rego* pro *per ego* Venet. 2., unde Basileensis ed. utraque refinxerat *rogo*. *dexteram* F. 3. P. O. *detam* pro *dexteram* D. *deteram* G. In cett. *dextram*. *dexteram tuam* P. O. a m. p. *istam* plane exulat in f. *letiferas* O.

ad Liv. IX. 20. §. 3. Bouhier. de vett. et recent. adorationibus c. 1. et 7. in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. II. p. 927. et p. 960. Deinde *impellere, stimulare* denotat. cf. Aen. VI. 533. Sil. XII. 192. vel denique *crebro agitare* cf. Heyn. ad Virg. Aen. VIII. 94. Haec omnia nostro loco non conveniunt. Sed *flagitare ultionem* unice verum est de Venere iracunda, quae omni conatu vindictam petit et exigit. cf. Val. Flacc. II. 363. *Tunc flagitat iras In populos Astraea Iovem* Sil. Ital. II. 41. *Promissa piacula turmas flagitat.*]

pedes eius advoluta. Codex d'Orv. habet *pedibus*, quod alii scriptores praeferunt. Nihil tamen mutandum est, quod Apuleius amat praepositionis casum in compositis exprimere cf. ad Met. I. p. 70. *adsidebat pedes eius uxor* Met. IX. p. 627. *districtam adsistebat*, et *adesse, accumbere, accubare* al. simili ratione ab Apuleio construuntur. Ita Tacit. Ann. I. 13. VI. 49. XV. 71. Hist. IV. 81., qui quantum scio, rarius cum dativo verbum iungit. cf. Ann. I. 23. 32. De constructione cf. Intt. ad Tac. Ann. I. 13.]

et uberi fletu vestigia deae rigans. [Aras et pedes deorum supplicantes lacrymis rigare solebant cf. Stat. Sil. V. 1. 162 sq. Cort. ad Lucan. II. 30. qui fere idem dixit:

moestaeque tenent delubra catervae
Hae lacrimis sparsere deos, hae pectora duro
Adfixere solo, lacerasque in limine sacro
Adtonitae fudere comis, votisque vocari
Adsuetas crebris feriunt ululatibus auris.

cf. Bouhier. de vett. et recentt. adorationibus c. 23. in Pol. Suppl. Thes. Antiq. T. II. p. 1015.] Ceterum in F. 1. est *ubera*. Sed eo situ, quo hic iacebat Psyche, nec sua nec deae poterat ubera fletu rigare.

humumque verrens. [Solvebant crines in angustiis, licet hoc nimium vile crederetur neque nisi magnis difficultatibus fieret. De hoc more nubes afferri potest exemplorum. Citare libet Bouhier. l. c. c. 16. p. 996. Berthald. de ara c. 15. in Graev. Thes. Antiqq. T. VI. p. 319. Taffin. de anno seculari c. 12. ibid. T. VIII. p. 531. et Fr. Eug. Guasium in opere italico delle Ornatrici e de' loro uffizi p. 137—45., qui scriptorum locos congessit, Dr. ad Liv. III. 7. §. 8.]

per ego te. Elegantiam dictionis quum non intelligerent librarii, vario modo locum corruperunt, ut *rogo*, quod utraque ed. Basil. emendavit perperam in *rogo:* ac Stewechius putans *per ego* esse glossam marginalem, coniecit *per te, per frugif.* Sed verissime Mss. praebent *per ego te* solita in precum initio traiectione. [Ita iam variabant interpretes in loco Met. IV. p. 305. *per ego te. inquit*, cf. Dr. ad Sil. V. 82. Ruhnk. ad Ter. Andr. III. 3. 6. ad Ovid. Heroid. X. 73. p. 65. Intt. ad Virg. Aen. II. 42. Dissen. ad Tibull. I. 5. 7. Ita quoque Graeci loquebantur cf. Valken. ad Eurip. Phoen. 1659. Porson. ad Med. 325. Buttm. ad Soph. Philoct. 469.]

laetificas messium cerimonias. [His verbis *Eleusinia mysteria* indicantur, quum mystica in Eleusiniis ritibus significatio nihil aliud esset, quam frumenti inventio et seminum foecunditas. Augustin. de Civit. Dei VII. 20. *In Cereris autem sacris praedicantur illa Eleusinia, quae apud Athenienses nobilissima feruntur. De quibus nihil iste interpretatur, nisi quod attinet ad frumentum, quod Ceres invenit, et ad Proserpinam, quam rapiente Orco perdidit.* cf. Meursius Eleus. c. 3. et H. Alexandri tabul. Heliac. explicat. in Graev. Thes. Antiqq. T. V. p. 761.]

secreta cistarum, et per famulorum tuorum draconum pinnata curricula, et glebae Siculae sulcamina, et currum rapacem, et terram tenacem, et illuminarum

sacra pro *secreta* B. Vulgata haec est lectio ut Elm. Vulc. 2. Colv. *et* ante *per famulorum* non comparet in D. *per* ante *famulorum* desideratur in f. δ. *draconum* abest a P. *sulcania* O. *illuminatum* Elm.

per tacita secreta cistarum. Secreta lectio quum interpretibus magnas molestias facesseret, quippe qui putarent, id satis inclusum esse voci *tacita*, ut Val. Flacc. II. 277. *plenas tacita formidine cistas*, factum est, ut *sacra* emendarent. Et certe *sacra* defendunt Ovid. de Cereris sacris Met. X. 437. *arcana que sacra frequentant.* Heroid. II. 42. *et per taediferae mystica sacra deae.* Horat. Od. II. 2. 26. *Cereris sacrum arcanae.* Tibull. I. 8. 48 *et levis occultis conscia cista sacris.* Atque ita citat Spanhem. ad Callimach. p. 658. nec *sacra* mutat Wasseus. [Sed ratione non habita Mss., ea quoque, quae adtulit Oud., exempla nihil probant, quippe omnia ad sacra Eleusinia referantur, neque vero ad cistarum mysteria. *Tacita secreta cistarum* per hypallagen ita dicta esse puto, ut sint *tacitarum secretа cistarum. Tacitum* vero hic est *tectum, occultum* et cuius caussa nescitur, cf. Cort. ad Lucan. IV. 465. et ad V. 811. ubi plurima afferuntur exempla. Et ita saepius locutum esse Apuleium observari licet cf. III. p. 200. *arcana dominae meae revelare secreta.* VIII. p. 529. *tacita pectoris sui secreta.* Plura dicam ad Met. XI. p. 799. *arcana purissimae religionis secreta. Cista* non solum in sacris deae circumferebatur sed etiam ipsa dea eam in manu tenebat; cf. Pausan. VIII. 25. p. 649. *τὸ μὲν τῆς Ἐρίννυος* (ita enim Ceres apud Arcadas nominabatur) *τήν τε κίστην καλουμένην ἔχει καὶ ἐν τῇ δεξίᾳ δᾷδα.* c. 37. p. 675. 676. *ἡ μὲν οὖν Δημήτηρ δᾷδα ἐν δεξίᾳ φέρει .... Ἡ δὲ Δέσποινα σκῆπτρον ἔχει τῇ καὶ ἔχεται τῇ δεξίᾳ κίστης.* De his cistis earumque religione cf. quae fusius exposuit Meurs. Eleusin. c. 25.]

draconum pinnata curricula. [*Dracones* s. *serpentes* Cereris curribus a poetis iunguntur potissimum Orphicis cf. Creuz. Symbol. IV. p. 270 seqq. Voss. mythol. Br. II. 53., quia anguis symbolum erat fertilitatis et agriculturae; cf. Ovid. Met. V. 642. VIII. 799. Minuc. Fel. XXI. §. 2. *Ceres facibus accensis et serpente circumlata.* Serv. Georg. I. 19. Munk. Hygin. fab. 147. p. 258. Hinc factum est, ut etiam in Isidis mysteriis dracones conspiciantur.]

glebae Siculae sulcamina. [Referuntur haec ad raptum Proserpinae, quem factum esse plurimi auctores probant in Sicilia; cf. Claud. Rapt. Proserp. II. Hygin. fab. 146. Ovid. Fast. IV. 419 sqq. Met. V. 385. De loci diversitate, quo rapta esse dicitur, cf. Munk. ad Hygin. l. c. p. 255 sq. Sed in alia re offendo. Haec enim verba ad frumenti inventionem videntur esse referenda, quam notum est a Triptolemo profectam esse, neque vero a Siculis. Ille enim curriculo Cereris usus, agriculturam propagavit cf. Hyg. fab. 147. *at Triptolemo alumno suo aeternum beneficium tribuit, nam fruges propagati* (ubi fortasse ex Mss. lectione emendandum est *fruges propagari* cf. Ouw. Noct. Hagan. p. 82. vel *fruges propagandi* sc. caussa cf. Tacit. Ann. III. 27. 41. XIV. 3.) *currum draconibus iunctum tradidit, quibus vehens orbem terrarum frugibus obsevit.* Alium locum invenire non poteram, quo hanc Apuleii sententiam stabilirem. Sed cf. Ovid. Met. V. 475 sqq.]

terram tenacem. [Quid hoc sibi velit, silentio premunt Intt. Vir doctus in marg. ed. meae Florid. Kulenkampius adlevit *Orcum rapacem*, ut *terra* pro *inferis* accipi velit. Haec vero vocis significatio quum nullo exemplo comprobari possit, ab hac sententia per se optima recedendum est. Certe *tenax* de Orco rapaci dicitur Senec. Hippol. 625. *regni tenacis dominus et tacitae Stygis.* Ego *terram tenacem* explicaverim eam, quae com-

Proserpinae nuptiarum demeacula, et luminosarum filiae inventionum remeacula, et cetera, quae silentio tegit Eleusinis Atticae sacrarium, miserandae Psyches animae supplicis tuae subsiste. Inter istam spicarum congeriem patere vel pauculos dies delitescam, quoad Deae tantae saeviens ira spatio temporis mitigetur, | vel certe meae vires diutino labore fessae quietis intervallo leniantur. 386

invenetionum G. *tegi* R. *tetigit* Vicent. *Eleus. in his* F. 2. *Eleus. in hiis* G. P. R. O. π. f. D. *Eleusinis* F. 1. 3. B. φ. p. ∂. Vulcan. Wow. Elm. Scriv. Pric. *Eleusis* Vicent. et cett. edd. vett. *attige* D. pro *atticae*. *secrarum* p. *saecrarium* deest in G. P. D. R. f. O. π. *a miserandae* p. Venet. 2. *ah miserandae* B. *amiserandae* Vicent. *miserum de Psyche* vitiose Bas. 1. *miserandae* non conspicitur in G. P. D. R. f. O. π. *subsistere* Vicent. Venet. 2. et Marg. Bas. 1. *vel* abest a B. *paucos* G. D. *ira* exulat a P. *inspiratio* pro *ira spatio* Iunt. 1. 2. Ald. *vel* ante *certe* Elm. et Scriver. uncis incluserunt. *meae res* F. 3. G. P. D. O. a m. p. In reliquis exiat *vires*.

missa semina firmiter retinet, laetificasque segetes parit; quae explicatio ad *glebae Siculae sulcamina* propius accedere videtur.]

et illuminarum ..... demeacula. [Haec verba Ferrarius de vett. lucernis sepulchral. init. in Graev. Thes. Antiqq. T. XII. p. 997. ita explicat: Veteres in supplicationibus, accensis facibus, longa pompa deorum templa adire consueverunt. Cuius instituti rationem ab Cerere deduxerunt, quae raptam Proserpinam, accensis in Aetnae montis vertice taedis, quaerens, inferna loca peragravit. Qui ritus magna pars sacrorum Eleusiniorum fuit; quae licet omnium mysteriorum occultissima summo silentio tegerentur, illud tamen inter cetera emanavit, in iis et gestatas praecipue et iactatas faces fuisse. Psyche apud Apuleium Cererem sic propiat: *Per ego te* etc. Quo loco videmus prius supplicationem minime accensis facibus peractam, eaque vocat: *illuminarum nuptiarum demeacula* i. e. processum, deinde in reditu ob inventae filiae gaudium faces ardentes praelatas, quod *illuminosarum inventionum remeacula* appellat. In eo tamen Ferrarius errasse videtur, quod haec verba ad mysteriorum ritus retulit, quum in universum ad Cereris historiam pertineant. Ego locum plane aliter explico. *Demeacula* enim non sunt Cereris sed Proserpinae, quae ab Orco rapta in tenebrosa Stygis loca delata est. *Nuptiae* significant rapinam, qua Proserpina Ditis uxor facta est. *Remeacula* vero *luminosarum inventionum* sunt errores Cereris, quae facibus ad Aetnae montis flammas accensis per totum orbem terrarum filiam quaesierat, et eam a Plutone raptam esse perceperat. Respexit sine dubio Apuleius ad verba Ovidii Met. V. 461. *Quas Dea per terras et quas erraverit undas Dicere longa mora est, quaerenti defuit orbis. Sicaniam repetit.* Postquam enim pestem miserat et fructuum calamitatem Siculis, ab Eleide Nympha, ubi versaretur filia, certior facta est.]

Eleusinis. Haec sine dubio optima est huius loci scriptura. Duplex enim extat huius vocis terminatio *Eleusis* et *Eleusin*, cuius genitivus est *Eleusinis*, de qua forma cf. Heins. et Burm. ad Ovid. Heroid. IV. 67. Scriv. ad Virg. Georg. I. 162. Cic. Nat. D. I. 42. [*Atticae* vero cur addiderit Apuleius, vix potest intelligi, nisi ab alio cognomine oppido Aegypti, quod haud procul a Nicopoli situm et propter libidines famosissimum erat, voluerit discernere.]

spatio temporis. Quia saepius absolute *spatio* dicitur, Pricaeus *temporis* eiici voluit, sed *spatium temporis* saepe iungitur Cic. pro Arch. I. Veget. II. 18. Apul. Met. VII. p. 455. *spes exiguo temporis spatio amisi.* VII. p. 461. *breri temporis spatio.* De sententia cf. Dr. ad Liv. VIII. 32.

vel certe. Male hic quoque ut alibi, ubi hae voces *vel certe* sic iunctae inveniuntur, Elmenh. et Scriver. *vel* uncis incluserunt. Oud. comparat Met. III. p. 198. *vel certe adversus* (ubi tamen optimi codd. habent *vel etiam*. V. p. 319. *vel certe deus.* VIII. p. 553. *vel certe nimia luce* Suet. Tiber. 25. Veget. Prol. III.

CAPUT III.

Suscipit Ceres: Tuis quidem lacrimosis precibus et commoveor et opitulari cupio; sed cognatae meae, cum qua etiam foedus antiquum amicitiae colo, bonae praeterea feminae, malam gratiam subire nequeo. Decede itaque istis aedibus protinus, et quod a me retenta custoditaque non fueris, optimi consule. Contra spem suam repulsa Psyche, et afflicta duplici moestitia, iter retrorsum porrigens inter subsitae convallis | sublucidum lucum prospicit fanum solerti fabrica structum; 387

foedus antiquum F. 3. G. P. D. f. lunt. 2. *antiquatum* φ. *auctum* O. a m. p. Vocabulum perperam exulat ab edit. Floridi. In cett. legitur *antiquum foedus*. Magnam vim hic *antiquum* habet. Firmiores enim et sanctiores sunt amicitiae antiquae, sed non antiquatae. *nequeo subire* R. f. *istis diebus* f. *istis pedibus* O. Quod δεικτικῶς intelligendum esset, sive meis, quibus advoluta iaces. Sed nimis contortum est. *optime* F. 1. 3. G. P. D. O. R. L p. δ. In cett. *optimi*. *depulsa* O. *psychē* D. *duplice* Scriv. Amstel. *ducē* pro *duplici* D. *inter* pro *iter* Vicent. *subsistae* δ. *subsiste* G. D. P p. Marg. Bas. 1. Quam Colv. ex cod. B. enotavit lectionem *subditae* in collat. Modii non inveni. *soluti* pro *sollerti* P. *fabri constructum* error est Colvii, unde defluxit in Marg. Bas. Vulc. 2. Lipsius coniecit *sollerti fabro* vel una voce *solertifabre* et Vulc. 2. cum Rittershusio *ca* addens retinuit *con*, et edidit *fabrica constructum*. Falso etiam Elmenh. tradit, in F. 1. esse *instructum*. Nam Lindenbrogius, cuius excerptis usus est, notavit ibi esse *structum*. In B. scribitur *fabricâ structum* et ita habere F. 1. notat collat. in marg. ed. Colv.

Cap. III. *bonae praeterea feminae.* [De significatione vocis *bonae* i. e. de qua nihil mali notum sit, fusius exponit Barth. Advers. XXXVI. 13. p. 1654. Sed aliter explicat pro more suo ibid. XLIX. 5. p. 2290. pro *placida*, *miti*, quod verius esse putaverim cf. Vales. ad Excerpt. post Ammian. Vol. III. p. 399. ed. Erf.]

malam gratiam. Oud. explicat: Sive animum inducere non possum, ut malam gratiam ineam a cognata mea et bona praeterea femina. Si *neque* scriberetur statim post *sed*, subintelligi posset ex praecedenti *cupio*. Gruter. in Suspic. X. s. L. I. ineditarum in Biblioth. Remonstrantium Amstelod. c. 3. suspicatus est, substitui posse *subire metuo*. Haud inepte nec vere tamen. Vide Misc. Nov. Lips. T. VIII. p. 3. pag. 487.

optimi consule. Hanc emendationem antiquissimam cum Oud. in contextum recepi ex vulgari ista formula *aequi consulere s. boni consulo* cf. Quint. Prooem. l. VI. §. 16. [Ita Apul. Met. VIII. p. 535. dixit *boni ergo et optimi consules.*]

inter subsitae convallis sublucidum lucum. Colvii sententiam, *lucum* non semper dici deo sacratum, impugnat Oud., qui *lucus* numquam de profana silva vel nemore usurpari pronuntiat. Neque enim quamvis silvam esse lucum, ut sumi possit in Virg. Aen. XI. 466., sed quemvis lucum esse silvam vel eius partem, Deo cuidam vel Diis sacram coll. Dr. ad Liv. XXI. 48., et apud Solinum tantummodo poni pro vulgari silva c. 27. et c. 30. [cf. Intt. ad Ovid. Met. VIII. 744. et ad Plin. Panegyr. c. 81. §. 1. Sed dictata eius refellunt loci Virg. Georg. II. 122. Ecl. VIII. 86. alia. In eo praeterea errat Oud., quod *intra* malit pro *inter*, quod non viderit Psyche fanum *inter* lucos, sed *intra* unum lucum, cuius medium templum fuerit; coll. dict. ad Caes. B. C. III. 44. Heins. ad Claud. Rufin. I. 81. Dr. ad Liv. V. 27. Colum. IX. 14. Sed *inter* bene potest defendi, quum idem notet, quod praepositio *in*. cf. Plaut. Cist. II. 1. 29. *inter novam rem verbum usurpabo vetus.* Haud. ad Turscll. III. p. 388. Nec necessarium erat, medium locum tenuisse templum, sed in ipso luco erat constructum, atque per arbores conspici poterat.] Bene defendit Oud. lectionem *subsitae* ex analogia verborum *dissitus*, *obsitus*, ut ad coniecturam *subditae* refugere non debeas.

fabrica structum. Ex typothetarum sine ullo dubio pravo errore in editionem Colvianam irrepsit lectio *fabri constru-*

nec ullam vel dubiam spei melioris viam volens omittere, sed adire cuiuscunque dei veniam, sacratis foribus proximat. Videt dona pretiosa, et lacinias auro

obmittere P. *δ. obmictere* G. D. *cuiusque* p. *fotibus* Elm. edit. errore typographico. *dona pretiosa* f. φ. F. 1. (teste Elmenh. sed non verum. Nam mirum est, quum in contextu ed. Vulc. 2. legatur *speciosa*, idem a Lindenbrog. denuo in marg. e cod. F. 1. enotatum esse. Unde puto, scribendi festinatione eum esse lapsum; qui *pretiosa* scribere voluit.) Praeterea *pretiosa* legitur in F. S. G. P. D. O. p. In cett. omnibus extat *speciosa*. *laminas* φ. pro *lacinias*.

ctum, quae ansam omnibus corruptelis praebuit, in multis editionibus obviis. *Fabrica* vocabulo saepe usus est Apuleius V. p. 322. *sublimi fabrica perfecta* VI. p. 392. *subtili fabrica studiose perpolierat.* X. p. 736. *sublimi fabrica instructus*, ubi Bas. 1. variat in *fabula*. Apol. p. 530. *occulta fabrica*. [In eo tamen novasse videtur Apuleius vocis significationem, quod *fabricatio*, *actus fabricandi* apud eum saepius est. De voce cf. Duk. de Lat. ICT. p. 365. 399.]

adire cuiuscunque dei veniam. Quum *adire deos*, *templa* semper dicatur, pro ire ad deos precatum eosque et eorum veniam ambire, cf. Burm. ad Virg. Aen. IV. 56. [et Intt. ad Aen. VIII. 544. *delubra adeunt pacemque per aras Exquirunt*,] sed *adire veniam dei* ea sententia nusquam in usu sit, dubitat Oud., latinum id esse, suspicatus, scriptum ab auctore *adorare* pro simplici *orare* vel valde orare [cf. Duk. ad Liv. VI. 12. Broukh. ad Prop. I. 5. 27. Sed nisi Apuleii ingenio tribuere id volueris, fortasse ad Lucretium respexisse is dici potest, qui V. 1228. habet: *Non divom pacem votis adit.* Si quid mutandum est, ego malim *ambire* scribi cf. Virg. Aen. IV. 482. Barth. Advers. XXI. 7. cogitatione addi voluit *petitum*, qua re nihil proficitur.]

lacinias auro litteratas. Oud. de hoc loco sententia ea est: Exponunt vestes aureis litteris intextas vel ornatas, de quibus adeatur Dav. Durandi Commentt. ad Plin. XXV. 9. *Opes quoque tantas acquisiit, ut in ostentationem earum Olympiae aureis litteris in palliorum tesseris insertum nomen suum ostentaret.* Et sane laciniarum voce de vestibus saepe usus est Apuleius, easque inter votiva donaria fuisse aliunde patet. Verum quis credat, eas vestes votivas et donativas *ramis arborum et templi postibus adfixas:* ubi necessario brevi consumi, discerpi atque exedi aeris iniquitate debuissent: cum tamen curabant vulgo, ut ea dona, quantum posset, manerent aeterna et ad posteritatis memoriam servarentur, quare et suum nomen dedicatores adscribebant. Hinc magis mihi adridet lectio cod. Fulv. *laminas*, potuitque auctor intelligere clypeos votivos aereos, per artem ἐμπαστικὴν aureis litteris inscriptos, de qua cf. ad Suet. Aug. 7. Petron. 32. ac de clypeis illis Spon. Miscell. Immo fors ante oculos habuit Virg. Aen. III. 286: vel alias quascunque tabulas Vell. II. 25. [cf. Tomasin. de Donar. Vett. c. 20. in Graev. Thes. Antiq. XII. p. 783. Taubm. ad Plaut. Rud. II. 5. 22. Schott. Observ. I. 12. p. 16. Equidem Oud. sententiam sequi non possum. Vestes enim suspendisse e gravi calamitate servatos, imprimis naufragos in templis et arboribus apertissime potest intelligi, ex Virg. Aen. XII. 767 sqq. Ibi enim arbor sacra Fauno commemoratur, quae insignis erat appensis naufragorum votis potissimum vestibus, idemque docet Hor. Od. I. 5. 13 sqq.

me tabula sacer
Votiva paries indicat uvida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris deo.

Haec ἀναθήματα potissimum in templo dei Σωτῆρος, Neptuni, vel Isidis et Aesculapii suspendebant cf. Heind. ad Horat. Sat. II. 13. 3. Casaub. ad Pers. Sat. I. 88. Intt. ad Hor. A P. 20. Paciaudi in Monum. Peleponn. Vol. II. p. 167 sq. Creuz. ad Cic. de N. D. III. 37. p. 682. Guther de Iur. Man. I. 8. in Graev. Thes. Antiq. T. XII. p. 1110. Ut igitur in arbore Laurentum numini Fauno suspensae erant vestes calamitosorum, in qua etiam tempestatum iniuris erant

litteratas ramis arborum | postibusque suffixas, quae cum gratia facti nomen 388
Deae, cui fuerant dicata, testabantur. Tunc genu nixa et manibus aram tepentem amplexa, detersis ante lacrimis sic apprecatur:

CAPUT IV.

Magni Iovis germana et coniuga, sive tu Sami, quae quaerula partu

litteratas ramis arborum: postique Vicent. *dei cui fuerant cunta dicata* O. a m. p. *fuerat d. repente amplexa* β. M. p. *repentem* f. Beroald. Bas. 1. *amplexam* O. D. *amplexans* p. *detersis ante manibus* R. f.

coniugaque pro *et coniuga* G. P. D. f. *sano* O. a m. p. *sana* p. pro *Sami*. *qui quer*. Venet. 2. *querula* F. 1. 3. G. P. D. O. R. f. p. ed. pr. Vicent. In his omnibus codd. *quae* pronomen abest, quod ante *querulo*, ut cett. codd. et edd. habent, legitur. In edd. pr. et Vicent. tamen *quae* extat.

expositae, ita quoque in ramis arborum et postibus templi Iunonis Sospitae fixa erant vestimenta. *Auro litteratas* vel ad ipsas vestes potest referri, quae auro erant pictae, vel ad tabulas, quae appositae et litteris aureis inscriptae calamitatem enarrabant. Quamquam alium locum nequeo invenire, quo Iunoni vestes dedicatas fuisse commemoratur, tamen hoc non impedit, ne lectio comprobetur.]

ramis arborum. [cf. ad Florid. I. p. 4.]

postibusque suffixas. [cf. de more, anthemata praeceteris spolia hostium in foribus et fastigiis templorum suspendendi Intt. ad Tibull. I. 1. 54. Propert. III. 7. 26. Sagittar. de ianuis vett. c. 29. in Graev. Thes. Antiq. T. VI. p. 509. Tomasin. de donar. vett. c. 6. ibid. T. XII. p. 780.]

gratia facti. *Factum* hic significat ἔνχαρις benefactum, praestitum beneficium et votum impetratum a dea Iunone.

genu nixa, manibus aram tepentem amplexa. Ad aram confugere solebant supplices et noxam promeriti cf. Lucian. de Ione Tragoed. c. 52. p. 700. ὦ Τιμόκλεις, σὺ γὰρ ὥσπερ οἱ ὑπό τινων βιαζόμενοι ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ἡμῖν καταπέφευγας. Ambros. ad Marcell. Epist. 33. *Nec altaria tenebo* quos excitat Elm. [cf. Plut. Quaest. Rom. 2. 10. et 13. Macrob. Saturn. I. 8. III. 6. Intt. ad Iuven. XIV. 219. Sil. III. 82. Broukh. ad Prop. III. 19. 15. Heindorf. ad Plat. Protagor. p. 531. Schmidt. ad Horat. Epist. II. 1. 16. Fusius ea de re agunt Brouer. de vett. et recett. adorationibus in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. II. p. 1012. et Berthald. de ara c. 1. in Graev. Thes. Antiq. T. VI. p. 256. De genu flexione cf. eund. c. 15. p. 317 sq. Plaut. Rudent. V. 2. 46.] *Tepentem*, frequenti errore abiit in *repente*. Bene ait Beroaldus *adhuc sacrificio calentem*. In Pith. legitur *amplexans*, quam lectionem Ond. praetulisse videtur ex Plaut. Rudent. III. 3. 34. *Tibi auscultamus et Venus alma, ambae te obsecramus, aram amplexantes hanc tuam lacrimantes, genibus nixae.* [Sed idem Plautus dixit Rud. II. 7. 2. *hic in fano Veneris signum flentes amplexae tenent.*]

detersis ante lacrimis. Elm. quum putaret, lacrimantes nefas fuisse ad sacra accedere coll. Tertull. Apologet. c. 9. *et infantibus blandiebantur, ne lacrimantes immolarentur*, e contrario demonstravit id verum non esse et semper a mulieribus in grandi periculo et extraordinaria calamitate factum fuisse coll. Met. XI. p. 753. *lacrimoso vultu sic adprecatur.* Unde putat, forsan hic tale quid ut de Cerere innui, coniiciens *detersa ante crinibus* vel potius *detersis ante manubriis* s. *ansis* et λαβαῖς. Sed hae allucinationes sunt satis temerariae. Equidem *lacrimis* retineo.

Cap. IV. *Sami.* [Clarissimum erat *Iunonis Samiae* templum celeberrimique ludi, qui in eius honorem celebrabantur. cf. Spanh. ad Callimach. Hym. in Del. 48. Pausan. VII. 4. Intt. ad Herod. III. 60. Savar. ad Sidon. Apollin. 9. p. 122. Panofka Res Samiorum p. 57 sqq. Lactant. Institt. I. 17. Boettiger. in libro: *Ideen zur Kunstmythologie* T. II. p. 229

vagituque et alimonia tua gloriatur, tenes vetusta delubra; sive celsae Carthaginis, quae te | virginem vectura leonis coelo commeantem percolit, beatas sedes frequentas; sive et prope ripas Inachi, qui te iam nuptam Tonantis et

389

partuque et alimonia B. teste Elm. deleta voce *vagitu*. Oud. in eo legi dicit *vagitu partuque*. Sed errat. Modii enim collatio cum Elm. consentit in verbis *partuque et alimonia — vatuque* D. *altimonia* P. G. *alcimonia* D. *tamve celsae* π. *carthanis* pro *Carthaginis* ed. Paris. *quam te* vitiose legitur in Ed. Bas. *nectura* G. *rectura* F. 1. *nec turam* F. 2. *vecturam* p. *nectatur* D. *taelo* ex typothetarum errore Vulc. 2. *frequentans* R. f. *seu es prope* F. 3. G. P. D. O. f. *seu ēs prope* d. *sive es* π. *seu et prope* R. In cett. codd. et edd. *sive prope*. *Ianachi* f.

seqq. In solemnibus enim veterum precationibus moris erat, ut loca invocarentur, quibus dei deaeve lubentissime versabantur et ea omnino nomina eius recitarentur, quibus vocari solebant. cf. Spanh. ad Callim. Hym. in Dian. 7. Kopp. in Palaeogr. T. III. §. 114. ad Mart. Capell. II. §. 149. p. 199. Apul. Met. XI. p. 753. 762.]

querula partu. [Ut ab optimis codd. omissum sit pronomen *quae*, hinc factum esse puto, quod eadem syllaba sequens vocabulum incipiebat: quae librorum corruptela frequentissima est. Praeterea optimi quique codd. in lectione *querula* consentiunt, quam Salm. coniectura *quae sola partu* sanare studuit. Haec licet per se bona, nec ab Mss. vestigiis nimis remota sit, ad sententiarum tamen connexum videtur esse non apta. Melius explicat Oud. *querula* de ipsa insula Sami, cum ipsa terra e suo gremio pepererit Iunonem ad amnem Parthenium seu Imbrasum cf. Spanh. ad Callim. Hym. in Del. 48. p. 358—360. Varro apud Lact. I. 17. §. 8. *Insulam Samum scribit Varro prius Parthenian nominatam, quod ibi Iuno adolescerit ibique etiam Iovi nupserit.* Hinc explicatur, cur Samos *alimonia* Iunonis glorietur. *Querula* positum est, ut apud Phaedr. IV. 22. 1. *mons parturiens, gemitus immanes ciens.* Ter. Hecyr. III. 5. 52. *Vereor, si clamorem eius hic crebro exaudiat, ne parturire intelligat.*]

alimonia. [*Altimonia* formam, quae in nonnullis codd. invenitur, etsi ceterorum eiusdem terminationis vocabulorum analogia non reiicit, ut *parsimonia* a *parsus* fit, tamen quum exemplo veterum probari nequeat, praeferendam esse alteram duxi.]

celsae Carthaginis .... percolit. [Iunonem praeceteris Carthagine esse cultam nomine *Deae Coelestis*, probat locus Tertullian. Apolog. 24. p. 24 Rigalt. *ut Africae Coelestis*, quam Iunonem esse comprobant ea, quae in cap. 25. exponuntur. c. 23. p. 22. D. *ista ipsa virgo coelestis pluviarum pollicitatrix* cf. Spon. Miscell. Erud. Antiq. Sect. III. tab. XLVI. in Pol. Suppl. Thes. Antiq. p. 835. 836. Muenter. in libro: *Relig. der Carthager* p. 30 seqq. Creuz. ad Cic. de N. D. I. 30. p. 132. Boettiger. in libro: *Ideen zur Kunstmythologie* T. II. p. 213 sqq. De curru Iunonis, cui leones adiuncti erant, cf. Oud. A. Ortelii Theatr. orbis ad Africae Tabulam, cui adde Spon. in Miscell. l. c. Heyn. ad Virg. Aen. I. 17. Ovid. Fast. VI. 45. Muenter. l. c. p. 33. Boettiger. l. d. 220.]

sive et. [Hanc lectionem ex cod. R. recepi, quippe quae optimam sententiam praebeat. *Et* enim valet apud Apuleium *etiam*, quam particulam ad augendam vim sententiae Latini, quamquam rariore usu addunt cf. Cic. ad Quint. fr. I. c. 1. §. 4. *Quapropter hoc te primum rogo, nec contrahas ac demittas animum, neve te obrui, tamquam fluctu, sic magnitudine negotii sinas; contraque erigas ac resistas sive etiam ultro recurras negotiis.* Alia explicandae lectionis ratio, quam Oud. excogitavit, additum esse a librariis verbum *es*, quum omissa prius essent verba *inclytis .... praesides*, probatissima haud dubie est, quod ita verbum aberat, ad quod sequens enunciatum referri poterat. Sed omittere propter librorum constantiam haec nolui.

Digitized by Google

reginam dearum memorat, inclytis Argivorum praesides moenibus: quam cunctus oriens Zygiam veneratur, et omnis occidens Lucinam appellat: sis meis

regiam dearum Ald. Iunt. 2. *regina* G. P. D. Verba *inclytis* usque ad *moenibus* non comparent in G. D. *quam tutus oriens* B., unde Modius coniecit *quam totus*. *Zygiam* F. 1. 3. B. et ita in omnibus Mss. legi adnotat Lindenbrogius. *Zigia* G. P. D. *Zizíam* O. a m. p. *Syriam* Vulc. 2. *si meis* δ.

reginam dearum. ***Regiam***, quod in nonnullis codd. legitur, ideo improbat Oud., quod vix latine *regia dearum* dici queat. Sine dubio. *Iuno* vero *Regina* saepius in monumentis legitur vett. Immo Romae nomine *Iunonis Reginae* colebatur aedem habens in Regione 13 cf. Liv. V. 22. 23. Hinc et ei tribuitur ut Iovi fulmen. Cuper. Harpocr. p. 101. Oud. ad Iul. Obseq. c. 116. Ovid. Met. III. 263. [Plurima dabit de Iove *βασιλεῖ* et Iunone regina Spanh. ad Iulian. Caesar. ed. gall. p. 55. et Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 40. p. 87. Intt. ad Iuven. XII. 3. Virg. Aen. I. 46.].

inclytis Argivorum moenibus. [Male egerunt Elm. et Scriverius, qui, quod in nonnullis edd. haec verba omissa sunt, uncis ea incluserunt, non considerantes, has tres Iunonis denominationes saepius iunctim reperiri, ut apud Minuc. Fel. c. 25. §. 10. *vel Iuno nunc Argiva nunc Samia, nunc Poena* cf. Cic. de N. D. I. 30. ubi hae diversae Iunones etiam enumerantur. *Argivam* enim *Iunonem* hisce verbis innui, cuique patet. De ea cf. Virg. Aen. III. 547. ubi male explicare videntur, qui *faventi Graecis* interpretantur. Puto, propria sua significatione dictum hic esse. Elm. ad Minuc. Fel. c. 25. p. XLI. ed. 1612. Muenter. l. c. p. 32. adn. 91. VV. DD., quos excitat Creuz. ad Cic. de N. D. I. 30. p. 132. Spanheim. ad Callim. Hym. in Del. 74. *ἐπεὶ λάχεν Ἴναχον Ἥρη.* Argi enim, inter quos praecipue Iuno colebatur, erant ad ripas Inachi cf. Intt. ad Virg. Aen. VII. 286. ut putaverim, Argos Inachios nominatos esse non propter Inachum, Ius patrem, sed propter fluvium, qui urbem adluebat.]

Zygiam veneratur. Verius putat Lipsius in Elect. II. 30. p. 830. ed. Voss. scribi *Syriam* cf. Appian. Parthic. p. 28. ed. Schweigh. *καὶ τὰ χρήματα τῆς ἐν Ἱερᾷ πόλει θεοῦ σταθμοῖς καὶ τραπέζαις μεταχειριζόμενος ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. ἐπιγράφων δὲ καὶ δήμοις καὶ δυνάσταις στρατιωτῶν καταλόγους, εἶτα ἀνεὶς ἀργύριον διδόντας, ἠδόξει καὶ κατεφρονεῖτο. Γίνεται δὲ πρῶτον αὐτῷ σημεῖον ἀπὸ τῆς θεοῦ ταύτης, ἣν οἱ μὲν Ἀφροδίτην οἱ δὲ Ἥραν, οἱ δὲ τὴν ἀρχὰς καὶ σπέρματα πᾶσιν ἐξ ὑγρῶν παρασχοῦσαν αἰτίαν καὶ φύσιν νομίζουσιν.* Eius sententiae adsentitur Groslotius cum viro docto in Hist. Crit. Reip. Litt. Tom. IV. p. 14. Sed recte monet Oud., confudisse eos Astarten Venerem cum Iunone Syria s. Tyria et Caelesti, de qua supra iam dixerat. Hic vero legunt *Syriam*, quia Oriens totus non videatur posse dici, ea Graeca voce uti, quare etiam Floridus per *Orientem* intelligit Graeciae populos ad Orientem Italiae sitos. Sed Oud. non dubitat, quin innuat auctor veros Orientales, qui eo tempore iam inde ab Alexandri Magni expeditione et divisis inter ipsius duces Orientis regnis passim Graeca in scriptis usi fuerint lingua, et *Syriae* epitheton hic plane otiosum sit. [Hoc bene monuit Oud., nomen proprium Iunonis hic desiderari eiusmodi, quo potentia quaedam eius exprimatur, neque vero novum aliquod cognomen, quia nomina prius iam persecutus fuerit. Hoc bene potest intelligi ex seqq. verbis *omnis occidens Lucinam appellat.* Psyche enim *virgo* puella *nubere* cupiens et *gravida* optime invocat deam Iunonem, non solum ut olim *puellam* etiam et *virginem*, sed et iam nuptam, praesidemque sacrorum maritorum et *pronubam Iugamque*; cf. Dionys. Halic. praecept. nuptial. II. 35. ed. Sylburg. *Ζεὺς γὰρ καὶ Ἥρα πρῶτοι ζευγνύντες καὶ συνδυάζοντες, οὕτω τοι ὁ μὲν καὶ πατὴρ λαλεῖται πάντων, ἡ δὲ ζυγία ἀπὸ τοῦ ζευγνῦναι τὸ θῆλυ τῷ ἄρρενι καὶ ἀπὸ τούτων τῶν θεῶν καὶ ὁ τῶν λοιπῶν θεῶν χόρος παρῆλθεν εἰς τὸν βίον τῶν ἐπιφημισθέντων τοῖς γάμοις, γαμηλίων τε καὶ γενεθλίων, οὕτως ὀνομαζομένων· καὶ ὅτι ὁ γάμος αἴτιος τοῦ τε ὀνομασθῆναι*

gitized by Google

390 extremis casibus Iuno Sospita, | meque in tantis exantlatis laboribus defessam
[175] imminentis periculi metu libera. Quod sciam, soles | praegnantibus periclitantibus

sopitam D. *exanclatis* G. P. D. B. p. f. et omnes edd. vett. *exanhelatis* F. 1. δ. *defensam* Vicent. *defisam* Bas. 1., unde Pricaeus *defectam* frustra malebat. *imminantis* Venet. 4.

τούτους τοὺς θεοὺς καὶ τιμᾶσθαι· ἄνευ γὰρ τῶν γάμων οὐδὲ ἂν αἱ τιμαὶ τούτων παρῆλθον εἰς ἀνθρώπους. De *Iunone Zygia* s. *Iugali* Oud. conferri vult Barth. Advers. VI. 13. [et XXXIII. c. 5. p. 1513.] Comment. ad Hesych. et Gesn. ac Schrader. ad Musaeum 275. ὦ Ζυγίη Ἥρη Serv. ad Aen. IV. 16. cui adde Aen. IV. 59. *Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curae* Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 31. p. 72 sq. Accuratissime de ea agit Taffin. de anno secul. et lud. secul. Rom. c. XI. in Graev. Thes. Antiq. T. VIII. p. 530., qui plurimos Graecorum et Latinorum scriptorum locos recenset: Brisson. de rit. nupt. ibid. p. 1030 sq. Boettiger. in libro: *Ideen zur Kunstmythol.* T. II. p. 263 sqq. prae ceteris p. 271. Hinc potest intelligi, quam perversa sit viri docti Kulekampii coniectura *Cinxia*, quam marg. ed. meae Florid. adscripsit, quamquam de ea bene constat, cf. Kopp. ad Mart. Capell. II. §. 149. p. 200 sq. Intt. ad Arnob. II. c. 67 Tom. II. p. 102. Orell. III. c. 25. Orell. ibid. p. 149. Fest. s. v. p. 48 et Intt. ad h. l. p. 391. Lindem. Hartung. in: *Relig. d. Röm.* T. II. p. 70. Nisi forte ille respexit ad Carthaginiensium sacra, qui filias, antequam iungerent viris, deflorari volebant in honorem illius Iunonis s. Vestae: cf. August. de Civit. Dei IV. 10. *Cui etiam Phoenices donum dabant de prostitutione filiarum, antequam iungerent eas viris* ubi cf. Vives. adnotat. Ceterum de *Iunone Cinxia* Orientis compertum nihil habeo. Neque vero necesse est, ut cum Oudend. ad graeca scripta Alexandrinorum respiciamus. Iuno Zygia pro more suo graece expressit Apuleius, quam Latini *Lucinam* appellassent. Magis assentior Floridi sententiae, *oriens* hic intelligentis de omnibus populis, qui praeter Romanos Iunonem venerantur, potissimum Graecis. An enim apud orientales coniugiis praefuerit eadem Iunoni dea, dubius adhuc sum.]

Lucina. [De Iunone *Lucina* s. *Lucetia* (Mart. Capell. II. §. 149. p. 199. *sive te Lucinam, quod lucem nascentibus tribues ac Lucetiam convenit nuncupari*). cf. Kopp. ad Mart. Capell. l. d. Donat. ad Terent. Andr. II. 2. 15. Dion. Hal. IV. 2. Boettig. Ilithyia c. 1. Hartung. in libro l. p. 68. Davis. ad Cic. de Nat. D. II. 27. p. 317. Creuz.]

sis .... Iuno Sospita. Pricaeus maluit *adsis*. Notum est, adiutores deos saepe dici *adesse*. Sed eo composito hic non opus est. Ait enim Psyche: Ostende te esse Iunonem Sospitam, mihi sis sospita, ut aliis esse soles. Et patet ex hoc loco, recte a Latinis dici *Sospitam* Iunonem, quae olim et praesertim Lanuvinis dicebatur *Sispita*. cf. de hac vocis orthographia quos laudant Dausq. et Dr. ad Sil. Ital. XIII. 364. Liv. VIII. 14. Fabrett. Inscr. p. 698. [cf. Liv. XXIV. 10. XXXII. 30. Fest. s. v. p. 262. *Sispitem Iunonem quam vulgo Sospitem appellant, antiqui usurpabant, cum ea vox ex graeco videatur sumta, quod est σώζειν* ibique not. Ursini et Intt. p. 713. Lindem. et VV. DD. quos affert Creuz. ad Cic. de N. D. I. 30. p. 132. Iunonem inter Lanuvinos potissimum cultam esse notum est. cf. Intt. ad Appian. de B. C. V. 24. Hartung. *Rel. der Röm.* Tom. II. p. 64.]

soles praegnantibus periclitantibus ultro subvenire. Wassei quum displiceret earundem terminationum *nantibus* et *tantibus* repetitio quae insuavem auribus sonum efficerent, *praegnatibus* substituit. [Quae sententia mihi quidem verisimilis videtur esse. Non solum Plaut. Truc. I. 2. 95, sed etiam Fronto Epist. ad Caes. IV. 6. p. 104. ed. Rom. eadem forma usus est: *cum conchim caepas et maenas bene praegnatis alios vorantis viderem.* Sed puto accuratiores

ed by Google

ultro subvenire. Ad istum modum supplicanti statim sese Iuno cum totius sui numinis augusta dignitate praesentat, et protinus: Quam vellem, inquit, per fidem nutum meum precibus tuis accommodare, sed contra voluntatem Veneris, nurus meae, quam filiae semper dilexi loco, prae|stare me pudor non sinit. 391
Tunc etiam legibus, quae servos alienos profugas invitis dominis vetant suscipi, prohibeor.

statim non est in B., unde Scriverius in uncis inclusit, ut et *Psyche* post *inquit* in eodem cod. abest in sequenti versu, ut in omnibus. *angusta* Elm. vitiose *augustu* D. *inquit Psyche* Colv. Vulc. 2. Bas. 2., quod Elm. deinde facile mutavit in *per fidem*, quae lectio est omnium codd., quos vidi et edd. vett. *quam vellem nutum meum* B. *nurum meam precibus* π. *tuis* abest ab O. a p. m. *tui* δ. *Veneris* non comparet in δ. et forsan, ut Oud. putat, ex explicatione marginali vel superlineari in textum irrepsit. Nam sic supra Ceres non nominata *Venere* ait p. 386. *sed cognatae meae, cum qua etiam foedus amicitiae colo. mea* pro *meae* Bas. 1. *tum etiam* p. edd. qdd. et Florid. *tamen* δ. *perfugas* G. P. D. O. φ. aliique et Iunt. 2. solemni permutatione: *profugas* F. 3. f. *profugos* F. 1. Elm. *prohibebor* R. f.

esse, qui talia Apuleio vituperent. Minus placet Oud. opinio, qui *periclitantibus* vocem abesse maluit, quam alterius variam lectionem esse, et deinde in textum elapsam sibi persuadebat. Certe versu proximo praecessisse *periculi*. Haec vero ipsa caussa est, cur equidem retineo. Tum quoque verisimilius videtur esse, *periclitantibus* lectionem esse genuinam, cuius glossema esse possit *praegnantibus*, quia *periculum* in praegnatione constabat. Contra codd. mutare quicquam nolui. De re comparat Elm. Plutarch. Quaest. Rom. p. 282. Sympos. III. p. 658. *Λέγεται τὴν Σελήνην πρὸς εὐτοκίαν συνεργεῖν, ὅταν ἡ διχόμηνος, ἀνέσει τῶν ὑγρῶν μαλθακωτέρας λοχείας καὶ εὐλυθνίας οὐκ οὔσαν ἑτέραν, ἢ τὴν σελήνην ὀνομάσθαι.* Primam vocem sive dedita opera sive casu hunc locum citans Brisson. de Formul., p. m. 55. omisit.]

per fidem. [*Psyche*, quod in nonnullo, quantum scio, codice legitur, male Colvius in textu reposuit post *inquit*, acriter iam ab Oud. vituperatus. Nec melius coniecit Scaliger. *praesidem* pro *per fidem*, qua correctione nequaquam opus est. *Per fidem* autem cum Oud. neque intelligo: *si per fidem liceret*, nec ad iusiurandum per ipsam deam *Fidem* refero, pro quo homines soleant dicere *medius fidius*, sed ad Iunonis ipsius fidem, quae precantibus semper adsistit easque fidelissime adiuvat. Ne quid omittat, Oud. lectionem *per fidem Psyche* proponit.]

accommodare. [Pricaeo placebat primam huius vocis syllabam *deleri*, qua de caussa nescio. Nam quod saepius *commodare nutum, aures* alia dicuntur, hinc non potest effici, ubique id factum esse. Ita ipse Cicero dicit ad Brut. 8. §. 24. *voluntatem eorum qui audiunt intuentur, eamque et ad eorum arbitrium et nutum totos se fingunt et accommodant.* Mirum vero est, quod Oud. *accommodare* hic explicat *admovere* et sic *adiuvare*, quod ne significare quidem potest. *Accommodare* enim hic est graecum ἁρμόζειν id est aptare et quam fieri potest nutum suum commodum reddere precibus Psyches. Idem peccat Barth. Advers. XIX. 12. p. 993. cf. Loers. ad Ovid. Trist. V. 12. 53.]

legibus, quae servos etc. [cf. Coripp. in laud. Iustin. III. 392. *Obstamus dominis, profugis damus ostia servis? Legibus hoc nostris non convenit.* Brant. laudat L. I. et tot. tit. Dig. de servis fugitivis cf. Argol. ad Panvin. de ludis II. 3. in Graev. Thes. Antiq. T. IX. p. 411.]

profugas. [Variant codd. inter lectiones *profugos*, *perfugas* et *profugas*, sed ita ut optimi constanter *profugas* retineant. *Perfugas* ferri non posse, quia usus obstet scriptorum, Oud. pronuntiat. Festus p. 119. Lind. dicit: *Perfuga et transfuga dicitur, quod ad hostes perfugiat et transfugiat* et p. 199. *Perfugam Gallus Aelius dicit, qui liber aut servus, aut hostis sui voluntate ad hostes transierit, qui idem dicitur transfuga, quamquam sunt, qui credant, perfugam esse, non tam*

Digitized by Google

CAPUT V.

Isto quoque Fortunae naufragio Psyche perterrita, nec indipisci iam maritum volatilem quiens, tota spe salutis deposita, sic ipsa suas cogitationes consuluit: Iam quae possunt alia meis aerumnis tentari vel adhiberi subsidia, cui nec dearum quidem, quamquam volentium, potuerunt prodesse suffragia? Quo rursum itaque tantis laqueis inclusa, vestigium porrigam, quibusque tectis vel etiam tenebris abscondita magnae Veneris inevitabiles oculos effugiam? Quin igitur masculum tandem sumis animum, et cassae speculae renuntias fortiter,

fortunae quoque f. *ipsaque possunt* pro *iam quae possunt* P. *ipsamque* G. *ipsamque prorsus alia* D. *alia* abest a B. *nec dearum quidem* in omnibus, quantum scio, Mss. et edd. legitur et una tantum Vulc. 2. ed. habet *ne dearum quidem*, quod perperam Ruhnk. corrigere omisit. *quo miserum itaque* β. *quorsum itaque* coniecerunt Mercerus et post eum Roaldus, Groslot. et Salmas. et ediderunt Vulc. Ed. sec. Elm. Scriver., et probavit quoque Pricaeus. Sed non video caussam, cur a Mss. et Edd. Vett. *quo rursum* servantibus recedamus. Sententiam enim praebent probam: *Quo itaque vestigium porrigam rursum. utique* pro *itaque* δ. p. *infraque* P. *tintis laqueis* Bas. 1. *tentis laqueis* Venet. 4. *prorigam* δ. *porrigant* p. *quibus tectis* omissa *que* particula f. *etiam* non agnoscit P. *oculos* D. *inevitabiles tandem oculos* B. *oculos tandem effugiam* Elm. Florid. Scriv. *tandem*, quod post *masculis* in optimis plurimisque codd. legitur, non comparet in B. Elm. Florid. Scriver. *quibus igitur* pro *quin* δ. *sumis artibus animum* δ. et Incert. Ms. *sumis actibus animum* R. f. unde Oud. coniecit *artubus*. *masculum tandem sumis artibus animum* φ.

qui alios fugiat, sed qui ob spem commodorum ad quempiam perfugiat et cf. Intt. ad h. l. p. 568. Lind. De discrimine horum vocabb. agunt Intt. ad Caes. B. G. V. 45. Liv. XXII. 22. XXX. 43. Doed. Synonym. T. IV. p. 239 sq. Intt. ad Sall. Cat. LIV. Quamquam afferuntur loci, qui contrarium probare videntur cf. Doed. ibid. p. 240. Tac. Hist. IV. 49. *quidam e Vitellianis urbe profugi.* Sed mirum est, quomodo optimos codd. lectio *profugas* occupaverit, cuius glossema habuerim alteram *perfugas.* Licet hoc substantivum apud Latinos, quantum equidem scio, nusquam reperiatur, tamen non refutaverim eius formationem, in quo dicendi genere Apuleius saepe multa novavit. Ut enim initio Metamorph. legitur *indigenum sermonem*, pro *indigenam*, quod ad unum omnes codd. flagitant, hic forsitan defendi poterit *profuga* pro *profugus*, cuius analogiae sunt vocabula *perfuga, transfuga.* Hoc tantummodo admonendum est propter nasutos quosdam homines, qui Apuleium vituperant, quod leges humanas ad deos retulerit, non sine exemplo id ab eo factum esse. Ita apud Senec. in Apocol. Claud. p. 834. Lips. lege Cornelia de sicariis in ipso Orco quaeritur. cf. Kopp. ad Mart. Cap. II. §. 217. p. 250 sq.]

Cap. V. *Fortunae naufragio.* [De hac dictione cf. Barth. Advers. XXXIV. 15. p. 1571. cf. Munk. ad Fulgent. Mythol. II. p. 663. Idem dixit Mythol. I. p. 599: *evitans acrumnosa calamitatum naufragia.* Eadem ratione Cic. pro Rabir. 9. *et in quibus C Deciani naufragium fortunarum videres*, quamquam saepissime ita legitur, ut imago fluctuum et maris periculosi eluceat.]

laqueis. [Laquei metaphorice capiendi sunt, ut notet difficultates, quibus quis incidat, et se propter angustias expedire nequeat. cf. Oud. ad Veget. III. 24. in Miscell. Observ. Vol. IX. Tom. I. p. 95.]

masculum tandem sumis animum. [Haec lectio est optimorum codd., quam mirifice Intt. vexant, sedem particulae *tandem*, quae suo loco iis stare non videretur, diversissima ratione permutantes. Quum enim *igitur* ad vim interrogationis augendam appositum viderent, *tandem* iis superfluum videbatur esse, ut alii plane omitterent, alii priori sententiae adsuerent. Sed *tandem* in interrogationibus saepe vim habet vehementius instantis cf. Dr. ad Liv. III. 9.

et ultroneam te dominae tuae reddis, et vel sera modestia saevientes impetus eius mitigas? Qui scias, an etiam, quem diu quaeritas, illic in domo matris reperias? Sic ad dubium obsequium, immo ad certum exitium praeparata principium futurae secum medita|batur obsecrationis. 392

CAPUT VI.

At Venus terrenis remediis inquisitionis abnuens, coelum petit. Iubet

rectis vel et Venet. 2. *et* ante *vel* abest in O. *mitigam* p. *mitigato* D. *que scias* p. *quin* P. f. *quod* O. *qui scis* Iunt. 2. Florid. *ante* pro *an* f. *at etiam* Venet. 2. *quem tu quaeritas* frigidissime ed. Florid. *illuc* F. 1. 3. p. D. f. *inive* O., unde Oud. tentavit *invenire*, praesertim quum addatur *in domo matris*. In cett. legitur *illic*. *repperias* F. 3. *reperies* δ. P. p. f. *repperies* D. G. In cett. *reperias*. *sed ad dubium* ed. Beroald. Bas. 1. *dubbium* G. *meditatur* B. *osecrationis* D.

inquisitionibus p. B. et vulgata ante Wower, excepta Iunt. 2. quae habet *inquisitionis*. Item Vulc. 2. Colv.

§. 9. et XXXVII. 53. §. 23., quo loco identidem legitur: *quo tandem igitur nos praemio atque honore digni apud vos sumus*. Ea quidem ratione dixit Apuleius Met. VI. p. 433. *quin igitur masculum tandem sumis animum*, qui locus argumento est, hic nihil commutari posse. Sed tantummodo offensioni esse potest, quod *tandem* particula inter *masculum* et *sumis* interposita appareat, quum potius post *igitur* desideremus. Hinc explicandum est, cur altero Met. loco nonnulli codd. verso ordine legant *quin igitur tandem masculum*. De particula *igitur* in interrogationibus cum ironia et indignatione posita cf. Hand. Tursell. III. p. 191. et p. 196. Pro *tandem* in nonnullis codd. *actibus* legitur vel *artibus*, quod Oud. miro sane modo emendavit in *artubus*, explicans: sive membris sive corpore quamvis defesso, quod neque per sententiam nec per loci structuram me intelligere confiteor. Si quid mutandum sit, ego velim *actutum* i. e. sine mora, celeriter, quod saepius apud Apuleium legitur cf. V. p. 365. VI. p. 396. VII. p. 491. IX. p. 603.]

illic in domo matris reperias. Male Oud. deceptus est et codd. quadam discrepantia et repetitione illa s. pleonasmo, quem dicunt grammatici, *illic in domo*, ut emendaret *inrenire*, quae frigidissima hercule coniectura est. Ita enim quum alii scriptores tum Apuleius praeceteris locutus est, ut adverbiis loci ipsa locorum nomina addantur cf. Virg. Ecl. III. 12. *aut hic ad veteres fagos* Wunder. ad eiusd. Ecl. I. 54. qui *hinc* et *vicino ab limine* ita iungit, ut posterius prius quasi explicet. Equidem coniectura locum ita restituo: *Hinc tibi, quae serpet vicino ab limite saepes* cf. epicr. meam ed. Virg. Forbig. in Iahn. Annal. XXVI. 2. p. 161 sq. Praeterea de hoc usu cf. Plaut. Mil. II. 3. 2. Plin. Hist. Nat. II. 96. 98. *in Crustumino natum foenum ibi noxium, extra salubre est.* Hand. Tursell. III. p. 205. n. 2. d'Orvill. Observ. T. I. p. 174. Ita explico Apul. Met. VIII. p. 557. *Unus illinc denique de summo cupressus cacumine.* Met. VIII. p. 576. *illinc de primo limine* Apol. p. 546. *ad sese in domum matris suae transferar.* ubi cf. Pricaeus. Nec aliter intelligendus est locus Hygin. fab. c. VIII. p. 31. Stav. *In eundem locum Duce per bacchationem Liberi illuc delata est*, ubi male Munker. delet voculam *illuc*.]

Cap. VI. *terrenis remediis inquisitionis abnuens.* Quia ante Wower. vulgo edebatur *inquisitionibus*, Vulcanius aliquando coniecit *remediis* e glossa irrepsisse. Sed detrectabat Venus terrena remedia *inquisitionis*, quae propria in hac re vox est, ut docent Comment. ad Suet. Caes. c. 1. *seque ab inquisitoribus redimeret.* [Hoc unum mirum est, quod Apuleius cum dativo hoc verbum iunxerit, quae constructio, quantum equidem scio, nullo alio veterum exem-

Digitized by Google

construi currum, quem ei Vulcanus aurifex subtili fabrica studiose poliverat, et
393 ante thalami rudimentum nuptiale munus obtulerat, limae tenuantis detri|mento

artifex γ. alius teste Sciopp. *aurifex* ut omnes codd. praebent. In priscis edd. praeter Iunt. 2. omnino non comparet, quas secuti sunt Elm. et Ed. Vulc. 2. *polluerat* perperam ed. Scriv. pro *polliverat*. *ante ante thalami* G. sed prius a m. p. minio obductum est. *lunae tenuantis* in omnibus extat edd. vett. praeter Iunt. 2., quae *limae* habet. *linire* P. *luen* O. sed in margine emendatum est *limae*. In D. est lacuna, quae spatio vacuo indicata est, ne a manu quidem secunda suppleta. *tenuitatis* p.

plo potest comprobari. cf. Met. IV. p. 266. *Thebanis conatibus abnuentes* et ita emendant Apol. p. 557. *nunc demum contumeliis abnuit* et de Deo Socr. p. 159. *ac taedio abnuentibus difficultati belli* ubi cf. Accusativus legitur Met. II. p. 158. *tantum scelus abnuebat.* Apol. p. 453. *eoque aiunt deos abnuere.* Absolute positum est: Met. I. p. 75. *abnuebam: quippe qui.* Apol. p. 506. *medicus, qui adfuerat, abnueret* ibid. p. 598. *quid abnuis? quid recusas.* Sed discrimen hoc apud Apuleium videtur esse inter utramque construendi rationem statuendum, ut solita cum accusativo constructio ponatur, ubi *abnuere negare aliquid* significat, *abnuere* vero cum dativo vim indicet, qua quis reiicit et rem a se remotam esse velit. Venus enim putanda est inter hos Psychae errores magnas fecisse inquisitiones, id quod Ceres his verbis p. 384. indicat: *Ah, Psyche miseranda, totum per orbem Venus anxia disquisitione tuum vestigium furens animi requirit.*]

iubet construi currum. Non fieri s. confici nunc currum iubet Venus. Eum enim iam habebat ex Vulcani munere, ut addit auctor. Quare si sana sit vulgata lectio, fingendum esse putat Oud., dissolutum nunc iacuisse currum, demtis ei rotis, axe, temone et iussisse Venerem, eum denuo *construi.* Quod tamen non temere admittendum esse ei videtur. Mavult itaque legere *instrui* s. ornari ac praeparari ad Deae receptum et vecturam. Passim confundi haec composita, probat ex dict. suis ad Caes. B. G. I. 43. Dr. ad Liv. III. 59. [Ego licet eandem sententiam amplectar, mutandum tamen quicquam esse nego. At ab eorum partibus stare nequeo, qui *construere* et *instruere* passim idem esse dicunt coll. Catull. LXIV. 304. *large multiplici constructae sunt dape mensae,* ubi coacervandi vim retinet. Mensae quasi oneratae et coacervatae sunt epulis.]

aurifex. Istud *artifex*, quod Elm. ut contextus ipsius lectionem proposuit, non displiceret, si in Mss. fide dignis reperiretur. Est enim Deus *faber*, ut saepe vocatur, cuius duras igne vel *arte manus* ait Ovid. Art. II. 568. et passim fabrilia illi adscribuntur opera. cf. Val. Flacc. V. 432. 456. Savar. ad Apoll. Sidon. Epist. IV. 1. Quin eidem Sidonio VII. 14. *deus artifex* nominatur et ipsi Apuleio de Dogm. Plat. I. p. 192. *Deus artifex conformat universam.* *Aurifex* vero bene habet, quod, ut e seqq. etiam apparebit, aureum fuisse illum currum indicatur, et Vulcanus opera sua praecipue *aurea* faciebat ipse, utpote in deum dearumque et heroum munus Wasseus putavit, *Vulcanus* e glossa esse intrusum, sed quum vox *aurifex*, sicut *ignipotens*, *Mulciber* et aliae per se non satis ostendat, Vulcanum significari, omnino id nomen proprium hic retinendum esse, Oud. iure suo arbitratur.

ante thalami rudimentum nuptiale munus. Nam pro virginitate deposita novae nuptae a novo marito, ut Elm. adnotat, munera dari solebant. Iuvenal. Sat. VI. 203. ubi cf. Intt. et Schol. Sed bene Oud. monet, hic intelligi donationem ante nuptias coll. Cic. pro Cluent. c. 9. [cf. Brisson. de Rit. Nupt. in Graev. Thes. Antiqq. T. VIII. p. 1050. De *rudis* et *rudimentum* de amantibus, qui amoris voluptatibus nondum perfruebantur cf. quae dabo ad Met. IX. p. 630.]

limae tenuantis. [*Lunae* lectionem vulgatam Beroaldus ita defendit: Significat currum Veneris arcuatum fuisse, et

conspicuum et ipsius auri damno pretiosum. De multis, quae circa cubiculum dominae stabulant, procedunt quatuor candidae columbae, et hilaris incessibus picta colla torquentes iugum gemmeum subeunt; susceptaque domina laetae subvolant. Currum deae prosequentes gannitu constrepenti lasciviunt passeres, et ceterae, quae dulce cantitant, aves melleis modulis suave resonantes adventum deae pronuntiant. Cedunt nubes et coelum filiae panditur, et summus aether

cubiculum dominae stabulant. Imitatus est auctor Virgilium Aen. VI. 286. *Centauri in foribus stabulant. columba candida* δ. p. *praecedunt* f. solita aberratione. Quia quatuor erant columbae, Sopingius margini adlevit: *geminum*; at tunc non biiugae erant sed quadriiugae, uni currui iunctae cf. Ovid. Met. II. 105. *subveunt* vitiose D. Fortasse scriptum erat *subbeunt. deae currum* P. *prosequentes*, *gannitu* Vicent. Iunt. 1. Ald. Venet. 4. Paris. *perstrepenti* P. *cum strepitu* O. *quam dulce* p. *canticunt* omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. *canditant* P. *cantitant* F. 1. 3. G. D. p. O. f. ut iam restituit Wower. seqq. cf. ad Met. II. p. 113. *cantillunt* emendat male Colvius. *molis dalis* D. a m. p. pro *modulis*. *pronuntiant* omnes codd. praeter B., qui habet *praenuntiant. discedunt.* Haud unius assis est, et vana haec Pricaei coniectura. Explicat Apuleium Lucret. I. 6., unde sua noster hausit: *te dea te fugiunt venti, te nubila coeli.* Quod bene advertit Sciopp. in Susp. Lectt. IV. Ep. 14. *sed summus* B.

ad effigiem lunae corniculatae figuratum. Luna enim in cornua tenuatur, sentire quod videtur *detrimentum*, cum vero pervenerit ad orbiculatam rotunditatem, pleno orbe nihil patitur dispendii. [Sed quisque intelliget, quam contorta, ne dicam absurda sit haec explicandi ratio. *Limae* potius legendum et de subtili currus opere et satis tenuato intelligendum est, quod accuratissimo cum studio et summa arte Vulcanus perfecerat. *Detrimentum* vides hoc loco propria sua vi dictum esse de opere, quod lima detritum et perpolitum est.]

ipsius auri damno. Beroald. explicat: Cum aurum in effigie currus corniculata deesset, prout fabrica talis deposcit, damnum auri fieri in vehiculo dicebatur, idque ex tali detrimento fiebat venustius. [Equidem *dammum* hic deminutionem esse dixerim. Gell. XX. 8. et de opere illo intelligendum est, perforato quasi et perterebrato, quo splendidior currus fiebat, et in quo summa ars Vulcani eo magis erat conspicua, quo subtiliores erant eae perforationes.]

stabulant. [De significatione huius vocis neutrali cf. Prisc. VIII. 6. 29. Stat. Theb. I. 275. 457. Intt. ad Virg. Georg. III. 224. Aen. VI. 286.]

quatuor candidae columbae. [Veneri columbas sacras fuisse notum est. Caussam explicat Fulgent. Mythol. II. 4. p. 670. Stav. *In Veneris etiam tutelam columbas ponunt; illa videlicet causa, quod huius generis aves sint in coitu fervidae:* ad quem locum cf. Munk. et ad Albric. de Imag. c. 5. p. 903. Stav. Fortasse ita explicari potest locus Met. VIII. p. 577. quem cf. *sed nobis quoque, tuis palumbulis, nonnunquam impertias.* Nota praeterea est columbarum in osculando improbitas cf. Taubm. ad Plaut. Asinar. I. 3. 57. De columbis Veneri sacris cf. praeterea Cirino de Urbe Roma c. 14. in Salleng. Nov. Thes. Antiq. T. II. p. 163. Scheffer. de Re vehicul. c. 18. in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. V. p. 1212. Voss. mythol. Br. II. 48. Ovid. Met. XIV. 597. Burm. ad Anth. L. T. I. p. 29. ubi legendum: *Ad Veneris currum vincta columba cygno est.*]

picta colla torquentes. Passerat. ad Prop. IV. 5. legit: *picta colla torquatae*, quia saepe legantur columbae collum quasi *torque* ornatae. Incedentes vero columbae solent colla torquere.

lasciviunt passeres. [Passeres enim in Venerem sunt proni et salaces, ut bene adnotat Rupert. ad Iuven. IX. 54, qui plures locos vett. enotat. Passeres Veneri sacros fuisse notum est; cf. Intt., quos priori adnotatione laudavi, Rhodigin. Antiq. Lectt. XIV. 6.]

pronuntiant. [Hanc optimorum codd. lectionem, cuius sententiam non intel lexit Oud., retinui. *Pronuntiare* enim hic nihil aliud significat, nisi palam nuntiare et more praeconum proclamare,

cum gaudio suscipit deam. Nec obvias aquilas vel accipitres rapaces pertimescit magnae Veneris canora familia.

CAPUT VII.

394 Tunc se protinus ad Iovis regias arces dirigit, et | petitu superbo Mercurii, dei vocalis, operae necessariam usuram postulat. Nec renuit Iovis caerulum supercilium. Tunc ovans illico comitante etiam Mercurio Venus coelo demeat, eique sollicite serit verba: Frater Arcadi, scis nempe sororem tuam Venerem

aucipitres F. 1. *ancipitres* G. d. *ancipites* D.

Iovis regias arces F. 3. R. f. G. D. Iunt. 2. In cett. codd. et edd. *regias Iovis arces*. *regiam* p. *petitae superbo Mercurei* δ. *operis* O. *opere* Vicent. *ne renuit Iovis cernulum supercilium* O. Male. Evidens documentum rei constitutae apud Iovem, nutu firmare vel motu concutere et tremefacere coelum. *comitante et Mercurio* D. *e coelo demeat* G. D. P. *de coelo demeat* f. *Arcadi* F. 1. 3. B. et alii codd. quos Oud. accuratius non designavit, et omnes edd. vett. ante Wowerium. *Arcadis*, quod in aliis Mss. legi enotat Elm., sine fide et sententia est. In ceteris codd. legitur *Arcas*. *Archas* G. D. cf. Lucan. III. 177. *sis nempe* ed. pr.

ut adventus deae omnibus indicetur. *Praenuntiaret* igitur interpretatio est satis trita et ab ingenio librariorum profluens, quam vellem Oud. non probasset. Ceterum *pronuntiare* etiam *praenuntiare* esse posse, non negaverim, qui sciam, saepius in his compositis Apuleium variasse cf. ad Met. I. p. 15. et II. p. 165.]

obvias. Ingenium ostentare volens Pricaeus emendat *obuncas*. Sed accipitres non minus *obuncae*, quam *aquilae*, et utraeque aves rapaces, quas sibi obvias fore haud pertimescit avicularum cohors. De *obunca aquila*. cf. Heins. ad Virg. Aen. XI. 753.

Cap. VII. *petitu*. [Hac voce saepe usus est Apuleius, quem notum est defectiva quartae declinationis in *us* nomina praeceteris amare. De hac voce cf. Deder. in praef. ad Dict. Cretens. p. XLIX. qui plura Apuleii exempla enumerat. Dict. Cret. IV. 22. *petitu Hesionae regno impositus est*, qui locus valde depravatus est. In seqq. enim legunt codd. *Priamum male inde desipientem cunctos sanguinis sui iniuriis insectari solitum, pravum insuetum atque appetentem alieni*, quod quidem ita emendo *pravi nec* vel *non insuetum*, quod ex compendiis *n*3 vel *n̄* facile corrumpi poterat. cf. Censuram meam ed. Dict. Deder. in Iahnii Annal. XXIII. 3. p. 294 sq.]

sollicite. [Erat quum equidem *sollicita* pro *sollicite* emendarem. *Sollicite* si recte explicas, est *studiose, accurate*, quod nisi ad indicia refers, quibus agnosci posse Venus Psychem speravit, non habet, quo modo intelligi queat. *Sollicita* vero est *sollicitata, animi commota*, qua significatione nihil frequentius est. Exacerbatam fuisse Venerem animoque commoto, non solum priora sed seqq. etiam apertissime comprobant. Nec dubito, quin ita quoque *sollicite* explicari debeat.]

Arcadi. [Hanc unice veram esse optimorum codd. lectionem arbitror, quae a docto librario, qui *Arcadem* saepius nominari Mercurium cognoverat, deinde in *Arcas* mutata est, de qua forma cf. Toll. ad Auson. Idyll. VIII. 21. cf. Lucan. IX. 661. alibi. Omnes vero quos equidem vidi locos, ubi *Arcas* absolute nominatur Mercurius, ita mihi videntur esse comparati, ut alteram formam propter metri necessitatem ne usurpare quidem poetae potuerint. Deinde hoc observasse mihi videor, formam *Arcas*, potissimum singulari numero apud poetas tantummodo in usu fuisse, sed eosdem *Arcadius* non sprevisse. Utrumque enim adiectivum pari modo valuit. Nam Stat., qui Theb.

Digitized by Google

sine Mercurii praesentia nil umquam | fecisse, nec te praeterit utique, quanto [176]
iam tempore delitescentem ancillam nequiverim reperire. Nil ergo superest, quam tuo praeconio praemium investigationis publicitus edicere. Fac ergo mandatum matures meum, et indicia, quibus possit agnosci, manifeste designes, ne si quis occultationis illicitae crimen subierit, ignorantiae se possit excusatione defendere. Et simul dicens libellum ei porrigit, ubi Psyches nomen continebatur et cetera. Quo facto protinus domum secessit.

praeteriit D. *praeteriti utique* Iunt. 2. *delitescente* G. D. *repperire* F. 3. [Ita semper scriptum est in hoc cod., nisi contrarium enotetur] G. D. *premio* Venet. 2. *pollicitus edicere* p. *mature d. q̄ pūt agnosci* G. *qui ponit agnosci* D. *qui possit agnosci* p. *quae possint f. π.* P. *d. quibus posse agnosci* Iunt. 2. *quibus potest* Vicent. *cognosci* F. 1. B. Vulc. 2. et edd. vett. praeter Iunt. 2. Vicent. *agnoscere* P. *d. si* antea omissum a m. p. in cod. G. suppletum est. *se p'e*^{r} pro *se possit* D. *et simul dicens.* Sic constanter dant scripti. Ab auctore tamen relictum putat Oud.: *Ea simul dicens* vel *haec simul dicens*, ut iam vidit Pricaeus, et saepius apud Apuleium invenitur, nisi cum Florido graecum statuas *Καὶ ἅμα λέγων.* cf. Koen. in Disp. Inaug. p. 35. [cf. Wagn. ad Virg. Aen. X. 856.] *ut* pro *ubi* in p. *pronus* pro *protinus* p. *domum fecessit* praefert coniecturam Sciopp. in Symbolis, quae etiam Brantio probata erat. Idem vir doctus adscripsit margini ed. Iunt. 2., in qua vitiose scriptum est *feeissit.*

VII. 39. *Arcadium* nominavit *galerum: nec Arcadii bene protegit umbra galeri*, idem dicit: *summi Iovis aliger Arcas Nuntius.* Plura lexica praebebunt adeunti. Hinc puto *frater Arcadius* bene dici posse pro *Arcas* de Mercurio, qui natus est in Cyllene Arcadiae monte Virg. Aen. VIII. 141 sq.]

scis nempe. [Particula *nempe* est asseverantis et emphatice interrogantis, nostrum *doch wohl, doch*, unde fit, ut saepius ironiae vim habeat. cf. quae accuratissime de ea exposuit Heind. ad Horat. Sat. I. 10. 1. *Nempe incomposito.* Hanc particulam saepius postponi, ut vel tertium quartumve enunciationis locum obtineat, pluribus exemplis Cort. ad Lucan. IV. 806 confirmat. cf. Apul de Deo Socr. p. 160. *tacent nempe mutuo.*]

sororem tuam Venerem sine Mercurii praesentia. Cave ne credas propria nomina hic esse otiosa, vel e glossis nata. Habent enim vim emphaticam: quia sine blandimentis verborum sive Mercurii nihil pollet Venus. Ad hanc suam sententiam confirmandam Oud. conferri iubet Becich. Epist. 74., quum Spanh. ad Callim. Hym. in Dian. 70. minus bene ad communem Mercurium s. *Κοινὸν Ἑρμῆν* hoc referat.

tuo praeconio praemium invest. publ. edicere. Elm. comparat Plaut. Mercat. III. 4, 78 sq. *Certum est, praeconum iubere iam quantum est conducier, qui* illam investigent, qui *inveniant.* Ulpianum L. IV. de cond. ob. turp. caus. *si tibi indicium dedero, ut fugitivum meum indices vel furem rerum mearum, non poterit repeti, quod datum est.* Petron. c. 97.: *Puer in balneo paulo ante aberravit annorum circiter sedecim, mollis, formosus delicatus, nomine Giton. Si quis eum reddere aut commonstrare voluerit, accipiet nummos mille.* Curius Fortunatianus l. c. Rhetor. Lib. I. 16. *Cuius servus fugerat, libello proposito, vel per praeconem nuntians dixit, daturum se denarios mille ei, qui ad se servum perduxisset* cf. Cuiac. Obs. XI. 13. [Intt. ad Petron. l. c. p. 598. cf. Met. II. p. 143. et p. 146. Taubm. ad Plaut. Merc. III. 4. 78. Pignor. de servis in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. III. p. 1142.]

agnosci. [Quod alii codices praebent *cognosci*, ex ingenio profluxit librariorum, qui quale sit inter utrumque vocabulum discrimen, bene cognoverant. Quum hic igitur de Psyche sermo sit, quam indagaturi antea non viderant, *cognosci* legendum esse existimarunt. Sed ad permutationem utriusque vocabuli ne confugiamus, suo loco *agnosci* stare persuadebitur, si consideraverimus, personam Psyches tam accurate in isto Veneris libello fuisse perscriptam, ut quisque, qui hunc perlegerat, obviam Psychem, quam prius iam cognoverat, statim agnosceret.]

tized by Google

CAPUT VIII.

Nec Mercurius omisit obsequium. Nam per omnium ora populorum passim discurrens, sic mandatae praedicationis munus exsequebatur: Si quis
395 a fuga retrahere vel occultam demonstrare poterit fugi|tivam regis filiam, Veneris ancillam, nomine Psychem, conveniat retro metas Murtias Mercurium praedicatorem, accepturus indicinae nomine ab ipsa Venere septem

obmisit G. P. D. d. de more. *omnia* d. *exequiebatur* O. *exequebar* D. *Psychem* F. 1. 3. Vulc. 2. In cett. legitur *Psychen*. *Psyche* G. D. *Murtias* exulat a B. *Martias* O. Iunt. 2. Aliae edd. ut Venet. 4. ineptius habent *Muritias*. *indicinae* habet F. 1. sed teste Lindenbrogio alia manu legitur *indicii viaeque*, quod priorem lectionem veram esse comprobat. Errat igitur Oud., qui dicit altero cod. F. legi *indicii viaeque*. *indicivian nomine* vel *indicivie* F. 3. P. D. *indici vie* G. *indicinae* p. *indicive* O. d, *indiciae* f. *indicii* ex interpretatione extat in omnibus quas ego conferre potui, editionibus vett. *Indicinae* legitur in Edd. Scriv. Florid. Elm.

Cap. VIII. [Ludicram esse hanc totam proclamationem et animi tantum caussa ab Apuleio inventam, adnotat Spanhem. ad Iul. Caes. ed. franc. p. 139. Sed quid de hisce additamentis iudicandum sit, quae res inter homines obvias facetissime ad deos referunt, supra iam exposui p. 391.]

si quis a fuga retrahere. *Retrahere* proprie de fugitivis dici exponit Colv. ad h. l. excitato Terent. Heaut. IV. 2. 11. *retraham hercle opinor ad me idem illud fugitivum argentum tamen* [cui adde Duk. ad Flor. III. 9.]

retro metas Murtias. [De constructione adverbii *retro*, quem frustra in Lexicis quaesivi, cf. Ruddim. Institt. T. II. p. 333 Stallb Ibi quae praeterea afferuntur exempla omnia ad scriptores Apuleio posteriores pertinent, ut novasse id Apuleium existimemus. Ad *metas Murtias* Psychem reduci Mercurius ideo iubet, quod Veneri Murciae in valle Murcia erat sacellum. Vallis vero Murcia a proximo colle Murco nomen obtinuit, id est Aventino, qui *Murcus* alias *Murceus* olim nominabatur. Diversissimae erant iam veterum eo de nomine sententiae, quum inter *Martias* et *Murtias* variarent. Accuratissime de vocis etymo et significatione egit Onuph. Panvin. de Circens. I. 5. in Graev. Thes. Antiq. T. IX. p. 50 sqq., ubi plura Argolius addidit, Argol. ibid. p. 67. Aliter idem Argolius explicat p. 82. ubi non solum *invenit* nescio unde legit, sed etiam commemoratas esse apud Apuleium *metas Murtias* dicit, quod Mercurii sacellum ad has metas ipse Festus agnoverit: cf. Fest. p. 101. p. 170. et prae ceteris Intt. ad h. l. p. 504. Lind., ubi etiam de orthographia *vocis*, per *c* scribendae, fusius disseritur. Bulleng. de Circo Roman. c. 2. in Graev. Thes. l. d. p. 594. c. 9. p. 617. et c. 24. p. 644. ubi hanc sententiam de loco Apuleii profert: *Apud metas Murcias* Venus colebatur et ibi prostitisse meretrices videntur, nisi forte quis putet, id ex eo dictum esse, quod praeco post metas Murcias staret, qui victores pronuntiaret. Sellae Curuli proxime sacellum Murciae locus erat, unde spectabant magistratus, auctore Festo. Sed et Consi ara ad metas Murcias fuit .... ibidemque fuit aedes Mercurii, quare Apuleius Mercurium praedicatorem ad eas metas ponit. cf. Sigon. ad Liv. I. 33. Hartung. *Rel. der Röm.* T. II. p. 249.]

indicinae. Haec optima est unius codd. lectio, quam Roaldus iam bene restituit. Amat enim Apuleius, verba isto modo flectere is: ut *furatrina*. cf. Met. VI. p. 404. *furatrina facili*. VIII. p. 511. *furatrinae coniugalis incommodaret rudimentum*. X. p. 703. *furatrinae procedebat artificium*, ubi nonnulli codd. eodem errore praebent *furatrive*. Sed hoc ipsum *indicina* vocabulum legitur apud Apuleium Met. VII.

by Google

savia suavia et unum blandientis appulsu linguae longe mellitum. Ad hunc modum pronuntiante Mercurio tanti praemii cupido certatim omnium mortalium studium arrexerat. Quae res nunc vel maxime sustulit Psyches omnem contationem. Iamque fores eius dominae proximanti occurrit una de famulitione Veneris, nomi|ne 396
Consuetudo: statimque, quantum maxime potuit, exclamat: Tandem, ancilla ne-

sabia ex more *δ*. *basia* P. G. (neque vero *easia* corrupte, ut in Oud. excerptis erat) D. *suavia savia* F. 1. Vulc. 2. *blandientis adpulsum linguae* B. et edd. vett. praeter Junt. 2., quae recte habet *adpulsu*. Colv. In edit. Paris. extat *adpulsum*. Veram lectionem *adpulsu* restituit Wower. *arrepserat* P. O. *arrepseret* G. *ac reperserat* D. *quae res nunc*. Consonans magis magisque significans Stewechio videbatur esse emendatio: *quae res unica vel*. Sed *nunc* addit auctor, uti bene monet Oud., quia iam ante hanc promulgationem Psyche se dominae Veneri reddere constituerat cf. Met. VI. p. 391. *vel* ante maxime exulat a D. *cunctationem* G. D. P. *δ*. Scriver. Sed nullum esse inter utramque formam discrimen, sed ubique *contatio*, *contari* cett. scribendum esse, supra iam a me expositum est accuratius. *iam* non addita particula *que* p. *eius* sine ullo sensu cum Pricaeo hic loci videretur esse, eiici voluit. Oud. videntur voces *Veneris* et *eius* sua quaeque sede excidisse, et altera alteri esse substituenda. Emendat hunc locum: *Fores dominae ei proximanti*. *proximatim* B. f. *una* abest a G. P. D. *famulitione* F. 1. G. P. R. D. f. *δ*. Met. II. p. 84. *nomine* non conspicitur in G. P. D.

p. 496. ob *indicinae praemium*, ubi F. 3. aperte habet *indicinae*, cett. codd. vero eodem modo aberrant. [De voce *indicina*, quamquam legitur, quantum scio, solum apud Apuleium, dubitari nequit, quum multa alia exempla proferri queant eiusdem terminationis. Alia enim sunt, quae a radice verbi formantur: ut a *ruo — ruina*, *rapio — rapina*, *fodio — fodina*, *ango — angina*, et *iuridicina*, ita ab *indico* fit *indicina*, alia a supinis verborum proficiscuntur, ut *textrina*, *molutrina*, *pistrinum*, *furatrina*, quod quam prave ab Roaldo comparatum sit, hinc potest effici. Erat, quum hoc vocabulum in notis Tiron. p. 90. ēmendare vellem: *indicium*, *indicina* pro *indicivus* quod ibi legitur. Nunc vero lego *indicium — indicinium*. Et nisi aperte codd. in loco Met. VII. 496, adversarentur, propter lectionem *indicirie* magis probarem formam *indiciuii*, quod eodem modo terminatum est, ut *scrutinium*. cf. Met. IX. p. 674. Sed nunc nihil muto. De formis in *ina* cf. Voss. Arist. T. II. p. 714. ibique Eckst. Iuret. ad Symmach. V. 73. Male vero agere videntur, qui *indicinae* pro *praemio indicii* explicant, quum ipsum *indicium* sit, quamquam scio, *indicium* saepe praemium delationis significare. cf. Taubm. ad Plaut. Merc. III. 4. 78. Intt. ad Petron. Sat. c. 97. p. 599. Burm. ed. 2. Beier. ad Cic. de Off. III. 20. §. 80. T. II. p. 334. Ita *indicina* interpretatur Polet. in Hist. For. Rom. III. c. 2. in Poleu. Suppl. Thes. Antiq. T. I. p. 531., qui unde vocabulum *indicinum* sumserit, quum nuspiam legatur, equidem nescio.]

savia suavia. Bene comparat Colv. Moschii illud Idyll. I. 1 sqq.: *Ἀ Κύπρις τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα μαχρὸν ἐβώστρει. Εἴ τις ἐνὶ τριόδοισι πλανώμενον εἶδεν Ἔρωτα. Ἀραπετίδας ἐμός ἐστιν· ὁ μανυτὰς γέρας ἐξεῖ. Μισθός τοι τὸ φίλαμα τὸ Κύπριδος.* [De Veneris osculis dulcissimis compara Intt. ad Horat. Od. I. 13. 16. *laedentem oscula, quae Venus Quinta parte sui nectaris imbuit*. In his verbis eadem ratione ludit Fronto Epist. ad Caes. V. XXXIII. p. 128. ed. Rom.: *Filiae meae iussu tuo osculum tuli, nunquam mihi tam suavis tamque suaviata visa est.*]

adpulsu linguae. [Genus hoc osculorum Graecis nominabatur *καταγλώττισμα* et verbum *καταγλωττίζειν*, de quibus verbis cf. Suidas et Hesych. Intt. ad Arist. Nub. 52. cf. ad Met. II. p. 114. *iam patentis oris inhalatu cinnameo et occursantis linguae allisu nectareo*. cf. Intt. ad Catull. LXXV. 8. *Sed nunc id doleo, quod purae pura puellae Savia comminxit spurca saliva tua* et Lucret. IV. 1104 sq. *Atque in eo est Venus, ut muliebria conserat arva. Affigunt avide corpus iunguntque salivas Oris, et inspirant, pressanteis dentibus ora*. Intt. ad Plaut. Asinar. IV. 1. 53. Pricaeus comparat Ovid. Amor. III. 7. 9. II. 5. 23. et 57. et praeterea III. 5. 23. ubi multa Commentt. congesserunt.]

Digitized by Google

quissima, dominam habere te scire coepisti? An pro cetera morum tuorum temeritate istud quoque nescire te fingis, quantos labores circa tuas inquisitiones sustinuerimus? Sed bene, quod meas potissimum manus incidisti, et inter Orci

quantumque quantum maxime p. *quam maxime*, quod excerpta Oud. e cod. G. habuerunt, ibi non legitur sed q^{n} i. e. *quantum*. Stewech. emendare voluit *quantuqi maximum*. *poterat* R. *exclamavit* G. P. D. O. R. π. *pro cera* pro *cetera* est in O. a m p. *prae cetera* δ. *quanto labores* p. *sustinerimus* Venet. 2. Ald. Iunt. 1. *intus Orci cancros* δ. ϕ. ed. Orell.

Consuetudo. [Barth. Advers. XXXV. 14. p. 1612. haec profert: *Consuetudo* est Veneris famula libro VI. Met. nam *consuescere* eius divae ad mysteria pertinet. Cf. Suet. Tiber. 7. *cum Agrippinae consuetudine teneretur.* Ner. 35. *Octaviae consuetudinem cito aspernatus.* cf. Taubm. ad Plaut. Cistell. I. 1. 84. Ruhnk. ad Terent. Adelph. IV. 5. 32. et prae cett. Faernum ad hunc locum. De re igitur turpi hic *Consuetudinem* dici, sententia Barthii est, equidem quomodo hanc deam intelligam, in prolegomenis accuratius iam exposui.]

inter Orci cancros iam ipsos adhaesisti. [Servant nobis nonnulli codd. lectionem *intus Orci cancros*, quae nonnullis Intt., ut Sciopp. in Symb., non indigna videbatur esse, et ab Orellio novissimis temporibus in textum intrusa est, quum nescio qua ratione deceptus in F. 1. hanc lectionem extare sibi finxisset. F. 1. vero habet, ut cett. omnes praeter δ et q. *inter*. De *intus* particula praepositionis vices sustinente cf. Hand, Tursell. II. p. 447 sq. Sed grammatica mihi videtur obstare ratio, ne *intus* legatur. Puto enim, Apuleii tempore *intus* nondum cum accusativo esse constructum, quod potius aetatis erat Scribonianae. Omnia enim quae enumerantur exempla a codd. auctoritate non ita firma sunt, ut probare accusativum possimus, praesertim quum nativa vocabuli significatio hunc casum respuat. cf. Hand. d. l. Deinde Apuleius nullo loco, quantum equidem perspicere possum, *intus* pro *intro*, ut motum significet, usurpavit, quod si factum ab eo esset, ratio intelligeretur, cur accusativum apposuisset particulae. cf. Met. II. p. 93. *splendet intus umbra signi de nitore lapidis.* IV. p. 246. *ubi rebus totis exsolutis atque intus conditis.* X. p. 716. *at intus cerei praeclara micantes luce.* Apol. p. 508. *Enimvero si perniciosa illa dulcedo intus cohibita.* Tertia denique quae adversatur ratio ea est, quod Apuleius altero loco, ubi casum huic praepositioni apposuit, ex graecorum more genitivum iungit. cf. Met. VIII. p. 587. *intus aedium audito ruditu meo.*] Praeterea id quod Oud. iam commemoravit, *inter* hic maiorem constringendi et augendi vim habet, quam *intus*. Ceterum pro *inter Orci cancros* Schottus Observ. I. c. 10. p. 14. ridicule substituebat *Dircae tauros*, quia Met. VI. p. 435. *anum* asino pendentem Dircen ad similitudinem Dirces antiquae vocasset. Non melius Dausquius in Epist. Syllog. Burm. T. II. p. 156. coniecit *inter Orci caucos*, ut *caucus* s. poculum hic sumeretur de urna Aeaci, quod sane ineptissimum est. Neque etiam opus est, ut *cancros* e glossa exponamus *forcipes*, sed cum Beroaldo, Coel. Rhodig. Ant. Lect. V. fin. *cancellos* sive *septa*. Deminutivum id enim est a *cancris*, quibus continebatur ita Psyche, ut inde remeare non posset. cf. Hirt. B. Alr. 15. *inter cancellos coniecti pugnare cogebantur.* [cf. Cic. Orat. I. 12. *esse quasdam oratorum proprias sententias atque causas et certarum rerum forensibus cancellis circumscripta scientia.*] Eadem ratione dixit Apuleius VII. p. 459. *mediis Orci faucibus ad hunc erasi modum*, ubi cf. dict., et p. 491. *Tali sententia mediis Orci manibus.* [Ita *Orcus* saepius dicitur ab Apuleio de locis vel rebus, quae effugere non possumus. cf. Met. III. p. 190. *Quamquam iam in peculio Proserpinae et Orci familia numeratus.* Eadem ratione explicat

cancros iam ipsos *obhaesisti*, datura scilicet actutum tantae contumaciae poenas.

CAPUT IX.

Et audaciter in capillos eius immissa manu, trahebat eam nequaquam renitentem. Quam ubi primum inductam oblatamque sibi conspexit Venus, laetissimum cachinnum extollit, | et qualem solent ferventer irati, caputque 397

habesisti pro *adhaesisti*, ut plurimae edd. habent, F. 1. 3. p. O. a m. p. neque vere G., ut in excerptis Oud., qui habet *hēs isti* id est *habes isti* ut P. et D. *ipsas hēs isti* f. *haeres* pro *adhaesisti* B. *si licet* O. *actuum* vitiose Vicent. *tantae contumaciae* F. 3. G. D. f. In cett. *contumaciae tantae*. *missa manu* ∂. *nequicquam* frustra coniecit Tollius. *remitentem* Venet. 2. *ut primum* ∂. sed cf. Met. I. p. 80., ubi cod. ∂. solum idem variat cf. Iustin. II. 10. Duk. ad Liv. XXV. 27. *oblatamque sibi scilicet conspexit* D. *latissimum* R. f. O. (ex collatione Gronovii) Elm. et edd. Colvio posteriores. In reliquis codd. et edd. vett., ut in F. 1. 3. G. B. D. equidem inveni, *laetissimum*. *solet* Vicent. vitiose. *frequenter irati* F. 3. (sed in margine ab eadem manu: *furenter irati*) G. P. D. f. M. π. Incert. *ferventer* ∂. *furenter* F. 1. B. et omnes edd. vett.

Voss. in Etym. s. v. *cancelli* et *catonium* p. 118. Fest. s. v. *cancer* p. 35. *cancri dicebantur ab antiquis, qui nunc per deminutionem cancelli.* Buleng. de Circo Rom. c. 10. in Graev. Thes. Antiq. T. IX. p. 618. Ex his omnibus potest intelligi, quam prave egerint, qui *cancros* voce hic putant alludere auctorem ad brachia cancrorum forcipis more, quum omnes hi videantur neglexisse, *Orcum* hic pro Plutone dici, de qua vocis significatione iam supra accuratius dictum est ad Met. III. p. 190.]

obhaesisti. [Ita ex corrupta codd. lectione in textum recepi, quod ante me iam Oud. coniecerat. *Obhaerere* quum rarius apud vett. in usu sit, et *ab*, *ob* et *ad* in compositis saepius confundantur cf. ad Met. IX. p. 639. tum *obhaerescere* verbo, nisi fallor, Apuleius solus usus sit Met. VI. p. 404. *quod passim stirpibus connexum obhaerescit*, ubi etiam variant codd., non dubitavi, id vocabulum Apuleio restituere. Ad sententiam sine dubio aptissimum est.]

Cap. IX. *audaciter in capillos eius immissa manu.* [In capillos inimicae involare, ut nostris mulieribus, ita Graecis quoque et Romanis usitatum videtur fuisse, quando ira effervescebant gravissima. Plura exempla suppeditat Pricaeus cf. statim infra p. 398. *involat eam ... capilloque discisso et capite conquassato.* Terent. Eun. V. 2. 20. *vix me contineo, quin involem in Capillum, monstrum*, ubi Donatus haec addit: *Minae istae propriae feminarum sunt, et in se et in alios unguibus saevientium.* cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 502. 684. et ad Propert. III. 6. 5.]

laetissimum. [Hanc lectionem, quae in optimis libris comparet, in textu reposui, quem diutius ceteri editores contaminaverant. Quum enim in aliquot inferioris notae codd. legatur *latissimum*, nec solum apud ceteros scriptores, sed etiam apud Apuleium ipsum *latissimus risus* inveniatur, putant isti, hoc quoque loco idem esse recipiendum, quod Elm. praeterea inde comprobat, quia furenter iratis *laetus* cachinnus non conveniat. De *laeto cachinno* quidque significet quum dubitari nequeat, omnia exempla, quae protulerunt interpretes, omittere omnino possum. Quidni laetus cachinnus iratae convenit Veneri, quae quum diu sollicitequeque quaesitam Psychem demum videat, gaudio quasi ultionis et poenae diutius requisitae gestiebat? Et si ad rei naturam respexeris, nonne ii, qui ferventissime irascuntur, ita cachinnari solent, quasi gaudio delibuti essent et ex intimo pectore laetarentur? Hinc retineo *laetissimum.* Referri huc non potest exemplum Apul. Met. X. p. 707. *Ac dein risu ipse quoque latissimo ad usque intestinorum dolorem redactus*, ubi, quamquam laetum fuisse hunc risum per se pateat, tamen

quatiens et adscalpens aurem dexteram: Sic, inquit, dignata es, socrum tuam

cupideque quatiens O. a.m. p. [quod sine dubio germanismus est *capiteque quatiens mit dem Haupte schüttelnd.*] *et ascalpens* G. D. *ac scalpens* f. et F. 1. pro *et adscalpens*. *tandem sic* G. P. D. Elm. Scriv. At si quid hic inserendum sit, Oud. mavult effingere; ut alibi, *se* sive *scilicet*. In F. 3. est *dexteram sic inquit dignata est*, ita ut *tandem* particula plane omittatur. In ceteris codd. et edd. vett. extat *dexteram*, *Tandem*, *inquit*, *dignata es*.

ad eius nimietatem respexit auctor, quae effecit, ut herus ille intestinorum doloribus afficeretur. Meam sententiam probat etiam locus Mamert. in Gratiar. act. Iul. c. 26. §. 2. *Quis nescit aliorum imperatorum hilarem diritatem cachinnantemque saevitiam.* cf. Pricaeum ad h. l.]

ferventer irati. [Hanc lectionem c. Oud. ex uno cod. d'Orvill. in textum recepi, quippe qui cett. Mss. lectioni quam proxime accedat. Saepius enim in Mss. confunduntur litterae *qu* et *v* propter pronunciationis similitudinem, ut *que* et *ve* saepius commutantur cf. Intt. ad Liv. II. 37. §. 7. et XXIV. 10. §. 2. *Frequenter* enim quoquo modo te verteris, probam sententiam eflicere nequit, nam non *frequenter irati* talem cachinnum effundere solent, sed qui ad insaniam usque furore perciti sunt. *Fervere* tum saepius de animo commoto et irascente dicitur cf. Ovid. Met. VIII. 466. *fervens ira oculis* et Horat. Od. I. 13. 4. *Fervens iecur bile tumet* et quae Oud. enumerat Senec. Herc. furens 946. *iraque totus fervor.* Lucan. IV. 242. *Fervet et a trepido vix abstinet ira magistro.* Sil. XV. 809. Virg. Aen. IX. 736. coll. Gron. Observ. II. 15. cui adde Burm. ad Ovid. Met. II. 602. Eadem prius iam exposuerat Oud. in Miscell. Observ. Vol. II. T. III. p. 451. Sed altera quoque lectio *furenter*, quam Florent. 1. et Bert. codd. cum omnibus edd. vett. et recentt. post Pricaeum praebent, recte potest defendi. Ita enim Cicero ipse dicit in Epist. ad Attic. VI 1. §. 12. *Pueri enim aiunt eum furenter irasci*, nec solum haec verba nostrum locum adiuvant, sed etiam manus antiqua emendatrix, quae in F. 3. conspicua est. At ingenue confiteor, *furenter* magis glossam sapere librarii, qui *ferrere* et *irasci*, quod idem ei significare videbatur, concoquere non poterat. Nihilominus mihi persuadere non potui, hunc locum non esse corruptum, hincque coniicio *frementer*, quod ad litterarum vestigia quam proxime accedit, et pro *saevire* et prae ira et indignatione *furere* saepius in usu est, id quod lexica satis demonstrant. Dictionem non negandum est insolitam esse, qua re facilius eam librarii allucinantes emendare poterant. Sed quia Mss. extant lectiones, quas comprobari licet, temere coniecturam in textu ponere nolui.]

caputque quatiens et adscalpens aurem dexteram. [Utrumque esse hominis iratissimi, ex toto sententiarum nexu potest effici; cf. Pric. ad h. l. et Intt. ad Petron. c. 113. *At non Lycas risit sed iratum commovens caput. Scalpere caput* quum alibi semper de hominibus mollitie effeminatis dicatur, qui leviter tantum tangunt capillos, ne artificiose compositos disturbent, cf. Intt. ad Iuven. IX. 13. hic de irato usurpatum est, qui prae vehementiae impatientia quasi pruriscit. cf. Orell. ad Horat. Sat. I. 10. 71.]

sic dignata es. [Ita ex optimo cod. F. 3. recepi, quum ceteri codd. meliores *tandem sic* praebeant. At particulam *tandem* vitiose adsutam esse puto a librariis, qui quid adverbium *sic* sibi velit, non intelligebant, itaque factum est, ut a nonnullis plane eiiceretur, alii glossema reciperent. Decepit scilicet eos, quod iisdem fere verbis Consuetudo Psychem exceperat: p. 396. *Tandem, ancilla nequissima, dominam habere te scire coepisti.* *Sic* enim hic puto esse indignantis et stomachantis particulam, cuius usus quamquam aliud exemplum invenire non poteram, tamen ex analogia particulae *ergo* comprobari licet; nec nostrum: *So würdigst du*, absonum est,

Digitized by Google

salutare? An potius maritum, qui tuo vulnere periclitatur, intervisere venisti? Sed esto secura! Iam enim excipiam te, ut bonam nurum condecet, et: Ubi sunt, inquit, Sollicitudo atque Tristities, ancillae meae? Quibus introvocatis torquendam tradidit eam. At illae sequentes herile praeceptum, Psychem mi-

tandem ante *salutare* repetitur in R. f. d., quod argumento esse potest, quam vaga fuerit sedes particulae *tandem* in codd. *socrum suam* in ed. Elm. male legitur. *tuo vulnere* F. 3. G. D. p. f. d. Iunt. 2. In cett. legitur *vulnere tuo*. *interviscare* G. D. Iunt. 2. Vicent. *secuta securа* Venet. 2. *exepiam* d. *excipio* R. f. *concedet* O. a m. p. Iunt. 1. Venet. 2. *condeces* Ald. *condocet* Iunt. 2. *ubi sunt inquit* F. 1. 3. G. D. R. f. d. p. Incert. P. (teste Putschio) Elm. Scriv. Florid. In cett. *ubi inquit* omisso verbo substantivo *sunt*. *ubi sit inquit* habent excerpta P. apud Oud.[sed perperam ut credo. Librarius enim male legit compendium *st* i. e. *sunt*.] *solitudo* d. *sollitudo* p. solita aberratione cf. ad Met. III. p. 210. *tristices* Vicent. vitiose. *sequente* D. *Psychem* F. 1. 3. G. D. B. In cett. legitur *Psychen*.

quum voce conquerentis et irabundi vocabulum effertur. De significatione particulae *ergo* cf. Burm. ad Prop. III. 5. 1. ad Anthol. Lat. T. I. p. 357. Hand. Tursell. II. p. 449. Propert. II. 8. 37. et ibidem v. 79. *sic igitur prima moriere aetate, Properti?* Fortasse huc referri potest Virg. Aen. IV. 660. *sic sic iuvat*. Haec ironiae et indignationis vis magis expressa est vocabulo *sicine* Met. III. p. 216. cf. Sil. Ital. IX. 25. *Sicine, sic, inquit, grates pretiumque rependis*. Erat, quum *sic inquit* coniungi vellem, ut verbum primum locum obtineret, ut infra p. 404. *sed contortis supercilиis subridens amarum sic inquit*: cf. ad Met. I. p. 77. Sed nunc non placet, quia ita enunciationis vis ironica plane infringitur, si particula non adest, quae gravius commotum animum indicat.]

excipiam. [Acidalius ridicule distinguens inter *accipere* et *excipere*, scribi hic vult *excipiam* ad Vell. II. 77., ubi cf. Burm. ad Petron. c. 100. p. 610. Promiscue enim haec verba ea sententia usurpantur. [cf. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. XII. 29. p. 72. Dict. ad Sueton. p. 289. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 417.]

Sollicitudo atque Tristities. [Accuratius de hoc loco agit Böttiger. in libro: *Sabina*. T. I. p. 310. ed. nov. cuius verba hic apponere iuvat: *Die römischen Dichter entlehnten von solchen Sclavinnen, die man wohl auch Kunstmeisterinnen nennen könnte, das Bild ihrer Furien. In diese Klasse gehören auch die Sclavinnen Trübsinn und Kümmerniss, denen in der bekannten Fabel des Apuleius die arme Psyche zur Geisselung überliefert wird, wie denn dort überhaupt die Venus völlig die Rolle einer ungeberdigen Römischen Domina spielt. Man hatte unstreitig auch alte Denkmäler der Kunst, worauf die Venus als eine solche Domina über die arme Psyche schaltend dargestellt war. Zu einer Gruppe der Art gehört die von der Venus verfolgte Psyche im Besitz des Hauses Borghese.* cf. Visconti Stanza III. tav. 4. Fere eadem protulit T. II. p. 198. Rem ego plane aliter explicans Venerem cum domina impotenti hic non comparo.]

condecet. [Totius loci sententiam disturbasse Pricaeus mihi videtur, quum ad mores respexerit socruum, quae nuribus semper infestissimae a Romanis describuntur, coll. Terent. Hecyr. II. 1. 4. *uno animo omnes socrus oderunt nurus*, et Donat. ad IV. 3. 11.: *sententiose dixit, tunc congruere et concordare inter se mulieres posse, cum et illa esse desierit socrus et illa nurus: haec enim inter illas est discordiosa coniunctio*. Idem dixit ad Hecyr. II. 1. 2.: *Bono argumento utitur. Laesisti nurum, quia socrus es: et nulla socrus diligit nurum*. Quum enim ironice haec omnia loquatur, *bona nurus* mala est, nec Venus ideo excepit crudeliter Psychem, propter rationem ipsam affinitatis, sed quia Psyche, quam propter laesam numinis maiestatem ferventer oderat, nurus eius quamvis invitissimae facta fuerat.]

sellam flagellis afflictam et ceteris tormentis excruciatam iterum dominae conspectui reddunt. Tunc rursus sublato risu Venus: Et ecce, inquit, nobis turgidi ventris sui lenocinio commovet miserationem, unde me praeclara sobole aviam
[177] | beatam scilicet faciat. Felix vero ego, quae in ipso aetatis meae flore vocabor avia, et vilis ancillae filius nepos Veneris audiet. Quamquam inepta ego frustra filium dicam. Impares enim nuptiae et praeterea in villa sine testibus et patre

rius Vicent. perperam. *et* ante *ecce* abest in F. 1. (quod propter sonum sequentis syllabae fere eundem facile excidere poterat, praesertim quum *e* et *i* in Mss. frequentissime permutentur, ut eaedem syllabae exoriri possent.) *lenocis* i. e. *lenociniis* D. *faciat* p. *vero et ego* B. *audietur* G. P. D. O. f. *d.* Iunt. 2. Ald. Celt. omnes codd. et edd. vett. habent *audiet*. [cf. ad Met. II. p. 111. *nisi capillum distinxerit, ornata non possit audire*, ubi codd. inter *abire* et *videri*, quae mera glossemata sunt, variantur. Sic hic quoque *audietur* interpretatio eorum est, qui intransitivam hanc verbi *audire* significationem ignorabant Intt. ad Horat. Epist. I. 7. 38.] *dicere* pro *dicam* p. *villa* abest a *d*.

iterum reddunt. [Eadem ratione dixit Virg. Georg. IV. 495. *En iterum crudelia retro Fata vocant.* De pleonasmo *iterum reddere* Apuleio potissimum trito saepius iam a me dictum est cf. ad Met. III. p. 183.]

impares nuptiae. Quidam substituere conatur *impuberes.* At optime vindicant Noordkerkius et d'Orvill. ad Charit. III. 2. p. 347. ed. Lips. [Per se *impuberes* probari potest, nam duodecimus certe annus constituebatur puellis, quartus decimus pueris, ante quem matrimonia inire nefas putabatur. cf. Dio Cass. LIV. §. 142. p. 746. Reim. δώδεκα ταῖς κόραις ἐς τὴν γάμου ὥραν ἔτη πλήρη νομίζεται. Macrob. in Saturn. VII.: *Nec hoc tacebo, quod, cum calor semper generationis caussa sit, feminae ideo celerius, quam pueri, fiunt idoneae ad generandum, quia calent amplius. Nam et secundum iura publica duodecimus annus in feminis, quartus decimus in puero definiunt pubertatis aetatem.* cf. Brisson. de Iur. Connub. in Graev. Thes. Antiq. T. VIII. p. 1051 sq. Hotmann. de Iur. Matrimon. c. 2. ibid. p. 1171. Respexisset tum Apuleius ad verba V. p. 374. *verum etiam hoc aetatis puer, tuis licentiosis et immaturis iungeres amplexibus.* Non igitur tam inepta est haec coniectura, quam Oud. voluit. Sed *impares nuptiae* cum Stewech. ad Arnob. I. c. 2. p. 52. ed. Lugd. in universum de *nuptiis iniustis* et *illegitimis* eam ob caussam explicari non possunt, quod quae in seqq. leguntur, etiam ad idem pertinent, nec vero accuratius exponunt, cur impares s. iniustae fuerint hae nuptiae, sed ad hanc imparilitatem, ut ita dicam, novum quid addunt, cur hae nuptiae legibus probari nequeant, id quod sequenti particula *praeterea* satis accurate indicatur. Tres igitur caussae sunt, cur nuptiae legitimae non possint videri, hincque commoveor, ut *impares* de condicione utriusque mariti intelligam. Legibus enim Romanis cautum erat, ne inter personas liberas et serviles connubium esse posset, cf. Brisson. d. l. p. 1052. et Hotmann. d. l. p. 1172. l. *Proculus* 67 D. *de iure dotium*, ubi contractum inter liberum et ancillam connubium pro nullo haberi traditur. Itaque ex eo concubitu concepti servi nascuntur cf. l. 3. C. de incest. nuptiar. Haec potissimum voluit Venus, quum antea dixisset: *et vilis ancillae filius nepos Veneris audiet.* Opponitur ancilla illa humana et humilis Veneri divinae et coelesti, qua de caussa factum esse puto, cur Apuleius hic pro *Veneri* non *mihi* posuerit, sed ipsum nomen, ut ignominia nuptiarum et utriusque affinitatis eo magis efferatur. Ea potissimum de caussa scimus Venerem iratam fuisse, quod cf. IV. p. 303. nomen eius coelo conditum terrenis sordibus profanata esset, et imaginem eius circumtulisset puella moritura. Apertissime vero id indicant verba Iovis p. 426. *Nec tu, inquit, filia, quicquam contristare: nec prosapiae tantae, statuique de matrimonio mor-*

non consentiente factae legitimae non possunt videri; ac per hoc | spurius iste 398
nascetur, si tamen partum omnino proferre te patiemur.

legitimae G. D Iunt. 1., quae scriptura frequentissima est, ut *p* inter *i* et *t* litteras vel ante syllabam *ti* et *t* solum interponatur. Ita fere semper in G. D. alibi scriptum inveni: *sagipta*, *seruptari*, *seruptinium* alia. *iste* desideratur in *δ*. Negligenter in Edd. Elm. Scriver. et Florid. exhibetur contra codd. et edd. vett. *Iste* significantius indicat vituperium, quae res vel tironibus notissima est. *perferre* G. P. B. R. f. Incert. Beroald. Colin. Bas. 1. Paris. In cett. *proferre*.

tali metuas. Iam faxo nuptias non impares sed legitimas et iure civili congruas. Et illico per Mercurium arripi et in coelum perduci iubet. Porrecto ambrosiae poculo: Sume, inquit, Psyche, et immortalis esto. Quid ceteri interpretes de hoc loco statuerint nescio, quum nemo hunc locum accuratius explicaverit, nec Noordkerkii liber ad manus esset.]

et praeterea in villa. [cf. quae fusius exponam ad Apol. p. 575.]

patre non consentiente. [Tertull. ad Uxor. II. 9. *nam nec in terris filii sine consensu patrum rite et iure nubent*, ubi male explicant, qui *patres* hic pro parentibus accipi volunt. Matri enim in matrimoniis contrahendis fere nulla omnino potestas erat.] Pricaeus citat Virg. Aen. XI. 557. ubi Servius interpretatur: *Bene ipse pater, quia auctoramenti potestatem nisi patres non habent.* Tacit. Ann. XIII. 44. [cf. Brisson. d. l. p. 1098 sqq. et Hotm. d. l. p. 1173 sqq.]

spurius nascetur. [cf. Hotmann. p. 1175. et Brisson. p. 1099.]

proferre. [*Perferre* lectionem, quae ex notissima praepositionum *per* et *pro* commutatione in aliquot codd. prave legitur, quamquam Oud. in textum recipere non ausus est, tamen ut minime spernendam, multis exemplis confirmavit. Neque enim negandum est, *perferre* vocabulum quum proprie ad finem usque vel certum tempus ferre significet, saepius referri ad partum, qui ad maturitatem toleratur. Ita Colum. III. 20. §. 3. *Quod si varii generis vineta fecerimus, aliquid ex iis inviolatum erit, quod fructum perferat.* VI. 27. §. 7. *frequenter equas sine coitu ventrem pertulisse.* Ita Plin. XI. 13. *partum perferre.* cf. Salmas. ad Solin. p. 20. Orell. ad Arnob. III. 10. qui Oud. excripsit T. II. p. 128. Sed bene *proferre* hoc quidem loco defenditur. Respicit enim Venus ad vim Iunonis Lucinae, quae efficere potuit, ne mulier foetum eniteretur, partumque impedivit. Ita enim narrat Ovid. Met. IX. 296. Iunonem Herculis partum sustinuisse his verbis:

> *Illa* (Lucina) quidem venit, sed praecorrupta, meumque
> Quae donare caput Iunoni vellet iniquae.
> Utque meos audit gemitus: subsedit, in ilia
> Ante fores ara: dextroque a poplite laevum
> Pressa genu, digitis inter se pectine iunctis,
> Sustinuit partus. Tacita quoque carmina voce
> Dixit: et inceptos tenuerunt carmina partus.

Nec unquam legisse me memini, Lucinae s. Iunonis fuisse potestatem, efficiendi, ut mater gravida abortum faceret partu emisso. Haec non probantur. *Proferre* igitur hic est in lucem emittere, ut Venus Psychae minetur, Iunonis ope se impedituram esse, ne Psyche parturiat semper gravida. Ita quoque vidimus Met. I. p. 40. sagam quandam suis carminibus valuisse, ne aemula foetum eiiceret, eam in modum elephanti distenturam. Eadem ratione *proferre* legitur Arnob. II. 36. qui locus ex cod. ita emendandus est: *Sed immortales perhibentur Dii esse. Non ergo natura, sed voluntate Dei patris ac munere. Quo igitur immortalitatem largitus est donum diis ortu prolatis*, i. e. *iis diis, qui sunt geniti aut prolati*, ut in antecedd. dicit, quum ii immortales esse nequeant. Vel legi potest *diis ortis ac prolatis.*]

Digitized by Google

CAPUT X.

His editis involat eam vestemque plurifariam diloricat, capilloque discisso et capite conquassato graviter affligit, et accepto frumento et hordeo et milio

his dictis O. *δ.* Cur Stewechius *his edictis* legendum esse crederet, caussam dixit ad Vegel. III. 10. Frustra tamen et perpetuo librariorum errore. cf. ad Liv. XXI. 62. §. 7. cf. Met. I. p. 49. *His editis*, *remoto gratabulo*, ubi item Bemb. cod. male habet *edictis* et saepius. [cf. praeterea Init. ad Liv. II. 50. §. 10. III. 5. §. 9. II. 52. §. 5.] *Incadit in eam*, quod Roald. legit, hic est in nullo nec scripto nec edito quod sciam. *Involat in eius vestem quam* habet F. 1. teste Elmenh., sed in collatione Lindenbrog. legitur: *His editis involat eius vestem*, *quam*, praepositione *in* omissa, quae eadem desideratur in F. 1. 3. G. D. p. O. *δ. f. π.* Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. Inde a Beroaldo praepositio edd. occupasse videtur. *capillosque* D. *discusso* f. *frumento* non conspicitur in G. P. D. *ordeo* codd. et edd. vett.

Cap. X. *involat eam.* [Haec lectio unice probatur, cuius glossema est *invadit in eam.* Quantas molestias hoc vocabulum interpretibus facessiverit, ex perversa F. 1. cod. lectione potest intelligi, quae utrumque mirifice coniunxit. Librariis, qui praepositionem *in* intruserunt, fortasse Ciceronis usus ante oculos versabatur, qui, quantum scio, ubique ita hoc vocabulum construit, et ille Terentii locus Eunuch. V. 2. 20. *vix me contineo, quin involem in capillum.* cf. Afranium in Privigno apud Non. s. v. *frigit: Occasionem cartha mulier involat. In collum*, ubi potius post *occasionem* signo interpunctionis posito legerim: *cauta mulier.* Est qui *cata* emendet, quod propter metrum ferri nequit. At saepius simplicem accusativum *involare* adsciscit, id quod Heins. comprobat ad Ovid. Met. XIII. 561. Cort. ad Luc. VI. 588. Eadem ratione ipse Apuleius dixit Met. II. p. 170. *latrones involo:* ubi eadem scripturae diversitas conspicitur. Deinde per sententiam lectio commendatur, quum summam indicet Veneris festinationem, quae prae indignatione impotens furenter Psychem adgreditur.]

capilloque discisso et capite conquassato. Ceterá haec recte videri habitura, si rescribatur: *capilloque discusso*, sententia est Stewechii, quum quae sequantur *et capite conquassato* prioris interpretationem contineant. Observasse enim se dicit, coniunctivas particulas *et* et *que* saepe idem valere, quod *id est.* Hunc usum et ipse Stewechius et Oud. aliquot exemplis comprobarunt, de quo ego fusius iam dixi ad Met. I. p. 14. *ientaculum ambulatorium prataque praeterit.* Sed recte iam monet Oud., duo inter se diversa hic designari, lacerationem crinium et capitis conquassationem. *Discisso* enim valere lacerato, distracto et evulso coll. Tibull. I. 11. 53. [Hunc morem, capillos dilacerandi ei, cui incensi sumus, iam prius ad p. 396. accuratius exposui. Qua de caussa Stewechius vitiosa cod. f. lectione decipi non debebat, quamquam scio, nihil hac confusione in Mss. esse frequentius. Ita damnant apud Lucan. I. 119. omnes interpretes lectionem *Morte tua discussa fides*, quia seditio, coniuratio *discuti* dicatur, itemque somnus, et quies, sed foedus, amicitia, fides *scindi.* Equidem tamen putaverim, *discussa fide* bene appellari eam, quae eodem libro v. 182. *concussa* nominatur. Metaphora enim utroque loco diversissima ratione petitur. Quum *fidem scindere* dicimus, de vinculis imago deducitur, quae rumpuntur et divelluntur, quum *fidem discutere*, de vi eius, qui hunum eam prosternit, dissipat, unde erigi nequeat ea et consociari. Ita *matrimonia*, *sponsalia discutere* in usu est apud ICtos pro *distrahere, dissolvere.*]

frumento. Frumentum quum librarii non intelligerent, quid hic sibi velit, in nonnullis codd. ut G. P. D. expellitur, probatis Wowerio, qui praeterea particulam *et* eiici voluit, certe uncis circumclusit. Eandem sententiam posteriores

et papavere et | cicere et lente et faba, commixtisque acervatim, confusis in 399
unum grumulum sic ad illam: Videris enim mihi tam deformis ancilla nullo alio

ordeo milio papavere p. *pappavere* D. *commistimque* B. *confusis* non addita copula F. 1. 3. δ. G. O. f. D. In ceteris *confusisque*. *confusim* p. *glomulum* f. B. et edd. omnes vett. praeter Iunt. 2. Vulc. 2. Colv. *videris inquit mihi* φ. p. Wower. Pric. *videris enim inquit mihi* d. *tante formis* G. D. P. *sic deformis* ex glossemate f.

editores secuti sunt. Oud., qui vocem tuetur, in eo tamen quam maxime falsus est, quod miratur, eos hunc locum non advocasse in comprobationem significationis particulae *et* pro *id est*, quae hic nullo modo ferri poterit, quoniam semper repetitur ea ante quodcunque frumenti genus, ut particulam copulativam nec vero explicativam hic esse eam appareat. At bene *frumentum* ipse explicat de *tritico*, cuius ea in commixtione fere semper mentio fit. Ita Philo dicit in Ling. commixt. 16: *Μῖξις σωμάτων διαφερόντων ἐστὶ ἐν κόσμῳ παράθεσις· ὥσπερ ἂν εἴ τις σωρὸν ποιήσειε κριθὰς καὶ πυροὺς καὶ ὀρόβους καὶ ἄλλα τὰ εἴδη τῶν σπερμῶν εἰς ταυτὸν εἰσενεγκών.* et Theodoret. Serm. 9. *περὶ προνοίας: κἂν ἀναμίξαι θελήσῃς κέγχρον καὶ φακὸν καὶ πυροὺς καὶ κριθάς, πάλιν αὐτὰ διακρίνεις εὐμαρῶς ὥσπερ ἐθέλεις.* [Eadem ratione dixit Martial. XII. 73. *frumentum, milium, ptisanamque fabamque.*]

commixtisque acervatim, confusis in unum grumulum. [Optimi codd. non agnoscunt copulam *que*, in deterioris notae Mss. voculae *confusis* annexam. Quae corruptio facillime potest explicari, quum intolerabilius librariis videretur esse istud asyndeton, quod esse putabant. Illud tamen esse hego, vertens: *und nachdem es, haufenweise unter einander gemischt, in einem Haufen zusammengeworfen war.* Venus enim singulos frumenti cuiuslibet acervos adtulerat, et singulis istis acervis interse commixtis, in unum deinde grumulum eos coacervarat. Ita bene potest totus locus intelligi. *Grumulus*, quod nonnulli codd. perperam emendant in *glomulus*, et Floridus ineptius in *cumulum*. Oud. bene tuetur locis Plin. Hist. Nat. XIX. 6. 34., ubi de terrae acervo legitur *Allium in plano seri vetant, castellatimque grumulis imponi.* Ita *grumus* legitur apud Auct. B. Hisp. c. 24. et potissimum apud scriptores rei rusticae, et Livius apud Gell. XIX. 7. magnos fluctus nominavit *multigrumos*. cf. Non. p. 15. *grumus dicitur agger, a congerie dictus* et Fest. p. 72. *grumus terrae collectio, tumulo minor*, ibique Intt. p. 441. Lindem. Doederl. Synonym. T. II. p. 122 sq. Hinc in Isidor. Gloss. p. 681 emendandum est: *grumulus, agger factus* pro *ager tractus. Grumus* enim arte factus est. Caspar. Sagittarius in comment. de Ianuis vett. c. 16. n. 44. ex hoc et Petronii loco c. 28. *In aditu autem ipso stabat ostiarius prasinatus, cerasino succinctus cingulo, atque in lance argentea pisum purgabat*, comprobavit, ianitores, quia inter extrema fuissent ministeria, vilissima negotia obire coactos esse. Fere idem narrat Petron. c. 135. *Ut solvit ergo licio pannum, partem legumînis super mensam effudit, iussitque me diligenter purgare. Servio ego imperio, granaque sordidissimis putaminibus vestita curiosa manu segrego.* Ceterum prior Petronii locus corruptus est, quum ex supplemento tantum editorum *lance* additum sit, in cod. vero nihil nisi *argentea* legatur, unde Heinsius *vanno* maluit. Equidem restituo *magida* vel *mactra*, quod vas erat pani faciendo.]

videns enim mihi. [Oud. maluit praeponere particulam *enim*, si per Mss. aliquos liceret, ut aliquoties, praesertim in allocutionibus coll. Dr. ad Liv. XXXIV. 32. De loco, quem haec particula occupat, iam dixi ad Met. IV. p. 254. In allocutionibus vero praeceteris praeponi hanc particulam, observatio Oudendorpii est mere ficticia, et paucissimis tantummodo exemplis potest confirmari, quum alia adversentur. *Enim* significationem hic habet asseverationis, nostrique vocabuli *allerdings, in der That, freilich.*]

sed tantum sedulo ministerio amatores tuos prqmereri: iam ego et ipsam frugem tuam periclitabor. Discerne *en* seminum istorum passivam congeriem, singulisque

promererier φ. iam ergo G. D. P. O. M. *f. p. δ. β.* Iunt. 2. Vicent. Wow. et Pricaeus et cod. Florent. in excerptis ad marg. ed. Colv. In cett. legitur *iam ego. et ipsam* F. 3. G. P. D. p. *β.* M. f. Iunt. 2. In cett. extat *et ipsa. discernere* F. 3. O. P. *f.* Reliqui codd. et edd. habent *discerne, congeriem passivam* G. P. D. *congeriam δ.* In cett. mutato ordine *passicam congeriem* legitur.

deformis. [*Deformis* est idem quod *turpis, infamis* cf. Barth. ad Stat. Theb. X. 327. Cort. ad Lucan. VIII. 81.]

promereri. [Mirum est, quomodo antiquitatis obsoletae affectatores, ut Brantius, scripturam codicis Fulviani *promererier* sibi non arripuerint, ut novam Apuleio elegantiam intruderent. Quo accedit, quod haec forma ceteris Africanis tritior erat ut Arnobio cf. V. 41. *convestirier* alibi. Hinc saepius mutata est locorum scriptura: ut apud eundem VI. 2. legendum est: *nex extraneis adminiculis addicier.*]

iam ego et ipsam frugem tuam. [Hanc lectionem optimorum codd. in textu reposui, ex quo diu reiecta erat. Quomodo exorta sit, bene potest intelligi, quum commutatis vocibus *ego* et *ergo*, necessarium esset, ut *ipsa* scriberetur, quoniam tota vis enunciationis in pronomine inesse debebat, quo Venus oculis suis nequitiam Psychae sibi comprobatura, indicaretur. Si vero *ego* cum optimis codd. legitur, caussa non est, cur *ipsam* reiiciatur, quod ita *frugem*, in quo scilicet vocabulo Apuleius alludit ad fruges granorum, intenditur. Pessime vertit hunc totum locum Rodius, qui haec ipsa verba omisit: *Da, spricht sie nun, du Scheusal, sieh zu, ob dir hier die Emsigkeit eben wie im Buhlen zu Statten kommt! Lies mir dies vermengte Gesäme' aus einander.*]

discerne en. [Ita correxi ex lectione aliquot codd., praesertim F. 3., qui *discernere* praebent, nisi malis coniicere, sequentis vocabuli syllabam *se* primam adhaesisse et deinde in *re* commutatam esse. Hoc certum est, hanc scripturam silentio praetermittendam ab Oud. non fuisse. *En*, quod ad loquentis indignationem pertinet, bene potest per sententiam defendi, quum praesertim rarius imperativo atque vocabulis aliquot postponatur cf. Cort. ad Lucan. V. 37. et Dr. ad Liv. II. 6. §. 7. Erat, quum *nae* emendarem.]

passiram congeriem. [Vox *passivus*, cuius duplex est apud Apuleium significatio, et eius, quod pati potest, et quod est promiscuum, mere Afrorum propria videtur esse, quum, quantum equidem scio et lexica testantur, apud solum Apuleium, Tertullianum, Arnobium iisque posteriores inveniatur. cf. Met. IX. p. 661. *passivis morsibus.* XI. p. 756. *passive dispersa.* Priore notione legitur apud Apuleium de D. Socrat. p. 148. *ingenio rationabilia, animo passiva* et paulo inferius: *Quae propterea passiva non absurde, ut arbitror, nominari*, ex quo loco nonnulli coniecerunt, Apuleium huius vocis fuisse auctorem. Praeterea cf. Tertullian. advers. nat. II. c. 1. p. 54. A. Rigalt. *ubinam veritas collocanda? in adoptionibus? Sed passiva et municipalis adoptio est*, ubi *passiva* explicandum est *incerta* et *promiscua* quum *municipalis* ignobilem adoptionem significet, de Pudicit. c. 2. p. 556. C. *et si poenitentiae subsidium suis condicionibus determinatur sine passiva concessione.* de Carne c. 24. p. 325. A. *alium ceteris passivum, ignobilem.* de Monog. c. 6. p. 528. *Non enim passivus census tibi est in illo.* Plura dabit du Cang. in Glossar. med. et infim. aetatis, qui idem vocem Afris perquam familiarem esse probat. cf. Barth. Advers. XLII. c. 8. p. 188 sqq., qui pro more suo verba praegressa corrupit: *Iam et ego frugem tuam periclitabor* legens. *Passiva congeries* ergo est promiscua, indigesta, cuiuscunque generis granis passim confusis, nec Vulcanius de lectionis veritate dubitare debuerat, addito ad marginem

Digitized by Google

granis rite dispositis atque seiugatis, ante istam vesperam opus expeditum approbato mihi. Sic assignato tantorum seminum cumulo, ipsa coenae nuptiali concessit. Nec Psyche manus admolitur inconditae illi et inextricabili moli, sed immanitate praecepti consternata si|lens obstupescit. Tunc formicula illa 400
parva atque ruricola, *cordata* difficultatis tantae laborisque miserta contuber-

ante ipsam vesperam edit. Floridi sine dubio errore typothetarum. *expeditum* exulat a P. *approbabo* f. *approbo michi* Venet. 2. *approbato mihi*. Sic interpungit edit Iunt. 2. *Sic assignato tantorum seminum cumulo. Ipsa*. Vitiose ita distinxerunt ed. Iunt. 2. et Vicent. Unde vir doctus ad marginem editionis meae emendavit *inibi*. *nuptialis* F. 3. errore satis perspicuo, quum sequentis vocabuli littera prima adhaeserit. *ne* pro *nec* F. 3. *Psychē* D. *admollitur* G. D. *increditae illi et inextricabili moli φ. inercdito malo δ. more* pro *moli* est in O. a m. p. *costernata* G. *compernata* (non *conpernata* ut in Oud. excerptis legebatur) extat in F. 1. *scilens* G. D. *ruricula* G. D. O. p. f. Venet. 2. Vicent. Ald. Venet. 4. Paris. *certata* F. 3. p. *certa te* B. (Aperte ita in marg. edit. Colv., scriptum est, a Modio nisi omnia fallunt, ex cod. B.) In cett. legitur *certatim*. Ita equidem inveni in F. 1. G. D. B. edd. vet.

sparsiram, quod per se probum est. Tert. Apologet. c. 9. p. 10. C. *Iam nunc recogitate, quantum liceat erroribus ad incesta miscenda, suppeditante materias passivitate luxuriae*; de Corona c. 8. p. 105 C. *quia passivitas fallit*, ubi *vulgus* significat; de Pallio c. 4. p. 117 B. *passivitas offert libertinos in equestribus*; advers. Hermogen. c. 46. p. 248. A. *Haec inquies non est, haec turbulentia et passivitas non est*, ubi inordinationem et oscillationem denotat. advers. Valent. c. 30. p. 261. *Illi vero de passivitate vitae .... generositatem suam vindicent*. advers. Marcion. IV. c. 16. p. 429. D. *passivitatem meae sententiae permisit*.]

approbato. [De more mercenariorum, opus approbandi dominis cf. Plaut Mil. Glor. IV. 4. 37. *satin est, si tibi Meum opus ita dabo expolitum, ut improbare non queas*. Taubm. ad eiud. Asin. V. 2. 57. Gron. ad Senec. Quaest. Nat. VII. 16. Dr. ad Liv. IV. 22.] Ex Plauti loco Sopingius non minus temere et hic voluit *expolitum* pro *expeditum*, Elm. fide cod. Pal. delere vocem maluit. Prudentius se cum I. Gulielmo Lib. II. Veris. c. 8. gessit Colvius. *Expeditum* est explicatum et bene dispositum. Sic *expedire rationem* Met. III. p. 190; *commeatus*, *aditus*, *rem* et innumera passim. cf. Oud. ad Caes. B. G. VII. 78. Liv. IX. 17.

inconditae. Nimium tribuit Oud. lectioni duorum codd. *increditae* vel *incredito*, quam Scioppius in Symbolis emendavit in *incretae* quasi *indis-*

cretae, quamquam ipse putat, contra Mss. hic temere nihil mutandum esse. *Inconditam* enim *molem* recte dici indigestam et temere confusam, ut saepius legatur *incondita multitudo* coll. N. Heins. ad Vell. II. 14. [Hoc vocabulo Apuleius aliquoties eadem significatione usus est cf. IV. p. 252. *estur ac potatur incondite*. Florid. p. 29. *quis incondita et vitiosa verba temere ... permiserit blaterare*. p. 104. *schedio incondito experimini*. al. Quid vero *increti furfures* significent Met. VII. p. 475., suo loco videbimus. Eadem ratione dixit Dict. Cret. I. 8. *inconditis moribus*, quod temere mutavit Perizon. in *clamoribus* et Orellius in collatione Cod. S. Gall. sec. IX. in *vocibus*, ad quem locum conferantur, quae Deder. in Gloss. p. 250. adtulit. Si quid mutandum est, quod probabile mihi videtur, velim *oribus*. Eodem modo Virgil. Aen. II. 423. dixit: *ora sono discordia signant* pro discrepantia sermonis. Ita sunt *ora incondita* voces dissonae nec ordinem quendam servantes.]

cordata difficultatis. [Hanc meam qualemcunque coniecturam eo minus in textu ponere dubitavi, quod quae ab aliis substituitur lectio propter rationem palaeographicam minime comprobatur. Optimi enim codd. Florent. 3. et Pithoean. praebent *certata*, qua in scriptura fere consentit Bertin., *certa te* legens. Hinc bene potest intelligi, quomodo *certatim* exortum sit, quod librariis facilius esse videbatur. Stewechius e vulgata emen-

nalis magni dei, socrusque saevitiam exsecrata, discurrens naviter convocat corrogatque cunctam formicarum accolarum classem: Miseremini, terrae omniparentis agiles alumnae, miseremini, et Amoris uxori, puellae lepidae, pericli-

exsecratam f. exsecrantem δ. naviter F. 3. G. D. In cett. *gnaviter. congregat* D. ex glossemate pro *convocat. erogatque* habet p. *curam* pro *cunctam* O. a m. p. *miseremini inquit* vitiose *δ.* per librarii ignorantiam, qui *dixit* vel tale quid, quum oratio formiculae incipiat, desideravit. Sed eadem ratione prius omisit Apuleius p. 399. *sic ad illam: Videris mihi. agiles luminae* Venet. 2. *uxoris* F. 1. p. male, nisi. quae sententia Oud. est, illud *s* rursus pro *scilicet* ponatur, quam ad taedium usque repetiit coniecturam. *lepidae puellae* O.

dat *certa iam*, Wasseus *statim* vel *certatim*, Oud. Stewechianae emendationi quam proxime accedens: *certa tunc* vel *tum difficultatis tantae*, bene ante *miserta* distinguens. In iis enim edd., in quibus *certatim* extat, signum interpunctionis non positum est, quia sic tantummodo adverbium explicari potest. Sed praeterea mirum, cur nemo interpretum *certatim* explicaverit, quod, nisi omnia fallunt, aemulationem et certamen ubique significat; hic vero quocum formica certaverit in misericordia, non intelligitur. Absit igitur hoc monstrum lectionis. In Oud. emendatione hoc unum offendit, quod *tum* particula probam sententiam non efficit. Non enim tum temporis, hanc difficultatem experta erat formica, sed semper antea, ut inde miseratio ei nasceretur. Dein quoque *certa* vox notior erat librariis, quam ut eam ita perturbavissent, cui praeterea obstat terminatio *certata*. Hinc *cordata* emendavi ad vestigia litterarum scripturae quam proxime accedens, quod vocabulum quum longe rarius sit, facile intelligi poterit, cur librarii corruperint. *Cordata* enim est *prudens, sapiens;* quam significationem lexica satis affirmant, ut *cordata difficultatis* (ex analogia vocabulorum *doctus, peritus* genitivus positus est) sit ea, quae iam diu tantas difficultates experta est. Aliter legi posset *cata*, quod apud Auson. Mosell. 400. *legumque catos fandique potentes* cum genitivo construitur, nisi ultima vocis *certata* obstaret syllaba. In marg. ed. meae Colvian. vir doctus explicavit *certata* i. e. *certior facta* et *edocta* quod nullo modo defendi potest. De *cordatus* cf. ad Met. V. p. 380.]

contubernalis magni dei. [Oud. *contubernalem* omnino intelligit uxorem; quod equidem non ita probaverim. Quamquam autem bene scio, *contubernales* etiam liberos coniuges dici, tamen Rostii sententiae in Commentt. Plautin. T. I. p. 68 sq. subscribere non possum, qui *contubernales* de servis in matrimonio iunctis in usu fuisse dubitavit. Hoc quidem etsi de servo marito dubitari licet, tamen de servi uxore pro vero affirmandum est. Nec temere aio Apuleium hic *contubernalis* posuisse de Psyche vel familiari Cupidini et quasi domestica, quippe quae eius consuetudine fruita erat, vel potius, quia ipsa serva nec Cupidini iustis nuptiis copulata fuit, quamquam ipsa post *uxor* nominatur.]

formicarum classem. [Elm. in ind. explicat populosam familiam formicarum. Hanc huius vocis significationem frustra in lexico Forcell. quaesivi. *Multitudinem* vero notare vocem, non solum origo probat, quae sine ullo dubio ad graecum *καλέω* revocanda est, cf. Doed. Syn. Tom. VI. p. 67. sed etiam usus veterum Latinorum, qui non solum de navibus in uno loco coniunctis, sed etiam de exercitu pedestri *classis* usurparunt. Virg. Aen. VII. 715. Totam rem aperte testatur Festus s. v. *procincta classis* p. 123. Lindem.: *Procincta classis dicebatur, quum exercitus cinctus erat Gabino cinctu confestim pugnaturus. Vetustius enim fuit, multitudinem hominum, quam navium classem appellari.*]

agiles alumnae. [Pulchre hanc formicarum industriam et quasi fervorem describit Virg. Aen. IV. 402 sqq. *At velut ingentem formicae farris acervum Quum populant, hiemis memores, tectoque reponunt, It nigrum campis agmen praedamque per herbas Con-*

Digitized by Google

tanti prompta velocitate succurrite. Ruunt aliae superque aliae sepedum populorum undae, summoque studio singulae granatim totum digerunt acervum, separatimque distributis dissitisque generibus, e conspectu perniciter abeunt.

CAPUT XI.

Sed | initio noctis e convivio nuptiali vino madens et fragrans balsama 491
Venus remeat, totumque revincta corpus rosis micantibus, visaque diligentia miri laboris: Non tuum, inquit, nequissima, nec tuarum manuum istud opus, sed illius, cui tuo immo et ipsius malo placuisti. Et frusto cibarii panis ei

ruuntque aliae B. *sunique* pro *superque* p. *superque illae* Elm. vitiose. *sepe* (non *saepe*) pro *sepedum* G. P. D. O. R. f. d., in quibus omnibus *populorum undae* desiderantur. *saepedum* Iunt. 1. 2. *populorum viae summoque studio* legitur in B. (nec, ut Oud. habet, *populorum viae, summo studio. unde* pro *undae* Vicent., quod contra eius morem est. *granatim singulae* inverso ordine G. P. D. Elm. *singula* B. *digerit* p. *distinctis* pro *dissitis* G. *distinctisque generibus* P. G. Pricaeana Ed. de more Wowerianam secuta, quod etiam Salmasius margini adlevit. Vox sine dubio e glossa in codd. irrepsit. *et conspectui* G. P. D. *perniciter* exulat a f.

sed in initio B. Pricaeus ex similibus locis mavult *sic initio*. At nihil est in vulgata lectione, quod offendat. Frequentissime vero hoc vel illo codice frustra invenitur *in* praeposita ante *initio*, quod ubique temere factum esse existimo non propter sententiam locutionis, sed per librariorum festinationem, qui eandem syllabam bis posuerunt. Ita Met. I. p. 63. codd. nonnulli et edd. habent *qui statim in initio*. III. p. 204. p. 210. *equicio* δ. *et concicio* G. D. *nuptialis* F. 1. teste Oud. in collatione Lindenbrog. nihil adnotatum est. *uno madens* Venet. 2. *flagrans*. Perperam Mss. quidam nescio qui et edd. ante Wowerium contra monitum Beroaldi habent. Confusio utriusque vocabuli frequentissima est. cf. ad Met. III. p. 209. *balsamo* π. male ex librarii ingenio, qui accusativum non intellexit. cf. Met. II. p. 108. *Venus ... cinnama flagrans et balsama rorans*. *totum* non addita particula *que* exstat G. P. D. O. Wower. Pric. perperam. Hic enim propter totius loci concinnitatem necessario ponenda erat copula, id quod Oud. negare non debebat. *revicta* δ. *non totum inquit* δ. *nam tuum inquit* Paris. *femina* pro *nequissima* exaratum in O. a m. p., unde Pricaeus utrumque relinendum esse putabat, quia sic alibi occurreret. Confer. Met. II. p. 157. *in nefariam scelestamque istam feminam* III. p. 222. *nequissimam facinorissimamque feminam*. Sed Met. IV. p. 264. *sic nequissima illa deprecatur*. *istud opus* exulat a f. *et furto* F. 1. p. *et frustro* G. P. D. Venet. 2. *frusto* Vicent. *penis* pro *panis* D.

vectant calle angusto .... castigantque moras, opere omnis semita ferret.]

undae. [*Unda* in universum de quacunque dicitur multitudine, in qua alter super alterum truditur urgens. Sic de multitudine populi cf. Dr. ad Sil. IV. 159. Virg. Georg. II. 462.]

Cap. XI. *e convivio nuptiali.* [*Convivium nuptiale* inter splendidissimas referebatur apud veteres epulas, quibus laute atque opipare convivae excipiebantur, quod iam inde potest intelligi, quod leges Romanorum sumptuariae maiores sumptus nuptiales epulas praebentibus permittebant. cf. de his conviviis Intt. ad Iuvenal. Sat. VI. 203. ibique Schol. cum notis Crameri, ad II. 120. Ruhnk. ad Suet. Calig. c. 25. p. 269. Brisson. de ritu nuptiarum in Graev. Thes. Antiq. VIII. p. 1043. 44. Apol. p. 575.]

fragrans balsama. [In nuptiarum enim solemnitatibus moris erat, ut balsama spargerentur, unde hic Venus *balsama fragrare* dicitur; cf. Met. VI. p. 427. *Gratiae spargebant balsama*, ubi de nuptiis Amoris et Psyches sermo est. Idem narrat Barth. in Advers. XXXVI. 13. p. 1655.]

panem cibarium. [*Cibarium* s. *secundarium* quum teste Plin. XXVIII. 9. 20. farina dicatur, quae post pollinem s. florem excussum restat, *panis cibarius* nominatur hic, qui ex his retrimentis confectus est, vilis ille et sordidus, qui cibus erat pauperibus, utque e nostro loco potest coniectura effici. servis praebebatur. Ita Papias: *cibarius panis*

Digitized by Google

proiecto cubitum facessit. Interim Cupido solus interioris domus unici cubiculi custodia clausus coercebatur acriter: partim ne petulanti luxurie vulnus gravaret, partim ne cum sua cupita conveniret. Sic ergo distentis et sub uno tecto separatis amatoribus, tetra nox exantlata. Sed aurora commodum inequitante, vocatae Psychae Venus infit talia: Videsne illud nemus, quod fluvio praeterluenti

protecto p. *cohercebatur* G. *chercebatur* D. *luxuriae* Vicent. Venet. 2. et 4. *luxuria* G. D. P. O. f. et F. 3. (ex correctione). *distentis* F. 3. G. P. O. f. π. δ. Wower. Scriv. Pric. In ceteris Mss. et edd. extat *distinctis*. *recto* pro *tecto* Venet. 2. *terra nox* Iunt. 2. Beroald. Bas. 1. *tetra commode nox exanclata* P. *tetra commodum nox* G., quod aliter explicare nequeo, nisi ut ex sequentibus *aurora commodum inequitante* vocabulum hoc irrepserit. Corruptissime *tetra commodum uxore exanclata* habet D. *nox est exancl.* F. 3. (sed *est* ex additamento esse adnotat librarius) R. f. O. δ. In cett. codd. et edd. *est* omittitur. *exanclata* F. 3. (littera *c* in hoc codice a manu emendatrice est.) G. P. p. f. D. et edd. vett. *exanhelata* F. 1. *commode* pro *commodum* O. P. p. D. *inequitanti* omnes edd. vett. usque ad Elm. *istud nemus* P. p. D. *praeterruenti* δ. p. In cett. omnibus legitur *praeterluenti*, quod etiam edd. vett. praebent.

grossus, qui ad cibum serris datus, non delicatus. Hieronym. epist. 52. n. 6. ad Nepotian.: *Milio et cibario rugientem satiare ventrem* adv. Iovian. 5. *Polenta ac pane cibario eos victitare.* Idem dixit Apul. p. 421. *cibario pane contenta.* Male autem excitat Oud. p. 419. et *panem cibarium petitum esto*, ubi *sordidum* legitur, quod p. 421. *cibario pane* explicatur. Fronto in Epist. ad Anton. Imperat. L. I. ep. 3. p. 152. ed. Rom.: *panem alter tenebat bene candidum, ut puer regius, alter panem cibarium* cf. Intt. ad Cic. Tuscul. V. 34. prae ceteris Dav. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 506. Barth. Advers. XXXVI. 13. p. 1653.]

unici cubiculi. Pricaeum offendit vox *unici*, isque, dum quid melius succurreret, corrigendum putavit *muniti*. Melior sane magisque placita est coniectura N. Heinsii ad Ovid. Epist. XVII. 178. *invii*. Nec tamen penitus proscribere audet Oud. *unici*, quod exponi possit ita, ut dicat, Cupidinem detentum fuisse et coercitum acriter in uno conclavi, neque ei licuisse ex eo in aliud transire. [Sed negandum non est, offendi posse in vocabulo *unici*, quod huic loco accommodatum non videtur esse. Erat quum ego *minuti* i. e. *exigui, parvi* emendarem, ad quam coniecturam me commovit locus p. 422. *per artissimam cubiculi, quo continebatur, elapsus fenestram*, unde mihi effici posse videtur, pro fenestrarum magnitudine etiam conclave fuisse exiguum ac vile. Sed abstineo. Hoc saltem probatur, *unici minus* tolerabile, ne dicam absurdum esse.]

distentis. [Optima haec est optimorum codd. lectio, quam Oud. bene defendit. *Distinere* enim quum proprie hinc et inde tenere significet, idem est, quod *disterminare, separare, dividere* cf. Virg. Aen. XI. 381. ibique Serv. cf. Heins. ad Ovid. Heroid. VIII. 69. ad Remed. Am. 486. Peerlk. ad Horat. Od. p. 389. cf. infra ad p. 443. Sed ubiubi hoc vocabulum apud scriptores invenitur, fere semper est codd. discrepantia in *destinere*, vel *destinare*. Cf. Cort. ad Lucan. IV. 675. Erat quum hoc loco *destinatis* emendarem i. e. vinctis et inclusis custodia, quum *separatis*, quod idem significat, sequatur. De *destinare* iam dixi ad Lib. I. p. 47. et plura dicam ad Met. VI. p. 443.]

praeterluenti. Colvius, cui haec lectio non satisfecit, perversa coniectandi prurigine commotus emendavit *praeter fluente*. Oud. codices d'Orvill. et Pithoeau. secutus recipi in textum voluit *praeterruenti*, quum *ruere* de torrenti fluvio passim inveniretur. coll. Intt. ad Val. Flacc. III. 102. *amnem Spumentem nimbis fluctuque arbusta ruentem* et suis dictat. ad Avien. descr. Orb. 337. in Miscell. Observatt. Vol. V. T. I. p. 75 sq. Facile vero fieri posse, ut *fluere* et *ruere* vice versa corrumperentur a librariis coll. ad Lucan. IV. 77. et ad Liv. XXVII. 17.

Digitized by Google

*rupis*que longis adtenditur, *cuius | imi gurgites vicinum fontem despiciunt? [178] 402

rupi longae, quod in omnibus codd. et edd. extat, quae coniectura est Modii, pro *ripisque longis*, in Elm. edit. legitur *uni gurgites* D. *despiciunt* G. D. *respiciunt* d. In cett. codd. et edd. vett. extat *despiciunt*.

[Sed demonstret nobis Oud., hunc fluvium rapida celeritate nemus praeterfluisse, nec probabile quidem est, quod Arundo ad eius viciniam habitabat. At, utut est, pro certo affirmari quum non liceat, reiicienda est istorum codd. lectio *praeterruenti*, quae, ut Colvii *praeterfluenti*, interpretamentum tantummodo est inusitatae illius vocis *praeterluenti*, quam Oud. iam ex analogia compositorum *adluere*, *interluere*, *proluere*, *subluere* defendit coll. suis dict. ad Caes. de B. C. I. 48., ut *perluere* Sil. XIV. 222. Haec vero ipsa ratio est, cur librarii mutaverint *praeterruenti*.]

rupisque longis. [Modii coniectura *rupique longae* non solum Scioppio in Symbol. et Suspect. IV. 11. sed etiam Elmenh. propter sequentia: *praecipitio fluvialis rupis* placet, qui posterior tamen in eo errat, quod codicis B. hanc esse lectionem existimat, quae in nullo libro nec scripto nec edito usquam apparet. Oud., cui etiam haec scriptura mendosa videbatur, ne nimia fieret mutatio, enucleavit *rupibusque longis*, quum saepius hae voces in codd. confunderentur coll. adnot. ad Lucan. I. 379. Heins. ad Ovid. Met. XI. 138. [Ego emendo *rupisque*. *Rupa* enim Glossae Isidor. p. 693. explicant *ex utraque parte acuta*, unde non inepte effeceris, fere idem id esse quod *rupes*. Haec emendatio mihi tam certa videbatur esse, ut in textum reciperem. *Ripa* si defendere velis, ad propriam eius significationem locus revocetur necesse erit. *Ripa* enim a *rumpere* ita videtur esse deducendum, ut *ripa* locum significet, quo flumen perruperit abruptamque terram fecerit, sicuti Pompon. Mela dicit III. *Vasta omnia vastis praecisa montibus, ripae potius sunt quam littora* cf Doed. Syn. Tom. III. p. 208. ut ἀκτή apud Graecos ab ἄγνυμι proficiscitur ibid. p. 215. et adnot. ad Apol. p. 397. Sed vereor, ut *ripa* simpliciter pro *rupibus* dici liceat. Nisi lectio codd. constaret, emendarem *rupinis*, quae vox, si fides habenda est lexicis, modo Apuleiana, ab Isidoro explicatur p. 693. *abrupti montium*. cf. ad Met. VI. p. 432. *Vides istas rupinas maximas*, ubi valde discrepant codd. Alias emendavit Oud. *rupes per longas*.]

adtenditur. *Adtendere* est *porrigere*, ut Oud. explicat coll. Veget. I. 23. *illam partem debet adtendere, ad quam profecturus est exercitus*, sive *adnectitur, contiguus est* cf. Met. VII. p. 475. *machinae adtento*, ubi plura dicam.

cuius imi gurgites vicinum fontem despiciunt. [Locus hic omnium est difficillimus, quem, quod persuasum est, nemo adhuc interpretum intellexit. Hoc enim bene potest capi, *gurgites imos* non posse *despicere* fontem, cum *fons* debeat altior esse gurgitibus, iisque *imis*. Floridus exponit: *extremae voragines prospectant fontem*. Sed talis interpretatio contextu ipso obscurior. Ceteri interpretes praeter Oud. locum non adtigerunt. Rodius, qui loci sententiam perspicere omnino non potuit, et corruptum eum esse voluit, ita textum sibi constituit; ut sensum inde interpretationi erueret: *Videsne illud nemus, quod fluvii praeterluentis ripis longe adtenditur, cuius imi gurgites vicino monte desiliunt* vertens: *Siehst du den Wald da, welcher sich längs den Ufern jenes Flusses erstreckt, dessen Quellen dort auf dem nahen Berge entspringen?* quam emendationem mutuatus est ab interprete Francogallico, qui vertit: Vois-tu ce bois, qui s'étend le long des bords de cette rivière et cette fontaine, qui sort du pied de ce rocher. Nunc in examen vocemus Oud. lectionem. Primum putat legendum esse *summi*. At quum vel sic altior sit fons, ex quo descendant gurgites, eos iccirco fontem *despicere* non posse putat, unde emendat *respiciunt*, quod saepius in Mss. cum *despicere* confundi dicit. [cf. Deder. ad

Digitized by Google

Oves ibi nitentes * aurique colore florentes incustodito pastu vagantur. Inde de coma pretiosi velleris floccum mihi confestim quoquo modo quaesitum afferas censeo.

intentes pro *nitentes* Vulc. 2. errore typographico. *auricolae flor.* F. 3. *auricula florentes* P. *auricule flor.* G. P. *auricole fl.* O. a m. p. f. In cett. *aurique colore.* cf. Piccart. Peric. Crit. c. 9. *flacentes* Pricaeus male habet in notis. *naganlur* D. *passu* Vulcan. *flocum* edd. vett. praeter Venet. 4. Paris.

Dict. Cret. II. 47. Gloss. p. 309.], ut sententia loci sit: summi gurgites respectant fontem, qui desilit ex loco superiori. Sed vix tolerabilis haec est interpretatio. Primum enim non respexit, *cuius* non ad vocem *fluvio* posse referri. Quis enim unquam ita dixerit, ut relativum ad posterius referat substantivum, alio interposito, quod relativum ne tangit quidem. Melius et ex indole linguae latinae Apuleius dixisset *rupisque longis attenditur fluvioque praeterluenti.* Miror itaque, cur Oud. non inciderit in coniecturam, *rupis cum longis*, qua tota difficultas sublata esset. Sed fac, verba ita coniungi posse, quam quaeso inde efficies sententiam: *dessen höchste Strudel zurückschauen nach der benachbarten Quelle.* Ita delirare Apuleius non potuit, hoc enim est insanum atque intolerabile, quamquam secutus est editor huius fabulae anonymus anno 1789. Orellius sicco pede locum transiluit: *cuius imi gurgites vicinum fontem respiciunt* scribens. Ego quamvis praesentissimam medelam huic loco afferre nequeam, tamen periclitabor emendationem. *Cuius* enim cum referri debeat, uti nunc est verborum connexio, ad *nemus*, vox pro *gurgites* recipienda est, quae huic vocabulo conveniat. Hanc *vertices* esse existimo. *Vertex* vero significat *montem*, *collem* cf. Lucan. II. 397. *nullo quo vertice tellus Altius intumuit.* Tum legendum est cum Oud. *summi* et retinenda scriptura optimorum codd. *despiciunt*, ut totus locus ita constituendus sit: *cuius summi vertices vicinum fontem despiciunt, dessen höchste Berge auf den nahen Quell herabblicken*, quia in eorum vicinitate oritur et ebullit. Ita tolerabilis efficitur sententia, quamquam pro genuina eam non vendiderim. Qui audacior est, dixerit *gurges* et *vertex* saepius in libris commutari cf. Lucan. VIII. 374., sed ibi tantummodo confunduntur eae voculae, ubi eandem habent significationem. Corruptelam ita mihi explico: *Vertex* quum primum legeretur atque indoctus quidam librarius, sententiae ignarus, de flumine hic agi putaret, interpretamenti loco posuit *gurgites*, quae glossa saepius invenitur, et ita toti loco tenebras offudit.]

aurique colore florentes. [Hanc lectionem ex libris deterioris notae in textum recepi, licet videndum sit, corruptam eam esse. Primum enim obstat ceterorum codd. auctoritas, qui pertinaciter in *auricolae* vel *auriculae* vel *auricolae* consentiunt. Deinde vereor, ut latinum sit *oves florentes auri colore.* Sed quum eam rationem in contextu constituendo religiose observaverim, ut nisi omnes codd. absurdam et plane intolerabilem scripturam praeberent, eum non emendarem, invitus lectionem recepi. Nunc vero liceat coniecturam proponere hancce: *auri coma efflorentes* vel si haec propter sequens *coma pretiosi velleris* non placeat, *auri vello efflorentes. Auri coma*, ut saepius dicitur, est aurea coma cf. ad Met. II. p. 92. *de faucibus lapidis* pro *lapideis; coma* vero prae ceteris de lana usurpari, non solum probant seqq. *coma pretiosi velleris*, sed etiam exempla aliorum scriptorum. cf. Valer. Argon. VIII. 122. *micat omnis ager villis comantem Sidereis totos pellem nunc fundit in artus, Nunc in colla refert.* Stat. Silv. V. 3183. *Lanea cui Phrygii est coma fluminis.* Vetus poeta apud Ciceronem de N. Deor. II. 27. *agnum inter pecudes aurea clarum coma.* Locus apud Colum. II. 3 §. 7. *mercaberis oves intonsas, variam canamque comam improbaberis, quod sit incerti coloris* a Schneidero bene

CAPUT XII.

Perrexit Psyche volenter: non obsequium quidem illa functura, sed requiem malorum praecipitio fluvialis rupis habitura. Sed inde de fluvio musicae suavis nutricula leni crepitu dulcis aurae divinitus inspirata sic vaticinatur Arundo viridis: Psyche, tantis aerumnis exercita, neque tua miserrima morte meas sanctas aquas polluas, nec vero istius orae contra formidabiles o|ves feras 403
aditum; quoad *ab* solis flagrantia mutuata calorem truci rabie solent efferri,

Psychē D. *quidem* absunt a p. *functatur* ed. pr. *unctantur* Vicent. [quod vir doctus in edd. mea emendat in *cunctatur*] *sumptura* O. Sed recte *functura* est in cett., ut bene emendavit Beroaldus cf. Met. III. p. 196. *paupertinam coenulam perfunctus. ripis* pro *rupis*, unde mea magis stabilitur emendatio in praegresso capite, habet π. *habitatur* pro *habitura* ed. Rom. Vicent. (in mea editione correctum) Venet. 2. Gruterus in Suspic. ineditis coniecit *aditura* cf. Miscell. Nov. Lips. Vol. III. P. 3. p. 488. Sed cum Beroaldi et ceterorum lectione consentiunt cedd. et linguae latinae indoles. *de* exulat ante *fluvio* ab R. f. δ. *levi crepitu* δ. *cerpitu* G. D. *nec tua* G. D. *misera* δ. Si per Mss. liceret, Oud. praefert *miserrimae* vel *ne qua tua miserrima morte. nec vero istius orae contra formidabiles oves feras* F. 1. 3. G. D. P. O. R. f. π. δ. et edd. aliquot ut Elm. et Scriverii. In Iunt. 2. est *nec vero oves contra formidabiles orae feras aditum*, in ed. princ.: *nec vero contra formidabiles oves istius ore feras aditum*, quam cett. edd. sequuntur, praeter quod *orae* legunt. Salmas. ad marginem adlevit *istud horae. formidates* O. (solito errore.) G. D. *additum* D. *quod* Wower. et Pric., ut Vulcanius margini adleverat. *de*, quod ante *solis* in edd. legitur, non comparet in F. 3. G. D. O. D. δ. f. *fragrantia* δ. *flagrantium* G. D. *mutuata calorem* F. 3. G. D. P. O. δ f (In F. 1. idem est, neque vero *mutata calorem*, ut e suis excerptis Elm. protulit.) *mutuata calore* Iunt. 2. habet non *mutuatae*, ut ait Oud. In cett. extat *mutuato calore. rabiem* G. P. D. *effero* π. Margini dein adlevit Wass. delcto *efferari*. *Recte*, f. tamen *ecferri*, de qua scriptura cf. Cort. ad Plin. Epist. V. 6. *afferri* Bas. 1.

correctus est in *variam canamque improbaberis*. cf. Iutt. ad Senec. Herc. Oet. 735. *Si languet omne vellus (et perdit comam.* cf. infra p. 404. *lanosum aurum*. Heins. Advers. III. 7. p. 452. Ita etiam *vellus* de lana ovis potest comprobari Ovid. Heroid. VI. 449. *Nec erat hic aries villo spectabilis aureo*, ubi cf. Ruhnk. Virg. Georg. III. 446. *Efflorentes* emendavi, ut explicarem, quomodo *e* littera voci corruptae *auricolae*, ut F. 3. aperte legitur, adhaesisset. *Efflorere* pro *efflorescere* et valde florere in usu est apud Tertull. Iudic. Domin. 206. *nec nostris efflorent talia campis. Nitentes* male nonnulli, ut interpres Francogallicus, explicant *splendentes* (leur laine est brillante et de couleur d'or), quum potius significet vel pinguis et obesus vel pulcher. cf. ad Met. X. p. 706.]

Cap. XII. *nutricula*. [*Nutricula* et *nutrix* propria vi omnis res dicitur, quae nos nutrit et alit, ut Gr. τρόφος cf. Rupert. ad Iuven. VII. 149., qui Wesseling. Observ. II. 17. et Barth. ad Rutil. p. 89. excitat. Hic *Arundinem* s. *Cannam* nutricem musicae puto esse nominatam, quia ex ea fistula ista facta erat, qua Pan et Satyri delectabantur. Aliter videtur vocem cepisse Pricaeus, qui locum Scholiastae Horatii affert: *Ripae fluminum arundinum silva decorantur, quae a ventis agitata obscure sonat.*]

miserrima morte. [Neutra coniecturarum, quas Oud. proposuit, nescio cur loco sanissimo succurrens, probari poterit, quia prosaicorum nimiam ieiunitatem sapiunt. *Neque* pro *neu* dici ab Apuleio, ut ab aliis scriptoribus, exemplis probari potest. cf. Met. III. p. 178. *Nec me putetis.*]

quoad ab solis flagrantia mutuata calorem. [Hanc lectionem partim ex coniectura, partim ex Mss. reposui, quae mihi ingenio Apuleii videtur esse quam accommodatissima. Primum enim *de* praepositio in omnibus fere melioris notae exemplaribus quum desideretur, ex ingenio librariorum videtur esse addita, quamquam probe scio, ab posterioris potissimum temporis scriptoribus, *de* praepositionem huic vocabulo iungi pro

Digitized by Google

cornuque acuto et fronte saxea et nonnunquam venenatis morsibus in exitium saevire mortalium. Sed dum meridies solis sedaverit vaporem, et *pecuda* spiritus fluvialis serenitate conquieverint, poteris sub illa procerissima platano, quae

cornu non addita particula *que* G. P. D. O. f. *fonte* in Vulcan. edit. 2. inepte legitur. quod repetierunt Ed. Bas. 2. Colv. nec errorem Lindenbrog. emendavit. *spente d. saxea* G. *pecula* F. 3. *pecuina* G. (non *pecuia*, ut Oud. ait) D. *pecuia* f. cf. infra p. 424. ubi eadem aberratio in O. apparet. Ceteri codd. et edd. *pecua*. *fluvialis spēs* ð., (quod ex compendio *spūs* i. e. *spiritus* exortum est. Saepius commutantur *spiritus* et *spes* in codd. Bremi ad Nepot. Dion. 5. §. 5.). *fluvius spiritus* p. *serenita* D.

a, quod bonis Latinis ubique in usu est cf. Met. V. p. 357. *de luminis consilio mutuare*. Haec vero ipsa ratio videtur fuisse, cur *de* inculcatum sit. *Ab* facilius poterat omitti, quod idem fere sonus praecedenti syllabae esset; cui corruptioni latus campus patet. Quid vero sibi velit Oud., hic quoque praepositionem *de* pro more Afrorum abundare pronuntians, capere equidem nequeo. cf. ad Met. IV. p. 250. et Hand. Tursell. II. p. 191. *Mutuata* dein per generis quandam enallagen explica, quae non ita raro apud Apuleium reperitur cf. ad Met. IV. p. 277. Ita apud Virg. Georg. III. 305. legitur. *Haec .... tuenda* quamquam praecedit *caprae*. Nam mirum est, quod optimi quique codd. in ea lectione perseverant. Hinc vides, ad passivam huius verbi formam refugiendum non esse, de qua cf. Intt. quos excitat Eckst. ad Voss. Aristarch. Tom. II. p. 769.]

truci rabie solent efferri. Male agunt editores, qui hanc lectionem proturbant, pro *efferri* emendantes *efferari*, quod Barth. Advers. XXXV. 14. p. 1611. in vetustissima membrana legi ait, sed quae fides sit Barthio habenda, cuique, qui eum accuratius cognoverit, persuasum est. Hinc enim, quod aliis Apulei locis *efferari* legatur, non consequitur, hic quoque substituendum esse. Nihilo minus Pricaeo, Florido et Wass. ad Sall. B. I. c. 94. praeplacuit. Simili modo legitur Met. IX p. 595. *nonnulla iumenta iam efferari simili rabie*. Sed elegantius *efferre* de iis dicitur, qui gravi animi commotione afficiuntur, et quasi extra se feruntur, ut Minuc. Fel. 14. *ut in execrationem et odium homines plerique simpliciores efferuntur* (ubi tamen hodie melius *efferantur* legunt.) Dict. Cret. B. T. VI. 15. *dolore elatus multos custodum interficit* cf. Cic. pro Coel. c. 9. *Laesi dolent, irati efferuntur, pugnant lacessiti* Cort. ad Lucan. IV. 520. Buenem. ad Lact. Instit. I. c. 21. §. 17.]

sed dum meridies solis sedaverit vaporem. Brantius, qui *meridies* eam diei partem significare existimabat, in qua ardor solis vehementissimus esset, non male emendavit: *sed dum meridii solis sedavit vapor*, ut *sedare* neutrorum vice hic positum esset, [quo in usu eum praeivit Prop. III. 17. 5., ubi cf. Burm. et Berneck. ad Iustin. XXXVI. 2.] Sed recte defendit Oud. vulgatam lectionem ea sententia: Postquam solis vapor meridie s. per et post meridiem prono iubare sedatus erat. Nec enim sedatur, nisi cum adfuit meridies. De significatione vocis *meridies* cf. quae dixi ad Met. IV. p. 243.

pecuda. [Ita emendavi ex cod. Florent. 3., qui *pecula* habet, et aliquot aliis, in quibus *pecuia* vel *pecuina* extat, quod a librariis deinde in *pecua* mutatum est. cf. Non. s. v. *pecua* et *pecuda* p. 159. qui haec affert exempla: Accius Medea: *Vagant pavore pecuda in tumulis deserunt* et Cic. de Rep. IV. (IV. 1. p. 417. Moser.) *quum adhibent* in *pecuda pastores*. Sisenna Hist. IV.: *Iumenta, pecuda locis trepidare compluribus*.]

spiritus fluvialis. *Spiritus* est aura de fluvio veniens, de qua vocis significatione Oud. comparat Hom. Odyss. ε, 470. *ἀνρη δ' ἐκ ποταμοῖ*, dict. sua ad Frontin. II. 2. 7. *Volturnum amnem ingentes auras proflare*. Burm. ad Lucan. VI. 396. et Calpurn. Ecl. IV. 4. *Vicini spiritus amnis*. Omnino de fluvii et maris spiritu conferri iubet Heins. ad Virg. Aen. X. 291. Solin. ed. Salm. c. 22. *insula adspiratur mari*.

mecum simul unum fluentum bibit, latenter te abscondere; et cum primum | mitigata furia laxaverint oves animum, percussis frondibus attigui nemoris lanosum aurum reperies, quod passim stirpibus connexis obhaerescit. 404

mexum pro *mecum* pro quo Oud. mavult *me simul* δ. *te*, quod ante *abscondere* in nonnullis libris et edd. vett. omnibus extat, non comparet in F. 3. G. D. P. O. f. δ. Oud. putat, ob praecedentes syllabas neglectum esse. *laxaverit* G. *laxauerit* Vicent. *frontibus* Vulc. 1. Mercer. *attinui* p. *reperis* P. p. *stipibus* δ. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Aldin. *stupibus* G. D. *connexis* F. 1. O. p. f. δ. π. ed. pr. Vicent. Beroald. Bas. 1. *conexis* F. 3. G. Eadem confusio Lucan. III. 400. In cett. extat *connexum* praeter Venet. 2., quae habet vitiose *connexus*. *adhaerescit* F. 1. *obhorrescit* G. D. R. p. f. *oberescit* P. *obhorescit* Vicent. (quod in mea in *obheresci* emendatum est.) *abhorrescit* δ. In cett. *obhaerescit*.

unum fluentum bibit. [De *bibere* Elm. excitat Anacreont. XIX. 1 sq.: ἡ γῆ μέλαινα πίνει, πίνει δενδρ' ἀντὴν, πίνει θάλασσα δ' ἄνρας. Oud.: de Cerd. ad Virg. Georg. IV. 32. Achill. ad Tibull. II. 1. 44. [*Bibere* enim omnes eae res dicuntur, quae aridae humorem hauriunt et ad se trahunt. Ita de terra, de arboribus, de lana usurpatur, quae aqua irrigantur et madefiunt. Cf. Bronkh. ad Tib. II. 1. 44. Intt. ad Ovid. Met. XIII. 901. Schmidt. ad Horat. Epist. I. 18. 105. p. 412. Deinde *bibere flumen* etiam homines dicuntur, qui fluminis regionem accolunt. cf. Virg. Aen. VII. 715. ibique Intt. ad Ovid. Met. XV. 281.]

te abscondere. [*Te* pronomen, quod in optimis libris non comparet, omitti non potest, quia nec sententia nec vocis analogia potest firmari, neutram significationem hoc vocabulum unquam habuisse. Vel Oud. probanda est opinio, qui propter antecedentis vocalae *latenter* postremam syllabam excidisse id voluit, vel post *abscondere* pronomen est ponendum, cuius sedes non solum, sed praecedentis etiam syllabae soni similitudo decipere librarios posset. Fine enunciationis pronomen positum esse, me non offendit, cf. Met. VI. p. 416. *porrigas ei. Sed* ... Attamen cum ceteris Mss. ante *abscondere* posui.]

mitigata furia. [Munk. ad Fulgent. Mythol. I. 1. p. 624. contra Barth. Advers. recte disputavit negantem, *furia* unquam recte pro *furore* dici posse. Affert enim locos Hygin. Mythol. c. 107. *Aiax furia accepta per insaniam semetipsum et pecora occidit*, et Fulgent. Mythol. c. 6. *furiam concipere*, et Contin. Virg. p. 765. *ut primum furiam animi ebrietas ducat.* Quamquam adnotat, apud optimos scriptores pluralem semper ea quidem significatione usurpari. Lexica hunc singularem, nisi propria sua vi dictum, agnoscere non videntur.]

quod passim stirpibus connexis. [Male Oud. *connexis* explicat de stirpibus, quae per lanam iis obhaerentem *connexae* nominentur. At vero ut apud Lucan. III. 400. *rami connexi* ii appellantur, qui quasi concreti sunt et implexi, et a se difficile divelli queunt, quod imitatus est Auson. Mosell. 14. *Nec iam connexis per mutua vincula ramis Quaeritur exclusum viridi caligine coelum*, ita nostro quoque loco stirpes connexae sunt inter sese consitae et concretae. Non intellexerunt enim interpretes, Apuleium ad vetustatem nemoris respicere, quod cum a nemine unquam accedi posset, plane avium erat, et ita incultum, ut rami cohaererent. Hinc antea posuit *percussis frondibus.* Ut idem dicit Lucan. l. c. Lucus erat *longo numquam violatus ab aevo, obscurum cingens connexis aera ramis.* Deinde *connexis stirpibus*, quae praetereunti pecori non cedebant, nec tenerae erant, facilius adhaesit floccus lanae et inter brachia convolutus ille et implicatus diutius in ramo remansit. Ita puto, lectionem optimorum codd. esse explicandam.]

obhaerescit. [Hanc lectionem recte tuetur Oud. contra alios interpretes, qui *adhaerescere*, saepius apud scriptores obvium, intrudere volunt. Multa enim eiusdem generis sunt composita non solum apud Apuleium sed apud ceteros quoque Africanos, quae amatam esse hanc praepositionem ab iis nobis indicant. cf. ad Met. II. p. 161. IV. p. 247. Prae

CAPUT XIII.

Sic Arundo simplex et humana Psychem aegerrimam salutem suam docebat. Nec auscultatu poenitendo diligenter instructa illa cessavit, sed observatis omnibus furatrina facili flaventis auri mollitie congestum gremium Veneri reportat. Nec tamen apud dominam saltem secundi laboris periculum secundum testimonium meruit, sed contortis supercíliis subridens amarum sic inquit: Nec me praeterit huius quoque facti auctor adulterinus. Sed iam nunc ego sedulo periclitabor, an oppido forti animo singularique prudentia sis praedita. Videsne insistentem celsissimae illi rupi montis ardui verticem, de quo fontis atri fuscae defluunt undae, proximaeque conceptaculo vallis inclusae Stygias irrigant paludes, et* *rauca* Cocyti fluenta nutriunt? Indidem | mihi de summi fontis penita

Psychem F. 1. 3. D. G. B. In cett. libris legi videtur *Psychen*. Certe Oud. nihil diversitatis adnotavit, nisi forte negligentiae cuidam id velis tribuere. *salutem suam docebat* Iunt. 2. errore typothetarum. *auscultata* δ. *auscultatus* O. *auscultans* G. P. D. π. *instructa: illa cessavit*. Ita distinctum est in edd. vett. omnibus praeter Venet. 4. et Paris., ut ab Beroaldo vera distinctio profecisci videatur. *illa* deest P. *Veneris* π. *saltim* π. p. *periculo* emendavit vir doctus in Vicent. mea. *monstravit* pro *meruit* O. *nec tamen praeterit me* O. *praeteriit* G. D. *periclitabo* B. *celsitudinem* R. f. *alti* pro *ardui* O. *fulcae* pro *fuscae* Venet. 2. *defluente unda* e G. male excitat Oud. ibi est *defluunt unde*. *proximetque* Venet. 2. In cett. edd. veteribus extat *proximeque*. *inclusa* F. 3. G. D. O. f. *inclusa est* F. 1, In cett. libris et edd. *inclusae*. *palludes* D. *pauca* Mss. et edd. vett. omnes. Vulcan. Elm. Scriv. Pric. Flprid. Wass. Oud. Orell. aut receperunt aut recipi iusserunt vocem *rauca*. *Cochyti* Paris. *conciti* pro *Cocyti* G. D. P. f. *concitae* δ. *mihi* non comparet in P. *de* abest ab G. P. (in excerpt. ad marg. ed. Colv.) D. O. R. f. *petita* pro *penita* G. P. D. O. R. f.

ceteris Comici veteres poetae plurimi sunt in his compositis pangendis, ut magnus eorum numerus, quae vel semel vel apud eos tantummodo reperiuntur, enumerari posset. Sed mihi sufficit ea enumerare, quae aut Apuleio aut ceteris cum eo Afris singularia sunt. cf. Met. XI. p. 769. *soccis obauratis*, ubi omnes codd. consentiunt. Met. IX. p. 613. *obblá-teratis*, ut e nube variarum lectionum legendum esse videtur. Apol. p. 568. *mulier obcantata* sine ulla lectionis discrepantia Met. VIII. p. 530. *obnubilare*, quod praeterea apud Gellium et Ammianum Marcell. extat. Ita defendi possit Met. IX. p. 637. *obominata*, sed optimi codices legunt *abominata*; Apol. p. 525. *obructantem* Met. XI. p. 768. *obsibilantem*. Apol. p. 593. *obsternit* ibid. p. 505. *obtinnirent*. Met. VII. p. 493. *obverberans*. Met. II. p. 109. *obunctus*. Ita apud Tertullian. advers. Marcion. IV. 31. p. 448. A. Rigalt. *Illi obaemulati sunt me in non Deo* et paulo post *et ego obaemulabor eos in non Natione* ibid. p. II. c. 12. p. 388. B. *iustitiam offusces* de Resurrect. Carnis c. 7. p. 329. D. *ne argento quoque oblaqueas* de Pall. IV. p. 116 C. *de Caesaribus quibusdam vestibus obmussitent* et de Anim. 18. p. 276. D. *An non poetae haec nobis semper obmussitant.*]

Cap. XIII. *rauca Cocyti fluenta nutriunt.* [Mirus est omnium codd. et edd. consensus in voce: *pauca*, quae nullam sententiam praebet. Lipsius emendavit *rauca* eumque ad nostra usque tempora omnes interpretes secuti sunt. Sed nonnulla obstant, quae hanc coniecturam minime comprobare nos sinunt. Primum enim vox *raucus* tritior est, quam quae a librariis tam prave potuerit corrumpi. Hoc enim intelligi potest, vocem hic in textu fuisse, quae captum librariorum superavit, multo rariorem. Deinde in vocis ipsius significatione offendo. Quamquam enim bene scio, *raucus* de aqua et fluminibus dici et ipsam Stygis nominari *fluenta rauca*

scaturigine rorem rigentem hauritum ista confestim deferes urnula. Sic aiens crystallo dedolatum vasculum insuper ei graviora comminata tradidit.

CAPUT XIV.

At illa studiose gradum celerans montis extremum petit tumulum, certe

stratur rigine G. *straturigine* D. *rigantem* f. *hauritum* non est in G. P. D. f. Hinc uncinis eam vocem inclusit Elm. cum Scriver. Pro *hauritum* habet O. *in.* Sed *hauritum* probam formam esse, demonstravi ad Met. III. p. 2. 19. *haurito pusculo uncto. deferes urnula* F. 3. (*es* litterae ex correctione sunt.) G. P. D. O. R. f. *defers* δ. p. *perferto* omnes edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris. In ceteris est *deferto. istam deferes* conf. *urnula* G. (non *urnula* ut in excerptis erat Oud.) *urnulam* P. *urula* D. a m. p. *sic aciens* Ald. *sed aciens* Iunt. 2. *crustallo* F. 3. G. D. *tradit* Bas. 2.

petita P. in excerptis ad marg. ed. Colv. pro *petit. tumulum* B. δ. ut iam edidit Scriverius et probat Pricaeus. De perpetua harum vocum confusione cf. ad Met. II. p. 142. *aggeratis in cumulum stragulis. cito* pro *certe* O. Burm. adlevit: *f. certa*, quod Oud. probatur, si vel infinitivus vel gerundium in *di* sequeretur.

apud Virg. Aen. VI. 327., unde Apuleius sua hausisse videri possit, tamen ubiubi legitur hoc adiectivum, semper ad fluctus magna vi et velocitate irruentes, ad mare aestibus turbidum refertur. Et haec ipsa causa est, cur de loco Virgilii dubitem. cf. Cort. ad Lucan. V. 218. Barth. ad Stat. Theb. II. 40. Intt. ad Val. Flacc. I. 330, ubi etiam alii *paucos* emendant: *raucos ad littoris ictus.* Ita Ovid. Heroid. X. 26. *Hinc scopulus raucis pendet adesus aquis,* quae fremitu scopulum adluunt. XVIII. 26. *sollicitum raucis ut mare fervet aquis.* Statius Theb. V. 291. Et ita ipse Burm. explicat ad Val. Flacc. V. 141: *rauca* passim illa loca dicuntur, in quibus vehementior et continuus sonus exauditur. *Cocyti* vero flumina non velocia, sed pigra, inertia et lutulenta ubique describuntur, ut nominantur ab Apuleio p. 416. *mortua* p. 417. *pigra*, unde *rauca* esse non possunt, magno fremitu et mugitu irruentia. Hinc equidem prius in coniecturam *glauca* vel *furva* incidi, nunc vero *pulla* emendaverim, quod in *paula* deinde in *pauca* abiit. *Pullus* est ater, quomodo Cocyti undae fere semper nominantur a poetis, quum magnam arenae copiam secum ferant. In textum tamen coniecturam recipere non ausus sum, quia obstat locus Virgilii. Quem si quis ex codd. perturbatum esse demonstraverit, me assentientem habebit.]

deferes. [Futurum hoc loco praetuli, quod non raro vices imperativi sustinet; ab Oud., quia in omnibus mandatis Veneris hic auctor imperativo uteretur, vulgata lectio *deferto* sustentata est. Sed facilius potest intelligi, quomodo eadem caussa commoti futurum in suis codd. librarii mutaverint in imperativum, quam vice versa, quum talis emendatio ad librarios vix pertinere videatur. Hinc vero, quod alibi semper imperativo Venus mandata sua dictaverit, effici non potest, ubique id esse factum. De usu huius imperativi cf. Bentl. ad Horat. Sat. I. 3. 74. Beier. ad Off. I. 1. Vol. I. p. 6. Moser. ad Cic. Tusc. I. 12. T. I. p. 89. Eckst. ad Voss. Arist. Vol. II. p. 799. In futuro tempore quum maior quaedam insit confidentia loquentis, factum iri, quod sperat, maior hic mihi in eo videtur inesse ironia, quippe quod Venus, nunc certe Psycham servari posse, non speret. Elegantissima etiam est codicum δ. et p. lectio *defers*, quam in cod. F. 3., cuius postrema syllaba a manu secunda extat, fuisse probabile est. Praesenti enim pro futuro tempore Graeci utuntur aliquoties; cf. Stallb. ad Platon. Lysid. init. p. 96. ad Sympos. p. 172. A, qui locus male a Stallb. vexatus est.]

Cap. XIV. *tumulum.* [Contra optimos codd., qui omnes fere *cumulum* praebent, lectionem restitui, quae sententiae huius loci necessaria erat. Quum enim *tumulus*

Digitized

vel illic inventura vitae pessimae finem. Sed cum primum praedicti iugi conterminos locos appulit, videt rei vastae letalem difficultatem. Namque saxum immani magnitudine procerum et inaccessa salebritate lubricum mediis faucibus
[179] 406 lapidis fontes horridos evomebat|, qui statim proni foraminis lacunis editi | per-

illic invitae pessimae finem F. 3. *invite pessime fine*. G.[1]D. et P. In O. extat *incitae pessimo fine*. In Edd. primis reperitur *in vitae pessimae* (non ut Pricaeus ait *pessimum*) *finem*, quod in textu retinuit quoque Beroald. Idem habet cod. *d*. In cett. codd. ut F. 1. R. f. B. p. *π*. et edd. posterioribus legitur *inventura vitae pessimae finem*. Haec lectio inde a Beroaldo in textum profluxit. *vidit* R. *letali* P. *salubritate* Vicent. Iunt. 1. 2. Aldin. *e* quod in nonnullis codd. ante *faucibus* legitur, exulat a F. 3. G. D. P. O. *et faucibus d*. *medii* O. *horridas d*. *emovebat* Edd. Wower. et Pric. typothetarum, ut opinor, errore. De commutatione utriusque vocis cf. Cort. ad Lucan. VI. 24. *quod* pro *qui π*. *laciniis*, quae vox huc non quadrat, videtur de Oud. sententia confecta a Beroaldo ex corrupto *lacinus*, ut est in Ed. Vicent. Sed omnes vett. edd. praeter Iunt. 2. haec corruptela occupavit. *Lacunis* omnino deest a D. *educti* F. 1. Elm. Scriv. Florid.

et *cumulus* ita inter sese differant, ut ille sit quicunque collis sive natura sive arte humana erectus neque ullo modo disparabilis, hic vero acervus rerum dissipatarum, quae temere exaltantur, de quo discrimine iam accuratius exposui ad Met. II. p. 142., *tumulus* hoc loco necessario requiritur. Codd. auctoritati hac in re non ita multum potest tribui, quod, quotiescunque alterutrum legitur, utrumque variat.]

certe vel illic inventura vitae pessimae finem. Ita ex codd. deterioris notae conscripsi, rationem secutus contextum coniecturis non immutandi, si quae sana lectio in Mss. appareat. Sed nihilominus hunc locum corruptum esse iudico, quod mira est optimorum codd. discrepantia, qui omnes *invitae pessimae* praebent. Diversissimo modo viri docti huic loco mederi studebant. Pricaeus coniecit: *inventura pessimum finem* vel *peritura pessimo fine*. Propius illam scripturam divinavit Is. Pontan. Anal. II. 15. *invitae vitae perpessura finem*, in qua emendatione id tantum reprehendendum est, quod *invita vita* nullo modo significare potest vitam, quam quis invitus agit. Hinc Oud. coniecit, quamquam emendationi non multum tribuens, *invisae vitae positura finem*. De *ponere vitam* confert Comment. ad Cornel. Nepot. Pausan. c. 5. §. 5. [quibus adde Burm. ad Propert. II. 20. 57. ad Anthol. Lat. T. II. p. 125. Ita dicitur *deponere vitam* cf. Heinrich. ad Iuvenal. III. 56. p. 130., cuius editionem ab sexto inde libro in meum usum convertere poteram. Sed perperam puto corruptelam loci in voce *pessimae* quaeri, primum quod terminatio *ae* nullo modo explicari posset, si prius *positura* vel aliud quid scriptum fuisset, dein *in* praepositio, quae sine ullo sensu voci *vitae* praefigitur idque seiunctim in optimis codd., apertissime nobis indicat, hinc loco medelam esse adhibendam. *Invisae* quod Oud. coniecit, quamquam sententiae bene convenit, minus tamen probatur, quod, si ponamus, propter easdem litteras vocabulum esse omissum, ita utrumque aberrare non debet. Equidem hanc qualemcunque coniecturam propono: *certe vel illic habitura vitae pessimae finem*, i. e. montem declivem petiit Psyche quae habere vellet vitae finem. Corruptio facillime ita fieri potuit, quod in codd. *habere* per compendium scribitur *hᵉ*; *tura* vero terminatione non ita abhorret a tractu litterarum *rita* vel *vite*. Nec remota videtur esse emendatio: *datura*, vel *certa vel illic habere vitae pessimae finem* [ex compendio *hᵉ*, quod in *in* facile depravari potuit.] Meliora invenire non poteram. Ceterum *invenire*, quod vulgata lectio praebet, pro *acquirere*, *habere*, nonnullis exemplis Gronov. Diatrib. T. I. p. 83. ibique Handius exponunt. Editor Goetting. emendavit: *certa vel illic invenire* vel *inire vitae p. f.*]

horridos. [Undae fontis *horridae* nominantur, quia nigro sunt colore, et ita horrorem adeunti iniiciunt cf. Cort. ad Lucan. III. 411.]

editi. Educti, quod e cod. Florent. 1. praetulit Elm., sequentibus de more Scriverio et Florido, nequaquam Oud.

que proclive delapsi, et angusti canalis exarto contecti tramite, proximam convallem latenter incidebant, dextra laevaque cautibus cavatis proserpunt, et longa colla porrecti saevi dracones, inconnivae vigiliae luminibus addictis, et in perpetuam lucem pupulis excubantibus. Iamque et ipsae semet muniebant

per quod proclive δ. exarto F. 3. G. P. O. R. *f. δ.* p. In cett. extat *exerto. contecti* in G. est nonnisi a m. s. *tramite* exulat a D. *dextra* F. 3. G. D. In cett. *dextera.* Oud. de hac perpetua confusione hic loci nihil admonuit, ut e meis tantummodo codd. res pendeat. *lenaque* D. *cotibus* omnes edd. vett. Vulc. 2. Elm. *cautibus* G. D. P. (in excerpt. ad marg. ed. Colv.) *proserpuit* O. *proserpiunt* G. D. *prorecti δ.* ut saepe. *inconnives* G. P. O. D. *inconcivae* Venet. 2. Aldin. *additis* P. D. O. *adictis* Beroald. Bas. 1. *adiectis δ. cupulis* pro *pupulis* F. 3. *pupulis* Beroald. ed. pr. Elm. *populis* G. D. f. Venet. 4. *ppls* P. *pupillis* F. 1. O. *δ.* Iunt. 1. 2. Aldin. Colv. Vulcan. Wower. Pric. Orell. *movebant* pro *muniebant φ.* O. Marg. O. Wow. Scriv. Pric. Elm.

mihique se probat. Id potius est hominum, aquam e fonte extrahentium, quam ipsius fontis, qui editur terra, non educitur. Scilicet scriptum fuerat librariorum more *edicti* pro *editi*, hinc alius fecit *educti*. Sed optime fontes dicuntur *editi*, quorum *genitor* mons est, ut in Auson. de Urb. c. 13. Uti et inde fluvii *eduntur*. Lucan. III. 257. Curt. VI. 4. §. 5. At vero etiam *edi* dicuntur flumina exeuntia in amnem vel mare cf. Burm. ad Val. Flacc. IV. 457.

exarto. [Hanc scripturam, quae in optimis codd. invenitur, et a nonnullis librariis prave commutata est, suo loco restituendam esse putavi. Pauco negligentius agit, qui tramitem *exsertum* explicat *exporrectum*, sequens Floridum, qui vertit: cooperti porrecta semita arcti alvei. Sed primum unum nobis monstret exemplum, ubi *exsertus* hanc significationem habet. Locis enim ut Liv. VIII. 9. *manum subter togam ad mentum exserere*, ita decipi non debemus, ut id quod *porrigere* esse putemus. *Exserere* semper significat *extrahere, proferre, tollere*, et ita de ense, quod e vagina trahitur, de humeris, qui vestibus sunt cooperti, usurpatur. Hinc fere idem est, quod *nudare*. Haec vero vocis significatio nostro loco quum minime conveniat, et Mss. optimi in lectione *exarti* persistant, quae res sine dubio magni momenti est, *exarti* ita defendo, ut compositum sit adiectivi *artus* s. *arctus* i. e. valde angustus. *Ex* enim praepositionem vim vocis simplicis adaugere, omnibus notissimum est, et eadem ratione formata sunt adiectiva *exactus, exaptus, expallidus*, quod sola Tertulliani auctoritate nititur, *expavidus, extumidus* alia. Totum locum ita verto: *und über den Abhang stürzend, und durch den schmalen Pfad eines engen Bettes gedeckt.* Ceteri interpretes locum non intellexerunt. Rode male interpretatus est: *stürzt es jäh den Abgrund schäumend hinunter in eine enge grundlose Felsenkluft und wälzt sich mit Ungestüm dahin durch.* Francogallus melius: se perdent dans le sentier d'un canal reserré et sans être vues. Vel si *exartus* non placet lege *exaltus* i. e. profundissimus, quum *altus* et *artus* saepius inter se commutentur. cf. Dr. ad Sil. VI. 194. Burm. ad Ovid. Amor. II. 2. 39.]

cautibus cavatis proserpunt. [Quamquam Oud. *cautes* praetulit, et in textum id receptum est, adnotationi tamen Ruhnken. praefixit lectionem *cotibus*. Oud. scripturam *cotibus* ita defendit: *Cotes* alias aeque dicuntur cautes quaevis ac lapides acuendi ferri usui inservientes. Sed hoc non ita dixerim. *Cotes* antiquior forma est eiusdem vocis *cautes*, ut aperte dicit Priscian. I. 9. p. 48. Krehl.: *Transit au in o productam more antiquo, ut lotus pro lautus, plostrum pro plaustrum, cotes pro cautes, ausculum pro osculum, frequentissimeque hoc faciebant antiqui.* cf. Intt. ad Virg. Ecl. VIII. 43. Serv. ad Georg. III. 278. Dav. ad Cic. Tuscul. IV. 14. Cort. ad Lucan. VII. 139.]

pupulis. [Hanc formam ex optimorum librorum consensu in textum recipere eo minus dubitavi, quum non solum antiquior sed etiam Apuleio frequentior vi-

Digitized by Google

407 vocales aquae. | Nam et: Discede et: Quid facis? Vide, et: Quid agis? Cave!

iam et discede G. D. P. f. O. d. Sciopp. Wow. et Pric. In cett. codd. et edd. vett. legitur *nam et*, quod perperam mutatur. Ratio enim, quomodo se muniverint istae aquae vocales, nunc additur. *et* ante *facis* exulat a B. et Elm. *facies* R. f. unde Gruter. in Susp. ineditis emendavit *facias*. cf. Miscell. Nov. Lips. Vol. III. T. III. p. 488. Wopk. Misc. Obser. Nov. T. II. p. 28. *et vide* B. Elm. Scriv. Florid., male; contra nexum sententiae.

deatur fuisse. Certe eandem ex Mss. vindicavimus loco Met. III. p. 215. Religiosior hic contra morem erat Oud., quippe qui non codd. multitudinem, sed auctoritatem secutus ex Florent. 1. aliisque *pupillis* defendat, quamquam ipse l. c. alteram formam *pupulis* praetulerat. Ubique enim vacillant codd. inter lectiones *pupula*, *pupilla* et *papilla*, ut eodem loco iam vidimus. Oud. Orellius secutus est.]

Iamque et ipsae semet muniebant. Wower. c. Sciopp. in Symb. praetulit lectionem aliquot codd. *Iamque et ipsae semet movebant*, quae non displicet ipsi Elm. At Oud. nequaquam se probare potest, cui nihil miri videtur esse, si se moveant fluentes aquae, e contrario proponenti, cum *vocales* dicantur aquae, apparere verbum esse substituendum, quod illi epitheto conveniat. Hinc duplicem proponit coniecturam: alteram iuvenis cuiusdam nobilissimae stirpis et elegantissimi ingenii, cuius nomen non professus est, *ipsaemet monebant*, ut infra *aquas praemonentes*, alteram, quam prius iam in Miscell. Observ. Vol. II. T. III. p. 451., indicaverat, quaeque *raucis fluentis* pag. praeced. optime conveniat *ipsaemet mugiebant*. *Mugitus* vero mari adscribi, demonstrat ex Horat. Epod. X. 19. ubi cf. Peerlkamp. p. 361. Val. Flacc. II. 498. ibique Burm. Senec. Hippol. 1025. Sil. Ital. IV. 300. Avien. Descr. Orb. 181. et de ipso flumine hoc dici, probant ei loci Sil. V. 283. VIII. 631. Stat. Theb. VII. 419. Eadem ratione inveniri *ululare* apud Val. Flacc. II. 537. ut apud Graecos λίμνης μυκήματα vel ὠρυώματα, de quibus conferri iubet Intt. ad Aelian. V. Hist. XII. 57. Triller. Observ. IV. 1. [At mentitus videtur esse Oud., qui in loco Miscell. cit. in plurimis codd. se invenisse dicat *et ipsaemet* pro *ipsae semet*, quum in hisce schedulis ne unius quidem Ms. mentio fiat. Deinde ne ad sententiam totius loci respiciam, iam e seqq. patet, quam incerta sit haec lectio *mugiebant*, quum ad *rauca fluenta* haec referri nequeant. Quamquam enim alter fluvius alterum nutriat, tamen hic in terra, ille apud Inferos est, atque non tam rapax, ut eius inter currendum sonus mugiens dici queat. Oud. coniecturam, ut fere semper fieri solet, edit. Goetting. probat, Orellius pro *muniebant* coniecit *mutiebant* atque in contextum suae editionis recepit. *Mutire* vero quum *mussitare* significet, submissa voce loqui, fere idem hic esset, quod *mugire*, de rauco et obtuso fluminis sono. Sed duplex ratio me impedit, quin hanc coniecturam comprobem, una, quod quid *semet mutiebant* sibi velit, perspici nequit, altera, quod non mutivisse sed clamasse aquas vocales sequentia aperte indicant. Et mirum est, quomodo a totius loci sententia interpretes tam longe aberrare potuerint. Scriptura enim *muniebant* optima est, et per loci connexum unice potest ferri. Describuntur enim ab Apuleio summae et paene insuperabiles difficultates, quae ei imminent, qui aditum fluvii petere studet; non solum aspera et inaccessa via, solitudo horribilis et tetra animo timorem iniiciunt, sed dracones etiam semper vigiles aditum praemuniunt; et ne audax has difficultates minores habeat, ipsae aquae se muniunt suis ipsarum vocibus, impediunt ab aditu petiturum funestis istis clamoribus. Necessarium igitur non fuit (haec est Apuleii sententia), ut omnes isti horrores aquas munirent, aquae se ipsae muniebant suis vocibus. Hinc puto consectarium esse, in seqq. cum optimis codd. legi: *Nam et*: *Discede* pro *iam*, quae corruptio tritissima est.]

Fuge! et: Peribis, subinde clamant. Sic impossibilitate ipsa mutata in lapide Psyche quamvis praesenti corpore, sensibus tamen aberat, et inextricabilis periculi mole prorsus obruta lacrimarum etiam extremo solatio carebat.

CAPUT XV.

Nec providentiae bonae graves oculos innocentis animae latuit aerumna. Nam primi Iovis regalis ales illa, repente, propansis utrimque pinnis, affuit

impolitate D. *mutate* P. *in lapide* F. 3. G. P. D. O. R. f. d. In cett. *in lapidem.* *psychē* D. *praesentis* p. Oud. non displicet scriptura cod. d. *praesens corpus. et his extricabilis* F. 3. *pericule* Vicent. *more* pro *mole* ed. Paris. Merc. Wow. Pric.

nec providentiae. Ita in contextu F. 3. scriptum est, sed ab eadem manu in margine emendátum est *vel providentia boni. primi Iovis* F. 1. 3. G. D. et cett. codd. et edd. vett. praeter B., qui habet *premi.* Sola edit. Vulc. 2. quique eam secutus est Elm. scribunt *optimi*, quod interpretamentum sapit. *Supremi* coniectura est Modii. *ales* F. 1. 3. G. D. O. f. d. Iunt. 2. Elm. Scriv. Florid. Orell. In cett. codd. et edd. vett. extat per glossam *avis.* In Venet. 2. typothetarum errore est *anis. utrisque* D. *pennis* d., qui ubique ita aberrat. *pinn's* Vicent.

mutata in lapide. [Hanc scripturam ex optimis codd. restitui, etsi scio, quam diversa sit virorum doctorum ea de re sententia. Ex codd. auctoritate plurimis locis nihil opis petendum est, quum levi saepius mutatione tótus locus emendari possit, ut nostro loco, ubi virgula tantummodo omissa ablativus pro accusativo existit. Sed quamquam non is sum, qui talem antiquitatem affectem, ut ubiubi unus tantum codex tale quid praefert, statim emendem, tamen pro Apuleii usu et ingenio et codd. auctoritate *in lapide* retinui. cf. ad Met. III. p. 191. *fixus in lapide steti.* Alia cf. apud Grou. ad Macrob. Somn. Scip. I. 4. Scheffer. ad Iul. Obseq. 71. Cort. ad Sall. Cat. XLII. §. 3. Hand. Tursell. III. p. 297.]

praesenti corpore. [De sententia cf. d'Orv. ad Charit. VIII. 4. p. 617. ed. Lips.]

Cap. XV. *providentiae bonae.* [Mirum est, quomodo eadem manus in Florent. 3. haec verba in *vel providentia boni* emendare potuerit, quum in contextu vulgata lectio, quam ceteri codd. servant, retineatur. *Vel* et *providentia* nulla ratione possunt comprobari, nisi coniectura locum sanare velis, *providentia boni* vero si plures codd. adstipularentur, reciperem. Est enim ea providentia, quae ad res bonas, ad honestum spectat, ut *conscientia boni, mali.*]

graves oculos. [Quid *graves oculi* hic sibi velint, nemo interpretum explicavit, et Rodius cum interprete franco-gallo omnino hoc epitheton in versione omiserunt. Ego velim: *die gewichtigen Augen*, quia magnam auctoritatem habent ad vitam hominum constituendam. De significatione cf. Duk. ad Flor. I. 3. Wessel. ad Diod. Sicul. Tom. I. p. 306. et Tom. II. p. 630. Vir doctus in ed. mea Colv. correxit: *gratas*, quod minime probo. De confusione horum verborum cf. Intt. ad Liv. I. 16. §. 5.]

primi Iovis. Plurimi Intt. quum in voce *primi* offenderent, diversa ratione locum coniecturis vexarunt, ut Stewechius, qui *nam inprimis* emendavit, et Sciopp. in Symbol. et Susp. IV. 14., qui cum Elm. ex loco Met. III. p. 217. *quamvis ipsius aquilae sublimis volatibus toto coelo pervius, et supremi Iovis certus nuncius vel laetus armiger* Modii coniecturam *supremi* comprobavit. Oud. lectionem plurimorum codd. *primi* defendit, cum graeco πρῶτος i. e. primus princeps et ἄρχων θεῶν id comparans, coll. Ovid. Heroid. IV. 39. *Iam mihi prima dea es.* [*Primus* enim est *primarius, princeps*, quae significatio Ciceronis usu stabilitur. Ita Tuscul. I. 33. §. 81. *P. Crassi, et sapientis et eloquentis et primi hominis*, ubi nonnulli frustra *inprimis* emendant. cf. Schott. Nod. Cicer. IV. 16. p. 387. Verr. II.

Digitized by Google

rapax aquila, memorque veteris obsequii, quo ductu Cupidinis Iovi pocillatorem Phrygium sustulerat, opportunam ferens opem, deique numen in uxoris laboribus
408 percolens, alti culminis diales vias dese|rit. Et ob os puellae praevolans incipit: At tu simplex alioquin et expers rerum talium, sperasque te sanctissimi nec

Iovi abest a *δ*. *pollicitatorem* F. 1. p. *procillatorem* f. *pugillatorém π*. *pugillitatorem* O. *frigium* G. D. *subtulerat* G. D. pro more et ita quoque Vicent. Venet. 4. *subtulerat* Venet. 2. Ac male *abstulerat* citat Heins. ad Val. Flacc. IV. 161. *alti numinis* pro *culminis* f. *φ*. *cumis* G. P. D. *diales viales* f. *et* ante *ob* abest a Beroald. Bas. 1. 2. Colv. Vulc. 2. Wow. Pric. *ob es* G. P. D. *pervolans* R. *δ* *ac tu δ*. *alioquin* non comparet in B. *et inexpers δ*. cf. ad Met. III. p. 209. *talium rerum* G. D. *sperasque* F. 3. G. D. et edd. vett. In F. 1. est *sperasne*. In p. ita legi sententia est Oud., quamquam pro certo non affirmat. Ceteri codd. et edd. post Colvium habent *sperasne*.

L. III. 71. §. 168. *primorum hominum atque honestissimorum* Doed. Syn. V. p. 344 sq. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. IV. 39. Intt. ad Phaedr. I. 13. 8. Ita intelligendus est locus Apul. de Mundo p. 328. *credi prior ratio est*. Hoc tamen non negandum est, insolentiorem hic esse rationem dicendi.]

ales. Hanc poeticam vocem multis locis comprobat Oud., excitans Virg. Aen. I. 394. *Aetheria quos lapsa plaga Iovis ales aperto Turbabat coelo* Plin. X. 5. *Aquila Iovis ales adscribitur* cf. Burmanni fusam disputationem ad Phaedr. Fab. I. 13. 8. *nulla prior ales foret* [Virg. Aen. XII. 247. *fulcus Iovis ales* Ovid. Met. IV. 362. *regia ales*.]

pocillatorem Phrygium. [Ganymedem signat qui a Iovis poculis erat, de cuius raptu cf. Hom. Il. XX. 232 sqq. Ovid. Met. X. 155 sqq. Heroid. XVI. 197. Virg. Aen. V. 254 sqq. Apoll. II. 5. 9. Munk. et Staveer. ad Hygin. f. 271., qui plurima de eo eiusque origine protulerunt.]

diales vias. [Quidam inepte scribunt *sidereales vias*. Inusitata enim significatione *dialis* Apuleius dixit pro *aetherius*, quia Iupiter ipse aether est. *Diales* igitur *viae* sunt *coelestes*, quibus relictis ad terram aquila delabitur. Iovem vero pro coelo et aethere dici constat. cf. Ennius apud Cic. de Nat. Deor. II. 25. §. 65. Horat. Od. I. 22. 19. Ovid. Met. IV. 260. Iuvenal. V. 78. Stat. Theb. III. 26.]

at tu. [Hic locus inter ea exempla referendus est, ubi *at*, particula initio orationis ponitur, quae ex animo vehementius commoto proficiscitur. Idque primum fit in evocatione, et in allocutione, in qua praeceteris *at tu ἀλλὰ σύ*, *σὺ δέ*, *σὺ δ' ἀλλά* usitata sunt. cf. Intt. ad Liv. I. 12. 5. Hand. ad Tursell. I. 440., qui plura exempla eiusdem significationis exhibet, nostrumque locum pro sua diligentia apposuit.]

expers. [Doctissima sine dubio est lectio cod. *δ*. quam si plures codd. affirmarent, recipere in textum non dubitarem, et eo magis est ea respicienda, quod in eodem codice iam antea eam invenimus III. p. 209. *Expers* enim quasi pro *expertus* dictum est, ut exponunt Gloss. Philox. p. 91. *expers ἄπειρος καὶ ἔμπειρος*, ut Casaub. ad Pers. VI. 38. iis vocabulis id adnumeret, quae significationes contrarias admittant. Eaedem Gloss. p. c. habent *expertas*. *Peritas*. cf. Intt. ad Catull. LXVI. 77. et Petron. ad l. c., ubi multa de hac significatione disputantur. *Inexpers* tamen quum nullo exemplo comprobetur, latinum videtur non esse, unde potius e glossa docti librarii id effluxisse existimem.]

sperasque. [Haec scriptura, quae auctoritate plurimorum optimorumque codd. sustentatur, et quo difficilior est, eo magis defendenda videtur esse, multas molestias interpretibus facessivit, ut diversissime loco coniecturis succurrerent. Probant Colvius et Stewechius lectionem codd. F. 1. et p. *sperasne*, quae tamen glossam potius sapit, nec ita certa est, quod collationi Lindenbrogianae, quae multa, praeceteris minora omittit, non magna fides tribuenda est, Oud. vero ipse dicit cod. Pith., cui multum confido, ita habere *videri*. Ce-

minus truculenti fontis vel unam stillam posse furari, vel omnino contingere? Diis etiam ipsique Iovi formidabiles aquas istas Stygias vel fando comperisti? quodque vos deieratis per numina deorum, deos per Stygis maiestatem solere? Sed cedo istam urnulam. Et protinus arreptam *comple|tum aquae* festinat, 409

ipsique Iovi etiam δ. vel saltem fando comp. π. comperuisti f. *δ. que vos* pro *quodque vos* O. *degeratis* O. *digeratis δ. Deorum* exulat a *δ. Stygiam* G. P. D. O. f. *φ.* Elm. Florid. *maiestatem* desideratur in *δ. credo* pro *cedo* G. D. *vernulam* Marg. Bas. 2. *sed protinus* F. 3. G. D. *O. f. δ.* In cett. codd. et edd. *et protinus*, quod equidem probo. *complexamque* G. D. pro *completamque* et ita etiam Modius coniecit. *festinat* F. 1. 3. G. D. O. P. *festinet* f. *festinatius* p. In cett. codd. et edd. vett. *festinanter.*

terum omnes codd. vel ipsae editiones veteres *speratque* praebent. Praeterea Stewech. emendat traiectis vocibus *quae sperasque te*, quod sine dubio errore typographi corruptum in *quae speras te* corrigendum est. Oud. cogitavit, *que* vel pro *quoque* hic poni, vel ex eo corruptum esse, subintellecta interrogationis particula *an*, ut millies in usu sit. De *que* et *quoque* conferri iubet Intt. ad Liv. V. 27. §. 1. Miscell. Observ. Nov. Vol. VIII. p. 38. Met. VII. p. 452. [Ea de significatione agit Wagner. ad Virg. Aen. IV. 629., qui Hotting. ad Cic. de Div. I. 3. Roth. in Seebod. *Neuen Archiv.* 1829. n. 22. p. 85. excitat cf. Boettich. Lex. Tac. p. 177. Duk. ad Flor. IV. 295. Intt. ad Cic. Tusc. IV. 13. T. II. p. 330 sq. Mos. IV. 37. p. 437. De hac vero significatione adhuc dubii sunt viri docti, quum ubique scripturae discrepantia appareat, et compendiis scribendi *que* et *quoque* facillime inter se commutari queant. Sed ut hoc verum sit, dubito an initio orationis *que* pro *quoque* usurpari liceat. Virgilii vero versus est hypermeter atque disiungendi sunt *ipsi* i. e. Aeneas cum sociis atque *nepotes* eius, quod apertissime indicat versus 627. *Nunc, olim, quocunque dabunt se tempore vires.* Equidem quamquam retinui particulam *que*, tamen quomodo recte explicari possit, nescio. Nisi, quod tamen valde dubitandum est, ironicam vel emphaticam, si ita dicere licet, significationem habeat (nostrum *O du thörichte unerfahrne Psyche, und du hoffst,*) quae inest in particula *et*, hunc locum intelligere nequeo.]

fando comperisti. [Duplicem huius gerundii significationem et activam et passivam proponunt iam veteres grammatici Diomed. I. p. 333. Putsch. et Prisc. VIII. 9. T. I. p. 396. Krehl. Conferri potest Bach. ad Ovid. Met. XV. 497., qui fusius de gerundii notione agit, *fando aliquem Hippolytum vestras, puto, contigit aures* Virg. Aen. II. 81. Cic. de Nat. Deor. I. 29. alia. cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 782. Eadem ratione Apuleius Apol. p. 396. *quis unquam fando audivit tam similem suspicionem.* p. 495. *quis enim fando audivit.* p. 564. *multa fando audisti.* Florid. p. 9. *ut fando accepimus.*]

per numina deorum. [*Numen* deorum tum potissimum commemoratur, ubi ad eorum mentem, studium ac potestatem respicitur cf. Virg. Aen. II. 623. Dr. ad Sil. I. 93. Bach. ad Ovid. Met. XI. 134.]

per Stygis maiestatem, Recte monet Oud., ferri non posse alteram lectionem *Stygiam maiestatem*, quia plus sit *Stygis maiestas*, quam *Stygia.* Eam enim modo ad Styga pertinere, non vero ipsius esse Stygis. Per Stygem iurasse deos notissimum est. cf. Intt. ad Minuc. Fel. c. 35. potissimum Ouzel., qui pro more suo p. 204. ed. Lugd. plurima compilavit.]

et protinus arreptam completum aquae festinat. Ita e codicibus optimis emendavi, qui habent *arreptam completamque festinat*, quod nullo modo defendi potest. Ante Oud. fere omnes edd. habebant *et protinus arreptam completamque festinanter*, haud sollicitis editoribus, unde accusativus ille pendeat. Floridus in paraphrasi explicat, *et statim captum implevit*, quamquam de lectione ipsa nihil

Digitized by Google

410 libratisque pinnarum nutantium molibus, inter genas saevien|tium dentium et

vibratis φ. *pennarum* f. *nutantium* G. D. O. φ. π. Heins. ad Ovid. Amor. II. 45. coniecit *natantium*. *micantium* f. *moribus* G. a m. p. *motibus* Heins. et Wass. coniecerunt. *dentium saevientium* p. δ.

admonet. Modius coniecit *complexamque*, quod etiam in G. extat, sed ita difficultas non movetur; Higtius nimis temere *eaque arrepta complexaque*. Prave vertit Rodius: *Stracks nimmt er sie aus ihren Händen und im Nu war sie gefüllt*, totamque difficultatem neglexit interpres francogallus: Et en même temps cet oiseau le prenant des mains de Psiché, vole etc. Hinc Oud., qui locum corruptum esse bene intellexit, emendat: *arreptam completum aqua festinat*, vel *festinat iter*. cf. ad Met. IV. p. 244, quod fraudi fuerit librariis supino iunctus accusativus, quem hic capere non potuerint coll. Terent. Eun. IV. 6. 15. Sanct. Minerv. III. 9. ibique Perizon. [cf. Eckst. ad Arist. Tom. II. p. 789. et 791. Eadem ratione Apuleius dixit Florid. p. 108. *eamque raptum festinabant*. Orellius, qui sententiam Oud. omnino comprobat, in eo tantum offendit, quod *aqua* partim hoc quidem loco otiosum sit, partim plurali hic semper utatur scriptor, et ita putat ortam esse particulam *que*, ut scripto semel *completam* participio *que* inculcatum sit. Haec vero displicent. Ad prius enim eius argumentum respici nequit, quum de tali abundantia certum iudicium non sit, ad posterius vero monendum est, *aquas* ubique poni *Stygias*, ubi de tota palude sermo est, *aqua* vero defendi posse de *aquarum* parte, quam in urnulam aquila excepit. At hoc praeterea mirum est, quomodo *que* tam tenaciter codd. adhaeserit et hic totus locus corruptus sit. Hinc equidem emendavi *aquae*, ut pro more Plautino hoc vocabulum ex Graecorum analogia genitivum adsciscat cf. Amphit. I. 2. 8. *Erroris ambo ego illos et dementiae complebo*. Menaech. V. 5. 3. *Parasitus, qui me complevit flagitii et formidinis*. Et ipse Cicero Verr. II. 5. 57. dixit *completus mercatorum carcer* et Apul. Met. III. p. 174. *turbae completa* et IX. p. 598. *aquae recentis completam pelvem*.]

libratisque pinnarum nutantium molibus. Primum bene defendit Oud. lectionem *libratis*, quae in cod. Fulv. in *vibratis* corrupta est, qua confusione fere nihil frequentius cogitari potest. cf. Arntz. ad Plin. Paneg. XIII. §. 1. Oud. conferri vult exempla, quae Pricaeus ad h. l. protulit, quibusque addit Dr. ad Sil. Ital. XV. 429. *Aurata puerum rapiebat ad aethera penna Per nubes aquila, intexto librata volatu*. Ovid. Art. Am. II. 68. *Inque novum timide corpora librat iter* Plin. X. 3. *Aquila librat sese ex alto* Virg. Georg. IV. 196. de apibus: *sese per inania nubila librant*. [Diversissimum est, quod viri docti constituunt, inter *librare* et *vibrare* discrimen. Arntz. ad Plin. l. c. ita explicat: *Librare* dicitur de eo, qui iactum teli meditatur, *vibrare* vero ipsum teli iactum indicat. cf. Heins. et Rubnk. ad Ovid. Heroid. III, 125. Melius Cort. ad Lucan. IV. 386: „*Vibrare* est agitare ferrum in manu, ita ut splendorem emittat oculosque videntium perstringat, quomodo solis radii ipsique gladii *vibrare* dicuntur; at *librare* dicuntur, quando iusto suo pondere iustoque modo emittuntur aut infliguntur aut ad certum iactum manu praeparantur.“ Oud. ad Lucan. IV, 40. *Librare* igitur *pennas* aves dicuntur, quae tam pari passu pinnis utrimque expansis sese per auras movent, ut quasi nare et pari pondere ferri videantur; id quod hic unice potest comprobari. Deinde *nutantium* vera est lectio, quam etiam Oud. tuetur. In aliis codd. est *mutantium*, quod hic ferri nequit, quamquam saepius hanc corruptelam in libris observari liquet, potissimum, ubi de rebus sermo est, quae pessumdantur et vacillant cf. Arntz. ad Plin. Panegyr. c. 5. §. 6. quosque ibi excitat Intt.] Heins. ad Ovid. Art. Am. II.

Digitized by

trisulca vibramina draconum, remigium dextra laevaque porrigens, no-

remigum Ald. Iunt. 1. 2. *dextra* F. 3. G. In cett. codd. et edd. vett. *dextera*.

45. emendat *natantium*. Verum quidem est, *nare* cum derivatis et compositis passim dici aves, ob similitudinem motus alarum et brachiorum et pedum in natante homine cf. Oud. ad Lucan. V. 554. Sil. Ital. III. 682. [Intt. ad Virg. Georg. IV. 59. Verum ne hoc intrudamus non solum cavet locus Florid. p. 5. *nutu clementium*, sed ipsa vocis significatio. *Nutare* enim hic de aquila dictum esse puto, qui sensim superne ad aquas delabitur. *Nutare* enim recte dicuntur pinnae moventium se volucrium, quomodo passim cristae in galeis, quae dextrorsum laevorsumque labuntur.] Praeterea Oud. coniecit cum Bentl. sic ad Callim. p. 437. legente in Catull. LXVI. 54. *nunigera impellens nutantibus aera pinnis: nictantium* [quod proprie de oculis, deinde de aliorum membrorum nisu usurpatur. cf. Fest. p. 184. Lind. Lucret. VI. 837. Doederl. Synonym. V. p. 170.] De *nutare* comparat Oud. Dr. ad Liv. IV. 38. Heins. ad Sil. I. 460. II. 398. XVII. 397. Burm. ad Calpurn. Ecl. II. 78. [cf. Dav. ad Minuc. Fel. c. 16. p. 83. Lind.] Hinc insuper patet, non opus esse, ut cum eodem Heinsio et Wasseo pro *molibus* legatur *motibus* quia *moveri* saepius pro *volare* poetis in usu sit coll. Ovid. Art. Am. II. 65. Burm. ad Luc. I. 587. Verum hoc loco ille *motus* iam exprimitur per *nutantes pinnas*. Ait autem *pennarum moles*, ut exprimat aquilae magnitudinem et pondus. cf. Graev. et Duk. ad Flor. I. 18. II. 6. §. 50. Barth. ad Claudian. in Rufin. I. 350. Burm. ad Val. Flacc. VI. 104. Sic Apuleius ipse dicit de aquila Florid. p. 8. *nutu clementi tota mole corporis labitur*. Utrumque iunxit Alcimus Avit. I. 32. *Elatae in coelo volucres motuque citato Pendentes secuere vias et in aëre sudo Praepetibus librant membrorum pondera pennis*. cf. Dr. et Heins. ad Sil. Ital. XVI. 46. Ita moles in universum de magno vastoque corpore cf. Obrecht. ad Dict. Cret. II. 43. [ubi fortasse *molestia* cum codd. retinendum est i. e. moleste, graviter.]

inter genas saevientium dentium et trisulca vibramina draconum. Recte satis explicuit hunc locum Beroaldus; *inter dentes aculeatos et trisulcas vibrantesque linguas draconum*. Sed tamen vulgarem lectionem se bene habere negat Oud., nisi statuatur hypallage pro *inter dentes genarum saevientium*. Verum vel sic scabram et frigidam esse locutionem nec Apuleianam idem existimat, ut ei dubium non sit, quin *saevientium* pertineat ad *draconum*, id quod iam ante se vidisse profitetur Heins. ad Sil. I. 425. et ad Ovid. Met. V. 450., qui hic eiecta voce *dentium* corrigit: *inter genuinos saevientum*. Passim enim *genuini* dicuntur pro dentibus genuinis. Oud. comparat Gell. III. 10. Burm. Anthol. Lat. Tom. I. p. 435. [cf. Cic. de Nat. Deor. II. 54. ibique Schol. Wyttenb. p. 767 Creuz. Gloss. Placidi apud Mai. Collect. Class. T. III. p. 467. *genuinorum dentium proprie ultimorum* i. e. novissimorum, quia in extrema gingiva in homine gignuntur novissimi. Gloss. Philox. p. 101. *genuini σωφρονιστῆρες* quod idem corrigendum est in Gloss. Vulc. p. 59. *genuini σωφρονιστήρεοι* et *genuinum ὀδόντα μύλην*, quod cum Oud. non in *μυλίτην* sed in *μύλον* emendandum est, vel etiam retineri potest, quum *μύλαι* in plurali sunt *μύλαχροι, μυλόδοντες, χραντῆρες*.] Sed retinet Oud. *inter genas* i. e. *maxillas*, quum crebro *genae* et *maxillae* confundantur coll. dict. ad Suet. Aug. 99. [Rodius vertit: *der giftigen Drachen Biss*, pessime interpres francog. entre les têtes des dragons. Ego lectionem retinendam esse putavi, quamquam insolens quid habeat. cf. Doederl. Synonym. VI. p. 208. Veteres enim *genae* dixerunt pro malis Plin. H. N. XI. 37.]

trisulca vibramina. [Nolo haec repetere, quod Forcell. de voce *trisulcus* protulit et Forbig. ad Virg. Georg. III.

Digitized by Google

lentes aquas, et ut abiret innoxius, praeminantes excipit: commentus, ob

nolentes F. 3. *n* littera ex antiqua correctione scripta, G. D. B. ed. pr. Vicent. Ald. Iunt. 1. 2. *volentes* F. 1. *δ*. Beroald. Bas. 1. Scriv. *molentes* Venet. 2. De reliquis codd. Oud. nihil monet. *praemonentes* B. Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 4. *praeminantes* p. P. teste Elm. Colin. Bas. 1. Brant. Pric. ed. pr. Vicent. *minantes* G. D. *π*. O. et P. teste Oud. praeterea F. 3. sed ex antiqua correctione. *praemirantes φ*. *mirantes* R. *f*. *δ*. *potantes* F. 1. *commentusque* F. 3. B. *commentus* F. 1. G. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. Vulc. 2. *commetus* D. *commentum* O. *commenta* Iunt. 1. 2. Ald. *commeatus δ*. *excepit* Al.

439. ex eo compilavit. Sufficit monere, Virgilium anguibus trisulcas linguas tribuere et Plin. Hist. Nat. XI. 37. 65. idem testari.]

nolentes. Quum lectio *volentes* vel *molentes*, quam nonnulli codd. praebent, nec ipsa *nolentes* Oud. sufficiat, elegantissima coniectura *violentes* locum sanare studuit. Nam si voluissent hauriri aquae, non praeminatas eas esse autumat, sed et si *noluissent* plane excipi, non potuisse eas haurire aquilam. Rarior sane terminatio vocis *violens* pro *violentus* fraudi esse poterat librariis et editoribus. cf. Hor. Od. III. 30. 10. ibique Peerlkamp. *Violens Aufidus* Mart. Capell. I. §. 15. p. 48. Kopp. *violensque rapiditas*. Nec aliter legendum putat Oud. in Gloss. Cyrill. p. 410. *βίαιος violentus, violens* (pro *violans*) et apud Seren. Sammon. 47. ex codd. Reg. et Voss. *violens natura medelae*. [In Miscell. Observ. Vol. II. T. III. p. 452. Oud. haec coniectura nondum in mentem venerat, quum ibi *nolentes* comprobet. Iisdem verbis commendat hanc lectionem Burm. ad Anthol. I. p. 85., ubi recte ex cod. Thuan. legendum est: *Occubuit telo violentis victus Achillis*. Nec me impedit, quod Dr. ad Liv. IX. 34. §. 9. hanc formam in prosaicis scriptoribus obviam sibi non fuisse testatur, quum ex analogia *opulentus* et *opulens* al. dicatur, de quibus cf. Burm. ad Lucan. VII. 125. Ceterum Oud. secutus est editor Goetting., sed Orellius in edit. sua *nolentes* recte restituit. Primum enim nego, *violentem* unquam dici posse Styga, id quod Oud. ex loco Ovid. Fast. III. 802. demonstrare sibi visus est *Parcarum monitu Styx violenta trium*, quamquam hic non de flumine ipso sed de toto Tartaro cogitandum est. *Violens* enim is tantummodo fluvius potest nominari, qui summa cum rapiditate volvitur, torrens. Quomodo autem hoc de Styge comprobaveris? Illa enim palus est limosa et tarde procedit cf. p. 406. *proximam convallem latenter incidebant dextera laevaque cautibus cavatis proserpunt*. Tum *nolentes* bene potest ferri. Primum enim quum aquila fluvio appropinquat, inde aquam haustura, magna cum vi ille resistit, idque fieri *non vult*, vel minis eam ab incepto deterrere conatur; quum vero se iussu Veneris venisse commenta ales esset, *facilior ad eum erat adeundi copia*, ut ipse Apuleius dicit, et hoc mendacio deceptus aquam hauriri passus est quamquam hoc Apuleius postposuit. Ita omnia bene procedunt. Interpretes eo tantum falsi sunt, quod in seqq. fluvium facilem mitemque fuisse legitur, ut quomodo hic *nolens* dici posset, non intelligerent: Hinc nata est emendatio *volens*. Praeterea Oud. emendat *monentes*, quod propter seqq. non placet, vel *vocales*.]

ut abiret innoxius. *Innoxius* quum duplici ratione intelligi possit de eo, qui non nocet i. e. intactis aquis, vel cui non nocetur i. e. illaesus a draconibus, Floridus bene posterius praetulit, et constat, *innoxius* passiva significatione saepius inveniri cf. Met. IX. p. 664. *desiderat innoxius* ubi cf. Observandum vero est, *innoxius* et mox *commentus* masculino genere dici, quum supra auctor dixerit *ales illa* feminino, quod cum Florido non ad epicoenum genus referri debet, cuius ne unus quidem afferri potest ex veteribus scriptis exemplum, sed ad mutationem quandam generis, quae non raro in Apuleio observari licet cf. ad Met. IV. p. 277., ubi *perditorum* legitur, quum proxime

Digitized by Go

iussum Veneris petere, eique se praeministrare. Quare paulo facilior adeundi fuit copia.

CAPUT XVI.

Sic acceptam cum gaudio plenam urnulam Psyche Veneri citata retulit. | Nec tamen nutum deae saevientis vel tunc expiare potuit. Nam sic eam maiora 411
atque peiora flagitia comminans appellat renidens exitiabile: Iam tu quidem

missum pro *iussum* p. [cf. Burm. ad Petron. c. 123. Liv. II. 49. §. 3. et Intt. ad III. 4. §. 11.] *quia* pro *quare* B. *felicior adeundi* f. *faelicior* alii teste Elm. *faciliori* D.

urnulam F. 1. 3. G. D O. f. Iunt. 2. quod restituit Elm. cum Scriver. et Florido. In cett. codd. et edd. legitur *urnam*. Sed hoc deminutivo Apuleius semper usus est in hoc quidem vasculo Psyches designando cf. supra p. 405. *confestim deferto urnula*. p. 408. *cedo istam urnulam*. Quod in P. legi ait *plena urnula*, id excerptis ad marg. ed. Colv. non comprobatur, quae *urnulam*, ut in ceteris est codd., praebent. *Veneris* O., qui idem error p. 404. conspicuus est in cod. π.: *auri mollitie congestum gremium Veneri reportat*. *cita* O. φ. D. *saevientis* omittitur in B. *vel* abest ab O. *tunc* non comparet in R. f. *expirare* inepte f. *ridens* G. D. δ. f. O. π. Incert. In cett. *renidens*. *ain* pro *iam* f.

ferarum antecedat. Melius iam Beroald. cogitatione addidit: *armiger Iovis*, ut hoc genus explicaret. [Sed haec interpretandi ratio quum Oud. non satisfaciat, coniecit pro *innoxius*: *inde ocius*, quod Orellius in textum recepit, quamquam, ut ipse dicit, coniectura ab Oud. non sit recepta, quod fieri non potuit, quum non ipse sed Ruhnken. contextum constituerit. Ruhnken. vero in eo erravit, quod *innoxius* retinuit, *commenta* vero de Oud. sententia ex edd. Iuntinis et Aldina reposuit. Utrumque enim aut comprobare aut reiicere debebat. Sed quamquam Oud. largior, saepius *ociter* et *ocius* apud Apuleium legi, quod exemplis confirmare non opus est, tamen coniectura plane supervacanea est. *Innoxius* et *commentus* suis locis stare malo.]

praeminantes. Ex tanta lectionum farragine hanc cum Oud. praetuli, quae non solum vestigiis optimorum codd. stabilitur sed etiam propter usum Apuleii praestat cf. Met. V. p. 353., ubi cod. Dresd. a m. s. etiam *minatur* habet et VIII. p. 563., ubi tamen lectio est diversissima. Brant. comparat Isidorum in Orig. X. 177. *minator est monitor, sed monitor dicitur, cum pronunciat bona, minator, cum nunciat adversa. Praemonere* quae scriptura inde a Beroaldo intrusa est editionibus, interpretamentum potius esse apparet vocabuli *praeminandi*, quod quantum scio, Apuleii et Tertulliani proprium est. Pro *potantes*, quod Florent. 1. habet, Oud. emendat *perorantes*, quod sane ingeniosum est.

Cap. XVI. *Veneri citata retulit*. Oud. haecce adnotat: Si haec lectio sana est, non erit capienda, quasi introvocata esset a Venere in cubiculum, postquam advenerat, sed cum Florido *festinans*, ut sit pro *incitata*; quomodo Caesar ait B. C. IV. 10. *citatus fertur Rhenus* Liv. I. 57. *citatis equis* Apul. Met. X. p. 742. *citato et intorto genere* et Florid. p. 40. *O praesidum optimorum citata curricula*. ibid. Nro. X. *citatis equis*. Hinc non opus est, ut cum Pricaeo rescribamus *citatim*, quamvis et hoc adverbio sit usus Hist. B. Afr. c. 80. *In eum locum citatim contendit*. [Eo magis mirum est, cur Oud. praeplaceat lectio *cita*, quae mihi glossema tantummodo videtur esse participii *citata*, saepe apud veteres obvii. cf. Buen. ad Lact. II. 14. §. 14. et lexica, quae multa huius significationis exempla praebent. Si quid mutandum est, ego malim *citato*. Orellius *citata* bene retinuit.]

renidens exitiabile. Quamquam multi codd. *ridens* habent, quod ex loco Met. VI. p. 404. *subridens amarum* aliisque scriptoribus possit comprobari, secutus tamen sum cum Oud. auctoritatem optimorum codd. et *reni-*

magna videris quaedam mihi et alta prorsus malefica, quae talibus praeceptis meis obtemperasti naviter. Sed adhuc istud, mea pupula, ministrare debebis. Sume istam pyxidem (et dedit protinus) et usque ad Inferos et ipsius Orci

quidem mag. videris F. 3. G. D. In cett. *quidem videris mag.* *maga* P. *β. δ. π.* et Florent. testibus excerptis in marg. ed. Vulc. 2. Iunt. 1. 2. Aldin. Colin. In cett. est *magna* ut in F 1. (teste Lindenbrogio) 3. B. G. D. *quaedam* abest a R. *f.* *et* ante *alta* non comparet in Iunt. 1. 2. Ald. *alta* Mss. ut F. 1. 3. G. D. B., quos equidem conferre potui et omnes edd. vett. *alte* inde a Wower. sequentes interpretes reposuerunt. *cata* pro *alte* extat in Vulc. 2., quae coniectura est Scaligeri. *malefitis* D. Venet. 2. *naviter* F. 3. G. D. In cett. *gnaviter*. *graviter* extat in p. Venet. 4. Paris. Basil. (neque vero in G. ut excerpta Oud. praebebant.) *ista* pro *istud* p. *mea pupilla* G. P. D. *papula* O. (*puplila*, quod in suis excerptis G. Oud. invenit, ibi non extat.) *pissidem* G. D. *et dedit* abest in F. 1. quod punctis subscriptis a Lindenbrogio indicatum est. *et* ante *usque* abest in D. Vicent. *Oreis* p.

dens scribo, quod optime exprimit iratae et despicientis Veneris risum et aliquoties in *ridens* est corruptum, ut iam vidimus Met. I. p. 119. ubi cf. adnotata mea. Sic Tacit. Ann. IV. 60. *Tiberius falsum renidens vultu* et Sil. Ital. XIII. 375. *Torvum et furiale renidens.*

magna quaedam mihi et alta prorsus malefica. [Haec lectio est optimorum codd., quam diversissima ratione editores emendarunt, ut Colvius, qui *maga quaedam mihi cata prorsus* vel *atra prorsus* maluit; Wower.: *maga quaedam mihi et alte prorsus.* In emendatione *maga* omnes, quantum scio, recentiores editores consentiunt, quod equidem reiicio. Qua enim in re differunt *maga et malefica*, id est *venefica*, ut apud Tertull. de pudic c. 7. *in ministerium alienae idololatriae maleficas artes* (ubi vulgo habent *aliquas* ego *magicas* emendo.) Elm. vult legi? *Maleficus* hac quidam incantatoris, magi significatione potissimum ICtis in usu est. Ita *malas artes* cantamina dicit Apuleius Met. II. p. 96., ubi etiam de *malefica* aliquid monui. Quod quum non intelligerent interpretes, sententiam loci ceteram bene percipientes, emendarunt *maga*, quum praesertim utraque vox in codd. saepius confundatur Met. III. p. 213. At ibi demonstratum est, *magnus* i. e. potens, pollens potissimum ad magiam eiusque vim praesentissimam referri. Deinde in voce *alta* haerent omnes interpretes, et ipse Oud., quem Orell. sequitur. Oud. comprobat Wower. emendationem *alte*, quod explicat *πάνυ omnino valde* coll. Pric. et Virg. Aen. IV. 145. Vell. II. 35. Wopkens. Misc. Observ. VIII. p. 44. Primum vero dubito, an *alte* in universum ita usurpari liceat, quum omnes, quos equidem conferre potui, loci semper ad rei profunditatem spectent, et vel de longinquitate remotissima vel de animi commotionibus, quae quanto altiores sunt, eo graviores et maiores esse solent, metaphora nusquam neglecta sermo sit. Deinde ut *alte* simpliciter pro *valde, ommino* dici possit, quid tum sibi vult adverbium *prorsus*, quod eandem significationem habet? Hinc commoveor, ut *altus* retineam, quod duplici ratione explicari potest, aut ut sit *excellens, praestans* cf. Cic. de Finib. III. 8. *vir altus*, aut *tectus* et *simulans*, ut Vopisc. Numerian. 14. *Denique ut erat altus, risit et lacuit*, i. e. *tectus, simulator*, cf. Sall. Iug. 95. §. 3. *Sulla ... ad simulanda negotia altitudo ingenii incredibilis*, ubi cf. Kritz., qui aliquot veterum locos profert. Posterior huius loci explicatio mihi magis probatur.]

pupula. [De hoc deminutivo in blandientis oratione obvio cf. Stewech. ad Arnob. VII. c. 8. Tom. II. p. 403. Orell. et p. 144. ed. Lugd. Spanh. ad Iul. Caes. ed. francog. p. 249.]

et dedit protinus. Male vulgo haec verba uncinis sepiunt, cum certo certius *sume et te dirige* sint copulanda. Hinc melius *dedit protinus* modo circumscribuntur a Bas. 2. *Et dedit* a Scriver. Optime vero, quod non advertit rite Elm., exaratur in Flor. *Sume istam pyxidem*

ferales penates te derige. Tunc conferes pyxidem Proserpinae: Petit de te Venus, dicito, modicum | de tua mittas ei formositate vel ad unam saltem dieculam 412
sufficiens. Nam | quod habuit, dum filium curat aegrotum, consumsit atque [180]
contrivit omne. Sed haud immaturius redito, quia me necesse est indidem delitam theatrum deorum frequentare.

poenates Vicent. *diriget* P. D. f. ∂. p. *deriget* F. 3. G. *T* littera adhaesit ex sequenti vocabulo *tunc*. In cett. est *dirige*. *conferes* F. 3. R. ∂. π. et omnes edd. vett. usque ad Bas. 2. *cum feres* φ. In cett. codd. quos equidem vidi extat *conferens*. Quid sui praeterea codices praebeant, Oud. dubius est. *a te* pro *de te* G. P. D. f. R. *ad te* O. *modicum mittas ei de tua formositate* p. ∂. *dieculam* G. P. D. *sufficiente* F. 1. *iam quod* ∂. *carat* pro *curat* G. *caret* D. *haud* abest a G. P. D. *immaturis* G. P. D. *aũi maturius* extat in p., unde vir doctus coniecit *audi: maturius redito*. Salmasius adlevit *audi: immaturius*. *immaturus* Vicent. *reddito* G. P. *redido* D. *delitam* F. 3. G. O. f. *delictam* P., quod etiam excerpta ad marg. edit. Colv. comprobant. *delicto* D. *delibutam* B. p. ∂. ex glossemate. *delinatam* Bas. 1. 2. *delinitam* ceteri codd. habent et omnes vett. edd. cum seqq..

protinus, et usque. Verum tamen malim cum Oud. vel sic retinere et uncis includere, *et dedit protinus*, quia optimi codd. id servant. Ieiunum enim videtur esse Oud. argumentum, necessario hic haec verba esse apponenda, quia alioquin nusquam legatur, pyxidem a Psyche fuisse acceptam. Talia bene possunt omitti, praesertim si ex toto sententiarum nexu possunt subintelligi.]

derige. [Hanc lectionem retinui, quia ab optimo cod. Florent. 3. et Guelf. 2. confirmatur. Extat id verbum apud Lucret. VI. 824, ubi codd. variant cf. Forcell. s. h. v. et s. v. *derivo* n. 2. Forsitan non temere posuit hoc verbum Apuleius, quia ad inferos descendere Psychen Venus iussit.]

tunc conferes. Quia in longe plurimis codd. legitur *cum feres*, id huic loco substituere vult Oud., quem etiam latinitatis ratio dubium reddit, an unquam *conferre alicui* pro *tradere rem unam* usurpatum sit. Nam plura congesta recte dici *conferri* ut Vell. I. c. 9. Suet. Aug. 31. Dr. ad Liv. V. 25. Wopk. Misc. Obs. Vol. VIII. p. 24., et ita semper in usu id esse apud Apuleium Met. II. p. 124. *spolia populorum conferat mari*. VII. p. 449. *fortuna suas opes ad indignos conferat.* [Sed *conferre* idem saepius est, quod *afferre* ut Plin. H. N. XXXV. 15. 50. *sulphur confert candorem*, quamquam huic rei non ita multum potest tribui, quod plane alia est significatio. Fortasse *conferre* ex analogia vocis *conclamare* potest defendi, quod notum est saepius pro simplici *clamare* in usu esse: cf. Tac. Hist. III. 29. al. Si quid mutandum est, velim legi *obferes*. At Oud. iam bene intellexit, istud *cum feres* orationis concinnitati minus convenire, unde ipse emendat *eam ferens*, quod tamen nimis ieiunum videtur esse. Ego contra Mss. nihil muto. Futurum hic excipit imperativum, de quo usu supra iam vidimus ad p. 405. *deferes*.]

petit de te. [cf. Hand. ad Turs. T. II. p. 192: qui plura huius constructionis exempla profert, et quae dicam ad Met. VIII. p. 583. Met. II. p. 133.]

haud immaturius redito. [Si plures codd. addicerent, *haud*, quod a nonnullis Mss. omittitur, exulare iuberem. Saepius enim videtur Apuleius, ut iam ad Met. I. p. 56. comprobavi, vocabula cum *in* privativo composita ita usurpare, ut vim habeant intensivam, ut *immaturus* sit valde maturus. Sed a Codd. ubique standum est.]

delitam. Variant codd. inter *delinitam* et *delibutam*, quum *delinatam*, quod est in utraque Bas. 1., non sit nisi corruptela typothetarum pro *delinitam*. Roaldus male emendavit *delineatam*. *Delibutam* placet Oud. cum Sciopp. et Pric. coll. Florid. p. 94. *Iam os ipsius unguine odore delibutum* Auct. ad Herenn. III. 22. *rubrica delibutum inducamus* Salm. ad Solin. p. 147. Intt. ad Horat. Epod. XVII. 31. Et ita saepius utitur Apuleius sensu metaphorico: ut *gaudio, laetitia delibutus*. [Sed contra Mss. hic nihil mutandum est. Nam eodem modo dicit Apuleius Met. VIII. p. 578.

Digitized by Google

CAPUT XVII.

Tunc Psyche vel maxime sensit ultimas fortunas suas, et velamento reiecto ad promptum exitium sese compelli manifeste comperit. Quidni? quae suis pedibus ultro ad Tartarum Manesque commeare cogeretur. Nec contata diutius

expelli pro *impelli* B. *quid tum* π. *tarearum* D. *manesque* D. *commeare* F. 3. G. D. π. In cett. libris et edd. vett. est *demeare*. Etiam Orell. habet *Contara* Elm. vitione pro *contata*. *Concta* Venet. 2.

farre .... pigmento deliti et Cels. III. 19. *delinendus homo est vel gypso vel argenti spuma*, ubi unguendi significationem habere apparet, ut hinc efficiatur, glossam tantummodo esse vocem *delibutam* rarioris vocabuli, *delitam*, quod hac quidem significatione in his tribus locis legi monent lexica.]

Cap. XVII. *suis pedibus ultro* [Mirum est, quomodo interpretes in hoc adverbio *ultro* non offenderint, cum non sua sponte sed coacta ad Manes Psyche pergeret. Duplex est explicandi ratio, ut *ultro cogeretur* per oxymoron dictum sit, ut Met. V. p. 356. et VII. p. 462. *dirite centunculo*, aut ut *ultro* pro *insuper*, *praeterea* sumatur de Psyche, quae non solum ad mortem cogitur, Tartarum aditura, ex quo nullus homini reditus pateat, sed etiam suis ipsius pedibus mortem quaesitura, quam aspernatur. Cf. de significatione huius adverbii Cort. ad Lucan. III. 498. Arntz. ad Plin. Panegyr. c. 6. §. 4. p. 38. Wagn. Quaest. Virg. XXVII. 1. Intt. ad Virg. Georg. IV. 204. Quid vero Rodius sibi velit vertens: *der Befehl zum Tartarus zu wandern und zu den Manen, ist überall nur eindeutig*, non intelligo.]

ad Manes. [*Manes* hic pro Tartaro de loco dictum est, quo Manes comprimuntur. cf. Intt. ad Virg. Aen. IV. 387. *et haec Manes veniet mihi fama sub imos.*]

commeare. [*Demeare*, quod in nonnullis codd. legitur, glossam esse puto vocabuli *commeare*, quod interpretes non exspectabant, quum Psyche *deorsum* pergeret ad Orcum. Sed quum *commeare* non solum de eo usurpetur, qui interprete Festo p. 136. Lindem. ultro citroque it, sed de quocunque itinere usurpetur, ut *commeatus* teste eodem l. c. tempus sit, quo ire et redire commode quis possit, hic cum optimis codd. lectionem retineo. Nam si quis ad Tartarum missus est, eum deorsum proficisci apparet, ut addi hoc per praepositionem necessarium non sit. Ita dicit Apuleius Met. VI. p. 416. de mortuis: *cymba deducit commeantes.*]

pergit ad quampiam turrim. Veteres editiones secutus Colvius praepositionem omisit, locutiones *pergere iter*, *civitatem* alias comparans. Sed recte vituperat eum Oud., qui sibi dari unum exemplum cupit, ubi *pergere civitatem* legatur. Nam aliud est *pergere iter* s. *porrigere*. cf. ad Met. III. p. 123. Istud vel simile substantivum in *pergere* semper intelligitur, quocum auctor semper cum aliis, nisi ubi sequitur proprium loci nomen, praepositionem iungit, ut *pergere ad balneas*, *ad Oceanum*, *ad scopulum* et p. 414. *iam canale directo perges ad ipsam Orci regiam.* Hinc cum Oud. iudico, recte ab Elm. revocatam esse praepositionem. [In eo vero erravit Orellius, quod praepositionem *ad* omitti dicit in codd. tantum non omnibus. Quum enim Oud. dicat: Iudico cum Elm. revocandam esse praepositionem, exulantem ab edd. Iunt. utraque, Ald., Colv., Wow. Pric., adstipulantibus praeter priores aliasque. Edd. Mstis Florent. d'Orv. Pal. Bert. Oxon. Fux. Pith. Guelf., non indicat, hos codd. adstipulari edd. Iunt. sed sententiae Elm., qui revocaverat praepositionem. Et ipsi mihi oculis persuasum est, in Fl. 1. Guelf. Bert. *ad*

pergit ad quampiam turrim praealtam, indidem sese datura *nunc* praecipitem. Sic enim rebatur, ad inferos recte atque pulcherrime se posse descendere. Sed turris | prorupit in vocem subitam et: Quid te, inquit, praecipitem, o misella, 413

pergit quampiam turrim, deleta praepositione *ad* habent Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 2. Colv. Vulc. 2. Wow. Pric. Sed *ad* legitur in F. 1. 3. G. P. B. O. p. f δ. Primus Elm. *ad* in editionibus restituit, quem posteriores secuti sunt. In cod. D. pulcre haec turris, in monte arduo sita in margine depicta est. *sese* F. 1. 3. Elm. Scriv. Floridus *se id datura* Iunt. 2. (unde fortasse emendari possit *se deditura*). *daturam* F. 1. 3. G. P. D. O. R. f. *videlicet se datura* extat in δ., unde Oud. correxit *videlicet sese datura inde praecipitem*. Sed iam praecessit *indidem*. *enim* exulat a P. *rebar* D. *reebatur* G. *rebatur vel ad Inferos* δ., quod Ruhnken. perperam in textum recepit, quem Orell. secutus est, quum nullus cod. alius nec editio ita habeat. Ego expungendam esse particulam *vel* putavi. *ac Inferos* Venet. 4. vitiose. *recte* F. 1. 3. G. D. p. δ. et omnes edd. vett. Elm. Vulc. 2. In cett. *recta*, quod inde a Pricaeo nonnullae edd. receperunt. *prorupit* F. 1. 3. G. D. O. P. f. Elm. Scriv. Florid. In cett. extat *prorumpit*. *et quid te* F. 1. 3. G. P. D. Elm. Scriv. Florid. *et qui te* B. *et* inde a Bas. 2. exulat in nonnullis editionibus usque ad Elm. Quid in ceteris, quos equidem comparare non potui, codicibus legatur, non constat, quum Oud. tantummodo pronuntiet, in plerisque Mss. *et* particulam inveniri. *de quid te* Venet. 2. *ecquid te* Vulc. 2. *praecipitem* F. 1. 3. G. P. D. O. π. δ. f. In cett. legitur *praecipitio*, quod etiam omnes edd. occupavit. *o misella* F. 1. 3. G. D. O. f. An in ceteris legatur, codd., qui *praecipitem* habent, non apparet. Sed verisimile est, quum hic tantum intelligi queat, quomodo scriptura *praecipitio misella* exorta sit, quae in cett. est.

legi. Sed defendi possit haec scriptura loco Mart. Capell. II. §. 141. p. 191. Kopp., ubi plurimi codd. legunt: *quo e terris illam coelum pergere .... edoceret*. At sine dubio hic praepositio omissa est ante *coelum* propter litteram *n* prioris vocabuli ultimam.]

indidem sese datura nunc praecipitem. [Quum in plerisque codd. legatur *daturam*, emendavi *datura nunc praecipitem*, quod compendio scribendi *nc* facillime corrumpi poterat, ut praecedenti vocabulo adhaereret. *Nunc* enim iungitur interdum cum verbis futuri temporis ut Catull. VIII. 16. *quis nunc te adibit? quem nunc amabis?* Cf. quae fusius exponit Wagn. ad Virg. Aen. I. 365. *Nunc* consilium Psyches indicat, quae quum prius impedita esset, ne vita sese privaret, praesenti tempore ad idem relabitur, de salute sua omnino desperans.]

recte atque pulcherrime. Recta, quod in nonnullis codd. legitur, iam occupavit Pricaeus ad Met. I. p. 55.: *Tu mihi ad Inferos festinanti* et Oud. probatum est, qui comparat Met. V. p. 346. *recta de navibus scopulum petunt illum* Met. VIII. p. 543. *recta monumentum mariti contendit* (ubi tamen in optimis codd. omittitur.) Met. IX. p. 671. *concito gradu recta festinat ad civitatem* (ubi vulgo *recte* legunt.) et saepius. [Sed defendi potest *recte* pro *recta ria recta linea* ex Cic. de Fin. I. 6. §. 20. *aliae atomi suo nutu recte feruntur* Cic. Epist. ad Attic. IX. 4. §. 3. *Si enim recte ambulaverit is* et eis, quae profert Vales. et Wagn. ad Ammian. Marcell. XV. 7. §. 3. Tom. III. p. 142. Sed ipse adhuc dubius sum, an ita dici liceat, quum ubique lectionis sit discrepantia, vel locus emendandus vel alia ratione explicandus sit. *Recte* hic adverbium esse puto significatione *tuto*, *sine periculo*. Cic. ad Fam. XIV. 14. §. 1. *Si ille Romam modeste venturus est, recte in praesentia domi esse potestis*, vel explicari *optime*, facillima qua fieri potuit et longe pulcherrima ratione. Hinc *recte* cum optimis codd. in textu reposui. Observandus est malus sonus, qui cumulatione litterae *E* in vocabulis *recte atque pulcherrime sese posse descendere* oritur.]

Et quid. Ita cum Mss. plerisque et Eld. ante Bas. 2. Elm. Scriv. Florid. reposuit Oud. distincte a *quid*. Nam si *ecquid* inretim legas, abundat *inquit*. Constructio autem est: *prorupit et inquit, quid te, o misella*. Ex qua repetitione pronominis *quid* liquet etiam, non admittendam esse scripturam Bertin. codicis, *et qui*, i. e. *cur*, quam praeferebat Scioppius. [De nostro loco agit Cort. ad Lucan. III. 38.]

praecipitem, o misella. [Quum optimi codices ita scribant, non dubitavi hanc

quaeris exstinguere? Quidque iam novissimo periculo laborique isto temere succumbis? Nam si spiritus corpore tuo semel fuerit seiugatus, ibis quidem profecto ad imum Tartarum, sed inde nullo pacto redire poteris. Mihi ausculta.

CAPUT XVIII.

Lacedaemo Achaiae nobilis civitas non longe sita est. Huius conterminam

quid iam O. P. (teste Oud., sed in excerptis ad marg. ed. Colv. non *que* istud, sed *que iam* exstat.) *Iam* non comparet in f. *isti* Iunt. 2. Ald. Colin. Perperam. Nam veteri terminatione *isto* saepe usus est Apuleius cf. ad Met. V. p. 378. *isto meo pectori. incumbis* F. 1. (teste Lindenbrogio non *incumbis*, ut Oud. habet.) *corporis tui* R. f. *te iugatus* G. P. D. *in nullo* f. *absculta* Vicent. Venet. 2.

Lacedaemo F. 3. G. D. P. ð. f. In cett. codd. et edd. *Lacedaemon. achaye* G. *achaix* D. *nobilis* non comparet in P. *contermina* F. 3. G. P. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) quam *m* litterae omissionem Oud. morem cod. G. perperam nominat. *conterinam* D. In cett. extat *conterminam*.

lectionem restituere, quam Oud. duplici ratione reiicit, primum quod modo antecesserit idem adiectivum *se datura praecipitem*, tum quia substantivo *praecipitium* aliis quoque locis Apuleius usus fuerit, coll. Met. II. p. 122., ubi eadem lectionis est discrepantia IV. p. 291. *laqueus aut gladius aut certe praecipitium procul dubio capessendum est* [cui adde Met. V. p. 367. *ne te rursus praecipitio vel ullo mortis arcessito genere perimas*, ex quo loco librarius quidam nostrum locum videtur corrupisse VI. p. 402. *sed requiem malorum praecipitio fluvialis rupis habitura* Met. IX. p. 629. *ad suae fidei praecipitium.* At sine dubio offenderunt in locutione *praecipitem se exstinguere*, quae sane quid inusitati habet. Oud. enim argumenta tam futilia sunt, ut nemini persuadere unquam queant. Ad prius enim monendum est, saepius idem vocabulum repeti apud Apuleium ut apud alios cf. Met. II. p. 122. *utroque regimine amisso — et nos omnibus amissis.* p. 124. *ferat — conferat.* Cort. ad Lucan. I. 24. Burm. ad Prop. I. 7. 23. Wopk. Lectt. Tull. I. 13. p. 77. Heusing. ad Cic. de off. I. 21. 73. Dr. ad Liv. I. 3. 9. Wolf. ad Suet. Aug. 72. Posterius vero argumentum nullius momenti est. Nam quod saepius eo vocabulo usus est auctor, non consectarium est, ubique eum idem usurpasse.]

si semel. [cf. Met. III. p. 218. *cum semel avem talem induero.* De significatione huius adverbii, quod nostro *ein für allemal* respondet cf. Hess. ad Tacit. Germ. c. 19., qui Dúk. ad Flor. II. 12. Burm. ad Quint. I. 2. et Declam. VI. p. 129. excitat; Bach. ad Ovid. Met. XIII. 101.]

Cap. XVIII. *Lacedaemo.* [Hoc quoque loco terminationem in *o* praetuli, quia ab optimis codd. defenditur. Ab regula enim grammatices certa est, quam bene Heind. ad Horat. Sat. II. 3. 154. ita proposuit: Ubiubi graeca substantiva in ων in genitivo terminantur ωνος vel ονος Latini praeferunt formam *o*, ubi vero genitivus desinit in ωντος vel οντος, Latini quoque *on* terminant. Haec eius regula Oud. sententiae plane adversatur, qui semper Graecorum substantiva in ων Latinos per o expressisse non solum ad nostrum locum, sed etiam ad Met. I. p. 41. adnotavit. Alia cf. ad Met. IV. p. 308.]

Huius conterminam, deviis abditam locis quaere Taenarum. [Locus sine dubio mendosissimus, quia optimi codd. *contermina* et *abdita* praebent. In feminino enim genere non offendo, quod alio Apuleii loco Met. I. p. 7. et Lucan. IX. 408. stabilitur, ut dubitare de eo Oud. ad Apul. l. c. non debuerit. Librarios quoque non miratos fuisse, indicat, quod ne unus quidem hominum emendare conatus est. Hoc praeterea largior, *contermina* et *abdita* omissa virgula in codd. potuisse exoriri, sed hunc errorem tot codices permanasse non probabile mihi est. Hinc coniicio, prius *Taenara*

Digitized by Google

deviis abditam locis quaere Taenarum. Inibi spiraculum Ditis et per portas hiantes monstratur iter invium; *cuius | te limine transmeato simul commiseris, 414

de deviis D. *abdita* F. 3. G. D. P. *additam* ed. pr. Vicent. Venet. 2. In cett. *abditam*. *abiectam* Paris. *quem* pro *quaere* vitiose *d*. *Tenasum* P. D. *te nasum* G. *Ternariis d*. *et* ante *portas* abest a B., uncis inclusum per Elm. et Scriver. *iter imum p*. *iter inunum* G. D. P. (neque *inimum*, inter quod utrumque dubius est Oud.) *limine* F. 1. 3. G. P. O. R. f. B. et omnes edd. vett. Elm. habent. In cett. est *limite*. *transmeato* F. 1. 3. G. P. R. *d*. O. *f*. p. D. Wower. et seqq. edd. In cett. *transmeatam* ut B. et edd. vett. Elm. *viae* abest ab omnibus codd. et edd. *simul te*. Prave pronomen repetitum est in edit. Florid. *simul quovimiseris d*.

fuisse scriptum, quae pluralis forma rarior est, et ab uno tantum, quod sciam, loco Senec. Troad. 406. potest comprobari *Taenara et aspero regnum sub domino*. Aliter emendari possit *contermina et abdita Taenari*. De *Taenaro* cf. Munk. et Stav. ad Hygin. fab. LXXIX. p. 153., ubi *per insulam Taenariam* non sollicitandum est, quum *insula* hic *promontorium* sit. Meurs. Lacon. IV. 11. p. 289 sq. 293. Pausan. III. c. 25. Burm. ad Anthol. T. II. p. 547.]

Ditis spiraculum. [cf. Virg. Aen. VII. 568. *Hic specus horrendum, saevi spiracula Ditis*, unde depromsisse sua Apuleius videtur cf. Intt. ad h. l. Item dixit Solin. c. 7. *In Laconica spiraculum est Taenaron*. Plin. II. 93. 95. Intt. ad Petron. 120. v. 69. Apul. de Mund. p. 328. *sive illa, ut poetae volunt, Ditis spiracula dicenda sunt* Barth. Advers. XXIII. c. 2.]

iter invium. Ad Statii Theb. V. 97. *Taenariae portae* et II. 31. testatur Barth. in suo codice legi, *iter iter invium*. Hinc coniecit *iter retro invium*. Scilicet quia istud iter non videtur dici posse *invium*, per quod directo canali quis deveniat ad Orci regiam. Verum nec dici potest *retro invium*, cum sane retro sit pervium, quo ad hanc lucem posset redire. Nam alioquin fatidica turris Psychae non monstrasset hanc viam. Quocirca Oud. opinatur, *invium* hoc loco capi oportere, ut Floridus bene exposuit, pro infrequenti, insolito, quaque raro quis it sive *avio*, cum qua voce saepe confundatur. [Sed Barthius, cuius tamen Ms. fides non habenda est, quia saepius lectiones ad ingenium suum demonstrandum excogitavit, respexit ad locum Virgil. Aen. VI. 126.:

facilis descensus Averno,
Noctes atque dies patet atri ianua Ditis;
Sed revocare gradum superasque evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est. Pauci, quos aequus amavit
Iuppiter, aut ardens evexit ad aethera virtus,
Dis geniti potuere.

Idemque testatur Apuleius supra *ibis quidem profecto ad imum Tartarum, sed inde nullo pacto redire poteris*. cf. quae exponit ad h. l. Pric. *Invium iter* equidem explico id, quod rarissime ingrediuntur homines, quia non licet mortalibus ad Inferos descendere. Ceterum quod peccant codd. inter *imum* et *unum* variantes, frequens est in Mss. Ita emendo versus Lucil. Aetn. 375 sqq. qui corruptissimi sunt:

Saepe premit fauces magnis exstructa ruinis
Congeries clauditque vias *luctamen abymo*
[cod. *abuno*]
Exciso veluti tecto sub pondere restat
At segnis tenet os cursus, tum frigida monti
Desidia est, *imoque* licet *discedere ventis*.

cuius te limine transmeato simul commiseris. Locum dedi, qualis in Codd. optimis legitur, quamquam luce clarius est, miserrime eum esse corruptum. Quum plurimi codd. *limite* pro *limine* substituant, Oud. dubitat an ita dici possit. Cui ego adstipulor. Nam quod Pricaeus *limitem* exponit curvam et inviam viam et hinc dicat patere, ab aliis male edi *limine* atque ipse corrigat *limiti*, haud capio, quomodo quis dici possit: se committere *limiti transmeato*. Non committimus enim nos itineri transmeato sed transmeando. Floridus vero exponit, *cui* scilicet itineri, *statim atque te credideris, supergressa aditum eius*. Sed Oud. hanc explicationem non comprobat, quia reliqua verba non patiantur, *limes* vero non aditus sit sed

Digitized by Google

iam canale directo perges ad ipsam Orci regiam. Sed non hactenus vacuâ
415 debebis per illas tenebras incedere, sed offas polentae mulso concretas ambabus

direpto F. 1. 3. p. f. In cett. est *directo*. *perges* F. 3. G. D. P. *f. φ. δ. π.* R. ed. pr. Iunt. 2. Wow. Pric. Elm. In cett. *pergis*. *orti* pro *Orci* D. *reginam* G. P. D. Vicent. *hactenus* D. *actenus* Venet. 1. *vacuo* F. 3. *vacuas* Iunt. 2. *mulso* F. 1. 3. G. P. D. *f. β.* O. *φ. π.* In cett. *mulsa*. *contritas* p. cod. vet. Wow. B. *concrentas* G. D. *concreptas* O.

limen. *Limen* vero non solum vocari domus aditum, sed cuiuscunque loci et rei initium, porro quem duceus, quamquam saepissime corruptum sit in *limes* coll. Intt. ad Ovid. Am. II. 6. 1. Sil. IV. 105. XVI. 230. Flor. III. 6. Lucan. II. 106. Sic ergo et hic *limine* posse putat exponi, ut *cuius* non pertineat ad *iter*, sed ad *spiraculum*. Sed bene intelligit, sive *limine* sive *limite* legatur, deesse omnino vocem, quae conveniat verbo *commiseris*. Quapropter quum in B. et edd. vett. sit *transmeatam* et in d'Orvill. exaretur *simul quorimiseris*, opinatur emendandum esse: *cuius te limite transmeato viae simul commiseris* ea sententia: *Limite itineris invii sive* lima et transversa semita *transmeata, simul ac te commiseris viae, directo canali* etc. Ut enim vocem *semita*, i. e. arta et pedibus pervia via, differat a *via* lata et spatiosa coll. Intt. ad Phaedr. Prol. III. 36., sic *limes* esse diversum a via coll. Intt. ad Liv. XXXI. 24. Ovid. Heroid. XVIII. 133. (ubi conf. Ruhnk.) Si tamen quis velit retinere *limine*, explicandum ei esse per *finem, exitum*, ut in *postliminio*. [In hac ratiocinatione non solum editor Goetting., qui totus ex Oud. pendet, sed quod magis mirum est, Orellius quoque Oud. secutus est, qui cum Ruhnkenio hanc coniecturam in textum recepit. Sed multa obstant, quin haec lectio comprobetur. Primum enim ieiuna est ipsa emendatio, qua *limes* et *via* sibi ita opponuntur. Unde enim intelligi potest, limitem istam curvam et difficilem a via fuisse divisam, ut Orci iter prius avium tum latum esset. Hoc merum est Oud. figmentum. Deinde si per sententiam id probari liceat, per Mss. vestigia displicet. Quamquam *transmeatam* in cod. B. scriptum est, tamen unica restat littera *m*, quam non puto ex scriptura *vie* potuisse corrumpi. Denique *viae se committere* nego unquam dici de eo, qui viam ingreditur atque ire incipit. Nam plane alia significatione haec dictio apud Cic. Epist. ad Fam. XVI. 4. §. 1. *Quare nunc quidem non dubito, quin. quoad plane valeas, teneque navigationi neque viae committas* et oratio Phil. XII. 10. §. 24. *Hisce ego me viis committam, qui Terminalibus nuper in suburbium, ut eodem die reverterer, ire non ausus sum*. Haec omnia me commoverunt, ut aliter loco succurrerem. Ipsius loci difficultatem in verbo *commiseris* inesse existimem, quod quomodo nunc legitur, non potest bene intelligi. Hinc emendo vel *cuius te limine transmeato simul huc immiseris* vel *huc immerseris* de Psycha dictum, quae tenebricosam et abditam ad Tartari viam penetrat. Sententia est: simul hoc iter invium, postae istae hiantes, a te superatae sunt, sicubi limen earum supergressa es, statim directo canali perges. Hinc puto, optimam esse Floridi emendationem, *cui te*, nisi quod pro *limite, limine* legendum est. *Huc* bene poterat omitti propter sequens vocabulum. Melius tamen eius sedes poni posset post *transmeatam*, quod ex *transmeato nc* (i. e. *huc*) corruptum esset. *Mergere* et *mittere* in codd. saepius confunduntur; cf. Cort. ad Lucan. III. 748. In textum scripturam recipere non ausus sum, sed locum ut corruptum asterisco consignavi.]

hactenus. [De locali huius vocis significatione cf. Bach. ad Ovid. Met. XIII. 700. et Hand. Tursell. T. III. p. 8., qui nonnullos Ovidii et Virgilii locos enumerat, in quorum carminibus haec notio primum apparuit.]

sed offas polentae mulso concretas. Ante Ed. Vulc. 2. in vulgatis erat *mulsa*,

Digitized by Google

gestare manibus: at in ipso ore duas ferre stipes. Iamque confecta bona parte mortiferae viae, continuaberis claudum asinum lignorum gerulum cum agasone

ac in ipso F. 1. B. edd. vett. Vulc. 2. Colv. Elm. *at in ipso* F. 3. *etiam in ipso* G. P. D. *at etiam in ipso* Oud. Orell. p. *et in ipso f. fere stipas* G. D. *continuaberis* F. 3. φ. Elm. *continuaveris* G. D. O. δ. f. R. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 1. Paris. *continuabis* B. P. (teste Elm. sed in excerptis Oud. *contuarūs*. *continuaris* Ald. Iunt. 2. *continugueris* F. 1. *Claudum asinum* Vicent. *Agasone* Vicent. ut pro nominibus propriis *Claudum* et *Agasone* esse videantur.

quod explicat Beroald. aquam melle mixtam seu hydromel. Ac sane ita legitur Met. III. p. 206. *libat et mulsa*, dictumque est *calida* absolute. Nihilominus praeferendum est cum plurimis optimisque codd. *mulso* i. e. melle, quod vino mixtum est. Petron. c. 36. 42. Huic autem loco illustrando faciunt *ἅλφιτα μελικράτῳ* rigata, et draconi data apud Aelian. Anim. XI. 16. 17. locusque Ovidii, quamvis in alia re, Met. V. 450. ac praecipue Virg. Aen. VI. 420., ubi Aeneas Cerberum sopit ei dans: *Melle soporatam et medicatis frugibus offam*, ad quem locum cf. Intt. [Ita explicanda est Gloss. Placidi apud Mai. in Coll. Script. Vatic. T. III. p. 491. *offa latrantium est: deminutivum offellam facit. Haec si in os cani iacitur, satiatus ilico compescitur et silescit*, ubi forsitan post *latrantium* inserendum est *lenimentum*. Lindenbrog., cuius scrinia Elm. pro more suo compilavit e Suida v. *μελιττοῦτα* protulit .i. *ἰστέον, ὅτι μελιττοῦτα ἐδίδοτο τοῖς νεκροῖς, ὡς ἐς τὸν Κέρβερον καὶ ὀβολὸς μισθὸς τῷ πορθμεῖ καὶ στέφανος ὡς τὸν βίον διηγωνισμένοις.* cf. Dissen. ad Tibull. I. 2. p. 48.] At maior sententiarum discrepantia, num *concretas* an *contritas* legatur, quod cum Salmas. et Sciopp. Scriver. probavit nec Heins. ad loc. Ovid. displicuit, quamquam amplius coniicienti *conditas*, ut ad sui exemplaris marginem adlevit Wass. addito Tertull. loco de Spectacul. c. 27.: *Nemo venenum temperat felle, sed conditis pulmentis et bene saporatis.* Oud. etsi utrumque dici posse comprobat, tamen hanc coniecturam praefert, quia alioquin hypallage sit statuenda, ac potius dixisse debuerit auctor: *mulsum polentae offa concretum* s. densatum, rigidum, coniunctum, conglutinatum coll. Serv. ad Virg. Aen. VI. 737. ut *lac concretum* Virg. Georg. II. 236. 318. III. 463. Ovid. Met. XII. 436. Lucan. III. 573. [Ita ego emendo locum Virg. Georg. II. 318. *rura gelu tum claudit hiemis, nec semina iacta Concretum patitur radicem affigere terrae. Concretum*, ad *gelu* relatum, pro glacie, frigore dictum est; cf. Sil. Ital. III. 518. Georg. II. 376. Curt. Ruf. VIII. 4. §. 6. Accuratius de hoc loco egi in cens. mea Forbig. edit. Virgil. in Iahn. Annal. T. XXVI. fasc. 2. p. 168. cf. Burm. ad Anthol. Lat. II. T. II. p. 63. Sed ut ad nostrum locum revertam, talis hypallage, quam Oud. statuit, huic loco explicando necessaria non est. Si quid mutandum est, equidem velim *conspersas*, ut Cels. IV. 11. dicit: *Polenta vino adsperso.* Colum. VI. 17. §. 8. *Epiphoram supprimit polenta conspersa mulsa aqua.*]

at in ipso ore duas ferre stipes. Ritus superstitiosus erat apud veteres, nummum mortuo in os imponendi, Charonti portorium et naulum. cf. Lucian. *περὶ πενθ.* c. 10. *ὥστε ἐπειδάν τις ἀποθάνῃ τῶν οἰκείων, πρῶτα μὲν φέροντες ὀβολὸν ἐς τὸ στόμα κατέθηκαν αὐτῷ, μισθὸν τῷ πορθμεῖ τῆς ναυτιλίας γησόμενον.* [Lucian. Dial. Mort. 22. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 422. Hesych. s. v. *δανάκη* Suid. s. v. *πορθμήϊον* et *πορθμεῖον* Diodor. II. 5. qui originem huius ritus refert, Intt. ad Prop. IV. 11. 7. Heinr. ad Iuven. III. 267. Rupert. ad h. l. in Add. p. 781. et Schol. ad h. l.]

agasone. [*Agaso* apud Apuleium eum servum significat, qui asinos agit VII. p. 481. *cum deberet egregius agaso manum porrigere.* VII. p. 495. *ubi puerum asini agasonem occultaris.*]

Digitized by Google

simili, qui te rogabit, *decidentis* sarcinae fusticulos ali|quos porrigas ei. Sed tu nulla
416 voce depromta tacita praeterito. Nec mora cum ad flumen mortuum venies, cui praefectus Charon protinus expetens portorium, sic ad ripam ulteriorem sutili cumba

qui non abest a B., ut Oud. voluit, sed a P. in excerptis ad marg. ed. Colv. *rogacerit* F. 1. *rogitabit* δ. p. *decidenti sarcinae* F. 1. 3. G. D. et omnes Mss., quos Oud. comparare poterat cum B. et edd. vett. In Vulg. *decidente sarcina*. *fasticulos* δ. Vulc. 2. *funiculos* Elm. Wow. Vulc. 2. Scriv. *aliquat*, quod in Edd. Vulc. 2. Elm. Scriv. Florid. excutitur, in nullo est Ms. nec antiquiore Ed. sed *aliquos*. *sed* abest a F. 1. *sed tu in illa* p. *cum* non comparet in O. *veniens* δ. *protenus* G. P. D. *protinens* δ. Post *ulteriorem* addit cod. δ. litteram *s*, quam Oud. notam vocabuli *scilicet* esse putat, quod pro more suo ubique inseruit, ubi haec littera sola vel aliis vocabulis annexa appareat. cf. ad Met. III. p. 227. *futili* G. D. P. f. Iunt. 1. Ald. *cumba* F. 3. G. D. In edit. *cymba*.

decidentis sarcinae fusticulos aliquos porrigas ei. Elm. emendavit: *decidente sarcina funiculos aliquos porrigas ei* ita explicans: Rogabit te, inquit, senex, iam sarcina sua lignorum decidente et soluta, aliquot funiculos ei porrigas, quibus iterum ea ligetur et componatur. coll. Gell. V. 3. *Is de proximo rure in Abderam oppidum caudices ligni plurimos funiculo breri circumdatos portabat.* Oud. vero comprobat *decidenti sarcinae fusticulos aliquos* et ex more Apuleii defendit, aliquoties duos dativos uni iungentis verbo, de quo plura iam adtuli ad Met. II. p. 165. [Sed hic duplex dativus nullo modo ferri potest. Nam ubiubi ita legitur, unus dativus personae vel rei est, alter vero accuratius partem huius personae vel rei, cuius totum modo denotatum est, indicat. Nam in eo erravit Oud., quod hanc constructionem ubique poni posse putavit. cf. ad Met. II. p. 107. Plura dabit Brunk. ad Aristoph. Pac. 1099. et ad Soph. Phil. 1301.] At certe *decidente sarcina* male reposuerunt. B. Pius T. I. Thes. Crit. p. 447. Colv. Vulc. Elm. et Scriv. et *ei* omiserunt Wower. ac Pric. Immo Floridus nil monens *decidentes* legit *sarcina*. Dativus vero *decidenti sarcinae* quum nulla ratione comprobari possit, malim cum Oud. rescribere *decidentis sarcinae*, quod iam olim coniecit Gruter. in inedit. Susp. cf. Miscell. Nov. Lips. Vol. VIII. p. 488., ut *sarcinae* vel sit dativus, qui a *decidentis* regitur, vel *sarcinae fusticulos* iungatur. Hi enim de Oud. sententia melius videntur *decidere* dici, quam tota sarcina. Nescio vero, qui Pius et Colv. hic sibi in animum potuerint inducere, legendum esse *funiculos*, eamque coniecturam in textum admittere Vulc. Wow. Elm. Scriv. Nam praeterquam quod *aliquot funiculis* non opus sit ad unam sarcinam ligandam, unde quaeso Psyche istos funiculos sibi compararet. Lignorum gerulus cum esset asinus, optime decidere sarcinae *fusticuli* sive parvi fustes dicuntur.

sutili cumba. Futili, quod nonnulli codd. hic, ut altero Met. I. p. 29. loco praebent, prava est lectio, quam Oud. defendere non debebat. Pricaeus iam ante eum *futili* exposuerat *exigua*, Oud. vero melius explicat *rimosa*, coll. Lucian. Dial. Mort. 10. c. 1. *τὸ σκαφίδιον καὶ ὑποσαθρόν ἐστι καὶ διαῤῥεῖ τὰ πολλά.* At liquidum est auctorem versum respexisse Virgilii Aen. VI. 413. *Gemuit sub pondere cymba Sutilis et multam accepit rimosa paludem*, ubi male Guellius praefert *futili* contra Mss., eumque locum ob oculos habuit Prudent. *περὶ στέφ.* c. XI. 79. *rimosae imponere cymbae* etc. *Quos ubi susceptos rapidum malesuta per aequor Vexerit et tumidis caesa labarit aquis, Dissociato putrem laxent tabulata carinam.* Sed praefert Oud. *sutili* cum d'Orv. ad Charit. V. 1. p. 466. ed. Lips., in eo tamen errans, quod ea voce usum fuisse putat auctorem, ut lectorem doceret, sic antiquissimum genus navium fuisse *sutarum*. coll. Plin. XXIV. 9. 40. et Varr. apud Gell. XVII. 3. Nullum enim navigium Charontis cymba antiquius fuisse. Plura de hac voce videnda esse monet apud N. Heins. ad Virg. Aen. X. 313. Scheffer. de Re Nav. I. 3. [cf. Heins. Advers. III. 1. p. 401. At Oud. sibi non constitit. Nam ad Met. I. p. 30. haec

Digitized by Google

deducit commeantes. Ergo et inter mortuos avaritia vivit. Nec Charon ille, et Ditis pater tantus deus, quidquam gratuito facit et | moriens pauper viati- 417

ducit in cod. F. 1. legi adnotat Oud. Sed in collat. Lindenbrog. nihil adnotatum est. *Nec Charon ille Ditis pater* F. 1. B. Ald. Iunt. 1. Vulc. 2. Elm. *Ditis pater* Florid. *ditis: et pater* Vicent. *vivit: nec ille ditis pater* Iunt. 2. In reliquis *Ditis et pater*. *moriens pauper* F. 3. G. D. P. p. f. In cett. *pauper moriens*.

adnotat: *Sutili*, sive multis variisque pannis consuto consartoque, et hinc vilissimo, ut infra *cymba sutilis*. Et haec explicandi ratio mihi videtur esse praestantior. Nam valde ieiunum est, ad materiem cymbae respicere et ad prima navis initia, quae describit his verbis Lucan. IV. 131.: *Primum cana salix madefacto vimine parvam Texitur in puppim, caesoque induta iuvenco Victoris patiens tumidum superemicat amnem*. Est enim *cymba sutilis* sine dubio ea, quae saepius iam renovata et multis lignis consarta est, hincque rimosa propter summam vetustatem et infinitum usum. *Cymba* videtur esse κατ' ἐξοχήν dictum de carina Charontis, cf. Petron. c. 121. v. 116. *Vix navita Porthmeus Sufficiet simulacra virum traducere cymba*. Inscript. apud Fabrett. p. 702. n. 235. *Sat fuerat, Porthmea, cymba vexisse maritam*. Horat. Od. II. 3. 28. Prop. III. 16. 24. Plura exempla praebebit Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 20 sq. Aliter apud Iuven. III. 266. nominatur *alnus: Iam sedet in ripa, tetrumque novitius horret, nec sperat coenosi gurgitis alnum*, ad quem locum Schol. ita emendandus est: *Porthmea. Caronem* (Ms. *Carinam*) *Porthmeum dicit ob* (Ms. *non*) *angustum traiectum*. Πορθμὸς enim graece vadum, angustum traiectum significat. *Cumba* lectionem ex optimis codd. revocavi, quam etiam Bentl. in loco Horat. Od. II. 3. 28. habet cf. Gloss. Cyr. p. 371. ἀκάτιον *cumba*. Et ita apud Auson. Mosell. 216. restituenda est nonnullorum codd. lectio *cumbae*. Ita *tumba* legitur in Prudent. περὶ στέφ. 11. 9. *Sunt et muta tamen tacitas claudentia tumbas Marmora*.]

Ergo et inter mortuos avaritia vivit. Oud. putat, verba inde ab *Ergo* usque ad *patietur* parentheticum enunciatum ipsius esse Apuleii vel aniculae hanc fabulam narrantis. Priora enim et sequentia loqui turrim fatidicam. Sed absurdissimum esset, si ista parenthesi enunciatio arctissime cohaerens, si ipsa turris verba interrumperentur. Hoc quis cogitare potest? Hinc ad orationem turris fatidicae haec verba pertinent, quod etiam seqq. probant, quibus accuratius explicatur, tantam esse vel inter mortuos avaritiam, ut nec Charon ille Ditis pater quidquam gratuito faciat, Orellius Oud. secutus est in edit. sua.]

nec Charon ille et Ditis pater. [Ita hunc locum constitui, qui in codd. optimis legitur: *Ditis et pater*. Necessarium enim quum videretur *Charon* et *Ditis pater* inter sese distingui, factum est, ut Beroaldus *nec Charon ille nec Ditis pater* legeret. Oud. putat, lectionem *Ditis et pater* non oportere mutari, quia ἀπὸ κοινοῦ repetenda sit particula *non*, quae in praegresso *nec* lateat. Negavit hoc unquam factum fuisse Bentl. ad Horat. Epod. XVI. 6., quum alii affirmarent. Optime vero exponit Ruhnk. ad Vell. II. 451., in negativa sententia pergere orationem per *et*, quo addatur alia res rebus antea dictis et uni negationi omnes subiiciantur. cf. Hand. Turs. II. p. 537. Bach. ad Ovid. Met. III. 492. Hoc quamquam verum est, tamen non intelligo, quomodo Oud. *Ditis et pater* defendere potuerit, quod etiam editor Goetting. et Orell. in textum receperunt. *Ditis pater* enim si diversa est ab Charonte persona, *et* postponi non potest. Nam per se iam patet, hunc usum ad poetas tantummodo pertinere, ubi metri causa intercedat. Sed ut ita fieri possit cf. Wopk. Tull. Lect. p. 33. Hand. Tursell. II. p. 538., hoc tamen verborum nexu comprobari nequit, quia tam arctissime inter sese coniuncta sunt haec nomina, tum quae disiungi nequeunt, *Ditis pater* ita separantur, denique particulae *et* vis

Digitized by Google

cum debet quaerere, et aes si forte prae manu non fuerit, nemo eum exspirare patietur. Huic squalido seni dabis nauli nomine de stipibus, quas feres, alteram: sic tamen, ut ipse sua manu de tuo sumat ore. Nec secius tibi

praemanu Vener. 2. *expirare* G. D. *expiare* φ. Vicent. [cf. Cort. ad Lucan. VI. 827.] *exspirare videret* R. f. vel etiam *videretur*. Dubius enim est Oud. *patitur* δ. *squalido semini* Ban. 1. *senici* Vulc. 2. unde Lips. Epist. Quaest. III. 24. coniecit *semoni*. *stipitibus* p. *ne ipse* δ. contra Apulei mentem.

negativa, si ita dicere licet, plane tollitur. Duplex igitur restat explicandi ratio vel ut *Ditis* appositio sit vocis *Charon*, cui interpretationi favent Gloss. Philoxeni p. 77. *Ditis Χαράντος*, sed tum quid sibi velit vocabulum *pater*, non constat. Fortasse haec glossa ita scribenda est: *Ditis Ἀχέροντος*. *Acheron* enim [cf. Virg. Aen. VII. 312. Nep. Dion. X.] et *Dis*. [Aen. VI. 126.] de ipso Orco atque Inferis dicuntur. Vel si *Χάροντος* retinetur, non de Charonte navita necessario intelligi debet, sed de Plutone, quem Graecos Charontem dixisse testatur Isid. Origg. VIII. 11. 42. *Pluton Graece, Latine Diespiter vel Ditis pater* (ubi male alii legunt *Dispiter*), *quem alii vocant Orcum, quasi receptorum mortuorum ... Ipse et Graece Charon*. Gloss. antiq. Latino-Graecum apud Henr. Stephanum *Dispiter Χάρων*. At nostro loco *Ditis pater* de Charonte, non de Plutone dictum esse apparet. Nam obstant sequentia, quominus de Plutone exponatur. In praegressis enim hortatur turris Psychem, ne vacuis manibus, sed duabus stipibus munita ad Orcum descendat, quarum unam Charonti descendens, alteram ascendens dare debeat. Hinc efficitur, de avaritia Charontis neque vero Plutonis esse sermonem, cuius ne uno quidem verbo in seqq. sermo est. Charon ergo viaticum petit, neque Pluto, Charon expiari nequit, si eas prae manu non fuerit, neque Pluto. Haec omnia me commovent; ut *Ditis pater* cum Beroaldo de solo Charonte intelligam, ut hic locus glossas confirmare videatur, quae *dispater Charontem* exponunt, quamquam huic explicationi verba *tantus deus* repugnare videntur, quo nomine Charon nuncupari vix potest. Sed quid de avaritia Plutonis, qui nil gratuito facit, potest afferri? Nisi quis velit se referre ad verba Luciani in Tyrann. c. 1. *καὶ σχεδὸν ἀμφὶ βουλυτόν ἐστιν, ἡμεῖς δὲ οὐδέπω, οὐδὲ ὀβολὸν ἐμπεπολήκαμεν. εἶτα ὁ Πλούτων ἐν οἶδα ὅτι ἐμὲ ῥαθυμεῖν ἐν τούτοις ὑπολήψεται*. Sed locus mendosus est, quoquo te vertas. Quodni ita esset, putarem, ex poeta quodam haec verba desumpta esse, cui forsitan licuit, particulam *et* ita transponere: quem versum Apuleius in suum usum omnino convertit. Ceterum hoc offendit, quod alibi *Ditis pater* semper de Plutone usurpatur cf. Val. Max. II. IV. §. 5. *ibique ex Ditis patris et Proserpinae ara petita calda recreasset*. Lactant. Instit. I. 14. §. 5. *Pluton Latine est dispiter*. [Ita legendum est non *diespiter*, ut etiam emendandus eadem de causa locus Isidori modo dictus, ubi hodie *Diespiter* male praeferunt.) Gloss. Philox. p. 77. *Ditis pater Πλούτων* Excerpt. ex vet. lex. Graeco-latin. p. 316. *Ditis pater Πλούτων*. Plura dabunt Munk. ad Hygin. XLI. p. 106, et Intt. ad Petron. c. 120. v. 76. p. 735. ed. Burm. sec., qui nominativi formam *Ditis* pro *Dis* e multis locis vindicant. cf. Gloss. Cyril. p. 583. *Πλούτων Ditis*. Anthol. Lat. T. II. p. 221. *Cum me florentem rapuit sibi Ditis ad umbras*. His omnibus accurate consideratis intelligitur, *et* particulam aut non ferri posse, aut non copulativam sed explicativam esse pro *id est*. Fortasse igitur a manu librarii est adsuta, cui *Charon* et *Dítis pater* varias personas indicare videbatur. Aliter rem expedire nequeo. Ceterum Gronov. in ora cod., Hemst. ad Lucian. Dial. Mort. p. 16. Ed. in 12. et T. I. p. 423. ed. maior. Munk. ad Hyg. l. d. emendarunt *Charon Ditis portitor*, quod improbandum est, cf. Burm. ad Prop. I. 13. 25.]

pigrum fluentum transmeanti quidam supernatans senex mortuus putris attollens manus orabit, ut eum intra navigium trahas. Nec tu tamen illicita adflectare pietate.

CAPUT XIX.

Transito fluvio, modicum te progressam textrices orabunt anus telam

fluentem F. 1. Vulc. 2. Elm. Scriv. *putris* F. 1. 3. G. δ. B. et omnes edd. vett. praeter Scriv. et Florid. In cett. *putres*. *putrix* D. *tradas* pro *trahas* F. 1. 3. G. D. *adflectare* F. 3. G. P. (teste Oud. sed male:) D. R. f. O. π. p. δ. φ. 1. Incert. Iunt. 2. *afflictare* φ. 2. P. teste Elm. et in excerptis ad marg. ed. Colv. *affectare* F. 1. B. et edd. vett. (Oud. in excerptis B. legi *adflictare* male notat.) In cett. *afficiare*, quod etiam vir doctus emendat in ed. Vicent. mea.

progressa F. 3. omissa virgula, quae *m* litteram finalem indicat.

pigrum fluentum. [*Pigrum* hoc flumen dictum est, quia coenosum erat et plane mortuum. cf. Iuven. III. 268. *coenosi gurgitis* Aen. VI. 296. Heyne Excurs. IX. et Misc. Observ. crit. Vol. V. T. III. p. 4 sq. *Fluentem*, quod F. 1. et nonnulli codd. praebent, probaretur Oud., si plures Mss. addicerent, et nisi saepius Apul. *fluentum* dixisset. Affert locos Virg. Georg. III. 28. et Val. Flacc. V. 208., qui tamen plane alia ratione intelligendi sunt, ut negem, *fluens* unquam pro fluvio dici posse. Quod vero Tross. ad Auson. 60. p. 20 adnotat *fluentum* in singulari numero praeter v. 419. tantummodo apud Avien. Perieg. 32. et Prudent. Peristeph. VI. 43. inveniri, ex hoc ipso loco iam potest intelligi, quam falsum sit. E. Forcell. lexico haec deprompta sunt. cf. Met. VI. p. 402. *quae mecum simul unum fluentum bibit* de Deo Socrat. p. 164. *Ilissi ammis modicum fluentum.*]

putris attollens manus. [*Putres* manus nominantur propter senectutem Intt. ad Prop. I. 16. 7.]

adflectare. Vario modo Intt. hunc locum emendarunt vel *affectare* vel *afficiare* coniicientes, quod posterius Elm. in Ind. male exponit *summe cupere.* Sclopp. in Susp. IV, 16. coniecit *afflictare.* Oud. coniecit *adlectare*, sive cave, ne alliciaris illicita pietate, quod vocabulum saepius corruptum esse in Mss. dicit ut Met. I. p. 15. [cf. Oud. in Miscell. Obs. Vol. II. T. III. p. 452 sq., Ita emendanda videtur esse Gloss. Placidi apud Mai. p. 434. *adiuctare, arridere invitare* in *adlectare.* Sed *adflectare*, quod plurimi codd. habent, probum est. *Adflecto* enim idem est, quod *flecto*, et praeter hunc locum etiam legitur apud Avien. Arat. 734. *huic rutilus si sol afflexerit axes.*]

CAP. XIX. *textrices anus.* [Quae istae anus textrices sint, equidem nescio, quum in nulla, quantum constat, Tartari descriptione, earum unquam mentio iniciatur, sicut nec claudi asini cum agasone, nec senis supernatantis. Haec igitur terriculamenta ab Apuleio vel omnino ficta sunt, vel in mysteriis addebantur, ut initiaturi animi constantiam comprobarent, quippe qui nec metu nec misericordia permoveri deberent, ut ipse dicit: *Nam haec omnia tibi et multa alia de Veneris insidiis orientur*, praescripta ut violarent. Locus enim Lucan. VI. 744, quem vir doctus Kulenkamp. ad marg. ed. meae Florid. adscripsit: *repetitaque fila sorores tracturae tuque o flagrantis portitor undae*, ad nostrum explicandum non facit, quum hic de Parcis sermo sit, quarum sedes in Orco esse Lucanus sibi fingit. *Sorores* enim et *fila* voces satis indicant, de Parcis agi. Hor. Od. II. 13. 15 sq. *dum res et aetas et Sororum fila trium patiuntur atra.* Parcae vero non sunt textrices, sed lanam tractant fila nentes.]

Digitized by Google

418 [181] struentes, manus paulisper accommodes. Nec id tamen tibi contingere fas est. | Nam haec omnia tibi et multa alia de Veneris insi|diis orientur, ut vel unam de manibus omittas offulam. Nec putes futile istud polentarium damnum leve. Altera enim perdita, lux haec tibi prorsus denegabitur. Canis namque

instruentes B. quam lectionem recepit Scriver. Sed cf. Met.V. p.387. *fanum sollerti fabrica struetum.* Hinc metaphorice *struere aciem, carmen, versus* cf. Dr. ad Liv. XLII. 51. Burm. ad Ovid. Epist. ex Pont. II. 5. 19. *cistruentes* habet p. *struens* D. vitiose. *tibi* abest ab O. *nec haec* P. (ex confusione compendiorum *n* et *ns*.) *hic* B. et edd vett. praeter Iunt. 2. Colv. pro more. *huius* O. a m. p. Ceteri codd. et recentiores edd. pleraeque *haec. obmittas* G. P. D. *committas* edd. vett. praeter Iunt. 2. *futisse* P. D. *futise* G. *fatile* O. *facile* f. *illud* P. *istus* Venet. 2. *pollentacium* F. 3. G. D. *pollentalium* O. *pollentatum* ed. pr. Vicent. Iunt. 2. Venet. 2. In cett. *pollentarium*, *ipedita* O. a m. p. pro *perdita*. *huius* ut supra pro *haec* O. a m. p. [Haec corruptio facillima est, quia scribendi compendia utriusque vocabuli quam simillima sunt: *h'* i. e. *haec* et *h*^{9} i. e. *huius*.]

Nec id tamen tibi contingere fas est. Interpretatur Floridus *hoc tangere*, quem sequitur Rodius in interpretatione germanica et editor Goetting. Sed male, quum praecedat *telam*, quod non ferendum est, nisi per generis hypallagen hic quoque defendere velis, quod quidem mihi valde artificiosum, ne dicam falsum videtur esse. Recte explicat Oud. *id*: ut manum accommodes, tibi obvenire fas non est, coll. Lucan. V. 528. Burm. ad Phaedr. IV. 23. 9. *Quid horum simile tibi contingit, rustica.*

omittas. [Non opus est, ut cum Pricaeo emendemus *amittamus*. *Omittere* enim idem est, quod *amittere*, eo tantum discrimine, ut omittamus volentes et sponte, amittamus inviti et casu. cf. Doed. Synonym. III. p. 285. Burm. ad Phaedr. I. 13. 10. Deder. ad Dict. Cret. V. 8. cuius loci parallelli ex hoc discrimine sunt diiudicandi. cf. Liv. XXVII. 12. §. 3. *omissa de manibus res est*, quod restituendum erit ex optimis codd. In nostro loco codd. cum edd. variant inter *omittas* et *committas*, quae saepius in Mss. confunduntur. cf. Liv. X. 19. §. 11.]

Polentarium. [Quod nonnulli codd. iique optimi praebent *polentacium* probarem, si unius scriptoris auctoritate confirmaretur. Sed ubique legitur *polentarius* ut Gloss. Vulc. p. 113. *polentarius, ἀλφιτικός* Plaut. Curcul. II. 3. 16. Per analogiam forma *polentaceus* proba est, ut *fabaceus, farinaceus, hordeaceus, argillaceus* alia. Error tamen levior est, quam ut novum quoddam vocabulum indo possit vindicari. *Polentarius* neque *pollentarius* esse scribendum, iam vocis significatione evincitur, quae a *polenta* i. e. *μάζα* et cibo vilissimo ex farina hordacea torta petenda est, quum *pollen* tenuissimam farinae partem significet. Tum vocis ipsius terminatio id iubet, quia a *pollen* formatur *pollinarius* cf. Plaut. Poen. III. 1. 10. nec *pollentarius*.]

canis namque. [Haec particula apud Apuleium sine ullo discrimine videtur esse praeposita et post unum vocabulum collocata, et ex hoc quidem scriptore lex potest affirmari, quam Zumptius proposuit, non magis primum quam secundum locum eam particulam sibi vindicare. In Apuleii enim scriptis hoc vocabulum undequinquagies legitur, sed ita ut undevicies postponatur. cf. Met. III. p. 179. *sum namque* p. 208. *sum namque* V. p. 352. *pro vero namque.* VII. p. 448. *equum namque.* p. 458. *simul namque.* VIII. p. 561. *nepos namque.*. IX. p. 664. *ficta namque.* X. p. 706. *solita namque.* X. 720. *artissime namque.* Apol. p. 508. *ea namque tabes.* Dogm. Plat. I. p. 209. *in media namque.* p. 211. *oculis namque* II. p. 232. *altera namque.* p. 250. *egestatem namque* de Deo Socrat. p. 122. *hos namque* de Mundo p. 334. *pictura namque.* p. 374. *deus namque.* Ubi tertio loco collocatur, praepositio semper enunciatum incipit, quae ab adiectivo suo separari nequit. Deinde de discrimine, quod inter *nam* et *namque* nonnulli statuunt, ut Bremi ad Nepot. Alc. I. §. 2., ut *namque* a Nepote usurpetur, ubi res factumve accuratius describatur, *nam*, ubi ipsa alicuius rei caussa indicetur, nec ex hoc scriptore nec ex co-

Digitized by Google

praegrandis teriugo et satis amplo capite praeditus, immanis et formidabilis, tonantibus oblatrans faucibus, mortuos, quibus iam nil mali potest facere, frustra territando, ante ipsum limen et atra atria Proserpinae semper excubans, servat vacuam Ditis domum. Hunc offrenatum unius offulae praeda facile praeteribis,

praegrandis F. 3. G. D. et edd. Bas. 2. priores. In cett. extat *pergrandis*. *teriugo* F. 3. G. D. *triiugero* δ. In cett. est *triiugo*. *et* ante *satis* abest a *f*. *conantibus* G. B. D. O. R. *f*. π. ed. pr. Vicent. [in cuius marg. vir doctus emendavit *comantibus*.] Venet. 2. 4. Par. *tonantibus* F. 1. 3. Vulc. 2. Elm. In cett. *conatibus*. *mali* abest a P. *quando ipsum limen* B. Videtur corruptum ex praecedente *territando*, nec de alia lectione hic cogitandum. *superexcubans* B. In contextum id recepit perperam Scriver. cf. ad Met. IV. p. 277. *et colles frigidos semper incubare*. *proserpina semper* Venet. 2. *affrenatum* Venet. 4. Bas. 1. *fatile* Vicent. vitiose. *praedam* O.

teris Romanis potest confirmari. Certe apud Apuleium nullum discrimen potest inveniri. Non raro enim *nam* et *namque* sese excipiunt, et de Apuleio certe id licet pro vero poni, nunquam discrimen observari posse, ne hoc quidem, ut arctius enunciata coniungat. Nec minus alia Zumptii observatio ex nostro scriptore defendi potest, *namque* saepius poni ante vocales, quam ante consonantes litteras. Nam de ceteris qui restant triginta locis vicies bis ante vocales collocatam particulam inveni, ut octies tantum ante consonantes sedem primam habeat. Ita etiam apud Dict. Cretens. hoc potest observari. cf. I. 5. II. 24. 30. saepius.]

praegrandis. [Oud. propter maiorem codd. numerum *pergrandis* praetulit, quamquam sine ulla codd. discrepantia alterum legitur Met. II. p. 149. *Lucerna praegrandis* aliorumque etiam scriptorum praesertim Plinii exemplis hoc adiectivum defenditur. *Prae* enim in compositionibus vim adaugere notissimum est, quotiesque *prae*, *pro* et *per* in codd. commutentur, ut Isidor. Gloss. p. 689. *propos: valde potens* emendanda est in *praepos*.]

teriugo. [Hanc formam ex optimis codd. restitui, quae ad analogiam videtur esse rarior altera *triiugis* et *triiugus*. Sed eadem legitur apud Auson. ep. 8, 11. *perfer in excursu vel teriuga millia epodon*, eo tamen discrimine, ut hic non *triplex* sed *ternus* significet cf. ad Met. III. p. 208.]

tonantibus. Beroaldus rescripsit *conantibus*, Colv. *sonantibus* vel *inhiantibus* s. *hiantibus* coll. Met. IV. p. 281. *iam faucibus ipsis hiantis Cerberi reluctabat* coniecit, quorum prius Stewech. commendat ad Arnob. VII. p. 142. ed. Lugd. *Conantibus*, quod etiam Pricaeo non displicuit significatione *conatu maximo hiantibus*, mihi cum Oud. et durius et obscurius videtur esse. [Unice vera est lectio optimorum codd., quam Lipsius quoque coniectura assecutus est, *tonantibus* i. e. horridis et longum sonacibus. *Tonare* et *intonare* ore saepius oratores dicuntur, qui magnum clamant et boatu omnia miscent. cf. Dr. ad Sil. XI. 525. Cort. ad Lucan. I. 210. Intt. ad Prop. II. 1. 40. et III. 16. 40. Intt. ad Virg. Aen. XI. 383. et IV. 510. Hinc potest intelligi, quam supervacaneae sint Oud. emendationes *tonacibus* vel *sonacibus*, quas e vitiosa Iunt. et Ald. edd. lectione *conatibus* enucleavit.]

atra atria. [Ludit in his vocabulis pro more Apuleius. *Atra* Kulenkampius in marg. ed. Florid. meae explicat *funesta*, *dira*, quod per se ferri potest, cf. Bentl. ad Horat. Sat. II. 8. 95. Heyn. ad Virg. Georg. III. 430. Aen. IV. 384. et comparari potest locus Apul. Met. XI. p. 776. *ille Superum commeator et Inferum, nunc atra nunc aurea facie sublimis.* At ego huic explicationi adsentiri nequeo. *Ater* ut *niger* constans est Tartari epitheton, quem obscurum et tenebricosum fuisse omnes sciunt cf. Virg. Aen. VI. 135. *bis nigra videre Tartara*, et ita utroque loco *ater* explico.]

offrenatum. [Hanc lectionem ex optimis codd. recepi, quum vox mere Plauti sit propria, quem Apuleius praeceteris imitatur. cf. Taubm. ad Plaut. Capt. III. 5. 97. et Apol. p. 559. *praeterea novae nuptae illecebris offrenatum.*]

offulae praeda. [Qui enim viventes

Digitized by Google

ad ipsamque protinus Proserpinam introibis, quae te comiter excipiet ac benigne,
419 ut et molliter assidere et | prandium opipare suadeat sumere. Sed tu et humi reside, et panem sordidum petitum esto: deinde nuntiato, quid adveneris, susceptoque, quod offeretur, rursus remeans canis sacvitiem offula reliqua redime,

ipsam omissa particula *que* P. Iunt. 1. 2. Ald. Verba inde ab *ad ipsam* usque ad *quae* non comparent in G. D. et hinc probabile est, etiam in P. ea desiderari. *te* exulat a *δ*. *accipiet* D. *ut emolliter* D. [cf. Gron. ad Liv. I. 37. §. 2. Dr. ad Liv. eund. III. 17.] *sed humi* D. *opipare* vulgo exponunt *laute*. Sed Acidalius capit adiective ad Vell. II. 77. *coena exciperet* cf. ad Met. II. p. 134. *residens* G. (sed littera *s* ab eadem manu minio est obductum, ut *residen* nunc legatur) D. *residere* Bas. 1. Vulc. 4. *petito esto* Iunt. 2. Venet. 4. Paris. Ald. Bas. 1. 2. Colin. Vulc. 2. *petita* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Ald. Bas. 2. Colv. *portatum esto* pro *petitum esto* Al. Ms. teste Sciopp. in Symb. unde emendat *pete tum esto*. *esto* abest a Vulc. 2. *numptia cito* pro *nuntiato* D. *quodquod* D. *efferatur* G. D. p. f. et omnes edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris. *offertur* O. *δ*. *remeas* F. 3. quod defendi potest cf. ad Met. VI. p. 405. *saevitiam* G. D. O. *δ*. perpetua variatione.

in Tartarum descendere volebant, Cerberum offa mellita et soporifera delinire debebant, ne ab introitu eos defenderet. cf. Lucan. VI. 701., ubi Erechtho viscera humana cani saevo obiicere fingitur Virg. Aen. VI. 420. *cui .... Melle soporatam et medicatis frugibus offam obiicit.* At mirum est, quomodo interpretes, quantum scio, omnes de voce *praeda* adnotare nihil potuerint, quum inusitata plane sententia hic dictum esse appareat. Quid enim est *offulae praeda?* Floridus bene omittit vertens: facile praetergredieris hunc coercitum iniecto uno ex cibis tuis; nec aliter Rodius insulse: *Zolle ihm einen Honigkuchen, so ist seine Wuth bezähmt, und sonder Gefahr kannst du vorbei schlüpfen,* et Interpres francogallus: si vous lui jettez un de vos gâteaux, vous passerez devant lui sans peine. *Praeda* vero ad voracitatem et festinationem refero, qua canis ille Cerberus offulam oblatam rapere solebat cf. Virg. Aen. VI. 421. *Ille fame rabida tria guttura pandens Corripit obiectam.* Qui enim rapiunt et praedantur, magna cum vi omnia corripiunt corraduntque. Ita *rapinae* dictum est apud Lucil. Aetn. 613. *Tum vero ut cuiquam est animus vires rapinis Tutari conantur opes* i. e. festinata opum collectione, quae praedae sit similis.]

excipiet. [Cod. Dresd. per solitam confusionem hic praebet *accipiet*, quod etiam vir doctus ad marg. ed. meae Iunt. emendavit, qua de caussa nescio. Quod enim proponunt VV. DD. harum vocum discrimen, ut *accipere* aliquem potissimum ii dicantur, qui lubenter hospitio aliquem excipiunt, id locis non potest comprobari cf. Heind. ad Horat. Sat. I. 5. 1. Doed. Synonym. IV. p. 130. cuius explicatio artificiosior est. Res ex iudicio scribentis non potest discerni, sed ex Mss. auctoritate pendet. At *excipere* fere ubique inveni, ubi adverbia ut *comiter, benigne, blande*, alia apposita erant, ut *excipere* magis dictum esse putaverim de eo, qui maior et potentior suo hospitio alterum tutari et honestare potest. Ita potissimum exulantes hospitio excipiuntur. cf. Dr. ad Liv. I. 22. §. 5. Intt. inprimis Wagn. ad Virg. Aen. III. 210. Iahn. ad eiusd. Georg. I. 340. De confusione utriusque vocabuli cf. Burm. ad Ovid. Fast. II. 787. VI. 485. ad Prop. I. 8. 20. Fea ad Horat. l. d.]

panem sordidum petitum esto. Mirum est, quomodo hunc locum codd. et editiones ita perturbare potuerint, quum sententia clarissima sit: edito panem, quem petieras. Hoc etiam Oud. bene intellexit, qui Heins. ad Ovid. Art. III. 757. excitat. Pricaeus lectionem *petitu* pro *petitione* ridicule per hypallagen exponit: *pete esui*, ut *petitu* archaismus sit pro *petitui*. Vulc. Ed. sec. *esto* eiecit, ut *petito* imperativus sit. De *pane sordido* cf. exempla, quorum nubem congessit Pric. ad h. l. et me ad Met. VI. p. 401. De forma *esto* cf. Heins. Advers. I. 13. p. 137., qui nostrum locum excitat, et ad Met. XI. p. 803.

ac deinde avaro navitae data quam reservaveras stipe, transitoque eius fluvio recalcans priora vestigia ad istum caelestium siderum redies chorum. Sed

nautae δ. O. (neque vero in G., ut in excerptis Oud. erat.) B. et edd. omnes vett. praeter Iunt. 2., tum Vulc. 2. Colv. In ed. pr. est *avaro naute*. *servaceris* O. *servaveras* Ban. 1. pro *reservaveras*. *stipem* Iunt. 1. 2. Ald. In codd. et edd. cett. extat *stipe*. *recolens* F. 1. 3. G. P. D. f. φ. O. p. Incert. *recoles* δ. In cett. codd. et edd. *recalcans*. *rediens* P. *horum*. *Sed* Paris.

navitae. [Non solum poetas sed etiam prosaicos *navita* pro contracto *nauta* dixisse, res est notissima et lexicis sat potest confirmari. Hoc tamen mihi observasse videor, potissimum de Charonte inferorum portitore hanc formam fere ubique usurpari apud veteres Petron. c. 121. v. 116. *vix navita Porthmeus* Virg. Aen. VI. 385. *navita quos iam inde ut Stygia prospexit ab unda*. Senec. Herc. Oet. 1917. *iamne Elisias O nate domos iam littus habes, ad quod populos navita vectat*. Oedip. 172. *quique capaci turbida cymba Flumine servat durus senio Navita crudo*. Stat. Sil. V. 1. 251. *ne tardior adsit Navita* alibi. Saepius tamen haec forma in Mss. mutata est cf. Mos. ad Cic. Tusc. II. 10. T. I. p. 477. Ita emendo apud Isidor. Gloss. p. 687. *nabita nancta — navita nauta*.]

stipe. [Oud. ex editt. Iunt. et Ald. recepit lectionem *stipem*, quae sane elegantissima est. Saepissime enim substantivum, quod ordine praecedere debebat, iungitur post relativum eodem illi casu. cf. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. IV. 5. §. 1. *per quos propinquos* Oud. et Cort. ad Lucan. III. 160. VII. 374. IX. 465. Rubnk. ad Ter. Andr. Prol. 3. Dav. et Kuehn. ad Cic. Tusc. I. 24. 56. Goer. ad Cic. Acad. I. 80. 30. Buttm. ad Soph. Phil. 706. Krueger. in libro: *Untersuchungen aus dem Gebiete der lat. Sprachl.* Fasc. III. §. 75. et sqq. Met. XI. p. 796. *superveniunt de patria, quos ibi reliqueram famulos*: Sed contra Mss. omnes ceterasque editiones nihil muto. Orellius hanc Oud. emendationem in textum recepit.]

recolens priora vestigia. [*Recolens*, quae optimorum codd. lectio est, comprobat Vir doctus in Misc. Observ. Vol. II. T. III. p. 393. his verbis: Fulvii codex habet *recolens*, quod magis figuratum est et melius convenit cum genio Afrorum. Generaliter et magis proprie haec vox de anima usurpatur. Auctor videtur ductus ad hanc locutionem Virgilii versibus Aen. VI. 680. *animas .... lustrabat studio recolens*. Lectores observare debent, verbum apud utrumque auctorem eadem occasione usurpari. Et quod plus est Apul. Met. V. p. 339. *Venerem meam recolentem*. Ita ut omnibus perspectis hanc iustam emendationem esse putem. Vid. Stat. Silv. II. 3. 49. Theb. I. 667. IV. 722. Prudent. Peristeph. IV. 159. Forsan. obiicietur, Apuleium Met. IX. p. 614. habere *reciproco gressu mea recalcans vestigia*. Sed hic locus tantum a nostro differt, ut comoedia a tragoedia. Sublimes voces rebus sublimibus conveniunt et ultima pars sententiae *ad coelestium siderum redies chorum* ostendit, poeticum hic aliquid requiri." Sed recte iam vidit Burm. eodem loco, haec certe argumenta nihil comprobare. Nam Virgilii locus comparari non potest, in quo *recolere* plane aliud significat, et ad animum hic pertinet. Sed *recolens* nihilominus retineo, quum saepius renovare, instaurare, resumere significet nec solum ad integratam actionem festorum et sacrorum referatur, cf. Burm. ad Val. Flacc. II. 395. ad Virg. Aen. VI. 681. Heins. ad Ovid. Heroid. V. 123. Claud. Cons. Prob. et Olybr. 262. sed ad alias quoque res longe diversas. Tac. Ann. III. 72. *avitum decus recoluit*. Plaut. Merc. III. 2. 3. Locum Phaedr. I. 18. 1. huc cum Oud. non traxerim, ubi *recolere* est *iterum habitare*. cf. Intt. ad h. l. Quum igitur *recolere* in universum pro *restaurare*, *renovare* ponatur, hic non emendo, quamquam negandum non est, *recolere* hac significatione semper ad pristinum statum et gloriam restituere aliquid in-

Digitized by Google

inter omnia hoc observandum praecipue tibi censeo, | ne velis aperire vel inspicere illam quam feres pyxidem, vel omnino divinae formositatis abditum curiosius thesaurum.

CAPUT XX.

Sic turris illa prospicua vaticinationis munus explicuit. Nec morata Psyche

hoc observandum F. 1. 3. p. *d.* f. G. D. *hec* P. O. In cett. *hic*. *vel aperire vel inspicere* D. f. *aliam* pro *illam* f. *divinae formositatis* F. 3. *divina formositate* G. P. D. O. R. f. In cett. *formositatis divinae*. *abdictum* F. 1. *curiosius* F. 1. 3. G. P. D. O. R. f. *d.* p. *π. φ.* In cett. *curas thesaurum*. Oud. locum mendosum putat.

vel, quod post *illa* inseritur, edd. vett. praeter Iunt. 2. ante Vulc. 2. et Colvium omnes habent. Hinc fecit Colv. *velut*, quod Scriver. uncis inclusit, Wow. Pric. ac Florid. recte deleverunt. In nullo cod. praeter B., quantum equidem scio, particula comparet. *prospicua* F. 1. 3. G. D. O. *π.* Incert. Sed in F. 3. ex eadem manu in margine altera lectio *propitia* adscripta est, quam servant B. et omnes edd. vett. *perspicua* F. 2. R. f. P. *Vel prop.* delevit quasi e cod. p. Salmas. *ne morata* D.

dicare, ut nostro loco aptum esse non videatur. Si probum est, vocis notionem Apuleius innovavit. Oud. emendat *relegens*, quod tamen a vestigiis Mss. nimis recedit, ego contra malim *revolvens*. Ita enim Virg. Aen. IX. 391. dicit *quave sequar, rursus perplexum omne iter revolvens* ubi qui *resolvens* praeferunt, quam longissime aberrant. Cic. Epist. ad Att. XIII. 26. §. 1. *Itaque identidem revolvor in Tusculanum.*]

redies. [Hanc formam hic omnes codd. praebent, unde mirum est, quod in lexico Forcell. confirmatur, omnibus locis praeter Tertull. advers. Iud. c. 13. *exiet*, lectiones esse dubias Plura exempla potissimum e scriptoribus ecclesiasticis petita suppeditabit Buen. ad Lact. Inst. IV. 13. §. 20. p. 476. ibid. 18. §. 32. p. 513. VII. 16. §. 14. p. 949. et praeceteris ad Inst. Epitom. ad Pentad. c. 46. §. 8. p. 1284 sq.]

Cap. XX. *turris illa prospicua.* [*Prospicua*, lectio optimorum codd. ab Oud. bene defenditur, quem secuti sunt editor Goetting. et Orellius. Sed in eo mihi errasse videntur omnes interpretes, quod *prospicua* explicant, quae longe prospicitur. Quid Oud. sibi voluerit, accurate cognosci non potest, quum locum Apul. Met. I. p. 68. excitet, ubi *prospicue* plane aliud quid significat et Stat. Theb. XII. 15. *Sic ubi prospicuae scandentem lumina turris,* ubi notionem priorem habere videtur. Ita porro explicant ed. Götting., Rodius, qui vertit: *Also der weitschauende Thurm*, interpres francogallicus omnino omittit. Sed multa obstant, quominus hoc vocabulum ita capiam. Primum enim in omnibus locis Apuleii, ubi legitur *prospicue* adverbium, significat *prospicienter, proride* cf. Met. I. p. 68. *Prospicue Demeas in me consulit.* XI. 792. *prospicue curassent*, ut mirum esset, si nostro loco Apuleius hanc significationem mutasset, praesertim quum hoc vocabulum eius videatur esse proprium. Nam in loco Statii lectio codd. vacillat. Nec aliter explicant Glossae Vulc. p. 121. *prospicuus προβλεπτικός* i. e. providus, prospiciens *vorhersehend*. Deinde ieiunum esset, si turris altitudinis denuo hic mentio iniceretur, ut p. 412. *ad turrim praealtam.* Ibi enim id necessarium erat adiiceretur, quia ita tantummodo coniici poterat, cur Psyche se recte et pulcherrime ad Inferos descensuram esse sperasset. Interpretor igitur *prospicuus* hic providus, futurorum gnarus. *Perspicuus*, quod alii codd. praebent, si quis comprobare velit, tamen sumat necesse est, adiectivum significatione activa de eo dictum esse, qui perspicit, nec passiva, ut semper fit, de eo, qui usquequaque perspicitur. Quae activa vocabuli sententia an umquam probari queat dubito.

Digitized by Google

pergit Taenarum, sumptisque rite stipibus illis et offulis, infernum decurrit meatum: transitoque per silentium asinario debili et amnica stipe vectori data, neglecto supernatantis mortui desiderio, et spretis textricum subdolis precibus, et offulae cibo sopita canis horrenda rabie domum Proserpinae penetrat. Nec

Thesaum G. P. D. *Thernarum* δ. *stipulis* Al. Vir doctus in margine Ed. Vicent. *inferum* Marg. Ed. Bas. 1. item Edd. Vulc. 1. Merc. Wow. Pric. cf. Ovid. Met. I. 179. *per flumina iura Infera.* Sed non minus probum est alterum, quod legis in Mss. omnibus et cett. edd. *amica* f. δ. O. a m. p. *amnea* p. *nectori* D. *supernatans* O. *mortuis* p. *sūptis* pro *spretis* P. [cf. Liv. II. 47. §. 11.] *subdolis* exulat a δ. *precibus subdolis* invetso ordine p. *horrenda* F. 1. 3. G. P. O. D. f. Iunt. 2. *horrende* δ. In cett. *horrendi*. *rabie* abest a δ. *penetravit* G. D. P. O. R. f. π.

Freqùentissima vero est vocum *prospicere* et *perspicere* cett. in Mss. confusio cf. Cort. ad Lucan. VI. 484. Met IV. p. 265.]

decurrit meatum. [De constructione cf. Intt. ad Ovid. Met. X. 597. Cort. ad Lucan. III. 539.]

amnica stipe [i. e. pro transvectione annis pretio, insolita sane sententia. *Amnicus* a Plinio videtur latinitate condonatum. Prius certe invenire non potui cf. Sidon. Apoll. Epist. I. 5. quem locum in lexicis non reperi Gloss. Vulc. p. 9. *amnicus ποτάμιος*, Auson. Mosell. v. 205., quem totum locum ab omnibus Intt. adhuc vexatum ita emendo e codd.:

Puppibus et proris alacres gestire magistros
Impubemque manum super amnica terga vagantem
Dum spectat, transire diem et sua seria ludo
Posthabet.

et ita explico: Dum aliquis haec videt viator [de qua ellipsi pronominis indefiniti cf. Cic. de Orat. I. 8. §. 30. *neque vero mihi quidquam — praestabilius videtur, quam posse dicendo tenere hominum coetus, mentes allicere, voluntates impellere, quo velit; unde autem velit, deducere.* Ochsner. ad Cic. Ecl. p. 142. et p. 182. Beier. ad eiusd. de Off. I. 33. §. 121. T. I. p. 256. et II. 11. §. 39. T. II. p. 76 sq.], posthabet, diem transigi et labi, operaque sua ob gaudia ista negligit. Haec enim variata verbi constructio interpretes decepit. Ita Tacit. Ann. XVI. 50. *dum scelera Principes et finem adesse imperii inter se iaciunt.* Ann. IV. 38. 38. *quod alii modestiam, multi quia diffideret, quidam ut degeneris animi interpretabantur.* Hist. IV. 19. *non ut assequerentur, sed causam seditioni.* cf. quos excitat Rupert. in indice Lat. Tacit. T. IV. p. 811.]

horrenda rabie. Altera lectio *horrendi* a librariis profecta est, qui aegre hic ferebant, quod duo quasi adiectiva uni substantivo adiuncta essent. Quam sententiam Oud. quoque sequitur, quamvis prouior sit ad lectionem cod. δ. *horrendae*, demonstrans eo genere *canis* saepius dici. [Sed primum huic lectioni non ita multum tribuo, quoniam *rabie* in eo cod. abest, ut totum locum corrupisse librarium facile appareat. Deinde videndum est, num ubique liceat femininum genus huius vocabuli pro masculino usurpari. Multum hac in re ex soni sua vitate pendere pronuntiat Burm. ad Lucan. I. 548. Wagn. ad Virg. Georg. I. 470., ubi *obscena* retinendum est. Alia exempla praebebit Voss. Arist. T. I. p. 330. ibique Foertsch. et T. II. p. 700. ibique Eckst. cf. Fea ad Horat. Epod. II. 31. Cort. ad Lucan. VII. 829. Equidem puto, aliud posse proponi discrimen, quod fere semper licet observari. *Canis* enim feminino genere fere semper legi ubi ad sagacitatem narium respicitur, et, canes ad venationem vel praedam commemorantur aptae, et ita de canibus rapacibus. Sic apud Priap. 71. *Vicini canis huc subinde venit nidorem puto prosecuta fumi.* Virg. G. I. 470. Lucan. VII. 829. *obscenae ... Deseruere canes et quicquid nare sagaci Aera non sanum motumque cadavere sentit* IX. 141. *Nam corpus Phariaenae canes avidaeque volucres Distulerint.* Stat. Theb. X. 353. ubi legendum est: *Nullane post manes regis*

Digitized by Google

421 offerentis hospitae sedile delicatum | vel cibum beatum complexa, sed ante pedes

hospiti P. *sedilae* Ald. *sedili* δ. *dedicatum* F. 1. 3. et omnes edd. vett. In cett. codd., et edd. *delicatum*. *amplexans* π. non male cf. ad Met. VI. p. 388., ubi cod. p. habet *aram tepentem amplexans*.

tibi cura peremti, Care Dyma? teneant quem iam fortasse volucres Thebanaeque (in plurimis codd. *Thebanique*) *canes.* Ovid. Met. III. 140. ubi vide Heinsium: *canes satiatae sanguine herili* Horat. Epod. V. 23. et *ossa ab ore rapta ieiunae canis.* 58. *latrent Suburanae canes.* Epist. II. 2. 75. *Hac rabiosa canis.* Ita lego fragm. Ennii apud Varron. VII. 87. p. 320. Spengel. *Tantidem quasi fera canes sine dentibus latrat* (*fera* arsi vi productum est. cf. Virg. Aen. III. 112. Non p. 31. Merc. *Irritata canes.* Hinc factum puto, ut *canicula* de stella dicatur, qua oriente maximi calores saeviunt. Ita defendi potest *canicula*, quod placet apud Gell. IV. 20. *de homine mordaci.* Deinde potissimum *canis* feminino genere de venaticis dicitur; cf. Virg. Aen. VII. 493. *Hinc procul errantem rabidae venantis Iuli commovere canes.* Horat. Epod. III. 31. *aut trudit acres hinc et hinc multa cane Apros in obstantes plagas.* Lucan. IV. 411. *nec creditur ullae Silva cani.* Boet. III. Metr. 12. *Nec visam timuit lepus. Iam cantu placidam canem.* Virg. Aen. VI. 257. *visaeque canes ululare per umbram*, quae canes sunt Hecaten venatricem comitantes. De Stygiis canibus cf. Cort. ad Lucan. VI. 733. Ruhnk. Epist. Crit. I. p. 59. Apoll. III. 1216. Burm. ad Val. Flacc. VI. 113. Semper feminino genere *Stygiae canes* dicendum est, sive ad ipsas Furias sive ad canes Hecatae comites referas. Nunc de Apuleio videamus. Mirum enim est, quod uno tantum loco feminino genere usus est, Met. IX. p. 595. *rabidam canem*, quamquam ibi quoque codd. quam maxime discrepant. Locus enim Met. VIII. p. 513. *canes venationis indagini generosae* dubiae est lectionis. Ceterum genus masculinum ubique praetulit ut Met. VIII. p. 553. *canes rapidos et immanes.* IX. p. 594. *venaticos canes* IV. p. 281. *canes venaticos* al. Hinc puto, nostro etiam loco melius *horrenda* legi, praesertim quum p. 418. dicat: *canis namque praegrandis teriugo et satis amplo capite praeditus.* At femininum tueri quis possit ex Ovid. Met. VII. 408. *Illud Echidnaeae memorant e dentibus ortum esse canis.* Ad soni suavitatem generis diversitas non potest referri, nam quid suavius, quam pro *Echidnaeae* legere *Echidnaei?* His expositis satius videtur esse, lectionem *horrenda* retinere, quae optimorum codd. auctoritate confirmatur. Duo enim adiectiva saepius uni substantivo iungi a Latinis, satis demonstrat exemplis Dr. ad Liv. I. 14. §. 7. Sed hoc ne considerandum quidem est, quod *sopita* hic plane alia ratione iunctum est.]

delicatum. Delicatum nec *dedicatum* scribendum esse, iam olim vidit monuitque Beroald., ut ante Wower. dudum expressere Colin. et Iunt. 2. *Delicatum* enim non modo dicitur de rebus cibariis, sed et aliis pretiosis, mollibus ad pompam vel ostentationem et luxuriem compositis cf. Cuper. Observ. I. 1. Suet. Vitell. c. 10. *delicatissima navigia* Cic. de Off. I. 10. [Met. VI. p. 439. *cibos delicatos. Delicatas* Apuleius omnes eas res nominat, quae sensibus blandiuntur et molli teneraque natura sunt. Met. V. p. 339. *manus tam delicatas.* V. p. 363. *plumellae tenellae ac delicatae.* VI. p. 436. *virginis delicatas voculas.* IX. p. 655. *licet non delicato, necessario tamen quietis subsidio.* X. p. 731. *delicata ac tenera praecordia:* ibid. p. 715. *pluma delicata.* p. 716. *delicatae mulieres.* p. 719. *delicatam matronam.* Apolog. p. 388. *capillus delicatus.* cf. Burm. ad Phaedr. IV. 4. 26. Ruhnk. Dict. ad Suet. Aug. 65. p. 180. Saepius ad libidinem lasciviamque refertur. cf. Met. V. p. 368. *adolescentem delicatum luxuriosumque.* X. p. 745.

Digitized by Google

eius residens humilis, et cibario pane contenta Veneream pertulit legationem. Statimque secreto repletam conclusamque pyxidem suscipit, et offulae sequentis fraude caninis latratibus obseratis residuaque navitae reddita stipe, longe vegetior ab inferis recurrit. Et repetita atque adorata candida ista luce, quamquam festinans obsequium terminare, mentem capitur temeraria curiositate. Et ecce, inquit, ineptae divinae formositatis gerula, quae nec tantillum quidem indidem mihi delibo, vel sic illi amatori meo formoso placitura.

CAPUT XXI.

Et cum dicto reserat pyxidem. Nec quicquam ibi rerum nec formositas

et, quod ante *cibario* extat, non agnoscunt F. 1. G. P. D. O. B. f. p. d. *cepario* f. vitiose. *veneriam* G. d. p. edd. vett. *Venerisque* D. *perculit* Marg. Bas. 2. Perperam vero Wower. sequente eum Pric., auctoritate codd. P. et φ., cui accedunt G. et D., rescripsit *protulit*. *conculasam* pro *conclusam* D. *succepit* p. *residuaque* F. 3. G. p. d. f. O. Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. In cett. *et residua canis* f. *nautae* d. *igitur repetita* F. 1. teste Elm. Sed *repetita igitur* extat in collatione Lindenbrog., ut in Edd. Elm. Scriv. Florid. In cett. *et repetita atque*: ut in F. 3. G. D. Vulc. 2. Oud. mavult *at*. *odorata* p. *festinantis* P. G. *terminaret* Venet. 4. Bas. 1. Colin., quod tantum glossema est. *mente capitur temeraria curiositate*. Quatuor hae voces omissae erant a p. m. cod. O. *mentem* F. 3. In reliquis omnibus *mente*. *inepte* F. 3. G. D. P. R. f. O. In reliquis *inepta*. *ego*, quod ante *divinae* in nonnullis libris et omnibus edd. legitur, abest a F. 3. G. D. *ne* d. In cett. codd. et omnibus edd. *nec* extat. cf. ad Met. IV. p. 258. *identidem* d. f. *formosa* coniecit vir doctus in marg. ed. Colv.

quidquam tibi π.

delicatis respondere gestibus. Apol. p. 435. *delicatae opulentiae*. Hinc de concubinis cf. Ruhnk. Dict. ad Suet. Vesp. 3. p. 353. *Delicatum* hic legendum esse, probant seqq. *cibum beatum* et *residens humilis*.]

pertulit. cf. ad Met. IV. p. 305. Oud. ad Caes. B. G. IV. 27. *mandata perferrent* ibid. VII. 8. Suet. Claud. 37. [Heinrich. ad Iuvenal. VI. 392. p. 255.]

secreto. Ne scilicet videret Psyche, quid in pyxidem conderet Proserpina. Nam male cepit Gruter. substantive, quasi *secretum* esset ipse divinae formositatis thesaurus. Miscell. Nov. Lips. Vol. III. P. 3. p. 492.

mentem capitur. Iam Stewechius coniecerat: *quamquam festinans obsequium terminare, tamen mentem capitur*, quod Brantius inepte in *inante*, Wass. in *mentis* vel *antecapitur* emendat. *Mentem* vero poni abundanter, ut saepe *animo*, quia res ad animum pertinere videatur, recte iam monet Oud., qui ex suis codd. omnibus *mente* et *formositate* ex usu Latinorum defendit, qui duos ablativos diversa sententia uni verbo iungere soleant, cit. Intt. ad Ovid. Met. XIII. 216. ad Calpurn. Ecl. I. 56. ad Lucan. II. 213. Suet. Tiber. 62. Sed *mentem* ex optimo cod. Florent. 3. retinui. Pessime vero Stewech. infarcire conatur *tamen*, quae particula multo elegantius subintelligitur, cf. ad Met. III. p. 214.

ineptae divinae formositatis gerula. [Quod prius scripserunt Intt. *inepta ego*, optimis codd. reiicitur, qui *inepte* praebent, omisso pronomine *ego*. Hanc lectionem revocavi, quae longe difficilior et supra captum librariorum erat.]

delibo. [cf. quae disputat Arntz. ad Plin. Panegyr. 38. §. 1., ubi noster locus commemoratus est.]

Cap. XXI. *et cum dicto*. [De hac formula, qua nihil usitatius apud Apuleium inveniri potest, quaque summa exprimitur agentis alacritas, cuius verbum iam facta sequuntur, conf. Buenem. ad Lact. IV. 15. §. 22. p. 489. qui plures alias eiusdem significationis formulas enumerat. cf. Met. I. p. 29. 35. 57. 60. 68. 70. II. p. 95. 114. 124. 149. 159. III. p. 197. 199. VI. p. 421. VII. p. 500. VIII. p. 560. IX. p. 604. X. p. 710.

Digitized by Google

422 ulla, sed infernus Somnus ac vere Stygius: qui statim coopercnlo revelato | invadit eam, crassaque soporis nebula cunctis eius membris perfunditur, et in ipso ve-

form. illa R. *infer* P. in excerptis ad marg. edit. Colv. *quod statim* O. *coperculo* F. 3. G. P. D. f. Vicent. Venet. 2. Ald. Iunt. 1. *operculo* habet F. in excerptis ad marg. ed. Colv. In Lindenbrog. collatione nihil adnotatum est. In cett. *coopercnlo. revelato* F. 3. G. D. p. φ. f. O. π. d. In ceteris *revelatus*, quod omnino deest in P. f. *crassoque* F. 1. 3. *crassique* p. ed. Florid. *crassaque* φ. R. f. G. O. π. D. P. d. *invadit eam crassi soporis nebula Cunctis* edd. vett. *crassique soporis nebula. Cunctis* Elm. *et* ante in *ipso* non comparet in P.

Hoc vero observandum est, hanc formulam ab enuntiationis initio ubique poni, nec unquam desiderari particulam copulativam, quae in aliis dictionibus ut *nec mora et*, *nec longum tempus et*, ut Graecorum *καὶ*, partes orationis coniungit, ubi res proxime et celeriter consecutae quasi copulantur cf. Burm. ad Virg. Aen. III. 9. Schef. ad Plin. Epist. V. 14. §. 8. Wagn. Quaest. Virg. XXXV. 6. Hand. Tursell. Tom. II. p. 482. sq. Mirum vero est, quod Apuleius hac formula in Metamorphosi tantum utitur, in aliis aliter idem exprimit, v. c. de Mundo p. 322. *dicto citius* al. Florid. enim locus p. 61. *et cum dicto opus est* plane aliter est explicandus. Secuti sunt Apuleium ceteri quoque Afri ut Minuc. Fel. c. 4. §. 5. *et cum dicto eius adsedimus.* Mart. Cap. IX. §. 889. Kopp.]

revelato. Ita ex optimis codd. cum Scioppio in Symb. restitui, quod Oud. damnat, his verbis *revelatus* defendens: Verum *coopercnlum* non est *revelatum.* Hoc enim non fuit tectum alio velo, sed revelatum et reclusum, et sic *revelatus* est somnus; cf. Ovid. Heroid. XI. 73. Fast. VI. 619. Apul. Met. II. p. 148. *corpus coopertum revelat.* III. p. 188. *corpora necatorum revelari* [cf. Kopp. ad Mart. Capell. III. §. 229. p. 261., qui recte monet, hoc vocabulum praeceteris apud Afros in usu fuisse. Oud. autem ratiocinatio quid hic sibi velit, intelligi non potest. *Revelari* quum in universum omnes res dicantur, quae prius opertae atque reclusae erant, ut conspici non possent, i. e. aperiri, nudari, detegi, cooperculum quoque pyxidis recte revelatur et recluditur.]

crassaque soporis nebula cunctis eius m. p. Optime hunc locum edidit Scriver., quum edd. priores post *nebulâ* signum interpunctionis maximum posuissent. *Crassa* quum non solum in longe plurimis codd. legatur, sed vitiosa quoque codd. F. 1. et 3. scriptura *crassoque*, quae tamen me offendit, defendi videatur, cum Oud. in textu reposui, qui ex dict. Gronovii in Observ. III. 7. et in Add. Virg. Georg. II. 309. *crassus* de aere spisso et caliginoso dici demonstrat.

in ipso vestigio. [Barth. Advers. XXIII. 11. p. 1135. hoc explicat *ipso illo momento*, ad significationem vocis *vestigio* pro *illico* provocans, eumque sequitur Rodius in versione sua: „*und streckt sie sofort unbeweglich am Boden hin.*“ Floridus in paraphrasi vertit *in ipso loco*, quod mihi probum est. Collapsa enim sunt Psyches membra vel in ipso loci vestigio, quo stetit, quum urnulam reseraret. *Vestigio* pro *illico* legitur Met. IV. p. 297 *consequi vestigio me pedibus alienis fugientem*, pro quo Cicero meliorisque latinitatis scriptores, quantum equidem scio, semper *e vestigio* ponunt. cf. Oud. ad Caes. B. G. VI. 5. §. 3., qui bene B. C. II. 26. praepositione electa legit: *et vestigio temporis primum agmen erat in conspectu.* Nam si *loci*, *temporis* al. *vestigio* adduntur, praepositionem nusquam inveni. cf. Cic. Pison. c. 9. §. 21. *eodem et loci et temporis vestigio. Vestigio* pro *illico* praeterea legitur in loco Varron. apud Non. s. v. *mollitudinem* p. 135. Merc. *Sigilla in mento impressu amoris digitulo Vestigio demonstrat mollitudinem* ubi quid *mento* sibi velit, non intelligo, fortasse legendum est *verpo*; cf. Gloss. Philox. p. 223. *Verpus Δόλιος καὶ ὁ μέσος δάκτυλος τῆς χειρὸς λέγεται καὶ ὁ λιπόδερμος.* cf. Alexand. Genial. Dier. IV. c. 26. *Tertius digitus, qui medius et reliquis maior est, famosus habetur,*

Digitized by Google

stigio ipsaque semita col|lapsa possidet. Et iacebat immobilis, et nihil aliud [182]
quam dormiens cadaver. Sed Cupido iam cicatrice solida revalescens, nec diutinam suae Psyches absentiam tolerans, per artissimam cubili, quo cohibebatur elapsus fenestram, refectisque pinnis aliquanta quiete, longe velocius provolans

conlapsa F. 1. 3. G. P. f. O. *conlasa* D. *collapsam* legitur in cett. codd. et edd. Pro *possidet* in G. P. D. f. O. legitur vitiose *post se*. *exiacebat* pro *et iacebat* G. P. (in excerpt. ad marg. ed. Colv.) *exiabat* D. *nici*^{p} *aliud* D. pro *nihil aliud*. *altissimam* G. P. D. O. *d. f.* p. *arctissimam* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *actissimam* vitiose Venet. 4. In cett. *artissimam*. *choibebatur* D. *pennis d.* more solito.

petulans et libidinosus, cuius obiectu probrum obiectamus, alteriusque famam laedimus et detestamur: et quia deses et ignavus in medio situs nulli rei adiumento est, iccirco despectissimus est: qui etiam verpus dicebatur. Idem vocabulum fortasse restituendum est in Gloss. Cyrill. p. 438. *Ἀρλλος verpus.* ubi hodie legitur *Ἀρλλος varus.*]

collapsa. [Hanc lectionem, quae optimorum codd. auctoritate confirmetur, in textu reponendam curavi, referens vocem ad *membra*, quae quum nebula soporis perfusa essent, statim cecideraut. Ita neutrum referendum esse, iam Oud. intellexit, magis tamen ad coniecturam *collapsae* inclinans, quae minus mihi probatur, quum duriusculum videatur esse, ex praecedenti *membris* hic *membra* cogitatione addere.]

iacebat immobilis ... dormiens cadaver. Plura exempla huius oxymori enumerat Pricaeus, ex quibus haec licebat afferri. Met. II. p. 153. Lactant. de Opif. 18. §. 5. Tertull. de Anim. c. 43. Quint. Decl. II. c. 19.

artissimam. Male Roaldus defendit alteram lectionem *altissimam. Altitudo* enim fenestrae non poterat impedire Cupidinem, quominus ea evolaret, sed angustiae, quae maiorem hic habent efficacitatem ad ostentandam carceris securitatem, quo a matre inclusus erat Cupido. Passim hinc *arta vincula* et arta *custodia* dicuntur cf. Heins. in Miscell. Observ. Vol. IX. T. II. p. 282. Voces vero *altus* et *artus* creberrime confunduntur. cf. Burm. et Oud. ad Lucan. I. 664. Heins. Advers. I. 8. p. 86. cf. ad Met. VIII. p. 590.

pinnis. Ubiubi *pinnae* legitur, varietas lectionis est *pennae*, ut nubes exemplorum afferri possit, ubi ea de re interpretes agunt. Multo magis discrepant sententiae VV. DD. de discrimine, quod inter utrumque vocabulum intercedat. Servius enim ad Aen. II. 479. apertis verbis negat, *pinna* vocem unquam in usu fuisse apud veteres: *Bipennis. Ecce nomen, quod servavit antiquitatem, quia veteres pennas dicebant, non pinnas*, qua in re consentit Isidor. Orig. XIX. 19. 11. qui haec profert: *Securis apud veteres penna vocabatur, utrimque autem habens aciem, bipennis. Nam bipennis dicitur, quod ex utraque parte habeat acutam aciem, quasi duas pennas. Pennum autem antiqui acutum dicebant. Unde et avium pennae, quia acutae. Et ecce nomen, quod reservavit antiquitatem, quia veteres pennas dicebant, non pinnas.* Sed mirum est, quod uterque aliis locis hanc formam agnoscunt Serv. ad Aen. IV. 88. *Minae eminentiae murorum, quas pinnas dicunt.* IX. 473. *Pinnata. Quidam volunt ideo hic famam pinnatam a Poeta inductam, quae tumultum et res adversas nuntiet.* Isidor. XI. p. 11. 46. *Pinnula summa pars auris ab acumine dicta. Pinnum enim antiqui acutum vocabant, unde et bipennis et pinna.* Hic uterque Isidori locus plane sibi adversatur, unde necessarium videtur, ut pro *pinnula* legatur *pennula* cet., quod tamen non ita probabile est. Puto enim, apud veteres utramque formam in usu fuisse, sed ita ut *pinna* magis ad turrium et murorum eminentias aliasque res acutas, *penna* vero potissimum ad remigia alarum pertineat, secutus hoc in discrimine non solum Quint. I. 4. §. 12. *securis utrinque habens aciem Bipennis, ne*

Digitized by Google

Psychem accurrit suam, detersoque somno curiose et rursum in pristinam pyxidis sedem recondito, Psychem innoxio punctulo sagittae suae suscitat. Et ecce, inquit, rursum perieras, misella, simili curiositate. Sed interim quidem tu,

Psychem F. 1. 3. G. D. edd. vett. Vulc. 2. Elm. In cett. ***Psychen***. Certe nihil monuit Oud. ***persolans*** D. ***decussoque somno*** φ. ***decursoque*** δ. ***Psychem*** F. 1. 3. G. D. Elm. Vulc. 2. In cett. ***Psychen***, quod omnino exulat a δ. ***innoxie*** prave Ed. Amstel. Scriv. ***sagittae suae*** F. 3. G. P. D. f. In cett. ***suae sagittae***. ***sagiptae*** legitur in Iunt. 2. ***ecce*** non comparet in δ. Perperam. Rectius deesse ***inquit*** sententia est Oud. Sed non necessarium, quum utrumque bene defendatur. ***quam tu ū*** pro ***quidem tu*** p.

illorum sequatur errorem, qui, quia a pennis duabus hoc esse nomen existimant, pinnas avium dici volunt, sed etiam Capr. p. 2243. qui ***pinnas*** murorum, ***pennas*** avium dici pronuntiat. Hoc discrimen videtur ab antiquissimis observatum, quamquam unum idemque erat vocabulum. Postea vero ita promiscue utraque vox a Romanis usitata est, ut discrimen nullum inter eas statui liceat, ut volunt nonnulli, qui ***pinnas*** alarum, ***pennam*** plumam in pectore vel in tergo esse existimant; cf. Dr. ad Liv. XXI. 30. §. 9. vel Doed. Synonym. T. III. p. 205. qui ***pennam*** caulem comprehendere dicit, ***pinnam*** vero plumam magis indicare, vel Ramsh. Synonym. T. I. p. 57. qui ad pronuntiationem tantum discrepare utrumque prodit. Sed hoc ubique observavi, ***pinna*** scribendum esse, ubi de acuminibus murorum et galearum sermo est. Posteriori tempore ***pinnae*** plus obtinuit, ut ex Gloss. Isid. p. 691. intelligi potest: ***Pindae pinnae dictae sunt a pendendo, sed usus obtinuit, ut pinnae dicantur*** et ex Gloss. Philox. ***pinna πτέρυξ, πτερόν pinnae ἐπάλξεις, πτερά***, in quibus ne extat quidem forma ***penna***. Gloss. Cyrill. p. 599. ***πτερόν pinna, pluma, ala*** Gloss. Vulc. p. 107 et 111. ***penna πτερόν pinna πτέρυξ pennula λοβός pinnula λοβός***. Quomodo igitur lis dirimi queat, equidem non video, quum ne ad codd. quidem auctoritatem, nisi omnes omnino consentiant, nimium provocari possit, siquidem usus posterioris aetatis obtinuerit, per i vocem scribendi. In cod. Rom. Virgilii optimo fere ubique *i* proferri, adnotat Iahn. ad Virg. Georg. IV. 310. In Apuleii codd. id licet affirmari, semper fere legi ***pinna, pinnatus, pinniger*** ut Met. IV. p. 304. V. p. 311. 385. VIII. p. 552. Apol. p. 522. 523. 524. 529. 535. 568. Florid. p. 8. (ubi edd. nonnullae variant) p. 60. p. 108. de Mund. p. 338. Sed in libris de Dogm. Plat. I. p. 182. ***pennis*** et de Deo Socr. p. 138. ***pennulis*** omnes codd. servant, nisi quod loco posteriori ed. pr. ***pinnulis*** habet. Ita ibid. p. 140. ***remigia pennarum***, ubi cod. Voss. solus ***pinnarum*** praebet et de Mund. p. 369. optimi codd. inter ***pennatarum*** et ***pinnatarum*** variant, quo loco Bosscha ***pennarum*** in textu posuit. ***pinnarum*** vero adnotationi praefixum est. Equidem existimo, omnibus Apuleii locis ***pinna*** esse restituendum, quod praetulisse videtur. De confusione utriusque vocabuli cf. Munk. ad Lact. Enarr. Fab. L. III. f. VIII. p. 808. Stav. Burm. ad Anthol. L. T. I. p. 623. Cort. ad Lucan. I. 588. IV. 431. VII. 835. Kopp. ad Mart. Cap. II. §. 101. p. 141. et Mart. Cap. IV. §. 379. p. 357. ***pinnae*** e cod. Bonon. optimo restituendum est apud Lactant. de Opif. c. 5. §. 3. p. 1146.]

detersoque somno. [cf. Barth. Advers. XXXV. 14. p. 1612.]

perieras. [***Perire*** hic de Psycha dictum, quae sua culpa et manu quasi sibi ipsa admovens, exstinguitur. De hac vocis significatione cf. Doed. Synonym. III. p. 179.]

interim. [Hand. Turscll. III. p. 425. et 426. hanc particulam praeoccupatum tempus significare, aliis rebus repositis vel dilatis, bene pronuntiat. Hoc nostro respondet *vorjetzt, vorerst, einstweilen.* Eadem notione legitur Met. VII. p. 497. ***cruentumque percussorem criminantes, ad casas interim suas vinctum perducunt, quoad renascendi die deductus ad magistratus poenae redderetur*** et Apol. p. 562. ***concedo interim.***]

Digiti Google

quod tibi | matris meae praecepto mandatum est, exsequere naviter: cetera ego- 423
met videro. His dictis amator levis in pinnas se dedit. Psyche vero confestim Veneri munus reportat Proserpinae.

CAPUT XXII.

Interea Cupido amore nimio peresus, et aegra facie matris suae repentinam

provinciam, quod post *tu* in nonnullis libris et omnibus edd. legitur, exulat a G. P. O. f. R. *d.* D. In F. 3. est abrasum, ita ut lacuna in textu appareat, quamquam quid prius scriptum fuerit, nunc cognosci nequeat. *quod tibi matris meae praecepto mandatum est* G. P. D. B. f. O. *d.* In cett. codd. *quae tibi mandata est. naviter* F. 3. G. D. In cett. *gnaviter. video* p. *lenis* G. P. *laetus* F. 1. *in plumas* pro *in pinnas* O. *Veneris d.* p. *Proserpinae* deest B. unde uncis inclusit Scriver. *Proserpie* D.

pessus pro *peresus* G. P. D. *percussus* p. *d. erga facie* D. *facit* pro *facie* vitiose legitur in Ed. Elm.

quod tibi mandatum est. Provinciam. quod post *tu* in nonnullis libris legitur, quum in plurimis optimisque codd. desideretur, colligo, per glossam in textum irrepsisse a librario, qui quo referenda essent verba: *quae tibi mandata est* non intellexit. Vetus vero esse glossema, iam inde potest intelligi, quod in cod. F. 3. extitisse videtur, sed deinde a sedulo librario abrasum est. Et recte iam monet Oud. *provinciam* hic ne ferri quidem posse, quod licet *provincia* de quovis munere dicatur, talia tamen soleant verba addi, quae propria sint verae administrandae provinciae, ut *dare, tradere, capere, suscipere.* Hanc autem metaphoram Apuleium semper aliis in locis observasse, quibus idem vocabulum legatur. cf. Met. IX. p. 627. *commissae provinciae fidem tuebatur.* de Deo Socr. p. 134. *ut est eorum cuique tributa provincia.* de Mund. p. 348. *Alii venatibus agendis provinciam nacte.* Quare mihi cum Oud. locus suspectus est, quamquam hic non audet credere, *provinciam* penitus delendum esse, sed substitui vult *pro viribus* vel simile quid, et quum in cod. Pith. legatur *quam tu ā*, emendat *spartam*, cuius glossam esse *provinciam* opinatur. [Hoc quid sibi velit, equidem non intelligo. Deinde substantivum, si quod substituendum est, ante pronomen *tu* inepte positum esset, hinc ut credam, vitium non in verbis praegressis sed in vocabulo *mandata* esse quaerendum. Erat, quum ego *mandatio est* vel *mandatela*, quae vox apud Prisc. IV. 1. 4. T. I. p. 143. Krehl. legitur, emendarem, sententia satis facili ac perspicua. At in textum recipere coniecturam nolui, quia audacior videbatur esse, ut quum textus ita sanari tantum posset, reposuerim ex aliquot codd., *quod ... mandatum est.*– Sed si unus tantummodo codex *provinciam* praeberet, id, quamquam falsum videtur esse, non eiecissem: nam coniici licet, in ceteris quoque codd., qui negligentius collati sunt, hoc vocabulum desiderari, ut Lindenbrog. quoque pro levitate sua sine dubio hoc non correxit.]

amator levis. [*Lenis*, quod in nonnullis codd. legitur, frequens est Mss. error, de quo iam egi ad Met. III. p. 213. *Levis* enim Cupido propter agilitatem et corporis et mentis describitur. De mentis agilitate et lascivia intellexisse videtur librarius cod. Florent., qui in textum *laetus* intrudit.]

Cap. XXII. *peresus.* cf. Burm. ad Virg. Aen. VI. 442. Poetae enim passim non solum *ignem*, quo nomine amor millies venit, *edere* cum compositis aiunt, sed et quibuscunque curis, quibus quis frangitur ac consumitur, *esum* ac *morsum* adscribunt; cf. Intt. ad Sil. Ital. XIII. 679. XVII. 345. Catull. LV. 31. *et multis languoribus peresus.*

Digitized by Google

sobrietatem pertimescens, ad *armillum* redit, alisque pernicibus coeli penetrato

severitatem pro *sobrietatem* F. 1. Elm. Vulc. 2. Scriver. In G. legitur *repentinam sbo sobrietatem*, sed ita, ut iam a manu prima *sbo* minio deletum sit. Oud. in suis excerptis mire legit *sbodel sobrietatem*, quae lectio errore viri magni exorta est. Nam adscripserat Cortius sine dubio marg. ed. Colv. *sbo del.*, qua nota deletam esse in codice vocem *sbo* indicavit, unde Oud. fabricavit istud monstrum vocabuli. *armilem* F. 1. 3. G. P. D. f. δ. O. *armilium* edidit Scriver. In cett. *armile. reddit* D. pro more. *coelo* O.

sobrietatem. [Allucinatur Oud. in hac lectione reiicienda. Putat enim, si plures libri addicerent, legendum esse *severitatem*, quia Sobrietatem ut inimicam Veneris induxerit V. p. 376. *Petamne auxilium ab inimica mea Sobrietate.* Ut igitur hanc lectionem, quae optimorum codd. auctoritate stabilitur, retinere possit, emendat: *repentinam servam sobrietatem* vel *servulam sobrietatem*, miram istam, de qua in nota critica dixi, secutus Guelf. cod. corruptelam. Ille vero, quantum video, cum omnibus Iatt. hunc locum male intellexit. Floridus in paraphrasi hunc locum ita interpretatus est: *morbido cultu, metuens Sobrietatem subito accersitam a matre*, quam explicationem secutus est Rodius: *von der Furcht genagt, seine Mutter möge ihn doch noch der Mässigkeit übergeben, da ihr Blick noch immer zürne*, in eo tantum recedens, quod *aegro cultu* non ad Cupidinem, sed ad Venerem referat. Nec melius vertit interpres francogallus: Cependant Cupidon brulant d'amour et craignant, que sa mère nele livrât bientôt à la Sobriété, dont elle l'avait menacé. Referunt enim haec verba omnes ad consilium Veneris Sobrietati filium tradendi, quippe quem nulla alia ratione domitum iri speraverit. Quod equidem nego. Oud. enim coniectura eo non potest ferri, quod ancilla Veneris Sobrietas non erat, sed dea quaedam, quae a lasciva femina quam maxime spernebatur. Deinde quid sibi volunt verba *repentina sobrietas*, si de deae persona dicuntur? Locus ita intelligendus est: *aegra facie*, quum adhuc aeger esset Cupido necdum reconvaluisset, metuebat a matris repentina sobrietate, qua antea nondum in eum consuluerat. *Repentina* nominatur, quae contra spem votumque Cupidinis tam cito eam occupaverat, *sobrietas* vero est Veneris non qua ipsa continetur, sed qua filium domare studuit, quum antea eius luxuriae et lascivitati, de qua cum eo mater ipsa expostulat, V. p. 375., pepercisset. Hanc contra Amorem sobrietatem primum eo erat testificata, quod in cubiculo longe artissimo eum incluserat. *Aegra facie* ad Venerem cum Rodio referri nequit, quum *aeger: sollicitus, morbosus* nec vero unquam *iratus* significet.]

ad armillum redit. [Ita hunc locum cum Dousa ad Lucil. LXXVIII. emendavi, qui sine dubio mendosus est, quum *armilem* optimi codices legant, idemque vocabulum IX. p. 638. extet: *At illa, praeter genuinam nequitiam, contumelia etiam, quamvis iusta, tamen altius commota atque exasperata, ad armillum revertit, et ad familiares feminarum artes accenditur.* Aliud vero vocabulum substituere impedimur, quod proverbium est *ad armillum redire* s. *ad armillum reverti*, in quo nihil debet mutari. Hinc iam potest intelligi, quam perverse Beroald. *armile* hic exposuerit de armamentario fraudium et artium: quo accedit, quod *armile* hoc ne significare quidem potest. Idem cadit in Scriverii emendationem *armilium*, quod Glossae Phil. p. 25. *σκεῦος* explicant. *Armillum* autem proprie est *urceoli genus vinarii*, ut interpretatur Non. p. 547. conf. Varr. de vit. pop. Rom. l. *Etiam nunc pocula, quae vocant capulas ac capides, quod est poculi genus, item armillum, quod est urceoli genus vinarii* et p. 74. *armillum* Lucil. XXVIII. *Hinc atque hinc licet anus rursum ad armillum*, ex quo loco optime sententia et vis proverbii intelligi potest. Metaphora enim ab anu eiusque bibacitate desumta est, prae vini cupiditate subinde redeuntis ad pocula. Dicebatur vero, ubi quis ad ingenium suum, ad nativos mores et naturam, quam exuerat condicione, regreditur, nec

vertice, magno Iovi supplicat suamque causam probat. Tunc Iupiter prehensa Cupidinis buccula, manuque ad os suum relata consaviat, atque sic ad illum: Licet tu, inquit, domine fili, numquam mihi concessu Deûm decretum servaris ho|norem, sed istud pectus meum, quo leges elementorum et vices siderum 424
disponuntur, convulneraris assiduis ictibus, crebrisque terrenae libidinis foedaveris casibus, contraque leges et ipsam Iuliam disciplinamque publicam turpibus

causam delet D. *prehensa* F. S. G. P. D. O. *δ. π.* Iunt. 2. Wow. Pric. Florid. *praetensa* R. f. *perprensa* Vulc. 2. *praecisa* Ms. Incert. *pressa* F. 1. φ. Elm., unde Scriver. rectius edidit *prensa*. In edd. vett. legitur *perpressa*. *buccula* P. *consabiat* G. P. D. *δ. consuavint* ed. Scriv., inter quas scripturas ubique codd. fluctuant. In Venet. 2. vitiose legitur *consavias*. *thie fili* pro *domine fili* legitur in p. *dominae* contra morem Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. *concessum* p. *deum* exulat ab O. *secretum δ. servaveris* G. *δ. conculneratis* G. D. *π. ictibus assiduis* G. D. *foederaveris* G. p. D. *contra leges* omissa copula *δ.*

iis desuescere potest. Idem testatur locus Apul. Met. IX. p. 638. Anuum cum voracitas tum vinositas famosissima est. cf. Apul. Met. IV. p. 251. de anu, latronum hospita: *quae diebus ac noctibus nil quicquam rei, quam merum saevienti ventri tuo soles aviditer ingurgitare.* *Armillum* praeterea explicant Fest. p. 2. *armillum vas vinarium in sacris dictum, quod armo i. e. humero deportetur*, ad quem l. conf. Intt. p. 300. Lind. et Gloss. Isid. p. 668. *armillum, crater, vas vinarium.*]

prehensa. Ex tanta librorum farragine Oud. praetulit lectionem Roaldi *perprensa*, quum certe *pressa* hic locum habere nequeat. Sed miror, quomodo locus Suet. Galb. 4. quem ipse affert: *Puero adhuc salutanti se inter aequales apprehensa buccula dixisse,* Oud. non commoverit, ut lectionem optimorum codd. *prehensa* reciperet, quae compendio *p̄ensa* corrupta est. *Buccalam* vero *prehendere* eius est, qui blanditur, ut Oud. demonstrat ex locis Apoll. R. III. 128., ubi Venus Cupidinem blandiendi caussa: *Γναθμοῖο καταστομένη προσέειπε* et v. 149. *Ἐπιρρήσασα παρειὰς χεῖρι ποτισχομένη.* Plura exempla profert Colvius. Serv. ad Virg. Aen. I. 260. hunc morem ita exposuit: *Oscula libavit natae:* Sane multi nolunt ita intelligi, ut summum osculum filiae dederit, id est, non pressum, sed summa labella contingens: sed ita aiunt: tum hilaris Iupiter vultus natae libavit, id est, contigit, scilicet ut nos solemus, cum blandimentis quibusdam sinistram maxillam contingere liberorum et deinde ad os nostrum dextram referre [cf. Ruhnk. Dict. ad Suet. Aug. 94. p. 203. et Baumg.-Crus. ad h. l. Male Erhard. ad Petron. c. 126. p. 781. nostro loco *buccula* explicat *parvum os.*]

concessu Deûm. Male Colvius cum Stewech. ad Arnob. VII. p. 142. ed. Lugd. emendat *consessu.* Decretus Iovi honor dicitur *concessu deorum*, quia illi communi decreto primum Iovi honorem concesserunt.

crebrisque terrenae libidinis foedaveris casibus. Primum Wass. perperam offendit in voce *casibus*, pro qua emendat *facibus*, temeraria prurigine coniectandi abreptus, quum ipse *casibus* lectionem dein defendat ex loco VII. p. 454. *casus iniquissimo dolendus.* Idem vero contigit Beroaldo, qui *cassibus* i. e. laqueis et pedicis coniecit, et Priçaeus etiam in Add. ferri utcunque lectionem posse scribens, ariolatus tamen est *sordibus* ex Met. IV. p. 303: *nomen meum coelo conditum terrenis sordibus profanatur.* Oud. quamquam dubitat, quicquam mutari posse, tamen corrigit *labibus* i. e. maculis et sordibus, comparans Met. II. p. 123. *impudentiae suae labe.* VIII. p. 529. *impudentiae labe tacita.* Apol. p. 393. *labes sordium.* de Deo Socr. p. 169. *sine turpitudine, sine labe.* Gell. II. 1. *a voluptatum labe carisse* Minuc. Fel. c. 26. *spiritus a coelesti vigore terrenis labibus ac cupiditatibus degravati.* Immo saepe vocabulum *labes* de adulterio sumi, demonstrat ex Senec. Hippol. v. 667. Ovid. Heroid. IV. 32. (ubi cf. Ruhnk.) et Amor. III. 5. 43.

adulteriis existimationem famamque meam laeseris, in serpentes, in ignes, in feras, in aves et gregalia pecua sereuos vultus meos sordide reformando: attamen modestiae meae memor, quodque inter istas meas manus creveris, cuncta perficiam: dum tamen scias, aemulos tuos cavere, ac si qua nunc in

extimationem D. *famemque* G. D. *foras* pro *feras* D. *egregalia* D. *pascua* G. P. *pecuia* O. cf. ad p. 403. *deformando* coniecit Toll. *modestiae meum memor* Venet. 4. *ac tamen* f. *inter* D.

Prop. I. 11. 15. [De plurali *labibus* cf. Foertsch. ad Voss. Arist. I. p. 459. *Labibus* etiam ferri posset, si explicaretur per *mala, calamitates.* cf. Intt. ad Virg. Aen. II. 97.] Sed ipse Oud. defendit *casibus* exponens per *varia et quasi fortuita genera.* ut VII. p. 453. *variis quidem sed impigris casibus.* Vell. II. 30. *variis gravibusque casibus*, ubi *calamitates* significat. [Equidem hoc loco *casibus* non temere positum esse ab Apuleio existimaverim. Iupiter enim omnia adulteria, quibus contra Iunonem peccat, non suis libidinibus lasciviaeque tribuit, sed fortunae casibus ac temeritati Cupidinis, qui eum invitum stimulant atque inflammant. Quam iratus sit hac lascivia, ipse indicat verbo: *foedaveris. Foederareris*, quod in aliquot codd. legitur, nihil nisi corruptio est. Attamen vir doctus in ed. mea Colv. emendat: *fodicaveris*, quod tamen vocabulo *casibus* non convenire videtur.]

et ipsam Iuliam. [Non videtur esse ea lex Iulia et Papia Poppaea de maritandis ordinibus, de qua hic et Apol. p. 575. agit Apuleius, quaeque sine dubio lata est anno 757. u.c.; sed potius lex Iulia *de adulteriis*, quae ab Augusto anno 737. perlata est. De utraque lege agit Bach. histor. iurisprud. Lib. II. c. I. sect. 2. §. 2. 7 et 8. et Lips. Excurs. ad Tac. Ann. III. 25. et ad IV. 42. Gesn. ad Plin. Epist. VI. Suet. Aug. c. 34. cf. Intt. ad Prop. II. 6. 1. Plura de lege *Papia Poppaea* dicenda erunt, ad Apol. l. c.]

existimationem famamque. [De discrimine utriusque vocabuli, quorum posterius magis ad externum, ad verba et sermones, prius vero ad internum, ad cogitationes et iudicia referri dicunt, cf. Doed. Synonym. T. V. p. 235.]

in serpentes, in feras cett. [Breviter hic describit Iupiter multiplices suos errores, variasque formas, quibus indutus feminas corruperit. Elm. comparat Tatian. contra Graecos f. 280. Primas. in Epist. Paul. ad Rom. c. I. cf. Optime singula adulteria enumerat Ovid. Met. VI. 104 sqq. ibique Burm. Lucian. dial. deor. 5. §. 2. p. 213. Stewech. ad Arnob. V. 22. p. 122. ed. Lugd. Plura dabit Pricaeus ad h. l.]

aemulos tuos. Intelligunt Beroaldus et alii rivales tuos Cupidines vel alios invidos, eandem puellam expetentes, ut *carere* sit *metuere*, *vetare* ut Ovid. Art. A. I. 753. *Cognatum fratremque cave.* Oud. tamen videtur potius Iupiter de sese egisse, idque satis e seqq. patere opinatur, haec addens: Non vero, ut cum Pricaeo audacter reponere sustineam: *aemulos meos amorere* (non *carere*, ut Oud. habet), sed ut Cupidinem moneat, cavendos quidem esse aemulos, se ipsum praecipue intelligens, et hinc ne Psychem ipsi eripiat aemulus Iupiter, curet Cupido, ut pro hoc concessionis beneficio procuret ipsi puellam, quaecunque praepolleat pulchritudine. [Qui vero tantopere Oud. aberrare potuerit ut *aemulis tuis cavere* i. e. consulere et prospicere, potius scribendum esse opinaretur, vix capio. Res per se clara est. Sed ingenue confitendum est, hanc explicationem mihi non satisfacere. Diversas enim esse personas *aemulos* et *Iovem*, ipse sententiarum nexus aperte indicat: Iupiter enim omnia perficere vult, quae Cupido flagitat, siquidem puellam ei propinaturum se esse promittat, Cupidinis vero esse dicit, ab aemulis cavere, qui ei Psychem eripere possint. Hinc non de rivalibus amoris intelligo, sed de adversariis Psychae, de matre potissimum. cf. Tertull. Apol. 48. *aemulae substantiae* i. e. sibi oppositae et saepius.]

Digitized by Google

terris puellâ praepollet pulchritudine, praesentis beneficii vicem per eam mihi repensare te debere.

CAPUT XXIII.

Sic fatus iubet Mercurium deos omnes ad concionem protinus convocare, ac si qui coetu coelestium defuisset, in poenam decem millium nummum conventum iri pronuntiare. Quo metu statim completo coelesti theatro, pro sede sublimi sedens procerus Iupiter sic enuntiat: Dei conscripti Musarum albo,

ad contentionem G. D. *conditionem* Venet. 2. *protinus convocare* F. 3. G. D. p. f. d. Elm. Scriv. Florid. In cett. codd. et edd. vett. *convocare protinus*. *Protenus*, quod in excerptis suis cod. G. legi ait Oud., ibi non reperitur, sed, ut in ceteris omnibus *protinus*. *at d.* *si quis* G. D. O. et V. L. Ms. P. male, ut saepe iam dictum est. *coetum* G. D. *coetu* plane omittitur in *d.* *defuisset* desideratur in G. P. *nummum* F. 1. 3. G. P. O. Iunt. 2. Elm. Scriv. Florid. *nummum* vitiose f. In cett. extat *nummorum* ex inepto interpretamento. [cf. Oud. in Misc. Observ. Vol. II. T. III. p. 453.] *concictum* i. e. damnatum coniecit pro *concentum* vir doctus in marg. Ed. Vicent. Oud. *procerum* coniecit Wasseus. Causam non video. *pronuntiat* G. D. *nuscarum* D. *Musarum albo*. Haec verba in nonnullis libris desiderari, testis est Wower. Quinam vero sint, accuratius non additum est. Etiam in F. 1. eadem omitti, pronuntiat Oud. Sed signa ....., quibus indicatur, haec verba delenda esse, non videntur a manu Lindenbrogii esse, quod Oud. putavit, sed a manu recentiore nescio cuius viri docti, qui hac collatione usus est. Nam sunt atramento multo nigriore perscripta, quam quo Lindenbrogii adnotationes scriptae conspiciuntur. Commentum hoc esse lectoris vel glossatoris Oud. opinatur, et adsentitur Wow. Elm. et Vulc. delenda haec censentibus, sicut et Scriv. ac Pric. semilunulis circumduxerunt. Orellius haec verba omisit. *Musarum alvo* legitur in F. 3. G. B. P. p. f. d. ed. pr. Venet. 2. Vicent. In cett. *Musarum albo*.

praesentis beneficii vicem per eam repensare. Stewech. ad p. 378. ed. Lugd. ad Met. X. p. 727. delet praepositionem *per*, ut *vicem* ponatur pro *vice*. cf. ad Met. I. p. 46., ac *repensare eam* construatur, sive Psyches loco comparare aliam puellam, quasi praemium pro hoc beneficio. Nam certe *rependi praemium*, aeque dicitur, ac *gratia* et *beneficium*. Sed obstat tum iunctim *vicem eam*, cum tamen *eam* non ad *vicem*, sed puellam foret referendum. Clarius et elegantius tum auctor dixisset *ea*, sicut *rependere aliquid aliqua re* in usu est [cf. Munk. ad Hygin. fab. c. 106. p. 197. Stav.] cf. Apol. p. 538. *nisi ipsa mulier tot incommoda virtutibus suis repensaret* cf. Sil. VI. 349. XIV. 628. Burm. ad Vell. II. 12. et quos Intt. excitat vir doctus in Misc. Observ. VII. p. 275. Sed nihil mutandum est. *Per eam* est idem ac comparatione seu conciliatione istius puellae tua. [De constructione vocis *repensare* cf. Buenem. ad Lact. Institt. VII. 1. §. 25. p. 859. Pro *ea* etiam *ei* corrigi possit, quum *rependere* etiam cum dativo iungatur. cf. Apol. p. 571. *Hascine gratias bonus filius matri rependis.*]

Cap. XXIII. *pro sede sublimi.* [cf. Ovid. Met. I. 178. de Iove: *Celsior ipse loco sceptroque innixus eburno.* Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 39. p. 83.]

Dei conscripti Musarum albo. [Plurimas molestias haec verba interpretibus facessiverunt, quae a manu librarii vel glossatoris adsuta esse existimaverunt. *Alvo*, quod de more scriptum est in codd., iam I. Gulielm. Veris. III. 13. emendavit in *albo*, et retinenda esse haec verba, quippe quae a manu Apulei profluxerint, equidem existimo. Ut enim a librario profecta esse statuamus, quomodo is cogitari potest talia sibi animo proposuisse, quum per totam, quantum equidem scio, latinitatem huius locutionis ne unum quidem inveniatur vestigium. Nam hoc tenendum est prae ceteris, cuicunque glossemati subesse quoddam vestigium corruptelae, quod vel ex usu loquendi, vel ex sententiarum nexu vel ex totius loci ratione explicari potest. Hanc vero dubitationem librariis subnatam esse inde apparet, quod

Digitized by Google

adulescentem istum, quod manibus meis alumnatus sit, profecto scitis omnes:

adolescentem G. D. edd. vett. *quod* F. 1. 3. G. p. P. D. et edd. post Vulc. 2. In cett. legitur *quem*. *sit* F. 3. G. D. p. P. et edd. Vulc. 2. posteriores habent. *sim* F. 1. *sum* in edd. vett. *satis* pro *scitis* vitiose O. a m. p.

Wower. in aliquot codd. haec verba desiderari asseverat, quamquam quinam sint isti codd. non addit. Deinde nullam caussam hic afferunt interpretes, cur verba necessario delenda esse opinentur. Haec omnia cum Mss. auctoritate me commoverunt, ut verba suo loco restituerem. *Album* enim est tabula dealbata, vel ut alii volunt albis litteris notata, in qua Praetores edicta sua, quo melius omnibus innotescerent, actionesque et interdicta proponebant. cf. Senec. Epist. 48. Quint. XII. 3. §. 11. ubi cf. Intt. Turneb. Advers. IV. 5. Taubm. ad Plaut. Pers. I. 2. 22. Deinde *album* ad alias tabulas transferebatur, in quibus res perscriptae erant, quae vel notitiae publicae vel posteritati erant destinatae. cf. Cic. Orat. II. 12. Ita *album iudicum* continebat nomina iudicum, *album senatorum*, nomina senatorum. Hic vero *album Musarum* non est tabula, in qua omnes Musae erant perscriptae, sed quae a Musis conficiebatur, quaque nomina omnium deorum continebantur, et forsitan alia, quae ad notitiam deorum pervenire volebant, ut *pontificium album*, in quo omnes res erant denotatae, et per singulos annos regestae. Musis vero curam harum tabularum traditam fuisse fingit Apuleius, quia praesides scientiae et litterarum cum Apolline erant. Facete vero haec omnia sunt expressa. Deorum coelum quasi senatorum concilium describit Apuleius, et quum tanta esset deorum copia, ut memoriter eos convocare non posset Mercurius, e Musarum tabellis omnes convocavit. Ea comparatio saepius invenitur. cf. Mart. Capell. I. §. 40. p. 87. Kopp. *Augustius quoque fieri Ioviale decretum, quum coetu deorum attestante depromitur, ipsumque nupturam deo convenire non posse, nisi super senatus consulto mortalis esse desineret:* qui locus etiam propter seqq. notandus est. Accuratius facit ad nostrum locum explicandum Mart. Capell. I. §. 96. p. 136. *His quoque adnuente Iove, iubetur quaedam gravis insignisque femina, quae Philosophia dicebatur, hoc superi senatus consultum aeneis incisum tabulis, per orbes et compita publicare* (ubi fortasse legendum est *urbes*) et ibid. VI. §. 576. p. 488. *decorante Mulcibero, qui tot gymnasiorum ac tantorum heroum matrem Philosophiam non agnoscis, saltem quum per eam Iupiter dudum coelestis consultum senatus tabulamque vulgaret..., ne tunc eam noscere potuisti.* Denique omnem dubitationem tollit locus Fulgent. Mythol. I. prooem. p. 608. *Una sum e virginali Heliconiadum curia, Iovis albo conscripta.* Male igitur dicit Oud., Apuleium simpliciter mutuatum esse allocutionem solitam *P. Conscripti*, quo etiam respexerit, coll. Horat. Carm. III. 3. 53. *et adscribi quietis Ordinibus patiar deorum*, ubi tamen hos iocos imitatum fuisse Horatium nego! Verba defendit Rodius in interpretationis suae adnotatione his verbis: *album Musarum ist eine Tafel, worauf die Musen die Denkwürdigkeiten des Olymps und also auch die Namen der Götter verzeichnet haben. Dass hierunter aber die Schriften der Dichter gemeint sind, versteht ein jeder von selbst*: quam posteriorem sententiam equidem probare nequeo, quamquam ea iam ab Erasmo in Adagiis: *non eras hodie in albo* p. 240. Basil. edit. ann. 1551. ita proposita est: Apuleius metamorphoseos libro 6. meminit *albi*. Si quidem Iovem allocuturum deos ita facit exordiri: Deo conscripti Musarum albo. Quibus in verbis mihi subesse videtur obscura quaedam, sed faceta allusio ad deos a poetis conflictos, quasi ii demum in deorum numero sint, quos illic Musae, quibus afflati scribunt poetae, constituerint.

itized by Google

cuius primae iuventutis caloratos impetus freno quodam coercendos existimavi.

huius Pricaeus, quam lectionem Oud. nescio qua de caussa praefert. *coloratus* f. *extimavi* D. pro more cf. p. 424. *extimationem.*

Idem probat interpres francogallicus: L'auteur feint, que les nous des dieux étoient écrits par les Muses, et c'est avec raison, puisque c'est principalement aux écrits des poètes, que tant de dieux doivent leur nom et leur être.]

quod alumnatus sit. Ita ex optimis plurimisque codd. scribendum est. Nota sunt, quae pro hac locutione *scio, quod sit* similib. loco infinitivi cum accusativo et contra eam disputarunt viri docti, Burm. ad Calp. Ecl. III. 35. Phaedr. V. 2. 13. *Scio, quod sit virtuti non credendum tuae* et Dr. ad Liv. III. c. 52. §. 2., quibus tamen locis et ille et I. F. Gronov. malunt *quam*, et certe si ab aliquot codd. ut Florent. Guelf., recesseris, ceteri *quem* praebent, unde facile *quam* relingi possit. [Sed equidem *quod* retineo. Saepius enim non solum apud Apuleium, sed apud alios scriptores praeceteris Afros et inferioris latinitatis, particula *quod* usurpatur cum indicativo vel coniunctivo iuncta, ubi melioris notae scriptores constructionem accusativi cum infinitivo ubique praeferunt cf. Apul. Met. IV. p. 246: *Nam et secum eos animadverteram colloquentes, quod in proximo nobis esset habenda mansio et totius viae finis quieta, eorumque esset sedes illa atque mansio* Met. X. p. 724. *qui puellae nuntiaret, quod eam iuvenis vocaret ad sese.* Lactant. Narr. fabul. l. II. f. X. p. 800. Stav. *praedixit, quod medicina mortuos ad superos reducturus esset, quodque esset ab avo fulminis ictum experturus.* Tertull. adv. Iudaeos c. 3. p. 186. B. Rigalt.: *sicut Esais praedicavit dicens, quod in novissimis diebus manifestus futurus esset mons Domini et domus Dei super vertices montium* Spartian. Did. Iulian. c. 8. T. I. p. 586. *quum fingeretur, quod venenose absumpsisset Iulianus* Spartian. Sever. c. 1. T. I. p. 591. *ignarus, quod non liceret* ibid. c. 11. p. 608. *Addunt alii, quod idem cadaver in Rhodanum abiici praecepit, simul etiam uxoris liberorumque eius.* Qui plura desiderat cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 1105. Ex omnibus exemplis, quae equidem conferre potui, hoc mihi persuasum est, optimos latinitatis scriptores hanc construendi rationem omnino respuisse, apud posteriores saepius eam inveniri. Quod contra eos dictum volo, qui hanc constructionem unquam reperiri negarunt. Deinde *alumnatus sit* ex optimis codd. restitui, quod primum in *alummatus sim* corruptum est, quoniam librarii passivam huius verbi significationem minus cognoverant, deinde in *alummatus sum* facile abiit, quod vim atque naturam constructionis non intellexerant. Passive autem *alumnari* legitur apud Mart. Capell. IX. §. 892. p. 693. Kopp. *in penatialibus quoque virginis secretisque sanctioribus alumnatae* Apul. Met. IX. p. 662. *canes passivis morsibus alumnatos,* quamquam idem etiam active usus est, Met. VIII. p. 553. *canes, quos ad tutelae praesidia curiose fuerant alumnati.* Haec omnia quum Oud. comprobet, eo magis mirandum est, cur *sim* reponi voluerit, *quam* legendum coniiciens. At melius putat ceterorum codd. lectionem *quem... sum* reponi, idoneam sententiam praebentem: Scitis i. e. novistis adolescentem istum, quem ego educavi sc. Cupidinem.]

primae iuventutis caloratos impetus freno quodam. Pricaeus excitat Quint. Decl. CCCXXII. p. 627. Burm. *Adolescens est, omnes cupiditates, omnes impetus in hac aetate facilius convalescunt.* Met. X. p. 723. *caloris iuvenalis impetu.* Fulgent. Mythol. III. 4. p. 711. Stav. *Omnis enim caloratae iuventutis igniculus.* Claudian. de Bell. Get. 498. *calida rapuit te flamma iuventae.* [Sic Claud. de Consul. Stilich. III. 120. dicit: *sic cauta iuventae frena dedit.*]

Digitized by Google

Sat est, quotidianis eum fabulis ob adulteria cunctasque corruptelas infamatum. Tollenda est omnis occasio, et luxuria puerilis nuptialibus pedicis alliganda.
[183] Puellam elegit et virginitate pri|vavit: teneat, possideat, amplexus Psychem,
426 semper suis amoribus perfrua|tur. Et ad Venerem collata facie: Nec tu, inquit, filia, quicquam contristere, nec prosapiae tantae tuae statuque de matrimonio mortali metuas. Iam faxo nuptias non impares, sed legitimas et iure civili con-

infamatu p. *alliganda* F. 1. 3. G. D. O. P. p. Iunt. 2. Wow. et codd. seqq. Edd. vett. *colliganda* quod in φ. 1. texte Scioppio legitur. In φ. 2. et ∂. *religanda*. *eligit* Venet. 2. *et* ante *virginitate* deest Ed. Floridi contra Mss. et Edd. *Psychem* F. 1. 3. B. D. G. Vulc. 2. Elm. In cett. *Psychen*. *super* pro *semper* P. *collata* F. 1. 3. G. D. P. O. R. f. p. ∂. φ. B. Incert. Vulc. 2. et seqq. eam edd. *colata* β. M. In cett. *collocata*. *ne tu* ∂. Edd. Wow. Pric. Minus bene. Sententia est: *Tu etiam filia, ne. contristere* F. 3. G. D. O. cf. Met. VI. p. 417. *nec tu tamen illicita affectare pietate*. In cett. *contristare* exiat. *statu qui* F. 1. *statu inquam* O. *statuque* F. 3. G. D. P. ∂. p. f., quod praeluli cf. ad Met. I. p. 23. *quod ingressu primum fuerit stabulum*. In cett. est *statuique*. *de mortali matrimonio* ordine converso f. *ideo* pro *iam* f. *faxo* desideratur in P. *legiptimas* G. D. *corripi* B. [cf. Intt. ad Petron. c. 29. p. 145. Burm.]

corruptelas. Sunt *corruptelae* adulteria et furta, quod Pricaeus multis exemplis demonstrat. Elm. in ind. haec laudat: Glossae Isidor. p. 675. *corrumpit devirginat*. Glossae Cyrill. p. 432. *διαφθείρω corrumpo* Suet. Dom. 22. *fratris filiam adhuc virginem corrupit*. Gloss. Cyrill. p. 432. *διαφθορὰ παιδὸς ἢ παρθένου corruptela, stuprum* [sed hic *corruptela* non legitur.] et p. 652. *φθορεὺς corruptor* Ambros. in Luc. II. 1. *cui gravis alvus corruptelae videretur insigne praeferre* Leo PP. sermone I. in Natalem Christi: *Virgineae integritati nihil corruptionis intulit partus*. Act. Martyr. Chrysant. 16.: *Ad Dariam virginem miserunt virum quendam turpissimum et in scelere corruptionum opinatissimum*. [cf. Vulcan. ad Gloss. Philox. p. 28. Florid. III. 16. p. 64. *rarae apud eum corruptelae*. Taubm. ad Plaut. Cas. I. 3. p. 371. Intt. ad Propert. I. 8. 21. et ad II. 23. 114.]

nuptialibus pedicis alliganda. Ita in textu reposui contra Oud. sententiam, qui *religanda* ex cod. Fulv. et d'Orvill. praefert, quia auctor particulam *re* in compositis vehementer amet coll. Lucan. II. 671. Dict. Cret. de B. T. III. c. 18. *Philocteta non columbam se, verum id, quo religata esset, sagitta excisurum promittit* [qui locus referendus est ad priorem, ubi legitur: *medio columba sparto dependebat*, at emendandum est: *media columba sparto*, quod cum Ded. nimis poeticum non dixerim. De *religare* cf. eund. ad h. l. Wopk. Miscell. Nov. Observ. Vol. I. T. II. p. 60. Eandem sententiam expressit Arnob. V. 13. *si Midas rex offenderat, qui uxore adulescentulum vinciebat* cf. Pric.]

teneat, possideat. Brantio ex formula Iurisconsultis usitata: *habes, tenes, possides*, videtur interserendum esse *habeat* coll. Plin. Epist. I. 16. §. 1. *Amabam Pompeium Saturninum ... nunc vero totum me tenet, habet, possidet*. [Res videtur magni momenti, quia totam formulam expressit Apuleius. Quae enim Pricaeus exempla protulit, ad quem Oud. provocat, nihil demonstrant contra Brantium, quia in his tantummodo *habere* significatione tenendi de nuptis maritis legitur cf. Cic. ad Div. IX. 26. *habeo, inquit Aristippus, non habeor a Laide*. Intt. ad Tibull. I. 2. 65. De *tenere* cf. ea, quae dixi ad Met. V. p. 346. Sed contra Mss. nihil mutare ausus sum. Omissio vocis *habeat* ita tantum potest explicari, quod sequitur *perfruatur*, quo vocabulo addito totam formulam Apuleius evertit.]

collata facie. *Collata* i. e. ad Venerem conversa unice vera est lectio, quamquam non negandum est, *conferre ora, faciem* de uno dictum me offendere. Quod enim protulit Oud. exemplum Met. II. p. 141. *omniumque ora et obtutus in unum quempiam conferuntur* de pluribus agit.]

nuptias non impares. [De sententia huius loci cf. Popp. ad Mart. Capell. I.

gruas. Et illico per Mercurium arripi Psychem et in coelum perduci iubet. Porrecto ambrosiae poculo: Sume, inquit, Psyche, et immortalis esto, nec unquam digredietur a tuo nexu Cupido, sed istae vobis eruut perpetuae nuptiae.

Psychem F. 1. 3. G. D. B. Elm. Vulc. 2. In cett. *Psychen*. Substantivum hoc plane deest in δ. *ambrosio* G. D. P. O. p. δ. f. *poculo* G. *peculio* D. *summe* Vicent. *Psychē* D. *et* ante *immortalis* male desideratur in Edd. Wow. et Pricaei contra codd. et ceteras edd.

§. 93. p. 134. qui nostrum imitatus esse videtur.]

porrecto ambrosiae poculo. [Qui in coelitum numerum cooptabantur, ambrosiam hauriebant, qua hausta humana procul dabantur. Hellad. apud Phot. p. 866. *Νέκταρ, οὗ μέν ἐστι δυνατὸν τοῖς θνητοῖς τουτέστι τοῖς κτιστοῖς μετασχεῖν.* Ttetz. Chiliad. X. hist. 351. *Ἡ ἀμβροσία βρῶσις θεῶν μυθογραφεῖται Ὡς ἀμβροσία οὖσα τις, οὐχὶ βροτῶν δὲ βρῶσις.* Liceat locum Mart. Capellae adscribere, qui nostrum locum egregie interpretatur. II. §. 140. p. 190. ubi Philologia in coelum sublimata Mercurio copulatur: *Tum illa: ut refectior coelum sublimisque conscendas, hoc tibi accipe sorbillandum. Ac tunc matri Apotheosi, quae cum illa forte convenerat, etiam pridem libros, qui ex Philologiae ore defluxerant, manu contingens ac dinumerans consecrabat, auferens quandam globosam animatamque rotunditatem sumit ac virgini porrigit hauriendam. Verum ipsa species ovi interioris coccino circumlita exterius rutilabat, ac dehinc perlucida inanitate albidoque humore, interiore tamen medio solidior apparebat. Quam quum Philologia susciperet, reseratis eius rotunditatis arcanis, postquam rem dulcissimam comperit, totam inconstanter exhaurit:*

> *Continuoque novo solidantur membra vigore*
> *Et gracilenta perit macies, vis terrea cedit,*
> *Aethereumque venit sine mortis legibus aevum.*

Verum diva quum immortalitatis poculum cerneret ebibisse, quo e terris illam in coelum pergere immortalemque factam velut aenigmate redimiculi perdoceret: ad quem locum cf. Kopp. et plurima dabit Burm. ad Anthol. II. p. 36. cf. Buttm. Lexil. I. p. 133. Sed miror, quomodo interpretes in verbis *ambrosiae poculo* non offenderint, quum *ambrosia* non vinum sed cibum indicet. Ad Martiani vero allucinationes, qui solidi quid fuisse illud infusum narrat, non potest respici. Itaque necessarium est, ut *ambrosiam* vel cum Sapphone et Alcmano cf. Athen. II. p. 39. A. pro *nectare* hic sumas, ut voluit editor Goetting., quod tamen non crediderim, quum nimis reconditam doctrinam sapiat, et *poculum nectaris* sequenti pagina legatur, vel *ambrosia* pro immortalitate dictum putaveris, quemadmodum Rodius vertit: *Becher der Unsterblichkeit* cf. Mart. Cap. I. 34. p. 78. *poculum immortalitatis exhauserat.* Buttmann. in Lexil. I. p. 131 sqq. demonstrat. *ἀμβρόσιος* primum *ἄμβροτος* immortalis significare et de omnibus rebus dici, quae immortali et divina sunt natura, quae immortalitatem parant: de cantu, de crinibus, vestibus, unguentis aliis. Ita putat *ἀμβροσία* quoque primitus fuisse substantivum, quod idem vocabulo *ἀθανασία* significaverit cf. p. 233. Haec significatio quamquam nullo exemplo probari potest, hic tamen, si loci sententiam accuratius perscrutatus fueris, poni debebit, ut *ambrosiae poculum* sit immortalitatis. Vel quum hoc a quotidiano usu loquendi nimis recedere videatur, malim cum aliquot codd. legi *ambrosio poculo*, i. e. divino, immortalitatem parante, ut significatione activa prolatum sit vocabulum. Saepius Apuleius *ambrosius* pro divina et pulcherrima quaque reposuit. cf. Met. VIII. p. 535. *odor ambrosii corporis.* X. p. 719. *ambrosio rore.* At hoc loco id notare nequit.]

Digitized by Google

CAPUT XXIV.

Nec mora, cum coena nuptialis affluens exhibetur. Accumbebat summum torum maritus, Psychem gremio suo complexus. Sic et cum sua Iunone Iupiter
427 ac deinde per ordinem toti dii. Tunc poculum | nectaris, quod vinum deorum est, Iovi quidem suus pocillator, ille rusticus puer, ceteris vero Liber mini-

nec mora tum Bas. 1. Est merus error typothetarum, quem Stewech. emendavit. *effluens* δ. et ex hac varia lectione P. *ex affluens*, frequenti confusione cf. ad Met. II. p. 167. *quam Deus affluenter indueret. Psychem* F. 1. 3. G. D. P. Elm. Vulc. 2. Io cett. *Psychen. Venus Iupiter* O. Inverso ordine posset locum habere, ut *Venus* alterum nunc latus Iovis pro Minerva occuparet, tamquam sponsi mater. At intelligi vix potest, quomodo haec glossa exorta sit. *toti coeli* f. *totidem* D. pro *toti dei. tori* vitiose est in Ed. Bas. 2. et praefixa est negligentia Ruhnkenii haec lectio adnotationi. *peculum* D. *Iovis* δ. *Iovi* exulat a P. *serrus* pro *suus* P. *Suus* autem male uncinis circumscripserunt Elm. et Scriver. Proprius enim solius Iovis erat pocillator Ganymedes: quare iste soli Iovi, ceteris Liber ministrabat. *poculator* D.

Cap. XXIV. *accumbebat ... complexus.* Elm. cavet, ne cum Scriv. *summus thorus* capiatur *altior s. eminentior*, sed medius lectus, qui locus dignior novo sponso et nuptae novae hic attribuatur, sicuti semper in nuptialibus epulis fieri soleat. Sed bene explicat Oud., non medium lectum sed primum medii lecti locum intelligi, si statuatur hic triclinium coll. Intt. ad Horat. Sat. II. 8. 20. Gell. X. 15. Cic. ad Fam. IX. 26. §. 1. Liv. XXXIX. 43. §. 3. Virg. Aen. II. 2. coll. cum I. 700., ubi se *mediam* locat Dido infra Aeneam *summum*. Errat illic Servius, sed et hic cum Beroaldo Elm. At si *sigma s. stipadium* fuisse credimus, summus locus in dextro cornu primus erat, ut secundus locus, in sinistro primus cf. Sirmond. ad Sidon. Apollin. Epist. I. 11. [cf. Salmas. ad Solin. p. 806. Heind. ad Horat. l. c. p. 432. qui breviter hanc rem optime exposuit. Ovid. Amor. I. 4. 5. 6. Suet. Caes. 49. Lips. ad Tac. Ann. XI. 27. et XI. 2. qui monet, olim mulieres viris cubantibus sedisse, postea etiam accubuisse ita, ut uxores in virorum, amicae et pueri lascivi in amatorum sinu recubuerint. Plura dabunt Intt. ad Petron. c. 113. p. 677. Rupert. ad Iuven. II. 120. et Bulleng. de Conviviis c. 34. in Graev. Thes. Antiq. T. XII. p. 91. Hac etiam coena nuptiali inter deos relata est Psyche. Nam ad Deorum convivia adhiberi idem est quod deum fieri, cf. Serv. ad Virg. Aen. I. 83. et Staveer. ad Hygin. fab. LXXXII. p. 158.]

per ordinem toti dii. [Certum ordinem in subselliis deorum non solum in concilio sed etiam in mensis et epulis observatum esse scimus cf. Claudian. de rapt. Proserp. III. 9. Mart. Capell. I. §. 41. et Kopp. ad eund. I. §. 90. p. 129.] *Toti dii* sunt omnes cf. ad Met. III. p. 201. *totas artis manus. Coeli dei*, quod unus codex praebet, Oud. defendit per metonymiam continentis pro contento coll. Ovid. Met. I. 184. *Iniicere captivo brachia coelo*, quam explicationem equidem non probaverim.

quod vinum est deorum. Haec verba, quae glossema esse dormitantis librarii, Wower. et Elm. statuerunt, Oud. defendit quasi monitum esse aniculae delirae et temulentae hanc fabulam narrantis, quo simplicem puellam Psychen (voluit sine dubio scribere Chariten.) simul de illius nectaris inter deos usu erudire voluerit, simulque ostenderit, quam suave sibi videretur. [In his interpretamentis quoties editores peccaverint, a me iam ad Met. I. p. 42. accuratius expositum est. At potissimum in graecis vocabulis explicandis scriptores videntur accurati fuisse, ne quid lectores effugiat. cf. Hygin. fab. XII. *monocrepis idest uno pede calceatus.* Qua in re Munker. ad Hyg. fab. XCII. p. 173. sententiae subscribere nequeo, qui perraro scriptores latinos suorum verborum

Digitized by Google

stabat. Vulcanus coenam coquebat, Horae rosis et ceteris floribus purpurabant omnia, Gratiae spargebant balsama, Musae * quoque canora personabant, Apollo

herae f. Al. i. e. dominae Veneri, ut hic fiat distinctio. Et ita vir doctus in marg. Ed. Vicent. Oud. *purpurabant, omnia.* Ita distinguit Iunt. 1. *spangebant* vitiose Vicent. *voce canora*, quod I. Gulielm. ad Plaut. Trin. Cap. IV. emendavit, sibi arripuit pro mira sua arrogantia Wasseus. Expresserat id iam Vulc. 2. et sequentes dein editores, ac videtur sic exarari in F. 1. et p., unde Salm. sui libri orae adlevit. Certe Lindenbrog. in marg. ed. Vulcan. nihil emendavit. In cett. codd. et edd. vett. ut in F. 3. G. D., quos ego comparare potui, *quoque canora* legitur, nisi quod nec haec nec illa vox conspiciatur in O. *Appollo* G.

agere solere interpretes pronuntiat. Nostra enim sentiendi cogitandique ratione res non est expendenda, quibus plurima veterum lectione tritissima apparent. Ego Oud. sententiam secutus haec verba retinui.]

Vulcanus coenam coquebat. [Rodius vertit: *Vulcan legte vor* et locum suo periculo emendat: *cibos carpebat.* Editor Goettingensis pluribus hanc coniecturam cum verbis Rodii defendit, qui quum in versione sua nihil addiderit, putandus est, ipse huius fabulae editor fuisse. Eius vero ratiocinatio ea est: Vulcanus licet deorum coquus nominari possit, hic tamen de actu coquendi sermo esse nequit, quod cibi iam appositi, vinum infusum erat omnesque dei mensis accubuerant. Hinc dicit sequi, cibos iam coctos fuisse, et Vulcani nunc esse, cibos carpere. Hoc praeterea munus inter officia Vulcani fuisse apparere ex Hom. Il. α. 584. et 597., ubi Iunoni aliisque deis nectar praebeat, ex Lucian. dialog. deor. 5. c. 2. p. 213. *καὶ ἀπηγορεύκασιν ἄρα ἤ τε Ἥβη καὶ ὁ Ἥφαιστος διακονούμενοι.* At Homeri locus contra Rodium probat, Vulcanum deis non ministrasse, quia ille ut Iunonis iram leniret, nectar omnibus diis funderet cum summo risu eorum cf. v. 599. *ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν, Ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα.* Luciani vero auctoritati non ita multum tribuo, qui forsitan ex Homero sua depromsit. Deinde hoc considerandum est, Vulcanum, quum ignis esset praeses, cibis coquendis praeesse potuisse, et quamquam cibi iam cocti erant epulaque apparata, tamen in culina deorum per coenam ipsam, ut coquum decebat, omnia rite parasse. Cetera quoque quae deorum sequuntur officia *ante coenam* peracta esse, verisimile est, ut Horae rosas, Gratiae balsama spargerent. Denique non negligenda est temporum mutatio *ministrabat, coquebat, purpurabant, spargebant, personabant* et *cantavit, saltavit,* quo imperfecto exprimitur, munera haec istorum deorum fuisse propria.]

purpurabant omnia. Purpurare hic active positum est, qua in re praeivit Furius Antias apud Gell. XVIII. 11. *Spiritus Eurorum viridis quum purpurat undas.* Tertius, qui affertur, Columell. X. 101. locus a lectione codd. tam dubius est, ut nihil liceat inde comprobari. [Met. X. p. 719. Apuleius neutrorum more usurpavit *labiasque modicas ambrosio rore purpurantes.* Arnob. V. c. 7. *purpurantesque in violas cruor vertitur interemptae.* Activa vero vocabuli significatio quum editorem Iunt. 1. fugeret, distinxit ille: *Horae rosis et ceteris floribus purpurabant, omnia Gratiae spargebant balsama,* quod tamen ferri non potest, quia semper a nomine proprio singulae enuntiationes incipiunt. De re cf. Ursin. ad Ciacon. de tricl. p. 268.]

Musae quoque canora personabant. Ingeniosissima est Gulielmi coniectura *voce canora*, quam in textum cum Oud. aliisque edd. recepissem, nisi Mss. consensus obstaret. Sed asterisco locum ut dubium designavi. *Quoque* particula nulla ratione defendi potest, quia quid hic sibi velit non intelligitur. Deinde totius loci ratio postulat, ut eiiciatur vel aliud

428 cantavit ad citharam, Venus suavi musicae *suppari gressu* | formosa saltavit:

chitaram F. 3. *cirarum* inepte in Ed. Bas. 1. *muse* pro *musice* P. *superingressa* F. 1. 3. G. D. B. et omnes edd. vett. nec aliter videntur ceteri codd. legisse. In solo *δ*. est *superingressu*, unde Scaliger emendavit *suppari gressu*, quod etiam Wasseus comprobat. Emendationi huic praeivit Ed. Vulc. 2., in qua editur *suppari gressa* mendose, ut puto, pro *gressu*, atque ita reliqui Editores *suppari gressu* expresserunt, praeter Pricaeum, qui vulgatam lectionem revocavit. *formonsa* F. 3. *formose* Elm. Scriv. Florid. vitiose.

quid eius loco ponatur. Nam omnes enunciationes ita procedunt, ut primum nomen deorum ponatur, sequantur statim eorum officia, nulla particula apposita, quae hic loci concinnitatem perturbaret. Itaque vel plane eiicienda est cum cod. O., ut *canora* accusativus sit adiectivi pro adverbio positus, vel *voce* emendandum. Fortasse Apuleio ante oculos versabatur locus Homeri Il. *α* 602 sqq. *οἰὸ' ἔτι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐίσης, Οὐ μὲν φόρμιγγος περικαλλέος, ἣν ἔχ' Ἀπόλλων, Μουσάων θ', αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ*. Ceterum egregie canentibus Musis iungit psallentem Apollinem ut Val. Flacc. V. 693. *Tunc adsuetus adest Phlagraeas reddere pugnas Musarum chorus et citharae pulsator Apollo: Fertque gravem Phrygius circum cratera minister*, ubi vide Intt. Et sic in Pelei et Thetidos nuptiis Lucian. Dial. Deor. Marin. 5. c. 1. p. 301. *ἐνίων δὲ χροτούντων ἢ τῷ Ἀπόλλωνι κιθαρίζοντι ἢ ταῖς Μούσαις ᾀδούσαις προσεχόντων τὸν νοῦν*. De Horis, Musis, Gratiis iunctis comparat Oud. Grammium in Obs. Xenoph. p. 84. sqq. Met. V. p. 373. [Apollo cum Musis iunctus est, quia est *μουσαγέτης*. cf. Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 34. p. 78. Ut emendationem *canora voce* stabiliam, pro commentario liceat afferre locum Mart. Capell. II. §. 117. p. 159. *Ecce ante fores quidam dulcis sonus multifidis suavitatibus cietur, quem Musarum convenientium chorus impendens nuptialibus sacramentis modulationis doctae tinnitibus concinebat. Nam nec tibiarum mela, nec ex fidibus sonitus, nec hydraularum harmonica deerat plenitudo, sed in blandum collata cantum ac modificato fine compactum voci virginum complementi spatio ratum fecere silentium. Ac tunc omnis ille chorus canoris vocibus dulcique modulatu praevertit omnes organicas suavitates.*]

suavi musicae suppari gressu. Emendavit Salm. et Wass. *suppari gressu*, quod deinde reiectum est a Pricaeo et Florido codd. lectionem restituentibus. Ita etiam Gorius in Praef. ad Columb. Liv. Aug. Lib. p. 32. citat, quasi hic quoque ut Met. X. p. 738. *super has introcessit alia* Apuleius monuisset, Venerem ingressam fuisse, postquam Musae cantare inceperant, ac tunc formose saltasse. Sed hoc ineptissimum est. Saltatio enim non post cantum, sed ad eius numeros modosque fiebat olim, uti nunc. Ac diis omnibus simul ad coenam nuptialem convenientibus non poterat abesse Venus, cuius filii nuptiae celebrarentur, quam etiam adlocutus iam fuerat Iupiter. Namque non leguntur rursus discessisse, nisi Venus fingatur, recessisse, ut se nuptiali habitu magis exornaret. Sed illa non solebat frequentare Deorum theatrum, nisi bene comta, ut patet ex p. 412. Latinum vero non est, quod coniecit Gilb. Gaulmius ad Eustath. de Ismen. et Ismenes Amorib. p. 25. *supparigressa*, sive quae supparem musicae gressum praebuit. Haec sententia est Oud., quam equidem comprobo. [Nam si *superingressa* legitur, primum intelligi nequit, quid dativus sigilicet qui necessario cum *superingressa* coniungendus est. Deinde quomodo explicaveris *superingressa*? De Venere post ceteros Deos appropinquante accipi nequit; ita tantum defendi potest, ut quasi chorum effecisse Musas, Gratias, Horas Apollinemque ponas, cui praeterea se immiscuerit Venus. At quis dicat *suavi musicae ingressa*

Digitized

scena sibi sic concinnata, ut Musae quidem chorum canerent, tibias | inflarent, 429

scenas ibi sic concinnatas F. 3. G. P. D. R. *scenas ibi sic concinnatas* O. *cena sibi sic concinnata* F. 2. *schema* male Vulc. 2., quod et coniecit Gaulminus, contra Mss. et Edd. contraque totam huius loci elegantiam et solitum Apuleii stilum reposuerat. *scena ibi sic concinnata* ∂. In cett. *scena sibi sic concinnata. Musae* abest a P. *tybyas* D. *inflarent* F. 1. 3. G. P. D. p. ∂. f. O. π. In cett. *inflaret.*

de Venere choro se iungente? Unde cum Salm. et Wow. emendes necesse est vel *suppari gressu*, quod etiam quasi lectionem vulgatam probant Heins. Advers. I. 6. p. 61. et Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 535., qui *supra* et *suppar* in codd. mutari demonstrat, vel *suppari ingressu*, vel quod propius accedit *suppar ingressa*, ut adiectivum hic pro adverbio positum sit i. e. suppari modo.] De adiectivo *suppar* eoque cum dativo constructo cf. Heins. ad Vell. I. 17. Cic. Brut. c. 7. §. 29. *Huic aetati suppares Alcibiades.* Auson. Epist. I. 13. *nam supparis aevi Sum tibi ego.* Ceterum Heins. hic legi vult *gestu*, quia in manuum, brachiorum et laterum motu praecipuus saltandi decor apud antiquos constiterit, quod Oud. defendit citans Rigalt. ad Artemid. Oneirocrit. I. c. 78. Broukh. ad Tib. I. 8. 38. Heins. ad Ovid. Met. VI. 308. et ad Remed. Amor. 334. Met. X. p. 745. *mollique tibiarum sono delicatis respondere gestibus*, qui locus nostrum mirifice interpretatur, p. 734. *incessu gestuosi.* Quamquam ipse putat, hic *gressu* non esse mutandum, quia pedum ratio non minus habita sit in saltu coll. Horat. Od. I. 4. 5. [Idem vocabulum *suppar* legitur ap. Apul. de Dogm. Plat. III. p. 268. *dicantur hae inter se suppares*, paulo post *inter suppares et incongruas* et statim *suppares autem.*]

formosa saltabat. Adverbium *formose* non solum Passeratio sed etiam Piccarto in Peric. Crit. c. 9. placuit, firmavitque Heins. Propert. II. 227. *posito formose saltat lacchо.* Sed quum *formosa* in omnibus codd. legatur, retinendum est. Oud. duplici ratione explicari id posse opinatur, vel ut epitheton sit Veneris in nominativo, quam sententiam neutiquam sequi possum, quia ieiunum hoc mihi videtur et a rei descriptione omnino alienum, vel ut pluralis sit accusativus pro adverbio *formose*, ut apud Auct. Copae 2. *Crispum sub crotalo docta movere latus Ebria famosa saltat lasciva taberna* [cf. ad Met. I. p. 63.]

scena sibi sic concinnata. [Hanc lectionem, quippe quae sola videatur sententiam praebere, e longe paucioribus codd. cum Oud. recepi. Ceteri iique multo meliores legunt: *scenas ibi sic concinnatas*, quod corruptum ita esse puto, ut primum *s* sequentis litterae *sibi* praegresso vocabulo *scena* adhaeresceret, et deinde librarii *concinnatas* emendarent, ut concineret hoc voci *schemas*; vel pro *concinnatas* legi potest *concinnata scilicet* ex compendio $\bar{s}$.] Cur Wasseus et alii ex Wowerii coniectura, quam etiam G. Voss. margini adlevit, *ibi* pro *sibi* receperint, idonea satis caussa non perspicitur. Recte enim Oud. explicat: Venus saltatura ita *sibi* sive suum in usum concinnaverat scenam, sive institui iusserat, ut Musae canerent, tibias inflaret Satyrus, et Paniscus ad fistulam diceret, quamdiu ipsa saltaret.

canerent, tibias inflarent, Satyrus et Paniscus ad fistulam dicerent. Quum in optimis codd. constanter exaretur *inflarent* et *dicerent*, ad haec *tibiae* non *Satyris* sed *Musis* sint propriae, Oud. putat vel distinguendum esse, quomodo nunc in textu conscriptum est, vel cum Heins. ad Ovid. Fast. VI. 704. legendum *aut tibias infl.* vel *tibiasve inflarent*, quam posteriorem coniecturam magis probo, quamquam equidem, si quid emendandum est, *et tibias inflarent*

Digitized by Google

Satyrus et Paniscus ad fistulam dicerent. Sic rite Psyche convenit in manum Cupidinis, et nascitur illis maturo partu filia, quam Voluptatem nominamus.

FINIS FABULAE DE PSYCHE ET CUPIDINE.

Saturus F. 3. cf. p. 416. *sutili cumba.* In cett. omnibus *Satyrus. Pan deus* F. 2. *paniscos d. dicerent* F. 1. 3. G. D. P. *π. f. δ. ducerent* O. [cf. Dr. ad Liv. XXXVIII. 43. 1. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. XII. 203. Amor. I. 4. 19.] In cett. *diceret. Sic rite* F. 1. 3. G. P. D. f. R. *δ.* O. p. B. Edd. Iunt. 2. Elm. Scriv. et Florid. In cett. *sic ecce*, quod retentum est a Pricaeo. *Sic Psyche rite* inverso ordine P. in excerptis ad marg. ed. Colv. et B. *convenit in manu* Paris.

corrigo. De tibiis Musarum propriis Oud. excitat Diod. Sicul. in nuptiis Cadmi et Harmoniae V. §. 49.: *Ἀπόλλωνα μὲν κιθαρίσαι, τὰς τε Μούσας αὐλῆσαι* et Horat. Od. I. 1. 33. Censorin. de *Die Nat.* c. 12. §. 2. *Non Apollini cithara, non Musis tibiae ceteraque id genus essent adtributa.* At ipse dein de lectionis veritate dubitat, quia a Mart. Capell. IX. p. 906. §. 702. Kopp. Fauno tibia adtribuatur: *quorum hircipedem pandura, Sylvanum arundinis enodis fistula sibilatrix, rurestris Faunum tibia decuerunt* coll. Gron. Observ. I. 5. et Montf. Ant. T. I. p. 16. At haec non commovent, ut ab hac interpunctione recedam, qua sola codd. lectio potest sustentari.

Paniscus. Quia deminutione vocabulorum scriptorem ludere tritum neque ab istius stilo ad comicam levitatem saepe accommodato alienum sit, Stewechius putat, hic *Satyriscus* legendum esse. [Sed eodem modo coniunxit Cic. de Nat. D. III. 17. *Satyros* et *Paniscos.*]

dicerent. Perperam Brantius pro coniectandi sua prurigine hic legendum esse censet *hisceret* vel *hiaret* ex Propert. III. 2. 4. *tantum operis nervis hiscere posse meis.* ibid. 15. 33 sq. *Mollia Dircaeae pulsabunt tympana Thebae Capripedes calamo Panes hiante canent* et II. 23. 6. *Hic equidem Phoebo risus mihi pulchrior ipso Marmoreus tacita carmen hiare lyra.* [Sed haec coniectura ne ferri quidem potest, quia nullum exemplum potest dari, ubi *hiare ad aliquid* dicatur. Semper enim legimus *hiare aliquid*, vel *aliqua re* vel *in aliqua re.* cf. exempla quae excitat Burm. ad Prop. II. 23. 6. Deinde *hiscere* nunquam habet significationem loquendi, dicendi, sed semper eum indicat, qui vel loqui incipit cf. Bach. ad Ovid. Met. XIII. 231. vel eum, qui os aperit dicturus, at metu impeditus aliave animi commotione per continuam orationem sententias proferre nequit sed balbutit, de qua vocis significatione plura dicam ad Florid. p. 29.] At *dicere ad fistulam* est canere carmen fistulae sonis, non linguae motu, estque proprium *dicere* in levioribus ac laetis rebus, sive de hymenaeo. Oud. citat Heins. ad Ovid. Epist. ex Pont. I. 2. 133. Broukh. ad Tib. II. 1. 54. *modulatus avena Carmen ut ornatus diceret ante deos,* Hor. Od. IV. 12. 9. *dicunt Custodes ovium carmina fistula.* Nemes. Ecl. I. 63. *dixisti carmen avena.* [cf. Ruhnk. Dict. ad Suet. Vitell. c. 11. p. 349.] Male Floridus explicat: *ad fistulam diceret:* nempe ad numeros fistulae, quam alius inflabat.

in manum Cupidinis. Oud. praefert coniecturam suam *Cupidini*, quia saepius dicatur *in manum alicui venire* coll. Cic. Topic. c. 4. *Cum mulier viro in manum convenit.* [Sed Apuleius item dixit Met. VIII. p. 532. *modo ne in Thrasylli manum sacrilegam convenias* et p. 509. *ac dum herilis puella in boni Tlepolemi manum venerat.* De *in manum conventione* cf. Becker. in libro: Gallus T. I. p. 15. 18.]

Digitized by Google

CAPUT XXV.

Sic captivae puellae delira et temulenta illa narrabat anicula. Sed astans ego non procul dolebam me hercules, quod pugillares et stilum non habebam, qui tam bellam fabellam praenotarem. Ecce confecto nescio quo gravi proelio, latrones adveniunt onusti, nonnulli tamen im|mo promptiores, vulneratis domi 430

Sic captivae. Ab his verbis in Mss. f. R. et Incert. pervetusto incipit sequens liber septimus. *astans* F. 1. 3. G. D. B. edd. vett. Vulc. 2. Elm. *estans* δ. In cett. legitur *adstans*. *quidem* pro *quod* p. *pugillarem* π. *pugillatores* f. *et* ante *stilum* abest a p. *pernotarem* perperam ed. Scriver. [cf. Met. II. p. 140. *quodam tabulis praenotante* et Met. XI. p. 801. *libros litteris ignorabilibus praenotatos*. Munk. ad Fulg. Mythol. I. 2. p. 627. Stav.] *eveniunt* est in omnibus edd. vett. praeter Iunt. 2. ante Colvium, qui edidit cum sequentibus *reveniunt* ex coniectura Stewechii ad Met. IV. p. 288. *cum latrones remeant*. In Mss. omnibus, quos ego contuli, legitur *adveniunt*, nec aliter scribi videtur in reliquis. Certe Oud. nullum codicem commemorat, qui aliter habeat. *Animo* pro *immo*, quae iam Wower. coniecturā est, legi voluit Elm. ex Ms. In quonam vero ita inveniatur, nescio. Fides sit penes Elm. In omnibus codd. et edd. vett. legitur *immo*. *promptioribus* φ. *vulneratī* F. 1. G. D. P. O. p. f. δ.

Cap. XXV. *astans.* [Discrepant codd. inter scripturam *astare* et *adstare*, quae vocabula dubito an inter sese diversae sint significatione. In optimis Apuleii codd. ut F. 3., ubique scribitur *astare* cf. Met. II. p. 123. *circumsecus astantes* Met. IX. p. 651. *cubiculum propter astantes.* cf. Deder. Dict. Cret. I. c. 10. not. crit. et in Gloss. p. 252., ubi nostrum locum citat. Ruhnken. in edit. Oud. sibi non constitit, quod hoc loco *adstans*, ceteris *astans* excudi curavit. In Virgil. codd. optimis semper *adstare* reperiri videtur. *Adstare* hic certo quodam loco stare potest significare cf. Wagn. ad Virg. Aen. I. 152. Lachm. ad Prop. IV. 11. 21. Plaut. Asin. III. 3. 120. Cistell. II. 3. 53., at potius de eo hic dictum esse puto, qui in exspectatione et stupore est, de curioso; cf. eund. ad Virg. Aen. XII. 133., quam notionem seqq. probant.]

adveniunt. [Bene Oud. refutavit coniecturam Stewech. *reveniunt*, quae hic propter sententiam ferri nequit. Nam plane alii sunt isti latrones, qui nunc adveniunt, ab iis, qui puellam rapuerant, quique a Lucio prius erant visi. Nam priores post raptum puellae ad sueta suae sectae cf. IV. p. 290. sese conlerant, postquam puella manibus aniculae tradita est, quae eam blando, quantum posset, solaretur alloquio. Itaque ut a dolore regalis virgo requiesceret, anus fabulam de Cupidine et Psyche ei enarravit. Nusquam vero legitur, latrones istos a spelunca recessisse praedatum. Eo ipso autem momento, quo fabula finita erat, *adveniunt* alii latrones, priorum socii, qui proelio confecto commilitones vulneratos reportant, iisque domi relictis, cum ceteris sociis, qui in spelunca antea erant, ad reliquas occultatas sarcinas proficisci gestiunt, ut quas ipsi reportaverant praedas iis adiiciant.]

immo promptiores. Ex veteri scriptura Mss. et Edd. vera *immo* Colvius et Wower. correxerunt *animo* coll. Met. VIII. p. 562. *animo fortior*, Soping. effingebat *nimio*, ut etiam Brantius voluit, aut etiam *vel immo*. Quin etiam Gruter. intrusam per Colvium et seqq. lectionem *animo* denuo mendae suspectam habuit, et contra *immo* restituendum divinavit in Susp. Inedit. s. Miscell. Nov. Lips. Vol. III. p. 3. p. 195. Et, ut opinor, rectissime, *nonnulli tamen, immo promptiores*, sive aliqui, sed non promiscui, at potius ex omnibus promptiores. cf. VII. p. 453. *cognitoque quosdam, immo vero fortissimum quemque.* de Mund. p. 710. *Quintus Phosphorus, Iunonia,*

Digitized by Google

velictis et plagas recurantibus, ipsi ad reliquas occultatas in quadam speluncа sarcinas, ut aiebant, proficisci gestiunt. Prandioque raptim tubercinato, me et equum vectores rerum illarum futuros fustibus exinde tundentes producunt in viam, multisque clivis et anfractibus fatigatos prope ipsam vesperam perducunt ad quampiam speluncam, unde multis onustos rebus rursum ne breviculo quidem tempore refectos obiter reducunt tantaque trepidatione festinabant, ut

relictis D. *ipsi* male desideratur in Edd. Wow. et Pricaei. *ad* deest R. f. *ut agebant* F. 3. [cf. Dr. ad Liv. VIII. 33. §. 23. I. 26. §. 10.] *saracenas* pro *sarcinas* D. *turbucinato* Vicent. *vecto rerum* p. errore sane aperto, quia eadem syllaba sequitur. *vectore* P. *illarum rerum* G. P. D. *futuros* non comparet in R. *tudentes* errore typographico praefixum est adnotationi in edit. Oud., quam corruptelam etiam Roaldus in editione, qua usus erat, invenit, quoniam e cod. f. *tundentes* correxit. In omnibus codd. et edd. legitur *tundentes*, quod monendum est, ne quis typographico hoc mendo deceptus innovare velit in *trudentes*, quia paulo post sequitur *obtundentes*. *producunt in viam* F. 1. 3. G. D. B. et edd. vett. praeter Iunt. 2. *perducunt* P. O. δ. Elm. *prodeunt* O. et recentiores edd. *in via* δ. *afractibus* Vicent. *producunt ad quanpiam* F. 1. D. edd. vett. Vulc. 2. Elm. *Perducunt* in meis codd. inveni, Oud. in O. et δ., et sic suadente Pricaeo, confidenter rescripsit Oud., immo dudum ante eum edidit Scriver. ac dein quoque Florid. *multis* abest ab O. *ne* desideratur in R. *obiter* F. 1. 3. M. G. D. B. edd. vett. Vulc. 2. Elm. legitur. *ociter* β. δ. et margini adlevit Voss. suae edit. Probabile est, etiam in reliquis codd. *obiter* legi.

immo Veneris stella censetur. Quamvis igitur blandiatur admodum coniecturalis lectio *animo*, contra Mss. non est admittenda, quia sententiam satis idoneam particula praebet.

tubercinato. Elm. in ind. haec adnotavit: *tubercinari* raptim vorare. Gloss. Vulc. p. 156. *tuburcinor* λαφύσσω Plaut. Pers. I. 3. 42. *tuburcinari de suo.* Non. p. 179. qui raptim manducare interpretatur [cf. Voss. Etym. s. v. *tubercinor* et Pric. ad h. l.]

producunt in viam. [Lectio *prodeunt*, quae in aliquot edd. legitur, et O. cod., emendatio est librarii et edd., qui in vocabulo bis repetito offendebant. Nam in seqq. pro *perducunt*, plurimi codd. denuo habent *producunt*. Nec hoc quidem me offenderet, si bis ita legeretur. cf. ad Met. III. p. 122. VI. p. 413. Sed quum altero loco *perducunt* i. e. ad finem tunc viae pervenerant, optimi codd. servent, hic *producunt* eo minus potest reiici. Ita Apuleius dixit Met. II. p. 124. *ferat* et paulo post *conferat*. *Perducunt* posteriori loco probat etiam Cort. ad Lucan. II. 427., qui plura mutationis horum vocabulorum exempla affert.]

obiter reducunt. Oud. cur altera lectio *ociter* magis placuerit, quum ipse *obiter* bene explicet *e vestigio, illico,* vix intelligi potest. Nam non solum rarior vocabuli usus, sed codd. etiam maior numerus et auctoritas *obiter* flagitant. De significatione vocis cf. Pricaeum, qui male interpretatur *similiter, ut ante*, probatus perperam Burm. ad Quint. Decl. X. c. 16. p. 228. *Pessimus parentum, qui dum liberos suos sepeliunt, flere contenti, ut obiter siccis oculis revertantur.* Gloss. Philox. p. 146. *obiter* ὁμοίως ἐν τῷ αὐτῷ. Gloss. Cyrill. p. 460. ἐν τῷ αὐτῷ *eodem, inibi, obiter.* Ὁμοίως in Gloss. Philox. non placet, quia *obiter* hoc significare non potest, unde emendo ἀμελῶς. cf. Schaeff. ad Petron. c. 34. p. 188. qui locus mendosissimus est. Mss. optimi habent *obiter et pudissimi* vel *pdissimi servi minorem nobis aestum sua frequentia facient*, unde lego: *obiter impurissimi servi minorem nobis aestum a sua frequentia facient.* Trimalchio enim efficere vult, ut quum mensae singulae singulis adtribuerentur servis, aestus, qui eorum frequentia ortus erat, mitigaretur. *Aestus a frequentia* eodem modo dictum est, ut *vox ab iis* cf. Caes. B. G. VII. 17. §. 3. Oud. ad Caes. B. C. I. 1. Gron. et Dr. ad Liv. IV. 7. §. 27. et V. 28. §. 9. Porro sententiam, *ociter* hic legendum esse, iam proposuerat Oud. in Miscell. Observ. Vol. II. T. III. p. 393. et p. 453.]

me plagis multis obtundentes propellentesque super lapidem propter viam positum deiicerent. Unde crebris aeque ingestis ictibus, crure dextero et ungula sinistra me debilitatum aegre ad exsurgendum compellunt.

CAPUT XXVI.

Et unus: Quousque, inquit, ruptum istum asellum nunc etiam claudum frustra pascemus? Et alius: Quid, | quod et pessimo pede domum nostram ac- [187]
cessit, nec quicquam idonei lucri exinde cepimus, sed vulnera et fortissimorum

ne plagis D. *propter viam* F. 1. 3. G. D. P. Iunt. 2. Rim. Scriver. Florid. In ceteris *prope*. cf. ad Met. II. p. 147. *quam propter adsistens*. *positam δ*. *deicerent* G. D. Vicent. Venet. 2. 4. *deiecerunt* p. *deiiceruni* O. *eq̄* i. e. *equa* pro *aeque* G. D. *crure dextero* F. 3. G. D. *crure dextro* ex *δ*. P. p. f. G. excitat Oud. Sed verisimile est, in iis quoque *dextero* legi, quod ab Oud. neglectum est, qui etiam in G. *dextro* legi adnotavit. In cett. *dextero crure: sinistro δ*.

imus Vicent. pro *unus* [solita aberratione cf. Var. Lectt. ad Virg. G. IV. 272.] *raptum* G. D. P. O. [cf. Liv. II. 23. §. 8.] *etiamnunc claudum δ*. p. *frustra* exulat a p. *pascimus* R. *pascamus* Ed. Scriv. Amstel. *alius quod pessimo pede* O. *quid quod in pessimo pede* G. D. P. p. *pessumo* F. 3. In cett. omnibus codd. et edd. *pessimo*. *accesit* D. *nequidquam δ*. *coepimus* edd. vett. praeter Iunt. 2.

Unde crebris. [Hunc locum Barth. Advers. XXXI. 15. p. 1492. ita explicat: *aeque ingesti ictus* apud Apuleium sunt *utrimque concurrente vitam sinistra quam dextera, nam dextro crure et sinistra ungula exinde se debilitatum dicit.* Quod equidem non intelligo.]

Cap. XXVI. *exinde.* [Haec particula, quae proprie de loco dicitur et nostro *von da her* respondet, ad caussam tum et rationem refertur, unde aliquid proficiscitur. Eodem vero modo, quo *inde, unde* al. ad personas pertinent, ex quibus res quaedam originem ducit, cf. ad Met. VII. p. 466., ubi accuratius eo de usu agam, *exinde* quoque de personis dicitur, ex quibus commodi vel incommodi quid capimus. At singularis videtur hic Apuleii locus, nec aliud reperiri poteram huius significationis exemplum. Nam quae Hand. Tursell. II. p. 666. adtulit, plane aliter habent, quum ad loci significationem pertineant. Huius particulae vero quum diversissimae sint apud Apuleium significationes, accuratius de iis nunc exponere liceat. Loci notionem, quae primaria est, in uno tantum loco agnovi de Mundo p. 361., ubi de clypeo Minervae sermo est, cui imaginem suam ita infixit Phidias, ut exinde evelli non posset, nisi tota clypei compagine eversa. Caussam et rationem, ex qua aliquid consequitur, saepius indicat, ut Met. VII. p. 490. *adhibita tali detestatione, mansuetos ac mansues exinde factos asinos.* X. p. 709. *ingens exin oborta est.* X. p. 726. *exinde* (matris amore) *flagrantissimis febribus ardebat.* Florid. p. 105. *Quanto enim exinde orationi modificabor.* Ad tempus tum refertur, idem significans, quod *ex illo tempore.* Met. I. p. 7. *exinde cum.* II. p. 121. *exinde ut enavigasti.* VII. p. 448. *nec exinde compareret.* VII. p. 471. *exin me curitabat.* VIII. p. 573. *sed exinde non desinit.* XI. p. 811. *praecipuum mihi exinde studium fuit.* Apol. p. 447. *exinde ut participare curiam coepi.* p. 385. *exinde ut coeperunt.* p. 593. *exinde ut frater eius animam edidit.* Florid. p. 47. *exinde beate vixit.* Rarior est usus de tempore et rebus aliis excipientibus; cf. Met. XI. p. 785. *exinde permixtus.* XI. p. 791. *Exinde gaudio delibuti.* VI. p. 431. *exinde tundentes.* De Dogm. Plat. I. p. 203. *exinde elementis omnia occupari.* i. e. post ea et de Mund. p. 295. *exinde* (i. e. post ea) *inferioris aeris qualitas infunditur.*

Digitized by Google

occisiones. Alius iterum: Certe ego, cum primum sarcinas istas quamquam invitus pertulerit, protinus cum vulturiis gratissimum pabulum futurum praecipitabo. Dum secum mitissimi homines | altercant de mea nece, iam et domum perveneramus. Nam timór ungulas mihi alas fecerat. Tum quae ferebamus amoliti properiter, nulla salutis nostrae cura sed ne meae quidem necis habita, comitibus adscitis, qui vulnerati remanserant, dudum recurrunt, * relatori tae-

431

quam pro *quamquam* p. *vulturum* G. D. *pertulerat* Vulc. 2. Elm. *protulit* D. *immitissimi* G. P. D. O. f. *meritissimi*, vitiose Elm. *saevissimi* ex mera glossa extat in Ed. Vulc. 2. *altercantur* p. Florid. *altricant* f. In cett. constanter legitur *altercant*. cf. Met. II. p. 90. et 164. *et* ante *domum* abest in Iunt. 1. 2. Ald. Colin. *alias* R. f. male. *cumque ferebamus* F. 1. 3. G. D. f. *cum quae* ∂. In cett. *tum quae*. *amolliti* D. *propiter* B. *propertim* p. *set meae* F. 3. *sed meae* G. P. D. O. *sed me* f. *ac nõe* ∂. In cett. *ac ne meae*. *asscitis* G. D. *dudum recurrunt* omnes codd. et edd., praeter Vulc. 2. Elm. Florid. Edd., quae *actutum* praebent. *accurrerunt* p. *relatori* F. 3. G. P. D. B. R. f. p. ∂ *relaturi* F. 1. φ. Vulc. 2. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. Elm. Florid. *relectiori* O. *relatiori* Al. *laturi* Iunt. 1. 2. Ald. et F. in excerptis ad marg. ed. Colv. *taedio* in omnibus codd. praeter O. in marg. B. F. 1. qui habent *taedia*, quod etiam omnes edd. prae se ferunt.

De loco Met. VII. p. 498. *exinde proclamans*, quem diversissima ratione interpretes explicarunt, infra exponam.]

mitissimi homines. Omnia, quae contra hanc lectionem VV. DD. allucinati sunt, improbantur. Solemnis enim Apuleio est ironia, quam non ceperunt interpretes cf. Met. I. p. 36. *boni latrones* VI. p. 443. *benignus comes.* cf. ad Met. VII. p. 496.

timor ungulas mihi alas fecerat. cf. Met. VIII. p. 552. *Reputabam, Pegasum inclytum illum metu magis volaticum fuisse, ac per hoc merito pinnatum proditum:* Virg. Aen. VIII. 224. *pedibus timor addidit alas.* Sil. XII. 445. *pennasque addente pudore Evolat.* XVI. 553. *Sed enim sibi fecerat alas Concitus.*

sed ne meae quidem necis. Pricaeus reponit *at meae quidem necis*, quod Florid. his verbis refutat: Nihil enim aliud sibi vult hoc loco Apuleius, nisi latrones tanta festinatione recurrisse, ut non modo salutem iumentorum lassorum neglexerint, verum etiam de asino suo necando, ut comminati erant, ne cogitaverint quidem, quamquam minis facilius stent, quam promissis id genus homines. In eo tamen erravit Floridus, quod de plu ribus iumentis lassis cogitavit, quae non habebant. Certe de se suoque equo, ut recte monet Oud., Apuleius modo loquitur, latronesque nec equi pascendi curam habuisse, nec sui necem, quam essent comminati, peregisse iam prae recurrendi festinatione. [*Sed*, quod in plurimis codd. legitur, recepi, forsitan primum in *at*, dein in *ac* commutatum. *At* enim in hac oppositione interpretes potius exspectaverant.]

dudum. Qua fultus auctoritate Vulc. Ed. 2., Elm. et Florid. sequentibus, ediderit *actutum*, reperire non potui. Per se quidem vox proba est cf. Met. V. p. 365. ad de D. S. p. 161., sed Mss. et Edd. constanter habent *dudum*, unde Pricaeus legere volebat *domum*, vel transponere *dudum vulnerati remanserant*, quia non satis perspexit vim particulae *dudum*, quae, uti etiam *iam dudum*, ponitur cum praesenti tempore, quando significat actionem iam inceptam, sed adhuc durantem; cf. Lucan. IV. 545. *Modo, quam primum* explicat Servius ad Aen. II. 103. ubi vide Burm. [cf. Cort. ad Lucan. I. 227. qui rationem dictionis accuratius exposuit, et ad II. 524., ubi nostrum locum contra omnes coniecturas optime defendit. Ovid. Art. Am. I. 317. *ingenti iam dudum de grege duci iussit.* cf. Forbig. ad Aen. II. 103., qui Hand. ad Tursell. III. p. 160. exscripsit, Hand. Tursell. II. p. 303., qui diversas virorum doctorum explicationes enumerat, et nostrum quoque locum commemorat. Doed. Synonym. IV. p. 267. Alia de particulae *dudum* significatione proferam ad Florid. p. 38.]

relatori taedio. Hic locus omnium

Digitized by Google

dio, ut aiebant, nostrae tarditatis. Nec me tamen mediocris | carpebat scrupulus 432

scapulus G. (neque *scupulus*, ut Oud. excerpta exhibuerunt) P. D.

difficillimus est, quem coniectura tantum sanari posse puto. Beroaldus haec verba interpretari omisit, desperans forte, se bene expliciturum esse. Floridus tamen reddidit per *reportaturi fastidia nostrae tarditatis*, quibus patet eum per *taedia* intellexisse onera, adhuc ibi relicta, sed ceteras praeterquam quod durissime ita locutus foret auctor, latrones non reliquerant ibi raptas res ob tarditatem asini, sed quod plures gestare non potuerat, ut apertum est e praecedentibus. Vulgatum tamen non magis intelligi potest, nec quid ibi voluerit Wasseus *refecturi* coniiciens. At Oud. suspicatur, auctoris mentem hanc esse, (id quod iam exposuit in Misc. Observ. Vol. II. T. III. p. 453): Latrones, *relicto* illic asino *prae taedio ipsius tarditatis solos abiisse*, suis ipsis humeris *adlaturos*, non *relaturos* ea, quae in spelunca adhuc reliquerant, unde *rapinis suis onusti* mox revertuntur, et in Lucium cum puella aufugientem incidunt p. 441. Sed quid scripserit auctor, ipse nescit. Coniecit aliquando: *relicto me, taedio, ut aiebant, nostrae tarditatis* vel *prae altiore taedio*, ut *altius taedium* dictum sit, quo *altior vindicta*, alia, de quibus egi ad Met. IV. p. 244. vel *me licto prae taedio* vel *reliqua laturi, taedio*, quod Vir doctus ad marg. ed. Colv. coniecit, vel *relato iis* sc. comitibus vel *relato animi taedio*, sive narrato illi, ut ea probe custodiret illum necandum. (Quod tamen ferri nequit, quia ne rationem quidem habuisse latrones asini necis, praegressa testantur.) Quin quia sit in O. *relectiori*, et *taedia* servet idem in marg., uti et Florent. aliique, divinat Oud., num reliquerit auctor, *relecturi taedia* s. repetituri et recalcaturi viam, quam cum taedio, ut aiebant, prae asini et equi tarditate emensi fuerint. *Relegere* enim ea sententia esse elegantissimum coll. Heins. Advers. II. c. 4. p. 336. Bentl. ad Horat. Od. I. 34. 5. Heins. ad Ovid. Fast. II. 550. [cf. Peerlk. ad Hor. l. c. Intt. ad Ovid. Met. IV. 570. Ex tanta vero coniecturarum farragine vix una est, quae probari possit. Ultima *relecturi taedia* neutiquam defendi potest. Quis enim unquam *taedia* pro *taedia viae* dicet? Eadem ratione etiam *onera*, *taedia* nominari liceret. Mentem auctoris bene assecutus videtur Oud., et ex ea igitur proficiscatur emendatio necesse est. Recentiores interpretes, francogallus et Rodius coniecturam *reliqua laturi* amplexati sunt vertentes: Ils alloient, disoient ils, quérir le reste du butin, qu'ils avoient fait, dont ils n'avaient pu nous charger, et Rodius: *dann rannten sie abermals hurtig fort, um wie sie sagten, noch die letzte Nachlese zu halten. Taedio nostrae tarditatis* verba mihi tam sana videntur esse, ut emendari non debeant. Quum enim latrones taederet morae atque tarditatis iumentorum, domi ea reliquerunt, adscitis vulneratis comitibus, qui ferrent ea onera, quae alioquin iumentis portanda fuissent, et caussam huius rei comitibus ipsis tarditatem asini indicarunt. In solo igitur vocabulo *relaturi* mendum totius loci inesse videtur. Quid vero *relaturi* sibi velit, vix potest intelligi. Nam, quod bene iam monuit Oud., non retulerunt istas praedas, sed adtulerunt, et res fere ita cogitanda est: Latrones enim, qui ceteris iam in spelunca versantibus advenerant p. 429., magnas praedas latrocinando corripuerant, quarum unam partem ipsi iam adtulerant cf. ibid.: *latrones adveniunt onusti*. Reliquam vero longe maiorem partem in spelunca quadam occultaverant, et comitibus vulneratis domi relictis, cum equo et asino ad istam speluncam recurrunt, cetera advecturi. Ipsi per hoc iter non onusti erant, ut e praecedentibus potest intelligi, sed tantum iumenta p. 430. *unde multis onustos rebus rursum, ne breviculo quidem tempore refectos, ociter reducunt*. Sed quia ne ab iumentis quidem omnia domum reportata erant, denuo ad spelun-

contemplatione comminatae mihi mortis, et ipse mecum: Quid stas, Luci, vel quid iam novissimum exspectas? Mors et haec acerbissima decreto latronum tibi comparata est. Nec magno conatu res indiget. Vides istas rupinas pro-
433 | ximas et praeacutas in his prominentes silices, quae te penetrantes *ante*, quam

quid istas G. P. D. edd. vett. *o Luci* G. D. P. ex quo postremo codice Elm. cum Scriv. et Florido intrusisse videtur interiectionem *o*, quam exclamationis vocalem nunc addit, nunc omittit auctor, uti hic ceteri codd. respuunt, qui recte, ut docet Pricaeus, simplex *stas* praeferunt quoque cum Beroaldo et seqq. Edd. *Restas*, quae coniectura Brantii est, placebat etiam Sopingio et Grut. Sed idem coniecit idemtidem: *Quid hic stas*. Adi Misc. Nov. Lips. Vol. III. p. 496. Et adverbium hoc omnino hic admittendum censet Oud. In praefixis Beroald. notae vocibus legitur *quod istas*, ut librarius meus in ed. pr. se invenisse profitetur in schedulis. Hinc fingi posset: *'Quo hic stas, Luci* ut Lucian. Asin. c. 23. p. 591. τί ἔτι μένεις ἐνταῦθα; — *notissimum* pro *novissimum* coniecit Boxhorn. ad I. Capit. Verum p. 782. T. II. Hist. Aug. *mors en haec* P. *mors enim* G. D. Male. *Et* valet *et quidem* cf. ad Met. I. p. 71. *hic acerb.* Vicent. Venet. 2. *acerrissima* G. D. *indiges* p. *videns* P. *rapinas* f. β. δ. *ruinas* B. et edd. vett. omnes Vulc. 2. cf. V. p. 401. Sciopp. Corp. Epist. T. II. p. 51. *pessimas* pro *proximas* (fortasse ex scriptura *prossimas* natus est error) β. δ. *et* ante *praeacutas* abest a F. 1. *paricatas* P., quod in G. non est, ut Oud. e suis excerptis enotavit, sed *paricùtas*, quam corruptelam etiam D. habet. *in has* δ. *prominentes* F. 3. G. P. D. p. O. φ. f. π. *praeeminentes* F. 1. Vulc. 2. et codd. quidam teste Pricaeo. In cett. codd., ut δ. B., et edd. vett. et recentt. legitur *praeminentes*. *scilices* F. 3. *scilicet* pro *silices* G. a m. p. (*silices* a m. s.) D. δ. *penetrante* F. 3. p. *pene ante quam* F. 1. (sed non in ipso codice, sed in margine, ut diserte verbis Lindenbrog. suae collationi adscripsit.) In cett. legi videtur *penetrantes*, quod certe in G. D. B. et omnibus edd. vett. et recentioribus inveni. *quam* F. 3. G. D. *q̄* pro *quam* P. *q̄m* f. *quaqua* Vulc. 2. Elm. Scriv. Florid.

cam proficiscendum erat, et quia temporis angustiae premebant, pertaesi iumentorum tarditatem, vulneratis adscitis reliqua ipsi apportant suis humeris. Lucian. Asin. c. 23. p. 591. *τὸν δὲ ἆθλιον τοῦτον ὄνον, ἔφη τις αὐτῶν, τί ἐπάγομεν ἄχρηστον ἐκ τῆς ὁπλῆς, τῶν δὲ σκευῶν ἃ μὲν ἡμεῖς οἴσομεν, ἃ δὲ καὶ ἵππος.* In syllaba igitur *re* totius loci versatur difficultas, quam equidem ex compendio c̄a i. e. *cetera* ortam esse puto, quamquam confitendum est, me mihi non satisfacere. Unde quum nimis vagae sint omnes coniecturae, nec codd. quid adiumenti praebeant, corruptam optimorum Mss. lectionem: *relatori taedio* in textum recepi, sed asterisco vocabula insignivi, ut mendosa ea esse quisque statim intelligat lector.]

contemplatione. [*Contemplatio* hic idem significat, quod *intuitu, respectu*, quam significationem ab hoc inde tempore in usu fuisse scriptoribus cognoscitur. Apud scriptores potissimum ecclesiasticos invenitur, sed fere semper ablativus vel nominativus, alium equidem casum non reperi. Apud Apuleium non raro extat: cf. III. p. 188. et 203. VI. 432. VIII. 589. cf. Duk. ad Lat. vett. ICt. p. 318. Buenem. ad Lact. IV. 13. §. 17. p. 475. Plura exempla dabit Deder. Dict. Cret. Introd. p. XLIX, quibus omnibus mea observatio sustentatur.]

praeacutas silices. De duplici genere huius substantivi cf. Intt. ad Ovid. Met. IX. 223. Trist. IV. 6. 14. [et ad Met. XI. 45. Ruddim. Tom. I. p. 38. Ex Mss. puto auctoritate genus diiudicandum esse, quodque hic omnes codd. femininum praeferunt, mutari hic nequit. Hunc usum poetarum proprium fuisse existimaverim, qui alibi quoque hoc genus malunt. Qui vero nonnisi a poetis feminino genere *silex* usurpari autumant, in prosa vero et vitae communis oratione semper esse id masculi generis, quod Forbig. ad Virg. Ecl. I. 15. cum Schneidero in Gramm. II. 1. p. 112. profert, ex hoc uno exemplo possunt refelli.]

prominentes. Hanc lectionem Oud. bene defendit. Nam praeterquam quod *prae* illico praecedat, apud idoneos linguae latinae scriptores *praeminere* magis excellentiam seu praestantiam super alios significare, quam extantiam, coll. Burm. ad Val. Flacc. VII. 30. *Prominet, atque oculos longe tenet* Dr. ad Liv. XXXVII. 23. *prominet in altum* Ve-

Digitized by Google

decideris, membratim dissipabunt. Nam et illa ipsa praeclara magia tua victum

qua decideris B. et edd. vett. *illa* non comparet in δ. p. *ipsa* abest P. in excerptis ad marg. ed. Colv. *praeclare* Ed. Beroald. *non*, quod post *tua* in nonnullis codd. et omnibus edd. vett. extat, non comparet in F. 1. 3. G. D. P. f. Elm. Scriv. Florid. *victum* G. P. D. O. et F. 3. (in quo tamen ab eadem manu in margine correctum est *vultum*.) In cett. libris et edd. extat *vultum*.

get. V. 13. *prominentibus vel latentibus scopulis.* Apuleius ipse hoc composito saepius utitur. cf. Met. I. p. 55. *tigillo, quod prominebat.* V. p. 345. *in morem Sirenum scopulo prominentes.* VI. p. 444. *sola facie prominente.* IX. p. 645. *digitos, qui prominebant.* XI. p. 778. *eius orificium prominebat.*

penetrantes ante. [Hanc Pricaei coniecturam probatam Florido in textum recepi, non sollicitus de Oud. dubitatione: Verum si silices *penetrarent* corpus Lucii, videtur potius illis affixus et haesurus fuisse, quam ulterius decidisse. Haec enim plane inepta sunt. Nam quomodo aliter asinus *membratim dissipari* poterat, nisi silices ita eius corpus dissecarunt, atque dilacerarunt, ut singula membra a toto corpore abirent et disparārentur. Hac de caussa nominantur *praeacutae*, ut quasi perfodientes omnia praecidant. Item dixit Apuleius Met. V. p. 370. *Neque tamen ad illum locum, vel saltem mortua pervenire potuit. Nam per saxa cautium membris iactatis atque dissipatis et laceratis visceribus suis ... interiit.* Si lectio cod. Florent. 1. *pene ante quam* ipsius esset codicis, neque vero a manu secunda in margine apposita, eam sine dubio ut facillimam reciperem. Nunc vero quum omnes Mss. in scriptura *penetrante* vel *penetrantes* consentiant, propter praecedentis vocabuli eandem syllabam *ante* particulam excidisse putaverim, quod aperte indicant ii codices, in quibus *penetrante* scriptum est.]

membratim dissipabunt. [De hac dictione cf. Munk. ad Hygin. fab. CLXV. p. 280. Stav., qui nostrum quoque locum citavit.]

magia tua victum. [*Non*, quod ante *victum* in nonnullis libris et edd. omnibus vett. extat, contra totam loci sententiam ab Interpretibus intrusum est, nec recte ab Oud. ellipsi adverbii *etiam* explicatur, quod post *verum* cogitatione addendum esset. Quis enim unquam ita dixerit? Contorta enim plane est sententia, si quis vertat: *Aber jene treffliche Magie gab dir nicht nur die Weise und die Mühen des Esels, sondern auch nicht eines Esels harte Haut, vielmehr ein dünnes Häutchen u. s. w.* Recte *non* cum optimis libris omittitur ea sententia: Magia tibi tantum circumdedit labores victumque asini, non vero eius corium crassum. *Victum*, quod alii perperam in *vultum* corrigant, inepta est librariorum emendatio, qui quid hoc sibi vellet, non intelligebant. Miror itaque Oud., qui tam obiter lectionem his verbis reiicere potuerit: In P. G. et O. est *victum*, qui circumdari nequit. At *labores* possuntne circumdari? Nonne perspicuum est, Apuleium per Zeugma posuisse hoc verbum, quod magis ad sequentia quam ad priora aptum est. Se enim asini vultum ac faciem habere Lucius non queritur, sed quod, quum asinus sit, et magia eum omnibus molestiis atque tota vivendi ratione circumdederit asini, ut sarcinas magnas portare debeat, non corio quoque ea condonaverit asini satis crasso, ut molestias, quae ex hac vita asini proficiscantur atque verbera spissa etiam tolerare queat. Nam asini faciem Lucius habere poterat, quamquam asini molestias non perferret. *Victus* vero totam vitae rationem et statum significare praeter alios unus probat Nep. Dion. 4. §. 5. locus: *Is usque eo vitae statum commutatum ferre non potuit, postquam in patriam rediit pater, (namque appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent) ut ... interierit.* Errat igitur Oud., putans, hic queri Lucium, membranulum suum magis tenue esse, quam quod a silicibus praeacutis

Digitized by Google

laboresque tibi tantum asini, verum corium non asini crassum sed hirundinis tenue membranulum circumdedit. Quin igitur masculum tandem sumis animum, tuaeque saluti dum licet consulis? Habes summam opportunitatem fugae, dum latrones absunt. An custodiam anus semimortuae formidabis, quam licet claudi pedis tui calce
434 unica finire poteris? Sed quo gentium capessetur fuga, vel hospitium | quis dabit?

tibi desideratur in P. *asinorum corium* O. a m. p. Ista omnia *verum corium non asini* non comparet in δ. *yrundinis* G. D. *hirudinis* f. Vulc. 2. Elm. Scriv. In cett. *hirundinis*. *tenuum membranulum* O. *tenue umbranulum* δ. *tenue umbraculum* p. *tenue membra nullum* F. 3. G. D. *tenuae* Vicent. *quid igitur* D. *tandem masculum* P. inverso ordine. *summis* G. D. *formidabis* non legitur in P. *pedis claudi* f. *calce unico* G. P. D. O. *ferire* Vulc. 2. (quod Modius coniecit in margine ed. Colv. Lindenbrog. probat alteram lectionem e cod. his verbis: *rectius alii: finire.*)

penetrari nequeat. Nam hoc per se iam potest intelligi, etiam crassum asini corium ab silicibus et rupinis laceratum iri. Hinc ad molestias haec verba asini refero, ut Lucius queratur, quod magia ei cum vita hominis non corium dederit, ad molestias et onera sufferenda conveniens.]

hirundinis. Hanc scripturam ex optimis codd. restitui, quum altera *hirudinis* una cod. Fux. auctoritate tantum nitatur. Seraphinus Olivarius et Fulvius *hirudinis* comprobarunt, quibus assentiuntur Scioppius et Pricaeus, quia *hirundinum* cutis non tenuior sit, quam aliarum avium. Oud. vero, ut a me modo commemoratum est, in totius loci sententia constituenda videtur esse lapsus, cuius verba haec sunt: Verum non video rationem, ob quam auctor sibi tribuat magis *membranam hirudinis*, palustris bestiolae minime, quae inter potandum gulae illabi potest. cf. Plin. XXIII. 1. §. 27., quam alterius, quae saltem magis accedat ad asini magnitudinem. Hinc cum Grot. in Susp. Inedit. sive Misc. Nov. Lips. Vol. III. T. 3. p. 502. altius ulcus hic latere censeo, mentemque Apuleii fuisse opinor, tam tenuem sibi esse cutem, ut non solum esset pervia silicibus acutis, sed etiam aculeo vel toti capiti sanguisugae βδέλλης s. *hirudinis*, penetrantis eam, ut ebibat sanguinem, nec missurae nisi cruoris plenae. cf. Plin. XXXII. 42. Horat. Epist. ad Pison. 476. Theocrit. II. 56. Gruter. coniecit *hirudini tenue* et explicuit *membranulam, quae vel hirudinis confessione tenuior*, quod vix capio. Rectius exposuisset tenue et penetrabile etiam hirudini, quam perforare hirudo facile posset. Idem quoque longius discedens ab litterarum apicibus audacissimam proposuit conlecturam: *hirudinis stimulo membr. pervium dedit.* [Sed quis talia unquam interpretum somnia probavit? Vix enim intelligi potest, qui Oud. sagacitas a recto sensu ita aberrare potuerit. Quid equidem de hoc loco statuendum esse censeam, in prioribus iam expositum est et spero, me vera vidisse. Sed *hirudinis*, quamquam in textu contra Mss. consensum non reposui, ipse tamen praefero. Hirudinis enim cutis tam tenera est ac mollis, ut totum eius corpusculum cutis videatur esse. *Hirundinis* vero commemoratio plane absurda esset, nec opinor ullum eo vocabulum opinor cum Oud. probaturum esse, quod magis ad asini magnitudinem accedat? Huc accedit, quod cutis hirundinis plumis est obducta hirudinis, vero nuda ac glabra, ut magis haec quam illa laedi possit. De voce *membranulum* conf. velim Pric. *Circumdare corium alicui* pro aliquem corio circumdare probat Oud. ex dict. suis ad Hist. B. G. VIII. 7. et B. Afric. 38. Apul. Met. IX. p. 639. *lacinias caveae circumdatas* Virg. Aen. X. 483. Quare id verbum Grut. suspectum esse non debebat.

finire. Perperam elegans vocabulum mutaverat solus Vulc. Ed. sec. *Finire* est interficere τελεῖν. Atque hinc in gemmis: *Fin. Marius, Pompeius, Cleopatra, Olympia* i. e. *finitus* vel *finita* s. occisa. cf. Intt. ad Val. Max. II. 6. §. 6. Ext. Duk. ad Flor. II. 15. Sic etiam *finis* absolute pro vitae fine s. morte dicitur Vell. II. 123. Lucan. VII. 811. Heins. ad Lact. de Phoen. 161. Canneg. ad

Digitized by Google

Haec quidem inepta et prorsus asinina cogitatio. Quis enim viantium vectorem suum non libenter auferat secum?

CAPUT XXVII.

Et alacri statim nisu lorum, quo fueram destinatus, abrumpo, meque quadrupedi cursu proripio. Nec tamen acutulae anus milvinos oculos effugere

haec F. 3. G. P. D. p. f. *d.* alii et Ald. Iunt. 2. Wow. et seqq. In ceteris *hic*. Scioppius observavit plus octies his duobus libris 5 et 6. in hac particula a librariis peccatum esse, [qua confusione nihil frequentius, quod compendia non possunt dignosci: *h'* enim notat *hic*, *haec*, *hoc*. *afferat* P. D. f. *d.* p. G. a m. s. (in quo a m. p. extat *afferet.*)

nixu Beroald. Iunt. 1. Ald. Colin. ut est in O. perpetua confusione. *Nisu* dant meliores libri cum ceteris Edd. *nisi*, quod in Vicent. Venet. 2. et utraque Basil. legitur, typothetarum error est. *abrumpto* Venet. 4. Paris. *arrumpo d. quadripedi* p. f. *cursu proprio* Venet. 4. Paris. *tam* pro *tamen* O. *acutulae* F. 3. a m. p. (sed in margine ab eadem manu *astutulae.*) G. D. P. O. π. Iunt. 2. In ceteris *astutulae*. *oculos* exulat a p.

Treb. Poll. de trig. Tyr. c. 8. [Tacito hoc verbum prae ceteris in usu est cf. Boettch. Lex. Tac. p. 199. Ruhnk. ad Vell. l. c.]

asinina cogitatio. [Hunc locum accuratius attigit Barth. Advers. VIII. 14. p. 393. ubi eum inter multa alia exempla enumerat, quibus convicium fuisse omnis aevi asinum demonstret, hominem obtusi ingenii significantem, bardum et stupidum, qua obscurior atque tetrior stupiditas illi obiici non possit. cf. eund. in Advers. XXXIV. 6. p. 1555. Turneb. Advers. XXVIII. 35. p. 1081. Plaut. Pseud. I. 2. 4.]

Cap. XXVII. *acutulae.* [Mera glossa huius vocabuli videtur alia lectio esse, *astutulae*, quam Oud. defendit ex Met. IX. p. 600. *et ad huiusmodi flagitia perastutula*, idem emendans Met. IX. p. 593. *Hoc astutulo commento* et p. 651. *astutule asine.* Hic vero comprobari nequit, quia non ad dolos et astutiam anus mulieris respiciendum est, sed ad summam eius aciem oculorum. Quae enim ista est calliditas, quum asinum loro quo fuerat destinatus abrupto fugientem prospicit? *Acutulus* ut *acutus* h. l. de oculorum acie dictum est, ut Hor. Serm. I. 3. 26., ubi acuti oculi cum aquilarum et serpentium oculis comparantur: *Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum, Quam aut aquila aut serpens Epidaurius*? Plaut. Pseudol. IV. 7. 121. *magno capite, acutis oculis, ore rubecundo*, ubi non ad formam oculorum *acutus* referri potest, neque *argutis* legendum. *Acuti* enim oculi sunt quasi penetrantes et pungentes, quos nos *stechende Augen* dicimus: iidemque sunt, qui alias *arguti* nominantur, quod vocabulum ad sensus relatum idem quod *acutus* significat cf. Ovid. Am. III. 2. 79. *Risit et argutis quiddam promisit ocellis* ibid. 3. 9. *Argutos habent radiant ut sidus, ocellos.*]

milvinos oculos. [Observandi sunt *oculi milvini*, quos pro *aquilinis* hic dictos esse apparet de acie oculorum. *Milvus* enim hic non eam tantummodo avem exprimit, quam accuratius describit Plin. Hist. X, 12. sed ad genus totum refertur aquilarum, quas notum est acutissimo adspectu fuisse. cf. Plin. d. l. c. 3. *Superest haliaeetos clarissima oculorum acie, ... cogit pullos adversos intueri solis radios, et si conniventem humectantemque animadvertit, praecipitat e nido, velut adulterinum atque degenerem .. illum, cuius acies firma contra stetit, educat.* Hanc fabulam Lucan. IX. 902 seqq. de toto aquilarum genere repetiit cum Claud. Consul. III. Honor. Praef. 1 sqq. Hanc tamen huius adiectivi significationem frustra in lexicis quaesivi, quae milvorum tantummodo rapacitatem commemorant cf. Taubm. ad Plaut. Menaech. I. 3. 29.

Digitized by Google

potui. Nam ubi me conspexit absolutum, capta super sexum et aetatem audacia, lorum prehendit, ac me deducere ac revocare contendit. Nec tamen ego memor exitiabilis propositi latronum pietate ulla commoveor, sed incussis in eam posteriorum pedum calcibus, protinus adplodo terrae. At illa quamvis humi

me non comparet in P. *audacius* O. π., quod quasi *audaci vi* fuisse putat Oud. *deprehendit* O. *diducere* F. 1. *ducere* f. *et revocare* Iunt. 1. 2. Ald., quod Oud. praefert. *ira memor* δ. Forte *inmemor*, sed tum pro *ulla* scribendum foret *nulla*. *applaudo* B. edd. vett. praeter Iunt. 2. Vulc.

Hemsterh. ad Lucian. Timon. I. p. 435. Bip. Burm. ad Petron. 42. p. 193. Ita dixit Apul. Met. II. p. 88. *oculi in adspectu micantes prorsus aquilino.* Pricaeus explicat oculos insidiantes mihi, me furtim observantes, quod a sententia loci longissime recedit. Nam anum cogitari nequit semper asinum respexisse, a quo insidias atque dolos exspectare non potuit. Sed quod oculi eius erant acutissimi, non latuit eam eius fuga. Pricaeum secutus est Rodius in versione sua: *Unterdessen komt' ich den Spionenaugen der alten Hexe nicht entgehen.*]

capta super sexum. Legi vult Pric. *senilis supra sexum*, sive ultra, maiore audacia, quam sexus muliebris et aetas permittere videtur, ut *supra vires, modum, morem.* Sed ea sententia etiam *super* dici notum est cf. Serv. ad Virg. Aen. VIII. 303. *super omnia* per *ultra* explicantem. Iutt. ad Ovid. Met. VI. 497. VIII. 678. Burm. et Oud. ad Suet. Claud. c. 85. Virg. Georg. IV. 236. Aen. XI. 510. [cf. Burm. ad Phaedr. III. 11. 2. Dr. ad Liv. XXXVIII. 43. §. 1. Gron. ad Tac. Hist. I. 51. Deder. ad Dict. Cret. II. 20. *quum supra modum gravaretur,* qui locus difficillimus ita legendus et explicandus est *Interim multi... collecta undique cuiusque modi saxa super clypeum Aiacis deiicere congestamque quam plurimam terram desuper volvere scilicet ad depellendum hostem, quum supra modum gravaretur: quae egregius dux facili scuto decutiens, haud segnius imminere.* Aiax saxorum terraeque mole a Troianis acerrime petitur: sed quamquam ea supra modum gravabatur s. premebatur, facile tamen scuto saxa et terram decutiens, haud segnius instat cf. Recens. meam Dict. Cret. ed. Deder. in Iahn. Annal. Phil. T. XXIII. fasc. 3. p. 294.]

deducere. Brantius male *reducere* coniecit. Neque enim adhuc processerat asinus. Alioquin anus eum loro prehendere non potuisset, nec ab eo protinus calcibus impeti, sed dum se quadrupede cursu proripit, eo ipso momento adprehendit lorum, tentans eum sistere, et ab alta pedum elevatione atque impetu deducere humilem, mitem et placidum, blandis illum interim vocibus, ut revertatur ad se et locum priorem, alloquens. Male igitur Floridus interpretatur *reducere atque retrahere*, quem secutus est interpres francogallus: me prit par le bout de mon licou, et fit tous ses efforts pour me ramener. Melius Rodius: *und suchte mit allen ihren Kräften ... mich zurückzuhalten.*

ac revocare. [*Et revocare* nonnulli codd. praebent, quod correxisse videntur librarii, qui in repetitione particulae *ac* offenderunt. cf. Suet. Calig. 52. *nec civili ac ne virili quidem ac denique humano semper usus est*, ubi Wolf. perperam scribendum esse duxit *aut denique* cf. Haud. Tursell. I. p. 510.]

applodo. [Vulgo scribitur *applaudo.* Creberrime vocales *au* et *o* in iisdem vocabulis fuisse adhibitas, saepius iam commemoratum est. Quare vix est operae pretium, quidquam mutari. Quia tamen Mss. sequendi sunt, Elm. obtemperavi, qui cum Scriver. et Florido *applodo* restituit. Quod vero proposuit Oud. inter utramque formam discrimen, ut *adplodere* viderentur amasse Romani in graviori adlisione coll. Met. IX. p. 670. *terrae graviter applodit, applaudere* vero in leviore percussione, palpitatione vel laeta gesticulatione, ut p. 436. *quadrupede cursu solum replaudens*, vix

prostrata, loro tamen tenaciter inhaerebat, | ut me procurrentem aliquantisper 435
tractu sui sequeretur. Et occipit statim clamosis ululatibus auxilium validioris manus implorare. Sed frustra fletibus cassum tumultum commovebat, quippe cum nullus adforet, qui suppetias ei ferre posset, nisi sola illa virgo captiva, quae vocis exitu procurrens videt hercules memorandi spectaculi scenam, non

tamen tenaciter loro F. 1. Vulc. 2. edd. vett. *loro tam tenaciter* f. *loro tamen tenaciter* F. 3. G. D. P. Elm. Scriv. Florid. Pricaeus ait hic, non supra, ut est in Oud. collatione, scribi *tum*, quod ei placet cum viro docto ad marginem ed. Vicent. propter sequens *ob. tamen* non comparet in *δ*. De ceteris codd. Oud. nihil profert. *procurrentem* F. 3. G. D. P. *δ*. p. f. (teste Oud.) Wow. et seqq. *procurrentes* f. teste Roaldo. *procurrente* F. 1. B. edd. vett. Alios ita legere Mss., adnotat Oud. sed qui sint accuratius non attingit. *me* ante *procurr.* abest a P., quod iccirco contra ceteros codd. non excludo, quod cum Wow. facit Pric. Bas. typothetae error, quae *procurante* scripsit, Gulielmo in Plaut. Trin. c. 4. imposuit, ut *procursante* scriberet. *tractus vi* ex Gulielmi coniectura edidit Vulc. 2. Temere. Groslot. *forte: tracta humi. clamans* G. D. P. *π. illa* deest in p. *virgo illae δ. captiva* F. 1. 3. O. *π. δ.* Bas. 2. Elm. Scriv. Florid. *caputia* (neque vero *captiva* ut in Oud. erat excerptis) G. D. In cett. *capticia*, quod etiam vett. edd. praebent. *excitu* p. f. P. in excerptis ad marg. ed. Colv. *voce excita* Wow. Pric. *excita* O. *exavi* G. D. *exacu* P. in excerptis Oud. *excitu* quoque Sopingius et vir doctus in marg. Ed. Vicent. e Ms. correxit et ita excitat Gesn. in loco Luciani modo laudando. In cett. *exitu* legitur, ut edd. vett. Elm. Vulc. 2. habent.

poterit comprobari et mere ficticium apparet. Iam contrarius est locus Met. I. p. 32. *dextra saeviente frontem replaudens.* [Plane aliud discrimen proposuit Diomed. I. p. 378. *Plaudo frequens est apud veteres plodo ea consuetudine, qua au syllaba cum o commercium habet, ut cum dicimus claustra et clostra, cauda et coda et similia. Applaudo* et *applodo* unum idemque esse vocabulum, vix potest dubitari, unde miror, cur significationes utriusque vocabuli lexica secernant. Proprie enim quum *applaudere* s. *applodo* sit *allidere*, *applaudere* potius dixisse videntur de acclamationibus veteres, quae pedum ac manuum allisione fiebant. Certe praeter locum Nemes. III. 33. *applodo* ab optimis codd. ubique confirmatur, ubi allidendi simpliciter habet significationem. *Applausus* vero et *applosus* promiscue dicebant. Spartian. Antonin. Get. 3. T. I. p. 737. *ovum terrae applosum.* Ovid. Met. IV. p. 352. *applauso corpore.* E contrario nullum mihi constat exemplum, ubi *applodere* posuerint in acclamationibus. Certi quid in verbis *complaudo* et *complodo explaudo* et *explodo* observari non licet, nisi quod forma in *o* usitatior fuisse videatur. *Replodo* in usu non erat. cf. Munk. ad Hygin. CXXVI. p. 228.]

tractu sui. Mutandum cum Groslotio et Gulielmo nihil est, *Tractus* enim sumitur passiva sententia de motu, qua ipsa trahebatur, ut de Mund. p. 310. *spiritus vitalia tractus sui vitali et foecunda ope vegetat.* De *sui* cf. Met. V. p. 323. *fatigationem sui.* Grut. Miscell. Nov. Lips. Vol. III. P. 3. p. 507.

captiva. Capticia quum in plurimis codd. et edd. vett. legatur, Beroald. hanc scripturam defendit ex analogia aliorum adiectivorum, quae eadem ratione sint formata, ut *empticius, dedicius, facticius* alia. cf. Oud. ad Caes. B. G. IV. 2. Schott. Observ. I. c. 10. [cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 707.] Sed quoniam auctor semper *captivus* dicat, Oud. maluit parere ceterorum codd. auctoritati, quae apud me etiam plurimum valent, ut novi quid pro more interpretum Apuleio intrudere nolim.

exitu. Ita omnes fere codd. scribunt. Omnes, quantum video, editores praeferunt alteram lectionem *excitu*, quae etiam Schegk. in Praem. c. 13. et Soping. probata fuit et in textum recepta est a Florid. et Scriv. *Exitu* si ferri queat, Oud. cum Beroaldo *vocis finem* explicat coll. Caes. B. G. IV. 8. *exitu orationis*, quamquam ipse *excitus* retineat, minime sollicitus, quod hoc substantivum nullibi alias reperiatur. Saepius enim huius formationis nova protulisse non solum Apuleium sed in

Digitized by Google

[185] 436 tauro sed asino | dependentem Dircen aniculam, | sumtaque constantia virili facinus audet pulcherrimum. Extorto etenim loro manibus eius, ne placitis

temeo pro *tauro* δ. *Dircen* F. 1. 2. 3. φ. p. O. Incert. *dicten* δ. *ducem* G. P. D. In cett. *directe. directae* Vicent. *audacia* pro *constantia* F. 1. φ. δ. Wow. Pric. *extorto enim* G. D. *placidis* F. 1. G. P. D. R. f. p. O. (qui a m. p. habet *plagis*) δ. Vulc. 2. Wow. Pric. In cett. *placitis.*

universum omnes fere scriptores. cf. ad Met. III. p. 289. *reformatu.* Burm. ad Ovid. Met. IV. 566. De aliis cf. Deder. ad Dict. Cret. Introd. p. XXIX. Haec etsi largior, nec ita refragor huic lectioni, quae facillime depravari poterat, non temere tamen reiiciendum esse puto *exitu*; quod significatione fere nova pro *divulgatione* explicaverim. *Exire* enim quia omnes res dicuntur, quae vulgantur et emanant, ut ab omnibus conspici et audiri queant, ut Cic. dicit pro Rosc. Am. I. *Nequaquam similiter oratio meu exire atque in vulgus emanare poterit.* Nep. Ann. c. 9. *famam exisse, exitus vocis* hic dictum esse pro magno clamore existimaverim, quae vox quasi in vulgus emanat et ab omnibus percipitur, altissima. Sed difficultatis nescio quid utrobique restat.]

Dircen. Mirae sunt VV. DD. allucinationes, quibus optimum locum corruperunt. Ita insulse et plane inepte Brantius coniecit *dierecta*, quod vix capi potest, Schegk. in Praem. c. 13. *die recti* pro *ad diem erecti*, Pius ad Plaut. Mostell. I. 1. 8. *dierectam.* Sed quis de veritate lectionis *Dircen* dubitare possit, quam non solum optimi codd. habent, sed optime etiam vindicarunt Schott. in Observ. I. 10. et Sciopp. in Corp. Epist. Burm. T. II. p. 52? [Unde Gesner. in Lucian. Asin. c. 23. p. 591. emendat pro *δικὴν κέρκου δικὴν Δίρκης*, quod Belinus probat in versione, qui totus locus velim conferatur. *ἡ δὲ γραῦς ἐπειδὴ εἶδεν ἀποδιδράσκειν ἕτοιμον, λαμβάνεταί με ἐκ τῆς οὐρᾶς, καὶ εἵρετο. ἐγὼ δὲ ἄξιον κρημνοῦ καὶ θανάτου ἄλλων εἰπὼν εἶναι τὸ ὑπὸ γραίας ἁλῶναι, ἔσυρον αὐτήν. ἡ δὲ μαλ' ἀνέκραγεν ἔνδοθεν τὴν παρθένον τὴν αἰχμάλωτον· ἡ δὲ προελθοῦσα καὶ ἰδοῦσα γραῦν Δίρκην ἐξ ὄνου ἡμιόνην, τολμᾷ τόλμημα γενναῖον καὶ ἄξιον ἀπορενομένου νεανίσκου. Δίρκην ἐξ ὄνου*, ut Cour. ex codd. probavit, *ἡμιόνην* vertit Apuleius *asino dependentem Dircen*, quam Luciani lectionem Oud. ideo reiicere non debebat, quod veterum nemo dixisset, Dircen tauri caudae fuisse adligatam, sed *crinibus* ad *os* eius vel *collum.* Sed ne Apuleius quidem in hac comparatione tam accuratus est, quum apud eum anus non ex asino pendeat sed ex eius loro, quo sequens protrahebatur. De fabula *Dirces* cf. Broukh. ad Prop. III. 13. 38. Barth. ad Stat. Theb. III. 204. *Dircen* enim, quod filios Antiopae Zethum et Amphionem exponi iusserat, ad taurum indomitum deligatam crinibus filii vita privarunt. cf. Hygin. fab. 7. 8. Heyn. in: *Antiquar. Aufsätze* fasc. 2. p. 182—224. Eandem fabulam adtigit Fulgent. Exposit. Serm. p. 778. s. v. *diabolares: Diabolare prostibulum, quam ego actutum ut Dircen partitam reddam,* ubi forsitan legendum est: *adtritam reddam* vel *artitam perdam.*]

sumtaque constantia virili. Vix potest intelligi, cur Pricaeus hoc quidem loco *audacia*, quod paucissimi tantum codd. praebent, probaverit, quum ipse ad Met. X. p. 615. suae edit. p. 704. ed. Oud. *constantia* saepius pro audacia, impudentia poni apud Apuleium ceterosque moneat. Recte Oud. hoc vocabulum e glossa videtur irrepsisse, quia alterum magis visum sit convenire verbo *sumere.* Sed saepe *constantia* non est nisi virtus animi, timori non obnoxii, intrepida fortitudo. cf. Dav. et Oud. ad Caes. B. G. I. 40. ad VI. 25. Veget. I. 2. [Tertull. de Patient. 1. *Constantiam admonendi* i. e. audaciam Ernest. Clav. Cic. s. v.]

Extorto etenim. [Recte docet Hand. Tursell. II. p. 543 sqq. *etenim* apud bonos scriptores nunquam postponi, quum particulae vis ut praeponatur flagitet, hunc-

gannitibus ab impetu revocatum naviter inscendit, et sic ad cursum rursum incitat.

CAPUT XXVIII.

Ego simul voluntariae fugae voto et liberandae virginis studio sed et plagarum suasu, quae me saepicule commonebant, equestri celeritate, quadrupedi cursu solum replaudens, virginis delicatas voculas adhinnire tentabam. Sed

naviter F. 3. G. D. (et ita semper in his codd. nisi aliter notetur.]
desiderio pro *studio* ex glossemate *d*. *sed de plagarum* B. p. *sed plagarum* omissa particula *et* G. D. f. *d*. *suasuque* G. D. *commorebant* F. 1. G. O. D. *questri* Vulc. 2. errore typographico. *quadripede* f. cf. supra p. 434., ubi item variant codd. f. et p. *quadriopedi* D. a m. p. (sed a m. s. correctum est *quadripedi*, puncto litterae *o* subposito.) *repladens* (quod fortasse est *replodens*) D. *voculas* D. *ad inire* G. D. *d*. (qui a m. s. habet *adiuvare*.) *temptabam* pro more edd. vett. aliquot.

que usum poetarum fuisse proprium, unde posterioris aevi scriptores eum repetierint. Nonnullis apud Apuleium ita legitur locis, ubi ne unius quidem codicis est discrepantia cf. Apol. p. 464. *His eténim fortasse* p. 518. *Quippe etenim.*]

placidis. [*Placidis*, quod aliquot codd. praebent, magis placuit praeter alios Sopingio, nec raro invenias *placidum vocem* Met. VI. p. 444. *placido sermone*, ubi eadem varietas lectionis ut passim conspicitur, quia saepe utrumque sententiae applicari possit. cf. Broukh. et Lachm. ad Prop. I. 20. 21. Dr. ad Sil. XVI. 130. I. 11. Munk. ad Fulg. Mythol. p. 600. Ruhnk. Dict. ad Suet. Calig. 36. p. 277. Hic tamen non de mitibus virginis ac tranquillis voculis sermo est, sed de blandientibus gratisque. quae quidem asino egregie placebant.]

Cap. XXVIII. *suasu, quae me saepicule commonebant.* [*Commorebant*, quod nonnulli interpretes praeferunt, non solum ex frequentissima utriusque vocabuli commutatione videtur esse profectum; cf. Intt. ad Prop. IV. 1. 107. Cort. ad Lucan. I. 631. Liv. III. 39. §. 3. sed etiam quia ineptum videbatur librariis additamentum, *quae me saepicule commorebant*, quo fere idem, quod in praegressis *suasu* indicaretur, exprimi putabant. Sed eadem ratione dixit Apul. Met. V. p. 368. *consilium vestrum, quo mihi suasistis*, nec ita mirum hoc esse poterit ei, qui cognitum habet, saepius verbum in relativa enunciatione repeti, cuius substantivum praecessit, ut: *in edicto, quo edixit*, cf. Dr. ad Liv. II. 24. §. 6. *Commonere* ut alias *admonere* de equis dictum, quos plagis atque calcaribus instigamus. cf. Cort. ad Lucan. IV. 760. qui nostrum locum excitat.]

adhinnire. [Elm. in indice *adhinnire* perperam exponit *libidinose appetere*, quamquam alibi ita saepius dicatur, quum proprie de equis dicatur, qui ad alterius conspectum hinniunt, praesertim ob coitus ardorem. De *lasciviendi* significatione confert Elm. Cic. in Pison. c. 28. Hieron. adv. Iovin. haeres. c. 50. *statim ut mulieres viderint, hinniunt.* August. de morib. Manich. II. 19. *vidimus tres electos tres feminas petulante gestu adhinnire.* Et ita sine dubio apud Ovid. Remed. Am. 634. legendum est: *Fortis equus visam semper adhinnit equam*, quod non solum propter codd. auctoritatem, sed propter soni quoque suavitatem commendatur. Cf. Elm. ad Arnob. IV. c. 14. T. II. p. 209. Orell. Barth. Advers. XI. 15. p. 540. XXI. 7. p. 1033. Turneb. Advers. XIX. 29. p. 669. De constructione cf. lexic. Forcell., et VV. DD. modo adscitos. Hic vero *adhinnire* propria significatione dictum est de *asino*, qui prae libidine, tam delicatam puellam suo dorso portandi, gestit et cuique blandissimae virginis voculae suo ruditu respondet.]

Digitized by Google

437 et scalpendi dorsi mei simulatione nonnunquam obliquatus cervice pedes deco|ros puellae basiabam. Tunc illa spiraus altius coelumque sollicito nutu petens:

scabendi Iunt. 2. *obliquatus cervice* F. 3. *obliquatus a cervice* P. R. O. *d. p. f.* Incert. *obliquata cervice* F. 1. B. et edd. vett. praeter Venet. 4. Paris., quae cum Basil. 1. 2. ex errore typothetarum habent *obligata*, nec aliter legunt edd. recentiores. *obliquatus arce vice* G. D. *spirans* F. 3. G. O. D. p. f. Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. Basil. Venet. 4. In cett. *suspirans*. *telumque* pro *coelumque* D. *nitu* f. p., unde Vulc. Ed. 2. non Scaliger., ut Elm. adnotavit, edidit *tutu* s. *intuitu*, quod posterius vel *obtutu* etiam Rualdus coniecit.

scalpendi. Ed. Iunt. habet *scabendi*, quod e glossa ortum et proverbiali locutione *mutuum muli scabunt*, quo titulo fuit Varronis opus a Nonio saepe citatum. Ac dixit quidem Horat. Serm. I. X. 71. *digito caput scabere*, quod alii maluerunt exprimere *digito caput scalpere*, ut Iuven. IX. 133. Amm. Marcell. XVII. c. 11. §. 4. Epigr. ap. Schol. Lucan. VII. 726., de quo vide Voss. Inst. Orat. p. 159. et Scal. ad Auson. Epigr. 69. Ita dixit Apul. Met. VI. p. 397. *et adscalpens aurem dexteram* IX. p. 696. *módò hanc modo illam partem scalpere capitis.* [*Scabere* forma videtur esse antiquioris latinitatis, quam praeter Lucilium Horatius et Plinius prae ceteris servant, qui ubique ita scripsisse videtur, ut idem dicit: X. 74. 95. *Asinus spinetis se scabendi caussa adterens.*]

obliquatus cervice. [Ita scripsi ex optimo cod. F. 3. Altera enim lectio *obliquata cervice* a librario satis docto videtur esse profecta, qui locum libri IX. p. 675. cognoverat: *Dum obliquata cervice per quandam fenestrulam... prospicere gestio*, vel ex suo ingenio hanc qualemcunque coniecturam fecerat, praesertim quum in F. 1. Lindenbrogius non accurate versatus videatur esse, qui certo aliud quid praebuit. Qua ratione ablativus explicandus sit, omnes sciunt; quem aliter Apùleius accusativo graeco *cervicem* exprimere soleret. Sed non negandumest, lectionem *obliquatus a cervice* non solum propter codd. optimorum constantiam, sed etiam constructionem magis elaboratam praeferendam mihi videri, etsi librarii docti id potest esse interpretamentum ablativi. *A cervice* enim est a parte cervicis, ab ea parte, qua cervix est. Virg. Aen. XI. 270. Ovid. Met. IX. 33. cf. Met. IV. p. 284. *a gloria non perirà:* de qua constructione cf. Cort. ad Sall. Iug. XLVIII. 3. Ruhnk. ad Ter. Heaut. Prol. 13. Dict. p. 143. Oud. ad Suet. Vesp. 5. Hand. Tursell. I. p. 57. Saepius ea constructio occasionem dedit librariis, ingenuam lectionem corrumpendi. Ita apud Capitol. Hadrian. 10. T. I. p. 273. legendum est: *notaretur-que aulicis ministris ab ostentatione pietatis. Vocari* enim quamquam ibi defendunt pro *avocari*, constructio tamen displicet: *ab aulicis ministris ab ostentatione.* Quod vero Salmas. *vocare* ut *appellare* explicat *iocari*, falsum est, quum ἀφαυίζειν minime sit affanias dicere, quod nec Glossae nec Suidas comprobant. Ἀφαυίζειν enim est, quod nos dicimus *verdunkeln, verleumden, verschreien*, et optime convenit cum Glossis *appellat* ἐπικαλεῖται, ἐπιβοᾶται, ἀφαυίζει. *Ab ostentatione* vero est a parte ostentationis. Et ita forsitan emendandus est locus Hygin. c. 14. p. 44. Stav. *pelle taurina a lanugine adopertus.*]

spirans altius. [Ita scripsi cum optimis codd., non sollicitus de Oud. sententiâ, qui *spirans* minus hic opportuno sensu dici putat, quod sit altiores spiritus sumens, elatior facta. Sed quum *altius spirans* hic idem sit, quod nostrum *freier athmend* vel *tiefer Athem holend*, de virgine dictum, quae e carcere liberata respirare libere possit, non video, quid impediat, ne proba sententia efficiatur? *Spirare* enim de respiratione animantium poni, lexica satis probant. *Suspirans* per se damnari non potest, quia spiritum est ab imo pectore ducere, quod Apuleius cum aliis saepius usurpavit. cf. Met. IX. p. 638. *At ille dolenti prorsus animo suspirans assidue.* Frequentior locutio decepisse ita librarios videtur, ut hic emendarent.]

Vos, inquit, Superi, tandem meis supremis periculis opem facite, et tu, Fortuna durior, iam saevire desiste. Sat tibi miseris istis cruciatibus meis litatum est. Tuque praesidium meae libertatis meaeque salutis, si me domum pervexeris incolumem parentibusque et formoso proco reddideris, quas tibi gratias perhibebo, quos honores habebo, quos cibos exhibebo? Iam primum iubam istam tuam probe pectinatam meis virginalibus manibus adornabo, frontem vero

superbi tandem Venet. 4. *supmis* P. *supmis* D. *supermissis* G. *ferte* perperam Vulc. Ed. 2. pro *fuerite* intrusit, quem nonnullae Edd. posteriores secutae sunt. *tu* abest a δ. Pro *durior* conjecit Heins. *dura ora*, qua de caussa nescio. *desiste* F. 3. P. et F. 1. (teste Elm., sed in Lindenbrogii collatione nihil emendatum est, ita ut legatur *desine.*) G. D. O. Incert. Elm. Scriv. Florid. In ceteris legitur *desine*. *sitis cruciatibus* Venet. 4. *satis cruciatibus* pro *istis* Bas. 1. *itaque* pro *tuque* π. *cumque* G. D. *atque* Bas. 1. *perverteris* Venet. 2. Iunt. 1. *parentibus* non addita copula P. *parentibusque meis* ex glossemate δ. *prohibebo* (non *praebibebo* ut Oud. excerpta habent) G. *perhibeo* Vicent. *exibebo* pro *perhibebo* D. *pettinatam* G. D. *pectinetam* Bas. 1. *pectinabam*, Vicent. Venet. 2. *istam meam tuam* G. sed prius vocabulum *meam* minio est deletum. *virginabus* D. *manibus adornabo* F. 3. φ. β. Elm. Wow. Sclopp. *monilibus* equidem inveni in F. 1. G. D. B. Vulc. 2. Colv. Quid ceteri codd. praebeant, accuratius indicare nequeo, quoniam Oud. de iis silent. In edd. vett. omnibus *monilibus* extat.

coelumque sollicito nutu petens. Perperam hunc locum mutarunt viri docti, quia *nutum* crediderunt semper dici de gestu prono et demisso, sed et dicitur de obliquo, qualem hic exprimit egregie inclinatum supplicis et pendulum quasi a cervice caput. cf. Oud. ad Vesp. c. 8. Lucret. II. 632. [Hunc totum locum Heins. ad Ovid. Met. I. 85. ita emendavit: *tunc illa suspirans altius coelumque sollicite tuens.*]

opem facite. Secure retinuerunt posteriores editores lectionem, quae a Vulcanio Ed. 2. intrusa est: *opem ferte*, quamque, si vel maxime unus et alter Ms. haberet, constare tamen posset e glossa irrepsisse. Ex Graeco haec locutio petita et elegantissima est, ubi passim dicitur *facere medelam* et *medicinam alicui.* cf. Prasch. ad Phaedr. I. 8. 9. *Periculosam fecit medicinam Lupo.* Cic. ad Divers. XIV. 7. Plaut. Pseud. IV. 1. 129. Caes. de B. C. III. 36., ubi cod. Voss. pro *ferre* habet *auxilium facere.* Apul. Met. V. p. 358. *sed cum primum illius morte salutem tibi feceris.* cf. ad Met. VII. p. 446. [Iisdem fere verbis Oud. defendit hanc lectionem in Misc. Obs. T. II. Vol. III. p. 453 sq. cf. Tac. Hist. II. 70. *Perniciem ipsis fecere.*]

desiste. Hanc lectionem, quae ab optimis confirmatur codicibus, Oud. bene defendit, quia *desistere* mutatae mentis habeat significationem, ac saepius cum *desinere* verbo confundatur coll. Dr. ad Liv. XXX. c. 3. Infinitivo autem id aliquoties iungi probat ex Dict. Broukh. ad Tib. I. 9. 71. Gron. ad Plaut. Cist. II. 3. 39.

iam saevire. [*Iam*, quod grammatici dicunt, hic habet significationem particulae *tandem*, quam Hand. Tursell. III. p. 117. egregie exponit, ne nostri quidem loci oblitus. Ut enim ea notio rectius explicetur, necessarium semper est, ad id respiciatur, ad quod ista particula pertinet. Ubique enim res proponitur, cuius finem, cum diutius durarit, eo temporis momento, quo precatur loquens, adesse velit, ita ut praeteritum sibi et praesens tempus opponatur. cf. Ter. Heaut. V. 1. 8. *ohe iam desine deos uxor gratulando obtundere.* Burm. ad Phaedr. V. 2. 4. Ovid. Art. A. III. 33.]

meis virginalibus manibus adornabo. Male agunt, qui alteram lectionem *monilibus* acriter defendunt, quum istis nunquam apud veteres ornaretur iuba, sed frons, collum et pectus. Magis convenire videtur *manibus* adiectivo *virginalibus*, quam *monilibus*, quibus non se privare, sed alia equis nobilibus aptari solita illi dare vult. Hic promittit puella, se ipsam suis, non equisonis alicuius manibus, licet tenera esset virgo, eius iubam pexuram et adornaturam; se ipsam eius ornatricem fore. Qua in re sane

438 | crispatam prius decoriter discriminabo, caudaeque setas incuria lavacri con-

crispatum G. P. D. [quod mirum est, quum Met. III. p. 193. iidem codd. ita peccent, quasi *frons* masculinum esset.] *descriminabo* Elm. vitiose. *incuria lavacri* F. S. G. D. P. R. O. d. Incert. Elm. In cett. codd. et edd. *lavacri* abest.

summa consistebat *gratia*, cum honore coniuncta, quum adornatio per monilia fieri posset puellae iussu per alios. [Totius loci corruptelam, quae insignis est, hinc puto esse exortam, ut librarii oculorum errore decepti utrumque vocabulum *manibus* et *monilibus* in duabus lineis fere infra se positum commutarent, quod eo magis fieri potuit, quod fere idem est litterarum ductus *maibus* et *moïlibus*. Aliter enim vix explicari potest, quomodo ita aberraverint. Lectionem *monilibus* etiam Argol. ad Panvin. de ludis I. c. 13. in Graev. Thes. Antiq. T. IX. p. 135. probavit.]

incuria lavacri congestas et horridas comta diligentia perpolibo: monilibus bullisque. [Ita hunc locum totum cum Oud. ex codd. magna farragine constitui, ne nimis audax esse viderer in coniecturis intrudendis. Sed multa sunt, quae me commovent, ut hunc locum corruptum esse contenderim. Primum enim offendit me vocabulum *lavacri*, quod vix potest intelligi, significatione *balnei*, nisi de lavatione dictum esse sumas. Quod ut significare possit, tamen *incuria lavacri* non satis mihi expressum videtur. Argumenta enim Oud., quae contra Pricaeum et Gron. in Observ. I. 23. p. 98. ed. Lips. profulit, non ita gravia mihi videntur esse. Hoc enim, quod *cura* et *incuria* de capillis potissimum dicatur, impedire negat, quominus haec *cura* in capillis pilisque iumentorum peragatur ope lavacri, cuius defectu, sive quia non lavaretur asinus, eius caudam, setas pilosque fuisse implicitos et horridos existimat. Huc accedere, quod *curare* verbum sit ad lavacrum pertinens. coll. ad Met. V. p. 323. Quamquam meae sententiae obstant loci, quos Oud. profert, Virg. Aen. VII. 487 sqq. *Adsuetum imperiis soror omni Silvia cura Mollibus intexens ornabat cornua sertis, Pectebatque feram, puroque in fonte lavabat* et Sil. XIII. 122. *Aurato matres assuetae pectine mitem Comere et humenti fluvio revocare colorem*, quod alio sensu dicit: Ael. III. Anim. c. 2. *οὐ κόμας τῶν ἵππων κτενίζοντες, οὐ χαίτας ἀποπλέκοντες, οὐ λούοντες καμόντας*, ex quibus verbis patet, non propter purgationes sed propter lassitudinem in equis curandis lavacra esse adhibita cf. Met. IV. p. 246. *lassitudinem vice lavacri pulveris volutatibus digerebam.* At ipse Oud. negat, necessarium esse vocabulum *lavacri* addatur, quum iam *incuria* de neglectione *lavandi* sumi queat, coll. Met. VIII. p. 526., ubi videas. Quod equidem nego, nam ita tantum, ut *sordida* ibi apponatur, *incuria* explicari ita potest. Deinde cur *lavacrum* Apuleius posuit, quum saepius strigilibus equi asinique purgentur? Haec omnia me commovent, ut hoc vocabulum corruptum esse existimem. Praeterea aliud considerandum est. In optimis enim codd. verbum abest *perpolibo*, quod a manu posteriore videtur esse invectum, quamquam forma futuri huic sententiae adversetur, quae pro librariorum doctrina elegantior sit. At quomodo possis intelligere, id ex optimis codd. excidisse, *monilibus* addentibus, quod in aliis desideratur? Kulenkamp. in *lavacri* vel in *comta* totius loci inesse corruptelam putavit, ut vel *levigabo* vel *levabo* vel in sqq. *comam* legi deberet, cuius glossa esset vocabulum *perpolibo.* At huic emendationi obstare videtur, quod *levabo* inter *setas* et *congestas* interpositum est, quum in ceteris enuntiationibus, postremo loco verba posita sint. Haec vero quum ad liquidum demonstrari nequeant, mutare quicquam in textu nolui. Ad nostrum locum explicandum egregie facit Fronto Epist. ad Verum Imperat. I. p. 183. ed. Rom.: *equi incuria horridi, equites volsi.*]

gestas et horridas comta diligentia perpolibo, monilibus bullisque te multis aureis inoculatum, veluti | stellis sidereis relucentem et gaudiis popularium pomparum 439

sordidas pro *horridas* P. ex interpretamento. *cuncta* pro *comta* B. f. O. Beroald. Vulc. 2. Wow. Pric. Florid. et ita vir doctus ad marg. Ed. Vicent. meae. *pectinabo* post *diligentia* intrudit F. 1., quod Elm. reposuit, cuius editio errore typothetarum *pectinato* contaminata est. At secuti sunt Scriver. et Florid. de more. In cett. codd. et edd. exaratur *perpolibo*. Sed verbum desideratur in F. 3. G. P. D., qui legunt *diligentia monilibus bullisque*. *monilibusque* f. B. pro *bullis*. *munilibus bullerisque* P. *monilibus mullisque d.* In edd., quae *pectinabo* vel *perpolibo* habent, *monilibus* desideratur, legentibus: *perpolibo bullisque*. *inaulatum* F. 2. G. D. P. f. d. *inauratum* O. *inoccultatum* p. *velut* s. *velud gaudiis* f. G. D. pro *veluti*. *sideris* D. Beroald. Bas. 1. *gaudii* p.

incuria. *Incuria* et *cura* potissimum circa capillamenta dici probat Gronov. l.c. Pric. ad h. l. Broukh. ad Prop. III. 12. 28. ad Phaedr. II. 2. 8. [Bentl. ad Hor. Epist. I. 1. 94. ibique Schmidt. et Fea. Ruhnk. Dict. ad Suet. Caes. 45. p. 75. Arnob. in loco obscoenissimo V. 25. *partem illam corporis ... eam longiore ab incuria liberat, facit sumere habitum puriorem*, quem Gronov. coniectura *interula* vexare non debebat. Nisi in seqq. *levigari* legeretur, hic quoque *levigat* emendarem. Sed sanus est.]

congestas. [Stewechius in hoc loco offendit, *contextas* corrigens, contra quem Gronov. agit l. c. et Pricaeus, qui ex Apol. p. 389. *et inaequaliter hirtus et globosus et congestus* offert. Sed mihi quoque ingenue confitendum est, utroque loco hoc vocabulum non satisfacere. Quos enim affert Gronov. Senecae Epist. 90. frondem *congestam* pro implicitam et contextam et Oud. Senec. Hippol. 1248. *artus temere congestos* loci melius de fronde et artubus intelliguntur in unum locum coacervatis. Nisi ita velis intelligere *setas congestas*, recte se habere non possunt. Fortasse utroque loco legendum est *impexus*, quod sententiae loci magis convenit.]

comta diligentia. [*Prompta* coniecit Sopingius, cui haec lectio se probare non poterat. Gruterus in Miscell. Nov. Lips. Vol. III. P. 3. p. 507. vulgatum defendit, quia neminem offendisset, si scripsisset auctor, *accurata diligentia*, per metonymiam effecti pro efficienti, verum pro ea maluisse *comtam*, sive quae nitide comat, dicere, quia *comere* verbum sit, quo praecipue capillorum cura et ornatus exprimatur. [Vix tamen puto, *comta diligentia* pro accurata dici posse, ut corruptelam hic loci esse statuam, quae vel, cum Kulenkampio sanari potest, ut pro *comta comam cum diligentia* legatur, si *lavacri* retinetur, vel aliud quid pro *comta* substituatur. Sed quia ubique verbum totius enuntiationis postremum locum obtinet, et in *ibo* vel *abo* desinit, *monilibus* vero ab aliis codd. exulat, et *perpolibo* multi Mss. eiiciunt, hinc mihi vero similius videtur esse, in vocabulo *monilibus* totius loci esse corruptelam. Quod si probaveris, melius inter sese cohaerebunt enuntiata; nam desiderabis particulam copulativam, quae in ceteris enuntiatis conspicua est.]

monilibus bullisque. Monilium ac bullarum magnus usus erat in ornandis iumentis. cf. Burm. ad Ovid. Met. X. 112., qui accuratius ibi de nostro loco agit: *Cornua fulgebant auro demissaque in armos Pendebant tereti gemmata monilia collo. Bulla super frontem parvis argentea loris Vincta morebatur parilesque ex auro nitebant Auribus in geminis circum cava tempora baccae.* Barth. ad Calp. VI. 49. Virg. Aen. VII. 278. *Προσωπίδια καὶ προμετωπίδια φάλλια* vocant Graeci, cf. Aelian. Anim. VI. 10. Achill. Tac. p. 49. [De *bullis* cf. Munk. ad Fulgent. Myth. praef. p. 618. Stav. Taubm. ad Plaut. Asin. II. 4. 20. p. 128. Isidor. Gloss. p. 671. emendanda est: *bulla ornamenta regalia vel camelorum*, quia potissimum ad ditiores pertinebant et p. 672. *bullae ornamenta regalium vel camelorum*.]

inoculatum. Ex corrupta lectione aliquot codd. *inaulatum* Heins. teste Burm.

ovantem, sinu serico progestans nucleos, edulia mitiora, te meum sospitatorem quotidie saginabo.

CAPUT XXIX.

Sed nec inter cibos delicatos et otium profundum vitaeque totius beatitudinem deerit tibi dignitas gloriosa. Nam memoriam praesentis fortunae meae divinaeque providentiae perpetua testatione signabo, et depictam in tabula fugae praesentis imaginem meae domus atrio dedicabo. Visetur et in fabulis audietur

sinon D. a m. p. *progestas* P. O. *edulia mitiora* Scriv. uncis inclusit. *et dulcia* V. D. ad marg. ed. Colv. dedit pro *edulia*. *saturabo* F. 3. (ex correctione) G. D. P. R. O. f. π. ex glossemate. In cett. *saginabo*.

est otium pro *et* F. 3. *deerunt* p. *ut depictam* O. *in* ante *tabula* non comparet in ed. Scriver. *imaginem mē* G. *visetura*. *Audietur* G. D. P. *audietur in fabulas* G. D. P.

ad Ovid. Met. X. 112. effingebat *inauriculatum*, quia aures animalium etiam ornatae fuissent. Sed recte monet Oud. *bullas* non pendisse ex *auribus*, nec eas solas ornare voluisse puellam. Ad haec e seqq. comparatione, *veluti stellis* satis veritatem scripturae *inoculatum* patere. Ita saepius *oculos* amicarum *stellis* et *sideribus* amantes comparare, sicque adscribi oculos caudis pavonum aliarumque rerum splendori coll. Gron. Observ. II. 16. Burm. ad Ovid. Met. IV. 228. [Plura dabit Heins. Advers. III. 1. p. 391., qui nostrum locum citavit; Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 617. *Cum quatit et caudam Iunonius explicat ales, Mille oculos, gemmas mille decenter habet .... huc illuc flectat ocellos, hinc illinc videas currere mille faces*, ubi interpretes errant, qui ultimo hoc versu absolutum esse carmen contendunt. Quum enim in praegressis tribus distichis Gentiae capillorum decor esset expositus, hic quoque de eius oculorum pulchritudine, qui cum lucido caudae pavoniae ornamento comparantur, fusius dicendum erat. Lacuna, quae in penultimo versu est, ita forsitan potest suppleri: *Et cum fulgentes huc illuc flectat ocellos*. Vel si mutilatum tibi non videtur esse carmen, hic substituas: *Sic ea fulgentes huc illuc flectat ocellos*. *Inauratus*, quod in Apulei loco cod. δ. habet, cuique proxime accedit lectio *inaulatus*, per se defendi posset, nisi *aureis* praecederet. Ita Tertull. de Pall. c. 3. de pavone dicit: *Quamquam et pavo pluma vestis et quidem de cataclitis, imo omni conchylio pressior, qua colla florent, et omni patagio inauratior, qua terga fulgent et omni syrmate solutior, qua caudae iacent*, ubi equidem emendo *tument*.]

progestans nucleos, edulia mitiora. Oud. haec adnotat: Ut Verus Imperator, quem forsan hac fabula carpere voluit Apuleius, ei aequalis, apud Capitolin. c. 6. *equo prasino passas uvas et nucleos in vicem hordei in praesepe ponebat*. cf. Suet. Calig. 54. Casaub. ad Suet. Caes. c. 81. Porro videri possent ista *edulia mitiora* esse glossa vocis *nucleos*. Certe appositio non elegans est ac Scriver. iam uncis inclusit. Vulgaris tamen lectio maxime iuvabitur, si inseras copulam *et*. [Idem sentit Argol. in not. ad Panvin. de lud. Circens. l. 13. p. 135. not. 37. haec proferens: *nucleos*, mitiora edulia male interpretatur Apulei Scholiastes cum glossula; unde ipse in textu unciolis circumdedit.]

Cap. XXIX. *depictam — dedicabo*. [Mos enim tabulam circumferendi erat apud antiquos iis, qui aliquo periculo evasissent. In hac tabula calamitas, quam perpessi erant, accuratius erat depicta, hancque saepius in atrio aedium suspendebant, ut se introeuntesque huius temporis commonefacerent, vel diis dedicabant, a quibus servati erant, gratum animum testificaturi, vel denique circumferebant, ut miserationem commoventes

doctorumque stilis rudis perpetuabitur historia: ASINO. VECTORE. VIRGO. REGIA. FUGIENS. CAPTIVITATEM. Accedes antiquis et ipse miraculis. Etiam credemus exemplo tuae veritatis et | Phryxum arieti supernatasse, et 440
Arionem delphinum gubernasse, et Europam tauro supercubasse. Quod si vere

ysteria D. *accede* P. *Etiam credemus* F. 3. G. D. P. f. *δ*. f. In cett. *credemus etiam*. *etiam* plane abest a Beroald. Bas. 1. *credimus* Beroald. Bas. 1. *citemus* pro *credemus* p. *exemplo tuo veritatis* Bas. 1. 2., unde facite Wower. rescripsit: *exemplo tuo veritati* atque hinc irrepsit in Pric. *frixum* G. D. *careti* pro *arieti* D. *delphinum* F. 3. (sed in marg. ex eadem manu *delphino*) G. D. P. O. f. *δ*. Wower. et hinc seqq. praeter Elm. In cett. *delphino*. *supernasse* pro *gubernasse* Salmas. quasi e cod. p. adscripsit [et Lindenbrog. in marg. ad edit. Vulc. 2., quem tamen coniecturae poenituisse videtur, quum totae litterae atramento sint obductae.] *supercubasse* coniecit vir doctus (fort. Tollius). *vero* f.

hominum stipes corraderent. Ita fecerunt prae ceteris naufragi. cf. Heyn. ad Tibull. I. 3. 27. Mitscherl. ad Horat. I. 5. 13 sq. Intt. ad eiusd. Epist. ad Pison. 20 sq. Iuven. XII. 27, 28. Argol. ad Onuphr. Panvin. de lud. Circens. II. c. 3. in Graev. Thes. Antiq. T. IX. p. 411. Taflin. de anno secul. c. 15. ibid. T. VIII. p. 551. Mazoch. in Comment. in Amph. Campan. in Polen. Suppl. Thes. T. V. p. 595. et p. 609., qui potissimum de voce *dedicandi* accuratius egit. Rem breviter exponit Schol. Cruq. ad Hor. Sat. II. 1. 33. ubi cf. Intt. Ita supplenda fortasse est lacuna apud Fronton. Arion. p. 225. *Delphini facinus imagine visitur.*]

exemplo tuae veritatis. Quod Wow. reponi voluit *exemplo tuo veritati*, ne ferri quidem potest, quia constructio nequit esse: *Credemus veritati* sed *credemus, Phryxum supernatasse arieti* etc. *exemplo tuae veritatis* sive tuo vero exemplo, e quo scire poterimus, talia vere accidisse. De similibus Oud. conferri iubet Dav. in Add. ad Cic. Tusc. V. 28. *pravitatis erroribus.* Wopk., in Misc. Nov. Observ. V. 1. p. 31. ad Dict. Cret. II. 25. Praeterea Oud. referri putat hanc locutionem ad illa, in quibus genitivus ponatur pro adiectivis, de quo usu plura dixi ad Met. II. p. 92. *de faucibus lapidis.*

Phryxum. [De Phryxo eiusque historia cf. Hygin. fab. 2. et 3. quosque ad singulos locos veteres citat Munker.]

delphinum gubernasse. Haec optimorum codd. scriptura quomodo in alteram *delphino* corrumpi potuerit, vix potest intelligi. Quis enim unquam *gubernare alicui* vel *aliquo* dixit? Hinc vir doctus ad marg. adlevit *delphino enatasse*, quod tamen a librorum vestigiis longius recedit. Melius Mercer. ad Non. v. *nare* p. 353. coniecit *delphino supernasse*, ut observarit auctor exacte discrimen inter *nare*, quod est piscium et navium uno ductu aquas secantium, et *natare*, quod est aliorum animalium. Haecce Oud. probantur, quia Apuleius eadem ratione saepius alia composita et derivata coniunxerit; coll. Met. VI. p. 467. *gratias perhibebo, quos honores habebo, quos cibos exhibebo* VII. p. 493. *fugae committo ... immitto me campis.* [Primum vero discrimen, quod inter *nare* et *natare* proponunt, mere fictiticium est, multisque exemplis potest reiici; cf. Virg. Aen. IV. 398. *natat uncta carina.* Prop. II. 19. 64. *cum saepe in portu fracta carina natet.* Ovid. Epist. ex Pont. II. 7. 28. *natant aequore pisces.* Immo apud Virgilium Georg. III. 541. pisces ipsi *natantes* nominantur. Et ex contrario *greges nantium* apud Colum. VIII. 14. sunt anatum, anserum et aliorum aquatilium. Deinde haec ipsa vocis repetitio hic quidem molesta esset. Nam necessarium ita fuisset, ut pro *supercubasse* vocabulum positum esset, quod magis ad vocem *natandi* accederet, ut in exemplo ab Oud. allato. Hoc tantummodo videmus consequi voluisse Apuleium, ut ad sonum sibi responderent isti infinitivi, unde *gubernasse* videtur esse probabilius. Aptior igitur est Oud. opinio, *delphino* ex graeca terminatione

Iupiter mugivit in bovem, potest in asino meo latere aliqui, vel vultus hominis

in bove d. Ed. Scriver. *aliqui* F. 3. G. 2. D. In cett. *aliquid*. Cum vocibus *in asino* rursus incipit G. 1.

delphina corruptum esse, quia ita certe intelligitur, quomodo librarii decipi potuerint. cf. Ovid. Fast. II. 79. 114. 117. Hygin. Astron. II. c. 17. Stat. Silv. I. 3. 27. Eckst. ad Voss. Anal. II. p. 593. Sed in eo quoque erravit Oud., qui usum Apulei non satis animadvertit. Numquam enim, quantum equidem scio, ea forma Graecorum in libris suis Apuleius utitur, quamquam per se constat, vocabulum *delphin* pro *delphinus* posterioris aevi scriptoribus in usu fuisse, apud Ciceronem vero non inveniri cf. Moser. ad Cic. Tusc. II. 27. §. 67. T. I. p. 608. Nam versus, quem Florid. p. 81. Apuleius citat, non Apulei, sed Virg. Ecl. VIII. 56. est. Hinc puto, rem non aliter posse explicari, nisi accipias, correctionem hanc esse insulsi librarii, qui dativum verbis *supernatasse* et *superenbasse* additum videns, ut singulae partes magis sibi convenirent, hic quoque dativum supposuit. De Arionis fabula longe notissima cf. Intt. ad Virg. l. c. Davis. ad Cic. Tusc. II. 27. Plehn. Lesbiac. p. 166. Kopp. Palaeogr. vett. L. II. c. 6. §. 398. p. 484., qui agmen scriptorum pro more suo citat et Mai. ad Fronton. Arion. p. 223. ed. Rom.]

Europam. [De Europae fabula cf. Ovid. Met. II. 836 sqq. Hygin. CLXXVIII. ubi cf. Munk. p. 296. Stav.]

mugivit in borem. Ms. d'Orvill. et ed. Scriver. cum Meurs. in Exerc. Crit. p. II. c. 17. et Picart. Peric. Crit. c. 9. praeferunt *in bore* i. e. sub forma bovis; conf. Ovid. Met. XV. 670. *in serpente deus praenuntia sibila misit.* Senec. Sil. Ital. VIII. 388. Salm. ad Lamprid. Commod. c. 11. T. I. p. 507. *pictam in Amazone.* Utrumque dici posse autumat Oud., quamquam accurate inter has dicendi rationes disiungere non videatur, quas potius promiscue dici posse opinatur. Neque Handius Tursell. III. p. 326. rationem intellexisse videtur, ex qua res debet diiudicari. Ablativus vero ponendus ibi necessario a Romanis erat, ubi indicatur, rem iam factam esse eam, qualis esse describitur. Hinc Met. III. p. 191. legendum erat *fixus in lapide*, quia non in lapidis vicem stetit, sed ita defixus iam erat Lucius, ut lapis videretur esse. Accusativus vero ibi dicendus est, ubi ad similitudinem rei quid accedere pronuntiatur. Ita Met. III. p. 219. *in avem similem gestiebam*, i. e. cupiebam talis fere avis fieri, in talem avem commutari, qualis Panphile erat, ubi cum Handio d. l. *in avem* e *gestiebam* pendere, non crediderim. Hinc colligi potest, cur Met. IV. p. 245. legendum sit *iacensque in mortuum*, quia est non ita ut mortuus essem, sed mortuo similis, unde miror Handium, qui hic *in modum mortui*, quod merum glossam sapit, praeferebat. Haec igitur ipsa caussa est, cur hic accusativum praeponam, quia significat non vere mugivisse Iovem, sed ad bovis similitudinem, cuius formam seducturus Europam induerat. cf. Burm. ad Petron. c. 62. p. 411. Peerl. Horat. p. 232. Ita legendum puto in Eleg. Albin. in mort. Maecen. v. 88. Anthol. Lat. T. I. p. 271. ubi videndus Burm. *Dicitur in nitidum concubuisse borem* pro *procubuisse*, quod sententiam probam non efficit i. e. bovi similem rem fecisse cum Europa.]

aliqui. [Quia in optimo cod. ita legitur, *aliqui* retinendum esse putavi. *Aliqui* enim est forma nominativi pro *aliquis*, de qua plura profert Mai. ad Cic. de Republ. I. 44. p. 179. Moser. et quos praeterea citat. Moser. ad eiusd. l. III. c. 16. p. 373., quamquam cum Beier. ad Cic. de Off. III. 7. 33. et Schuppio in Seebodii Bibl. Crit. 1820. n. 12. p. 995. non contenderim, *aliquis* certum quendam subindicare, *aliqui* vero poni, quum scriptores, quod vel revera nesciant, vel quod nolint diligentius notare significant, quod idem fere proponit Lindem. ad Cic. de Inven. II. 6. Rem accuratius diiudicare non audeo, quia codd. lectio ubique inconstantior est. cf. quae alia proferam ad Florid. p. 2. *Aliqui* igitur hic est homo quidam

Digitized by Google

vel facies Deorum. Dum haec identidem puella repli|cat votisque crebros in- 441
terniscet suspiritus, ad quoddam pervenimus trivium, unde me arrepto capistro dirigere dextrorsum magnopere gestiebat, quod ad parentis eius ea scilicet iretur via. Sed ego gnarus, latrones illac ad reliquas commeasse praedas, renitebar firmiter, atque sic in | animo meo tacitus expostulabam: Quid facis, [186]
infelix puella? quid agis? cur festinas ad Orcum? quid meis pedibus facere contendis? non enim te tantum, verum etiam me perditum ibis. Sic nos diversa tendentes, et in causa finali de proprietate solŏ, immo viae hercisundae contendentes rapinis suis onusti coram deprehendunt ipsi latrones, et ad lunae splendorem iam inde longius cognitos risu maligno salutant.

dum hic B. et edd. vett. Vulc. 2. Elm. *puella* abest a p. *interniscit* G. 1. *suspiritus* F. 1. (teste Elm.) 3. G. 1. 2. D. O. R. *f.* P. *d.* Incert. Iunt. 2. Elm. Scriv. Florid. In reliquis *suspiratus* [et ita quoque in F. 1. extat. Certe Lindenbrogius hanc edit. Vulc. 2. lectionem non correxit. cf. Met. I. p. 32. V. p. 367.] *que* copula desideratur in *d.* *campistro* p. *provenimus* *d.* *dextorsum* male Ed. Wow. *dextrosum* Pric. *magno opere* G. 1. O., unde Ruhnk., quia probatur Oud. coll. ad Met. II. p. 133., in textum recepit. *ea* desideratur in G. 1. *scilicet* exstat a G. 2. P. D., quod perperam placet Elm. cf. Met. III. p. 227. *pessima scilicet sorte.* *iret* p. *illac* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. O. *d.* Incert. *illas* P. teste Wower. *illa* R. f. edd. vett. Negligenter Oud. bis cod. f. citat, vel *illac* vel *illa* legentem, ut utrum habeat, intelligere nequeam. Quia vero saepius cum Reg. consentit, verisimilius est, *illa* in eo legi. *renitebat* Venet. 2. *retinebar* Ed. Colv. errore typothetarum, unde Scioppius non tam acriter invehi in Colvium debebat. *firmiter* F. 3. G. 1. 2. D. M. P. f. O. Incert. In cett. *fortiter.* *aeque* D. *intitus* D. *furere* pro *facere* conicit Oud., quia *quid facis?* praecedat. Male. Saepius enim talem eiusdem vocabuli repetitionem observavimus. cf. Dr. ad Liv. III. 1. §. 9. Beier. ad Cic. de offic. I. 39. §. 141. *contendissem* G. 1. a m. p. *non enim tantum* Venet. 4. *quam* pro *etiam* D. *nie* pro *riae* D. *hircisundae* F. 3. (sed in margine a manu recentiore *hercisundae*) G. 1. *hyrcisundae* G. 2. D. O. *yrcisundae* f. In cett. *hercisundae* vel *ercisundae.* *deprendunt* G. 1. *magno* pro *maligno* Bas. 2. Colv. *salutantem* Bas. 1.

Nam recte intelligit Oud., *vultus* et *facies* esse nominativos neque vero genitivos, quomodo nonnulli putabant, ut *facies* antiqua terminatione pro *facie* s. *faciei* positum esset (de qua videas Lambin. ad Lucret. III. 931. Mueller. ad Cic. pro Sextio p. 48. Eckst. ad Voss. Aristarch. T. II. p. 652.] Sed male explicat pro *aliquid*, *aliquantum*, *aliqua*, quum potius si retineas, sit *aliud quid*, quod Oud. quoque intellexit coll. dict. ad Suet. Tiber. c. 47. Virg. Aen. II. 48. [cf. Ruhnk. ad Vell. I. 17. 7. Wolf. et Orell. ad Cic. Tusc. III. 14. §. 29. Goer. ad Cic. Academ. II. 10. §. 30. Wagn. ad Virg. l. c. Interpretamenti vicem habent seqq. *vel vultus hominis vel facies deorum*, quae dicta sunt pro simplici substantivo: *homo* vel *deus*, ut nos dicimus: *vielleicht ist unter dieser Gestalt einer verborgen, entweder eines Menschen Antlitz oder eines Gottes Gestalt.*]

illac. [Hanc pronominis formam ablativi ex optimis codd. reposui cf. Plaut. Asin. III. 3. 152. *angiporto illac per hortum circuit clam* Ovid. Met. VIII. 186. *at coelum certo patet: ibimus illac.* Plura dabit Hand. Tursell. III. p. 202.] Oud. *illac* non penitus damnat, quamquam *illa* praefert coll. dict. ad Front. II. 5, 21. Cort. ad Plin. p. 164. et Dr. ad Liv. II. 19. §. 5.

firmiter. Scioppius in Symbol. et Susp. IV. 16. hanc scripturam praefert, quae etiam Oud. probata est, licet alteram *fortiter* praeferat. Est' ei enim pervicaciter, obstinato firmoque animo, coll. Met. V. p. 342. *nisi firmiter praecares.* VIII. p. 508. *firmiter nutrieus amorem.* [Et fere ubique hoc utrumque vocabulum a librariis commutatur, quod optime potest intelligi ex Met. V. p. 342, ubi legitur in codd. *firmiores redeamus* et ex glossa intrusum G. 1. et *π.* praebent: *fortiores vel firmiores reddamus.* cf. ad Met. I. p. 68.]

hercisundae. [cf. Met. IX. p. 646. Brisson. de Verborum signif. V. s. v. Voss. Etym. s. v. *erciscere* p. 197. Doed. Syn. VI. p. 157. Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 1028.]

ad Lunae splendorem. [Multa totius

CAPUT XXX.

Et unus e numero sic appellat: Quorsum istam festinanti vestigio lucubratis viam, nec noctis intempestae Manes Larvasque formidatis? At tu, probissima

venus pro *unus* G. 1. a m. p. G. 2. a m. p. *si appellat* D. *festigio* Vulc. 2. *ista* G. 1. *lugubratis* G. 1. 2. O. D. *inanes* pro *Manes* G. 1. *maves* D. *larvasque* G. 1. *at tu* F. 3. G. 1. 2. P. D O. f. Iunt. 2. In cett. codd. et edd. *an tu*.

capitis fere ad verbum Apuleius ex Luciano reddidit c. 23. p. 591 sq. *ἀναπηδᾷ εἰς ἐμέ· καὶ ἐπικαθίσασά μοι, ἤλαυνε κἀγὼ τῷ τε ἔρωτι τῆς φυγῆς καὶ τῇ τῆς κόρης σπουδῇ ἔφυγον ἵππου δρόμῳ. ἡ δὲ γραῦς ὀπίσω ἀπολέλειπτο. ἡ δὲ παρθένος τοῖς μὲν θεοῖς ηὔχετο, σῶσαι αὐτὴν τῇ φυγῇ πρὸς δὲ ἐμὲ, Ἵν' με, ἔφη, κομίσῃς πρὸς τὸν πατέρα, ὦ καλὲ σὺ, ἐλεύθερον μέν σε παντὸς ἔργου ἀφήσω· κριθῶν δὲ μέδιμνος ἔσται σοι ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τὸ ἄριστον.... Ἐπεὶ δὲ ἤκομεν, ἔνθα ἐσχίζετο τριπλῆ ὁδὸς, οἱ πολέμιοι ἡμᾶς καταλαμβάνουσιν ἀναστρέφοντες καὶ πόρρωθεν εὐθὺς πρὸς τὴν σελήνην ἔγνωσαν τοὺς δυστυχεῖς αἰχμαλώτους .... Σαρδώνιον γελῶντες ἔλεγον.*]

Cap. XXX. *noctis intempestae.* Lucian. in Lucid. c. 24. p. 592. *ὦ καλὴ κἀγαθὴ σὺ παρθένος, ποῖ βαδίζεις ἀωρία, ταλαίπωρε· οὐδὲ τὰ δαιμόνια δέδοικας.* [De *nocte intempesta* magna lis inter viros doctos, quae iam ab antiquis temporibus mota est. Ex Varronis enim sententia pendere omnes ii videntur, qui *noctem intempestam* non idoneam rebus agendis explicant. cf. Varro LL. VI. 2. p. 190. Spengel. *Inter vesperuginem et iubas dicta Nox intempesta ut in Bruto Cassii, quod dicebat Lucretia: Nocte intempesta nostram devenit domum. Intempestam Aelius dicebat, quom tempus agendi est nullum, quod alii Concubium appellarunt, quod omnes fere tunc cubarent.* VII. 4. p. 353. *Nox intempesta dicta ab tempestate, tempestas ab tempore, nox intempesta pro tempore quo nil agitur.* Cum eo consentit Isidor. Origg. V. XXXI. §. 9. 10. *Intempestum medium et inactuosum noctis est tempus, quando nihil agi potest et omnia quieta sunt sopore. Nam tempus per se non intelligitur, nisi per humanos actus. Medium autem noctis actu caret. Ergo intempesta inactuosa, quasi sine tempore hoc est sine actu, per quem dinoscitur tempus, unde est: Intempestive venisti. Ergo intempesta dicitur, quia caret tempore, id est actu.* cf. Serv. ad Virg. Georg. I. 257. et ad Aen. III. 587., cuius interpretationem Isidorus fere integram expilavit et ad Aen. XII. 846. *Nox intempesta perpetuum noctis epitheton. Aliomodo dicimus intempestam partem noctis significantes.* Macrob. Sat. I. 3. p. 209. ed. Bipont. cf. Kritz. ad Sall. Cat. c. 27. p. 128. At plane aliter explicat Festus p. 82. ed. Lind. *intempestam noctem dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horae, quam diei possint intelligi. Tempestatem enim antiqui pro tempore dicebant.* Puto duplici ratione demonstrari posse, hanc posteriorem explicationem esse probabiliorem. Primum enim quum *tempestivus* significet id, quod certo atque constituto tempore fit, et tempus habet satis perscriptum, ut *convivia tempestiva*, quorum tempus praescriptum est, *nox intempesta* s. *intempestiva* eam indicat, cuius tempus non certum, non constitutum est. Deinde si *intempestum* idem esset, quod inactuosum, futile plane esset noctis epitheton, quia nox rebus agendis nunquam est idonea, quae potius sopori sit destinata. Et qui certa quaedam noctis pars *intempesta* nominari poterat, quum tota nox inactuosa sit? *Nox* igitur *intempesta* ea est, quae accuratius definiri nequit, unde factum est, ut tam diversae veterum extent de hoc tempore sententiae. Ita Varro eam partem dicit, quae

Digitized

puella, parentes tuos intervisere properabas? Sed | nos et solitudini tuae 442
praesidium praestabimus et ad parentes tuos iter monstrabimus. Et unus,

tuos intervisere F. 3. G. 1. 2. D. B. edd. vett. Vulc. 2. *furtim visere* F. 1. φ. *furtim intervisere.* Elm. et Florid. *properabas* F. 3. G. 2. D. R. f. δ. In cett. *properas.* *nos consolitudini* O. *et nos et solitudini* Bas. 1. *solitudine* Bas. 2. *sollicitudini* p. *praestidium praestabimus* F. 3. (sed in margine ab eadem manu *praebebimus*) G. 1. 2. D. P. O. π. f. Incert. *praebemus* F. 1. teste Elm., sed in Lindenbrog. collatione ad marg. ed. Vulc. 2. nihil mutatum est. Ea enim *praebebimus* cum ed. Vulc. 2. praebet, quod etiam in edd. vett. legitur. *prohibemus* B. *perhibebimus* Ed. Scriv. *peribemus* δ. *compendiosum*, quod in nonnullis codd. et omnibus edd. legitur ante *ad tuos*, non comparet in F. 3. G. 1. 2. D. P. *ad parentes tuos* F. 3. G. 1. 2. O. δ. P. f. D. In cett. codd. et edd. *parentes* abest. *et unus* F. 3. G. 1. 2. D. P. In cett. codd. et edd. vett. *verbum.*

est inter *vesperuginem* et *iubar* i. e. totam fere noctem, Censorin. de die Nat. c. 24. quae interposita est inter *concubium et tempus ad mediam noctem.* Serv. Aen. III. 587. *intempesta dicta est media nox*, ex Aelii sententia erat *nox concubia* cf. Varro l. c. denique Apuleius nihil certi definit Met. II. p. 151. *cum ecce crepusculum et nox provecta et nox altior et dein concubia altiora et iam nox intempesta.* Hinc puto, *nox intempesta* semper esse dictum de multa nocte, quae longius a vesperugine et a iubare erat remota, et in universum id nomen a veteribus esse positum, ubi certum noctis provectioris tempus indicari non poterat. Haec significatio mihi ubique se probavit. Ita explicant Glossae Philoxen. p. 122. *intempesta ἄωρος ἄκαιρος βαθεῖα ἀκράτος.*]

Manes Larvasque. [cf. ad Apol. p. 535: *quicquid Lemurum, quicquid Manium, quicquid Larvarum oculis tuis oggerat, omnia noctium occursacula.*]

At tu properabas. [Haec lectio quum optimorum codd. sit, non dubitavi eam recipere. *At tu* enim acerbe dictum est, de qua ironica particulae significatione cf. ad Met. I. p. 2. Etiam Oud. hanc scripturam probat, praesertim si *properabas* legatur.]

intervisere. Vulgarem hanc lectionem, cuius interpretamentum esse puto scripturam *furtim visere*, Pricaeus ex ceteris Apuleii locis defendit, qui parilem amaritudinem, quae hic conspicua sit, exprimant cf. I. p. 74. *quod intervisimus te*, de Deo Socrat. p. 129. *vel mugientium greges intervisat*, in quibus equidem locis ironiam desidero, quae tantummodo reperi Met. VI. p. 397. *An potius maritum interrisere venisti.* At forte fortuna hic factum esse autumo: Verbum prae ceteris est Plautinum Aulul. II. 2. 25. II. 7. 1. Menaech. I. 1. 32. Stich. I. 2. 90. III. 2. 3.]

praestabimus. [Mirum est, quomodo Oud. in hoc vocabulo offendere eo potuerit, quod *monstrabimus — praestabimus* homoeoteleuton sit satis intolerabile. Sed ne plura afferam, Apul. Met. VI. p. 436. dicit *cursum rursum incitat*, et p. 440. *supernatasse — gubernasse, — supercubasse.* Imo amantissimus est huius figurae. cf. Florid. p. 4. *inumbrata — onerata — coronata* et p. 5. *consecratus — effigiatus* p. 9. *incuriosum — meticulosum* p. 15. *fulgurat — caudicat — variegat.* p. 21. *colare — domare* p. 23. *actis* et *auctis* p. 29. *ignoverit — permiserit* alia cf. Rupert. in ind. Lat. Tacit. s. v. *Homoeoteleuton.* Multa exempla collegit Burm. ad Prop. I. 8. 11. Passov. ad Pers. I. 92. p. 313. Weickert. de versib. iniur. susp. p. 86 seqq. Schrader. Observ. I. 1. p. 7. et ad Musaeum p. 139 sqq. Nec Cicero vitavit cf. de Amic. c. 19. §. 69. *colebat — volebat.* Altera vero quam addit caussa, probari *perhibebimus* scripturam Scriverii, quia saepissime hoc vocabulum apud Apuleium legatur, mere futilis est coll. Met. II. p. 149. *testimonium perhibetote* ad Met. III. p. 185. *solatium perhibuit* saepius. Sed elegantior videtur esse locutio *praestare alicui subsidium*, quam cum librarii non intelligerent, fere semper in *praebere* mutabant. Accuratius de hoc vocabulo et crebra utriusque verbi confusione disputat Cort. ad Lucan. VIII.

manu secutus, prehenso loro retrorsum me circumtorquet, nec baculi no-

Totum vocabulum abest in F. P., in quo legitur: *et manu iniecta secutus. manu secutus* F. 3. G. 1. (qui habet *securus* pro *secutus*) G. 2. P. D. B. et omnes edd. vett. *iniecta* post *manus* addunt F. 1. f. R. *d* Elm. Scriver. Florid. *manu* exulat ab Iunt. 2. *prehenso* F. 3. G. 1. 2. *d*. D. edd. vett. ante Colvium et Marg. Bas. 2. In cett. *prenso*. *loro* non comparet in D. *me retrosum me* G. priore pronomine minio deleto. *bacula* D.

613., qui nostrum quoque locum recte vindicavit. Eadem significatione dixit Apul. Met. III. p. 210. *Quam vellem praestare tibi, quod cupis* et VI. p. 390. *sed contra voluntatem Veneris, nurus meae, praestare me pudor non sit.* Huius notionis exempla plurima etiam ex Cicerone praebent lexica. Quae quam cognata sit utrique vocabulo, inde iam potest intelligi, quod saepius coniunguntur cf. Cort. ad Cic. ad Divers. Epist. IV. 8. Doed. Synonym. T. IV. p. 132. Suam vero sententiam Oud. in libro edendo mutaverat. Nam prius in Miscell. Observ. Vol. II. T. III. p. 454. scribendum opinatus est *praehibemus* i. e. repraesentamus iam tibi, quod quaeris, praesidium coll. Par. Lex. Plaut., quod extat in Plaut. Men. V. 2. 51. V. 5. 14. Pers. III. 3. 25. Pseud. I. 2. 50. Pers. III. 3. 25. IV. 3. 49. Rud. I. 2. 50. Pseud. I. 3. 148. De confusione vocabuli *perhibendi* et *praebendi* confert Oud. Burm. ad Quint. I. 1. p. 17. Gron. ad Plin. XXXV. 10.]

et ad parentes tuos. [Mirum est, quomodo in nonnullis codd. *compendiosum ad tuos iter* legatur, in aliis vero iisque optimis *et ad parentes tuos iter.* At hoc eo magis mirum est, quod ii codd., qui *compendiosum* omittunt, *parentes* addunt, et vice versa. Nam quos equidem conferre potui codd., religiose id servant, nec dubito, quin de Oxon. d'Orvill. et Fux. idem probari liceret, si accuratius collati essent. Neque enim satisfacit Oud. sententia, qui e glossa putat *parentes* irrepsisse. Nam supra dixerat p. 441. *quod ad parentes eius ea scilicet iretur via.* Nec Luciani verba c. 24. p. 592. *ἀλλὰ δεῦρο ἴθι πρὸς ἡμᾶς, ἡμεῖς σε τοῖς οἰκείοις ἀποδώσομεν.* Nam si *parentes* de patre et matre puellae intelligere nolis, ad propinquos et consanguineos referre poteris cl. Snakenb. in ind. Curt. s. v. Casaub. ad Capit. Anton. Philos. c. 5. T. I. p. 309. Hoc vero necessarium non est. Hinc putavi, optimorum codicum auctoritati obtemperandum esse, ut *compendiosum* eiicerem, quamquam non nego, vocabulum quoddam latere, quo haec loci corruptela exoriri potuerit. Utrumque enim in textu reponere non ausus sum.]

et unus manu secutus. In hoc quoque loco constituendo ab Oud. sententia discessi. Primum enim putat, *iniecta* ex codd. Fux. Reg. et d'Orvill. cum Elm. Scriv. et Florid. inserendum fuisse, quia saepissime ita Apuleius dixerit coll. Met. I. p. 30. *iniecta manu* et I. p. 79. *iniecta dextra clementer me trahere adoritur.* II. p. 166. *iniecta manu nasum prehendo.* III. p. 191. *iniecta manu ... secum attraxit.* III. p. 195. *manu fritter iniecta me producit.* Sed non consideravit Oud., hos omnes locos plane alia ratione esse intelligendos. In his enim necessarium erat, participium adderetur, quum *iniecta manu* enuntiationem efficiant a reliqua loci constructione plane seiunctam. Hic vero *manu iniecta* enuntiatum non est singulare, sed e totius loci ratione pendet. Quia vero saepius ea dictio in usu est apud Apuleium, hinc factum esse putaverim, ut a librariis, qui loci constructionem non caperent, participium esse intrusum. *Manu* enim simpliciter dictum est, ut Met. I. p. 80. *et dictum iureiurando secutus.* II. p. 117. *quod dictum risu secutus.* III. p. 203. *et verbum facto secutus.* Magis vero offendo in scripturae discrepantia *unus* et *verbum.* Hoc pro glossemate etiam habuerim librariorum, qui quid *unus* hic repetitum sibi vellet, non capiebant, nec quomodo construendum esset. Rarum sane est hoc loquendi genus, quum in hac phrasi Apuleius ablativum neque vero accusativum omittat, ut Met. X. p. 708. *quod dictum dominus se-*

Digitized by Google

dosi quod gerebat suetis ictibus temperat. Tunc ingratis ad promptum re|currens 443
exitium reminiscor doloris ungulae, et occipio nutanti capite claudicare. Sed ecce, inquit ille, qui me retraxerat, rursum titubas et vacillas? et putres isti tui pedes fugere possunt, ambulare nesciunt? At paullo ante pinnatam Pegasi vincebas celeritatem. Dum sic mecum fustem quatiens benignus iocatur comes,

quod gerebat F. 3. G. 2. D. *q̄ gerebat* P. *quidem gerebat* f. G. 1. a m. s. *quem*, sed ut prior lectio dinosci nequeat. *saevis ictibus* Vulc. 2. Elm. Scriv. Florid. [Et ita F. 1. habet, quum Lindenbrog. nihil emendaverit. Sed eius negligentiae id potius tribuerim, quum nullus cett. codd. nec ulla ed. vetus ita legat. *ingratus* Bas. 1., quod pro *ingratiis* scriptum est, ut diserte in Ed. Iunt. 2. exprimitur. cf. ad Met. I. p. 80. *ad* ante *promptum* desideratur in B. *promtis* D. *recurres* p. *rigilie* pro *ungulae* f. *occipitio* p. *nutante* G. 1. 2. O. *δ.* f. *mutante* D. *baccillas* F. 3. G. 1. 2. D. *et* ante *putres* non conspicitur in G. 1. 2. P. D. O. *pennatam* O. *fastem* G. 2. D. *vocatur* Vicent. Venet. 2. Marg. Bas. 1.

cutus. et X. p. 728. *quam fidem iuvenis secutus*. *Verbum* vero vel simile quid cogitatione addi poterat, quia praecedit latronis oratio, quam statim factum sequitur. *Unus* vero superflue positum est, quia Apuleius se iam idem prius dixisse oblitus erat. Haec repetitio insolentior est et animum quidem offendit, sed hinc reiici non debet. Nam quod Oud. dicit, e praecedentibus pronomen a librariis esse repetitum, vix credibile est; etenim tam insolita librarii non intrudunt, quorum potius erat, *unus* eiicere et aliud quid substituere. Erat quum equidem legerem: *Ea unus manu secutus*. i. e. Latronis dicta alius quidam manu secutus, ut diversae sint loquentis et agentis personae, quamquam ita quoque *unus* offensioni est. De locutionis significatione cf. ad Met. I. p. 80.]

baculi nodosi, quod gerebat. [Optimorum codd. auctoritatem secutus, neutrum pronominis reposui, quod Fux. cod. male in *quidem* corrupit propter compendiorum similitudinem: *q̄* et *qꝫ* i. e. *quod* cf. Dr. ad Liv. IV. 21. §. 5. et *qđ* i. e. *quidem* cf. Dr. ad Liv. II. 29. §. 7. et quia genus substantivi librario ignotum erat. Plura dixi ad Met. I. p. 22. *medici baculo, quod ramulis semiamputatis nodosum gerat*, ubi nonnulli codd. discrepant. *Baculum* videtur unica forma esse, quam Apuleius usurpavit, nam in omnibus locis, ubi genus dignosci potest, optimi codd. neutrum praeferunt. cf. Met. VII. p. 493. *inscensum baculo, quod gerebat*, ubi aliquot codd. *quem* corrumpunt et Apol. p. 442. *pera et baculum* cod. optimus Florent. 3. habet, quo loco ceteri codd. omnes *baculus* legunt. Hinc vocabulum *baculus* ex Apuleii scripto exterminandum est.]

vacillas. [Hoc loco optimi codd. praebent scripturam *baccillas* i. e. *vaccillas*, quam Met. V. p. 362. Guelf. 2. Palat. Fux. et Dresd. probant, sed Met. V. p. 367. non agnoscunt. Qui codd. cum Florent. 3. si sibi constitissent, scripturam *vaccillari* praetulissem, qua in re me adiuvat locus Lucret. III. 503., qui primam vocabuli syllabam producit, unde h. l. duplici *c* littera scribendum esse existimo. Fortasse antiquior haec erat scriptura, quae posteriori aetate commutabatur et infrequentior erat. Ita aliquot codd. scribunt apud Fest. s. v. *talipedare*. Sed ut res nunc est alteram scribendi rationem retineo.]

Pegasi vincebas. Lucian. Lucid. c. 24. p. 593. *καγὼ περὶ τοῦ ποδὸς καὶ τοῦ τραύματος ἀναμνησθείς, ἐχώλενον, οἱ δὲ, Νῦν, ἔφασαν, χωλός, ὅτε ἀποδιδράσκων ἐάλωκας· ἀλλ' ὅτε φεύγειν ἔδοκει σοι, ὑγιαίνων, ἵππου ὠκίτερος, καὶ πτηνὸς ἦσθα.* τοῖς δὲ λόγους τούτοις τὸ ξύλον εἵπετο (verba fustis sequebatur.)

fustem quatiens. Inepte quondam allucinatus erat Elm.: *sic me confustat totiens* ex glossis *defustat* ξυλοποιεῖ, ex cuius analogia dictum esse putat *confustat*. Sed coniecturam deinde deseruit. Quis enim non videt, iungenda esse *mecum iocatur*? *Quatere fustem* dicitur pro concutere et vibrare eum crebro verberando, ut passim *quatere hastam, tela, faces, flammam, fulmen* cf. Virg. Cul. 218. *et flammas et saeva quatit mihi verbera poenae.*

iam domus eorum extremam loricam perveneramus. Et ecce de quodam ramo procerae cupressus iuduta laqueum anus illa pendebat. Quam quidem detractam protinus cum suo sibi funiculo devinctam dedere praecipitem: puellaque statim distenta vinculis, coenam, quam postuma diligentia praeparaverat infelix anicula, ferinis invadunt animis.

CAPUT XXXI.

Ac dum avida voracitate cuncta contruncant, iam incipiunt de nostra poena suaque vindicta secum considerare. Et utpote in coetu turbulento, variae

ramo exulat a *δ*. *prope* pro *procerae* G. 1. O. a m. p. *cipressus* D. *cypressus* G. 2. *laqueo* G. 1. O. *quidam δ*. pro *quidem*. *fanículo* G. 2. D. *devinctam* G. 2. D. *devincta* f. *devictam* G. 1. *dedere praecepit*, *en puella quae* F. 3. *et puella quidem statim* G. 1. 2. D. O. f. et *δ*., qui tantummodo particulam copulativam non habet. *et puella gestat statim* P. *puellaque statim* B. edd. vett. Vulc. 2. Elm. et sine dubio etiam ceteri codd. *destinata* pro *distenta* e Colvii coniectura receperunt Vulc. Ed. 2. Elm. Scriv. Florid. nec in Lindenbrog. collatione quidquam mutatum est. *districta* Ms. Incert. *distincta* f. *coena quam* Elm. vitiose. *coenas quam* Vulc. 2. vitio typograph. *postuma* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. O. f. p. *δ*. In B. et edd. vett. *postrema*.

verocitate f. *ferocitate* Edd. omnes ante Vulcan. 2. Ed. praeter Iunt. 2., quod in plerisque codd. legi adnotat Oud. Ego vero in F. 1. 3. G. 1. 2. D. et R. inveni *voracitate*, quod Modius iam emendavit in marg. ed. Colvii. *consultare* pro *considerare δ*.

loricam. [Accuratius de hoc vocabulo, quod hic *ambitionem* s. *περίβολον* significat, agit Lips. in Poliorcet. L. II. dial. 2. T. III. p. 514. ed. Vess.]

de quodam ramo. [Lucian. c. 24. *ἐπεὶ δὲ πάλιν ἀνεστρέψαμεν τὴν μὲν γραῦν εὕρομεν ἐκ τῆς πέτρας κρεμαμένην ἐν καλωδίῳ .... οἱ δὲ τὴν γραῦν θαυμάσαντες τῆς εὐγνωμοσύνης, τὴν μὲν ἀπολύσαντες ἐς τὸν κρημνὸν κάτω ἀφῆκαν, ὡς ἦν ἐν τῷ δεσμῷ, τὴν δὲ παρθένον ἔνδον κατέδησαν, εἶτα ἐδείπνουν καὶ πότος ἦν μακρός.*]

puellaque statim distenta. Colvius ex coniectura *destinata* desiderat, quod Vulc. Ed. 2. recepit et Oud. quoque praetulit. Neque vero necessarium est, ut Oud. ipse iam monuit. *Distenta* enim *vinculis* est *retenta* et *impedita*, ne demuo fugam capesseret. A coetu vero separata et seorsum abducta cum Oud. non explicaverim, quamquam ex loco Met. VII. p. 462. abductam eam esse a latronibus elucet.

postuma. [Eleganter hoc dictum esse explicat Oud. de diligentia, quae in coena adparanda post mortem eius usu venit, vel quae *postrema* erat. *Postumus* enim propria sua vi idem esse quod *postremus* cf. Gell. II. 16. *Postuma proles non eum significat, qui patre mortuo, sed qui postremo loco natus est.* Accuratius de hoc vocabulo exponit Doederl. Synonym. IV. p. 380., qui nostrum quoque locum tractavit. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 685. De orthographia vocabuli, quod vetat littera *h* addita scribi Oud., cf. Canter. Nov. Lect. II. c. 10. Duk. ad Flor. I. 11. Dr. ad Liv. II. 16. §. 1. Intt. ad Paul. Excerpt. p. 600. Lindem.]

Cap. XXXI. *avida voracitate.* [Haec lectio non solum ex Mss. auctoritate, sed loci etiam sententia comprobatur, quum de edacitate latronum sermo fiat, qui non solliciti de anus suspendio omnia, quae ista paraverat, aviditer contruncant. Praeterea obstant verba modo praegressa, quibus haec latronum feritas iam descripta est: *ferinis invadunt animis.* De vocabulo *voracitas*, quod argenteae, quam dicunt, aetatis proprium est eiusque usu cf. Orell. p. 75. in Append. ad Arnob. VII. p. 427.]

secum considerare i. e. inter sese deliberare, alius alium consultare, ut ex interpretamento habet codex *δ*. Dubitat Oud., an alibi ita dicatur, quoniam *considerare secum* et *cum animo* aliud quid significet, sive secum tacite perpendere. [Quid vero Oud. lectionem *consultare*

fqere sententiae, ut primus vivam cremari censeret puellam, secundus bestiis obiici suaderet, tertius patibulo suffigi iuberet, quartus | tormentis excarnificare 444

sedes bestiis P., quod compendium *sedus* male legit, qui cod. conferebat. *bestiis* abest in Iunt. 2. *obici* G. 2. D. *suhfigi* G. 2. D. *sufici* (non *suffici*, ut in Oud. excerptis erat) G. 1. *subigi* P.

praeferre voluerit, si plures codd. suffragarentur, hinc non videndum est, quod eadem subnascitur dubitatio. Nec ego exemplum reperire potui, quo hunc locum sustentarem. Sed ex analogia verborum deliberandi, consultandi cum dictum sit, quae praepositionem *cum* adsciscunt, in eo tantum offendimus, quod *secum* pro *inter se* hic positum est contra usum Latinorum. Notandus igitur locus est. De formula *cum animo, secum reputare, cogitare* simil. cf. Hand. Tursell. II. p. 150. et p. 164. Fortasse simile quid continet locus Stat. Achill. I. 12. *neque inter prisca parentum cumque suo memorant Amphione Thebae* et Liv. XXII. 31. §. 5. *ad mille hominum, cum his Sempronio* et Cic. de Orat. II. 73. §. 296. *idque memoria teneo, dixisse me cum ceteris tuis laudibus hanc esse vel maximam*, quos locos Handio debeo in Turs. Tom. II. p. 139., quem cf. p. 138 sqq.]

ut primus cett. [Lucian. c. 25. p. 593. *κἂν τούτῳ ἤδη περὶ τῆς κόρης διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους· Τί ποιοῦμεν, ἔφη τις αὐτῶν, τὴν δραπέτιν; τί δὲ, ἄλλος εἶπεν, ἕτερον, ἢ τῇ γρηῒ ταύτῃ κάτω ἐπιρίψωμεν αὐτὴν, ἀφελομένην μὲν ἡμᾶς χρήματα πολλὰ, ὅσον ἐπ' αὐτῇ καὶ προδοῦσαν ἡμῶν ὅλον τὸ ἐργαστήριον; εὖ ἴστε γάρ, ὦ φίλοι, ὅτι αὐτη εἰ τῶν οἴκοι ἐδράξατο, οὐδὲ εἷς ἂν ἡμῶν ζῶν ὑπελείπετο· πάντες γὰρ ἂν ἐάλωμεν, τῶν ἐχθρῶν ἐκ παρασκευῆς ἡμῖν ἐπιπεσόντων. ὥστε ἀμυνώμεθα μὲν τὴν πολεμίαν· ἀλλὰ μὴ οὕτω ῥᾳδίως ἀποθνησκέτω, πεσοῦσα ἐπὶ τοῦ λίθου· θάνατον δὲ αὐτῇ τὸν ἀλγεινότατον καὶ μακρότατον ἐξεύρωμεν, καὶ ὅστις αὐτὴν χρόνῳ καὶ βασάνῳ φυλάξας, ὕστερον ἀπολεῖ.*]

certe. Temere hanc particulam uncinulis Elm. et Scriver. incluserunt. Est enim mere Apuleiana in conclusione. Quasi dicas: *quicquid sit, hoc certe verum est, in summa*, quod hinc e glossa irrepsit in Ms. d'Orvill., quia sunt usui calculi in rationum summa conficienda. cf ad Met. VI. p. 383. VIII. p. 536. *Certe hoc mihi concedas necesse est.*

maturatae. [Ita reposui cum veterrimis edd. propter loci sententiam. Oud. *maturate* cum Mss., ut ait, praefert per imperativum, *maturatae* sine sensu dictum esse mire pronuntians, quia putat, tunc deesse verbum *placet* vel simile. Ex codd. vero auctoritate nihil potest comprobari, quum hi ubique diphthongum *ae* per solam *e* litteram exprimant, unde optio nobis eligendi data semper est. Hic vero ita puto esse construendum: *congruit, pati vos ultra modum, delictique saevire terminum, nec arcessere feras, nec cruces, nec ignes, nec tormenta, ac ne mortis quidem festinas tenebras.* Ita omnia bene cohaerent. In praegressis enim multa mortis violentae genera latrones proposuerant, quae tamen omnia ita erant comparata, ut subito virginem conficerent, et mortem quasi maturarent. Haec cum alii latroni non satisfacerent, qui inter summos cruciatus virginem interire malebat, aliam ille protulit rationem, qua lente et durissime necari posset. Hinc igitur *maturata* iista *mors* et genus modo proponendum interficiendi sibi opposita sunt, et haec ipsa caussa est, cur *maturatae* equidem praeferam. Oud. enim non intellexit, quid hoc loco sibi velit particula *ac*, quae nostro respondet: *und überhaupt*, universam aliquam rem significans, ad quam id quod antea dictum est, tamquam pars attinet. cf. Hand. Tursell. I. p. 464 sqq. Bene igitur vertit interpres francogallus: ni même de hâter sa mort et Rodius: *Hinweg mit den wilden Thieren, dem Galgen, dem Feuer, der Folterbank, und überhaupt mit jedem frühen schleunigen Tod.*]

Digitized by Google

praeciperet. Certe calculo cunctorum utcunque mors ei fuerat destinata. Tunc unus, omnium sedato tumultu, placido sermone sic orsus est: Nec sectae collegii nec mansuetudini singulorum ac ne meae quidem modestiae congruit, pati vos ultra modum delictique saevire terminum, nec feras nec cruces nec ignes nec tormenta ac ne mortis quidem maturatae festinas tenebras arcessere. Meis itaque consiliis auscultantes vitam puellae, sed quam meretur largimini. Nec vos memoria deseruit utique, quid iam dudum decreveritis de isto asino, semper
[187] pigro quidem sed mandu|cone summo, nunc etiam mendaci fictae debilitatis, et virginalis fugae sequestro ministroque. Hunc igitur iugulare crastino placeat, totisque vacuefacto praecordiis, per mediam alvum audam virginem quam

certe abest in B., unde Elm. et Scriv. uncinulis circumscripserunt. *certe in summa* e glossa irrepsit in Ms. δ. *placato* π. *placito* G 1. Berold. Colin. Bas. 1. cf. p. 436. *placitis gannitibus.* Hic vero *placidus sermo* opponitur *turbulento tumultui. nec sectae* D. *nec quidem modestiae* δ. *modestiae venit* B. *modeste* G. 2. D. *delicti saevire criminum* δ. *dilectique* G. 2. D. *ac ne quidem mortis* G. 1. Oud. excerpta male *ac ne quidem tormenta.* [*maturatae* edd. vett. *maturate* legitur in omnibus codd. Sed in Elm. editione, ut voluit Oud., non legitur *maturate*, sed *maturatae. accessere* F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. p. f. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *arcessere* B. In reliquis *accersere*, nisi quod in Venet. 4. *accesere* scriptum est. *ascultantes* G. 1. *deserit* G. 2. P. D. *quid iam dudum* F. 3. p. f. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 1. Ald. Colin. Bas. 1. Scriv. In ceteris *quod.* Omnino abest pronomen in G. 1. O. *decreveratis* G. 1. O. π. *deterius* p., unde Oud. coniecit *decreritis. sed* ante *manducone* non conspicitur in B. *nunc quam mendaci* D., quod si plures haberent codd., probarem. Est enim *quam mendacissimi.* cf. ad Met. III. p. 181. *sequestor* G. 1. *ministro* omissa copula p. *vacuefacto* G. 1. a m. p. O. *medium* G. 2. D. δ.

arcessere. [Omnes omnium ea de voce referre sententias longum est, et sufficit, nonnulla monere, quae ad nostrum locum videntur esse aptissima. Mirum enim est, quod hoc loco optimi codd. constanter *accessere* retinent, et vulgata tantummodo lectio, quam Bertin. praeivit, *arcessere* praefert. Optime de orthographia et origine huius vocabuli disseruit Doederl. Synonym. T. III. p. 281 seqq., qui recte proposuit, *arcessere* intensivum esse vocis *accedere*, ut *incessere* verbi *incedere.* Hinc mihi comprobatur sententia Alcuin. p. 2112. et Eutych. p. 2184. ed. Putschii, qui *accessere*, Latinitati vindicant. Hoc quidem potest poni, saepius optimos ita scribere codd., ut iam ad Met. I. p. 10. demonstravi, quamquam hic locus aliter a me explicitus est, quia a Mss. recedere nolui. At fortasse eodem iure a partibus eorum stare possis, qui ibi *arcessimus* legunt. Hinc puto apud Horat. Epist. II. 1. 168. non diversas esse lectiones *ex medio quia res accessit* et *arcessit*, quae posterior vetustissimo cod. Bland. Cruquii defenditur. Hoc praeterea monendum est, optimos Apuleii codd. saepius *accessisse* formam praeferre ut Met. VII. p. 485., ubi ut nostro loco, F. 1. 3. G. 2. D. *accessisse* G. 1. *acesisse* Pith. *accensisse* scribunt. Quod eo magis mirum videtur esse, quod aliis locis ut Met. X. p. 697. constanter praebent *arcessere.* Unde quis colligere possit, utramque formam antiquitus extitisse, et a librariis longe tritiorem *arcessere* saepius commutatam fuisse. In textu tamen contra omnium sententias eam intrudere nolui, ne audacior viderer esse. De forma *arcessere* et *accersere*, qua variant codices cf. Voss. Aristarch. T. I. p. 114. ibique Förtsch. et quos larga manu pro more suo profert Eckst. ad eiusd. T. II. p. 855.]

manducone. [De hoc vocabulo, quod hominem incessanter comedentem et mandentem significat cf. Voss. Etymol. s. v. *mando* et Argol. ad Panvin. de Lud. Circens. II. 2. in Graev. Thes. Antiq. T. IX. p. 347.]

per mediam alvum. Si lectionem *medium* plures codd. prae se ferrent, equidem probarem, quippe quae ab usitata dicendi ratione plane recedat. Utroque vero genere veteres *alvus* dixisse constat. Oud. excitat notata sua ad Suet. Vesp. 24. Serv. ad Virg. Aen. II. 51,

Digitized by Google

praetulit nobis, insuere, ut sola facie praeminente ceterum corpus | puellae 445
nexu ferino coerceat, tunc super aliquod saxum scruposum insiticium et fartilem asinum exponere, et solis ardentis vaporibus tradere.

infuere G. 2. D. *insuete* p. *praeminente* F. 3. G. 1. 2. D. P. f. *praeeminente* δ. p. In reliquis codd. et edd. omnibus legitur *prominente*. *cetera corpus* G. 2. D. *scrupulosum* D. Vicent. Venet. 2. Marg. Basil. 1. *scruposam* Iunt. 1. *insiticium* F. 1. 3. G. 2. B. et edd. ante Vulc. 2. praeter Venet. 4., quae habet *insitium* ex typothetarum errore. *insitucium* π. *insiticum* p. *insurtium* G. 1. sed in margine a m. s. *insetacium vel insiticium* scriptum est. *insuticum* Scriver., quae lectio nihili est. *institicium* D. *fortilem* δ. *fertilem* Marg. Bas. 1. *ardentibus* δ.

Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 621., qui in eo cum Oud. consentit, quod masculinum priscis tantum scriptoribus in usu fuisse pronuntiat, et ubi in reliquis inveniatur, corruptum esse locum audacter proponit [cf. Priscian. V. 6. T. I. p. 189. Krehl.: *Attius tamen masculinum hoc protulit Annalium primo: Maia nemus retinens gravido concepit in alvo.* Non. p. 193. *Alvus Masculino: Accius Annalibus:—ut quam fragilissimus alvus. Et alius auctoritatis obscurae: Maia nemus retinens gravido concepit in alvo.*]

sola facie praeminente. [Ita ex optimis codd. scripsi, quamquam lexica nullum exemplum praebent, ubi significationem compositi *prominens* habet. At propria sua notione dictum est, ut *praestare* et alia vocabula, quae cum hac praepositione sunt composita. *Praeminens* afferunt ea vi ex Ulpian. Digest. XI. 1. 12. *praeminentes oculi*, quod contra Torrent. defendo, qui *eminentes* corrigit. *Praeeminentes*, quod Pithoeanus praebet, nostram lectionem eo magis tuetur, quod ita scribere solebant librarii, licet equidem hanc formam improbem. Hinc enim quod aliis locis *prominentes* legitur apud Apuleium, cum Oud. non contendo, hic quoque retinendum esse, potissimum quum haec vox inusitatior esset, quam quae ab librariis ex longe tritiori vocabulo *prominentes* emendari posset.]

insiticium. [Oud. alteram lectionem *insuticium* anteponit, haec mire proferens: *Insiticius* est is, qui inseritur, non is, cui alius inseritur. At quomodo ita potest haec lectio refutari? Nam eadem ratione *insuticius* is est, qui insuitur, neque vero cui quid insuitur. Ipse vero asinus hac significatione non potest dici *insuticius*, quia non insuitur puellae, sed ei vice versa virgo. Hinc igitur videndum est, *insuticium* probari non posse, quod praeterea exemplorum auctoritate plane destitutum est. Sed ingenue confiteor, utrumque non posse ita probari. Si *insiticius* vera est lectio, cum Heins. Advers. II. 8. p. 268. explicari debet: asinus hibrida et ex oenagro genitus, quamquam ingenue confiteor, quid significationis et ironiae in ista explicatione insit, me non intelligere. At aliud quid usus non comprobat. Hinc erat, ut emendarem *insuticiam* pro *insiticiam* i. e. virginem, quae insuta est, referens hoc ad praegressa verba: *per mediam alpum nudam virginem insuere.* Sed propter verborum concinnitatem vix probabilis coniectura est. Haec me commovet, ut ad Heinsii sententiam inclinem, qui ad Ovid. Fast. II. 578. *isicium* vel *insicium* vel *isitiatum* emendabat, quemque non solum Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 447., sed etiam Oud. sequuntur. „*Isicia* s. *insicia*, ut Meerm. ad Anthol. Lat. l. d. c. 35. exponit, proprie appellabantur farcimina, quae impletis carne concisa intestinis fiunt... Hic vero quum de *gallina esiciata* sermo sit, intelligenda est illa, quae *evacuato prius corpore* varii deinde generis farcimine replebatur, uti capum pullumque farsilem describit Apicius VI. 9.“ Epigramma *de esiciata* his verbis incipit: *Amisit proprias vacuato corpore carnes.* Forcellin. in lexico nostrum locum exponit legens: *insuticium:* asinus exenteratus, et vivae puellae corpore, mediae alvo insuto, fartus. In textu lectionem plurimorum codd. reposui.]

exponere. De ipsa poena longe cru-

Digitized by Google

CAPUT XXXII.

Sic enim cuncta, quae recte statuistis, ambo sustinebunt, et mortem asinus, quam pridem meruit; et illa morsus ferarum, cum vermes membra laniabunt, et ignis flagrantiam, cum sol nimiis caloribus inflammarit uterum; et patibuli cruciatum, cum canes et vultures intima protrahent viscera. Sed et ceteras eius aerumnas et tormenta numerate. Mortuae bestiae ipsa vivens ventrem

tradidistis pro *statuistis f. statuitis* Venet. 4. Bas. 1. Paris. *subtinebunt* G. 1. *vermis* F. 3. D. G. 2. O. P. *f.* D. *vermes* F. 1. G. 1. R. p. Kim. Florid. Scriv. *vermibus* B. edd. vett. praeter Iunt. 2. Vulcan. 2. Colv. *laniabunt* F. 1. 2. G. 1. 2. P. p. *δ.* D. *laniabant δ.* In edd. vett. praeter Iunt. 2., et in Vulc. Colv. extat *laniabuntur*. *flagrantia* G. 2. D. *nimis* F. 3. *volucres* pro *vultures* D. ex glossemate. *intrina* pro *intima* G. 2. D. *protrahant δ.* *tormentas* Vicent. *numerare f.* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Bas. 1. Kim. et ita etiam legi videtur in F. 3., certe diligentissimus librarius hoc vitium non correxit, sed sine dubio hic oculis deceptus est.

delissima comparat Brant. Val. Max. IX. 2.: *Barbaros mactatorum pecudum intestinis visceribus egestis homines inserere*, (unde nostri loci lectio *insiticium* potest defendi) *ita ut capitibus tantummodo emineant, atque ut diutius poenae sufficiant, cibo et potione infelicem spiritum prorogare, donec intus putrefacti, laniatui sint animalibus, quae tabidis corporibus innasci solent*; et Colvius Capitol. in vit. Macrin. c. 12. T. I. p. 766: *Quum quidam milites ad ancillam hospitis iamdiu prari pudoris affectati essent* (ita enim ex vestigiis cod. Palat. cf. Apul. de Herb. c. 15. *ad mulierem affectaberis continuo* et *si quis ad mulierem non poterit affectari*) *atque per quendam frumentarium ille didicisset, adduci eos iussit, interrogavitque, utrum esset factum; quod quum constitisset, duos boves mirae magnitudinis vivos subito aperiri iussit, atque hissingulos milites inseri, capitibus, ut secum colloqui possent, exertis.* Lucian. Lucid. c. 25. p. 594. *καί τις εἶπεν· Οἶσθα, ὅτι ἐπαινέσεσθε τὸ ἀρχιτεκτόνημα. τὸν ὄνον δεῖ ἀπολέσαι, ὀχηρὸν ὄντα, νῦν δὲ καὶ χωλὸν εἶναι φενδόμενον καὶ μὴν καὶ τῆς φυγῆς τῆς παρθένου γενόμενον ὑπηρέτην καὶ διάκονον. τοῦτον οὖν ἔσωθεν ἀποσφάξαντες, ἀναπέμωμεν ἐκ τῆς γαστρὸς καὶ τὰ μὲν ἔγκατα πάντα ἔξω βάλωμεν, τὴν δὲ ἀγαθὴν ταύτην παρθένον τῷ ὄνῳ ἐγκατακλείσωμεν, τὴν μὲν κεφαλὴν ἔξω τοῦ ὄνου πρόχειρον, ὡς ἄν μὴ εὐθὺς ἀποπνιγείη, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἔνδον κρυπτόμενον, ὡς ἂν αὐτὴν κατακειμένην εὖ μάλα συβώσαντες οἴψωμεν ἔξω ἀμφω ταῦτα τοῖς γυπί, κἀκεῖνος τοῦτο ἐσκευασμένον ἄριστον. σκοπεῖτε δέ, ὦ φίλοι, τῆς βασάνου τὸ δεινόν. πρῶτον μὲν τὸ, νεκρῷ ὄντι συνοικεῖν, εἶτα τὸ, θέρους ὥρᾳ θερμοτάτῳ ἡλίῳ ἐν κτήνει κατακαυθήσεσθαι, καὶ λιμῷ ἀεὶ κτείνοντι ἀποθνήσκειν, καὶ μηδ' ἐαυτὴν ὑποπνίξαι ἔχειν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλ', ὅσα πείσεται, σηπομένου τοῦ ὄνου τῇ τε ὀδμῇ καὶ τοῖς σκώληξι περιρρυήσεται, ἕως λέγειν. τέλος δὲ οἱ γύπες διὰ τοῦ ὄνου παρεισιόντες εἴσω, καὶ ταύτην καὶ ἐκεῖνον, ἴσως καὶ ζῶσαν ἔτι διασπάσονται.*]

Cap. XXXII. *patibuli cruciatum.* [Hunc locum citans Lips. de Cruc. II. 13. T. III. p. 1189. ed. Voss. demonstrat, cruces non semper peraltas fuisse, quia eas canes et lupi attingere potuerint. Sed hoc non ita dixerim. Nam quum ad veram crucem Apuleius non respexerit, sed ad funestam virginis insitionem, canes addit, qui fere semper commemorantur, ubi cadaver alicuius scelesti et vi necati proiicitur non sollicitus, num revera in homine cruciato ita usu veniat nec ne. Nec Catulli carmen CVII. ad mortem cruciariam retulerim, sed ad cadaver eius, qui propter viam inhumatus abiicitur. Memoria sine dubio lapsus Lipsius nostro loco citat *protrahunt*.]

habitabit, tum foetore nimio nares aestuet, inediae diutinae letali fame tabesceat, nec suis saltem liberis manibus mortem sibi fabricare poterit. Talibus dictis non pedibus, sed totis animis latrones in eius vadunt sententiam. Quam meis tam magnis auribus accipiens, quid aliud, quam meum crastinum dellebam cadaver?

habitavit Iunt. 1. Ald. *tunc* Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *cum* G. 2. P. D. *narent* D. pro *nares*. *aestuet* F. 1. 3. *estuet* p. *aestuent* D. P. G. 2. O. f. *ð. π.* et F. 1. teste Elm. (sed in Lindenbrogii collatione emendatum est *aestuet*) *estruent* G. 1. a m. p. *estuent* a m. s. *aestuabit* B. In cett. codd. et edd. *aestuabunt*. *medine* pro *inedine* Vicent. *diu tire* G. 1. a m. p. *fama* Vicent. *tabesscet* G. 1. *invadunt* O. cf. Gruter. Misc. Nov. Lips. Vol. III. P. 3. p. 509. *quum meis ð. flebam* G. 1. O. *π.*

nares aestuet. [Ita in textu ponendum curavi, quia ab optimorum codd. vestigiis longius recedere nolui. Locupletissimi enim Mss. quum singularem *aestuet* constanter retineant formam singularis *naris*, quae exemplo Macri apud Charis. I. 82. Putsch. defenditur, restitui possit. Nam probabilius est, librarios singularem *naris* in *nares* et *aestuet* in *aestuent* commutasse, quam vice versa. Ita *nare* dixit Apul. Met. VII. p. 462. *contorta et vituperanti nare discessit* et VIII. p. 577. *nare detorta.* Singularem praeterea flagitat concinnitas enuntiati, quod ubique hunc numerum profert: *habitabit — tabescet — poterit.* At cum Oud. potius *nares* pro accusativo quem dicunt graeco habere, ut *tremere viscera, genua quatior*, eo nunc iubemur, quia subiecti mutatio nos offenderet. Sed ingenue confitendum est, ne hoc quidem comprobari, unde locum corruptum esse iudico. Huc accedit, quod codd. constanter *aestuent* vel *aestuet* praeferunt, quae forma quum librariis displiceret, vel in *aestuabit* vel *aestuabunt* mutata est. *Aestuare* per se probum est, quod de magna multitudine non solum hominum sed aliarum quoque rerum dicitur, quae in uno loco congregatae et confertae sunt cf. Cort. ad Lucan. VI. 63. Sed coniunctivum defendere nullo modo poteris. Quamquam equidem scio, praesentis coniunctivum pro futuri indicativo poni, tamen alia ubique est locorum ratio, ut Virg. Aen. VI. 292. Ecl. VII. 67. X. 33. cf. Cort. ad Lucan. VIII. 804., ita fere, ut in protasi, quae condicionem continet, futurum ponatur, sequaturque praesens vel vice versa, aut tota enuntiatio quum optativa expressa sit forma, futuri notionem in se contineat. Atqui miraremur, si Apuleius coniunctivum interposuisset, qui ubique futurum hic praetulerit. Hinc Salmasius iam coniecit: *ut aestuent;* quae tamen coniectura totius loci concinnitati repugnat. Equidem coniectura *nare scatet* a verbo *scatĕre* locum sanare studui, quamquam mihi ipse non satisfacio. Etenim nimis audacter agere videbitur, qui *aestuĕre* formam probaverit pro *aestuare* ut *lavare* et *lavere*, *boere* et *boare*, *tonere* et *tonare*, praesertim quum Eutych. de discernend. coniugat. I. 4. p. 156. Lind. *aestuo* disertis verbis inter ea verba referat, quae ad primam coniugationem derivationis ratio trahat, nec ullum possit eius formae exemplum reperiri. Optimam vir doctus quidam mecum communicavit coniecturam *extumet*, quam probarem, si forma vocis *tumĕre* defendi posset, quamquam *turgere* in usu fuisse videtur cf. Gloss. Philox. p. 219. *turgit φλεγμαίνει τετάραχται. Extumere* vero Plautinum est cf. Trucul. I. 2. 97.]

Digitized by Google

LIBER VII.

CAPUT I.

Ut primum tenebris abiectis dies inalbebat, et candidum solis curriculum
446 cuncta collustrabat, quidam de numero latronum pervenit. Sic enim mutuae salutationis officium iudicabat. Is in primo speluncae aditu residens, et ex

at primum. In f. cod. non est distinctio, quia, ut supra iam commemoratum est, post finem fabulae de Amore et Psyche liber septimus in eo et Reg. et Cod. Incerto pervetusto incipit, unde probabile est, in his quoque codd. nullam esse distinctionem. In cod. p. legitur fine prioris libri: explicit Lib. VII. Met. incipit Lib. VIII., quod negligentia librarii factum esse puto. *at primum* d. Ceterum prima haec sex verba Achill. Stat. ad Catull. Carm. 62, 40. *album aethera*, citat quasi ex sexto Ann. Ennii, exhibens *inalbabat dies*, ut etiam edidere Columna et Hessel. Sed *inalbare* est activum, cf. ad Met. X. p. 716. *cerei nocturnas tenebras inalbabant. supervenit* Vulcan. margini adlevit, et sic ediderunt Wow. Pric. Florid., ut Met. XI. p. 796. *et ecce superveniunt de patria, quos ibi reliqueram famulos*, ubi in Oxon. *veniunt*. Stewech. ad p. 334. coniecit *revenit*. At omnes Mss. et edd. cett. *pervenit* retinent. *enim* exulat a P. *matutinae* pro *mutuae* Sopingius orae sui libri male adscripsit. *indicabat* omiserat prima manus librarii O. *hiis* pro *is* G. 1. *residens* G. 1. *resistens* male emendat Pric. *addita* G. 1.

Cap. I. *mutuae salutationis.* [Quid Sopingii coniectura *matutinae salutationis* sibi velit, vix potest intelligi, nisi ille ad tempus retulerit, quo latro iste advenerat. Officium enim fuisse latronum, mane se invicem salutandi, ineptum plane est additamentum. Sententia enim loci est ea: Ex salutatione mutua, ex osculis et amplexibus latronem advenientem fuisse, cognosci poterat, quippe quae blanditiae inter homines tantum sibi familiarissimos usu venire soleant. Ita Apul. dixit Met. IV. p. 235. *in pago quodam apud notos ac familiares latronibus senes devertimus. Sic enim primus aditus, et sermo prolixus, et oscula mutua, quamvis asino, sentire praestabant* et V. p. 368. de Psyche eiusque germana: *nox inducta, mutuis amplexibus alternae salutationis expletis. Officium* ea in re potissimum in usu erat cf. Intt. ad Phaedr. I. 29. 5 sq. *ille indignans repudiat officium*, quum *officium* dicatur, quod vel honoris vel amicitiae caussa alicui facimus. cf. Casaub. ad Suet. Aug. 53. Ruhnk. Dict. ad Suet. Caes. c. 15. p. 28. Cum Oud. vero in Gloss. Isid. p. 685. in V. pro *munia officia salvationis vel munera*, legendum esse *officia salutationis* non persuadetur. Fortasse corrigi potest *officia, salvationes, munera* ut *salvationes* ad *moenia* referatur, quocum vocabulo *munia* saepius confunditur cf. Fest. s. v. *moenia* p. 102. *Moenia praeter aedificia significant etiam et munia i. e. officia. Salvationes* igitur sunt *munimenta, tutamenta* cf. Isidor. Gloss. XV. 2. 17. *moenia sunt dicta ab eo, quod muniant civitatem, quasi munimenta urbis i. e. tutamenta.* Quamquam bene scio, quoties *salvare*

anhelitu recepto spiritu, tale collegio suo nuntium facit: | Quod ad domum Mi- 447

exanelitu uno tenore scriptum est in G. 1. 2. D. *sp. ıitalem* pro *spiritu talem* Venet. 2. *tale* F. 3. G. 1. 2. D. p. *f. d.* In cett. *talem*. *colegio* G. 1. *fŭcit*. Ita scriptum est in F. 3. et *facit* aperte praebet φ. Verbum omissum plane est in *d*. In cett. *fecit*. Praesens equidem retineo. *qui* pro *quod* p.

et *salutare* in Mss. commutentur cf. Plin. XVII. 35. n. 11. *sequenti anno palmites salutentur pro viribus matris singuli aut gemini*, ubi *salventur* glossema est, quod recte Doederl. Synonym. T. I. p. 29. reiicit. Aperte enim Isidori Glossae probant, *salutare* veteres pro *salvare* dixisse, p. 689. in v. *oppito, sospito, valde saluto*, ubi *opito* legendum, nec vero *opitulo* emendandum, quam formam Non. p. 375. ex Livio Andron. probat.]

recepto spiritu. [De hac locutione cf. Ded. ad Dict. Cret. Gloss. III. c. 22. p. 333.]

tale collegio suo nuntium facit. An neutro genere *nuntium* substantive dicatur, viri docti disputant. Oud. iis accedit, qui genus istud non adiuncto substantivo improbant; coll. Calph. ad Terent. Heaut. III. 1. 18. Dr. ad Liv. IV. 41. Broukh. ad Tib. III. 4. 5. Sed notabilis ei videtur esse omissio verbi in membranis d'Orvill., quia peculiarem idiotismum in voce *nuntius* esse appareat, ut verbum non adponatur, subintelligendum facillime ex totius loci sententia coll. Wopk. in Misc. Observ. Vol. VIII. T. I. p. 76. Cort. ad Plin. V. 20. *Donec de avunculo nuntius.* Tennull. et suis dict. ad Front. I. 1. 10. *Contendit falsum ad eos rumorem* [cf. Gron. ad Liv. XXXVII. c. 10. §. 5. Mart. Capell. II. §. 147. locus, quem Oud. etiam adtulit, *et ecce subito deorum Promuba nuntiatur*, plane aliter habet. Hic enim *nuntiatur* aut pro *annuntiatur* dictum, aut ex praegresso vocabulo *annuntiatur* emendandum est. In novissima Koppii editione hic locus plane neglectus est. Ibi enim glossema *advenire*, quod in cod. Leid. vetustissimo abesse dicit Oud., ante *subito* scriptum est. Nec aliter ceterorum quoque, quos afferri licet, locorum plane alia est ratio. Hic verbum finitivum praegressis participiis omittere, non solum ineptum, sed toti latinitati contrarium esset. Quo accedit, quod cod. d'Orvill. tam mutilatus et corruptus est ut ei nunquam fides haberi queat, nisi alii codd. accedant optimi. *Nuntium* porro formam Apuleio utique vindicavi, et, ut videmus *bāculum* eum semper dixisse nec *baculus*, ita puto *nuntium* eum praetulisse, ubi de re, non de persona sermo est. Alter, ex quo genus huius vocabuli dignosci potest, locus extat Met. VIII. p. 522., ubi omnes codd. constanter retinent: *percepit tale nuntium, quale non audiet aliud*, qui locus eo magis persuadet, quod *aliud* hic legitur. Nam nisi ita esset, dubitare possemus de vera scriptura, quia in his duobus locis virgula omissa, quae *m* litteram indicat, *tale* et *quale* facilius exoriri potuisset. Hinc videndum est, quam perversa sit sententia eorum, qui nisi adiuncto substantivo id genus non probant. Hoc tantummodo licet confirmare, apud optimos scriptores neutrum usu fuisse non videri, cf. Dr. ad Liv. IV. 51. §. 12., quamquam cum Voss. Arist. T. I. p. 436. ibique Förtsch. non contenderim, apud Plautum in Merc. V. 2. 66. ita corruptum esse. Antiquissimis enim temporibus *nuntium* dictum esse, probat censorum precatio de Censoriis tabulis apud Varron. VI. §. 86.: *Ubi noctu in templum censurae auspicaverit atque de coelo nuntium erit.* Nec improbat hoc Non. p. 215.: *nuntius generis masculini: neutro apud aliquos non receptae auctoritatis lectum est, sed doctos.* cf. Isidor. Origg. X. 189. *nuntius est, et qui nuntiat et quod nuntiatur i. e. ἄγγελος καὶ ἀγγελία: sed nuntius ipse homo genere masculino, id vero, quod nunciat*, [ubi *nunciatur* legendum est cf. Serv. ad Aen. XI. 896.] *genere neutro, ut hoc nuntium, et haec nuntia.* Hinc licet colligere, posteriori aevo certum discrimen inter utramque vocem esse positum.]

lonis Hypatini quam proxime diripuimus pertinet, discussa sollicitudine iam possumus esse securi. Postquam vos enim fortissimis viribus cunctis ablatis castra nostra remeastis, immixtus ego turbelis popularium, dolentique atque indignanti similis arbitrabar, super investigatione facti cuiusmodi consilium caperetur, et an, et quatenus latrones placeret inquiri, renuntiaturus vobis, uti mandaveratis, omnia. Nec argumentis dubiis sed rationibus probabilibus, [188] congruo cunctae multitudinis consensu, nescio qui Lucius auctor manifestus facinoris postulabatur, qui proximis diebus, fictis commendaticiis litteris, Miloni sese virum commentitus bonum artius conciliaverat, ut etiam hospitio susceptus 448 inter familiares | intimos haberetur; plusculisque ibidem diebus demoratus, falsis amoribus ancillae Milonis animum irrepens, ianuae claustra sedulo explorave-

ypathyni G. 1. *hypativi* D. *hyppatini* Vicent. *quem* Bas. 2. *discussa* G. 1. *solitudine* G. 1. a m. p. *postquam enim vos δ. fortissimis viribus* F. 3. G. 1. 2. P. D. et cett., quantum coniectura licet assequi codd. et edd. vett. In F. 1. est *fortissimi viri*, quam lectionem Vulc. 2. prima expressit, posterioribus quoque edd. probatam. Oud. coniecit: *fortissimi viri*, *rebus* vel *fortissimi*, *vi rebus*. *erastra* F. 3. *vestra* O. *mea δ. turbelis* F. 3. G. 1. 2. P. *turbellis* D. f. O. Iunt. 2. (neque vero in G. 2., ut in excerptis erat Oud.) In cett. *turbutis* cf. ad Met. III. p. 231. *Inter ipsas turbelas Graecorum. dolentique animo δ.* f. Oud. coniecit *omnino*. *indaganti* pro *indignanti* φ. *simul* pro *similis δ.* p. *huius facti* p. *facti* desideratur in *δ. cuiuscemodi* in Ed. Scriver., ut alibi. *caperet* F. 1. 3. O. *caperent* G. 1. 2. P. p. R. f. D. In cett. *caperetur*, quod magis probo. *latrones* exulat ab f. Ald. et Iunt. 2., ut ad *factum* referatur. *ut* pro *uti* edd. vett. Edd. Elm. Scriv. Florid. habent *ut* cum Mss. omnibus. *mandaveritis* D. a m. p. *consensus* D. *nescio quis* φ. *δ. auctor* deletum est in G. 2. D. *manifesti facinoris* φ. Elm. Scriv. Florid. *postulabat* D. *commendaciis* G. 1. 2. D. Venet. 2. *litteris* D. *artius* abest a G. 1. 2. D. P. O. *π. conciliaverit π. consiliaverat* O. p. f. *in etiam hospitio δ. etiam* abest a P. *ut in hospitio* p. *ut et hospitio* G. 2. *ut esset hospitio* in sola Bas. 2. legitur. *intimos* ed. Beroald. *habetur* D. *ibi* pro *ibidem* Priscaeus ex alio nostri loco hic quoque scribi tantum vult. Frustra. Non minus saepe *ibidem* usurpat Apuleius. *demeraturus* D. *animum etiam irrepens π. irretiens* Colvii coniecturam receperunt Vulc. 2. Elm. Scriv. Florid.

postquam vos enim. [In d'Orv. altero loco collocata est particula *enim*, quod librarium hic ipse positus offendit. Sed cf. Hand. Tursell. II. p. 397 sqq. cf. Met. III. p. 218. *quam pulcro enim.* V. p. 341. *nec sunt enim.* X. p. 693. *haec eximia enim.*]

caperetur. [Ita ex vestigiis optimorum codd. et edd. dedi. Virgula enim omissa est, qua syllaba *ur* in fine vocabuli indicatur. Deinde vero emendarunt librarii *caperent.* Alterum eo magis placet, quod sequitur *placeret*, ex more Apuleii, qui singula enuntiationis verba ad sonum sibi respondere amat.]

manifestus. Nimiam auctoritatem Fulv. Cod. eiusque possessoris iudicio tribuerunt viri eruditi, qui *manifesti* in textum admiserunt, quia saepe, *manifestum scelus*, *furtum* leguntur. Neque enim hic agebatur, num crimen *manifestum* esset, nec ne. Hoc ipsa res et Milonis expilata domus probabant, sed disquirebatur de auctore. Is tandem argumentis, ut putabant, sufficientibus habebatur *manifestus* Lucius. Homo enim dicitur *manifestus criminis*, de quo nemo dubitat, quin commissum sit, cuius crimen clarum est, licet ipse aufugerit vel nondum confessus sit. cf. Wass. Ind. Sall. et Cort. ad B. Cat. 52. Ovid. Art. Am. III. 801. [Melius genitivus *facinoris*, quem a vocabulo *manifestus* pendere putat Oud., ex *auctore* aptus est. De significatione vocis cf. Barth. Advers. X. c. 22. p. 500. et Scalig. in Burm. Anthol. T. I. p. 284.]

irrepens. Temere coniecturam Colvii recentiores editores in textum receperunt et probavit Dr. ad Sil. Ital. VIII. 104. Nam licet saepissime metaphora in amore petatur a nodis, vinculis, catenis et retibus, unde Met. II. p. 98. *spiritum amoris profundi pedicis alligat*; non minus recte se habet *irrepere*, sive clanculum se eius animo insinuare. cf. Tibull. IV. 3. 21. *et quaecunque meo furtim subrepet amori.* Apuleius autem pro suo more non addidit nomini praepositionem verbo adnexam ut Met. III. p. 219

rat, et ipsa membra, in quis omne patrimonium condi solebat, curiose perspexerat.

CAPUT II.

Nec exiguum scelerati monstrabatur indicium. Quippe cum eadem nocte sub ipso flagitii momento idem profugisset, nec exinde usquam compareret, nam et praesidium fugae, quo velocius frustratis insecutoribus procul ac procul

in queis Iunt. 1. 2. *prospexerat* G. 1. O. f. d.

monstrabat p. *monstrabitur* G. 1. a m. p. f. *indicium* G. 2. D. *ibidem* G. 1. a m. s. pro *idem*. *profugissent* P. *profugisse* d. *vestigium fugae* G. 1. O. *procul abderet sese* F. 3. G. 1. 2. P. f. O. D. In cett. *procul ac procul abderet* (sed in F. 3. verba *ac procul* suut abrasa.) Pro *abderet* in D. a m. s. correctum est *haberet*.

irrepit cubiculum. IV. p. 274. *caveam irrepsit*. VIII. p. 538. *irrepit cubiculum*. IX. p. 600. *irrepit hospitium*. [Item *irretiens* probat Heins. Advers. III. 4. p. 424., qui Met. XI. p. 796. confert *cum me Fotis malis incapistraret erroribus*, qui tamen locus plane aliter est explicandus. De sententia cf. d'Orvill. ad Charit. I. 4. 225. ed. Lips.]

membra. [Barth. Advers. LI. c. 15. p. 2410. haec de hoc loco adnotat: Plane mihi non satisfacit hoc loco vox *membra*, obscure, nec de more Apuleii indicans loca aedium secreta, ubi pecunia conderetur. Non veniam illico mutare, quod suspectum est, moneo saltem doctos, videant an Graeca aliqua vox, sacrarium aut tale quid notans, hic latere possit. Quid vero sibi velit Barth., vix potest intelligi. Nam si quid offensioni esse queat, unicum est, quod *domus* vel *aedium* non additum sit, ut Met. III. p. 228. ubi plura iam adnotavi. Sed quum hic ex toto sententiarum connexu, quid *membra* significet, possit effici, non est, cur de vocabulo dubitaveris. Item explicat Munk. ad Hygin. fab. CLXXXIV. p. 305. Stav., qui nostrum locum affert, *queis* legens. cf. Voss. Etymol. s. v. *membrana*. Lindenbrog. in marg. ed. Vulc. adnotat: *membrum pars domus, membre Gall. Vitruv. alii.*]

perspexerat. Prava hic est praepositionum variatio, quum *prospexerat* sustineri non possit. Neque enim de longinquo aut alto loco, sed prope et in ipsis aedibus *curiose* omnes domus partes videre potuerat.

Cap. II. *procul ac procul*. [Hanc adverbii geminationem retinui, quamquam aliter postulare videatur cod. F. 3., quem ubique quam religiosissime secutus sum, quatenus liceret. Sed quum lacuna in codice ipso sit, et diligentissimus librarius, abrasa esse haec vocabula asseveret, fit consectarium, a prima manu ea perscripta fuisse, deinde a manu secunda librarii deleta, qui vel alios codd. ante oculos habebat, vel in geminatione adverbii offendebat. Huc accedit, quod ceteri optimae notae codices, qui pressim vestigia cod. F. 3. sequuntur, *procul ac procul* retineant, ut meo iure hanc lectionem reposuisse in textu mihi videar. Denique bene explicari potest, quomodo librarii alterum *procul* omiserint, quum, quantum equidem scio, nullibi alias ea ratione haec repetitio inveniatur. Plura exempla huius geminationis praebebit Bentl. ad Horat. Epist. I. 2. 199., quocum hic consentio, ex suis Mss. *procul procul* legente cf. Fea ad h. l. Hoc tamen commemorandum est, nusquam particulam *ac* ita interpositam his particulis legi, sed aut iuxta se positas eas esse aut alio, quo affectus indicatur magnus, vocabulo seiunctas, ut Virg. Aen. VI. 258. Nam ubique summa animi commotio exprimitur in iis exemplis, quae Bentleius protulit. Quae quum in nostro non conspicua sit, fortasse hinc adiuvari potest locus Horatii, quo novissimi interpretes repetitionem improbant, quod illo nihil tragici et commoti contineat.]

ibidem in hospitio. [De hoc usu, qui mere Plautinus est, ut particula cum nomine ipsius loci coniungatur, ut indicetur eum esse eundem aut ut nomen

abderet sese, eidem facile suppeditasse. Equum namque illum suum candidum, vectorem futurum, duxisse secum. Plane servum eius ibidem in hospitio repertum, scelerum consiliorumque herilium futurum indicem, per magistratus in publicam custodiam receptum, et altera die tormentis vexatum pluribus, ac paene ad
449 ultimam mortem excarnificatum, nil quicquam re|rum talium esse confessum, missos tamen in patriam Lucii illius viros multos numero, qui reum poenas daturum

eisdem O. *suppeditasset* G. 1. 2. O. *δ*. D. *dusisse* G. 1. *factorum indicem δ. indicem* Ed. Scriver. inepte. *indicere* Vicent. Venet. 2. vitiose. *per* exulat a *δ*. *altera die* F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. *δ*. ed. Scriver. In cett. Mss. et edd. *altero die*. *necatum* pro *vexatum* in solo est F. 3. In cett. Mss. omnibus et edd. est *vexatum*. *ac* ante *paene* non conspicitur in *δ*. *et paene* habet *f*. *nihil quicquam* B. D. et edi coeptum est inde a Bas. Ed. 2. In cett. *nil*. *multos numero viros f*. teste Roaldo et ed. Scriver. *multos viros numero* P. *viros multos numero* F. 3. G. 1. 2. O. *δ*. f. (teste Oud.) D. In cett. codd. et edd. *multos numero*, omisso vocabulo *viros* ut F. 1. Elm. Vulc. 2. *rerum poenas* G. 1. 2. D. O. ed. pr. *dacturum* G. 1.

appositum distinctius definiat locum cf. Hand. Tursell. III. p. 169., cuius verba mea feci Plaut. Most. II. 2. 70. Plura ad Cic. de Invent. II. 51. §. 154. Intt. dixi ad Met. VI. p. 391.]

vexatum — excarnificatum. [Lectio cod. Flor. 3. *necatum* a sola librarii negligentia profecta est, quoniam nullo modo defendi potest. Obstant enim aperte sequentia *paene ad ultimam mortem excarnificatum*. De locutionibus *suprema, ultima mors*, quae de ultimo vitae fine dicantur, quasque interpretes saepius perperam in *sors, nox* alia mutent, confert Oud. Bentl. ad Hor. Epist. II. 2. 173. Dr. ad Sil. V. 416. Virg. Aen. II. 447. Stat. Theb. III. 70. Prudent. *περὶ στεφ.* 133. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 360. Iustin. VII. 2. Minuc. Fel. c. 36. [cf. Thiel. ad Virg. Aen. l. c. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 466. Heind. ad Horat. Sat. I. 7. 13. p. 168. Intt. ad Hor. Epist. I. 16. 79. et II. 2. 173. Si vero apud Lucan. VI. 724., ubi codd. scribunt *extremum cui mortis munus inique eripitur, non posse mori*, legendum esse putavit, *ah, miserum, extremum cui mortis munus inique eripitur, non posse mori*, totum locum non intellexit. *Extremum* enim *mortis munus* est ipsa mors et integra corporis solutio. *Miser* igitur est, cui moriendi munus eripitur; cui est non posse mori.]

viros multos numero. Prava coniectandi prurigine et antiquitatis affectatione abreptus Stewech. emendavit: *missos tamen in patriam Lucii* illius nuntios *numero*, ut *numero* hic significet *cito* coll. Non. [cf. Fest. s. v. *numero* p. 108. et p. 181. et ad hunc locum Intt. p. 532. Rost. Quaest. Plaut. p. 187 seqq., qui omnes veterum locos persequitur. *numero* non de celeritate sed de iusto temporis momento intelligens.] Rectius igitur explicant ii, qui *numero* pleonastice hic dictum putant, de quo usu Oud. comparat Burm. ad Ovid. Art. Am. III. 355. sua dict. ad Hist. B. Afr. 23. Cort. ad Sall. Iug. 93. Ovid. Heroid. I. 97. [Hic vero pleonasmus praeceteris Apuleii est proprius, nec solum ad numeros ipsos ita positus invenitur, sed potissimum ad pronomina, quae quantitatem notant, *tot, plures, multi*. cf. Met. III. p. 179. *tris numero invenes*. IV. p. 241. *canes et modo magnos et numero multos*. IV. p. 250. *tot numero invenum*. p. 251. *plures numero iuvenes*. p. 275. *multi numero mirabundi* p. 282. *multis numero morsibus*, p. 300. *tres numero filias*. X. p. 702. *multas numero partes*. Apol. p. 472. *duodecim numero ossa*. p. 501. *servos numero quindecim*. p. 504. *tot numero adhibuissem* de Mundo p. 292. *infinitos numero greges*. Locus vero, quem solum Oud. adtulit ibid. p. 291. *numero quintum* non aptus est, quia opponitur, *ordine primum, genere divinum et inviolabile*. Hoc vero addere liceat, insitatum plane esse nostro loco vocabuli *numero* positum, quod observavi, sicubi substantivum additum est, interponi substantivo et pronomini vel adiectivo, aut ubi istud deest, post adiectivum pronomenve addi. Nec aliter in

sceleris inquirerent. Haec eo enarrante, veteris fortunae et illius beati Lucii praesentisque acrumnae et infelicis asini facta comparatione, medullitus ingemebam. Subiitque me, non de nihilo veteris priscaeque doctrinae viros finxisse ac pronuntiasse, caecam et prorsus exoculatam esse Fortunam: quae semper suas opes ad malos et indignos conferat, nec umquam iudicio quemquam mor-

sceleris desideratur in f. *inquirent* Ed. Bas. 1. *haec eo* F. 3. G. 1. 2. D. P. R. f. p. *d.* Iunt 2. Elm. Scriver. Florid. In cett. *hic eo*, ut peccari assolet. *enarrante.* In solo legi F. 3. In cett. omnibus legitur *narrante.* *infortunati* G. 1. O. ex glossa pro *infelicis.* *medullitus ingemiscebam* d. et ita legit vir doctus ad marginem edit. Vicent. meae. *subiitque me* F. 3. G. 1. 2. P. D. O. f. *subili atque*, non *subiti atque*, ut Oud. praebebant excerpta, collatio F. 1. Lindenbrogii praebet, qui scribendum hinc esse arbitratur: *subit itaque*, quam coniecturam Elm. pro more furatus est. Oud. coniecturae *subitatque* postea poenituit. *subiit itaque me* extat in ed. Scriver. In cett. codd. et edd. *subibatque me*, nisi quod Elm. vitiose scribit *subibarque me.* *de nichilo* G. 1. *de nullo* pro *de nihilo* D. a m. p. *de nullos* a m. s. *viros fuisse* f. inepte. *et pronuntiasse* G. 1. a m. p. sed a m. s. *ac* correctum est. *caenam* pro *caecam* Venet. 2. *exoseulatum* π. *unquam in iudicio* Boxhorn. ad Spartian. Hadr. T. III. Hist. Aug. p. 770. reponit, quia sic a veteribus locum hunc laudatum repererit, et passim Apuleius aliique hanc praepositionem adponant. Sed hic non admiserim cum Oud., praesertim quum praepositio *in* nunquam abundet, quae fere omnium Apulei editorum est sententia. *iudicio quamquam* ed. pr.

ceteris aliorum scriptorum locis inveni praeter poetas, quos metri ratio recedere ab hoc usu cogebat. cf. exempla quae cumulat Oud. ad Caes. B. G. I. 49. §. 3. Kreyssig. Comment. de Sall. Histor. l. III. fr. P. II. p. 11. Idem offendisse videtur librarium cod. f. et Scriver., qui *multos numero viros* praeferunt, nec refragarer, nisi optimi codd. constanter inusitatum hunc ordinem servarent.]

enarrante. [Ita unius cod. Florent. 3. auctoritatem secutus in textu posui. Ad significationem fere nihil discrepant, sed in Mss. aliquoties permutantur. cf. Dr. ad Liv. XXVII. 50. §. 3. et XXVIII. 44. §. 21.]

ingemebam. [Librarius cod. d'Orvill. dedit *ingemiscebam*, quod Apuleio usitatissimum est. cf. Met. II. p. 124. *tacitus ingemiscebam.* p. 164. *altius ingemiscens.* III. p. 192. *vehementer ingemiscis.* IX. p. 620. *tacitus ingemiscerem.* IX. p. 666. *graviter ingemiscens.* X. p. 704. *tacitus ingemiscebam.* Sed Met. V. p. 371. legitur *iacens ingemebat.* Hinc nihil mutandum est, nec ita quidem, si hoc uno loco legeretur.]

veteris priscaeque doctrinae viros. [Cur Oud. maluerit: *veteres*, quamquam vulgatam non damnat, equidem non intelligo. Quis enim unquam dixerit *veteres homines et priscae doctrinae* pro *veteres et docti homines?* Non raro enim *priscus* et *vetus* coniuncta apud Romanos leguntur, ut Graeci quoque ἀρχαῖος καὶ παλαιός copulant. cf. Cic. Univers. 34. *Credendum nimirum est veteribus et priscis, ut aiunt, viris* cf. Ruhnk. ad Vell. Paterc. I. 16. §. 3. *una priscam illam et veterem sub Cratino, Aristophane et Eupolide comoediam.* Doed. Synonym. T. IV. p. 88 sq. Ceterum Apuleius synonyma amat cf. Met. III. p. 211. *intecti atque nudati*, ubi cf. Met. V. p. 334. *scrupulose curioseque.* cf. ad Met. VII. p. 457. *spretis atque contemtis* et statim *caecam et plane exoculatum.*]

caecam. Plurima de hac levitate et inconstantia Fortunae exempla, quae non ex virtute, sed ex libidine munera sua hominibus metitur, collegit Pric. ad h. l. Optime Pacuvius apud Auct. ad Herenn. I. 23.

> Fortunam insanam esse et caecam et brutam perhibent philosophi,
> Saxoque iliam instare globoso praedicant volubilem,
> Ideo, quo saxum impulerit fors, eadere eo fortunam autumant,
> Caecam ob eam rem esse iterant, quia nihil cernat, quo sese applicet,
> Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta, instabilisque sit;
> Brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoscere:

qui versus pro commentario huius loci sint.

ad malos et indignos conferat. [cf. Iuvenal. VI. 605 sqq. VII. 197 sq. Iacobs.

Digitized by Google

talium eligat, immo vero cum his potissimum deversetur, quos procul si videret, fugere deberet; quodque cunctis est extremius, varias opiniones, immo contrarias nobis adtribuat, ut et malus boni viri fama glorietur, et innocentissimus contra
450 noxio|rum ore plectatur.

CAPUT III.

Ego denique, quem saevissimus eius impetus in bestiam et extremae sortis quadripedem deduxerat, cuiusque casus etiam quovis iniquissimo doleudus atque

eliget d. *potissime* G. 1. O. *deversetur* F. 3. G. 2. D. P, In cett. codd. et edd. omnibus *diversetur*. *quibusque cunctis* G. 2. P. *quisque cunctus* D. *centis* pro *cunctis* d. *immo vero contrarius* G. 2. D. *robis* G. 1. a m. p. *attribuit* f. *ut* abest a G. 1. et O. *viri* non comparet in G. 1. O. B. Hinc uncis eam vocem incluserunt Elm. et Scriver. *bona fama* G. 1. a m. p. et *boni fama* a m. s. *more* Colvii coniecturam receperunt Vulc. ed. 2. et seqq. In Mss. extat *ore*. *noxio ore* in d. et aliquot aliis codd. nescio quibus, ed. pr. Venet. 2. legi adnotat Oud. Ego tamen in his edd. hanc lectionem non inveni.

scaevissimus emendavit Colvius. Male. Id epitheton non convenit vocabulo *impetui*. Passim enim auctori quoque *saeva fortuna* aeque ac *scaeva* cf. Met. V. p. 328. *fortuna saevior*, et statim p. 451. *sed quid ego pluribus de Fortunae saevitate conqueror*. *et extremae* F. 3. G. 1. 2. P. O. *q.* f. D. p. *m.* d. Wow. Pric. Florid. In cett. codd. et edd. *et* abest, ut *bestiam* et *quadrupedem* coniungenda sint. Ita novissimi Edd., ut Colv. Vulc. 2. Elm. probant. *quadripedem* F. 3. f. G. 1. a m. p. In cett. *quadrupedem*. *quovis* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. f. O. d. *quoivis* p. In cett. *cuivis*.

ad Anthol. Graec. Vol. II. P. III. p. 47. et 256. Barth. ad Stat. Theb. III. 179. et ad Claudian. in Eutrop. I. 23 sq. quosque adfert praeterea Rupert. ad Iuvenal. III. 40.]

noxiorum ore. Casaubonus hic in margine libri sui correxerat *noxio rumore*, opponit, inquiens, viri boni famam rumori noxio. Hanc coniecturam quantumvis ingeniosam iam Pricaeus refutavit, quia non *rumore* sed suppliciis innocentes plecti sententia Apuleii esset, unde ipse emendat cum aliis *noxiorum more plecti*, cuius dicti saepius apud veteres obvii plura exempla profert, prae ceteris Tertull. de fuga in persec. c. 2. *nocentissimorum more tractari*. *Sed noxiorum ore* non temere sollicitandum esse cum Oud. iudico. Ex oppositione enim patet, Apuleii mentem esse, bonum virum a noxiis passim traduci, et contra malum saepe bona frui mala. Non ergo de *more noxiorum*, sed *ore* agitur, et *plectere* pro incessere, ut hic invenias apud Nepot. in Attic. 11. *Cavit, ne qua in re iure plecteretur*. [In eo tamen cum Oud. consentire non possum, quod *noxio ore*, quae lectio unius, ut videtur, codicis d'Orv. est, magis ei arrideat, ut *noxium os* pro ore nocentium et reorum Apuleius poetice usurparit, quemadmodum Met. V. p. 342. *noxiis animis armatae venerint*, qui quidem locus nostro ne convenit quidem. Sed licet ita dici queat, tamen contra auctoritatem optimorum codd. mutari quicquam nefas est. In Miscell. Observ. Vol. II. T. III. p. 454. Oud. ita in Florent. et D. (quis codex ille sit, nescio, nisi est d'Orv.) *noxio ore* legi dicit, sed erravit. Ceterum hanc scripturam hic probavit eodem argumento.]

Cap. III. *et extremae sortis*. De hac particulae *et* significatione Oud. comparat Acta Lips. A. 1716. p. 455. Wopk. in Miscell. Observ. Vol. VIII. P. I. p. 58. Iutt. ad Vell. II. 60. Abresch. Lect. Aristaen. p. 75. et apud Herod. II. 5. [Plura dixi ad Met. I. p. 71. *et recte coniicerem*.]

quadripedem. [Hanc formam, quippe quae ab optimis codd. praesertim a F. 3. confirmatur, retinui, quia in aliis quoque vett. Mss. invenitur. Ita in Virg. Ecl. V. 26. ubi vide Pierium. Praeterea semel in Mediceo. Aen. XI. 714. et i supra scriptum est ibid. 875., praeterea ubique *quadrupes* legitur apud Virgilium. Sic in Fronton. cod. vetustissimo ad Anton. de Orat. fragm. 2. 1. p. 240. ed. Rom.

Digitized b

miserandus merito videretur, crimine latrocinii in hospitem mihi carissimum postulabar. Quod crimen non modo latrocinium, verum etiam parricidium quisque rectius nominarit. Nec mihi tamen licebat causam meam defendere, vel unico verbo saltem denegare. Denique ne mala conscientia tam scelesto crimini praesens viderer silentio consentire, hoc tantum impatientia productus

merito videtur Venet. 4. Paris. Basil. 1. *crimen latrocinii etiam* δ. *crimine latrocinii etiam* f. *Karissimum* D. *postulabat* G. 2. D. δ. Elm. vitiose. *verum quam* D. *rectius* abest ab δ., pro quo *rectius* vitiose dat ed. Beroald. *nominarit* F. 3. G. 1. p. f. *nominaverit* G. 2. P. D. Scriv. In cett. codd. et edd. *nominaret*. *nec tamen mihi* R. f. *denegare an*. *Denique* G. 2. habet a m. p. sed syllaba *au* minio est deleta. *ne* in G. 1. non est, nisi a m. s. *silentio* perperam abest editioni Floridi. *hoc* F. 1. 3. G. 2. O. π. D. δ. Iunt. 2. Wower. Elm. *haec* G. 1. P. f. In cett. codd. et edd. extat *hac*. *tantum* non comparet in Vulc. 2. *tamen* pro *tantum* f. D., unde Colv. emendat *tandem*. *ductus* R. f.

verum sententias eius tolutares video, quamquam quadripedo concito cursu, quum alias scribat Epist. ad Caes. II. 1. p. 35. *Nam aeque pernicitas equorum exercetur, sive quadrupedo currant*; et ita Mai. edidit in Iul. Val. reb. gest. Alex. Magn. III. 31. *quadripedes belluae vehementes*. De Apuleio quae observavi proferam. Forte enim fortuna factum esse nego, ut codd. optimi, qui ad orthographiam omnium accuratissimi sunt, nonnullis locis *quadripes*, aliis *quadrupes* praebeant. Ita Met. XI. p. 755. F. 3. G. 2. et D. constanter habent: *depelle quadripedis diram faciem* et ibid. p. 779. *repentino quadripedis impetu*, iidem vero Met. IV. p. 237. habent: *de iumenti quadrupedis incurvo gradu*. Hoc quomodo explicandum sit, nescio, quum pro libidine librariorum hoc factum esse negaverim. Nam quod in aliis Mss. tantummodo forma *quadrupes* invenitur, hinc probatur, eorum librarios negligentiores fuisse, ut, qui hanc formam solam cognovissent, ubique corrigerent. Neque ad soni suavitatem discrimen esse faciendum probat ipse locus Met. XI. p. 779. *repentino quadripedis impetu*, ubi littera *i* cumulatur. In ceteris Apulei locis nulla in nullo codice lectionis diversitas conspicitur. cf. Met. V. p. 434. *quadrupedi cursu proripio*. ibid. p. 436. *equestri celeritate quadrupedi cursu*. VII. p. 499. *fidem, quadrupes nequissime*. VIII. p. 518. *quadrupes recidens*. IX. p. 607. *quadrupedem cunctorum*.]

quoris. [Hanc formam miror quomodo contra optimos codd. expungere potuerit Oud. Ea enim forsitan aliis quoque scriptoribus vindicanda est, ubi corrupta a librariis legitur. Ita apud Varr. R. R. II. 1. *quo enim pastor ipse diligens mederi possit*, ubi nonnulli codd. et interpretes praeferunt *quoi*. De hoc dativo cf. Voss. de Anal. IV. 6. T. III. p. 929. Eckst., cui tamen non assentior. *quo* in formula *quo mihi* pro dativo accipienti. Ita Met. IX. p. 633. legendum est *quoiam negotio destinatus*, quod omnes codd. praebent, ubi vide et Met. VIII. p. 531. *quoris alio felicius maritare*, de quo loco multa disputant interpretes. Sic recte legitur apud Caes. B. G. II. 30. §. 3. *quo tanta machinatio ab tanto spatio institueretur* et B. G. VII. 55. *ne quo esset usui Romanis*, quod optimi codd. praebent. Librarii qui illud non intelligebant, fere semper *quod* corrigebant, ut Lucan. X. 166. *infudere comae, quo nondum evanuit auru, Cinnamon*, ubi Codd. habent *quod* et alii emendant *quoi*.]

impatientia productus. Floridus quum sententiam vocis *productus* non intelligeret, corrigebat *perductus* i. e. *permotus*, Pricaei coniecturam *perditus* reiiciens. Recte vero parum significans hoc loco videtur Oud. id compositum esse, et *productus* explicandum est, post longam moram inductus, quomodo *produci* notum est eos, qui dolo et insidiis irretiuntur. [Hinc non video, cur Oud. magis placuerit codd. R. et f. lectio *ductus*, quod mere est interpretamentum librariorum, qui significationis vocabuli *productus* ignari, sententiam tamen loci perspexerant. Nec minus

Digitized by Google

451 | volui dicere: Non feci. Et verbum quidem praecedens semel ac saepius im-
[189] modice clamitavi, sequens vero nullo | pacto disserere potui, sed in prima remansi voce; et idemtidem boavi: Non, quamquam nimia rotunditate pendulas vibrassem labias. Sed quid ego pluribus de Fortunae saevitate conqueror?

quidem desideratur in P. *praecedens saepius ac immodice* B. Wow. Prlc. *immodice* non comparet in D. *clamitavi* in F. 3. contextu legitur, sed supra scriptum est ab eadem manu *actractavi*, quod monstrum est vocabuli. *edissere* pro *edisserere*, quae Colvii est coniectura, in Vulc. 2. extat errore typothetarum. Eandem probat Scriver. In p. et f. legitur *dissere*. *re mansi* Colv. edit. errore operarum seiunctim legitur. *bouui* D. a m. p. *boavi non si quamquam* F. 3. *boavi non quamquam* G. 2. D. *boavi visa quamquam* G. 1. (neque vero *boavi vis* ut in excerptis Oud. est.) *boavi nixa quamquam* O., unde Pricaeus emendavit *enixe*. *boari ni quamquam* P. p. In cett. codd. et edd. *boavi non*, *non quamquam*. *pendulas labias* omnes codd. praeter R. p. B., in edd. Iunt. 2. Elm. Vulc. 2. Florid. Scriv. In cett. codd. et edd. vett. *pendula labia*. *librassem d.* *sed et ego* Venet. 2. *sed ego*, omisso pronomine *quid* Iunt. 1. 2. *plus* G. 1. O. *scaevitate* Vulc. 2. Elm. Scriv. Florid. rursus contra omnes codd. Quamquam enim diligentissimus librarius in collatione cod. F. 3. nihil adnotavit, aliter in eo codice legi, tamen ex constantia ceterorum librorum, et quia in praegressis *saevissimus impetus* ille exhibeat, colligi potest, errore satis excusando hic librarium esse lapsum.

improbabilis est Oud. emendatio *prolectus*, quod de rebus tantummodo dicitur, quae nostrum animum blande alliciunt suisque lenimentis nos impellunt, nec aliter intelligendus est locus, quem Oud. ipse protulit Ovid. Art. Am. II. 718. *crede mihi, non est Veneris properanda voluptas, sed sensim tarda proliciendа mora.* Ita Auctor dixit ad Herenn. I. 3. *quoniam una cum oratoris officiis producti sumus, ut de orationis partibus loqueremur.* Gloss. Philox. *productus suan προϊχθην.* Bene Cortius comparat nostrum locum ad Lucan. II. 493., ubi legitur: *Rumpi Caesar iter, calida prolatus ab ira*, ut sit de eo, qui sensim ira et libidine post longam moram provehitur.]

Non feci. Hanc formulam esse eius, qui suam aut aliorum innocentiam testari velit, multis exemplis Pricaeus confirmat coll. Cic. pro Ligar. c. 9. §. 30. *Caussas, Caesar, egi multas equidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum: certe nunquam hoc modo: Ignoscite, iudices, erravit, lapsus est, non putavit, si unquam posthac. Ad parentem sic agi solet; ad iudices, Non fecit, non cogitavit, falsi testes* cett. Ovid. Amor. II. 5. 9. *felix, qui, quod amat, defendere fortiter audet: Cui sua, Non feci, dicere amica potest.* Quint. Decl. XI. c. 10. p. 239. Burm. *Miser ego, nec ad cadavera accessi, non in sepulcra maiorum meis manibus intuli nec licuit super ipsa cadavera loqui: Non feci.* Et e contrario Iuven. VI. 638. *sed clamat Pontia: Feci, Confiteor puerisque meis aconita paravi.* [cf. Scriv. ad Mart. IX. 16. 2.]

semel ac saepius. [Ita Arnob. I. 46. *semel, iterum, saepius familiari collocutione demonstrarit.* Oud. ad Auct. B. Hisp. c. 42. *semel et saepius manus adtulistis.*]

parricidium. [cf. Petron. c. 107. *qui ignotos laedit, latro appellatur, qui amicos paulo minus, quam parricida*, ubi cf. Intt.]

disserere. Contra codd. nihil mutandum est cum Colvio, qui *edisserere* emendabat, quamquam haec vocabula saepius inter se commutantur. cf. Intt. ad Cic. de Off. III. 5. Liv. XXVII. 7. Multos veterum locos ita Oud. emendat, licet ipse *disserere* hic retineat.

boavi: Non, quamquam. [Hanc scripturam cum optimis codd. revocavi, quia melius nihil proferri licuit. At aliud quid hic latere persuasum mihi est, quum F. 3. *non si quamquam*, G. 1. *visa*, O. *nixa* praebeant. Pricaei coniectura *enixe* non placet. Equidem ex his tenebris nihil lucis loco afferre poteram, unde G. 2. et D. codd. secutus sum.]

pendulas labias. [cf. Oud. in Miscell. Observ. Vol. II. T. III. p. 455. et ad Met. II. p. 149.]

Quamquam nec istud puduit, | me cum meo famulo meoque vectore illo equo 452
factum conservum atque coniugem.

CAPUT IV.

Talibus cogitationibus fluctuantem subiit me illa cura potior, qua statuto consilio latronum manibus virginis decretam me victimam recordabar, ventremque

quam pro *quamquam* O., si fides est Pricaeo; nam in Gronovii Collat. nihil varietatis erat et ita emendat vir doctus ad marg. edit. meae Vicent. *vel istud* Vulc. 2. *congiugem* D.

agitationibus G. 1. 2. P. R. O. D. Iunt. 2. In cett. codd. et edd. vett., praeterea in Vulc. 2. et seqq. extat *cogitationibus*. *subit* F. 1. 3. G. 1. f. (neque vero in G. 2., ut ex suis excerptis protulit Oud.) Is enim cum cett. codd. et edd. habet *subiit*. *cura illa* G. 1. 2. P. f. D. *quam statuto* G. 1. 2. D. p. *ventremque* F. 1. 3. G. 2. D. p. f. B. d. Edd. vett. Elm. Scriv. Florid. In ceteris *que* particula non comparet. *ventrem quoque* G. 1. O.

Quamquam nec istud puduit. Hunc locum, uti hodie in Mss. legitur, sanum non esse viri docti putarunt, unde Colvius emendabat *rel istud*, ut scilicet referatur ad Lucium. Sed rectius ad ipsam fortunam pertinet, quam ne puduit quidem, Lucium facere conservum famulo suo et vectori equo. Quare Beroaldo placuit, semel modo *quam* scribere, Lipsius cum alio viro docto rescripserunt, *quamque*, Pricaeus haud male coniecit *quam quidem*, quod tacite receptum est a Florido. [Nam in his ob scripturae compendia frequens est confusio. Oud. incidit in mentem scribere *quam nequam nec* sive *ne quidem*. *Nequam* pro nequissimam. [Nisi sonus plane obstaret, equidem legerem *quam quamquam*. Fere eadem ratione dixit Plaut. Epid. II. 1. 4. *Idne pudet te, quia captiram esse mercatus.* Sed forsitan locus ita potest defendi, ut post *puduit* signum interpunctionis minus ponatur, et ex toto sententiarum connexu iam pateat, ad fortunam *istud puduit* esse referendum. Hoc vero non negandum est, durius esse genus dicendi, et utriusque enuntiati copulationem desiderari. Minus recte vertit Rodius: *Hatte ich mich schon darein ergeben müssen, dass ich mit meinem eignem Reitgaule, Dienst-, Last- und Krippengenosse geworden war.*]

coniugem. Malebat Pricaeus *congregem*, quia hactenus Lucius nondum alligatus fuisset ad iugum una cum equo suo. Sed recte iam monet Oud., eiusdem servitutis iugo vel eidem sorti et condicioni utrumque alligatum et obnoxium fuisse. Minus recte vero addit, adlusisse Apuleium ad contuberuales in una cella habitantes, quum servus et serva tantummodo ita nominentur, qui, quum coitu mutuo utantur, etiam in una cella habitaverint et uni servitutis iugo sint subpositi. [Sed asinus et equus semper copulati fuerunt inde ab temporis momento, quo ab latronibus ad onera portanda erant surrepti, et quum praeter ea nulla essent latronibus iumenta, quasi iugum efficiebant.]

Cap. IV. *cogitationibus.* Alteram lectionem *agitationibus* praeferendam esse Oud. putat, metaphora desumpta a mari, quod ventis aestuque vario agitatum fluctuat, ut apud Ovid. Heroid. VII. 39. cf. ad Met. XI. p. 814. Met. I. p. 42. *si quid aliud cogitarit*, ubi Oud. item *agitarit* praeponit. [De significatione vocis *agitare* vel *agitare mente, cum animo* cf. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. XVIII. 54. p. 102. Dr. ad Liv. XLIV. 18. 1. Duk. ad Flor. IV. 2. 83. Manut. ad Cic. Epist. ad Famil. VI. 1. §. 2. Lindem. ad Plaut. Trin. II. 1. 35. At hic equidem *cogitationibus* potius comprobo. Errant enim, qui *agitare* et *cogitare* idem significare putent, quum *agitare* de rebus tantummodo dici queat, quae animum graviter afficiunt et stimulant et maris instar, quod ventis impellitur, concitant, de animo igitur quasi fluctuante. Idemque significat *agitatio*. Hinc puto *agitationibus* hic superfluum esse, quod in *fluctuare* iam inest notio

crebro suspiciens meum, iam misellam puellam parturibam. Sed ille, qui commodum falsam de me notoriam pertulerat, expromtis mille aureùm, quos

meum suspiciens G. 2. D. P. *meam* Iunt. 2. ex operarum errore. *parturibam* F. 3. G. 1. Iunt. 2. In cett. codd. et omnibus edd. *parturiebam* cf. ad Met. IV. p. 247. *bullis ingentibus scaturibat. commode* P. p. G. 1. a m. p. (quod a m. s. in *commodum* correctum est.) *falsa de me notoria* G. 1. 2. P. D. φ. f. O. In ceteris, ut etiam in F. 3. est *falsam de me notoriam. Notaria* in sola extat Ed. Basil. 2., quod aliquoties in Mss. aliorum scriptorum invenitur. Hic tamen ab auctoritate codd. standum est. *aurum* F. 1. 3. Optime. cf. ad Met. II. p. 146. *mille nummum deponentur.* In cett. omnibus *aureis.*

animi graviter commoti et fluctuum instar aestuantis. *Cogitationes* vero sunt, quibus ita vehementer concitatus Lucius erat, de fortunae iniquitate, de sortis suae acerbitate. Eadem ratione dixit Met. IV. p. 237. *cum in isto cogitationis salo fluctuarem.* et XI. p. 814. *cogitationis aestu fluctuantem.* IX. p. 629. *mentis salo et cogitationum dissensione.* Inde cum optimis codd. lectionem *cogitationibus* retinui.]

suspiciens. Recte Oud. offendit in vocabulo *suspiciens*, quod quomodo dici possit, non capit: quum asinus non altior sit capite. Hinc putat, Apuleium *suspicere* posuisse pro obliquum et a latere adspicere, ac fere respicere. [Sed hoc nullo loco potest comprobari. Hoc unum est, quod afferri liceat, ut *suspicere centrem suum* de asino dicatur, qui totum corpus perlustrat, ab extrema parte incipiens ad summam, nos: *von unten bis oben.* Ceteri interpretes sicco pede locum transierunt. Rodius vertit: *und ich blickte so wehmüthig nach meinem Bauche hin.*]

falsam de me notoriam. Colvius ad hunc locum haec adnotavit: Glossae veteres: *ex notoria ἐκ τοῦ ἀναφορίας.* Item *Μήνυσις indicatio, notoria, indicium,* ubi etiam vulgatum *Notaria.* Sed *notoria* et *notaria* indifferenter. Adi Cuiacii Observ. L. I. et III. Oud. addit Salm. ad Trebell. Poll. Claud. c. 17. *quam quod notoria tua intimasti* et Theodor. Marcil. ad Suet. Tit. c. 3. [Aliquot codd. plurali numero dant *falsa notoria,* quibus non obtemperandum est. Valde enim adhuc de forma *notorium* dubito, quae uno tantum, quantum equidem scio, Paul. Dig. XLVIII. 16. 6. loco defenditur: *Nunciatores, qui per notoria, indicia produnt, notoriis suis adsistere inbentur,* ubi potius *notorias* legerim. In ceteris omnibus locis vel *notoria* feminino genere invenitur, aut per terminationem colligi nequit, *notoria* an *notorium* in usu fuerit, an utrumque. Sed *notoria* etiam Glossae p. 333. *notoria ἀναφορά* et Gloss. Isid. p. 678. *Elogium textum malorum dictorum, quod Notoriam dicunt.* Elmenh. in indice haec profert: Isti accipiunt pro indiciis, quibus crimina ad magistratus referuntur, Brisson. de verb. significat. sic in collatione Carthaginiensi p. 11. 12. 118. Praeceteris in usu est Augustino vocabulum, qui ubique *notoria* dicit cf. Brevic. Collat. cum Donat. coll. dic. 2. c. 2.: *secundo loco recitata est notoria, quam pridie dederant* ibid. c. 3.: *etiam hoc iis responsum est, quod notaria sua ideo se petisse dixerant. edi sibi Catholicorum mandatum* et ad Donatist. post Collation. c. 24. sect. 40. *obliti sunt, quod in sua notoria posuerunt,* ubi editi omnes *notaria,* Mss. vero constanter toto hoc libro *notoria.* cf. Lectt variantes ad T. IX. p. 2. p. 1230. edit. 2. Paris. apud Gaum. fratr. Et saepius in epistolis: Epist. CXXIX. T. II. P. I. p. 566. ibid. p. 570. *in notoria sua.* Epist. CXXXIII. p. 591. *sed illorum notoria.* Epist. CXXXIV. p. 594. *praemissa notoria ad iudicia legesque perduxit.* De vocabulo cf. Du Cang. lexic. med. et inf. latin. Wower. Polym. VI. 11. et Voss. in Etym. s. v. *notescere.*]

aureum. [Hanc formam contractam, quae in monetarum potissimum nominibus ut *denarium, nummum,* usitata erat, ex optimis codicibus restitui, praesertim quum Apuleius hanc contractionem amasse videatur cf. quae dicam ad Met. XI.

Digitized by Goo

insutu laciniae contexerat, quosque variis viatoribus detractos, ut aiebat, pro sua frugalitate communi confe|rebat arcae, infit etiam de salute commilitonum sollicite 453
sciscitari. Cognitoque, quosdam, immo vero fortissimum quemque variis quidem sed impigris casibus oppetisse, suadet, tantisper pacatis itineribus omniumque proe-

insutu F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. (in F. 1. non est *in suta* seiunctum scriptum, ut in excerptis Elm. erat.) *in situ* p. f. *insutos* P. teste Wower. Florid. (neque vero Elm., ut Oud. adnotat) probante etiam Pric., uti etiam Burm., qui sic laudat ad Petron. c. 113., ubi itidem, ut hic, aurei erant insuti *suturae tunicae*. At in P. non *insutos* extat, sed corrupte *quos conxutas insuta lacinia*, non addito verbo *contexerat*. *Insuta lacinia* Vulc. 2. Elm. cett. codd. et edd. *in sinu*. *quousque variis* O. *varuus* D. a m. p. pro *variis*. *detracto* P. *fragilitate* δ. f. *ferebat* f. *conferebat*. *Arcae* G. 2. D. *arte* G. 2. a m. p. *arce* a m. s., quod idem extat in Vicent. et Venet. 2. *arcae* plane omittitur in P. *etiam* abest a P. *sisitari* G. 1. *adpetisse* F. 3. *aperisse* G. 2. P. P. O. a m. p. *oppetisse* F. 1. G. 1. a m. p. sed a m. s. videtur supra scriptum. *operisse morti*. *Opperisse* f. *oppetisse* Elm. Scriv. et Florid. In longe plurimis codd. (?) et edd. vett. *adoppetisse* praeter Iunt. 2., quae *oppetisse* habet. *paratis* G. 1. a m. p. *tantisque* pro *tantisper* G. 1. 2. P. D. *omnium praeliorum* omissa *que* particula Iunt. 2.

p. 762. inferùm *deplorata silentia*. Neque puto, librarios in hac ipsa forma offendisse, sed potius in inusitatiori construendi ratione, ut *mille aureùm* dicatur pro *millibus aureùm*, et haec erat caussa, cur idem corrigerent librarii Met. III. p. 146. pro *Mille nummum deponentur, mille nummi*. Sed res est notissima cf. Cic. pro Milon. c. 20. §. 53. *quo in fundo propter insanas substructiones facile mille hominum versabatur valentium*, ubi equidem ex Pompeio Grammat. Lindem. p. 203. *versabantur* praefero, ut Livius XXIII. 44. §. 7. *mille fere passuum inter urbem erant castraque*, quod male emendant in *erat*, nec satis ingeniose Gronov. I. de Pecun. Vet. 10. p. 45. supplendum putat *mille fere passuum campi inter urbem erant castraque* et XXIV. 41. §. 10. *plus mille hominum capti*, quod e cod. Florent. a m. p. retinendum est. Nam nisi veteres ita dixissent, quomodo Apuleius *expromptis mille aureùm* dicere potuisset? De constructione vocabuli *mille* cf. Dr. ad Liv. XXXVIII. 9. §. 10. Oud. ad Caes. B. Civ. III. 843. ubi doctior est lectio *equitum mille*.]

insutu. Elegantior et a captu librariorum alienior adeoque multo verisimilior est lectio optimorum codd. *insutu*, quae etiam ceterorum Mss. et Edd. scripturae *in sinu* propius accedit. Eam iam citavit Falster. in Supplem. Ling. Lat. Saepe enim monendum fuit, auctorem passim uti nominibus quartae declinationis, et inter haec illis, quae nunc rarissime vel nusquam alibi reperias cf. ad Met. III. p. 209. *eam reformatam video*, ubi alii codd. in *reformatu* scribunt. [Eandem lectionem probat Cort. ad Lucan. VI. 317. quem vide.]

communi conferebat arcae. Colvius excitat locum Papinian. Dig. LXXXII. pro socio: *Iure societatis per socium aere alieno socius non obligatus nisi in communem arcam pecuniae versae sint*. Inscript. Gruter. fol. 175. EROGENTUR. EX. ARCA. COLLEGII. Oud. addit Cic. Verr. Act. II. lib. IV. c. 8. §. 17. ubi cum Graevio legit: *communis arcae et privatae rei sociorum*, sed melius scribitur *communi arce sociorum*.

oppetisse. Haec lectio est ea, quae ex Mss. restitui debet, nec caussa est, cur alii *adoppetisse* praeferant, quam scripturam glossema esse Oud. bene explicuit, natum, ut putat, ex varia lectione *ad* et *op*, simul posita. [Talia igitur verborum monstra lexicis sunt plane exstirpanda, quae ex perversa lectione fere omnia nata sunt: ut *incognoscere* apud Apul. Florid. p. 93. ubi cf. Ita *adcognoscere* ex diversa lectione ortum est apud Tertull. ad Uxor. II. 6. *et non hinc praeiudicium damnationis suae adcognoscet*, ubi nunc legunt *agnoscet*, ego vero *cognoscet* legerim, quia exspectabant librarii *agnoscet* et hinc pro diversa lectione supra scribebant, nec aliter advers. Marc. IV. c. 20.

Digitized by Google

liorum servatis induciis, inquisitioni commilitonum potius insisteretur, et tirocinio novae iuventutis ad pristinae manus numerum Martiae cohortis facies integraretur. Nam et invitos terrore compelli, et volentes praemio provocari posse, nec paucos humili servilique vitae renuntiantes, ad instar tyrannicae
454 potestatis sectam suam conferre malle. | Se quoque iam dudum pro sua parte

indiciis D. *inquisitioni* F. 1. 3. P. G. 1. 2. O. D. p. f. Elm. Scriv. Florid. In cett. *inquisitionibus*. *insisteret* f. *praecocari* G. 1. *posse* abest in B. *ad instar* F. 1. 3. G. 1. 2. P. O. p. f. B. Iunt. 2, Elm. Scriv. Florid. In ceteris legitur *instar*. *tyrampnicae* G. 2. *senectam* pro *sectam* R. f. φ. *secta* D. *tuam* R. f. *male* G. 2. P. D. *sed quoque* G. 2. D. Beroald. Bas. 1. *sed se quoque* G. 1.

p. 434. A Rigalt. corrigendum: *quem agnoverant daemones* et Petron. c. 69. p. 446. *agnosco inquit Cappadocem.* Eodem modo peccavit Glossator Philox. p. 6. *adcognoscit* pro *agnoscit*, ἐπιγινώσκω, quod aperte indicant Glossae Cyrill. p. 466. ἐπιγινώσκω *agnosco, pernosco, cognosco* et ἐπίγνωσις *agnitio, cognitio*, unde apparet, utrumque *agnosco* et *cognosco* in unum esse conflatum et ibid. p. 6. ineptius legitur *adagnoscis* ἐπιγνώσκεις pro *agnoscis*. Ἐπιγινώσκειν enim quum Latinorum *cognoscere* et *agnoscere* respondeat, utrumque est commutatum. Nisi velis ponere, ab mediae aetatis scriptoribus hoc vocabulum esse formatum et hinc in glossas et codd abiisse. Certe *adcognitare* his auctoribus usitatum est, ut Hincmar. Rem. opuscul. 5. de coercendis militum rapinis: *quarum exemplar dominationi vestrae transmitto, ut secrete eum teneatis et ad aliquem diem iubeatis venire fideles vestros, dicentes, quae eis adcognitare vultis* cf. du Cang. Gloss. med. et inf. latin. s. v. *adcognitare*. *Adcognoscere* apud hos scriptores non invenitur. Hinc *oppetere* nostro loco unice probatur. Est *mortem oppetere* cf. Intt. ad Virg. Aen. I. 97.]

pacatis itineribus. Colvius legendum coniecit *pausatis itineribus*, quia pausa iam itineribus aliquamdiu facta esset. Sed inepte. Nec enim volebat ille sua intermitti itinera. Quomodo enim tunc conquirere potuissent novos socios? sed agi suadebat itinera sine proelio et ferro *pacata*, servatisque induciis. Auctor usurpat omnia verba in re militari obvia, quia latronicium stipendium habetur et expeditiones militares.

inquisitioni. Contra optimos codd. pluralem hic praeposuit Oud., quem equidem reieci. Praeterea mavult *conquisitioni*, quia *inquisitio* magis propria sit indagationis latronum, ad eos delendos vel fugitivorum. cf. Met. VII. p. 447. *quatenus latrones placeret inquiri*; *conquisitio* autem passim vocetur supplementorum adscriptio, in repotissimum militari, quique eum peragat, *conquisitor* sive, ut Frontin., dicatur *delector* IV. 1. §. 3. ubi cf. Dr. ad Liv. XXIX. 35. §. 10. *intentissima conquisitione ad XXX. M. pactum confecisset* [ubi recentiores edd. et codd. sublestae fidei peccant in *inquisitione*. Hic tamen contra Mss. nihil muto. *Inquisitio* enim est accurata et diligens novorum commilitonum investigatio, in qua omne studium imponere volunt. Hinc mihi probatur singularis, qui significantior est, non singulas inquisitiones exprimens, sed totam diligentem operam, quae in iis collocatur. *Conquisitio* tantum coactionem quasi et coniunctionem latronum ubivis latentium significaret.]

humili servilique vitae renuntiantes, ad instar tyrannicae potestatis sectam suam conferre malle. Haec lectio est omnium fere codicum, quorum alii in eo tantum peccant, quod *instar* pro *ad instar* praebent, de qua locutione videas ad Met. I. p. 78. *ad instar solitudinis et scopuli.* Sententia Oud., quam item in Miscell. Observ. Vol. II. T. III. p. 455. exposuit, de hoc loco haecce est: Verum non intelligo, quid sit *conferre sectam suam ad instar potestatis tyrannicae.* Hoc nihil aliud significare potest, nisi *comparare eam potestati tyrannicae*. Sed hinc non sequitur, eos

quemdam convenisse hominem, et statu procerum et aetate iuvenem, et corpore vastum, et manu strenuum, eique suasisse ac denique persuasisse, ut manus hebetatas dintina pigritia tandem referret ad frugem meliorem, bonoque secundae dum posset

e G. 1. a m. p. pro *et*, quod a m. s. correctum est. *statu procerum* inveni et edd. vett. Elm. Fl. 3. G. 1. *statura* G. 2. P. D. et sine dubio in cett. quoque codd. Wow. Pricaeus, Florid. *stremium* D. pro *strenuum*. *diutina* in G. 1. a manu eadem in margine additum est, quum in contextu non compareat. *deferret* G. 1. O. *molliorem* G. 2. D. *bonorumque* G. 2. P. D. *boneque* t. *bonoque scelere frueretur* O. Et ita etiam G. 1. sed *scelere* a m. s. additum est, quum prius lacuna, quae ex rasura videtur profecta, esset; *frueretur* dein a m. p. lineolis expunctum est. In margine glossa addita est, quam equidem non intelligo, a manu secunda: ut non sit ita canalis in largiendo, thesaurus ymo sit avarus. *scelere* sine dubio ex male intellecto compendio ortum est *fede* i. e. *secundae*.

quoque velle ea potestate uti, qui sensus auctoris esse debet, eique etiam adfingitur a Beroaldo et Florido. Hunc ergo ut exprimamus, post vocem *renunciantes* addi quoque debet *se*, nisi velis recipere e Fulv. Reg. et Fux. *senectam*. At *iuventus* potestati tyrannicae exercendae aptior est, quam *senectus*. Ac rarissime latrones fiunt senes, nec ea spe rapinas suas exercent, ut in senectute iis vivant, instar militum veteranorum, de quibus hinc Caesar apud Lucan. I. 343. *Conferet exsanguis quo se post bella senectus*? Neque eam fuisse mentem nostro, abunde e seqq. patet. Corruperunt librarii *sectam*, quia videbant casum verbi *conferre* deesse. Optime vero cuncta procedunt: *Malle se conferre ad instar* sive imaginem *tyrannicae potestatis*, *sectam suam* per adpositionem. Latronum secta est instar tyrannidis. [Ea mente vertit interpres Francogallicus: qu'il y en avait beaucoup, qui, las d'une condition basse et servile aimaient bien embrasser un genre de vie, qui tenait de la puissance et de l'independance des Rois et Rodius: *dass sehr viele herzlich gern freiwillig zu ihrer Gesellschaft übergehen würden, um sich nur dem Joche der Knechtschaft zu entziehen, und bei ihnen ein freies Herrenleben zu führen.* Unum vero me impedit, ne hanc Oud. explicationem comprobem, quia, si haec dicere voluisset auctor, potius exspecto, *ad sectam suam, instar tyrannis potestatis*, quam vice versa, vel certe *ad* repetendum erat. Huc accedit, quod *ad instar* apud Apuleium semper significat ad similitudinem et adverbii vices sustinet, ita ut mirum sit, si *ad* hic a verbo *conferre* pendeat, quod ii librarii iam testantur, qui *ad* omittunt. Bernhardyus, V. Cl., quem eo de loco consului, voluit *sectam suam conferre* esse sectatores se praebere, et sectam suam ita evehere, ut potestati tyrannicae instar sit; quae sententia omnino comprobatur.]

statu. Oud. quamquam scriptura *statu* probetur, quam ex Colum. VII. 9. §. 2. *Scrofae probantur longissimi status*. ib. 12. §. 9. *status longior productiorque*. VIII. 2. §. 9. *in gallinaceis status altior quaeritur*, tamen quia hic separatim de corporis mole sit locutus, dicens *corpore vastum*, magis placet ei cum aliis lectio *statura*. [At egregie errat Oud. Nam hic non de corporis mole *status* intelligendum est, sed de figurae et fili corporis proceritate; de obeso corpore deinde sermo est. *Status* vero idem est, quod *statura*. cf. Buenem. ad Lactant. Institt. VII. 9. §. 11. p. 907. Etiam sufficiunt exempla, quae ex Colum. allata sunt, cui addas Colum. I. 9. *Longissimum quemque aratorem faciemus: mediastinus qualiscunque status potest esse, dummodo perpetiendo labori sit idoneus*. Ita vice versa *statura* pro *status* dixit Augustin. enarrat. in Psalm. LXVIII. 8. T. IV. P. 2. p. 1008. B. edit. alt. Paris.: *Erecta quippe statura exspectat spem repositam sibi in coelo*, qua sententia Lactantius semper *status rectus* dicit cf. Buenem. ad l. c. Plura exempla praebebit du Cang. Gloss. Lat. s. v. *status*. Ita apud Tertull. de Spect. c. 12. *captivos vel mali status servos mercati in exequiis immolabant* recte suppleri ex cod. Agobardi puto, et de servis imbecillis et distortis intelligo, qui ad opera facienda minus erant idonei.]

Digitized by Google

fruerctur valetudinis, nec manum validam erogandae stipi porrigeret, sed hauriendo potius exerceret auro.

CAPUT V.

Talibus dictis universi omnes assentiere, et illum, qui iam comprobatus videretur, adscisci, et alios ad supplendum numerum vestigari statuunt. Tunc

valitudinis G. 1. 2. D. et edd. vett. pro more. *manuum validam* Elm. sine dubio errore typothetarum. *ac manum* p. *nec manu* F. 3., quod negligentiae librarii tribuo, qui virgulam omisit. Nam, si lectio sana esset, emendari deberet *manu validus*. *vallidam* G. 2. *stipe* G. 1. a m. s. *hauriendo* Vulc. 2. Elm. et F. 1. (quod levitate Lindenbrogii plane neglectum est.)

uniuersim G. 1. Vulc. 2. Elm. et seqq. edd. exceptis Pricaeo et Florido. *assentiere* F. 3. G. 2. D. P. *assentire* G. 1. Deest omnino hoc verbum in f. In cett. codd. et edd. legitur *assensere*. *ille* p. *abscisci* G. 1. 2. (P., ut excerpta Gruteri in marg. edit. Colv. testantur, habet *absesci*, quod denique D. corrupit in *abscidi*.) *et* ante *alios* non comparet in *f*. *vestigari* F. 3. G. 1. 2. D. O. *f. d.*, quod melius est ex Pricaei iudicio, sicut et Wasseus *i* superscripsit. In cett. codd. et omnibus edd. *vestigare*.

exerceret. [Male hic Stewechius emendavit *exsereret*, iam ab Oud. vituperatus, qui citat Lucan. III. 691. *incertasque manus, ictu languente, per undas exercent*, ubi vide Intt. Mamertin. in Genethl. c. 2. *Virtutum motus et impetus vis divinitatis exercet.* Creberrima sane est utriusque vocabuli in Mss. confusio; cf. Intt. ad Suet. Tib. c. 11. *ius exercuit.* Ita emendanda Placidi Glossa p. 457. Mai: *exerte prolate exerere* (in cod. *exercere*) *enim proferre est, vel expedire*, quod idem testatur eadem pag. *Exerat, proferat. Primum verbum est exero activum; facit enim exeror passivum, et nomen est exertus* et p. 459. *Exerti autem dicuntur, qui virtutem suam exerunt et in promptu habent* et p. 460. *Exerimus, proferimus.*]

Cap. V. *universi omnes.* Corruptio *universim omnes* librariorum est, quos hic pleonasmus offendebat; non considerantes saepius ita legi. Oud. citat de his et similibus Burm. ad Lucan. III. 587. Duk. ad Flor. II. 12. et sua dict. ad Caes. B. C. III. 61. [cui adde Cort. ad Plin. Epist. II. 17. p. 163. Gronov. ad Gell. XIII. 30. p. 196. ed. Conrad. et Taubm. ad Plaut. Trin. I. 2. 134. *gregem universum voluit totum avertere.* IV. 3. 39 sq. *nam id genus hominum omnibus universis est adversum.* Gell. XIX. 12. §. 1. *in qua fere omnes memoriae nostrae universos ... praestitit*, ubi tamen lectionem *omnis memoriae nostrae* alii praeferunt.]

assentiere. [Mirum est, quod optimi codd. formam *adsentiere* constanter reservant, quam non recepissem, nisi eadem exstent apud Liv. XLI. 24. §. 19. *Quum iidem huic orationi, qui litteris regis adsentierant, assentirentur*, ubi interpretes *adsentierant*, quod omnes codd. praebent, aut expungunt, aut *assensi erant* vel *assenserant* corrigunt. Hunc locum sanum esse iudico, quia idem probat Apuleius, unde ponendum est, duplicem extitisse apud veteres formam, quarum altera, quantum scio, his duobus locis sustentatur, nisi forte in aliis quoque ob formae insolentiam et librarii et interpretes peccaverint.]

illum adscisci et alios ... vestigari statuunt. [Prave Stewechium abripuit innovandi prurigo, *investigare* contra omnes codd. et edd. praeferentem, quod verbum apud Apuleium ne in usu quidem esse, ad Met. VI. p. 382. probavi. Alia vero est lectionis discrepantia, quae gravior videtur esse. Aliquot enim codd. praebent scripturam *vestigare*, quam sine ulla haesitatione in textum recepissem, nisi optimi codd. omnino refragarentur. Notum enim est, activam passivamque constructionem in infinitivis a scriptoribus iungi, de quo usu nonnulla profert Oud. ad Caes. B. C. I. 32. *omnia permisceri, quam imperium dimit-*

profectus et paululum commoratus, ille perducit immanem quendam iuvenem, uti fuerat pollicitus, nescio an ulli | praesentium comparandum. Nam praeter 455
ceteram corporis molem toto vertice cunctos antepollebat, et ei commodum lanugo malis inserpebat, sed plane centunculis disparibus et male consarcinatis semiamictum, inter quos pectus et venter crustata crassitie reluctabant. Sic

producit G. 1. 2. D. solita aberratione. *ducit δ. iuvenem* desideratur in O. *nulli* G. 1. O., *n* prioris vocabuli littera finali prave repetito. *comparandus* G. 1. O. *π. praeteream* pro *praeter ceteram* [ex compendio *cet'am* cf. Liv. II. 59. §. 11.] *cuncto* D. *antepollebant* D. *enim commode* pro *ei commodum* p. *centuncillis* F. 1. *centumculis* Vicent., in cuius margine a viro docto *centunculis* correctum est. *sarcinatis* G. 1. O. f. *crastata* P. *castrata* G. 2. D. *crassitudine* P. et B. ex interpretamento. *reluctabat* f.

tere mallent ubi nostrum locum Oud. corrigit, cf. Tacit. Ann. III. 12. *nam quo pertinuit, nudare corpus et contrectandum vulgi oculis permittere, differrique etiam per externos*, Dr. ad Liv. III. 51. §. 2. VIII. 34. §. 9. Dr. ad Sil. VI. 413. Oud. ad Lucan. X. 347. ad Front. II. 5. 46. Kritz ad Sall. Cat. LI. §. 43. Ded. ad Dict. Cret. II. 2. Gloss. p. 270. cf. Arnob. VII. c. 21. *Quia generis certi hostias certis ius est consecrare numinibus certaque et supplicamenta praestari.*]

ulli praesentium comparandum. Minus bene Pric. per *praesentium* intelligit omnes, qui tunc vivebant homines atque aevum agitabant; quum potius sint praesentes ibi latrones, quos cunctos praestabat, qui cum illo comparandi non erant. Sic enim vice versa haec verba, *conferre, comparare, compensare, mutare* construuntur dupliciter, de qua constructione Oud. adiri iubet dict. sua ad Caes. B. G. I. 31. ibique Dav., Lamb. ad Hor. Od. II. 16. 19. quosque laudat Burm. ad Vell. II. 12. et Ovid. Heroid. III. 51. [Gron. Observ. IV. 13. Intt. ad Ovid. Met. VII. 60, quos Ruhnk. citat Dict. ad Ovid. Heroid. l. c. p. 20. Heind. ad Horat. Sat. II. 7. 109.]

toto vertice cunctos antepollebat. [*Toto vertice* idiotismum appellat Elm. negligentia vix excusanda ductus. Lindenbrogius enim, cuius adnotationes ad marginem edit. Vulc. 2. pro suis Elm. venditabat, margini adscripserat: *Idiotismus*, quem tamen non ad *toto vertice* voluit referri, sed ad *antepollebat*, id quod lineola insignitum est, quia hoc vocabulum Apuleii tantummodo videtur esse proprium nec alibi, quod sciam, invenitur, nisi Met. I. p. 26. *quae civitas cunctae Thessaliae antepollet.*]

lanugo malis inserpebat. [Eadem ratione dixit Apuleius Apol. p. 535. *decenter utrinque lanugo malis deserpat*, et Graeci eadem venustate ἕρπειν, ubi vide Pric. *Serpere* enim omnes res dicuntur, quae leni vel tortuoso meatu tacite prolabuntur et irrepunt. ut *flumina*, quae pedetentim progrediuntur, cf. Cort. ad Lucan. I. 215., Apul. de Mund. p. 297. *per quae serpunt et erumpunt et scatent flumina.* De plantis luxuriantibus apud Plin. XXVII. 20. 33., quae arborem vel terram molliter amplectuntur cf. Voss. ad Virg. Ecl. VIII. 13. *et hanc sine tempora circum Inter victrices hederam tibi serpere laurus.* Firmic. de relig. prof. p. II. ed. Lugd. ann. p. 1652. Illic *albae hederae passim per terram molliter serpunt.* Ita ex codd. optimis apud Lucil. Aetn. 366. legendum est: *Aut Aquilone fremunt silvae, dant brachia nodo Implicitae ac serpunt vinctis incendia ramis*, ubi male legunt *fervent. Serpere* enim *incendia* bene dicuntur per vireta inter sese coniuncta et per humum repentia. Quae enim Scaliger contra lectionem protulit, non satisfaciunt. Et Virg. Ecl. I. 54. emendo: *Hinc tibi, quae serpet (codd. semper.) ricino ab limite, saepis Hyblaeis apibus florem depasta salicti* cf. Censuram meam ed. Virg. Forbig. in Iahn. Annal. T. XXVI. fasc. 2. p. 161 sq.]

crustata crassitie. [De *crustata* cf. Intt. ad Lucan. X. 114. *Crassities*, quod, quantum scio, Apuleius solus habet,

Digitized by Google

introgressus: Avete, inquit, fortissimo deo Marti clientes, mihique iam fidi commilitones, et virum magnanimae vivacitatis volentem volentes accipite,
[190] libentius vulnera corpore exci|pientem, quam aurum manu suscipientem ipsaque morte, quam formidant alii, meliorem. Nec me putetis egenum vel abiectum, neve de pannulis istis virtutes meas aestimetis. Nam praefui validissimae manui, totamque prorsus devastavi Macedoniam. Ego sum praedo famosus Haemus ille Thracius, cuius totae provinciae nomen horrescunt, patre Therone atque latrone inclyto prognatus, humano sanguine nutritus, interque ipsos manipulos factionis educatus, heres et aemulus virtutis paternae.

habete pro *avete* F. 3. *clientos* G. 1. *volentes* non comparet in G. 1. *accipitis* p. *corpore vulnera* p. *corpore* exulat a f. *libentius accip. libentius*, altero punctis subscriptis deleto, extat in D. *suscipientem* Ed. Beroal. solito errore. *ipsamque mortem* G. 1. O. *meliorem* G. 2. *extimetis* G. 1. 2. D. J. *validissimae* G. 2. *manu* f. *toti* f. *Maacedoniam* G. 2. *haemulus* Venet. 4. *terane* D. *aeque* pro *atque* ex conjectura Lips. Mod. Groslot. Salmas. Roaldi receperunt Vulc. 2. Elm. Scriv. Florid. contra Mss. nisi sit in p. et contra edd. ceteras citra necessitatem. *indito* G. 1. a m. p. Verba inde ab *interque* usque ad *paternae* cuncta desiderantur in G. 1. 2. D. P. O. f. π. *aemulis* Vicent. *virtus pat.* Venet. 2.

testantur Gloss. Vulc. p. 32. *crassities πάφος* (vel potius *πάχος*.) De vocabulis V. declinationis in *es* Apuleio adnuatis cf. ad Met. V. p. 371.]

ipsa morte meliorem. [Nugatur hic Beroaldus, qui haec adnotat: *Mortem* scriptores *bonam* appellant, quoniam finis est aerumnarum et requies malorum: quod quid hic sibi velit vix intelligi potest. At videtur ille lectionem cod. d'Orvill. secutus fuisse, qui *ipsamque mortem meliorem* praebet, ut homo intelligatur, qui vel ipsam mortem manu adpetat et suscipiat.] Sed recte explicant Pricaeus et Florid. post Casaub. ad Apol. p. 163. *θανάτου κρείττων*, de homine, qui morte est superior eamque contemnendo superat, ut Hegesipp. II. 18. dicit: *formidabilem cunctis subiiciens sibi mortem. Bonus, melior, optimus* passim de strenuitate bellica et virtute militari et de quaque fortitudine, in qua quis alterum vincit, usurpantur. [cf. Dr. ad Liv. IV. 2. §. 2. VII. 9. 8. ad Sil. X. 76. Virg. Aen. X. 735. Bentl. ad Hor. Epist. I. 10. 34. ibique Obbar. Iutt. ad Tac. Ann. I. 3.]

abiectum. [Barth. Advers. III. 17. p. 142: *Abiectus* Latio sonat despicabilem, ab omnibus spretum. Apul. VII. *nec me putetis egenum vel abiectum.*]

Haemus ille Thracius. [Interpres francogallus ad hunc locum haec adnotat: Ce nom tiré de *hema* en Grec, qui signifie sang, convient bien à un voleur et à un meurtrier. cf. de hac nominum propriorum significatione apud Apuleium, quae exposui ad Met. II. p. 122. *Trisgnotus. Thracius* vero propter ferocitatem et barbariam nominatur. cf. Turneb. Advers. III. 16.]

Theron. [De hoc praedonis nomine, quod in fabulis Milesius saepius reperitur cf. Charit. I. 7. p. 14. *Θήρων γάρ τις ἦν, πανοῦργος ἄνθρωπος, ἐξ ἀδικίας πλέων τὴν θάλασσαν καὶ λῃστὰς ἔχων* et d'Orvill. p. 202. et p. 247. ed. Lips., qui nomen deducit a *θηριότητι* a *morum feritate.* Interpres Francogallus: Théron. Autre nom de voleur, qui signifie bête féroce. Hinc potius putaverim ex Milesiis scriptoribus Apuleium hoc nomen desumpsisse, quam ex Virg. Aen. X. 312., quae sententia est Pricaei: *Occiso Therone virum, qui maximus ultro Aeneam petiit,* ubi Servius haec adnotat: Hoc nomen tantum in Pindaro lectum est, ad quem locum cf. Burm. Invenitur praeterea Claudian. de Consul. Stilich. III. 250. *telisque domat quae Maenala Thero* et 309. *Speluncas canibus Thero rimatur Iberas.*]

Therone atque latrone. [Particula *atque* quum offensioni esset interpretibus, omnium optime coniecerunt *aeque.* Sed *atque* puto bene posse hic defendi, quippe quod et *quidem* significat, unde non raro *atque quidem* dicitur; cf. Oud. ad Suet. Ner. 10. Plura exempla praebebit Hand. Tursell. I. p. 467 sq. Attamen locus observandus est.]

CAPUT VI.

Sed omnem pristinam sociorum fortium multitudinem magnasque illas opes exiguo temporis amisi spatio. Nam procuratorem principis ducenaria perfunctum, dehinc fortuna tristiore decussum, praetereuntem me orato fueram ag-

omnium f. exigui G. 1. a m. p. *amnisi* G. 2. *ammissi* D. *amissi* G. 1. Vicent. *praetereunte* F. 1. 3. G. 1. 2. B. D. P. *d. π.* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. *praetereuntem* omisso *me* φ. Venet. 4. Paris. Iunt. 2. et ita in cett. codd. legi videtur. Recentiores quoque edd. habent *praetereuntem, me orato* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. p. *d. π.* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *morato*, quod Elm. ex B. protulit, ibi non comparet, sed *in orato. praeterire me orato* O. *me coram* Beroald. Iunt. 1. Aldin. Col. *praetereuntem coram* R. Vulc. 2. Iunt. 2. Bas.

Cap. VI. *ducenaria perfunctum.* Dicti sunt procuratores *ducenarii*, qui ducenariam mercedem procurationis sive ducena sestertia accipiebant in stipendium seu salarium; cf. Oud. ad Suet. Claud. c. 24. *Ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis indulsit.* [Omnium optime de his procuratoribus exposuit Salm. ad Capitol. Pertin. c. 2. T. I. p. 533, cuius verba de nostro loco liceat adscribere: Miror, cum lego *procuratorem ducenariae* ex septima Apuleii Milesia citari, quasi aliquis ducenariae procurator fuerit, aut quasi ducenaria aliqua exactio fuerit. Atqui *ducenariae procuratorem* non nominat Apuleius, sed procuratorem principis ducenaria functum dignitate. At *ducena dignitas* eius est, qui ducena stipendii nomine accipiebat. *Ducena dignitas* in militia alia erat et ab alia origine, sicut et *centena.* Haec protulit Salmasius. Saepius enim *dignitas* vocabulum non solum in his, sed in aliis quoque locutionibus videtur esse omissum, quod quum librarii nescirent, contextui scriptorum eandem vocem intrudebant. Ita fortasse explicari potest locus Capitol. vit. Anton. Philos. c. 3. *tantum autem studium in eo philosophiae fuit, ut ascitus iam in imperatoriam dignitatem*, ubi a Palatinis duobus vox *dignitatem* non agnoscitur, adscriptaque eis a manu est recentissima cf. Gruter. ad h. l. cf. praeterea Burm. ad Petron. c. 45. p. 289.]

praetereuntem me orato. Haec lectio est omnium fere optimorum codicum, quam in textu reponi iubebam, quia quid melius substituendum sit, non constat. Hic locus eorum est, quos infinitis paene coniecturis viri docti sanare studuerunt, quorum nunc videamus emendationes. Diu editiones occupavit correctio Beroaldi, quam Stewechius suam fecit: *praetereuntem incoram*, de cuius vocabuli usu et significatione accuratius ad Met. VII. p. 488. exponam. Sed bene iam demonstravit Sciopp., haec propter seqq. ferri non posse, ex quibus patet, procuratorem illum non *coram* et aperte, sed noctu in tugurio fuisse a latronibus petitum omniaque esse direpta. Hinc ipse in Symbolis et Corp. Epist. T. II. p. 52. emendavit: *praetereuntem Orato fueram aggressus*, quam civitatem fuisse Macedoniae fingit. Haec etiam Wow. probavit. At recte monuit Floridus, praeterquam quod nulla huius urbis apud Strabonem, ac ne in Thesauro quidem Ortelii fieret mentio, latrocinium illud non in Macedonia perpetratum, sed in littore Actiaco fuisse, ubi Macedonia delapsi grassarentur. Aliud ergo quaerendum esse vel *Oratum* illud in Acarnania collocandum. Wasseus igitur confecit *praetereuntem rate*, quia in tabernula navi proxima res gesta esset, vel potius *praetereuntem oria* i. e. navi, qua oram littoris legunt coll. Plauto et Fulgent. [Rud. IV. 2. 1. IV. 3. 81. Gell. X. 25. Non. p. 533. Fulgent. s. v. p. 774. ed. Stav. *Oriam dicunt navicellam modicam piscatoriam. Plautus Cacisto: Malo hunc adligari ad oriam, ut semper piscetur, etsi sit tempestas maxima.*] Alii coniecerunt:

Digitized by Google

456 gressus. Sed rei noscendae carpo ordinem. | Fuit quidam multis officiis in aula Caesaris clarus atque conspicuus, ipsi etiam probe spectatus. Hunc insimulatum quorumdam astu proiecit extorrem saeviens invidia. Sed uxor eius

aggressos F. 1. G. 1. (et 2. a m. s. sed a m. p. habet *aggressus*.) *aggrestus* Vicent. vitio operarum. *ipse* pro *ipsi* prave legitur in ed. Pric. operarum errore. *asto* F. 3. *haustu* G. 2. P. *hausta* D. *exteriorem* G. 1.

praetereunte meo patre, praetereuntium incoram, praetereuntem in oratum, praetereuntem oram, Soping. *praetereuntem inopinato*, Modius in marg. edit. Colv. adiecit: fortasse *praetereuntium incoram* et *inconsiderato*. Nihil tamen affirmo. Oud. vero placet maxime vel *oram* (Misc. Observ. V. 1. p. 131.) vel potius Wassei *oria*, quia Plotina appulerit mari et tabernam littori proximam incubuerit. Sed tamen ipse confitetur, huic emendationi obstare litteras *e* et *to* in Mss., quarum ratio in hac emendatione nulla habeatur. Dein mirum esse, Haemum hic dicere, se aggressum esse procuratorem praetereuntem, nec meminisse uxoris, quam tamen dein praecipue et fere solam memoraverit. Hinc suspicatur legendum esse: *praetereuntem cum consorte tori* vel *fortuito*. Vir doctus ad marg. ed. Colv., quam Oud. possidebat, coniecit: *praeter viam de meo irato*, quod vix potest intelligi. [*Inconsiderato* legisse interpretem francogallicum eius versio testatur: Mais j'ai perdu en peu de temps tous mes braves compagnons et les richesses immenses, que j'avais amasées, pour avoir attaqué témérairement un homme; Rodius coniecit: *in ora weil ich den ersten kaiserlichen Finanzminister im Vorbeigehen an der Seeküste angefallen hatte*. Equidem hunc totum locum mutilatum esse puto, ut in narratione excidisse quid existimem. Hoc enim per se intelligi potest, urbis nomen hic latere, et prius quam Actiaca littora appulisset procurator, a latronibus semel iam esse petitum. Huius vero rei in seqq. nulla mentio fit. Vir doctus Ungerus, maluit legi *Orico*, quae tamen urbs ab Actiaco littore nimis remota est, vel *Buttroto*. At semper difficultas restat, quae in dativo vel ablativo inest, quum *praeterire* construi ita nequeat, nec tollitur, si *in Orico* legatur. Hunc igitur locum inter corruptos reliqui.]

multis officiis. [Elm. in indice latin. explicat *officia* officiales sive ministros regis, (cf. Bach. ad Ovid. Met. XV. 692.,) citans Passion. 18. Martyrum: *totam urbem percurrunt officia praeconum*, quamquam accuratius non indicat, quemnam locum innuerit. Bossche putat hunc esse locum, et ita recte intelligit, *officia* hic non ea significatione dici. Equidem tamen aliter existimaverim, Elm. in mente habuisse locum de Mund. p. 347. *Ante fores viri fortes stipatoresque regalium laterum tutelam pervigili custodia per vices sortium sustinebant. Erant inter eos et diversa officia*, idque colligo, quia *regis* ministros Oud. explicat, nostro vero leguntur *Caesaris*. Sed hic quoque propria sua vi *officia* positum esse apparet: *Officia* nostro l. honores et magistratus significat, quibus administrandis clarus ille atque conspicuus fuerat. cf. de Dogm. Platon. II. p. 230. *Ad hoc bonus quisque natura et industria in honoribus et officiis praeferatur, pessimi cives luce careant dignitatis*. Senec. Vesp. 21. *deinde perlectis epistolis officiorumque omnium breviariis* i. e. magistratuum.]

astu. [In cod. optimo Florent. 3. legitur *asto*, quod nulla alia ratione defendi posse puto, nisi ut pro neutro adiectivi *astus* sumatur et callidum quid et astutum significet. Male enim agere mihi videntur, qui hoc adiectivum ex latinitate eiiciunt. Bene defendit Doed. Synonym. III. p. 218., ex loco Accii apud Nonium, cui addi potest Glossa Vulcanii, ex qua patet, hanc formam in usu apud veteres fuisse cf. p. 15. *astutus*, *astus*, *φρόνιμος*. Sed quia frequentior est litterarum *u* et *m* potissimum in termina-

Plotina, quaedam rarae fidei atque singularis pudicitiae femina, quae | decimo 457
partus stipendio viri familiam fundaverat, spretis atque contemptis urbicae

quaedam exulat a G. 2. P. O., unde uncis vocabulum inclusum est per Scriv. et Pric. In D. *quaedam* item non comparet, et *ra rarae* scriptum est. *ratae fidei* G. 1. a m. p. cum glossa interlineari *firmae fidei*. *sumptis* pro *spretis* P. et omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. Basil. *vicitae luxuriae* d., quod corruptum putat Oud. ex scripturae more *urvicae*, nisi inde *citricae* velis reformare. Sed ex uno codice nihil mutandum erit.

tione ablativi secundae et quartae declinationis variatio, contra ceteros quosque optimos codd. mutare quicquam non ausus sum, quamquam res memoranda esse videbatur.]

proiecit. [*Proiicere* saepius de exulibus dicitur cf. Gloss. Phil. p. 172. *proiectus ἔκβολος ἐκβλητός .... ἐκβεβλημένος ἐξερριμμένος.* Plura exempla dabit Heins. et Burm. ad Ovid. Met. XV. 504. Iatt. ad Tacit. Ann. I. 3. *Agrippam Postumum in insulam Planasiam proiiceret.* IV. 71. *neptem Augustus convictam adulterii damnaverat proiecerat que in insulam Trimerum.*]

quaedam. Perperam haec vox in nonnullis codd. abest. Passim enim hoc pronomen propriis verbis additur, cum persona, de qua agitur, vix aliunde nota est, pluresque eo insigniti sunt nomine cf. ad Met. II. p. 120. *Cerdo quidam nomine.* Heins. ad Vell. II. 64. *In hospitis cuiusdam nobilis viri, Cameli nomine.* Oud. ad Suet. Ner. c. 33. *a quadam Locusta.* Cic. Epist. ad Att. XIII. 50. *Mancipio dari servo suo pro parte Hetereio cuidam.* Nec secus *aliquis* et *quis* nomini proprio iunguntur. cf. Virg. Aen. II. 81. ibique Burm.

rarae fidei. [Quum Pricaeus ad nostrum locum inscriptionem veteris Lapidis: *Foeminae rarissimae, singularis exempli* citasset, Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 122. memoria lapsus nostrum locum ita protulit: *uxor rarissimi exempli.*]

spretis atque contemptis. Recte iam Beroaldus lectionem veterum edd., quae *sumtis* ex glossemate praebent, emendavit, perperam vituperatus a Roaldo, qui *semotis*, et Brantio, qui *summotis* coniiciebat. *Sumtis* vero a librariis profectum est, qui hanc quam putabant eiusdem sententiae repetitionem ignorabant non considerantes, quoties Apuleius synonyma iungere amet. Eadem ratione dicit eodem libro p. 499. *infirmitatemque meam contemnit ac despicit.* Terent. Andr. I. 5. 13. *Quot modis contemtus, spretus?* Eun. I. 2. 90. *contemtus abs te spernor.* [cf. Cic. de Off. II. 10. 36. *despiciunt* eos et *contemnunt.* Cic. pro Muren. 37. §. 78. *rem publicam despexit atque contemsit.* Verr. I. 3. 9. *despiceret contemneretque* ibid. I. 15. 43. Male tamen Oud. mihi Apuleium vituperare videtur, quod pravo ordine haec synonyma posuerit, quum *spernere* plus sit, quam *despicere*, coll. Ciceron. exemplo *spretis* ac *pro nihilo putatis*, quo sine dubio locum significavit Philipp. XIII. 9. §. 21. *non audivit, non respondit, neque eos solum praesentes, sed multo magis nos sprevit et pro nihilo putavit.* Ii enim, qui ex significatione horum synonymorum ordinem quendam constituere velint, ut unum plus altero valeat, errare mihi videntur, quia, si hoc verum esset, pro arbitrio scriptores iique optimi ordinem istorum vertere non possent. Nam Cicero, id quod excitata exempla probant et *despicere* et *contemnere* vice versa dicebat cf. in Verr. Act. II. Lib. I. 47. §. 123. *contempserit, despexerit* de Senect. 18. §. 65. *contemni se putant, despici, illudi* de Orat. III. 21. §. 79. Hinc probo Lambini discrimen, quod in Epist. ad Muret. Vol. I. p. 399. ed. Ruhnk. proposuit: *Spernimus* reiicienda, fugienda, ut voluptatem, *Contemnimus* magna, metuenda, ut pericula, mortem, *Despicimus* infra nos posita, ut vulgi opiniones. Hic vero utrumque de summo dictum est contemtu, quo Plotina omnibus vitae et urbis luxuriis abdicabat ob matrimonii fidem; cf. Doed. Synonym.

d by Google

luxuriae deliciis, fugientis comes et infortunii socia, tonso capillo in masculinam faciem reformato habitu, pretiosissimis monilium et auro monetali zonis

infortuniis socia B. et Bas. 1., quod errore factum est. Cett. codd. et edd. habent *infortunii. deformato* B.

T. II. p. 178 sqq. Quam parum Afri potissimum huic discrimini tribuerint, unus Arnobius exemplo esse potest, qui lib. II. 64. ea cumulat: *ut ab indulgentia principali quemquam repellit aut respicit*, tum *aspernanti fugientique longissime* et paulo post *aspernaris, contemnis et despicis? tu tibi muneris commoditatem probaveris*, quae codicis lectio emendanda est in: *tu tibi muneris commoditatem improbaveris* i. e. reieceris, irritam feceris ac despexeris. Praecedit enim: *Vis sumere quod offertur atque in tuos usus convertere? consulueris tu tibi.*]

urbicae. [cf. Met. XI. p. 813. *erogationes urbicae* Barth. Advers. XXXIII. 5. p. 1513.]

fugientis comes et infortunii socia. Non improbat Oud. lectionem *infortuniis*, quia *socius* sic dativo iungatur aeque ac genitivo coll. dict. suis et Burm. ad Lucan. II. 346. *Non me laetorum sociam rebusque secundis Accipis; in curas venio partem laborum* Sil. Ital. VI. 372. *ratique Impositus moestis socium me casibus addo. Comes* autem et *socius* passim iungi, demonstrat Oud. ex Horat. Od. I. 7. 26. Sil. XV. 345. Manil. II. 121. Vavass. de vi et usu verbor. [quibus adde Cic. Epist. ad Divers. XIII. 71. *T. Agusius et comes meus fuit illo miserrimo tempore, et omnium itinerum, navigationum, laborum, periculorum meorum socius* ut Tac. Germ. 18. Cic. pro Font. c. 17. §. 39. *Tum enim, vitae socia, mortis comes gloria fuisset*, ut in praegr. §. 37. dixerat: *et habere domi fortunarum omnium socium participemque possunt* Caes. de B. C. III. 80. §. 3. *quum se victoriae Pompeii comitem esse mallet, quam socium Caesaris in rebus adversis.* cf. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. VII. 158. p. 53. Vavass. Antib. p. 507. 508. ed. Kapp. Mart. Lag. ad Lucan. II. 346. Attamen cum Oud. non probaverim *infortuniis*, quod Cort. quoque ad Lucan. l. c. praefert. Tota enim loci concinnitas postulat, ut genitivus hic praeponatur, vel legatur *fugienti comes*, ut Plautus dicit Pseud. I. 1. 15. *me supremum habuisti comitem consiliis tuis*, praesertim quum *s* littera ex sequenti vocabulo facilius adhaerere potuerit.]

auro monetali zonis refertis incincta. [In zona peregrinantes et negotiantes pecuniam habere solebant cf. Plaut. Poen. V. 2. 48. *Roga num quid opus sit. Tu qui zonam non habes, Quid in hanc venisti urbem, aut quid quaeritis.* Phaedr. IV. 21. 11. *Hi zonas, illi res pretiosas colligunt*, ubi *zonas* retinendum est, quia hic pro magnis divitiis, pro pecunia in universum dicitur, licet Heins., qui *zona et illi* legit, ad nostrum locum provocare potuisset, ex quo non solum pecuniam, sed etiam res pretiosissimas in zonis recondidisse veteres apparet. Taubm. ad Plaut. Merc. V. 2. 84. Intt. ad Hor. Epist. II. 2. 40. Salm. ad Pescen. Nigr. c. 10. T. I. p. 669., ubi legendum est ex codd. Palat. scriptura: *idem iussit, ne zona milites ad bellum item aureos vel argenteos numos portarent: ne in zona milites ad bellum ituri aureos vel argenteos nummos portarent.* Salmasii coniectura *zonam milites id est aureos vel argenteos nummos* omnino displicet. *Ad bellum ituri* est *ad proelium ituri*, quod seqq. optime confirmant. Non solum viros, sed etiam mulieres in hunc usum zonas portasse, probat Laxar. Bayfius de R. Vest. c. 18, in Graev. Thes. Ant. T. VI. p. 597. qui de zonis accuratius agit, nostri loci plane oblitus. Quocum tamen non consentio, citante de hoc more locum Platon. Alcib. I. §. 40. *ἐπεὶ ποτ' ἐγὼ ἤκουσα ἀνδρὸς ἀξιοπίστου τῶν ἀναβεβηκότων παρὰ βασιλέα, ὃς ἔφη παρελθεῖν χώραν πάνυ*

refertis incincta, inter ipsas custodientium militum manus et gladios nudos intrepida, cunctorum periculorum particeps, et pro mariti salute pervigilem curam sustinens, aerumnas assiduas ingenio masculo sustinebat. Iamque plurimis itineris difficultatibus marisque terroribus exantlatis Zacynthum petebat, quam sors ei fatalis decreverat temporariam sedem.

CAPUT VII.

Sed cum primum littus Actiacum, quo tunc Macedonia de|lapsi grassabamus, 458

particepes G. 1. a m. p. *particeps* Venet. 2. *substinens* D. G. 1. pro more scribendi. *erruptias* pro *aerumnas* G. 2. D. *genio f. ingenuo* Vicent. Venet. 2. *sustinebant* O. *substinebat* G. 1. 2. *iam*, non addita particula *que*, G. 1. 2. P. D. O. *itinerum* B. *itineribus* δ. *difficultatibus marisque.* Haec verba integra desiderantur in G. 2. P. D. *exanglatis* G. 1. *exaudatis* δ. *Zachinthum* G. 1. 2. O. quantum video. Oud. dicit, aliquot codd. ita habere. *Iacynthum* F. 1. *Iachintum* δ. *Zacyntoum* p. *Zazintum* ed. pr. *patebat* δ. *fatalis* exulat a P. *decreverat ei temperariam* δ. *temperariam* quoque est in P. *temperiem* p.

litus. Ita in optimo cod. F. 3. scriptum, nec aliter quoque statim *litori*, quod diligentissimus librarius enotavit. *aethiacum* G. 1. a m. s., ut emendator scribi voluisse videatur *atthiacum. quo tunc de Macedonia* P. *delassi* solita variatione δ. cf. ad Met. V. p. 361. *lapsa salute. declassi* φ. *grassabamus* F. 1. 3. B. R. f. p. δ. P. edd. omnes vett. usque ad Basil. 2. *crassabamus* G. 1. 2. D. *classabamus* O. In cett. *grassabamur.*

πολλὴν καὶ ἀγαθὴν, ἐγγὺς ἡμερησίαν ὁδὸν, ἣν καλεῖν τοὺς ἐπιχωρίους ζώνην τῆς βασιλέως γυναικός. Ex seqq. enim patet, hic referri ζωνὴν ad muliebria ornamenta. Et a partibus eorum stare nequeo, qui hic *pretiosissimis* per Hypallagen pertinere volunt ad *monilium*, ut interpres francogallus: pleines d'or monnoyé et de joyaux d'un grand prix. *Pretiosissimis* de *zonis* dictum est, quae pulcherrime erant pictae et splendidae, prout feminae non solum luxuriosae sed etiam nobilissimae condicio postulabat. Nec minus erravit Rodius, qui *auro monetali* nescio qua ratione Spargeld vertit.]

custodientium militum. Milites custodiendis reis saepius adhibebantur. cf. Raev. Coniect. c. 4. Lips. ad Tacit. Ann. III. c. 22.

itineris. Itinerum cum Oud. correctoris esse opinor, qui invenerat in Ms. *itineribus* pro *itineris*, ut restat in δ., quamquam *itinerum* defendi possit ex Met. IV. p. 302. *longis itineribus atque latissimis maris meatibus.* At terrestre intelligit *iter*, oppositum hic maritimis itineribus, ut saepius fit. Ita Tac. Ann. XIII. 53. *sublatisque itineris difficultatibus, navigabilia inter se littora fierent*, ubi etiam vulgo *itinerum* legunt. Conferantur ea, quae dicta sunt ad Met. II. p. 121. *et maris et viae confeceris iter*, [ubi adde Cic. Epist. ad Divers. XIII. 71. *et omnium itinerum, navigationum ... socius.*]

Cap. VII. *delapsi.* [Deder. ad Dict. Cret. I. 5. Gloss. p. 246. *delapsi* explicat lapsi, navigantes, quum equidem simpliciter: postquam de Macedonia huc ingressi sumus et descendimus, explicaverim. Necessarium enim non erat, ut *mari* latrones littus Actiacum peterent. *Delabi* is dicitur, qui e loco superiore in inferiorem descendit.]‖

grassabamus. Oud. quamquam non improbat huius verbi activam terminationem pro forma deponentis, quae sola in usu videatur esse, tamen dubitat, an retineri possit contra usum Apuleii, qui ubique *grassari* praetulerit coll. Met. II. p. 131. *grassare naviter*, ubi imperativus est, Met. VIII. p. 553. *grassantes*, ex quo tamen loco, utra forma *grassor* an *grasso*, hic statui debeat, intelligi nequit [Met. VIII. p. 554. *diuque grassati plerosque prosternunt* de Dogm. Plat. II. p. 244. *grassari malitiam.* Hinc tamen non sequitur, ubique hanc formam scripsisse

appulisset, nocte promota tabernulam quandam littori navique proximam,

applicuit pro *appulisset* G. 1. 2. D. O. *π*. P. *f*. *cavernulam* B. *tavernulam* p. *tabernula quadam proxima δ*.

Apuleium, qui in utriusque generis verbi permutatione et activi et deponentis plurimus est, ut saepius contra usum nonnulla dixisse videatur cf. ad Met. I. p. 74. et alibi. *Grassabamus* igitur cum optimis codd. retineo. De significatione vocum *grassari* et *grassator*, quae de latronibus potissimum usurpantur cf. ind. Elm. Lindenbrog. in Burm. Anthol. Lat. T. I. p. 366. Barth. Advers. XXXIV. c. 8. Burm. ad Petron. c. 82. Ita *λωποδύτης*, grassatur *λωποδυτεῖ*. Gloss. Vulc. p. 60. *grassator λωποδύτης* et *grassari κατασκάπτω*, quod Gloss. Cyrill. p. 508. explicat *confodere*, quod nisi vulnerare, transfigere significat, vix potest intelligi. Erat, quum equidem *κατασφάττω*, quod eaedem Gloss. p. 509. perimere, interficere interpretantur, emendarem. Gloss. Cyrill. p. 532. *λωποδυσία grassatio, grassatura, λωποδύτης grassator*. De scriptura *crassari*, quae medii aevi videtur esse propria, cf. quae dicta sunt ad Met. II. p. 131.; ubiubi enim istud vocabulum apud Apuleium legitur, hanc corruptelam in uno pluribusve codd. inveni. Quantopere erraverint in iis librarii, argumento esse possunt Gloss. Philox., in quibus voces *grassus*, *grassari* similia, temere miscentur.]

appulisset. [Altera aliquot codd. lectio est *applicuisset*. Alterutrum ex interpretamento profectum est librarii cuiusdam, quum utrumque idem significet. *Appellere locum* satis nota est locutio, pro qua praeterea *ad locum* vel *loco* saepius invenitur. cf. Met. VI. p. 405. *Cum primum praedicti ingi conterminos locos appulit*. cf. Heins. ad Aen. XI. 261. Sed magis placet altera scriptura *adplicuit*. Quamquam enim ad locum Liv. XXIX. 31. §. 11. et XXX. 25. §. 12. provocare potueris, in quibus eadem reperitur lectionis diversitas; *appellere* vero optimi codd. praebent, ut nostro quoque loco *applicare* glossema possit esse, hic tamen aliud est, quod me movet, ut *applicuit* praeferam. In omnibus enim, quos equidem conferre poteram, veterum locis *adplicare* semper cum dativo vel praepositionibus *in* et *ad* construitur, ut Iustin. II. 4. *cum Hercules ad littus Amazonum applicuit*. Ovid. Heroid. XVI. 123. *applicor in terras*, ubi cf. Ruhnk. p. 94. Unum tantummodo, quod afferunt lexica, exemplum, quo accusativus legitur, est Ulpian. Dig. I. 16. 4. *Proconsuli necessitatem impositam, per mare Asiam applicare*, quem locum nisi ante oculos habuit Ruhnk., nescio qui in Dict. ad Ovid. Heroid. VII. 117. proferre potuerit: *applicare* nauticum verbum est pro appellere navem, et construitur vel cum dativo, vel cum praepositione, vel cum accusativo. Nam quum ipse priorum constructionum exempla apponat, posterius non confirmat. Hinc igitur colligi potest, librarios, qui hanc constructionem verbi *applicare* non cognoverant, potius *appulisset*, cuius cum accusativo constructio tritissima est, emendasse, quam vice versa *applicuit*. Cur isti priore loco in *adpellere* non offendebant? Unum praeterea restat, quod monendum videtur. Fere semper enim *cum primum* apud Apuleium cum futuro exacto constructum inveni, ubi sequitur futurum, alioquin cum perfecto indicativo, uno tantum loco cum plusquamperfecti indicativo et subiunctivo. Locos apponam, ut lector ipse iudicium inde ferat. Met. V. p. 354. *sed cum primum praegnationem istam plenus maturaverit uterus, opimiore fructu praeditam devoraturum*. VI. p. 404. *et cum primum mitigata furia laxaverint oves animum .... lanosum aurum reperies*. Met. VI. p. 430. *Certo ego, cum primum sarcinas istas, quamvis invitus pertulerit, praecipitabo*. Cum indicativo perfecti constructum legitur: Met. V. p. 360. *cum primum luminis oblatione tori secreta clarnerunt, videt bestiam*. p. 369.

Digitized by Google

vitatis maris fluctibus, incubabant. Invadimus et diripimus omnia; nec tamen periculo levi tentati discessimus. Simul namque primum sonum ianuae ma-

nitatis aperto vitio O. *incubabant* F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. P. δ. f. p. In cett. *incubabat*. *dirupimus* G. 1. *dirripimus* Vicent. *somnum* F. 1.

sed cum primum, ut aeque placuerat, conscio lumine vultus eius adspexi, video mirum spectaculum. Met. VI. p. 405. eadem in re: *sed cum primum praedicti iugi conterminos locos appulit, videt difficultatem.* Met. IX. p. 647. *sed cum primum rota Solis lucida diem peperit, ... obverberans: Te, autem inquit.* In seqq. sequitur *abiicit.* Met. XI. p. 781. *nam me cum primum nefasto tegmine despoliaverat asinus, ... velamento me naturali probe muniveram.* Florid. p. 68. *cum primum igitur apud Persianas aquas .... gressum recipexavi, veniebam redditum, quod pepigeram.* Apol. p. 568. *quum primum epistolam tuam Rufinus mala fide excerperet, ... nonne tunc ceterae litterae ... proclamassent.* Met. VIII. p. 507. *cum primum Charite nubendo maturuisset, eius munus obierat.* Ex omnibus istis, quae protuli, exemplis certa quaedam ratio intelligi nequit, quam secutus videtur esse Apuleius in particulis *cum primum* construendis. Hoc tantum potest observari, indicativum perfecti ibi videri esse positum, ubi rem celeriter esse factam et summa cum animi alacritate narratur, ut in hisce locis non raro praesens, quod dicunt historicum, reperiatur. Idem mihi in locum Florid. p. 68. cadere videtur, qui ad temporum rationem mirifice cum nostro consentit, si quidem *applicuit* legatur, nam ibi quoque actionis designari celeritatem tota narratio probat, quod Apuleius, ut promissis suis staret, ne aegro quidem pedi parceret, reditum celeraturus. Ubi vero narratio leniter fluit, nec ulla conspicua est animi commotio vel celeritas quaedam agentis, et indicativum plusquamperfecti Met. XI. p. 781. et coniunctivum Met. VIII. p. 507. Apuleius usurpavit. Hinc effici potest, nostro loco indicativum perfecti bene defendi posse, quamquam etiam plusquamperfecti coniunctivus probatur. At quum optimus codex Florent. 3. *adpulisset* praebeat, equidem, quamquam invitissimus, contra eum agere nolui.]

tabernulam. In d'Orv. est *tabernula quadam proxima*, quae lectio manum emendatricem librarii aperte probat, qui constructionis alterius plane ignarus erat. cf. Met. IV. p. 257. *folles incubabat* et p. 277. *lucos consitos .... incubare* [et saepius ita legi apud scriptores rei rusticae lexica probant et Burm. ad Petron. c. 33., ubi ex cod. Tragur. legendum est: *in quo gallina erat lignea patentibus in orbem alis, quales, quae incubant ova.* Gron. ad Senec. Phoen. 499. Dr. ad Liv. XXII. 2. §. 3., ubi ex cod. Harl. recipio lectionem *cumulatas in aquis sarcinas incumbebant.* Fronto Princip. Hist. p. 319. ed. Rom. *In penuria subita ramis nonnunquam et frondibus pro supellectile usus est, caespitem interdum ut torum incubans, somnum cepit labore paratum, non silentio quaesitum*, qui locus ita emendandus est, *labore paratum, non segnitie* vel *vinolentia quaesitum.*]

incubabant. [Pluralem numerum *incubabant* praetuli, quia altera videtur esse lectio glossa librariorum, qui temporum quam putabant Enallagen *appulisset* et *incubabant* ferre non possent, quamquam ingenue confiteor, mihi quoque in huius pluralis explicatione aquam haerere. Levissime Oud. rem ita explicuit: *incubabant* illa sc. maritus, milites famulique. Nec obstat, quod praecedat *appulisset.* Ista numeri mutatio in re historica frequens est. Hoc facilius pronuntiatum quam probatum est, et vellem, Oud. unum locum adscripsisset, in quo ista ratione numeri variant. Alia enim ratione legitur Met. I. p. 9. *praefamur — si quid offendero* et Apol. II. p. 177. *audistis ... te docet.* Nisi hoc igitur Apuleio ingenio tribueris, nescio quomodo defendi possit. Observanda

Digitized by Google

trona percepit, procurrens in cubiculum clamoribus inquietis cuncta miscuit, milites suosque famulos nominatim, sed et omnem viciniam suppetiatum convocans, nisi quod pavore cunctorum, qui sibi quisque metuentes delitescebant, effectum est, ut impune discederemus. Sed protinus sanctissima (vera enim dicenda sunt) et unicae fidei femina, bonis artibus gratiosa, precibus ad Caesaris numen porrectis, et marito reditum celerem et aggressurae plenam vindictam impetravit.
[191] | Denique noluit esse Caesar Haemi latronis collegium, et confestim interivit.

percoepit Paris. *percipit* δ. *militesque suos famulos* G. 2. P. D. *sed et* non abest ab Iunt. 1. Ald., ut Oud. adnotat, sed particula tantummodo *et*, quae praeterea non comparet in Iunt. 2. O. f. G. 1., in quo pro *sed et* (neque vero pro solo *sed*, ut in Oud. erat adscriptum). *secundus* aperte legitur. *pavor* G. 1. *quum sibi quisque* coniecerunt, sententia quasi postulante, Stewech. Colv. Scalig. Groslot. et reposuit Wow. cum Elm. Scriv. Pric. Florid. Sed Vulc. 2. recepit alteram Colvii coniecturam *qui*, quam lectionem tuentur F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. O. R. f. p. φ. p. Iunt. 2. *quam* habet B. In cett. codd. et edd. vett. extat *quem*. *quique* O. *metuens* R. f. δ. *delitescebat* Iunt. 1. Ald. *invicem pro impune* f. *actibus* G. 1. O. p. *redditum* D. *reditum* non habet G. 1., in quo *celerim* legitur sine sensu. *voluit* δ. Venet. 4. Bas. 1. Paris. *coligium* F. 3. *latronis vestigium* f. φ. R., unde Oud. emendavit *latronis collegii vestigium*, et explicavit: noluit, ut nemo maneret superstes. Idem probavit vir doctus ad marg. Ed. Vicent. [At equidem puto, ex perversa scribendi ratione *colligium*, quae in F. 3. conspicua est, quamque allucinationem iudico librarii, hanc scripturam esse profectam. Certe ex tam paucorum codd. auctoritate eam non defenderim. *intericit* F. 3. O. Incert. Brant. Pric. *interibit* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. *interiit* F. 1. B. Iunt. 1. Ald. Vulc. 2. Colv. Elm. Scriv. Florid. quod in mea edit. Vicent. a viro docto correctum est, *interium* f. *interitum* G. 2. D. Margo G. 1. habet *interium*, neque verò *interitum*, ut Oud. excerpta praebebant, quae in eo quoque errant, quod in contextu a manu prima legi dicunt *interipit*, quum aperte scribatur *intravit*. In hoc ipso cod. G. 1. post *intruvit* lacunam esse vocis fere tetrasyllabae pronuntiat Oud.

praeterea est in sequentibus subiecti mutatio; quum enim in praegressis de uxore procuratoris *Plotina* sermo semper fuerit, statim, nomine non adscito, procurator ipse in sequenti enuntiato: *Sed cum primum littus Actiacum appulisset*, intelligendus videtur esse. Hinc vitium quoddam hic latere puto, et ut lectionem *incubabant* defendam, legendum esse pro *adpulisset*: *appulsi essent*, uti saepius ita variant codd. in his generibus. cf. ita *duxisset* et *dux esset* Liv. IV. 37. §. 6. *reliquerat* et *reliqua erat* Gron. ad Liv. III. 29. 16. *recens erat* et *recesserat* ibid. III. 23. §. 2. *praeceperat* et *praeceps erat* ibid. II. 27. §. 3.]

qui sibi quisque metuentes delitescebant. Recte Oud. hanc lectionem comprobat, quae a prioribus editoribus temere corrupta est, quamque etiam codd. perperam mutarunt *metuens* legentes. Sed cf. Met. VIII. p. 520. *exciti latibulo suo quisque, familia moesta, concurrimus.* [Met. VIII. p. 562. *suaque cura refecti, sarcinulis quisque sumptis suis viam capessunt.* p. 579. *indusiati et deformiter quisque formati .... deliti .... prodeunt.* p. 581. *cervices lubricis intorquentes motibus crinesque ... rotantes ... sua quisque brachia dissecant* et saepius. cf. Burm. ad Ovid. Met. V. 212., qui nostrum locum ita citat: *cum sibi quisque metuentes delitescebant.* Heins. ad eiusd. l. IX. 425. Heins. Advers. l. 8. p. 82 seqq., qui p. 83. nostrum locum etiam protulit. Res hodie satis est trita.]

aggressurae. Elm. in indice citat Ulpian. IV. fam. ercisc. *Si quid vel vi aut latrocinio aut aggressura acquisitumerit.* Zeno. Veronens. de Resurrect. p. 415. *confitetur aggressurae tempus.* [Vocabulum praeceteris Ict. in usu erat Barth. Advers. XXXIII. 22. p. 1542. qui *aggressuram* exponit esse latrocinium sine caede aut vulnere, qua in re non consentio.]

Haemi latronis collegium. [cf. de hac voce, quae Graecorum voc. ἐργαστήριον respondet, quae exponit d'Orvill. ad Charit. I. c. 7. p. 250. ed. Lips.]

interivit. Hanc formam, quae diversa ratione mutilata in codd. comparet, hic legi debere, iam Oud. recte pronuntiavit coll. Met. IV. p. 284. sed *a gloria non perivit*, [ubi aliquot exemplis iam

[Tantum potest nutus etiam magni Principis. Tota denique factione militarium vexil- 459

Desiderantur enim vocabula *tantum potest etiam nutus*, sed omnia ita sunt abrasa, ut, quae codicis lectio prior fuerit, omnino cognosci nequeat. In marg. a m. sec. suppleta sunt: *tantum potest nutus*. Mutilatum hic codicem fuisse, ex quo G. 1. descriptus est, hinc apparet, quod *a magni* aperte legitur, quae sine dubio est nota vocabuli $\tilde{\alpha}$ *etiam*, ita ut verba hoc ordine *tantum potest nutus etiam* scripta fuisse videantur, qui ordo etiam in F. 3. G. 2. D. (edd. omnes vett. ita legunt et eadem ratione omnes praeterea codd. habuisse videntur, quorum ordo tantum a Ruhnkenio, Oud. sententiae obsecuto, perturbatus est.) Elm. servatur. *post nutus* O. *potest esse nutus* ∂. Vocem *etiam* uncis circumduxerunt Wow. et Pric., qua Oud. sententia facile carere possumus.

demonstravi, Apuleium hanc perfecti terminationem in hoc quidem vocabulo eiusque compositis praetulisse. cf. Met. VII. p. 460. *transabivi*. VIII. p. 505. *adivit*.] Ceterum interiisse intelligit latrones per *λῃστοδιώκτας* et *εἰρηνάρχας*, de quibus Oud. comparat Auson. Epist. IV. 20. *An maiora gerens, tota regione ragantes Persequeris fures.* Plurima de *Irenarcha*, qui grassatores conquisiturus in provinciam proficiscebatur, quique totis provinciis paci quietique publicae praefuerat, exponuntur in Miscell. Observ. Vol. V. T. I. p. 26—30. ad locum Xenoph. Ephes. II. p. 36, 6. *ὁ τῆς εἰρήνης ἐν τῇ Κιλικίᾳ προεστώς.*

Tantum potest nutus etiam magni principis. [Ita hunc locum etiam Bern. ad Plin. Panegyr. c. 30. p. 142. Arntz. legit, ubi cf. de sententia: *Tam velox, Caesar, potentia tua est, tamque in omnia pariter intenta bonitas et accincta, ut tristius aliquid seculo tuo passis ad remedium salutemque sufficiat, ut scias.* Pricaeus comparat Aristid. IV. 6. *Τῶν πάλαι τις αὐτοκρατόρων πεττεύει, ὡς λέγεται, καὶ μεταξὺ παρῳθέγξατο, μὴ βούλεσθαι Νασαμῶνας εἶναι, εἰ μὴ οἱ Νασαμῶνες ἀπώλοντο.* At contra omnes codd. Oud. praeponi mavult particulam *etiam*, quae hic *vel* significet augendique notionis vim habeat, ne *etiam magni* iungi possint, quae mens auctoris non fuerit. [Bene de hac vocabuli significatione egit Hand. Tursell. T. II. p. 560 sqq. Positus particulae non offendit, quum vel fuerint, qui *etiam*, quando significat *adeo*, postponi suo nomini asseverarent. cf. Goer. ad Cic. Acad. p. 181. 214. Sufficiat, aliquot addere exempla, quibus hoc demonstratur. Cic. pro Sext. c. 11. §. 47. *qui sine armis etiam consul rempublicam conservarat.* Liv. XXII. 1. §. 3. *mutando nunc vestem, nunc tegumenta capitis, errore etiam sese ab insidiis munierat.*]

vexillationum indagatu. Latrones in provinciis per milites stationarios mandato principis a praesidibus proconsulibusque conquirebantur et vestigabantur. Tertull. Apolog. c. 2. *Latronibus vestigandis per universas provincias militaris statio sortitur.* Huc non semel ICti spectant. Paulus III. Dig. de Off. praesid.: *Nam et in mandatis principum est, ut cum is, qui provinciae praeest, malis hominibus provinciam purgare ...* Marc. L. V. ad Leg. Iul. pecul. *Mandatis autem caetur de sacrilegis, ut praesides sacrilegos, latrones conquirant.* Respiciunt forte etiam Impp. Arcad. et Honor. Lib. X. C. de Episcop. et Constant. L. I. C. de Custod. reor. cf. Met. IX. p. 608. Haec Colv. adnotat. Oud. addit: De hac re et *διωγμῷ* vide Casaub. et Salm. ad I. Capitol. in V. Marci c. 21. Per *vexillationes* hic intelligit Apuleius sine dubio equestres turmas, sive manipulos equitum, ut vocat auctor Met. IX. p. 610., quales erant auxiliarium in provinciis. Vide omnino Scheffer. ad Mauricii Tactica p. 420 seqq. Reines. Cl. VIII. 9. Alibi etiam *vexillationes Legionum*, et praesertim in Brittannia occurrunt: VEXILLATIO LEG. VI. VICT. ut et XX. VICT. Quae opus valli fecit per aliquot millenos passus. Confer Inscript. Grut. p. 2568. Fabr. Inscr. p. 758. Miscell. Observ. Nov. T. IV. p. 320. Pasch. Caryoph. de Therm. Hercul. p. 20.

Digitized by Google

lationum indagatu confecta atque concisa, ipse me furatus aegre solus mediis Orci faucibus ad hunc evasi modum.

CAPUT VIII.

Sumpta veste muliebri florida, in sinus flaccidos abundante, mitellaque

indigata O. δ. *conscia* G. 2. P. D. *conscissa* δ. *solis* f. G. 1. in contextu, quod ab eadem manu correctum est. *e mediis* frustra contra omnes codd. scripsit Vulc. 2., quam temere sunt secuti Elm. Scriv. Florid. *ora* pro *orci* D. *orti* Vicent.

floridam Vicent. *sinu* δ. *s* propter sequentis vocabuli primariam litteram exulante. *placidos* G. 1. a m. p. (a m. sec. correctum est *flacidos*. *floccidos* habent B. et Mss. aliquot, quorum optimus est F. 1., et omnes edd. vett. Bas. 1. Lugd. Colv. Vulc. 2. Par. Elm. Scriver. In cett. codd. omnibus et Iunt. 2. legitur *flaccidos*, quam lectionem equidem inveni in F. 2. 3. G. 2. D. et Oud. adscripsit ex p. f. P. δ. Incert. De F. 1. et G. 1., quos eandem scripturam praebere affirmat Oud., iam dixi. *flavos* O. *alium dante* pro *abundante* Iunt. 1. Ald.

concisa. Oud. comparat dict. ad Hist. B. G. VIII. 31. [Saepius Nepos hoc vocabulo utitur cf. Datam. c. 8. §. 3. *Quibus fretus conflixit, adversariorum multa millia concidit.* et c. 6. §. 6. Dion. 10. §. 1. *Confecta caede, ... nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur.* Hannib. c. 3. §. 4. Est nostrum *zusammenhauen.*] Ceterum perperam in Fabr. Thes. iungitur *factio militarium vexillationum*, quum agat de factione latronum, deleta indagatu militarium vexillationum.

me furatus aegre. Brantius hic frustra emendat: *furatim* vel *furato*, quod ne ferri quidem potest, nisi eiiciatur *me.* De dictione *se furari* cf. Oud. Comment. ad Sil. It. XIV. 561. *Exigua sese furatus Himilco carina.* Sic et Graece κλέπτειν ἑαυτόν, ut Aelian. de Anim. II. 14. [Sic nos dicimus de eo, qui clam ceteris se summovet, *sich wegstehlen.* cf. Barth. Advers. XXII. 14. p. 1100.]

mediis Orci faucibus. Male contra Mss. Vulc. Ed. 2. *e* praepositionem inseruit; cf. Met. VII. p. 491. *mediis Orci faucibus extractus.* De hac locutione cf. Herald. ad Arnob. II. c. 54. *et ab Orci faucibus quemadmodum dicitur, vindicari.* Hoc enim proverbialiter efferebatur, et eum dicebant *Orci faucibus ereptum* vel *ex inferis emergere*, qui praesenti et capitali aliquo periculo liberatus erat. Orellius ad h. l. T. II. p. 81. citat Reiff. ad Artemidor. II. c. 60. p. 398. et Wetsten. Epist. ad Ephes. IV. 9. cf. Arnob. II. 74. *inimicae mortis reperiamur in faucibus*, ubi Orell. comparat Barth. ad Stat. Achill. II. 176. Vol. III. p. 1729. cf. ad Met. VI. p. 396.]

Cap. VIII. *in sinus flaccidos abundante.* Perperam aliquot codd. cum nonnullis edd. dant *floccidos*, quasi a *floccis* dictos, qui in pannis eminent. Tales vero non convenire muliebri vesti floridae, neque a substantivo *floccus* tale adiectivum formari per analogiam posse, autumat Oud. [Hac tamen in re cum Oud. consentire nequeo. Quam quam enim certum est, adiectiva quae in *idus* terminant, reique magnam copiam exprimunt, plerumque a verbis deduci, ut *floridus, pavidus, albidus, candidus, putidus, timidus, rapidus, validus*, tamen sunt alia, quae a substantivis tantummodo derivari possunt. Huc pertinet *morbidus*, cuius nisi a *morbus* substantivo originem duces, non habebis, quo referre possis; ita *roscidus*, vel proprie *rosidus*, quod non a *rore* est, unde *roridus* fit. Hinc igitur *floccidus, plenus floccorum* est, nec video, cur muliebri vesti floridae haec significatio non conveniat, praesertim quum de vestimento mulieris asinariae sermo sit. Sunt autem duo quae me impediunt, quominus hanc lectionem comprobem, primum Mss. auctoritas, qui optimi quique *flaccidos* praebent, tum, quia hoc vocabu-

Digitized by Google

textili contecto capite, calceis femininis | albis illis et tennibus indutus, et in 460

textili G. 1 *texstili* D. *texili* p. *contexto* D. *foemineis* F. 1. B. D. f. O. ∂. R. Elm. Scriv. Florid. *femineis* p. In cett. codd. et edd. vett. legitur *femininis*, nisi quod F. 3. scribat *faemininis*. In excerptis Oud. ex Guelf. Codd. nihil adnotatum erat. In utroque vero legitur *femininis*. *illis albis* ordine inverso G. 2. P. D. *inductus* ∂. *inducus* O. *induciis* π. *indutiis* G. 1. 2. D. In cett. codd. ut F. 1. 3. B. et edd. vett. et recentt. *indutus*.

lum nuspiam alibi apud Romanos reperitur. Nova vero quaecunque vocabula Apuleio intrudere non licet, nisi Mss. fides accedat. Denique facilius potest intelligi, cur *floccidus* librarii emendaverint, quia idem *flaccidos* esse putabant, quod voce *sinus* iam expressum erat; quam notum est saepius de veste ampla et fluente apud veteres dici cf. Virg. Aen. I. 320. *nuda genu nodoque sinus collecta fluentis*. Tum de vestibus ipsis in usu erat cf. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. I. 45. *usque metu micuere sinus*. V. 71. XIII. 36. ad Albin. Eleg. 134. p. 122. Burm. ad Petron. 122. Accurate vero ad nostrum locum explicandum facit locus Cod. XI. 40. 4. *Agitator rugosis sinibus*. Aurigarum enim habitum hunc fuisse demonstrat aurigae figura, quam habes apud Visconti Mus. Pio-Clement. T. III. tab. 31; unde cur unice hic *flaccidos* probari possit, efficitur. Nam consilio haec addidit latro, ut qua ratione facilius milites decepisset, ostenderet, quippe qui eum, aurigae habitum prae se ferentem, asinariam mulierem putarent. *Flaccidus* vocabulo Apul. iterum usurpavit Florid. p. 16. de velis *et immittere, ne pendula et flaccida, neve restricta et caperata sint*. Lectio cod. d. *sinu* non probatur, quamquam scio, *sinus* singulari numero etiam de hac vestis parte vel de tota veste dici. Ovid. Fast. II. 310. *Ibat odoratis humeros perfusa capillis Maeonis, aurato conspicienda sinu*. V. 28. *consedit medio sublimis Olympo, Aurea, purpureo conspicienda sinu* Stat. Silv. II. 1. 133. Hoc tamen observasse mihi videor, hac vocis significatione veteres praetulisse pluralem *sinus*. De structura *in sinus abundante* cf. Met. II. p. 94. *in lenem vibrantur undam*. Deinde Beroald. legi vult pro *abundante*: *undante* probante Pric. et Burm. ad Val. Flacc. III. 525. *Summo palla genu, tenui vagus innatat unda Crinis*. Sed recte iam monet Oud., *abundare in sinus vestem* idem significare, ac si Apuleius *undare* dixisset. Nam ideo *abundare* posuit, quia summam vestis laxitatem et sinuum rugositatem exprimere voluit. *Undare* et *fluere* saepius dici vestes, pluribus demonstrabo ad Florid. p. 19.]

mitella. [cf. ad Met. VIII. p. 579.]

textili. [Nescio quid sibi velit Barth. Advers. XX. c. 15. p. 993. legens *tectili*, quod propter sequens *contecto* ne ferri quidem potest. Nam si mitella contectum est caput, haec ipsa nominatur *tectilis*, quod plane absurdum ita videtur. Mitella vero, muliebre capitis tegumentum, intelligitur *texta* cf. Met. XI. p. 770. *pileo textili* Mart. Capell. II. §. 115. p. 156. ed. Kopp. *Calceos praeterea ex papyro textili subligavit*. Coniectandi prurigo sine dubitatione commovit Barth., ut novum vocabulum Apuleio donaret.]

calceis femininis albis illis et tennibus. Primum praefero formam *femininis*, quae ab optimis codd. servatur, quaeque rarioris usus est, quam *femineis*. Eadem vocabulorum confusio reperitur de Mundo p. 334. *Sic mare et femineum secus*, ubi nonnulli codd. *femininum* praeferunt. Temere vero Colvius accusat erroris Aelian. VII. c. 11. *Ῥωμαίων δὲ αἱ πολλαὶ γυναῖκες καὶ τὰ ὑποδήματα αὐτὰ φορεῖν τοῖς ἀνδράσιν εἰθισμέναι εἰσίν*, unde colligere studet, Romae feminarum virorumque fuisse eadem calceamenta. At Aelian. non de omnibus Romanis mulieribus loquitur de *πάσαις*, sed de *πολλαῖς* ac plebeiis, ut bene explicat Balduin. de calc. c. 8., quamvis illic Nilantius etiam *omnes* seu *vulgo* intelligat, explicans de soleis domesticis

sequiorem sexum incertus atque absconditus, asello spicas hordeaceas gerenti

incertus F. 1. 3. G. 1. 2. D. p. φ. δ. f. et edd. ante Bas. 2. *intectus* O. *insertus* R. et Incert. ut legendum iam olim viderunt Beroald. et Cuiacius Observ. I. c. 3. ac cum Basil. receperunt Colvius et seqq. et Pricaeus etiam comprobat. *segniorem* pro *sequiorem* cod. Incert. *absque absconditus* G. 2. D. *spigas* G. 2. *ordeacias* F. 3. G. 2. D.

calceisque forensibus. [Idem Balduin. c. 8. demonstrat, pro civili more calceos virorum nigros, mulierum ut plurimum albos fuisse, (quamquam obstare videatur Martial. I. 14. *Sordidior coeno cum sit toga, calceus autem candidior prima sit tibi, Cinna, nive,*) ex Tertull. de Pall. 4. *impuro cruri purum aut mulleolum inducit calceum*, ex nostro loco, quem ita citat: *sumta veste muliebri floccida, in sinus floccidos abundante, mitellaque textili contexto capite, calceis foemininis, albis illis et tenuibus indutus, et in sequiorem sexum insertus atque absconditus* et aliis. Idem c. 19. hos calceos *Sicyonios* intelligit, quos constet delicatioris cultus, muliebres et amatorios fuisse, coll. Hesych. *Σικυώνια γυναικεῖα ὑποδήματα* haec addens: qui vero Sicyonia illa pulchra, tenerisque pedibus familiaria fuissent, haud difficile coniicere licet ex Apuleio, qui iuvenem muliebri habitu vestitum describens inter caetera: *Calceis*, inquit, *foemininis, albis illis et tenuibus indutus.* Ubi quidem Sicyonia depingit, ab ipsorum candore et tenuitate. Sic enim candor ad pulchritudinem, et tenuitas ad delicias pertinet.]

indutus. Oud. praefert lectionem cod. d'Orvill. *inductus*, quam unice veram esse apparere dicit ex Florid. p. 32. *et indumenta, quibus erat indutus* et *calceamenta, quibus erat inductus*, coll. dict. ad Met. II. p. 159. *iuvenem baxeis inductum.* [Difficile ea de re videtur esse iudicium. Apud Apuleium enim codd. optimi nimium fluctuant. Met. II. p. 159. legunt *inductum*, ut iidem IX. p. 191. *soleas incognitas, quibus inductus Philesietaerus irrepserat*, constanter retinent, qui iidem Met. VIII. p. 580. *pedes luteis induti calceis*, cum unius tantum codicis discrepantia scribunt. Quamquam igitur eandem sententiam sequor, quam ad Met. II. p. 159. exposui, *inducere* potius de calceamentis dici, quam *induere*, contra Mss. tamen hic et altero loco quicquam mutare nolui. Istud vero, quod Oud. proposuit discrimen, *induere* de vestibus, *inducere* de calceis ubique dici, amplecti equidem nequeo. Iam obstant Virg. Aen. VIII. 457. *Consurgit senior, tunicaque inducitur artus.* Stat. Silv. V. 2. 67. *Nec saltem teneris ostium puerile lacertis Exuit albentique humeros induxit amictu.* Vice versa Plin. dixit XXVIII. 4. 7. *calceamentum induat* et XXXIII. 11. 49. *induere soleas*, ubi alii perperam legunt *inducere* et eadem in re, de qua Apul. Florid. l. c. agit, Cic. de Orat. III. 32. §. 127. dicit: *Eleus Hippias, .. gloriatus est, nihil esse ulla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret .... sed annulum, quem haberet, pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, se sua manu confecisse*, ubi mirum est, quod edd. *inductus* ex Apuleio non coniecerint. Hinc colligo *induo* et *induco* promiscue dici de omnibus rebus, quae corpori circumdantur, ut nostrates verbum *anziehen* et de vestibus et de calceamentis usurpant, et ex Mss. auctoritate esse diiudicandum, utra lectio praeferri debeat. Quamquam ir facillime errare possint, cum *c* ante *t* litteram non raro omittatur, vel mixtim utrumque ponatur, quae res notissima est. cf. Intt. ad Sil. IX. 234. ad Liv. IX. 42. §. 8.]

in sequiorem sexum. [Sexum sequiorem muliebrem Apuleius vocat Stewech. sententia comparatione virilis. cf. X. 722. *Si sexus sequioris edidisset foetus, protinus, quod esset editum, necaretur.* Neque tamen, quia quasi alterum genus sit humanum, ut nos: *das andere Geschlecht*, sed ideo sequiorem nominavit

residens, per medias acies infesti militis transabivi. Nam mulierem putantes asinariam, concedebant liberos abitus: | quippe cum mihi etiam tunc depiles 461
genae laevi pueritia splendicarent. Nec ab illa tamen paterna gloria vel mea

medyas D. *acties* G. 1. *transivi* F. 1. Elm. Florid. *transabivi* F. 3. G. 1. 2. P. O. f. In cett. codd. et omnibus edd. vett. *transabii*. *Unam mulierem* pro *nam mulierem* B. et edd. omnes ante Wow. Num omnes codd. *nam* praeter B. praebeant, nescio. In F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. f. O. vel ipse invenl vel Oud. adnotavit. De ceteris vero Oud. silentium tulit. *putentes* δ. *et codebant* pro *concedebant* P. *concodebant* G. 2. *concebant* D. *aditus* F. 1. G. 2. D. O. δ. f. R. M. β. B. et edd. ante Basil. *abditus* (neque vero *aditus*, ut in excerptis Oud. erat) habet G. 1. *quippe eam* G. 1. *quippe enim* O. probante omnino Pricaeo. *etiam nunc* Vir doctus ad marg. Ed. Iunt. 2. coniecit. *deperiles* G. 2. D. *debiles* ed. Paris. *leni* G. 2. *pueritie* f., [quod probavit Kulenkamp. vir doctus ad editionem meam Floridi. Sed nisi *puerities* substantivum ponatur, nescio quomodo defendi possit. At *puerities* legitur apud Ausonium Professor. X. 17. *Huic mea principio credita puerities.* Quam lectionem si

Apuleius sexum femininum, quia deterior, peior masculino est, unde etiam feminarum condicio apud veteres multo deterior et abiectior erat. Hic eo magis hanc sententiam retinet, quia latro satis robustus et ferox vili tamen et abiecta muliebri forma manus militum se effugisse dicit et X. p. 722. quia masculini generis foetum meliorem habebat maritus, nullius vero pretii femininum, voluit eum necari.]

incertus. Hanc omnium optimorum codd. lectionem e textu reiicere non ausus sum, licet ingenue confitear, omnino eam displicere. Nam ut *incertus* et ἄδηλος dici queat is, qui visi non potest, invisus, qualem Apuleius nominat, tamen constructio *incertus in sequiorem sexum* nulla ratione defendi potest, nec ita, ut quamcunque lubet Apuleio licentiam tribuas. Melior est lectio aliquot codd. *insertus*, quod Pric. bene exposuit *insiticius*; cf. Suet. Aug. c. 42. *manumissos insertosque civium numero.* [Quo accedit, quod litterarum *c* et *s* commutatione in Mss. nil frequentius unquam reperitur. cf. Dr. ad Liv. III. 23. §. 3. Ita *cibi* et *sibi*, *cedens* et *sedens* Liv. III. 21. §. 2. *censurus* et *sensurus* V. 20. §. 6. alia.] Vel haec ipsa confusio conspicua est Met. IV. p. 295. *nudis et incertis mucronibus*, ubi vide. De sententia bene comparat Pricaeus Gell. X. 6. de Euclide. *Tunica longa muliebri indutus, et pallio versicolore amictus, et caput et ora velatus, e domo sua Megaris Athenas ad Socratem commeabat.* Pluribus exemplis hanc lectionem defendit Barth. Adv. XLVI. 16. p. 2161., ubi non solum suam coniecturam *tectili* non repetit, sed etiam simpliciter *abiit* habet, unde nescio.]

transabivi. [Legitur hoc vocabulum Virg. Aen. IX. 432. Stat. Theb. II. 9. VI. 507. IX. 126. Val. Flacc. IV. 510. Sil. XII. 264. Apul. Met. VIII. p. 516. *calcata retiola transabiit.* ibid. p. 550. *difficultates illas transabiremus.* Burm. ad Boëth. III. Cons. Phil. Met. 8. *stelliferum transabiit polum.* De forma *transabivi* v. ad p. 458.]

abitus. [Scriver. praetulit explicationem *aditus* pro *accessu ad se*, quod tamen ne probetur, verba impediunt *mediis Orci faucibus ad hunc evasi modum.* Latro enim quum semitrepidus iuxta mucrones Martios constitutus undique a militibus cinctus esset, iis non adpropinquavit nec sese immiscuit, sed libere et inoffensus acies eorum penetravit, quippe quem mulierem isti putarent.]

quippe cum mihi. Quippe enim ex cod. d'Orvill. perperam omnino Pricaeus probavit, non adtendens, tunc debere sequi indicativum, quem solent etiam *quippe qui* Romani iungere. Hic vero subditur *splendicarent*, unde aperte evincitur *quippe cum* ex optimis codd. esse retinendum. *Quippe qui* et cum subiunctivo et cum indicativo iungi demonstrat Oud. ex dict. Dr. ad Liv. II. 37. §. 5. XXXVII. 7. §. 5. (quibus adde ad XXVI. 41. §. 8. XXXIX. 12. §. 7. Ellendt. ad Cic. Brut. 36. §. 138. Kritz. ad Sall. Cat. XLVIII. §. 2.]

laeri. [*Laeres* iuvenes dicuntur vel omnino imberbes, vel quorum genae

Digitized by Google

virtute descivi, quamquam semitrepidus iuxta mucrones Martios constitutus, sed habitus alieni fallacia tectus, villas seu castella solus aggrediens, viaticulum mihi corrasi. Et diloricatis statim pannulis, in medium duo millia profudit aureorum. Et: En, inquit, istam sportulam, immo vero dotem collegio vestro

plures codd. haberent, equidem probarem. Nunc vero quum ceteri codd. adversentur, quidquam mutari nolui, licet Apuleius his formis in *es* saepius utatur, ubi alii scriptores terminationem in *a* praeferunt. cf. Met. V. p. 371.] *desini* G. 1. *semitrepius* Vulc. 2. habet solo errore typothetarum. *alieni* pro *alieni* G. 1. *fallera-textus.* Unde quid effingi posset, Oud. vidit, quamquam ei non placuit tentari locum. Equidem ne coniectura quidem assequi possum, quid inde effici possit, nam si *phalera* legitur, quod ad huius cod. vestigia quam proxime accedit, sententia satis perversa atque inconcinna est. *villa* F. 3. *s* omisso propter initialem sequentis vocabuli *seu* litteram. *viaticum d. f. duo millia profudet* F. 3. G. 1. 2. D. P. f. In cett. codd. et edd. *profudit duo millia. hem π.* solita aberratione. *et cum inquit* G. 2. P. D. *collegio vestro libens* F. 3. G. 1. 2. D. P. f. In cett. codd. et edd. *vestro collegio libens.*

lanugine prima vestiuntur cf. Arnob. II. 12. *Uterque* (Sol et Mercurius) *a vobis glaber atque ore confingitur laevi.* cf. Orell. ad eiusd. libr. II. c. 10. T. II. p. 363. Buenem. ad ind. Lact. s. v.]

habitus alieni fallacia tectus. [De *fallacia* cf. Ovid. Met. XIII. 162 sqq. *Praescia venturi genitrix Nercia leti Dissimulat cultu natum, deceperat omnes, In quibus Aiacem, sumtae fallacia vestis.* Ita *sexum mutare* et *mentiri vestibus*, cf. Burm. ad Anthol. Lat. I. p. 68. *et celare virum falso per tegmina sexu*, quem locum ita emendandum puto: *Et celare virum falsi per tegmina sexus.*]

villas seu castella. [Inusitato plane significatu hic particula *seu* posita est, quam hic copulativam potius, quam disiunctivam esse puto. Disiunctiva enim huius particulae vis contorta tantummodo explicandi ratione potest intrudi. Praeterea me adiuvare videtur locus Florid. p. 11. *Prorsus igitur ante Hyagnim nihil aliud plerique callebant, quam Virgilianus upilio seu bubsequa*, ubi etiam copulare magis utrumque videtur, neque vero ita disiungere, ut pro arbitrio inter eos optio fieri queat. Coniungit eos non solum Virgil. Ecl. X. 19. *Venit et upilio, tardi venere subulci*, sed etiam ipse Apuleius Apol. p. 407. *Sed Aemilianus, vir ultra Virgilianos upiliones et bubsequas rusticanus.* Aliis Apuleii locis hanc significationem probare non possum. Furlanettus in Lex. Forcell. s. v. dicit sequioris latinitatis esse, *seu* pro *et* vel *etiam* poni, sed quod addit exemplum nihil probat. Unum tantummodo reperi locum Quint. VII. 1. §. 60. ubi hodie edd. legunt: *Fingamus ergo ab alio restitutum, ratiocinativa atque collectiva quaestio orietur*, ubi cum optimo codice Ambros. legendum est *seu collectiva*, quum ceterorum codd. lectio glossema videatur esse. Quo loco si particula *seu* pro copulativa nec disiunctiva vel explicativa haberi potest, hic usus ad peioris latinitatis scriptores repellendus non esset.]

En, inquit, istam sportulam. Moris olim erat, pro introitu alicuius collegii, curiae, corporis, prioribus gratuitum quid praestari. Colvius comparat Scaevol. L. CII. de Legat. L. III. *Quaesitum est, si Sempronius eam militiam sibi comparaverit, sed et id quod pro introitu erogari solet, ex causa fideicommissi ab heredibus consequi posset.* Suet. Claud. c. 9. *Postremo etiam HS octogies pro introitu novi sacerdotii coactus impendere.* Elmenh. addit L. VII. Cod. procurat. s. scrin. et L. III. Digest. de Legat. Plin. Epist. X. 40. [Ita Apuleius maximam argenti copiam solvere debuit, ut in collegium sacerdotum Osiris et Partophorum adsciscerentur. cf. Met. XI. p. 812 sq. *Dum magno deo coronas exaptat et de ore eius...* (sacerdotem) *audisse, mitti sibi Madaurensem, sed admodum pauperem, cui statim sua sacra deberet ministrare. Nam et illi studiorum gloriam et ipsi grande compendium sua comparari providentia. Ad istum modum desponsus sacris, sumptuum tenuitate, contra votum*

libens, meque vobis ducem fidissimum, si tamen non recusatis, offero: brevi temporis spatio lapideam istam domum vestram facturus auream.

CAPUT IX.

Nec mora, nec cunctatio; sed calculis omnibus ducatum latrones unanimes ei deferunt, vestemque lautiusculam proferunt, sumeret, abiecto centunculo,

fidelissimum f. et Iunt. 2. ex interpretamento. *recusans* G. 1. *brevi temporis spatio* F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. B. ∂. f. Elm. Scriv. Florid. In cett. Mss. et Edd. est *brevis*. cf. Auson. Pasch. 10. *brevis aevi cursum*. Quälia passim variant. At optimis codd. obtemperandum est.

calculus G. 1. *deferre* ed. pr. Venet. 2. Vicent. *differunt* G. 1. a m. p. solita aberratione. *latiusculam* G. 2. D. P. ∂. *sumeret. Abiecto centunculo divite sic reformatus.* Ita distinguit cod. Oxon. In cett. omnibus *sumeret, abiecto centunculo divite. Sic reformatus, singulos exosculatus*, ut F. 1. 3. G. 2. D. B. edd. vett. Elm. Vulcan. 2. Florid. Scriv. In G. 1. haec verba uno tenore perscripta sunt. *sumere* ∂. *summeat* G. 2. D. *sumerent* P. *centuculo* G. 2. f. *centaculo* D.

meum retardabar. Nam et viriculas patrimonii peregrinationis attriverant impensae .... postremo iussus, veste ipsa mea quamvis parvula distracta, sufficientem corrasi summulam.]

lapideam. Sic Augustus apud Suet. c. 29. gloriatur, se urbem, quam latericiam acceperat, marmoream relinquere.

Cap. IX. *ducatum. Ducatus* vocabulum cum ceteris, quae inde proficiscuntur, argenteae latinitatis videtur fuisse proprium, quum certe, quantum scio, Suetonio prior nemo afferri possit, qui id usurpaverit. Tiber. c. 19. *in omni ducatu.* et Ner. c. 35. *ducatus et imperia.* Spartian. Pescenn. Nig. c. 4. p. 650. *ducatum mox dabo.* Nec dubitari potest, quin hoc vocabulum a *ducare* sit repetendum, quod quamquam in lexicis frustra quaesivi, aperte tamen Gloss. Vulcan. testantur *duco, is ἄγομαι duco as ἡγέομαι*, ita ut in significatione regendi et imperandi sola usurpatum videatur. Inde fit *ducator* Gloss. Phil. *ἀγός, προηγούμενος* Tertull. advers. Iud. 13. p. 198. D. Rigalt.: *cum ducator eius in eo pati haberet* du Cang. Gloss. s. v. Ita legitur *ducatio* apud Tertull. de Coron. c. 11., ubi tamen hodie scribunt *quibus familiarissima est advocatio necessitatis*, et excusationem, allegationem explicant, ut paulo supra: *Non admittit status fidei allegationem necessitatis. Inducatrix* habet Apuleius de Dogm. Plat. II. p. 225. *illae vero vitiorum ducatrices.* Saepius vox *ducatus* in usu est apud Afros. Ita Apul. Met. X. p. 679. *qui mille armatorum ducatum sustinebat.* Tertull. ad Nat. II. c. 5. p. 56. C. Rigalt. *sub quorum ducatu et potestate operatio rerum decurrit.* ibid. D. *exercendis temporum ducatibus.* advers. Iud. 24. p. 200. C. Rigalt. *Discite nunc ex abundanti erroris vestri ducatum* et advers. Marc. 7. p. 400. C. Rigalt. *Discat nunc hereticus ex abundanti cum ipso licebit Iudaeo rationem quoque errorum eius, a quo ducatum mutuatus* Gloss. Philox. p. 81. *ducatus ἡγεμονία, ducatus latronum ἀρχὴ λῃστείας.* Gloss. Vulc. p. 43. *ducatus ἀγωγή.* et Du Cang. in Lexico s. v.]

deferrent. Deferre, quae lectio est aliquot editionum priscarum, non ineleganter dictum esse putat Oud. per Enallagen s. Ellipsin coll. Met. II. p. 137. *pueri obferre.* Nec obstare dicit, quod sequatur *proferunt*, quum non raro ita codd. varient. coll. dict. suis ad Hist. B. Afr. c. 7. et 25. *rursus se recipere — atque auxilia abduxit* Met. X. p. 696. ubi nonnulli codd. legunt *corripere trepidatio ... succedit pallor.* Duk. ad Flor. IV. c. 4. Et contra praecedente indicativo et sequenti infinitivo c. 20. *frequentabat suas copias: officinas ferrarias instruere.* Sept. de B. Troian. I. 19. *Lues invadit atque ... millia fatigare et promiscue grassari.* II. 1. *evolant navibus, neque versis his atque in fuga*

462 divitem. Sic reformatus, | singulos exosculatus, et in summo pulvinari locatus, coena et poculis magnis inauguratur. Tunc sermonibus mutuis de virginis fuga

et singulos O. non male habet. De omissione vero huius copulae inter duo participia cf. dict. ad Met. III. p. 179. *interemptos .... palpitantes.* Hinc male egit Ruhnken., qui contra Oud. mentem *et* particulam, quae ne in ulla quidem alia editione extat, contextui intrusit. *osculatus* p., unde vir doctus ad marg. ed. meae Colv. emendavit *singulos et osculatus*, [quod quamquam per se probari potest, tamen hic non necessarium est. At vero saepius ita et particulae et alia cum sequenti vocabulo in unum concrescunt, ut *et spectant, .. exspectant.* Liv. II. 48. §. 10. cf. Dr. ad XXVIII. 19. §. 6. *effractus* pro *et fractus* ibid. XXXVI. 24. §. 10. *expromere* pro *et promere* cf. ad XXXVIII. 49. §. 4. Gron. ad Liv. I. 37. §. 2. cf. supra ad Met. p. 458. *appulissent* et *appulsi essent.*] *coenae* F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. O. δ. *coenaque* Elm. Scriv. Florid. In ceteris *coena. pueulisque* F. 3. *poculumque* G. 2. D. In cett. *poculisque.* Edd. vett. et Vulc. 2. habent *et poculis* praeter Iunt. 2., quae codd. lectionem sequitur. *magis* G. 2. P. O. D.

parcere. [Quam vero Oud. dicit Ellipsin vel Enallagen nostris temporibus nemini unquam probari, res est notissima, quam hic exponere longum est. At quum ceteri codd. indicativum hic praeferant, et infinitivus non solum historicis, sed ibi potius apud alios in usu videatur fuisse, ubi res celeriter subsecutae sese excipiunt, vel celeriter et magna cum emphasi enarrantur, emendare quidquam nolui.]

sumeret, abiecto centunculo, divitem. Sic reformatus. Hunc locum ab omni mendo quam remotissimum, quum non intelligerent interpretes, emendandum esse putabant, ut Colvius qui: *Sumeret. Ac tectus centunculo divite, sic reformatus*, coniecit, qua quidem coniectura loci difficultas nequaquam tollitur; quo accedit, quod vestis illa lautiuscula *centunculus* non potest nominari. Probabilissima est Scriverii emendatio, *Sumeret, abiecto centunculo, divitem*, in qua hoc unum tantummodo offensioni est, quod nimis distat hoc adiectivum a substantivo, cui per sententiam iungi debet. At bene Beroaldus iam monuit, per Oxymoron *centunculum divitem* dici pannosas eius vestes et lacinias, quibus insutum erat aurum, quaeque ideo recte *divites* vocantur, ut *clemens violentia* Met. III. p. 191. Met. V. p. 356. *palmulae lenientis exasperatam.* Met. IX. p. 614. *vagarer errore certo*, ubi Pricaeus conferatur, vim oxymori accuratius exponens. Florid. p. 39., ubi nonnulli praeferunt *gravitas iucunda.* ibid. p. 86. *illecebris deterreor, et stimulis refrenor et incitamentis cohibeor.* Ita *probrosus honor, pravum decus* alia Silio XIII. 30. XI. 34. 421., ubi vide, quos laudat Drak. et in Horat. Animadv. Cuningh. Cap. 9. de Oxymoro. [Aliter explicant *divitem centunculum* de veste prius divite et satis pretiosa, quae longis itineribus et nocturnis aggressuris laciniata et pannosa facta erat. At priorem interpretandi rationem equidem praefero. Oxymori exempla alia praebent Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. p. 58. Munk. ad Fulgent. Myth. II. c. 13. p. 687. Stav. *locuples penuria* ut nos: *ein glänzendes Elend.* Cort. ad Lucan. I. 98. *concordia discors*, quod idem Ovid. Met. I. 432. et Horat. Epist. I. 12. 19. dicebant; Heins. ad Met. II. 627. III. 466. *inopem me copia fecit.* VIII. 476. Lambin. ad Hor. Od. II. 12. 16. Intt. ad eiusd. Epist. I. 11. 28.] Quia vero ita has vestes nunc vocatas esse a latronibus, non verisimile sit, Oud. distinguit potius cum Oxon. cod. *sumeret. Abiecto divite centunculo.* [Hoc quid sibi velit, vix capio. Et quidni, ut necessarium sit, a latronibus haec verba proficisci, ab iis vestis illa lacera dives animi caussa nominari poterat, quum tantas auri copias continuisset. Tum mihi particula *sic* maiorem vim habere videtur, cuur initio sequentis enunciationis ponitur. Hinc optimos codd. secutus verborum distinctionem dedi.]

coena et poculis. Hanc dedi lectionem, quam tamen apparet ab optimis codd. reiici, quos mirum est omnes *coenae poculisque* praebere. Latere aliquid, sententia est Oud., quid vero sit, nemo interpretum recte adhuc vidit. Oud. coniecturam proposuit *coenaque et pocu-*

Digitized by Google

deque mea vectura, et utrique destinata monstruosa morte cognoscit, et ubi locorum esset illa percontatus deductusque, visa ea, ut erat vinculis onusta, contorta et vituperanti nare discessit; et: Non sum quidem tam brutus vel

utrimque G. 2. (neque vero *utrinsque*, ut in excerptis erat Oud.) D. *utique* Bas. 1. 2. *monstrosa* Venet. 2. Vic. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. *mostruosa* G. 1. 2. D. cf. Met. V. p. 350. *percontactus* G. 1. *catenis onusta* B. ex glossemate. *contexta* P. pro *contorta*. *Contemta* G. 2. D. (At in G. 1. extat *contorta*, non *contemta*, ut Oud. excerpta habebant, quamquam alterum *o* mihi a m. s. videtur esse emendatum, sed ita, ut quid prius lectum fuerit, dignosci nequeat. *et contorta vituperanti* δ. *vituperata* G. 2. D., quae emendatio necessaria mihi videtur fuisse, quum in his codd. *contemta* legatur, quod aliter a librariis ferri non poterat. *natare* pro *nare* G. 1. *natura* O. a m. p. *Non sum inquit* F. 1. et ita scripsit Elm. temere, quia hunc codicem secutus est, non cogitans, sequi in seqq. verbum *inquit*, ubi hunc saltem inducendum esse debebat monere. [Sed negligentia Lindenbrogii factum esse puto, ut sequens *inquit* non induceretur. Mirum enim esset, si accuratissimus huius codicis librarius ita aberrare potuisset. Praeterea argumento esse potest cod. p., qui particulam *quidem* omnino non agnovit, unde quam incerta fuerit huius particulae sedes, accurate intelligendum est. Librarium puto in eo offendisse, quod tot vocabulis praepositis interponatur demum *inquit*, quae vox quum alibi tribus quatuorve vocabulis postponatur, commotus est, ut posteriore loco eam inducens pro *igitur: inquit* emendaret.]

lis, quod non longe abest a lectione edd. vett., quae omnes *et poculis* habent. Quodsi ita scribitur, bene potest intelligi, quomodo *e* sequentis particulae *et* priori vocabulo adhaerere potuerit. Hoc igitur in textu reposuissem, nisi optimi omnino codices refragarentur. Nec improbabilis per se videtur esse Oud. coniectura. Eodem enim errore legitur Met. III. p. 128. *sequensque et tertium inter nos ... poculum*, ubi codd. aliquot *que* reiiciunt. Hinc error ita explicari possit. Prior codd. lectio erat *coenaque et poculis*, quae quum librarios offenderet, dein vitiose commutata est in *coena et poculisque*, unde *coenae* scriptum legitur, denique *et* particula plane exulavit, *coenae poculisque* retentum est. Similis Dictyis Cretens. locus, qui mendosissimus est, eadem ratione forsitan ita emendandus est. Legitur enim V. 3. in optimis codd.: *praesentium habendam rationemque* vel *rationem quam futuris adhibendam*, ubi coniecturis sententia restituenda est. Equidem putaverim *rationemque et animum* legendum esse, quod propter compendium *am̄*, pulsa particula *et*, cum antecedenti *que* in *quam* facilius abire poterat. Ita totus locus facillime procedit. Pro *poculis* in Florent. 3. legitur *puculis*, quod vir doctus in *cupulis* emendare voluit, quod tamen de *poculis* dici nego.]

contorta et vituperanti nare. Neque hic prurientem manum continere quivit Stewechius, qui male et contra mentem auctoris scriberet *contorta et intuberanti nare*. At ita dixit Apuleius Met. VII. p. 577. *nare detorta, magistrum suum carie cavillantur*, praeter quem locum Elm. comparat Hieronym. in Psalm. *subsannatio proprie rugata fronte, et contracto naso exprimitur*, et Tertull. advers. Marcion. II. 19. *naso aliquem agere*, quod proverbium huc referendum non erat. Optime hanc lectionem Pricaeus defendit comparans Horat. Epist. I. 5. 23. *corruget nares* et Schol.: *Quoties horret aliquis, nares contractae rugam faciunt*. I. 19. 45. *ad haec ego naribus uti Formido*. Schol. *caninis vituperantium naribus*. Suid. *ἐπέμυξεν· ἐξεμυκτήρισεν, ἦχον διὰ τῶν ῥινῶν ἐποίησεν*. Hesych. *ἀνασιμοῦν· ἀποστρέφειν*. [cf. Intt. ad Horat. l. c. Heind. ad Sat. I. 6. 5. Pers. IX. 91. III. 87. Burm. ad Ovid. Met. XIV. 95.] Recte monet Oud., per posterius vocabulum ab Apuleio, suo omniumque scriptorum more, explicari prius, ita ut *et* ac *καὶ* saepius ponantur pro *id est*. [cf. ad Met. VI. p. 398. cf. Hand. Tursell. II. p. 479 et p. 484. Wagn. Quaest. Virg. XXXIII. 10. Goer. ad Cic. de Finib. I. 40. 34. p. 47. Beier. ad Off. I. 10. §. 33. p. 75. et II. 5. §. 16. p. 34.]

Digitized by Google

certe temerarius, inquit, ut scitum vestrum inhibeam, sed malae conscientiae reatum intra me sustinebo, si quod bonum mihi videtur, dissimulavero. Sed prius fiduciam vestri caussa sollicito mihi tribuite, cum praesertim vobis, si sententia haec mea displicuerit, liceat rursus ad asinum redire. Nam ego ar-
463 bitror, latrones, quique eorum recte sapiunt, | nihil anteferre lucro suo debere,

situm G. 1. *male* non recte Edd. Vicent. Wow. Pric. et Mss. aliquot (γ) teste Oud., *e* pro *ae* praebentibus. *disilabo* (neque vero *dissimulabo*, quod excerpta Oud. legebant) aperte in G. 1. extat. *vestra* O., quae lectio librarii emendatio est, qui *vestra caussa* Latinos dicere oportere didicerat. *retribuite* G. 2. P. D. *mihi* pro *mea* G. 1. O. *dissplicuerit* D. *liceat mihi* ex librarii additamento, qui praegressi pronominis *vobis* plane oblitus erat. *quiqui* F. 3. B. Elm. Colv. Vulc. 3. *conferre* F. 1. *afferre* f. *auferre* δ. p. quae menda ex compendiosa scribendi ratione *aũferre* profecta sunt. *suo debere* F. 3. G. 1. 2. D. p. P. δ. In cett. codd. et edd. *debere suo*.

malae conscientiae reatum intra me sustinebo, si quod bonum. [De vocabulo *reatus* accuratius iam egi ad Met. I. p. 54., ubi Apuleii exempla enumeravi, apud quem non solum pro condicione et statu rei, sed etiam pro ipsa culpa et crimine, ut nostro loco, et pro habitu sordido rei usurpatur. Praeter Apuleium apud ceteros quoque Afros saepissime in usu erat, ut apud Tertull. Apolog. 3. p. 5. B. Rigalt. *is probabit et nomen malum, dignum odio de reatu sectae et auctoris*, advers. Marc. II. 15. p. 389. C. *cur non et reatus patrum in filios quoque redundaret.* Augustin. Retract. I. 15. §. 2. T. I. P. I. p. 55. ed. Paris. 2. *cuius concupiscentiae reatus in Baptismate solvitur* et paulo ante: *Quasi vero peccatum, quod eos ex Adam dicimus originaliter trahere, id est reatu eius implicatos*, contra Pelag. VI. 19. §. 62. T. X. P. I. p. 1192 sq. *facti reatum manere .... dic mihi reatus iste quis sit .... Subiectum est, reatus est, id est substantia .... neque enim reatum affirmabis esse substantiam.* Et paulo post: *Manet eius reatus in illius conscientia, qui deliquit* et .... *ubi erit reatus ille, quem transeunte peccato manere duis* et ... *eorum peccatorum eius reatum manere* et p. 1193. *ut ea diluatur reatus* et post: *ab eius reatu liberato.* Ibid. c. 17. §. 52. p. 1184. ter idem vocabulum legitur. De Peccator. Merit. et Remiss. II. 33. 53. ibid. p. 280. *non intelligunt, quomodo res, quarum reatum Deus solvit*, de nuptiis et concupiscent. I. 26. 29. p. 627. *necesse est, ut reatus huius concupiscentiae remittatur. Nam sicut eorum peccatorum .... reatus manet, sic illius reatus aufertur ... Reus est adulterii, donec reatus ipsius indulgentia remittatur... Sed quomodo manent, si praeterita sunt, nisi quia praeterierunt actu, manent reatu? Sic itaque fieri e contrario potest, ut etiam illud maneat actu, praetereat reatu.* Plura de hac voce dabit Stewech. ad Arnob. VI. c. 22. p. 139. ed. Lugd. qui praeterea eiiciendum nostro loco putat vocabulum *bonum*, caussis hic non additis, forsitan, quia cognoverat, idem locutione *mihi videtur* exprimi. cf. Terent. Phorm. IV. 3. 14. *Visum mihi est, ut eius tentarem sententiam.* Cic. Acad. I. 9. *Eam quoque, si videtur, correctionem explicabo.* Hic tamen abesse *bonum* posse nego, quia opponitur voci *malae*, unde Stewechii sententia, quam Oud. plane ignorabat, reiicienda est.]

quique eorum recte sapiunt. Colvius, qui ex Plautina dicendi ratione *quiqui* saepius vindicavit, quamquam aliter in contextu legatur, hic quoque excerpta Florent. 1. secutus *quiqui* restituere voluit, posterioribusque persuasit editoribus. At bene defendit Oud. lectionem ceterorum codd. *quique*, quod hoc loco *quicunque* significat. [cf. Plaut. Amph. I. 1. 156. IV. 3. 14. Lindem. ad Mil. Glor. II. 2. 1. II. 5. 50. Burm. ad Quint. Decl. p. 174. ad Anthol. Lat. T. I. p. 356. Oud. ad Suet. p. 813. Arntz. ad Plin. Pan. c. 68. p. 305. Eckst. Arist. T. III. p. 946. Pluribus lectionem *quiqui* probat Pricaeus.]

by Google

ac ne ipsam quidem saepe aliis damnosam ultionem. Ergo igitur si perdideritis in asino virginem, nihil amplius quam sine ullo compendio, indignationem vestram exercueritis. Quin ego censeo, deducendam eam ad quampiam civitatem, ibique venundandam. Nec enim levi pretio distrahi | poterit talis aetatula. [192]

sibi, quod ante *et aliis* legitur, abest a F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. et ab edd. vett. Inserendum id esse iam coniecerat etiam Vulc. in marg., uti Wower. ante eum, quem reliqui secuti sunt. *alliis* G. 1. *perdideris* O. (equidem puto in eo potius legi *perdidetis*, ex compendio *perdidẽtis* virgula omissa; quod supra iam/a me monitum est.) *nostram* G. 1. O. *deducendam esse* δ. *eam* exulat ab Ed. Florid. *ad* non comparet in P. *distari* G. 1. O. a m. p. *eratula* G. 2. D. p. *heratula* P. *etacula* G. 1.

ac ne ipsam quidem saepe aliis damnosam ultionem. [*Sibi*, quod ante *et aliis* positum ex uno cod. Fulviano vindicare possunt, etiam Oud. probatur, qui cum Wower. Sciopp. in Symbol. et Elm. mancam esse sententiam sibi persuasit; Sopingius ea de caussa pro *saepe* legebat *sibi*. Equidem tamen puto, non solum propter codd. auctoritatem, sed ne per sententiam quidem *sibi* hic locum habere posse. Haec glossa profluxit a librario, qui quid *et aliis* sibi vellet non intelligebat. Sententia loci haec est: Latrones prae ceteris omnibus hominibus lucro suo omnia postponere debent, quia latrocinium propter penuriam tantum exercetur. Quum igitur eorum plurimum intersit, pecunias comparare, liberi esse debent ab omnibus istis animi commotionibus, quibus alii homines afficiuntur, ira, libidine et prae ceteris ulciscendi cupiditate, nisi cum eorum lucro coniungi possit. Ultio vero quum etiam aliis hominibus, qui non lucri caussa agunt, perniciosa saepius sit, quo magis latronibus, qui hoc tantummodo considerant. Si igitur integram esse voluisset Apuleius sententiam, sine dubio scripsisset, *cum aliis, tum latronibus* vel *aliis* et *eoque magis latronibus. Et* particula hic *etiam, vel* significat. Deinde ob rationem palaeographicam *sibi* non probo, quia mirum esset, si compendium *s* omnes librarios effugisset. Si ante *saepe* scriptum fuisset, magis placeret, quia ita explicari posset, quomodo librarii aberrare possent. Wower. sententiam secuti sunt interpres Francog. et Rodius in interpretatione germanica.]

distrahi poterit talis aetatula. [Charit. l. 10. p. 20. *Τάχα τις ἐρεῖ, ἀναιτιώτερον εἶναι, πωλῆσαι τὴν γυναῖκα, τιμὴν γὰρ εὑρεῖν διὰ τὸ κάλλος* et ad hunc locum cf. d'Orvill. p. 268. et Pric. ad nostrum locum, qui plura eiusdem sententiae ex veteribus exempla profert.]

distrahi. Notat Oud., *distrahi* pro *vendi* dici de una re, cum proprie venditione distrahantur variae res, a diversis emtoribus comparatae, coll. Met. IX. p. 652. *Tunc unum larem, varie dispergit venditionis incertae licentiosa Fortuna*, quamquam eadem ratione *fundus distrahi* dicatur a ICtis. [Sed errat Oud. Omnes enim, quos ego conferre poteram, loci ita comparati sunt, ut de pluribus rebus ubique sermo sit, quae quidem sententia in vocabuli compositione iam necessario inest. Nam si Apul. Met. l. c. dicit *larem dispergi* non de singulis intelligit aedibus, quae hastae publicae subiiciuntur, sed de tota supellectile, quae publica auctione instituta dissipatur et dispergitur. Eadem ratione explicanda est locutio ICtorum, *fundum distrahere*, quod non de solâ villa dictum est, sed de omnibus rebus, quae ad eam pertinent, ad supellectilem. Melius Apuleius dixit Met. I. p. 26. *caseum recentem ... admodum commodo pretio distrahi.*]

aetatula. [Vir doctus ad marg. meae ed. Colvian. probat lectionem *eratulae s. herae*, quam vellem uno illo eiusdem analogiae exemplo comprobasset. *Aetatula* hic abstractum pro concreto pro virgine tam delicatae aetatis et iuvenili admodum ponitur cf. Plaut. Pseud. I. 2. 40. Significat igitur latro, puellam tam tenerae aetatis et intactae virginitatis a nemine unquam sperni, unde bene vertit Rodius: *für solch eine Jugend kann man etwas lösen.* Condicionis vero eius utrum obscuro an nobili loco nata

Nam et ipse quosdam lenones pridem cognitos habeo, quorum poterit unus magnis equidem talentis, ut arbitror, puellam istam praestinare, condigne

magnus equidem d. quidem G. 1. 2. P. D. *talenti sunt* Vicent. vitiose. *istam* non est in P. *praedestinare* R. f. [teste Oud.] *destinare f.* [teste Roaldo].

sit, ratio haberi non potest, quum lenonibus puella traditur.]

quosdam lenones pridem cognitos habeo. [cf. d'Orv. ad Charit. T. II. p. 23. et p. 272. ed. Lips.]

magnis equidem talentis. Ex cod. d'Orv. perversa lectione *magnus* Oud. conlici posse non satis ingeniose putat *magnarius*, quae quidem emendatio per sententiam ne ferri quidem potest. Sed vulgatam praeferens duplici ratione explicat, vel quia alia maiora, alia minora sint talenta, vel potius pro *multis* interpretatur, quod pessime reponi hic voluit Sopingius. coll. Met. V. p. 322. *magnisque congesta gazis* p. 350. *magnis pecuniis negotiantem* Cic. pro Leg. Manil. c. 7. Caes. B. C. III. 7. Auson. in Parent. Cogn. VII. 3 et contra dici *parvas stipes* Met. II. p. 119. X. p. 713. *parvas pecunias* Met. IX. p. 609. Ita porro *magna iugera, magna millia, magna iuventus* pro multis usurpari, quamvis, ne quid dissimulet, doctos quosdam viros esse confiteatur, qui tres postremas dictiones condemnent et ibi reponant *multa*, coll. Broukh. ad Tibull. I. 1. 2. Burm. ad Val. Flacc. V. 274., qui tamen se correxit ad Lucan. V. 365. post editas Oud. Obsérv. in Miscell. Vol. III. T. I. p. 135., ubi accuratius de nostro loco egit. [Hanc explicationem equidem probo, quia mihi minus bene agere videntur, qui hic ad maius minusve talentorum pretium respiciunt. Latro tantum id exprimere voluit, se satis grandem pecuniarum copiam pro virgine accepturum esse a lenonibus, non sollicitus ille, utrum ea Attica an Euboeica an Corinthiaca essent. Optime de huius vocis significatione exposuit Huschke ad Tibull. l. c. ubi plura exempla afferuntur. Ita Virgil. Aen. V. 248. *vinaque et argenti magnum dat ferre talentum*, ubi Heyn. bene adnotat: non comparative, quoniam maius et minus talentum fuit, nam hoc et serius et subtilius, quam pro poëta, sed per se, quod multas minas intra se continet, ut *magnus annus, mensis*, cf. Iacob disqq. Virg. Spec. I. p. 7. ibid. IX. p. 265. *auri duo magna talenta* ibique Intt. Ita *tantus, quantus* non raro in usu est pro *tot* et *quot*. Ab Afris potissimum hanc acyrologiam usurpatam fuisse, iam observavit Bünem. ad Lactant. I. 3. §. 21. p. 22., qui ex Tertulliano protulit Apolog. c. 50. *Multi apud vos ad tolerantiam doloris et mortis hortantur, .. nec tamen tantos inveniunt verba discipulos, quantos Christiani factis docendo* et de Idol. 6. *potes unum deum praedicare, qui tantos effecit*, quibus exemplis adde Apolog. c. 1. p. 2. B. Rig. *et sunt tanti, quanti et denotamur.* de Anim. c. 46. p. 299. *quanti autem commentatores et affirmatores in hanc rem* ad Nation. I. c. 9. p. 46. *quantae clades ... ceciderunt? quanta bella externa et intestina? quot pestes, fames, ignes, hiatus?* Et ita explicandus locus de Spect. c. 5. p. 71. *Hoc si placuerit, quid facies de tantis millibus hominum, tot viris ac feminis, omnis sexus, omnis aetatis, omnis dignitatis offerentibus se tibi? Quantis ignibus, quantis gladiis opus erit.* de Resurr. Carn. c. 42. p. 350. *Quantos enim licebit, vel pridianos inveniri.* Apolog. 46. p. 32. *Christianos ad leonem! Tantos ad unum.* de Anim. c. 30. p. 286. *tantae urbesiam, quantae non casae quondam.* Alia cf. apud Bünem. ad Lact. Instit. IV. 16. §. 16. p. 487. Arnob. V. 12. *O Abdera, Abdera, dares quantas vias mortalibus irridendi* ubi cf. Orell. T. II. p. 290. et c. 22. *quantasque ignominias* p. 310. Burm. Anthol. T. II. p. 45. ad Prop. I. 5. 10. Verheyk. ad Eutrop. p. 213. 226. Deder. ad Dict. Cret. I. 6.

Digitized by Google

natalibus suis fornicem processuram, nec in similem fugam | discursuram: * 464

in, quod ante *fornicem* in nonnullis Mss. et edd. legitur, non comparet in F. 3. G. 1. 2. P. D. O. f. d. B. p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. Basil. 1. *procensuram* D. *perpessuram* pro *processuram* φ., unde colligo, in hoc codice *in* non legi, quia *perpessuram* glossema est librarii, qui accusativum hunc explicare sibi voluit. *discurram* F. 1. 3. G. 1. 2. D. d. p. ed. pr. Vicent. (in mea edit. emendatum est in marg. *discursuram*.) Venet. 2. *discussuram* O. In cett. *discursuram*.

Gloss. p. 248. Ita *aliquanti* pro *aliquot* cf. Munk. ad Fulg. Mythol. II. p. 681., qui plurima exempla protulit. Huius acyrologiae apud Graecos etiam obviae exempla enumeravit Lobeck. ad Aiac. p. 128. ed. alter.]

praestinare. Quoties *praestinandi* verbum immutatum est in Mss., toties peccatum est. *Praestinare* Plauto et Apuleio est *vendere.* Male ita exposuit Roaldus; nam *emere* significat *praestinare* cf. Met. I. p. 26. *id omne praestinaturus* p. 74. *denariis praestinavi.* IV. p. 273. *modico praestinatae pretio* (ubi legendum *praedestinatae*) VIII. p. 569. *emtoribus praestinantur* p. 572. *nimia praestinandi studio* IX. p. 603. *tanto pretio praestinavit.* p. 613. *castello praestinavit* p 607. *possessiones praestinaturus.* Apol. p. 600. *agellum praestinarit.* Plaut. Capt. IV. 2. 69. ubi cf. Lindem. Epid. II. 2. 94. Pseud. I. 2. 37.]

fornicem processuram. Praepositionem *in*, quam aliquot Mss. et edd. agnoscunt, auctoritate optimorum codd. nisus, expunxi, quippe quae emendatio videatur esse librarii, qui cum simplici accusativo construi hoc verbum ignorabat. Cuius constructionis quamquam aliud exemplum alibi reperire non potui, tamen ex ingenio eam profluxisse Apuleii persuasum est, qui in istis multa novavit. Saepius enim apud Apuleium verba, quae motum significant, cum simplici accusativo construuntur cf. ad Met. I. p. 24. Tacit. Hist. III. 85. *Vitellius Aventinum defertur.* Stat. Achill. II. 247. *mittitur Aemoniam.* Cort. ad Lucan. I. 687. *feror Libyen. Perpessuram* vero glossema habeo librarii, qui verbum *processuram* loci constructioni non respondere opinabatur, unde aliud substituit, cui simplex accusativus semper iunctus est. Oud. praeterea aliud argumentum protulit hocce: *Perpessuram* non probatur ob voces *condigne natalibus,* quae suadent ambigue sumendam vocem *fornicem*, sive pro domo laquenta et in lacunar incurvata, qualis est potentium et divitum, sed et qualis est cella meretricia, seu lupanar fornicato opere structum. At ambigui tas tolleretur, si *perpessuram* substituas. Sed errat Oud., quia ne unum quidem exemplum potest adduci, in quo *fornix* de divitum domibus dictum est. *Fornix* quum primum de structura in arcus modum curvata et dein de totis arcubus dicatur, tum cameram significat, quae in fornicis modum erat exstructa. Quia vero meretrices in hisce cellis cameratis habitabant, *formices* nominabantur apud veteres domicilia meretricum publice prostantium. Isid. Orig. X. 110. *Fornicarius Fornicatrix est, cuius corpus publicum et vulgare est. Haec sub arcuatis prosternebantur, quae loca fornices dicuntur, unde et fornicariae.* Voss. Etym. s. v. *fornix.* Gloss. Philox. p. 97. *fornix πόρνη καμάρα fornicaria πόρνη ἀπὸ καμάρας, ἢ ἱσταται.* Excerpt. Gloss. Graecol. p. 320. *fornicarius πορνοκόπος fornicatio πορνεία* cf. Gloss. Cyrill. p. 586. Vulc. p. 55. Horat. Serm. I. 2. 30. Intt. ad Iuven. III. 156. VI. 130. Lips. Elect. I. 3., unde *fuligo fornicis* Senec. Controv. I. 2. extr., quia subterraneae erant et olida lucerna illuminabantur. Iuven. XI. 171. *olido fornice nudum stans mancipium.* Hinc apparet, non ad domum regalem virginis adludere Apuleium, sed ad solam cellam meretriciam, quam ironice condignam suis natalibus dicit, quia ita ultioni latronum satisfacere videretur, ut puella nobilissimo loco nata inter extremae sortis prostibula detruderetur.]

discursuram. [Mira est optimorum

Digitized by Google

nonnihil etiam, cum lupanari servierit, vindictae vobis depensuram. Hanc ex animo quidem meo sententiam conducibilem protuli: sed vos vestrorum estis consiliorum rerumque domini.

cum etiam servierit R. f. *serviverit* δ. *hunc* G. 2. D. *modo* pro *meo* G. 1. *condicibilem* O. *protulli* G. 1. *vos* non comparet in P. δ., quod facile propter sequens *vestrorum* omitti poterat, praesertim si *vostrorum* legitur. *vestrorum* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. p. f. D. δ. Elm. Scriv. Florid. In cett. *nostrorum*. Stewechius emendavit *vostrorum*, quod a Ruhnkenio in textu positum est. *rerum domini* copula omissa O.

codd. lectio *discurram*, quae etiam ab antiquissimis editionibus servatur, quamquam priores editores eam plane neglexerint, Oud. obiter tantum tractaverit. Ille enim ad otiosiorem eam lectorem relegat. Equidem quid inde extricare possim, adhuc nescio. At velim scire, quid Kulenkampius, vir doctus, sibi voluerit, adnotans margini ed. meae Florid. *discurram bene.* Haec equidem non capio. Nisi ille putaverit *discurram* adiectivum esse ut *vagus*, *profugus*, *incola* alia, nihil habeo, quo lectionem defendam. Ulcus altius insidere mihi probabile est, quia mea quidem sententia ob totius loci rationem terminatio in *ura* erat necessaria, ut assimilatio soni servaretur verborum *processuram*, et *depensuram*, qua in re Apuleius quidem accuratissimus est. Erat cum ego in coniecturas *cessuram gressuram* inciderem, quae tamen mihi non satisfaciunt.]

ex animo meo sententiam conducibilem protuli. Scioppius in Symbolis *ex animo* absolute dictum hic existimans, ex Plautina dictione *meo quidem animo* explicat *meo iudicio*, Fulvius vero, qui *ex animo protuli* coniungit ἀπὸ καρδίας interpretatur. Prius Oud. comprobat. [Vera vidit Hand. Tursell. II. p. 628., qui *ex animo* dicit opponi simulationi et significare studii et voluntatis vim et sinceritatem cf. Donat. ad Terent. Andr. V. 7. 21. *ex animo alicui facere est id facere, quod ille animo suo velit, aut certe ex tota mente praestare, non perfunctorie.* Plura Apuleii aliorumque exempla protulit Pric. ad Met. IX. p. 635. *et ignovit ex animo.* cf. Met. III. p. 193. *ex animo doleas* p. 208. *ut ex animo tibi volens omne delictum remittam.* Aliud enim est *ex animo* et *animo meo* cf. Plaut. Bacch. I. 1. 69. III. 2. 10. Menaechm. I. 3. 17. II. 1. 2.]

vestrorum. Stewech. iam vidit *vostrorum* esse concinnius, haec adnotans: Pro me facit, quod idem, qui haec loquitur, praemiserit in eadem sententia, et non sum quidem tam brutus, vel certe temerarius, ut scitum vestrum inhibeam; allusum vero ad plebisciti formulam, quod Tribuno i. e. plebis magistro rogante, plebs constituebat. Itidem suadente quidem Haemo praedonum duce, reliquis latronibus consiliorum liberam existimationem rerumque diiudicationem relictam sequentia huius scriptoris clamitant. Usui porro fuere antiquis in suasionibus istiusmodi formulae: *at hic iam tua est existimatio*, quae extat apud Apul. Met. V. p. 354. Plaut. Pers. II. 2. 20. *tua mira tua iudicatio est.* Cic. Epist. ad Div. XIII. 7. 2. §. 2. *Sed hoc tui est consilii et iudicii.* X. 3. §. 3. *tuum iudicium est idque liberum.* XIV. 14. §. 1. *Vestrum iam consilium est, non solum meum, quid sit vobis faciendum* et 18 §. 1. *Id non solum meum consilium est, sed etiam vestrum.* XV. 14. §. 4. *Huius rei totum consilium tuum est.* Oud. addit possessivum aeque ad *rerum*, quam ad *consiliorum* pertinere, quum res certe Haemi non fuerint, ubi nec consilia, quae iam sumserant latrones suo scito. [At cur Stewechio coniecturam *vostrorum*, cui miratur neminem suffragium dedisse, probaverit, equidem non video, quum optimi codd. legant *vestrorum*, quod praeferendum est. Stewechius, qui nullam codicis lectionem ante oculos habebat, bene *vostrorum* emenda-

CAPUT X.

Sic ille latronum fisci advocatus nostram caussam pertulerat, virginis et asini sospitator egregius. Sed in diutina deliberatione ceteri, cruciantes mora

fisci conciliator R. f. *consiliator* G. 1. 2. P. D., quod putant ex glossemate profectum esse *frugi consiliator* O. π. pro *fisci advocatus*. *praetulerat* G. 1. *protulerat* Wow. et Pric. *asino spirator* G. 2. P. D. *ecceteri* D.

vit, quia omnes edd. *nostrorum* legere videns, a litterarum vestigiis quam minime aberrare voluit. Oud. qui meliora habebat, ea re decipi non debebat.]

Cap. X. *fisci advocatus.* Allusio est ad fisci principis advocatum. De iure fisci titulus est apud ICtos et apud eosdem de advocato fisci fragm. de iure fisci §. 7. titul. C. de advoc. fisci (2. 9.): Fiscus alicui status controversiam faciat, quod fisci advocatus esse debet et si sine fisci advocato pronunciatum sit. Divus Marcus rescripsit, nihil esse actum. [In provinciis enim omnes res, quae ad imperatoris fiscum pertinebant, a procuratore exigebantur, qui pecunias ad Romae procuratorem referebat. Hinc consectarium est, lites, quae ex fisci rebus exoriebantur, omnes a procuratoribus diiudicatas esse. Inde ab Hadriano *advocatus fisci* instituebatur, qui res fisci administrabat, quatenus in iudicium vocabantur cf. Capitol. v. Hadr. c. 26. *Fisci advocatum primus instituit.* Spartian. Anton. Get. c. 2. *et quidem ob hoc, quod Severum ille ad fisci advocationem delegerat ex formulario forensi,* ubi cf. Casaubon. Salm. ad Anton. Philos. c. 24., qui ex Gloss. haec protulit: *fiscus, φισκοσυνήγορος* item aliae Glossae *φίσκος ὁ συνήγορος fisci advocatus,* ubi *φισκοσυνήγορος* legendum esse arbitratur. cf. Gloss. Cyrill. p. 654. Plura de *fisco* eiusque procuratoribus cf. apud Walther. in libro: *Geschichte d. Röm. Rechts* p. 346 sq. et *de advocato fisci* p. 351. Sicut ergo *fiscus principis* et *advocatus fisci* dicitur, ita nunc *advocatum fisci* latronum festive nec inscienter appellat. At mirum est, quod in optimis codd., ut G. 1. 2., constanter *fisci consiliarius* legitur, quod vocabulum quum rarius sit, statim, in textu posuissem, nisi Florentii codd. adversarentur. Hinc *consiliarius* glossema puto esse, qui *fisci advocatum,* qui proprie ita nominabatur, explicare voluit, quamquam non negandum est, hanc glossam pro librariorum ingenio doctiorem esse, quia *consiliarius* vox est non admodum trita apud veteres, de quo cf. Venet. ad Auson. Grat. Act. p. m. 712. Gloss. Cyrill. p. 619. *σύμβουλος consiliarius, consultor.* et Vulc. p. 30. *consiliarius βουλευτής,* du Cang. Gloss. med. et inf. Lat. in V. Dr. ad Liv. Epit. 125. Quod vero Oud. voluit utramque lectionem *fisci advocatus consiliarius* conflari, mihi quidem displicet.]

caussam pertulerat. [i. e. totam ad finem sustinuerat, egerat. Hinc videndum est, nec *protulerat* nec *praetulerat,* quod aliquot codd. praebent, hic ferre posse. Optime de hac vocabuli significatione exposuit Heinrich. ad Iuven. Sat. VII. 152. p. 302. cf. ad Met. IV. p. 305. *et tota illa perlata de formositatis aemulatione fabula.* Met. VI. p. 398. *partum perferre omnino patiemur,* ubi cf. et saepius.]

virginis et asini sospitator. [Vir doctus ad marg. ed. meae Colv. lectionem Guelf. 2. aliorumque comprobat *asino* non considerans eam non respondere praegresso vocabulo *virgini,* quum molestum videatur esse, hic enallagen constructionis assumere. Deinde ex horum codd. lectione *asino spirator* intelligi potest, corruptelam hanc esse scripturae *asini sospitator,* ut syllabae utriusque vocabuli *ni* ut *so* in unam coaluerint satis vitiosam. De dativo substantivis eleganter iuncto plura dicam ad Apol. p. 594.]

consilii mea praecordia, immo miserum spiritum, libentes tandem novitii latronis
465 accedunt sententiae: et protinus vinculis exsolvunt virginem. Quae | quidem simul viderat illum iuvenem, fornicisque et lenonis audierat mentionem, coepit risu laetissimo gestire, ut mihi merito subiret vituperatio totius sexus, cum viderem puellam, proci iuvenis amore nuptiarumque castarum desiderio simulato, lupanaris spurci sordidique subito delectari nomine. Et tunc quidem totarum mulierum secta, moresque de casini pendebant iudicio. Sed ille iuvenis sermone repetito: Quin igitur, inquit, supplicatum Marti Comiti pergimus, et puellam simul vendituri et socios indagaturi? Sed, ut video, nullum

mei pro *mea* f. *immo vero miserum* ∂. In cett. codd. et edd. omnibus *vero* abest. Oud. certe nihil adnotavit, et omnes, quos equidem conferre potui codd., id respuunt. *libenter* Bas. 1. Colv. Vulc. 2. Wow. et Pric. In ceteris Edd. et Mss. O. *libentes* pro Apuleii more cf. Met. V. p. 332. *festinantes adceniunt*, ut nonnulli legunt, ubi tamen *festinanter* ex optimis codd. reponendum est. cf. p. 333. *laetae succedite* alibi. Suet. Claud. c. 28. *libens passus est*. *tam boni novitii* O. *tam doni novitii* G. 1. quod ex compendiis *tñ* et *bñ* corruptum est. Praepositio *a*, quae ante *vinculis* in nonnullis codd. et edd. omnibus legitur vett. praeter Venet. 4., quae *ac vinculis* vitiose habet, non conspicitur in F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. P. R. f., unde reiiciendam esse putavi. *absolvunt* ex glossemate ∂. *virginem* desideratur in R. f. *videret simul* G. 2. *iuvenem* exulat a P. *leonis* Vicent. *latissimo* praeferunt Beroald. et Colv. ex coniectura. *laetissime* G. 2. D. *resu* G. 2. *ressuggestire* D. *gestiere* G. 1. π. *subire* Iunt. 2. Aldin. *vituperio* Bas. 1. vitiose. *castrarum* Vicent. *lupanari* G. 1. S littera propter sequens vocabulum *spurci* excidit. *subito* non conspicitur in f. *tantarum* f. [quod si quis probet, explicandum est per *tot*, ut supra vidimus p. 463. At saepius haec vocabula in Mss. inter sese confunduntur cf. Dr. ad Sil. XI. 222. ad Liv. II. 57. §. 3. *scepta* G. 1. *pendebat* G. 2. D. *quin inquit supplicatibus Marti canitis pergimus* G. 1. *Marci* G. 2. D. *comitis* O. *et* ante *puellam* exulat a f. *venditari et socios indagari* B. *vendicari* ∂. *sotio* Vicent.

immo miserum spiritum. [Temerarius est Oud., qui ex uno cod. d'Orv. *immo vero*, quippe quod saepius apud Apuleium in usu sit, in textu reponere conatur. Licet enim saepius particulae *vero, et, etiam* aliae etiam apud Apuleium huic voculae adduntur, tamen nulla particula adiecta saepius invenitur cf. I. p. 38. *vis, inquit, unum et alterum, immo plurima eius audire facta?* p. 47. *faxo eum sero, immo statim, immo vero iam nunc* p. 49. *vocem immo stridorem* III. p. 175. *capite in terram immo ad ipsos Inferos iam deiecto* cf. Hand. Tursell. III. p. 225. et p. 231.]

laetissimum. Hanc lectionem contra Colvii coniecturam *latissimo* his verbis Oud. defendit: Praeterquam quod bene educatas puellas non decet, latum extollere cachinnum, unde ait Ovid. Art. III. 281. *Quis credat? discunt etiam ridere puellae. Quaeritur atque illis hac quoque parte decor. Sint modici rictus, sint parvae utrimque lacunae, Et summos dentes ima labella tegant, latus risus* hic sane non convenisset, nimisque latronibus suspectus fuisset, qui facile tam mirabilis mutationis et auditi risus causam interrogassent. Satis est, eam laetam fuisse, et vultus gestu ad risum compositi declarasse gaudium, quod dirae mortis poena esset liberata.

vendituri. [*Vendicari* et *venditari*, quae lectio est aliquot codd., nihil nisi corruptela est librariorum qui *t* et *c* saepius commutant, ut quum semel *venditari* scriptum esset, ignorantia eorum corrumperet *indagari* pro *indigaturi*, quod priori vitio conveniens redderent. Hinc intelligi potest, quam audacter Oud. egerit, qui veterem scripturam *venditaturi* fuisse opinatur, multis ex Apuleio exemplis eius usum comprobans ut Met. VII. p. 475. *colonis proximis venditabat*, ubi cod. ∂. item prave abit in *vendicabat*. IX. p. 602. *istud ego quinque denariis cuidam venditavi.* cf. Cort. ad Lucan. V. 248. Per se vocabulum probum est, nec offendere debemus in Doederl. Synonym. IV. p. 119 sq. observatione, *venditari* eas tantummodo res dici, quae honeste nec sine infamia vendi nequeant. Ea enim quae protulit Ciceronis aliorumque exempla ad

uspiam pecus sacrificatui, ac ne viuum quidem potatui affatim vel sufficiens habemus. Decem mihi itaque legate comites, quis contentus proximum castellum petam, inde vobis epulas saliares comparaturus. Sic eo pro-

sacrificavi D. *sacrificatui. Ac ne viuum* Vicent. *potati* O. *potavi* G. 1. D. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. *affatui* O. G. 1. *sufficiemus* P. *Decem mihi itaque* F. 3. G. 1. 2. f. *mihi inquam* G. 1. O. In cett. codd. et edd. *decem itaque mihi. legatae* Vicent. Venet. 2. Ald. *contemptus* D. solita aberratione pro *contentus* D. [cf. Liv. IV. 6. §. 4. Dr. ad Liv. XXV. 38. §. 20. Virg. G. III. 536.] *proximus* D. *putem* pro *petam* d. *nobis* B. *et alias res comparaturus* pro *saliares* B. et edd. vett. quae lectio ex F. 1. fortasse profecta est, quae habet *alia res*, s. a postrema prioris vocabuli littera absorpto. *Saliares* habet F. 3. G. 1. 2. P. D. O. R. p. Pric. quique eum sequuntur editores. cf. ad Met. IV. p. 285. *ego profecto* G. 2. D.

frequentativam huius vocabuli significationem pertinent, ex qua necessario indigni quid et inhonesti profluxit, quum eae res, quae saepius venduntur, parvi aestimentur, pretiumque amittant. Ita Plautus de meretrice, quae corpus suum venum dat amatoribus Mil. Gl. II. 3. 41. Curcul. IV. 1. 21., quod quum saepius fiat et sine ullo discrimine, contemnendam plane rem illa distrahit. At Apuleii locis id comprobari non licet, ubi venditare ne frequentativa quidem vocis significatione servata passim et sine ullo discrimine pro *vendere* ponitur, id quod loci cit. accuratius indicant. Hinc colligitur, quomodo *venditare* idem, quod *ostentare* significet, quia res, quae saepius distrahuntur emtoribus propositae, saepius iis comprobantur, ut ad emtionem proclives sint; ut nostrum *anpreissen*, *an den Mann bringen*. Haec in transcursu exposui.]

affatim vel sufficiens. [De hoc loco compara Taubm. ad Plaut. Bacch. III. 6. 71. p. 570.]

Decem mihi itaque. [Rarior huius particulae positura de qua cf. Böttich. Lex. Tac. p. 237. et Bosch. Praef. in Anthol. Gr. T. IV. p. 5. Hand. Turselt. III. p. 509 sqq. librarios commovisse videtur, ut *itaque* aut secundo loco ponerent aut in *inquam*, quod plane otiosum hic et ieiunum est, emendarent. Equidem tertio loco Mss. auctoritate nisus reposui. Ab Apuleio enim observavi hanc particulam in uno tantum Metamorphoseon loco Met. I. p. 43. *Itaque maturius quieti nos reponamus* initio enunciationis esse positam, in ceteris vero omnibus locis vel secundo loco, id quod frequentissimum est, inveniri ut Met. I. p. 26. *comperto itaque* I. p. 52. *optimum itaque factu* p. 90. *accede itaque* alibi, vel tertio ut Met. I. p. 54. *in cubiculum itaque reversus* XI. p. 816. *quod felix itaque ac faustum*, vel uno loco multis vocabulis interpositis cf. Met. II. p. 101. *quod bonum, felix et faustum itaque.* Notandum vero est, in Apologia et Floridis particulam semper primariam enunciati sedem obtinere. Hinc puto nostro quoque loco retinendam esse posituram. Vir doctus ad marg. ed. Colv. meae *utique* temerarie satis coniecit, quam quam haec Mss. confusio tritissima est; cf. Plaut. Met. III. 1. 195. Dr. ad Liv. VII. 28. 3. VIII. 13. §. 17., et in omnibus fere proborum scriptorum locis *utique* pro *itaque* emendatum, in quibus primam sedem haec particula non occupat; cf. Hand. l. c. p. 510. Attamen in Epist. Planci ad Cic. X. 15. §. 2. cum Orellio *itaque* retineo, quia haec epistola non satis accurate scripta est, et multa continet, quae nos offendunt. His enim fere temporibus non inusitatum fuisse, hanc particulam postponere, probat locus Horat. Epist. I. 1. 10. et Plin. Hist. nat. XVIII. 6, 8, 2. *omnibus sententiis absolutus itaque est*, unde non a rei veritate abhorret, si ponamus, hunc usum a Ciceronis inde aetate invaluisse. Quint. XII. 10. §. 52. corruptissima verba ita emendo *hic iudicis lenitatem* (pro *te vidit et*) *appellabit et flebit, et per omnes affectus tractatus hic itaque illos sequetur nec doceri desiderabit.*]

saliares. [Hanc unice probari lectionem, persuasum est. Lindenbrog. iam

feuto, ceteri copiosum instruunt ignem, aramque cespite virenti Marti deo faciunt.

CAPUT XI.

Nec multo post adveniunt illi, vinarios utres ferentes et gregatim pecua
466 com|minantes. Unde praelectum grandem hircum, annosum et horricomem,

ignem aream Ald. Iunt. 1. 2. *arramque* F. 3. G. 1. 2. D. B. P. f. O. d. p. Elm. Scriv. Florid. Ih cett. Edd. et codd. abest copula. *cespitem* G. 2. D.

ūm P. qui scribendi error deinde ansam praebuit, ut in omnibus edd. vett. quaeque eum secutae sunt edd. usque ad Wower. et Elm. legatur *unum*. Compendia enim utriusque vocabuli *ūm* i. e. *unum* et *ūn* i. e. *unde* facilius commutari possunt cf. Liv. II. 21. §. 1.] *Vinum* est in Bas. 1., quod me non recte capere fateor, licet hanc coniecturam margini adleverit etiam Gruter. *plectum* G. 2. D. *hyrrum* G. 2. D. *hircum* exulat a p. *hurci cōmem* G. 2. D. *oriconem* G. 1. *horriconem* non in Ald., ut Oud. enotavit, legitur, sed in Iunt. 2. Attamen inter typographi sphalmata, quae editionis eatci annexa sunt, *horricomem* emendatur. Idem peccat Bas. 1.

in marg. ed. Vulc. 2. idem divinaverat coll. Auson. Epist. 13. *Nam mihi non saliare epulum, non coena dapalis.* cf. Symm. Epist. I. 17.]

aram cespite virenti. In subita enim et improvisa laetitia id fieri solebat. [cf. Intt. ad Virg. Aen. XII. 119. *In medioque focos et dis communibus aras gramineas*, ubi Servius interpretatur: *Graminea, quia et de bello res agitur, et Marti sacrificatur, cui gramen est consecratum, quod secundum Plin. in Hist. Natur. humano cruore procreatur.* Plura exempla *arae cespititiae* praebebit Barth. Advers. XXXV. 14. p. 1613. Turneb. Advers. XI. c. 1. XXI. c. 21. ubi haec dicit: Veteres interdum cespititias exstruebant aras, cum altare deerat, aut cespitem in terra aggerata ponebant, ubi et pro tempore sacrificabant. Quin et cespes pro ara erat, et arae imponebatur, reique divinae necessarius habebatur. cf. Ovid. Met. XV. 574. Loers. ad Ovid. Trist. V. 5. 9.]

Cap. XI. *vinarios utres ferentes.* Ex more veterum, qui in conviviis utres vini apponebant. cf. quae accuratissime exponit Wouwer. ad Petron. c. 34. p. 189. Burm. quem plene descripsit Taubm. ad Plaut. Rudent. III. 4. 51.

comminantes. [De simplicis verbi *minare* usu accuratius iam dixi ad Met. IV. p. 230. Si lexicis fides habenda est, hoc composito primus utitur Apuleius. A du Cangio in Lexico med. et inf. latinitatis unus locus praeterea affertur e lege Longob. l. l. tit. 19. §. 27. *Si quaelibet persona in finibus regni nostri ignem in silva comminare ausa fuerit etc.*, ubi de significatione vocabuli mihi non constat. Item *prominare* quantum equidem scio veterum solus dixit Met. IX. p. 645. *gregatim prominabat*, ubi codd. pessime variant. Nec du Cang. alterum huius vocabuli exemplum proferre potuit.]

unde praelectum. Librarii, qui particulam *unde* quomodo hic defendi posset, non intelligebant, perperam emendabant *unum*, quod hic valde otiosum ne dicam ieiunum est. *Unde* vero, ut Oud. bene admotavit, hic pro *ex quibus* dictum est. [Particulas enim et loci et temporis ad personas etiam referri, saepius observari licet. Terent. Eun. I. 2. 25. *e praedonibus unde emerat* et saepius apud Plautum cf. Epid. I. 2. 12. Menaechm. V. 2. 23. Mostell. III. 115. IV. 4. 5. Merc. II. 2. 33. Intt. ad Ovid. Met. VII. 718. Ruhnk. Dict. ad Heroid. p. 13. Cort. ad Sall. Iug. XIV. §. 22. Mitsch. ad Horat. Od. I. 29. 28. Munk. ad Hygin. Fab. CXII. p. 204. 2. 78. Gronov. ad Plaut. Truc. I. 1. 42. Serv. ad Virg. Aen. VIII. 71. Cort. ad Sall. 14. §. 22. Eadem ratione *inde* et *hinc* ad personas refertur. De *inde* cf. Hand. Turscll. III. p. 363. Burm. ad Virg. Georg. III. 490. Aen. I. 21. Ovid. Fast. V. 509. alibi de *hinc* Ruhnk. Dict.

Digitized by Google

Marti Secutori Comitique victimant. Et illico prandium fabricatur opipare. Tunc hospes ille: Non modo, inquit, expeditionum praedarumque, verum etiam

fabricam P. Grostelius dubius est, utrum *fabricatur* passivè accipiendum, an *fabricantur* legendum sit. Equidem prius probo, contra omnium codd. et edd. auctoritatem nihil unquam mutans. *non meo ô. expositionum* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. O. ô. p. In cett. codd. et edd. legitur *expeditionum*. Ceterum hoc verbum cum seqq. usque ad *tacceta* non est in R. f.

Heroid. p. 80. Hand. Tursell. III. p. 86 sq. Dr. ad Sil. Ital. I. 283. Horat. Sat. I. 4. 6. Ita *quo* etiam saepius ad personam esse referendum, probant loci Plaut. Stich. I. 3. 79. Aul. III. 5. 13. Male igitur explicant Scheffer. et Munker. Hygin. locum fab. XXXI. p. 89. *Cygnum Martis filium armis superatum occidit Hercules quo cum Mars venisset*, ubi *quo, ex qua re, qua de causa* esse putant, quod ferri non potest, quum in seqq. *propter filium* additur. Item explicandus est Hygin. fab. LXXIX. p. 153. *Qui* (Theseus et Pirithous) *quum per insulam Taenariam ad inferos descendissent, et de qua re venissent, indicaretur Plutoni, a Furiis strati atque lacerati sunt. Quo Hercules ad canem tricipitem ducendum cum venisset* i. e. ad Plutonem vel ad Theseum et Pirithoum. c. XCI. p. 172. *Paris cum ad puberem aetatem pervenisset, habuit taurum in deliciis, quo cum satellites missi venissent* et c. CLXXXIX. p. 312. *quo cum Cephalus venisset* i. e. ad Procrin. Ita Cic. dixit Verr. II. 4. 18. *homo apud eos, quo se contulit, gratiosus.*]

grandem hircum Marti. Pompon. Atellana apud Gell. XVI. 6. *Mars tibi voveo facturus bidente ariete.* [Nostro loco nominatur *grandis* et *annosus. Bidentes* alias solebant immolare cf. Aen. IV. 57. *mactant lectas de more bidentes.* VII. 93.] Solitum autem est latronibus, Marti sacra facere cf. Xenoph. Ephes. II. p. 35. *Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἱππόθοον καὶ λῃστὴν, ... τῇ δ' ἑξῆς περὶ τὴν θυσίαν ἐγένοντο· παρεσκευάζετο δὲ πάντα καὶ ἄγαλμα τὸ τοῦ Ἄρεως καὶ σκύλα καὶ στεφανώματα.*

horricomem. [Hunc totum locum Barth. Advers. XLIX. c. 5. p. 2288. ita legit: *Sic eo profecto ceteri copiosum instruunt ignem, aram cespite virenti Marti deo faciunt, nec multo post adveniunt vinarios utres ferentes, et gregatim pecora comminantes. Unum praelectum hircum, annosum et horricomem.* At ex loco Horat. Carm. III. 13. 4. *horricornem* legendum putat. Apud Horat. *Cras donaberis haedo, cui frons turgida cornibus, horrida* male emendat, quum de haedo dictum sit, cuius frons modo tumescit necdum horrescit cornibus. Qua significatione nostro loco *horricomis* dictum sit, apertissimum est.]

Comitique victimant. [d'Arnaud. de diis *παρέδροις* Comment. c. 27. in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. II. p. 818. nostrum locum bene ita explicat: Dicuntur *θεοὶ συνοπαδοὶ* illi, qui homines comitantur eorumque facta inspiciunt, ita apud Platonem in Sophistae principiis *ὃς φησὶν ἄλλους τε θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις, ὁπόσοι μετέχουσιν αἰδοῦς δικαίας, καὶ δὴ καὶ τὸ ξένιον οὐχ ἥκιστα, θεὸν συνοπαδὸν γιγνόμενον, ὕβρεώς τε καὶ ἀνομίας ἀνθρώπων καθορᾶν.* Latini tales deos *παρέδρους* et *συνοπαδοὺς Comites* appellant. Ita Sol, qui viatores in itineribus potissimum iuvat, iisque semper de die adest, *Comes* vocatur, crebro in lapidum antiquorum inscriptionibus vid. Everh. Ottonem de tutela viarum part. I. c. 3. p. 38. Apollo quoque, cui cum Hercule *ἀλεξικάκου averrunci* nomen proprium erat: testè Schol. Aristoph. ad Pac. 421. *Comes* indigitatur in marmore apud Gudium p. XXV. num. 3. *APOLLINI. PACIFERO. COMITI. COLONIAE. AUG. TOLENT. SAC.* Mars a latronibus, quorum turmam saepe Martiam nominaverat, *Comes* vocatur apud Apuleium. Qui Comites iidem etiam Dii *socii* vocari possunt. cf. Val. Flacc. IV. 554.]

expeditionum. [Cum Oud. offendo in voc. *expositionum*, quod optimi codd.

voluptatum vestrarum ducem me strenuum sentire debetis. Et aggressus insigni facilitate naviter cuncta praeministrat. Verrit, sternit, coquit, tucceta concinnat,

mestrenum uno litterarum ductu habet F. 3. *sentiri* Vulc. 2. prave. *facunditate* omnes edd. vett. praeter Iunt. 2., porro Vulc. 2. Colv. *naviter* F. 3. G. 1. 2. D. In cett. *gnaviter*. *praeministratui* B. *sterruit* G. 1. *coquivit* D. *tuceta* F. 1. 3. G. 1. 2, D. *iuceta* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *tucetat* Ald. Iunt. 1. 2. *tacita* δ. *concremat* pro *concinnat* G. 1. 2. O. D. φ. δ. f. P.

servant, quodque omnibus corruptum videtur esse, unde Oud. emendat aut *excursationum*, aut *expoliationum*, quod posterius magis probatur non solum quia litterarum ductus quam proxime accedit, sed etiam minus usitatum est vocabulum, quum in lexicis Augustini tantum afferatur locus, de Civit. D. XX. 8. *Ut et ligati et soluti expoliatio sequeretur.* Certe magis placet, quam coniectura, in quam equidem prius incideram *expilatio*. Si quis *expositio* defendere velit, ea tantum ratione fieri potest, ut *expositio* periculum, discrimen significet, quum *exponere* aliquem dicamus eum, qui alterum in discrimina adducit. At non satis constat. Hinc ceterorum librorum lectionem cum Oud. praetuli, quam tamen intelligi licet nihil nisi interpretamentum esse genuinae.]

voluptatum. Multis locis confirmat Pricaeus *voluptates* hic proprie dici de conviviis coll. Firmico (advers. Mathem. IV. 15.): *faciet popinarios, et qui alienarum voluptatum curam sollicitudinemque sustineant.* Gallien. apud Trebell. Poll. *Ecquid habemus in prandio, ecquas voluptates paratas habemus.* Gell. II. 1. de Socrate: *Parcendique moderandique rationibus dicitur etu voluptatum labe cavisse, et salubritates corporis retinuisse.* XIX. 2. *gustus voluptatum.* Terent. III. 1. 17. *tum me convivam solum adducebat sibi*, ubi Donat. haec adnotat: *Hoc supererat, ut qui esset minister magnarum rerum, id est, consiliarius, voluptatum quoque particeps esset.*

tucceta concinnat. [*Tucceta* contra auctoritatem optimorum codicum scripsi, eaque conferri iubeo, quae ad Met. II. p. 103. de vocis orthographia fusius disputavi. Nec puto, istam expositionem hoc ipso loco infringi, quum aut librarii ipsius Flor. 3. culpa hic alterum *c*, quod facillime fieri potuit, omissum sit, aut, id quod non improbabile est, hic codicis scriptura eius viri diligentiam effugerit, qui hunc codicem in meum usum contulit. Ceterum quid de codicum hac quidem in re auctoritate iudicandum sit, omnes sciunt, qui vel obiter codices manibus tractabant. Deinde *concinnat*, quae lectio est optimorum codd., ut F. 1. et 3., unice mihi probatur, quamquam altera quoque scriptura, quam inter alios G. 1. et 2. testantur, *concremat* non despicienda erit. Immo praeferrem eam, nisi Florentini adversarentur, quum sine dubio locutio et doctior et insolentior sit de tuccetis, quae igni supposito parantur, et ita quasi incenduntur, quam ut eam a librariorum ingenio profluxisse verisimile sit. Nihil enim me movent loci, quibus *concinnare* eiusque derivata apud Apuleium inveniri Oud. docet. At quum contra Florent. auctoritatem nihil usquam mutare ausim, hic quoque *concinnat* retinui. Longa vero est de hoc vocabulo inter viros doctos disputatio. Non. enim s. v. p. 43. haec dicit: *Concinnare* est *facere*, ut Plaut. Amphitr. I. 3. 33. *Lacrymantem ex abitu concinnas tu tuam uxorem. Sed proprietas verbi haec quod apud veteres cinnus potionis genus ex multis liquoribus confectum dici solet*. quod etymon Vossio magis placet cf. du Cang. Gloss. med. et inf. lat. s. v. *concinnus potio ex multis herbis sibi congruentibus facta.* Glossae MSS. cf. Non. p. 90. *concinnare* conficere vel *colligere* Naevius belli Poenici lib. III. *Transit Melitam Romanus exercitus insulam integram, urit, populatur, vastat, rem hostium concinnat* [id est convectat, comportat.] Idem probat p. 59. *cinnus est commixtio plurimorum, unde*

apponit scitule, sed praecipue poculis crebris grandibusque singulos ingurgitat.

satuls omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. Colin. Vulc. 1. Scriver. In mea ed. Vicent. correctum est *scitule*. *satullat* Vulc. 2. *satulle* Colv. *situle* G. 2. D. *pocalis* G. 2. *grandisque* G. 1. (non *grandique*, ut in excerptis erat Oud.)

et concinnare dicitur. Cic. in Orat. 6. §. 21: *Est autem quidam interiectus inter hoc medius et quasi temperatus, nec acumine posteriorum nec fulmine utens superiorum, ut cinnus amborum* [hanc enim lectionem cum aliis probo]. Utrumque bene potest coniungi. Propria huius vocis significatio est in acervum struere, componere a *cinnus* cumulus, quod vocabulum etiam testantur Gloss. Philox. p. 38. *cinnus νεῦμα*, ubi fortasse *νῆμα* legendum est, a verbo *νέω cumulare* aut *χῶμα*, et quia res, quae cumulantur, etiam inter se miscentur, significat potionis genus ex multis liquoribus confectum, tum componere et artificiose aliquid conficere cf. Gloss. Philox. p. 45. *concinnare, στεῤῥοποιεῖ, ἐπὶ συμφώνῳ συγκαττύει καὶ διλοποιεῖ καὶ συσκευάζεται* Gloss. Cyrill. p. 617. *συγκαττύω concinno* et Gloss. Vulc. p. 28. *concinno συναρμόζω*. Apud Plautum fere semper *concinnare:* efficere, facere, reddere et parare significat, ut Asin. I. 3. 64. Amphit. I. 3. 31. II. 2. 104. Capt. III. 4. 69. IV. 2. 39. Truc. IV. 3. 19. Rud. I. 2. 8. Stich. II. 1. 13., et ita *concinnare se levem suis* Trin. III. 2. 58. Propria sua *cumulandi* significatione dictum mihi videtur apud Plaut. Men. I. 1. 26. *tantas struices concinnat patinarias* cf. du Cang. s. v. *concinnare* et *concinnatio:* voces in *luminaribus* i. e. fiscis Ecclesiae potissimum usurpatae cett. Idem quod *συγκαττύω* conficere significat apud eundem Menaech. III. 2. 2. *pallam lepide concinnatam referam tibi.* V. 1. 38. *dedit alia mulier, ut concinnandam darem.* Eadem fatione dixit Apul. Met. VII. p. 497. *Et cadaver quidem disiectis partibus tandem totum repertum, aegreque concinnatum ibidem terrae dedere.* Ceterum apud Apuleium haec vox fere semper significationem habet *parandi, instruendi* cf. III. p. 197. *angorem istum tibi concinnasse* VI. p. 428. *scena sic concinnata* VII. p. 486. *querelas huiusmodi concinnat* VIII. p. 539. *quod fraudulentas ambages in meum concinnavit exitum* X. p. 701. *qui panes et mellita concinnabat edulia.* In ceteris Apuleii libris praeter Metamorphosin hoc vocabulum non reperitur. Idem vocabulum apud Arnobium legitur II. 18. *Nunc vero inops vita et multarum indigens rerum, fortuita conspiciens quaedam commodule provenire, dum imitatur, experitur et tentat, dum labitur, reformat et immutat* (*et* propter loci concinnitatem addendum vel *et* ante *tentat* eiiciendum esse puto) *ex assidua reprehensione parvas sibi et concinnavit artium* (ita ex cod. et edd. vestigiis emendo; Oud.: *paravit sibi et concinnavit.*) *scientiolas artium, et ad verum* (cod. *unum*) *exitum temporibus coemendata perduxit.* Ut *parvas scientiolas* Arnobius, ita Plin. H. N. XI. 37. 49. dixit: *Omnium cerebro insunt ossicula parva* Gell. VI. 1. §. 10. *ut tenuissimis minutisque ossiculis caput compingeret.* Cic. in orat. ad Quirit. 8. *parva navicula traiectus in Africam.* Id. de Nat. D. II. 48. *Ita cum pisciculi parvi in concham hiantem innataverint. Ad verum exitum* significat ad eam perfectionem, quae sola proba est, quae sufficit.]

scitule. Quum omnes veteres editiones *satule* haberent, Beroald. primus erat, qui e coniectura protulit *scitule.* quam emendationem omnes codd. firmant. Gulielmus Verisim. III. 13., quem Colvius secutus est, praetulit *satulle.* quod Colvius probavit ex Gloss. (p. 342) *satullus sum κεκόρεσμαι,* Varron. R. R. II. 2. *Hoc idem faciunt mane, antequam matres in pabulum exeant, ut agni satulli fiant lacte,* eod. apud Non. p. 171. *περὶ αἱρέσεων: Neque in*

Digitized by Google

467 Interdum ta|men insimulatione promendi, quae poscebat usus, ad puellam

interduatim Sping. marg. adlevit pro *interdum* ex Festo. *insimulatione*, ut unum sit verbum, scribitur in F. 3. G. 2. D. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *insinuatione* F. 1. φ. *simulatione* omissa praepositione exstat in P. Edd. Wower. Elm. Scriver. Florid. In cett. legitur *in simulatione*, quod etiam Ruhnken. dedit. In edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris. ita distinctum est, *insimulatione*, *quae poscebat*, *usus*, unde apparet ablativum e voce *usus* esse aptum. *possebat* G. 1. a m. p. solita aberratione.

pulvere mitico coquam carnem, quibus satullem corpora ac famem ventris. [ubi fortasse pro *quibus* legendum est *cuius*. Plaut. Stich. I. 1. 18. Gloss. Philox. p. 192. *saturo exercitum commeatus χορτάζω τὸ στράτευμα ἐπιτηδείων*. Item probabit Gloss. Vulc. p. 135. *satullo χορτάζω* cf. Voss. Etymol. s. v. *satur*. Minus apte tamen editores mihi *satulle* pro *scitule* coniecisse videntur, quia ad copiam ciborum non respiciendum est in laudibus latronis, qui omnia bene praeparavit. Quisque enim alius qui artis coquinariae et mensas parandi non peritus erat, ad satietatem usque cibos comparare potuit, siquidem satis magna rerum adesset copia. At dexteritas laudatur latronis, qui non solum omnia ea concinnare poterat, quae ad mensarum voluptates pertinebant, sed etiam in mensis apparandis summam artem ostendebat. Hinc *scitule* retinui cum Oud. aliisque cf. Met. II. p. 137. *scitule subministrare.*]

Interdum tamen. Sopingius margini adlevit *interduatim* pro *interdum tamen:* [de qua voce cf. Fest. p. 82. *interduatim et interatim dicebant antiqui quod nunc interdum et interim* et Intt. ad h. l. p. 464. Lindem. At recte defendit Pricaeus, qui pro *interdum autem* dictum esse probat, quamquam inde cum Oud. non effecerim, *tamen* idem significare, quod *autem*, quae utraque particula quam longissime inter se distant. Nativam suam hic retinet *tamen* significationem, quae vel tironibus innotuit.]

insimulatione promendi. [Hanc lectionem quae codicum optimorum est in textu reposui contra Oud., qui seiunctim legendum esse putat *in simulatione*, ut Afrorum et graeco more addidisse appareat praepositionem Apuleium pro *per simulationem*, de quo usu accuratius disseruit XI. p. 754. ubi cf. At hic nego, id quod accuratius l. c. demonstrabo, hanc praepositionis significationem locum tenere posse, quae semper ad rei et actionis, ut ita dicam, intimitatem pertinet. Hinc equidem *insimulatione* legi, quod quamquam nullo alio exemplo pro *simulatione* dictum comprobari posse scio, quum locus Cic. Verr. II. 2. 24. §. 59. huc non faciat et de Off. III. 26. §. 98. in versibus Pacuvii *assimulavit* legendum sit, tamen ex ingenio Apuleii profluxisse arbitror. Non raro enim Afros praepositionem *in* vocabulis addere, quibus plane aliam habet quam vulgaris usus probat significationem, saepius iam a me commemoratum est, cf. Met. I. p. 56. et ad Met. VIII. p. 559. Ceteris locis, quibus Apuleius hoc verbo eiusque derivatis usus est, nativam suam vim id retinet.] Attamen Oud. magis probatur lectio codd. Flor. 1. et Fulv. *insinuatione* s. callida monitione, quam faciebat latronibus sibi haec et illa petenda esse. *Insinuare* enim saepius significare *indicare, docere.* coll. Sept. B. T. II. 9. *Is namque tum moesto luctu* (sic legit Oud. e Mss.) *obsito Agamemnoni insinuans, quae circa filium eius evenissent* [ubi quum codd. *moesto ac luctu* legant, emendandum est, *is namque diu moesto ac luctu obsito* i. e. *moesto* ac *lugenti*, quod *luctu obsitus* significat, V. c. 14., *renitentibus solis omnium Diomede atque Ulixe, sua quippe opera insinuantibus id ablatum*, ubi *insinuantium* (et *suae* sine dubio errore typothetarum) Deder. male contra codd. et edd. emendat, mirifice orationem impeditam et duram appellans. *Insinuantium* nulla ratione potest

Digitized by Google

commeabat assidue, partisque subreptas clanculo et praegustatas a se potiones

partisque F. 3. G. 2. D. In cett. omnibus codd. et edd. vett. legitur *partes*. Ceterum Oud. de hac lectionis diversitate omnino tacet, unde certum est, in suis collationibus eam ne commemorari quidem. *subrectas* G. 2. D. [frequenti librorum errore. cf. Liv. II. 5. §. 8. III. 5. §. 7. Dr. ad Sil. VII. 287.] *subiectas* G. 1. O. π. *clancule* G. 1. 2. O. P. D.

ferri, quum quos ipse in Gloss. p. 366. et Heins. ad Ovid. Heroid. V. 45. affert loci plane aliter habeant, ubi semper praecedit substantivum, unde genitivus iste pendeat. Oratio expeditius ita procedit: Diomede atque Palamede, qui insinuant (id est docent, indicant) Palladium sua opera esse ablatum. Saepius eo vocabulo usum esse hac significatione Arnobium docet idem Oud. excit. locis I. 63., *cum enim de animarum periculis multa, multa de medelarum natura insinuaret magister atque auctor*, uti emendat Oud., quum Ms. habeat: *cum enim de animarum periculis multa mala de illarum contra insinuator magister atque auctor ... direxit*, unde equidem corrigo: *cum enim eo* (i. e. sua passione) *animarum periculis malis multa medelarum contra insinuaturus magister atque auctor* (Christus), *ad officiorum convenientium fines suas leges et constituta direxerit, nonne fastum superbiae imminuit.* II. 19. *Quid enim aliud se spondent vel insinuare posse vel tradere* V. 2. *pro veris et velut quiddam mirabile insinuare* V. 5. *ex intimis eruta, quemadmodum ipse scribit insinuatque mysteriis.* Oud. praeterea affert Gloss. Philox. p. 120. *insinuate* δηλώσατε, *insinuatio* διδασκαλία. [Diversa ratione hoc vocabulum apud Apuleium legitur. Vim suam propriam habet loco Met. IX. p. 600. *Sicine vacuus et otiosus, insinuatis manibus ambulabis mihi*, ut apud Tertull. de Resurr. c. 28. p. 342. Rigalt. *Quum Moyses manum in sinum condit et emortuam profert, et rursus insinuat et vividam explicat.* Aliis locis significat *se immittere rei alicui:* ut Met. XI. p. 801. *ptissimis sacrorum arcanis insinueris* i. e. initieris, de Mund. p. 329. *spiritus ... insinuantes se telluris angustiis* et p. 352. *et deinceps ad proximum et usque ad supremum attacta continuo vim suae maiestatis insinuat*, quo loco perperam Deder. in Introd. ad Dict. Cret. p. XLIX. *docet nuntiat* interpretatur. Ut ad nostrum locum revertar, *insinuatio* hac quidem significatione hic probari nequit, quum nunquam callidam monitionem nec astutum quendam praetextum indicet, quod necessario hic admittendum est, quamquam me non movet, quod nusquam *docendi* notione apud Apuleium inveniatur. Nec apud Tertullianum memini hoc vocabulum ea significatione legi cf. ad Uxor. I. 6. p. 165. Rig. *sed et alias eis .... loco suo insinuant* de Anim. c. 27. p. 285. *insinuata sulco et arvo.* Plura de hoc vocabulo du Cang. Gloss. s. v. Salm. ad Capitol. Ver. I. p. 406. Ded. Introd. ad Dict. Cret. XLIX. sq. Buenem. ad Lact. Instit. VII. 12. §. 30. p. 926. Apud Plautum *insinuare* tantummodo de eo dicitur, qui paulatim ad familiaritatem alicuius pervenit. Mil. II. 1. 27. Cistell. I. 1. 90. 93. Rara est significatio *commendandi et laudandi*, ut in familiaritatem alicuius quis recipiatur cf. Plin. Pan. 62. §. 2, unde Glossa Philox. 120. non sollicitanda est *insinuavit* ἐνεκωμίασεν.]

commeabat assidue. Brantius nulla de caussa, nisi antiquata captandi amore et novandi prurigine reposuit *commetabat* ex Non. p. 89. cf. Bentl. ad Ter. Heaut. III. 1. 36. [ad Horat. Sat. II 5. 49. Taubm. ad Plaut. Capt. I. 2. 76.]. Sed recte iam monet Oud., *commeare* eleganter dici de frequenti itu redituque, coll. Burm. ad Suet. Claud. c. 17. [cf. Fest. s. v. *remeare* p. 136. *ultro citroque ire.* Plaut. Truc. III. 2. 14. Curcul. III. 18. Rud. II. 2. 16. Sic *commeatus* de transitu Mil. II. 1. 65. II. 3.

Digitized by Google

offerebat hilaris. At illa sumebat appetenter: et nonnunquam basiare volenti
[193] promptis saviolis adlibescebat. Quae res oppido mihi displicebat. Hem, | oblita es nuptiarum tuique mutui cupitoris, puella virgo? Et illi nescio cui recenti marito, quem tibi parentes iunxerunt, hunc advenam cruentumque percussorem praeponis? Nec te conscientia stimulat, sed affectione calcata inter lanceas et
468 gladios istos scortari tibi libet? Quid, si quo|modo latrones ceteri persenserint, non rursum recurres ad asinum, et rursum exitium mihi parabis? Revera ludis de alieno corio.

afferebat δ. hyllaris G. 2. D. *et illa δ. fumebat* G. 2. D. *baxiare* G. 1. *basiari* D. *prontis* G. 1. *sabiolis* G. 1. 2. D. P. *δ.* p. *suaviolis* Scriver. (neque vero Elm. Edit., ut adnotat Oud., quae *saviolis* recte habet) *alibescebat* G. 1. 2. D. (nec *allibescebat*, quod e G. et *δ.* profert Oud. cf. Met. III. p. 114.) In cett. *adlubescebat. En* Beroald. Bas. 1. *mutui* non conspicitur in P. *illa* p. *illum* B. *illicè π. tui* pro *cui* B. *iunxerunt* F. 3. G. 1. 2. D. O. p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 2. Colin. Bas. 1. *vinxerant* Ald. Iunt. 1. In reliquis *iunxerant. conventumque* pro *cruentumque δ. hunc advenam praepo* G. 2., sed ultima vox *praepo* minio delcta est. Qui error quomodo commissus sit, cuique apparet. *inter latrones* B. *istos* deest in *β.* contra Apulei stilum; quae sententia est Oud., quam equidem non capio. Hoc codici obsecutus Scriver. latam vocem uncis circumclusit. *scoortari* G. 2. *licet* G. 1. O. *quae* G. 1. pro *quid. si* exulat a Vulc. 2. *quoquo modo* Vulc. 2. Elm. *latrones ceteri* F. 3. G. 1. 2. D. P. f. In reliquis *ceteri latrones. persentiunt num rursum* R. f. *recurras* Bas. 2. Colv. Vulc. 2. [In collat. Lindenbrogii *recurras* non correctum est, quod saepius vituperatae eius negligentiae tribuo. In G. 2. idem legi testis est Oud. Sed in cod. ipso equidem inveni *recurres.*]

68. II. 5. 58. Gloss. Phil. p. 43. *commeat συμφοιτᾶ, φοιτᾶ; commeet φοιτάτω. Ἐρρίσθω, καταιρεγέτω.* Saepissime ita legitur apud Apuleium cf. Met. IV. p. 281. *libere discurrens commeabat* p. 303. *per plateas commeantem Psychem adprecantur* I. p. 61. *crebritas commeantium* VI. p. 389. *virginem coelo commeantem* p. 416. 441. Ita non usitata significatione dixit Apul. Met. VIII. p. 550. *stipato commeatu difficultates illas transabiremus* p. 555. *per omnes nostrum commeatum ambulare,* ubi videas.]

partes subreptas. [De voce *partes* i. e. *μοιρίδες* graecorum cf. Intt. ad Petron. c. 33. p. 180. *Ego quidem paene proieci partem meam*, ubi Wower. nostrum locum ita excitat: partesque subreptas *et praegustatas potiones afferebat.* De more veterum, absentes potionibus honorandi cf. d'Orvill. ad Charit. II. c. 4. p. 306. *μοῖραν δέ τινα λαβόμενος ἀπὸ τοῦ δείπνου ταῦτα, φησὶ, κομισάτω τις τῇ ξένῃ.* Apul. Met. II. p. 115. *mittit mihi Byrrhena xeniola,* ubi cf. quae protuli.] *Sublectas* e coniectura probat Oud., quod quidem etiam cod. O. habet. coll. Serv. ad Virg. Ecl. IX. 21. *Subreptas* tamen bene dicitur de partibus, quae clanculo summovendae sunt, ne videant latrones, quid Tlepolemus agat.

praegustatas. [Inde ab Augusti temporibus a Persis traductus mos invaluit, ut minister vina et cibos antequam dominus gustaret, ut is a suspicione veneni liber esse posset. cf. Lips. ad Tac. Ann. XII. 66. Meurs. Animadv. Misc. I. 12. et Exercitt. II. 3. Buleng. de Conviv. c. 5. in Graev. Thes. Antiq. T. XII. p. 210. Intt. ad Iuven. Sat. VI. 634.]

hem oblita es [cf. ad Apol. p. 450.]

lanceas et gladios. Ex vitio arbitror in B. codice legi *inter latrones*, quam scripturam Oud. videtur eo sibi explicasse, quod auctor nunquam latronibus *lanceas* dedisset. At recte existimat formularem esse locutionem.

quid, si quomodo. Male tentant Stewech. et Colv. hanc scripturam, emendantes *quod sic quoquomodo*, quam vocem multis exemplis comprobant. Bene tamen Oud. vulgatam tuetur, demonstrans *quomodo* idem esse, quod *aliquo modo* coll. Suet. Claud. c. 24. Pric. ad Met. IX. p. 645., ubi cf. quae exponam.

revera ludis de alieno corio. [Lindenbrog. in adnot. marg. ad ed. Vulc. 2. haec protulit: Proverbium apud Ter-

CAPUT XII.

Dum ista sycophanta ego mecum maxima cum indignatione disputo, de verbis eorum quibusdam dubiis, sed non obscuris prudenti asino cognosco, non Haemum illum praedonem famosum, sed Tlepolemum sponsum puellae ipsius.

sychofanta D. G. 1. (a m. s. in contextu, sed quid a prima manu scriptum fuerit, non liquet.) *sychophanta* G. 2. *syncophanta* Vicent. *cum maxima indignatione* d. p. f. *dignatione* ed. Bervald., quomodo variatur et in Suet. Caes. c. 4. *quidam dubiis* D. *obcuris* G. 1. *prudens asinus* G. 1. 2. P. D. O. R. f. δ. M. β. In cett. *prudenti asino*. *non famosum* p. *thepolemum* G. 1. 2. D. *Alepolemum* p. *Tepolemum* f. δ. *Lepolemum* B. edd. vett. praeter Iunt. 2. Colv. In cett. est *Tlepolemum*. *illius puellae*. *Bono* G. 1.

tull. de Pallio et Martial. Epigr. III. 16. — Tertull. c. 3. p. 114. Rig. *Hoc soli Chamaeleonti datum, ut vulgo dicunt de corio suo ludere*, ubi cf. Rigalt. Martialis: *Ebrius es, nec enim faceres id sobrius unquam, ut velles corio ludere, Cerdo, tuo.* Inter proverbiales formulas e libris Tertulliani excerptas ed. Rig. hoc proverbium ita explicatur: A Chamaeleonte tractum, qui toto corpore reddit colorem quemcunque proximum adtigerit, praeter rubrum atque album. Itaque adagium valet in hominem versipellem, inconstantem ac pro tempore in omnem habitum se vertentem. Cui simile: Protaeo mutabilior. Melius explicat Erasm. Adag. p. 418. ed. Basil. 1551. de iis, qui securius agunt, sed alieno periculo; qui nostrum locum etiam excitat, pro *non rursum, non rursus* legens. Sed perperam addit: Verba sunt asini, puellam accusantis, qui cum prius illius culpa fuisset in discrimen adductus in fuga, nunc denuo committat, ut sit rursum fugiendum, idque suo potissimum periculo. Melius quidem mihi videor ita interpretari: Puella de asini corio ludit i. e. de vita aliena, quia quum latrones persensissent, quis ille esset latro, et quomodo puella ei se praeberet, statim ad pristinam mortem recurrisset, ut in asinum viva insueretur. Hinc igitur de asini etiam vita ludit, qui cum ea morti dandus fuisset.]

Cap. XII. *sycophanta*. [Hoc vocabulum, quantum scio, apud comicos tantummodo poetas in usu est, unde Apuleius et Prudentius depromserunt. Saepius invenitur apud Plautum, (ut Amphit. I. 3. 8. *Nimis hic scitus sycophanta.* Curc. IV. 1. 2. Men. II. 1. 35. Trin. IV. 2. 116. Poen. I. 2. 165.), qui ubique significatione hominis versipellis et satis versuti, fallacis usurpat, unde errant, qui hominem ubique esse dicunt, qui ad decipiendum aliquem alicuius personam imitatur, quod ex loco tantum Men. V. 9. 28. probari potest: *Ille homo aut sycophanta aut geminus est frater tuus. Nam ego hominem homini similiorem nunquam vidi alterum* cf. Terent. Andr. IV. 5. 20. Heaut. Prol. 38. Nunquam vero eorum sententiam sequi possum, qui adulatorem et callide blandientem explicant, quum semper astutiae notionem unice retineat, quae verbis alteri persuadere omnimodo potest. Ita *sycophantia* et *sycophantari* apud Plautum *fallaciam* et *fallere* ubique indicant. Apud Apuleium nativam suam vim retinet calumniatoris, qui insontem falso crimine defert, cf. Fest. s. v. p. 142. p. 243., qui originem huius vocis indigitat, et Iutt. ad h. l. p. 672. Lindem. Hic enim asinus ita nominatur, quia prius lenocinii puellam insimulaverat, quam postea innocentem esse invenit.]

Tlepolemum. [Hanc nominis formationem ubique vindicavi, quum plerique codd. in *Thepolemum*, unde Colvius *Theopolemum* fabricatus est, abeant. Hoc nomen saepius invenitur apud Graecos, ut apud Homerum filius Herculis ex Astyocha ita nominatur, princeps

Digitized by Google

Nam procedente sermone paulo iam clarius, contemta mea praesentia quasi vere mortui: Bono animo es, inquit, Charite dulcissima. Nam totos istos

Verba inde a *Nam procedente* usque ad *mortui* exulant a G. 1. 2. D. O. π. *carius* F. p. 1. 3. B. δ. f. ed. pr. Vicent. Venet. 2. In cett. *clarius*. *contemtam* F. 1. 3. *eam praesentiam* F. 1. *ea praesentia* F. 3. In cett. *contemta mea praesentia*. *quaesivere mortui* F. 3. *quaesiere mortui* F. 1. f. R. *quasivere mortui* p. *quaesiero mortui* δ. *quievere* B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Beroald. In Iunt. 1. 2. Ald. Elm. exulant verba *quaesivere mortui*. *animo* exulat a P. *es* F. 3. G. 1. 2. D. *esto* R. f. δ. F. 1. Vulc. 1. *eo* vitiose Elm. *es bono animo* Ald. Iunt. 1. 2. *inquit* non conspicitur in f. *Charita* f. *Kante* δ. *dilectissima* f.

Rhodiorum cf. Il. β. 653 sqq. ε, 628 sqq. Pind. Ol. VII. 37. Ita *Τληπολέμεια* certamina in insula Rhodi vocantur in Solis honorem cf. Epigr. Philoxen. apud Salmas. in Plin. p. 648.: *Τληπόλεμος ὁ Μυρεῖς*. Bene respondet hoc nomen forti Charites marito Ovid. Heroid. I. 19. Idem nomen Apuleio vindicat d'Orv. ad Charit. I. 1. p. 201. ed. Lips. Et diserte hic habet ita cod. Florent. 3.]

Nam procedente sermone paulo iam clarius, contemta mea praesentia quasi vere mortui: Bono. Locum, qui omnium difficillimus est, ea ratione restituere conatus sum. Stewechius scribit: *paulo iam hilarius, contempta mea praesentia, quievere mortui*, quasi dicat, procedente sermone, asini praesentia contempta, tandem se mutuo amplexos. Quam parum hoc loco sufficiat, bene quisque intelligit. Quia vero *quievere mortui*, vel *quaesivere mortui*, uti codd. et edd. peccant, sententiam perturbare videretur, Beroaldus eas voces induci iussit. Cum tamen in multis codd. constanter exarerentur, Oud. videbatur in illis aliquid latere, quo Apuleius monuisset, eos iam clarius et mutuo collocutos esse de inferenda latronibus morte, vel Chariten ex Tlepolemo quaesivisse, num iam mortui essent, vel certe morti proximi, et vino obruti, quia subderetur: *Bono animo es, hostes statim captivos habebis.* Vel potius existimavit eas ex glossa natas simulque corruptas pertinere ad sequentem periodum: *Cuncti denique* etc. [Optima est cod. p. lectio *quasi vere mortui*, quam eandem coniectura assecutus est Mercerus, ut e notula Groslotii patet. Sententiarum enim nexus hic est: Asinus quum viderit virginem res amatorias libenter cum latrone satis horrido et cruento tractantem, non solum eam vituperat, quippe quae sponsi modo nuptiis iuncti plane obliviscatur, sed etiam sibi metuit, ne denuo ad mortem destinetur, sicubi latrones lasciviam puellae et latronis persenserint. At paullo post accipit, non latronem eum esse, sed ipsum sponsum, qui puellam liberaturus latronis formam induerit, quod eo poterat asinus coniicere, quia ille puellae promisit, temporis modico puncto latrones in sua fore potestate. Prius hoc non cognoverat, quod isti amatores inter se mussitaverant, nunc vero quum clarius res suas pronuntiarent, certior factus erat. Asinus autem *quasi vere mortuum* se nominat, quod nunc vere se mortuum esse putavit, quod Tlepolemus et Charite tam aperte agerent, et facile suspicionem latronibus ferre possent. De constructione cf. Horat. Sat. I. 4. 22. *cum mea nemo scripta legat, vulgo recitare timentis.* Ovid. Amor. I. 8. 107. *Saepe rogabis, ut mea defunctae molliter ossa cubent* cf. Heins. ad Ovid. Heroid. V. 45. Heindorf. ad Horat. Sat. l. c. Aliter etiam *quasi metu mortui* coniici possit. *Carius* vero, quod in plurimis codd. legitur, errori librariorum debetur, qui saepius inter *carus* et *clarus* variant; cf. Virg. Ecl. IV. 49. Interpres Francogallus perverse hunc totum locum ita vertit: Pendant que je raisonnais ainsi en moi-même plein d'indignation contre cette fille, que j'accusais injustement, je decouvrais par quelques uns de leurs discours, obscurs à la verité, mais qui cependant ne l'étaient pas pour un âne d'esprit, que ce n'était point Hémus, ce fameux voleur, qui causait avec elle, mais Tlépolème, son

hostes tuos statim captivos habebis. Et instantia validiore vinum iam immix|tum, sed modico tepefactum vapore, sauciis illis et crapula vinolentia- 469
que madidis ipse abstemius non cessat impingere. Et hercules suspicionem mihi fecit, quasi soporiferum quoddam venenum cantharis immiscoeret illis. Cuncti denique sed prorsus omnes vino sepulti iacebant, *omnes partim

hostes tuos F. 3. G. 1. 2. P. f. In cett. *tuos hostes*. *instanti validiore* F. 1. 3. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Marg. Bas. 1. In ceteris *instantia*. cf. ad Met. II. p. 141. *vivum* Vicent. *tefectum* pro *tepefactum* D. *fauciis* G. 2. *faucis* D. *vinulentia* G. 2. D. P. *que* post *vinolentia* absent a G. 1. *abstemius* male hac voce carent G. 1. 2. D. P. O. π. δ. R. f. In Vicent. *Abstemius* scriptum est, quasi esset nomen proprium. *non fecit* G. 2. P. D. *cantaris* in G. 1. a m. a. *cuncti denique sed prorsus omnes* F. 1. 3. G. 1. 2. B. D. Elm. Vulc. 2. Venet. 4. ed. pr. Bas. Florid. *cum cuncti denique sed prorsus omnes* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *cum denique sed prorsus omnes* Ald. Iunt. 1. 2. Colin. *iacebant omnes* F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. edd. vett. et recenti. Quid ceteri codd. habeant, non dignosci potest. *partim mortui* F. 3. p. G. 1. (non *partem* ut in excerptis Oud. erat.) Iunt. 2. *partem mortui* R. f. P. δ. O. *parti mortui* G. 2. D. P. (in collatione ad margin. ed. Colv.) In ceteris codd. *parati mortui*, ut in F. 1. B. In edd. vett. legitur *partim parati mortui*, quas sequuntur Elm. Vulc. 2. *passim mortui* Wow. Pric. Florid.

époux, et même comme il continuait à lui parler, ne se défiant pas de ma présence, il lui dit en termes plus clairs: Prenez bon courage. Nec melius Rodius: *Aus der Folge ihres Gesprächs ward mir's vollends offenbar, denn meine Gegenwart legte ihnen nicht den geringsten Zwang an.*]

es. [Haec forma imperativi hic reponenda erat, quum optimi libri eam retineant. Erravi enim ad Met. II. p. 114. pronuntians sine ulla codd. discrepantia hic *esto* inveniri. Saepius enim variant libri in utraque forma, ut ex librorum tantùm auctoritate iudicandum sit. Haec locutio mere Plautina est cf. Mil. Glor. IV. 5. 7. *Age es bono animo.* IV. 8. 31. *bono animo es.* Epid. V. 1. 36. *animo liquido et tranquillo es, tace.* Amphit. II. 2. 37. *bono animo es.* Cistell. I. 1. 75. Hinc puto, lectionem nonnullorum edd. *es bono animo* ferri non posse, quia in proverbium quasi àbiisse videtur haec locutio, ut idem semper observatus sit verborum positus, id quod etiam videndum est ex Non. p. 506: *es* pro *esto* Lucil. I. XXVIII. *Conlice te intro et bono animo es.* Pompon. Maccis geminis: *Bono animo es, video.*]

cantharis. [*Cantharus* genus poculi est capacis et ansati, quod nomen traxisse putant a Cantharo, opifice Sicyonio, quem eius inventorem fuisse tradunt; cf. Polluc. Onom. VI. 96. Athen. II. 6. Plin. Hist. N. XXXIII. 11. Wagn. ad Val. Flacc. II. 270. Peerlk. ad Horat. Od. p. 97. Intt. ad eiusd. Epist. I. 5. 23. Plurima praebebit adeunti Orell. in Append. ad Arnob. I. v. 21. p. 66. Dr. ad Sil. VII. 196.]

cuncti denique sed prorsus omnes vino sepulti iacebant, omnes partim mortui. Hanc librorum optimorum lectionem in textu reposui, quae partim diutius a viris doctis neglecta erat. Wower., qui loci rationem parum perspexit, emendavit: *sed prorsus omnes vino iacebant latrones, partim parati morti*, quod posterius etiam Stewechio probatur: scriptum *latões* vel corrupte *ões*. Pricaeus divinavit: *sed et prorsus omnes*, Sopingius audacius: *cum denique prorsus somno vinoque* vel *cunctum denique et universum somno vinoque.* Oud., quia in ed. Iunt. 2. quoque *cum* legatur, rescribit cum Viro docto ad sui exemplaris marginem: *Cum denique omnes, sed prorsus omnes, vino sepulti iacebant*, quod Ruhnk. in textu poni iussit. Has eiusdem verborum repetitiones alias probat locis Met. X. p. 720. *totum me prorsus, sed totum.* Cic. de legg. III. 14. *Pauci enim atque admodum pauci.* Stat. Theb. 62. *Omnes procubuere, omnes.* Dr. ad Sil. XVI. 490. *Primus sed primus.* Cort. ad Plin. Epist. VIII. 24. *Ad homines, maxime homines, ad liberos, maxime liberos. Omnes* vero secundo loco significare minus argute pronuntiat *plane, omnino, toto animo*

mortui. Tunc nullo negotio artissimis vinculis impeditis ac pro arbitrio

negotiis G. 1. *negatis* O. *impedidis* D. *impeditus* G. 1. a m. p.

et corpore ebrios fuisse coll. Salm. ad Solin. p. 267.; *prorsus omnes* ita etiam Ciceronem iunxisse, demonstrat ex Epist. IV. ad Divers. 20. §. 2. *neque solum nobis, id est tuis, sed prorsus omnibus.* Florid. 9. p. 40. *Prorsus omnes virtutes tuas.* Ita dici apud Apuleium Met. X. p. 716. *Tunc ipsa cuncto prorsus spoliata tegmine,* apud Ciceronem de Invent. I. 48. *omnino totum.* Sequentia vero *omnes partim* delenda esse censet, his argumentis sententiam suam defendens: Nam primo *omnes* suo loco exciderat: dein *partim*, pro quo *passim* reposuere Wow. Pric. sive hic sive illic per antri conclave, non est in Florent. natum scilicet ex *parati*. Scilicet huc pertinent superiora *quaesiere mortui*, ac scribendum puto: *vino sepulti iacebant, parati morti*, quibus glossa addita fuit, *quasi vere mortui*, quae dein in textum alieno etiam loco irrepsit. cf. Met. II. p. 165. *Hic utpote vivus quidem, sed tamen sopore mortuus.* Non ergo *partim* erant *parati morti*, sive ad mortem strati et occidendo faciles, sed omnes, neque passim iacebant. Nam discurrisse eos, suis sedibus excitos, nusquam dixit auctor, quippe soporifero vino erant ingurgati, quo non ad furibundos clamores et gestus sunt inebriati, sed tacite sauciati suffocatique iacuerunt. Quare minus bene *passim* legit quoque Toussaintius in Coniect. ad Lactant. de Mort. Persec. c. 17. *Morti sopitus.* Fuit cum legerem: *sepulti iacebant quasi vere mortui, partim parati morti*, ut ita quidam iacuerint quasi iam mortui, in quibus nullum patebat indicium vitae superstitis, alii tamen viderentur vivere, nihilominus morti essent affines facilesque. Groslotius divinavit: *omnes pransi parati morti.* [Nunc meam de hoc loco proferam sententiam: Primum enim puto: *Cuncti denique, sed prorsus omnes* lectionem esse retinendam. Nam etsi frequentius sit, ut idem vocabulum diversis de caussis repetatur, de quibus optime egit Wagn. ad Virg. Aen. I. 315., hic non morandum est, quod *cuncti* et *omnes* sibi respondeant. Ita aliquoties utrumque iunctum legitur, cf. Liv. VII. 35. *admiratione pàventibus cunctis quum omnium in se vertisset oculos Decius* cf. Doederl. Synonym. T. IV. p. 355. qui plura exempla protulit. *Cum denique* ex ingenio librariorum puto ortum esse eorum, qui utriusque enuntiationis nexum haerere putabant. Deinde vero *omnes*, quod post *iacebant* plurimi codd. habent, aut omnino reiiciendum est, si quidem *partim mortui* legatur, aut si retinere velis, pro *partim mortui* legendum est *parati morti*. Equidem prius praetulerim, *omnes* eiiciens, quod pro glossa vocis *cuncti* lineae superscriptum, in sequentem postea irrepsit. *Partim mortui* cum Oud. explico de iis, qui in mortuorum speciem iacebant, nullum iam vitae indicium significantes. Quamquam non negandum est, alteram quoque lectionem per se esse probandam bonamque praebere sententiam. Semel autem in talibus *partim* omitti vidimus ad Met. IV. p. 268. 287. Interpres franco-gallus vertit: car enfin ils restèrent tous tant, qu'ils étaient sans connaissance et comme des gens morts étendus de côté et d'autre. Rodius: *denn stracks lagen sie allesammt wie todt da, in Schlaf und Weine begraben.*]

vino sepulti iacebant. [De hac locutione poetis potissimum usitata, qua ebrii significantur ad mortem usque descendisse, quum immoti suique impotes iaceant cf. Wagn. ad Virg. Aen. II. 265. *Invadunt urbem somno vinoque sepultam*, qui Ennium ante oculos habuisse videtur Ann. VIII. p. 83. Hessel. *Nunc hostеis vino domitei somnoque sepultei.* Aen. VI. 424. Prop. III. 9. 56. ibique Intt. Taubm. ad Plaut. Casin. III. 5. 15. Ciof. ad Ovid. Met. III. 608. Met. VIII. p. 539. *crebris potionibus avide et secure haurientem sepelivit ad mortem.* Ita emendant Fest.

suo constrictis illis, imposita dorso meo puella, dirigit gressum ad suam patriam.

CAPUT XIII.

Quam simul accessimus, tota civitas ad votivum conspectum effunditur. Procurrunt parentes, affines, clientes, alumni, famuli, laeti faciem, gaudio

imposito G. 1. O.

quam primum accessimus F. 1. *alumpni* G. 1. *famuli laeti, faciem gaudio.* Ita interpungunt F. 3. G. 2. D. In ceteris codd., quamquam nihil de iis Oud. admonuit, legi videtur, ut in edd. vett. praeter Iunt. 1. *leti faciem, gaudio delibuti.* Edd. recentiores priorem sequuntur distinctionem. *facie d.* ob omissam virgulam erratum.

p. 261. Lindem. *Sepultum morte metoque,* et legendum est apud Arnob. II. 6. *vos soli sapientiae conditi atque intelligentiae in mero,* ubi errat Orell., qui cum Oud. ad Met. I. p. 8. legi vult *conditae* i. e. reconditae scilicet litteris, quod neutiquam dici potest, nisi *litteris, libris* al. addita sint. *Conditus in mero* eadem ratione positum est, ut *sepultus vino et somno* de eo, qui in iis totus iacet atque obrutus est. *Condere* enim saepius idem est, quod *sepelire* cf. Phaedr. IV. 5. 30. *O si maneret condito sensus patri.* Cic. Legg. II. 22. *Hic est situs. Vere; nam siti dicuntur ii, qui conditi sunt.*]

dirigit gressum. [Plane aliter Lucian. hanc narrationem explicat Lucid. c. 26. p. 595. *ὄρθρος δὲ ἦν ἔτι, καὶ ἐξαίφνης ἐφέσταται πλῆθος στρατιωτῶν, ἐπὶ τοὺς μιαροὺς τούτους ἀφιγμένον, καὶ εὐθέως πάντας ἐδέσμουν, καὶ ἐπὶ τὸν τῆς χώρας ἡγεμόνα ἀπῆγον· ἔτυχε δὲ καὶ ὁ τὴν κόρην μεμνηστευμένος σὺν αὐτοῖς ἐλθών· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ καὶ τὸ καταγώγιον τῶν ληστῶν μηνύσας. Παραλαβὼν οὖν τὴν παρθένον, καὶ καθίσας ἐπ' ἐμὲ, οὕτως ἦγεν οἴκαδε.*]

Cap. XIII. *tota civitas* etc. [Lucian. c. 26. p. 596. *οἱ δὲ κωμῆται ὡς εἶδον ἡμᾶς ἔτι πόρρωθεν, ἔγνωσαν εὐτυχοῦντες, εὐαγγέλιον αὐτοῖς ἐμοῦ προοιχησαμένου, καὶ προδραμόντες ἠσπάζοντο καὶ ἦγον εἴσω.*]

alumni. [Solus est Pricaeus, qui accuratius de hac voce agit. Is enim comparans locum Met. XI. p. 791: *Confestim denique familiares ac vernulae, quique mihi proximo nexu sanguinis cohaerebant, luctu deposito .... repentino laetati gaudio, varie quisque munerabundi, ad meum festinant illico divinum reducemque ab inferis conspectum* putat, *vernulas* illo loco vocari, qui hic *alumni* coll. Gloss. Phil. p. 14. *οἰκογραφής, Τρόφιμος, θρεπτός* [quod magis probat Gloss. Cyrill. p. 552., quae *οἰκογραφής* explicat *verna, vernus.* Haec significatio etiam aliquot locis potest confirmari, si quis sequatur Acronis et Schol. Cruq. explicationem Horat. Od. III. 18. 3. *parvis aequus alumnis.* III. 23. 7., quod tamen melius de hoedis interpretantur cf. Od. I. 17. 3. et Intt. ad l. c. Haec igitur notio per se non habet, quo offendamur, quamquam exemplum adhuc desidero, ubi ea inveniatur. In altero enim Metamorphoseon loco, ubi *familiares* et *vernulae* commemorantur, *familiares* sunt ii, quibuscum amice Lucius vixerat, neque vero *famuli*; cf. Senec. Epist. 47. §. 12., *vernae* vero non servi, qui Lucio domi erant nati et educati, sed potius *populares*, eiusdem urbis incolae, ut fusius ibi demonstrabo. Vir doctus, quem eo de loco consului, putat nostro vero loco tam accurate Apuleium inter *famulas* et *alumnos* i. e. *vernas* distinxisse, ut seorsim utraque gens proferenda esse ei videretur. Hinc explicat *alumnos: dominos.* Per se hoc verum est. Testes huius significationis sunt Isidor. X. 3. *alumnus ab alendo vocatus, licet et qui alit et qui alitur dici potest alumnus, id est et qui nutrit et qui nutritur, sed melius tamen, qui nutrit,* unde apparet, saepius Isidorum eam huius vocis signifi-

Digitized by Google

delibuti. Pompam | cerneres omnis sexus et omnis aetatis novumque et hercules memorandum spectamen, virginem asino triumphantem. Denique ipse etiam hilarior pro virili parte, ne praesenti negotio ut alienus discreparem, porrectis auribus proflatisque naribus rudivi fortiter, immo tonanti clamore per-

cernentes G. 2. D. *cernetes* P. *comites* O. *comentos* G. 1. *comitos* π. *et* ante *omnis aetatis* non legitur in G. 1. *in asino.* Praepositionem addit d'Orl. ad Tacit. Ann. XIV. p. 724. Sed ita Ovid. Fast. V. 42. *Illa coronatis alta triumphat equis. et hilarior f. hyllarior* G. 2. *discrepantem f. porrectis* vitiose exulat in Venet. 2. *porreptis* D. *rudini* G. 2. D.

cationem reperisse et Non. p. 242. *alumnos consuetudo quos alas vel educes vel eos, qui alunt, dici vult.* Plura ea de significatione proferunt Intt. ad Virg. Cir. 440, qui versus a Silligio coniectura non sollicitandus erat, quum mea quidem sententia recte se habeat, nec activa *alumna* vocis notio reiicienda sit. Praeterea in eo errat, quod locum Mart. Capell. I. §. 28. Kopp. *Sola vero, quod vector eius cygnus impatiens oneris atque etiam subvolandi stagna alumna petierat* corruptum esse putat, nam ita difficultas non removetur, sed semper auctoritas grammaticorum remanet. Ita *alumnus* apud Virg. Aen. XI. 33. Non. l. c. *dominus* explicat, ubi Servius: *Alumnus est, qui graece τρόφιμος dicitur, quod nomen quia Latinum non est, ut ab eo, quod est nutritor, inveniamus eum, qui nutritus est, transiit ad nomen aliud et alumnum dixit.* Huic tamen explicationi unum obstat, quod bene observandum est. Qui enim enumerantur procurrentes homines, ad familiam et domum pertinebant Charites, urbani ceterique verbis *tota civitas* exprimuntur. *Domini* vero qui ita esse *alumni* possint, equidem non capio, unde cum Pricaeo ad *vernas* potius referam. Ridicule vertit Rodius: *Eltern, Anverwandte, Freunde, Pflegekinder, Gesinde:* melius interpres Francogallus: Parens, amis, vassaux, domestiques, esclaves.]

laeti faciem, gaudio delibuti. Hanc verborum distinctionem praefert Oud., quia sic *delibutus* saepius apud Apuleium occurrat, ut Met. III. p. 189. *et certe laetitia delibuti* X. p. 709. *magno denique delibutus gaudio.* [XI. p. 790. *gaudio delibuti populares* Terent. Phorm. V. 6. 17. *Si te delibutum gaudio reddo.* Isidor. Orig. X. 70. *delibutus, de oleo unctus, ut athletae solent, vel in certamine pueri. Hinc et delibutum gaudio, id est perfusum vel plenum.* Perverse legitur in Vulcan. Gloss. p. 36. *delibutus κεχηλσμένος*, ubi vel emendandum *delinitus κεχηλημένος* vel *delibutus κεχρισμένος*, Vulcan. legit *κεχηλισμένος*, quamquam quid hoc sibi vellet, non indicavit. Haec vero non me movet caussa, cur *faciem* potius ad *laeti* retulerim; sed quod observari saepius licet, substantivum, quod ad prius positum est adiectivum, ad sequens quoque pertinere cf. Intt. ad Liv. X. 29. §. 8. Hinc *faciem* ad *laeti* posui, cogitatione ad utrumque referens.]

rudivi. [Apud Burm. Anthol. Lat. T. II. p. 432. haec leguntur: *quirritat verres, tardus rudit, oncat asellus,* ut utrumque verbum asinis proprium iungatur, et sic ex Philomela, quod poema obscuri auctoris vocat, etiam affert Gesner. T. I. Hist. Anim. p. 14., qui egregie Graecorum *ὀγκᾶσθαι, βρωμᾶσθαι* et *βρώμησιν* de asinis illustrat, sed *oncare* apud nullum Latinorum se legisse addit, in Glossario tamen Leidensi, ut ibi emendandum est, *Asini oncant vel rudiunt*, et sic *oncare* de asinis ex Apuleio etiam notatur in Casaubonianis." Casaubonus vero unde hoc deprompserit, equidem nescio, quum etiam Met. VIII. p. 587. *ruditu* legatur, nec alibi huius asini clamoris mentio fiat. Coniectura tantum assequi possum, qua in re Casaubonus erraverit. Quod enim Apuleius Met. VII. p. 451. de asino legitur: *Et verbum quidem praecedens semel ac saepius immodice clamitavi, sequens vero nullo pacto disserere potui, sed*

sonui. Et illam thalamo receptam commode parentes sui fovebant; me vero cum ingenti iumentorum civiumque multitudine confestim retro Tlepolemus agebat non invitum. Nam et alias curiosus et tunc latronum captivitatis spectator optabam fieri: quos quidem colligatos adhuc vino magis quam vinculis deprehendimus. Totis ergo prolatis erutisque rebus, et nobis auro argentoque et ceteris onustis, ipsos partim constrictos, uti fuerant, provolutosque in | proximas rupinas praecipites dedere, alios vero suis sibi gladiis obtruncatos 471

civium multitudini omissa particula Iunt. 2. *Plepolemus* F. 3. *Thepolemus* ut supra G. 1. 2. D. *Lepolemus* B. et edd. vett., ut in seqq. quoque, unde nunquam repetam hanc aberrationem. *aie'bat* vel *ayebat* pro *agebat* G. 1. 2. D. *non invitum* exulat a G. 1. 2. P. D. O. *et nam* F. 1. Elm. Wow. Scriver. unde coniecerat Burmann: *etiam*. In cett. codd. et edd. *nam et*. *et nunc* G. 1. *spectari* δ. *adhec* G. 1. *totisque perlatis* B. *eruditisque* Bas. 1. φ. et aliquot alii codd., notante Fulvio. *eruptisque* P. G. 2. D. *cunctisque* G. 1. O. In cett. *erutisque*. *auro argentoque et caeteris* F. 3. G. 1. 2. O. D. In cett. est *auro et argento caeterisque*. *ceteris* abest in O. *rapinas* F. 1. 3. D. O. p. P. (in collatione ad marginem ed. Colvianae.) *rap rapinas* G. 2. sed prius *rap* minio est obductum. *rupinas* G. 1. (sed e correctione a m. s., nam rasura apparet, unde colligi potest, prius, ut in O., lectum fuisse *rapinas*. *Rupinas* in marg. denuo scriptum est a m. s.) P. teste Oud. et φ. In cett. codd. et edd. vett. praeter Iunt. 2., quae ex interpretamento *rupes* habet, legitur *ripas*. Inde a Wower. in editionibus *rupinas* extat. *praecipitas* Iunt. 1. typothetarum vitio. *aliosque* B. *aliis* G. 1. 2. *sibi suis* G. 2. D. contra constantem non solum Apulei, sed ceterorum quoque scriptorum usum, qui semper *sibi* pronomini *suus* postponunt. *gladios* δ.

in prima remansi voce, et identidem boavi, ille fortasse pro *boavi* legere voluit *oncavi*: quam tamen coniecturam improbant verba *clamitavi* et *disserere*, quae etiam per se de asino dici nequeunt, sed ut *boavi* hoc quidem rerum nexu feruntur.]

colligatos. [Barthius Advers. XXXIV. 15. p. 1571. memoriae errore citat ex Apuleio *ligatus vino* pro *colligatus*. At inde colligi nequit, eum in codd. hoc invenisse. De dictione cf. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. XI. 238.]

erutisque. Perperam viri quidam docti, ut Wower. et Sciopp. in Symbol. probant *eruditis*. Mera est librariorum aberratio, qua lapsi sunt descriptores etiam vetustissimorum codd. Leidensium Prol. L. XII. *terra edita, ut inde erudita* (pro *eruta*) *dicantur*. Nec melius est, quod ad marginem hic adlevit vir doctus *eruderatisque*. Proprie enim terra, ager dicitur *eruderari*, e quo rudera et lapidosa quaecunque bene sunt sublata, ut apud Varr. R. R. II. 2. Hinc metaphorice quamvis purgationem et defaecationem significat cf. Savar. ad Sidon. Apoll. V. Epist. 7. et 15. *Volumen prophetarum sua cura manuque de supervacuis sententiis eruderatum*. Adeo, ut si iam istud participium posset habere locum, antrum latronum vel spelunca dici deberet *eruderata*, non *res* et opes inde sublatae. Bene igitur *erutis* servant codd. optimi ac longe plurimi. Neque enim ea tantum *erui* dicuntur, quae in terrae latent visceribus, sed et ea, quae in abdito sunt recondita cf. Lucan. III. 155. *Tunc conditus imo eruitur templo*, [ubi cf. Cort.] Ita Oud. defendit lectionem Horat. Sat. I. 4. 25. *quemvis media erue turba*, ubi cf. Orell. [Difficilius est iudicium de loco Tertull. de pudicit. c. 8., ubi haec leguntur: *Sed enim plerosque interpretes parabolarum idem exitus decipit, quem in vestibus purpura oculandis saepissime evenire est, quum putaveris recte conciliasse temperamenta colorum et credideris comparationes eorum inter se animasse, erudito mox utroque corpore, et luminibus expressis, errorem omnem traducta diversitas evomet*, quae postrema verba Rigalt. ita interpretatur: expolita utroque panno diversitas ostendit, male conciliata fuisse colorum temperamenta. Quomodo vero *erudire* idem esse potest, quod *expolire*? Unde totum locum ita emendo: *inter se animasse erudite, mox in utroque corpore luminibus expressis, errorem omnem* etc. sententia satis aperta, quum hic duae vestes cum duo-

Digitized by Google

reliquere. Tali vindicta laeti et gaudentes civitatem revenimus. Et illas quidem
[194] divitias publica custo|dela commisere, Tlepolemo puellam repetitam lege tradidere.

CAPUT XIV.

Exin *memet* sospitatorem nuncupatum matrona prolixe curitabat, ipsoque

relinquere F. 2. G. 1. O. D. f. In ceteris *reliquere*. *sali vindicta* Elm. vitiose. *civitatis* d. *reverimus* G. 2. *reveramus* D. *revertimus* O. et G. 2. teste Oud. Sed verisimile in O. etiam legi vitiose *reverimus*, unde collatores fabricarunt *revertimus*. *publico* d. *Thepolemo* G. 1. 2. D. *legem* G. 2. D. Grosiot. emendat *repetita lege* i. e. pactis et sponsalibus et nuptiarum ritu. Salmasius quoque adscripsit *repetita* cf. Met. IV. p. 293.

exin P. *exinde* G. 1. 2. D. O. π. *eximium* pro *exinde meum* Marg. Ed. Basil. In ceti. edd. et codd. *exin* legitur. *Exinde* correxit vir doctus in marg. edit. meae Vicent.

bus filiis comparentur, quae quibusdam ad praesens concolorantibus figuris, exitu tamen sibi non respondent. *Et* additum est a librariis, postquam *erudito* lectum erat.]

reliquere. [Ita scripsi contra optimos codd., ut saepius peccant Mss. Quamquam enim scio, tempus finitum cum infinitivo, quem dicunt, historico commutari, tamen hic eam variationem non tulerim, potissimum cum totius loci concinnitas disturbari ita videatur. Respondent enim sibi *dedere* et *reliquere*.]

revenimus. [De hac voce accuratius agit Munk. ad Hygin. fab. CCLVII. p. 366. Gloss. Philox. p. 187. *revenit παλινδρομεῖ* et Vulc. p. 132. *revenio ἐπανήκω*. Vox potissimum Plautina est, et Dict. Cret. I. 7. *venit* retinendum est pro *revenit*, ut Hygin. d. l. dicit *venire* pro *revenire*. *Reverti* et *revenire* saepius in Mss. sunt commutata, ut apud Dict. Cret. I. 20. ubi codd. aliquot *revenit*, optimus cod. S. Gall. s. IX. *revertitur* habet, quod ex eo retinendum esse puto. II. 41., ubi omnes in lectione consentiunt, *revenit* praeter cod. Heins., qui *revertit* praebet. Ita nonnulli legunt Apul. Met. VI. p. 429. *latrones reveniunt onusti*. cf. IX. p. 643. *larem reveni meum*. Apol. p. 523. *postquam Alexandria revenerit*.

Cap. XIV. *Exin.* [Lucian. c. 27. p. 595. *Ἡ δὲ παρθένος πολὺν λόγον εἶχεν ἐμοῦ δίκαιον ποιοῦσα καὶ συναχμαλώτου, τοῦ συναποδράσαντος, καὶ τὸν κοινὸν ἐκεῖνον αὐτῇ θάνατον συγκινδυνεύσαντος· καί μοι τοῖς κεκτημένοις ἄριστον παρέκειτο μέδιμνος κριθῶν καὶ χόρτος, ὅσος καὶ καμήλῳ ἱκανός, ἐγὼ δὲ τότε μάλιστα κατηφούμην τὴν Παλαίστραν, ὡς ὄνον με, καὶ οὐ κύνα τῇ τέχνῃ μεταθεῖσαν. ἑώρων γὰρ τοὺς κύνας εἰς τοὐπιπανεῖον παρειςιόντας καὶ λαφύσσοντας πολλά, καὶ ὅσα ἐν γάμοις πλουσίων νυμφίων. ἡμέρας δὲ ὕστερον μετὰ τὸν γάμον οὐ πολλαῖς ἐπειδὴ χάριν μοι ἔφη ἡ δέσποινα ἔχειν παρὰ τῷ πατρὶ, καὶ ἀμείψασθαί με ἀμοιβῇ τῇ δικαίᾳ θέλειν, ὁ πατὴρ ἐκέλευσεν ἐλεύθερον ἀφιέναι ὑπαλθριον, καὶ σὺν ταῖς ἀγελαίαις ἵπποις νέμεσθαι. Καὶ γὰρ ὡς ἐλεύθερος, ἔφη, ζήσεται ἐν ἡδονῇ, καὶ ταῖς ἵπποις ἐπιβήσεται, καὶ αὕτη δικαιοτάτη ἀμοιβὴ, ἐδόκει τότε, εἰ ἦν τὰ πράγματα ἐν ὄνῳ δικαστῇ.*]

memet. [Hanc lectionem ex coniectura dedi, quum optimi codices in scriptura *meum* perseverent. Lubenter amplecterer Beroaldi correctionem *me suum*, nisi longius a librorum vestigiis recederet et si ab uno tantummodo probaretur codice, potissimum quum locus eam commendet Met. VI. p. 439. *te meum sospitatorem saginabo.* Nam Florentinorum collationi Lindenbrogianae tum tantum fidem habendam esse mihi persuasum est, quum aut cum aliis codd. lectio consentit aut ab Lindenbrogio diversitas quaedam in margine notata est. Idem religiose semper observavi in cod. Bert. collatione Modiana, quae hic nullam affert varietatem; Colviana vero editio praebet *me suum*.

Digitized by Google

nuptia|rum die praesepium meum hordeo passim repleri iubet, foenumque ca- 472
melo Bactrinae sufficiens apponi. Sed quas ego condignas Fotidi diras devotiones

me suum correxit Beroaldus, quem posteriores editores secuti omnes sunt, et negligentia Lindenbrogii non correctum videtur esse in collatione F. 1. B. *meum* pro *me suum* habent F. 3. G. 1. 2. D. p. f. δ. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Quid ceteri codd. praebeant, Oud. non protulit. *exin me sosp.* vir doctus emendat in marg. ed. meae Vicent. *prolixe* non comparet in G. 1. 2. P. O. π. *curitabat* π. *quiritabat* F. 3. [sed in margine ex eadem manu *curutabat.*] G. 1. 2. D. P. M. β. δ. Iunt. 2. *quiritabant* f. O. *curutabat* F. 1. *qui curitabat* p. *currutabat* Bas. 1. *qui curutabat* ed. pr. utraque lectione conflata *quaeritabat* B. edd. vett. (etiam Venet. 2., ex qua Oud. male excitat: *curritabat*) usque ad Vulc. 2., quae habet *quam curabat*, quam lectionem secutae sunt edd. Elm. Scriv. Westerh. ad Terent. Eun. V. 9. 53. *feminumque* pro *foenumque* F. 1. *camello* G. 1. 2. D. Venet. 4. *bactrine* F. 3. ed. pr. Venet. 4. Paris. Bas. 1. *Vactrinae* p. *bactrino* G. 2. D. B (non *bactriano*, ut Oud. habet.) Vicent. Venet. 2. et edd. recentt. *batrino* G. 1. O. *Vactrino* δ. *bactriano* Iunt. 1. 2. Ald. Colin. *Fotidis* G. 1. O. *dirasque* f. Bene, si *devotiones* praemittas.

Forma *memet*, quae Comicis potissimum frequentata est, saepius legitur apud Apuleium Met. II. p. 99. *memet expedio* III. p. 212. IV. p. 243. VII. p. 485. p. 492. Vir doctus in editione mea Colviana emendavit *meme*, cf. Aen. IX. 427., ubi Servius: *Meme* subaudi *interfectio*, et est interrupta locutio dolore perturbati. Quae repetitio si aliter atque in animi commotionibus usurpata fuisset, hunc locum sanaret.]

curitabat. Schikeradii hanc optimam coniecturam in textum admisi, quam etiam Lipsius, Wower., Brantius, Pricaeus et Floridus probarunt et Cod. Paraean. diserte testatur. Stewechius pro more suo multa de voce *quiritabat*, quam ipse praefert, commiscens legit: *Exin me suo sospitatore nuncupato, matrona prolixe quiritabat*, quasi dicat: triumphabat, exerte clamitabat. Haec vero propter sequentia ferri nequeunt, quamquam significatio vocis non adversatur; cf. quae exposui ad Met. V. p. 374. Colvius emendat: *prolixe quam curabat;* quae coniectura eo me offendit, quod *quam* postpositum vix probari potest. *Curitabat* vero est *valde curabat.* Ut enim a *clamo, clamito, dicto, dictito*, al. sic a *curo curito. Prolixe* autem est rei culinariae proprium, unde et *lixae* et *caro elixa.* cf. Voss. in d. v. *Curare* vero millies de re cibaria occurrit cf. Broukh. ad Tib. I. 5. 33. [Taubm. ad Plaut. Pseud. IV. 7. 34., qui etiam *prolixe quam curabat* hic praefert. Intt. ad Horat. Epist. I. 2. 29.]

praesepium. [Forma ista rariore semper utitur inter diversas eius vocis terminationes Apuleius Met. III. p. 224. *praesepio videre proximantem* VII. p. 499. *incumbens praesepio* VIII. p. 577. IX. p. 614. *instruxit praesepium* p. 617. 621. X. p. 677. 692. cf. Excerpt. ex vet. Lexic. p. 265. *praesepium* φάτνη Gloss. Cyrill. p. 65. φάτνη *praesepe, praesepium* Voss. Aristarch. T. I. p. 419.]

Bactrinae. Quamquam Oud. terminationem *Bactrianus* longe usitatiorem esse nominat, alteram tamen analogiae non adversari demonstrans coll. *Augustinus et Augustianus, Drusus, Drusinus* et *Drusianus* Suet. Claud. 11. ibique dict. auctoritatem optimorum codicum secutus praefert lectionem *Bactrinae*, quod non Graeci tantum ament κάμηλον potius efferre genere feminino sed et Latini et inprimis Plinius. cf. Harduin. ad Plin. H. N. VIII. 26. *Camelos inter armenta pascit Oriens, quarum duo genera Bactriae et Arabiae: differunt quod illae bina habent tubera in dorso, hae singula .... [vivunt quinquagenis annis, quaedam et centenis. Utcunque rabiem et ipsae sentiunt. Harum aliqua similitudo* cett. XI. 62. *Camelus una ex iis*, Trebell. Gall. Claud. c. 14. T. II. p. 382., ubi vero ex cod. Palat. *camelas* praetulerim. Plura de hac voce dabit Voss. Arist. T. I. p. 390. ed. Foertsch, qui negat unquam vocem femin. apud veteres legi, cui sententiae adversantur Ruddim. p. 32. n. 79. et Schneider. Gr. Lat. p. 9.]

imprecer, quae me formavit non canem, sed asinum, quippe cum viderem largissimae coenae reliquiis rapinisque canes omnes inescatos atque distentos. Post noctem unicam et rudimenta Veneris recens nupta gratias summas apud suos parentes ac maritum mihi meminisse non destitit, quoad summos illi promitterent honores habituri mihi. Convocatis denique gravioribus amicis consilium datur, quo potissimum facto digne remunerarer. Placuerat uni, domi me
473 conclusum et otiosum hordeo lecto | fabaque et vicia saginari. Sed obtinuit

imprecor Vicent. Venet. 2. Ald. Iunt. 1. 2. *improcer* G. 1. *formarit* B. *largissimum* G. 1. a m. p. *largissime* a m. s. *largissima*, quod in G. 2. legi ait Oud., ibi non reperitur, sed ut in cett. *largissime*. *reliquis* G. 1. O. *reliquias* G. 2. *que*, quod Oud. excerpta cod. G. 1. abesse voluerunt, in eo codice legitur, at separatim scriptum est. *mescatos* Vicent. *at distentos* p. *noctem unicam* F. 3. G. 1. 2. D. f. p. *d.* In cett. *unicam noctem*. *veneri* in G. 1. est a m. p., *s* a m. s. est adpictum. *meruisse* pro *meminisse* perperam G. 1. *habituros*. Num ita legi voluerit Puteanus, an vere litterae exciderint *B* et *M*, ut notare voluerit, sic in Bembi vel Mangani vel utroque codice exarari, dubius est Oud. Posterius tamen credit. Nam *habituros* etiam invenit in *d.* et f. *denique* non conspicitur in B. *facto* non comparet in *d.* *remuneraret* Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. Beroald. Elm. *placuerat quidem dominae conclusum* R. f. P. O., quod non legitur in G. 1. et 2., uti excerpta Oud. praebuerunt, sed ii cum D. legunt *placuerat quidem dominae*, quod fortasse etiam in ceteris legitur. Nam in adnotatione Oud. *dominae* vocem impugnat, unde verisimile fit, errore typothetarum vel Oud. negligentia ita aberratum esse. In G. 1. duae postremae vocis *placuerat* litterae a m. s. sunt perscriptae, et rasura quaedam conspicitur duarum triumve litterarum, quamquam quid prius codex habuerit, dignosci nequeat. *secto* Vulc. 2. Elm. Scriv. Florid. *lecto hordeo* P. G. 2. D. *viccia* G. 1. *vitia* Vicent. *optinuit* G. 2. D.

inescatos. [Novo plane significatu ab Apuleio hoc vocabulum dictum est de eo, qui saturatus est, quum alias dicatur is, qui esca captus et omnino deceptus est. Item legitur Met. IX. p. 641. *gravique odore sulphuris iuvenis inescatus* i. e. repletus et satiatus X. p. 706. *Interea liberalibus coenis inescatus et humanis affatim cibis saginatus.*]

habituri. De hoc quem dicunt Intt. Graecismo accuratius agit Pricaeus, qui Tac. Ann. XV. 42. *fossam depressuros promiserant*, citat [quod exemplum cur Pric. protulerit, equidem non capio]. Virg. Aen. II. 377. *Sensit medios delapsus in hostes*, ubi cf. Serv. Horat. Epist. I. 722. *Dignis ait esse paratus* Catull. IV. 2. *Ait fuisse navium celerrimus.* [cf. Tac. Hist. IV. 55. *Ipse hostis quam socius iactabat.* Ovid. Met. XIII. 141. Hor. Epist. I. 5. 15. 16. 30. Od. I. 2. 43. De constructione cf. Walch. ad Tac. Agr. 27. p. 319. Jahn ad Ovid. Trist. II. 10. Bentl. et Schmidt ad Hor. Epist. I. 7. 22. Wagn. ad Val. Flacc. VI. 490. Phil. Wagn. ad Eleg. ad Messal. p. 43. et Quaest. Virg. XXIX. 6., ubi plura Virgilii exempla protulit].

placuerat uni, domi me. Quae a nonnullis codd. profertur lectio *placuerat quidem dominae* eo ferri non potest, quod si *dominae* id placuisset consilium, reliqui non fuisse dissensuri videntur. Ad haec sequitur *alius*, ut advertit Pricaeus. Quare Oud. corrigendum putat, etsi temerarie factum hoc esse autumo: *Placuerat cuidam, domi me conclusum.*

Hordeo lecto. Quum in prioribus sua editionibus Stewech. ita interpunctum inveniret: *hordeo, lecto, fabaque*, aut interpunctione sublata intelligi vult de purissimo et lecto hordeo, aut coniectura emendandum esse iudicat: *et otiosum hordeo, lente, fabaque*, cui emendationi confirmandae adhibet Apuleii verba VI. p. 398. et *accepto frumento et hordeo et milio et papavere et cicere et lente et faba.* Colvius porro inconcinne corrigit *secto*, provocans ad Met. IV. p. 285. *At enim nobis anus illa recens ordeum affatim largita est .... Ego vero quamquam alias ordeum tunsum minutatim* infra p. 474. *Namque hordeum meum fructum.* Inepte vero eum secuti sunt Vulc. 2. Elm. Scriv. Florid. *fructum* ac fractum vel etiam *tunsum* hordeum da-

alius, qui meae libertati prospexerat, suadens, ut rurestribus potius campis in greges equinos lasciviens discurrerem, daturus dominis equarum inscensu generoso multas mulas alumnas.

CAPUT XV.

Ergo igitur evocato statim armentario equisone, magna cum praefatione deducendus assignor. Et sane gaudens laetusque praecurrebam, sarcinis et ceteris oneribus iam nunc renuntiaturus; nanctaque libertate, veris initio pratis

rurestibus F. 3. G. 2. D. cf. Met. VIII. p. 522. In cett. *rurestribus*. *in campis* O. *equinas* G. 1. *equitios* φ. *in censum generosum* δ. *incensu* Vicent. *multos alumnas* D. *mulas* desideratur in G. 2. P. D.

ego igitur Venet. 2. *igitur* abest a δ. *armtario* G. 2. *armenta* δ. *maza* pro *magna* Vicent. *equisione* O. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. Venet. 4. Bas. Colv. Vulc. 1. 2. *equilone* f. *praephatione* G. 2. D. *praefactione* Beroald. Bas. 1. *percurrebam* δ. Oud. mavult *procurrebam*. *sarcinis et aliis oneribus* f. ex glossemate. *et ceteris oneribus* F. 1. 3. G. 1. 2. P. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. a m. p. (nam a m. s. habet *honoribus*) Elm. Wower. *sarcinis et honoribus* β. M. In cett. codd. et edd. *oneribus* abest. (Corruptela *honoribus* exorta est ex lectione *honeribus*, quum saepius aspiratione hoc vocabulum efferatur. cf. Dr. ad Liv. II. 49. §. 1. XXXVI. 40. §. 9.) Oud. incertus est, quid codd. legant, *et ceteris oneribus* vel *honoribus* F. 1. δ. O. p. G. 1. 2. habere pronuntians. *et ceteris omnibus* B. In reliquis *et ceteris iam nunc*. *nanctaque* F. 3. quod restitui. *naptaque* O. In cett. *nactaque*.

tur in usus equorum, numquam sectum. Et cui bono hoc asini dentibus, hordeum satis frangere valentis. *Lecto hordeo* est electo, puro, optimo, nec tantum recente, sed ex quo omnes furfures et lapilli erant secreti, quos contra queritur sibi appositos infra p. 475. *sub ipsa vespera furfures apponebat incretos ac sordidos multoque lapide salebrosos*. *Lecto* alii capiunt substantive pro cubili molliori. At eo non saginantur asini et certe tum praeponi deberet. [Colvii lectionem amplexi sunt Interpres Francogallus vertens: m'engraissant avec de l'orge broyée, et Rodius: *mit gestampfter Gerste*.]

Cap. XV. *armentario equisone*. [De equisone, qui alibi *villicus* nominatur eiusque officiis conf. Argol. not. 13. ad Onuphr. Panvin. de Lud. Circens. I. 5. in Graev. Thes. Antiq. T. IX. p. 190.] Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 310.]

sarcinis et ceteris oneribus. Stewechius quum videret, tantopere codd. inter se discrepare, coniecit, *sarcinis et clitellis*, quae coniectura Oud. non ita improbabilis est ob scriptae lectionis in aliis codd. variationem, et exilium vocis *oneribus*, ut quum iam *clitellis* depravatum esset in *aliis*, *ceteris*, librarius quis temere addere potuerit *oneribus*. Conf. Intt. ad Phaedr. I. 15. 10. de asino. *Clitellas dum portem meas*. At id tantum miratur, quod auctor ea voce per totam hanc fabellam usus non fuerit. [Ad postremum argumentum vix est, quod absurdius dictum esse potuerit. Eam enim ob caussam vocabulum ex scriptore eiici, quod alio eius loco non reperiatur, non ferendum est. *Clitellis* vero mihi duplici de caussa improbatur, primum quod omnium codicum auctoritas repugnat, deinde quod nusquam noster asinus commemoratur homines ex mandato in tergo suo vectasse, sed sarcinas tantum et onera. Inde mihi quidem probabile fit, librarios offendisse in vocum *sarcinas* et *oneribus* prava quam putabant repetitione, quomodo utrumque differat, nescientes. *Sarcinas* refert Apuleius ad latronum praedas, quae in involucra convinctae fere semper ita nominantur cf. IV. p. 235. *omni sarcina* p. 243. *sarcinae pondere depressus* alib. *Onera* vero omnia in universum significant pondera, quae premunt et quasi angunt. Sed ut hoc discrimen Apuleius non servaverit, et synonyma haec vocabula sint, eo tamen alterutrum expellendum esse non crediderim in auctore, qui synonyma tam vehementer affectat. cf. ad

474 herbantibus, rosas utique reperturus aliquas. Subi|bat me tamen illa etiam

herbantibus F. 1. 3. G. 1. 2. f. R. D. p. P. O. B. *d.* edd. vett. usque ad Colvianam, quae prima habet *herbentibus*. Posteriores edd. eam secutae sunt. Scriverius reposuit *vernantibus*. *reperturas* G. 1. *subibat me tamen* equidem inveni in F. 3. G. 1. 2. D. *subibat me tum illa* O. *subibat me cum illa* β. M. et ceteri, ut videtur codd. edd. vett. Elm. Wow. Florid. habent *me tamen*.

Met. III. p. 211. Met. V. p. 334. VII. p. 457. Ita coniungit utrumque Petron. c. 117. *Corax affirmabat, se aut protecturum sarcinas aut cum onere fugiturum.*]

nanctaque libertate. Primum sine ulla caussa haeret Oud. in lectione *nactaque*, pro qua *adepta* praefert, et quamquam ipsi exemplum in promptu sit Hygin. c. 8. *ea occasione nacta, fugae se mandavit* ubi passive hoc participium legatur, tamen, si per Mss. liceret, legi mavult *dataque libertate*, quum praesertim *nacta* et *data* in Mss. saepius permutatae sint coll. Dr. ad Liv. Epist. XV. *pax et libertas data est.* [Sed hoc potius est ingenio ludere, quam emendare, quum luce clarius sit, librarios *data*, quod longe tritius est et regulis grammaticis accommodatius, non commutaturos fuisse cum *nacta*, quod sane inusitata ratione dictum est. Haec sola iam caussa est, cur retinenda necessario sit lectio *nacta*. Quam inconstans hac in re fuerit Oud., inde potest effici, quod ipse Met. IX. p. 653. *venditis oleribus sibi tradita vel contracta* aut *nacta mercede* legendum esse arbitratur. Plura huius significationis passivae exempla, quam in solo participio perfecti passivi hoc verbum admittit habet Voss. Arist. T. II. p. 757. Eckst. In ceteris ubique locis Apuleius activo significatu hoc verbo usus est. Deinde ex optimo codice F. 3., qui in orthographia omnium accuratissimus est, dedi formam *nancta*, quam idem codex habet VIII. p. 508. *nanctus denique praesentiae suae* p. 588. *solitudines avias nancti.* Eoque magis eam reposui, quia aliis in locis non legitur, ut consilio quodam hoc fecisse Apuleium arbitrer, quamquam equidem certam regulam observare non potui. In his vero terminationibus scriptores saepius ingenium magis, quam regulas sequuntur. cf. ad Met. V. p. 315. Buen. ad Lact. de Mort. Pers. c. 26. §. 3. p. 1436., qui plura profert exempla. Ita optimus cod. Florent. in Pandectis saepius habet. Alia praebet Mai ad Cic. de Republ. I. 10., ubi cod. palimps. *nanctum* legit; sed non edidit ille, quia aliis locis *nactus* legeretur, unde utramque lectionem ludibrio librariorum dare videatur. Caper. de Orthogr. apud Putsch. p. 2214. praeceptum, ne retineatur littera *n* in supino, plane temerarium est, nisi quis demonstret, posterioribus tantummodo temporibus *n* inserere Romanos coepisse. Nonne e contrario quis affirmare possit, hac grammaticorum regula deceptos esse librarios, ut hanc scripturam ubique exstirparent? Equidem contra cod. Florent. facere nolui.]

pratis herbantibus. Herbantibus ex codd. auctoritate iam praetulerunt Elm. et Wasseus, qui Glossas Vulc. comparat, ubi p. 48. legitur: *exherbare ἐκβοτανίζω*, idemque testari dicit suos codices Colum. XI. 3. et apud Vopisc. in vit. Prob. c. 19. esse *herbascere*, quod equidem invenire non potui. [Non minus incertus est locus Plin. XIX. 8. 42. ubi pro *herbasceret* Harduin. ex Mss. legit *herbas ercet.* Sed *herbare* per se ferri potest, et ut a *placere* fit *placare*, ita ab *herbere: herbare*, nec aliter formatum est a *fuga: fugare.* Hinc patet, necessarium non esse, ut cum aliis *herbare* neutrorum sententia usurpatum hic esse statuamus. Est enim herbas quasi efficere vel herbas producere, ut prata ipsa eas gignere poetice dicantur. *Vernantibus*, quod Stewech. emendavit, minus elegans est coniectura, quoniam nemo dixerit, *initio veris vernare prata.* Quamvis aliter *vernare* per se sit egregium et passim de agro, humo, aëre ponatur. cf. Intt. ad Ovid. Met. X. 166. Flor. I. 16. Plin. VIII. 27. Apul. Apol. p. 403.]

subibat me tamen illa. Tamen quum

sequens cogitatio: quod tantis actis gratiis honoribusque plurimis asino meo tributis, humana facie recepta, multo tanto pluribus beneficiis honestarer. Sed ubi me

sequens cogitatio V. 1. (*teste* Oud.) 3. G. 1. 2. P. D. *f. β.* M. *frequens* in Colin. edit. est, fortasse errore operarum. Sed idem inveni in F. 1., cuius veram scripturam negligentia Lindenbrog. adscribere omisit, Vulc. 2. et Colv. *et honoribus* G. 2. *δ. et honeribus* D. *pluribus* G. 1. 2. D. *asino modo* G. 2. D. φ. Wow. et seqq. *tribuitis* G. 1. *tanto* omnes codd. praeter F 3. G. 1. 2. D. P. *f.* p. qui habent *tanta. me tanta δ. honestaretur* D.

locum hic habere ei non videretur, Oud. vel cum Puteani libris legebat *cum illâ se.* cogitatione, quod veris initio rosas aliquas reperirem, et sic ex Fotidis promisso in hominem redirem, vel cum Oxon. *tum illa.* Prius vero Oud. praefert. [Mihi quoque non satis constat, qui particula *tamen*, quae optimorum codd. lectio est, defendere hic se possit, nisi cum Non. p. 406. dicas: *Tamen ipsum significat statim Plaut. Rudente: Ut quum exiissem ex aqua urcrem tamen* et Virg. in Bucolicis: *Hic hoedos depone, tamen veniemus in urbem.* Sed haec exempla non persuadent, et ut quisque intelligit, merum figmentum hoc est grammatici. Praeterea forsitan etiam particula ad prius enuntiatum ita referri potest, ut quasi apodosin contineat, aut cogitatione aliqua enuntiatio addenda sit, ad quam sequens *tamen* pertineat. cf. Gron. ad Liv. XXIII. 19. §. 12. Burm. ad Ovid. Heroid. XI. 1. et ad Gratii Cyneg. 336., ut fere hoc significatur: Quamvis iam nunc renuntiaturus sarcinis et spe plenus, me veris initio nacta libertate rosas reperturum esse, quarum ope in pristinam hominis formam redituras essem, laetus et gaudens praecurrerem, et mea sorte nunc contentus omnino essem, tamen me subibat etiam illa cogitatio, me pluribus honoribus cohonestatum iri, sicubi constitisset, hominem me esse Lucium. Sed semper nescio quid leiuni et molesti haec continet explicatio. Hinc putaverim *tum* melius esse legendum, quamquam hoc confitendum est, particulam ita desiderari, quae prius enuntiatum cum sequente arctius copulet. *Frequens cogitatio*, quod librariorum errore in edit. Colin. videtur irrepsisse, non probum est. Nam non frequenter hoc asinus cogitavit, sed ea quoque subiit cogitatio, se hominem factum multo maioribus beneficiis affectum iri. Pro more suo negligenter hoc vertit interpres francogallus: Il me venait même souvent en pensée, et Rodius eum sequens: *Oft ging mir auch der Gedanke durch den Sinn*, qui totam difficultatem omisit.]

asino meo tributis. Male omnino Wow. et seqq. receperunt scripturam solius cod. Fulviani, *asino modo tributis*, quam merito explosit Pricaeus et optime *meo*, ut dant ceteri libri et Edd. priores, vindicavit. Passim ita de se, ut asino, dicit *asinus meus*, quia eius forma, quamquam sui non propria, tamen ita secum coniuncta erat, ut ad suam naturam, prout res erat, pertineret. cf. Met. IX. p. 619. *Nam et ipse gratas gratias asino meo memini, quòd me suo celatum tegmine variisque fortunis exercitatum, etsi minus prudentem, multiscium reddidit.* Met. XI. p. 785. *atque ad ipsum locum, quo pridie meus stabulaverat asinus, pervenimus.* Met. VII. p. 502. *Ceterum titione delirantis Altheae Meleager asinus interiisset.* Et sic contra de se, ut homine, dicit *meus Lucius.* cf. X. p. 734. *promicarent rosae, qui me priori meo Lucio redderent.* Met. XI. p. 755. *redde me meo Lucio.* Sic Arnob. I. c. 65. *hominem suum* ait, quem induerat Servator Christus, de quo antea dixerat.

multo tanto. [De hac dictione accuratius iam dictum est ad Met. VI. p. 382. Mirum est, quomodo saepius codd. in lectionem *multo tanta* aberrare potuerint longe optimi. Ita hoc loco locupletissimi codices praebent *multo tanta*, nec aliter iidem Met. X. p. 717. Apol. p. 386. optimus cod. Florent. 3. habet *multo tanto*, Florent. vero 1. *multo tanta*; idem peccant Pith. et Lips. Florid. p. 90.; sed de Deo Socr. p. 144., ubi

Digitized by Google

procul a civitate gregarius ille perduxerat, nullae deliciae ac ne ulla quidem libertas excipit. Nam protinus uxor eius avara quidem nequissimaque illa mulier, molae machinariae subiugum me dedit: frondosoque baculo subinde castigans, panem sibi suisque de meo parabat corio. Nec tantum sui cibi gratia me fatigare contenta, vicinorum etiam frumenta mercenariis discursibus meis conterebat. Nec mihi misero statuta saltem cibaria pro tantis praestabantur laboribus. Namque hordeum meum, frictum et sub eadem mola | meis quassatum ambagibus, colonis proximis venditabat: mihi vero per diem laboriosae machinae attento

produxerat G. 2. D. Beroald. Pro *nullae* legitur *mille* in ed. pr. Vicent. Venet. 2. *neare quidem* F. 3. *que illa* non comparent in P. *subiugam* D. ut voluit Grut. Susp. III. 14. *sub iugum* B. Colv. Paris. *subiugem* Vulc. 2. *gastigans* G. 1. *nec tamen* O. D. *contempta* D. *contentare* Paris. *vitinorum* G. 2. *frugamenta* O. *saltim* δ. *nam* pro *namque* f. *ordea* G. 2. *frictim* G. 2. D. *finctum* O. *fractum* δ. *meris quassatam ambagibus* G. 1. O. *laconis* pro *colonis* G. 2. D. P. *vendicabat* δ. prave. *attrito* φ.

lectio est perversissima, meliores in scriptura *multo tanto*, quae unice probari potest, consentiunt. Qua tamen observatione vel potius quo commento librarii permoti sint, ut *tanta* saepius emendarent, ne coniectura quidem assequi possum.]

molae machinariae subiugum me dedit. [De re conferantur, quae egregie exposuit Turneb. Advers. VIII. 9. et Burm. Anthol. Lat. T. I. p. 627.] *Subiugum* bene monuerat Beroaldus iunctim et una voce legendum esse, quum Gruter. Susp. III. 14. perperam *subiugam* praeferat. Sic *coniugus*, *disiugus*, *seiugus*. Et ita Pric. emendat Gloss. Cyrill. p. 647. *ὑποζύγιον iumentum*, *Subiugum* in *iumentum subiugum*. [Plin. XXX. 52. *Iidem auctores nominavere subiugum, quod nec quale esset animal, nec ubi nasceretur, tradiderunt.*]

frictum. Fractum, quod etiam in aliquot suorum codd. extare monuit Beroald., male hoc loco defenditur. Duo describit Apuleius, quae solebant fieri frumentis humano esui praeparatis. Ea enim prius *siccabant* vel *torrebant* seu *frigebant*. (Graeci dicunt φρύγειν et τηγανίζειν.) Tum *fricta* sub mola *frangebant*, sive conquassando *comminuebant in farinam*. Hinc passim illa coniungi solent ab antiquis Virg. Georg. I. 267. *Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.* Aen. I. 182. 183. Plin. XVIII. 7. *Graeci perfusum aqua hordeum siccant, ac postero die frigunt, deinde molis frangunt.* Ovid. Medic. fac. 71. *Nec tu pallentes dubita torrere lupinos, et simul inflantes corpora frige fabas* etc. *Utraque da nigris comminuenda molis*, ubi cf. Heins. De hordeis ibidem praecesserat 57: *Haec ubi ventosas fuerint siccata per auras, Lenta iube scabra frangat asella mola.* Male autem vulgo iungunt *hordeum meum frictum*, cum post *meum* distinctio quaedam sit ponenda. Dicit Apuleius, hordeum suum, sive quod sibi designatum erat et debebatur, ipsi non fuisse appositum, sed illud ab ista muliere esse frictum, et a se per molam quassatum et fractum vel ab ipsa consumi, vel quod peius erat, vicinis venditari cf. de hoc loco d'Orv. ad Charit. IV. 2. p. 425. ed. Lips. [De *saxo frangere* et *frangere mola* cf. Cort. ad Lucan. VI. 114. cf. Heyn. ad Virg. Georg. I. 267.]

machinae attento. Probabilis videtur Wower. lectio cod. Fulviani *machinae attrito*, quem secutus est Sciopp. in Symbolis de genitivo *machinae* comparans Met. II. p. 124. *hesternae fatigationis saucio*, ac sic edidit Pricaeus probavitque ex Met. IX. p. 618. *pectora copulae sparteae tritura continua exulcerati.* Verum contra Mss. ceteros nihil innovandum erat. Nam praeterquam quod sumi posset, ut *attentus negotio* et alia, de quibus vide ad Met. IV. p. 287, videtur potius hic auctor eam vocem proprie usurpasse pro tenso ad machinam et adnexo ἐπιτεταμένῳ cf. Met. VI. p. 402. *rupibusque adten-*

sub ipsa vespera furfures apponebat incretos ac sordidos multoque lapide salebrosos.

CAPUT XVI.

Talibus aerumnis edomitum novis fortuna saeva tradidit cruciatibus, scilicet ut, quod aiunt, domi forisque fortibus factis adoriae plenae gloriarer.

furfurem G. 1. *inertes* pro *incretos* Ald. Iunt. 1. 2. Venet. *intirtos d.*

saeva rursus coniecit Sopingius et ediderunt quoque Vulc. Ed. 2. Elm. et Scriver. Sed rectius iam Pricaeus Mss. lectionem vindicavit cf. ad Met. V. p. 328. *periculum tibi minitatur fortuna saevior.* Etiam in Florent. 1. idem legitur; certe Lindenbrog. Ed. Vulc. 2. lectionem non correxit, quod negligentia eius factum est. *saevis* p. *ut aiunt* D. omisso pronomine *quod. tradidit cruciatibus* F. 3. G. 1. 2. D. P. f. *d.* Iunt. 2. In cett. inverso ordine *cruciatibus tradidit. adoriae* in Mss. multis edd. vett. non solum hic, sed alibi etiam legi adnotat Oud. Equidem inveni in F. 3. G. 1. 2. D. et omnibus edd. vett. In ceteris edd. et codd., quos equidem conferre potui, scribitur *adoreae.* Reliqui Mss. quid habeant, proferri nequit. *plene* in aliquot codd. et edd. Beroald. et Bas. 1. scribi, hic pronunciat Oud. Ita inveni in *G.* 2. sed puto pro more librariorum et editorum veterum hoc factum esse, ut id commemorare Oud. non deberet. Grotiotius coniecit *plenus. gloriare* D.

ditur. [Deinde *attrito* non solum propter genitivum reiicio, qui vix potest huic vocabulo iungi, sed etiam, quod asinus nunquam dicit, se tritum fuisse quod deinde de istis iumentis molinariis profert, et quod non continua eius erat operatio, ut tritura effici posset. Hinc *attento* cum Oud. pro *adnexo* sumserim. Interpres francogallus vertit: et après que j'avais tourné tout le jour cette péuible machine et Rodius: *wenn ich den ganzen Tag in der Mühle gegangen war.*]

furfures incretos. Inertes, quod in nonnullis edd. legitur, significaret, si comprobari posset, furfures non idoneos alimento praestando, quomodo *iners arbor, gleba*, quae fructum non ferunt redduntve. At recte in ceteris Mss. et Edd. est *incretos*, quod pessime Floridus exponit *non cretos, haud cribratos* contra verbi usum et auctoris mentem. Nam si furfures nondum erant cribrati, tunc certe iis immixta erat bona et esculenta farina. Verum eam subripiebat Lucio mulier, et postquam eam cribro separaverat a furfuribus, hos reliquos, ut erant sordibus et lapillis salebrosi, apponebat illi, ut optime exposuit Beroaldus, a Florido et aliis non intellectus. [cf. Ruddim. T. I. p. 247. Stallb. qui item perperam *incretos* exposuit. Interpres francogallus vertit: elle ne me donnait le soir que du son mal-propre, non criblé et plein de gravier, et Rodius: *und setzte mir ein wenig grobe, unreine Kleie vor, die ich vor Steinen fast nicht fressen konnte.* Haec vero erat asinorum condicio in pistrinis; cf. Intt. ad Iuvenal. Sat. VIII. 67.]

salebrosos. [Haec omnia a Luciano ita narrantur: c. 27. p. 596., *καλέσας οὖν τῶν ἱπποφορβῶν τινα, τούτῳ με παραδίδωσιν, ἐγὼ δὲ ἔχαιρον ὡς οὐκ ἔτι ἀναφορήσων. Ἐπεὶ δὲ ἤκομεν εἰς τὸν ἄγρον, ταῖς ἵπποις με ὁ νομεὺς συνέμιξε καὶ ἦγεν ἡμᾶς τὴν ἀγέλην, εἰς νομόν. Ἐχρῆν δὲ ἅμα ἐνταῦθα ὥσπερ Κανδαύλῃ κἀμοὶ γενέσθαι. ὁ γὰρ ἐπιστάτης τῶν ἵππων τῇ αὐτοῦ γυναικὶ Μεγαπόλῃ ἔνδον με κατέλιπεν· ἡ δὲ τῇ μύλῃ με ὑπεζεύγνυεν, ὥστε ἀλεῖν αὐτῇ καὶ πυροὺς καὶ κριθὰς ὅλας καὶ τοῦτο μὲν ἦν μέτριον κακὸν εὐχαρίστῳ ὄνῳ ἀλεῖν τοῖς ἑαυτοῦ ἐπιστάταις· ἡ δὲ βελτίστη καὶ παρὰ τῶν ἄλλων τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς ἀγρίοις (πολλοὶ δὲ πάνυ ἦσαν) ἄλευρα τὸν μισθὸν αἰτοῦσα, ἐξεμίσθου τὸν ἐμὸν ἄθλιον τράχηλον. Καὶ τὰς μὲν κριθὰς, τοὐμὸν ἄριστον, φρύγουσα κἀμοὶ ὥστε ἀλεῖν ἐπιβάλλουσα μάζας ὅλας ποιοῦσα κατέπινεν· ἐμοὶ δὲ πίτυρα τὸ ἄριστον ἦν.*]

Cap. XVI. *adoriae.* [Interpretes fluctuant inter utramque scribendi rationem *adorea* et *adoria*, quum nonnulli adiectivum, alii substantivum esse affirment. Audiamus primum veteres grammaticos

Digitized by Google

[195] Equinis armentis namque me congregem pastor | egregius, mandati dominici

gloriarer equis armentis. Namque. [Ita distinguunt G. 1. 2. D., quod inde factum puto, quod librarii ariolantes *namque* tertio loco poni non posse sibi persuaserant. cf. ad Met. VI. p. 418. Ne sententiam quidem ferre, ut ita iungamus, per se elucet.) *congrege δ. cum grege* O. *mandatis dominicis* P. B. Etiam in F. 1. ita legi, testis est Oud., sed in collatione Lindenbrogii nihil adscriptum est. Vulc. 2. enim habet ut ceteri omnes codd. et edd. *mandati dominici.* De origine huius scripturae cf. adnotatio.

de vocis origine. Fest. p. 3. s. v. *adoriam laudem sive gloriam dicebant, quia gloriosum eum putabant, qui farris copia abundaret*, ad q. l. conf. Intt. p. 302. Lindem. Serv. ad Aen. X. 677. et *adoria, laus bellica* (ita distinguendum est), *quod omnes cum congratulatione adorabant eum, qui in bello fortiter fecit.* Plin. XVIII. 3. *Gloriam a farris honore adoream appellabant.* Plura de vocabulo proferunt Barth. ad Claud. Laud. Stilich. I. 384. Orell. ad Hor. Od. IV. 4. 41. Koeler. in Wolf. Analect. p. 359. Nego vero unquam *adorea* adiectivi locum sustinuisse, ut cogitatione addendum fuerit *gloria, donatio* vel aliud quid. Cum Lindem. ad Fest. p. 3. adnot. crit. potius substantivum esse duxerim abstractum, quae omnia in *ia* desinere solent, unde non solum pro substantivo semper usurpatur, sed etiam consentaneum fit, cur optimi codd. *adoria* constanter retineant. Ita in cod. palimps. Frontonis Epist. cf. Niebuhr. p. 168. cf. Front. de Bell. Parth. p. 199. *Mai. sed semper et ubique aerumnas adoris moeroresque nostros triumphis commutavit.* [Ita enim legendum est pro *terroresque.*] Ita apud Apuleium codd. in Met. III. p. 207. fluctuant, quum omnes fere *adorsam* legant, editiones vero veteres omnes *adoriam* praebeant, nostro loco omnium locupletissimi codd. id servant, inter quos cod. F. 3. est, in loco Apolog. p. 430. Ms. Lips. *adoriis* agnoscit. Huc accedit Servii auctoritas, qui aperte *adoria* testatur, unde hoc certe pro vero potest poni, utramque scribendi rationem eius tempore in usu fuisse, Gloss. Phil. p. 6. *adoria εἶδος σίτου* Gloss. Cyrill. *δόξα ἡ ἀπὸ τοῦ πολέμου adoria.* cf. Pricaeus ad Apol. l. c. qui Glossas Bourdelot. et Puteani ineditas citat. Formatum igitur est *adoria* ut *renia, furia; memoria, insidiae, exuviae* alia, ut non absurdum sit, potius vocabulum cum Servio ab *adorare* deducere. Forsitan librarios forma adiectivi *adorea*, quo libamenta significantur, decepit grammaticorumque propositum, ut ubique *adorea* reponerent].

adoriae plenae gloriarer. Monet Oud., ne quis copulet *facta adoriae*, sed per graecismum *adoriae plenae gloriarer* iungantur, quem explicat addita praepositione ἕνεκα i. e. *ob adoream, adoreae ergo.* [Huius constructionis quamquam aliud exemplum reperire non potui, tamen in Apuleio non offendo, qui tales quos dicunt graecismos multos in suum usum convertit; cf. ad de D. S. p. 172. Ex analogia verborum *εὐδαιμονίζειν, θαυμάζειν*, cf. Plat. Phaedon. p. 58. E, constructum esset. At non persuadetur mihi quam certissime, quum aliud potius verbum sine dubio auctor posuisset, quoniam *χαίρειν* apud Graecos nunquam ita iungitur. Fortasse melius genitivus ille e *factis* vocabulo pendet, ut *plenae adoriae* pro adiectivo positum sit, pro *gloriosissimis.* Nam saepius, ut vidimus ad Met. II. p. 93., genitivus substantivi apud Latinos vices sustinet adiectivi, ut Virgil. Ecl. IV. 24. dicit: et *fallax herba veneni.* Ita ad istum graecismum te convertas necessarium non est. Francogallus vertit: afin que selon le proverbe, je puisse me vanter de mes hauts faits, tant en paix, qu'en guerre. Rodius hanc totam sententiam omnino prave neglexit.]

congregem. De hoc vocabulo Oud. comparari iubet Comment. ad Auson. Gryph. 53. Venet. ad Epist. X. 21. Bouhier. ad Pervig. Vener. p. 189. So-

serus | auscultator, aliquando permisit. At ego tandem liber asinus, laetus et 576

serius F. 3. p. B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Colv. et seqq. et aliquot alii codices, quos nominatim Oud. non profert. *Serus* legitur in F. 1. P. f. G. 1. 2. O. δ. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. et tacite restituit Floridus. *Sexus* habet P. in excerptis cod. ad marg. ed. Colvian. *promisit* G. 1. 2. P. D. *permiscuit* B. Scriver. *ac ego* B. δ. pro more, pessime probante Scioppio et in Susp. et in Symbol. [cf. Peerlkamp. ad Horat. p. 402.]

lin. p. 12. *congreges volitant.* [Ita nonnulli codd. habent apud Horat. Od. I. 37. 9. et ita legit Barth. Advers. XXXV. 14. p. 1612, qui de hac voce consulendus est.]

mandati dominici. [In nonnullis codd. legitur *mandatis dominicis;* quod Sciopp., qui Susp. IV. 21. excitat, magis placuit et Elm. quoque arrisisse videtur. Oud. utrum praetulerit, in medio relinquit, quum ipse hunc dativum aliquot exemplis defendat, quamquam ne uno quidem verbo significat, num in textum lectionem recipi velit. Et ipse confiteor, hanc scripturam bene posse probari, ut si plures codd. concinerent, in textu eam reponere non dubitarem. Saepius solent Romani substantivo quod dicunt verbali eundem casum iungere, quem verbum adsciscit. Ita ipse Cicero dicit de Legg. I. 15. *Quod si iustitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum,* ubi videndum est, eum multorum genitivorum evitare voluisse concursum, ad quem locum cf. Iutt. Oud. ad Suet. Vesp. c. 7. Liv. XXIII. 25. Plaut. Amphit. I. 3. 31. *Quid tibi hanc curatio est rem* Truc. II. 7. 62. *Quid tibi hanc aditio est? quid tibi hanc notio?* At videbis, cum Oud. ad hanc regulam nostrum locum eam ob caussam non posse referri, quod in abstractis tantummodo praesertim iis, quae in *io* desinunt, cadere eam apertum est. Si dativum retinere velis, ad id genus exemplorum pertinet hic locus, ubi pro genitivo dativum scriptores ponunt, de quo usu fusius disseram ad Apol. p. 594. *magister convivio.* Duplex vero caussa potest cogitari, qua interpretes commoti lectionem codd. mutaverint. Ansam corruptelae sine dubio primum praebuit, quod *s* littera sequentis voculae *serus* vocabulo *dominici* adhaeserat, et dein necessario etiam *mandatis* emendatum est, ut orationis partes sibi responderent. Tum vero etiam quia plura erant armentario equisoni de asino praecepta a virgine data, quae omnia omnino neglexit, librarii putabant nasutuli pluralem hic esse praeferendum. At summa lex proposita erat pastori, ut asino permitteret libere vagari et gregibus equarum commisceri, quam quidem legem sero demum explevit. Hinc singularis praeferendus est, nec propter elegantiam quae videtur esse praestantiorum codd. lectio corrumpenda.]

serus auscultator. Pravo iudicio Colvius et seqq. scripturam aliquot codd. *serius* revocarunt. *Serus* enim legendum esse, docent voces *aliquando, tandem,* quae pastoris negligentiam et seram obedientiam satis coarguunt. [Emendatio videtur esse librariorum, qui elegantem huius adiectivi usum ignorabant, in quo prae ceteris Ovidius plurimus est cf. Ovid. Amor. II. 224. *serus abi* Epist. ex Pont. III. 4. 57. *nec fecit inertia serum. Serius* si quis retinere velit, ita defendat necesse est, ut ironia quaedam statuatur, quamvis non adeo grata, qua *serius auscultator* is nominetur, cui obsequium praestandi voluntas non sit. Haec vero caussa non est, cur lectioni optimi cod. Florent. 3. obtemperare potuerim.]

armentis me permisit. Elm. praeeunte Scioppio in Susp. IV. 21. et in textu exprimente Scriverio probat lectionem cod. Bert. *permiscuit.* At perperam et ipse Scioppius dein videtur hanc quoque retractasse sententiam, quod in Symbol. de ea nihil protulit. *Permisit* significat plenam libertatem, qua asinus in greges equinos immissus est. Hinc enim *permissus* pro soluto, libero ponitur ab aliis cf. Barth. et Heins. ad Claudian. II. in Rufin. praef. 2. *pandite,*

Digitized by Google

tripudians graduque molli gestiens, equas opportunissimas iam mihi concubinas futuras deligebam. Sed haec etiam spes hilarior in capitale processit exitium.
477 Mares enim ob admissuram veterem * pasti satianter ac diu saginati | terribiles

trepidans G. 2. P. D. *aequas* Vicent. *mihi concubinas mihi futuras* Vicent. Iunt. 1. 2. Aldin. Colin. Beroald. Hinc vir doctus nescio quis, teste Oud., coniecit, alterutro loco reponendum *mihi*. Sed Mss. non agnoscunt altero loco. *concubinas inibi* B. *concabinas* D. *diligebam* G. 1. 2. D. P. O. f. *d*. *haec etiam* F. 3. G. 1. a m. s. G. 2. D. P. O. f. p. *d*. Iunt. 2. In cett. *hic etiam* pro frequenti aberratione. *etiam* abest a p. *hyllarior* G. 2. D. *exitium* non comparet in P., quasi in *capitale* vel *capital* substantive usurpatum sit. cf. Mela. I. c. 9. *animalia interemisse capitale sit*. cf. Oud. ad Front. IV. 6. 3. ad Suet. Calig. 24. *ob ad ḡmissuram* G. 2. sed *ad* minio est obductum. *ob amissam uram* D. *admissuras* R. *veterem* F 1. 3. B. edd. vett. Colv. Vulc. 2. Elm. *Venereum* φ. teste Wow. et Sciopp., quamquam hoc negat Oud., qui *Venerem* in eo legi verisimilius esse dicit, quod aperte habent G. 1. 2. D. P. M. *β*. O. R. f. *d*. *passim satianter* φ. *pastim* G. 1. 2. D. P. O. f. *d*. *pasci* Vicent. Venet. 2. In cett. *pasti*. *saciantur* Venet. 2. *satiati* φ. *terribiles alios alioquin*

permissis iam licet ire choris. Cort. ad Sall. Catil. c. 51. *in exilium permitti*. Et ut *admittere, inmittere equum* dicitur hostili animo, sic et maiore et solutiore impetu *permittere*. Hist. B. G. VIII. 48. *permisit se equo in eum* cf. Dr. ad Liv. III. 70. §. 9. *qua permissus equitatus turbaverat ordines*. Et ita *permittere quid* vel *se alicui* dici de eo, qui plenam rei suive potestatem alteri tribuit, et plus esse, quam *committere*, res est notissima. [Forsitan non temere posuit hoc vocabulum Apuleius, quod in gregum admissura usurpatum est. Colum. VI. 24. *mense Iulio feminae maribus plerumque permittendae*. Item dixit Nemesian. Ecl. I. 7. *viridique greges permittere campo, Et ros et primi suadet clementia ruris*.]

deligebam. [Multi codd. hic praebent lectionem *diligebam*, inter quas formas libri scripti saepius fluctuant. Utrumque per se bene potest comprobari et ex Mss. tantum auctoritate diiudicandum esse iudico, hoc illudne praeferatur. Quod si cod. F. 3. hic *diligebam* praeberet, equidem non dubitarem id in textum recipere. Hinc non probatur sententia Moseri, qui cum Steinacker. ad Cic. de Republ. II. 13. veterem orthographiam, quam Maius nominavit, respuens, *deligebat* restituit, et ad I. c. 34. plura huius verbi exempla protulit, ut si a manu prima cod. palimps. hic *diligere* haberet, equidem praeferrem. Nunc vero, quia aliis locis Cicero semper *deligere* dixisse videtur et in ceteris de Republ. locis eadem scriptura invenitur, nihil mutare ausim. At errant, qui veterem orthographiam eam nominant: *diligere* enim ex *dis* et *legere* compositum proprie eum significat, qui res coniunctas una secernit et dividit, qua notione Non. dictum esse vult p. 290. apud Plaut. Curcul. III. 54. et Titinn. Prael.: *Pernam totam diligit*. Tum sequitur, idem id significare quod *eligere*, *selegere* de eo, qui rem in usum quendam seiungit ab aliis, et singulari sensu, qui eligit aliquem e multis, quem sua benevolentia prosequatur. Qua sententia quum hoc vocabulum praeceteris usurpatum sit, factum videtur esse, ut Romani alia significatione id ponere plerumque abnuerent, ut *deligere* fere semper pro eligere in universum inveniatur, *diligere* vero pro lenius amare. At hinc non negaverim, ubique id observatum esse, sed ubi meliores codices alterutrum postulant, obtemperandum est. cf. Cort. ad Lucan. III. 181. qui pluribus locis veterum hanc vocem ex Mss. vindicat. Haec verborum commutatio praeceteris in substantivis *delectus* et *dilectus* conspicua est, de qua accuratius disseram ad Met. VIII. p. 554.]

ob admissuram veterem. Locus est valde difficilis, quem expedire non potui, quum codd. lectiones *veterem* et *Venerem* corruptissimae sint. Quod enim dixit Wow. in Fulvii codice legi *Venereum*, mihi quoque ut Oud. suspectum est, quoniam luce clarius est, neminem veterum dicere unquam ita potuisse, ut Wower. haec lectio sit figmentum, qui ea ratione locum tantopere vexatum sanaturum se

alias et utique quovis asino fortiores, de me metuentes sibi et adulterio dege-

F. 1. 3. p. adscribente Lindenbrogio γρ. *alias*. In cett. *terribiles alioquin et*. *et utiles asino fortiores* R. f. *fortioris* d. *cibi* pro *sibi* Paris. *et* exulat a G. 1., qui praeterea habet *adultimo*. Alius mavult *adultero*. Male vero Ruhnken. particulam *et* omisit in contextu, quae certe in Vulc. 2. extat.

esse putavit. *Veterem* atque *Venerem* neutiquam ferri possunt, unde latus campus patet coniecturis. Pricaei sententia est, per glossam irrepsisse lectionem *Venerem*, qua in margine librarius quis quid *admissuram* significet, adscripserit. Hinc in libri contextum transiisse. Contra Oud. censet, non *Venerem* esse glossam, sed alteram vocem *admissuram*, ut vulgatiorem et in iumentaria re ubivis obviam. Quam suam suspicionem confirmari dicit scriptura cod. Reg. *ob admissuras Venerem*, quum inde liqueat, alios *admissuram*, alios *admissuras* adposuisse et alios in textum recepisse, ac tum tandem *Venerem* in *veterem* esse depravatum. Citat de vocis significatione Met. VII. p. 490. *cum alioquin exsectis genitalibus possit neque in Venerem ullo modo surgere*. Colum. VI. 24. *lasciviunt in Venerem, quam si aut femina recusat*, de qua significatione iam egi ad Met. V. p. 339. [At vix crediderim, *Venerem* Apuleium ipsam dixisse *admissuram*, quod semper actionem eius indicat, qui mares admittit feminis, neque vero ipsos marium concubitus, deinde quod solitum est et proprium hac in re vocabulum, ab eo recessisse Apuleium nego. Quod Oud. ipse sentiens coniicit *admissariam* vel *admissurae Venerem*, quorum neutrum comprobatur. Quis enim *admissaria Venus* confirmaverit, quum equi et homines libidinosi neque vero libido ipsa et coitus ita nominentur? Optima omnium est Lipsii coniectura *uberem*, quam miror Oud. non placuisse. Erat quum ego emendarem *cernam* vel *vernalem* ex Pallad. VIII. T. IV. *vaccas post vernam pinguedinem gestientes Veneris amare lasciviam*. Asini enim solstitio admittebantur teste Plin. VIII. 43. 68. At mihi ipsi non satisfacio. De vocis *admissura* significatione cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 628. Elm. in indice haec profert: *Admissura* et *admittere* proprie de equis, cum mas foeminae admovetur ad initum sic apud Veget. Mulomed. IV. 7. *admissum facere* pro coire Plaut. Mil. IV. 3. 19. *nam tu quidem Aeque fuisti scitus admissarius, Qui consectare qua mares qua foeminas*. Hieronym. in Quaest. Hebr.: *Asini admissi sunt ad asinas*. Varro de R. R. II. 1. 18. *primum videndum est de admissione, quo quaeque tempore ut ineant facere oporteat, praeterea ante admissuram diebus triginta arietibus et tauris datur plus cibi, ut vires habeant*.]

pasti. Nullius usus hic est vox *passim satiati*, quam mirum est Pricaeo potuisse placere. Corruptus est locus a librariis, quia *pastus* rarius invenitur de pecore vel homine domi saginatis; cf. Lexica. *Satianter*, quantum scio Apuleius solus dixit. Sed ex analogia adverbiorum *amanter, dignanter* al. formatum est.

alias. [Omissa particula *alioquin* ex optima Lindenbrogii coniectura locum ita constitui. *Alioquin* enim ex glossemate librariorum additum esse existimo, qui *alias* nesciebant dici, ubi in una aliqua re alia condicio aliave ratio, quam quae modo consideraretur, intelligebatur, ut idem esset, quod *praeterea, alioquin*: quae verba Handii sunt in Tursell. I. p. 225., qui plura Plinii, Taciti et Apulei exempla affert, cuius locum Met. IX. p. 600. *dolio, quod erat in angulo semiobrutum, sed alias vacuum dissimulanter abscondit* eadem ratione explicat, ut sit *ceterum*. Idem probat Oud. ad Florid. II. p. 46. ubi plura proferam. Hinc factum est, ut *alioquin* saepius cum particula *alias* in codd. commutaretur; cf. Oud. ad Florid. l. c. et ad Suet. Tib. 71.]

Digitized by Google

neri praecaventes, nec hospitalis Iovis servato foedere rivalem summo furentes persequuntur odio. Hic elatis in altum vastis pectoribus, arduus capite et sublimis vertice primoribus in me pugillatur ungulis, ille terga pulposis torulis obesa convertens postremis velitatur calcibus, alius hinnitu maligno comminatus,

degemen ed. pr. Vicent. Venet. 2. *degemeri*, quod in Venet. 2. legi ait Oud., ibi non reperitur. *rivale* F. 3. *rimalem* D. *ferentes* O. *prosequuntur* B. *arduis* p. f. *prioribus* δ. cf. Met. II. p. 93. *currunt priores*. *corulis* F. 2. G. 1. 2. δ. p. f. *torullis* O. In cett. *torulis*. *obexa* G. 2. D. *converrens* φ. G. 1. O. *convenions* G. 2. D. P. *postricinis* G. 1. *velitatur* F. 3. G. 1. In ceteris legitur *velitatur*. *hynnitu* G. 2. D. *innictu* G. 1.

hospitalis Iovis. Pricaeus excitat locum Apuleii Met. III. p. 224. *Sed proh Iupiter hospitalis ... praeclarus ille vector meus cum asino capita conferunt ... ut me videre praesepio proximantem et infestis calcibus insequuntur*, ubi cf.

sublimis vertice. Quamquam constant sibi Mss. et codd. in lectione *vertice*, Oud. tamen verissimam arbitratur Pricaei coniecturam *cervice* dubitans, an non ita intellexerit Beroaldus, ad haec verba notans: *Secundum Virgilianam descriptionem* Georg. III. 79. *illi ardua cerrix argutumque caput.* Praeterea addit Met. VII. p. 493. *arduaque cervice sublimiter elevata.* Nemes. Cyneg. 245. Apoll. Rh. III. 12. 60. *ὀρθοῖσιν ὑπ' ὀνασιν αὐχέν' ἀείρει.* Burm. ad Ovid. Met. VIII. 284. Barth. ad Claud. in Rufin. I. 53. et *a vertice* et *a cervice* sic confundi in Suet. Calig. 45. pronuntiat. [At *cervice* an *vertice* legatur, idem est, nam qui cervices tollit, caput etiam sublimat et vice versa, unde ab omnium codd. lectione non recedam. *Vertex* pro toto capite dici omnibus notum est; ut *sublimis vertice* aliis verbis idem exprimat, quod prius *arduus capite* significatum est. Male Francogallus vertit: l'un se cabrant me présente son large portrait, et m'assomme avec ses pieds de devant, et peius Rodius: *der Eine von breiter Brust, langem Halse, kleinem Kopfe bäumte sich hoch, und hieb mit den Vorderfüssen auf mich ein.*]

in me pugillatur ungulis. [De re cf. Argol. ad Onuphr. Panvin. de ludis Circens. I. 13. in Graev. Thes. Antiq. T. IX. p. 131.]

velitatur. [Hoc vocabulum, quod mere comicorum est, multis locis diversa significatione usurpatur. *Velites* explicat Isidor. Orig. IX. 43. *Velites erant apud Romanos genus militiae a volitando vocati. Leeti enim agilitate iuvenes cum armis suis post terga equitum conscdebant, et mox cum ad hostem ventum esset, equis desiliebant, et continuo pedites ipsi ex alia parte, equitibus per quos advecti fuerant dimicantibus, hostem perturbabant* et XVIII. 57. *velitum pugna erat, ut ultro citroque tela obiectarent. Erat eorum varia pugna ... velites autem vocatos a velitatione, sive a civitate Hetruscorum quae Veletes vocabatur.* Idem testatur Fest. in v. *advelitatio.* Primum igitur *velitari* significat: ultro citroque tela alicui obiectare ut Apul. Met. V. p. 342. *Videsne quantum tibi periculum velitatur fortuna.* Tum pugnam incipere, lacessere, petere aliquem telis obiectandis ad pugnam cf. Met. V. p. 359. *primis Veneris proeliis velitatus.* VIII. p. 575. *qui scurrilibus iam dudum contra me velitaris iocis.* IX. p. 592. *ad tutelam salubrem crebris calcibus velitatus* p. 622. *cum qua protinus ientaculo ac dehinc vino mero mutuis ambagibus velitata*, ubi cf. p. 649. *saga illa primis adhuc armis facinorosae disciplinae velitatur* p. 663. *lapidibus crebris in eum velitantur.* Apol. p. 380. *eminus calumniis velitatur.* Hinc ad iurgium, rixam translatum est vocabulum; cf. Plaut. Menaechm. V. 2. 28. ad quem locum cf. Taubm. Gell. VI. 11. cf. Non. p. 3. ex Afr. Privign. *Interea verba iactare et labris*

remissis auribus dentiumque cadentium renudatis hastis, totum me commorsitat.

remissis F. 3. G. 1. 2. D. O. f. R. et edd. Colvio posteriores. *remulsis* in cett. codd. legitur et edd. pr. *remunssis* p. *que* post *dentium* abest a f. *cadentium* G. 1. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. *remidatis* pro *renudatis* D. *costis* F. 3. *asteis* F. 1. p. *d*. *astis* G. 1. 2. D. P. f. *cistis* π. *hasteis* ed. pr. *hastis* Venet. 2. In cett. legitur *hastis*. *me totum* f. *comordicat* G. 1. π. *commorsitat* *d*. In cett. *commorsicat* cf. ad Met. B. p. 113.

inter se relitari, relificarier Fest. p. 158. Observandum praeterea est, optimum cod. Florent. 3. et G. 1. hic *rolitatur* praebere, quae scriptura ad originem vocis alludit. At in textum eam recipere non ausus sum, ne nimis audax vel stolide religiosus viderer.]

remissis auribus. Discrepant codd. inter lectionem *remissis*, quam optimi quique codd. praebent et *remulsis*. Prior magis ad genuinam Colvio accedere visa est, quam putabat esse *demissis* coll. Met. III. p. 224. *deiectis auribus iam furentes*, [ubi contra Mss. fidem cum Oud. lectionem *reiectis* in textum recipere non ausus sum, quippe putante, iratos equos et asinos non deiicere seu dimittere aures, sed subrigere et supinare eas. At iam Beroaldus contra monuit, apud Lucian. Luc. c. 15. p. 382. legi: *οἱ δὲ αἰσθόμενοί με εἴσω παριόντα, δείσαντες, μὴ τοῦ χόρτου αὐτοῖς κοινωνὸς ἐπεισέρχομαι, τὰ ὦτα κατακλίναντες ἥσυχοι ἦσαν τοῖς ποσὶν ἀμύνειν τῇ γαστρί*, ubi perperam agit Oud., qui *κατακλίναντες* ad verbum *δείσαντες* refert, quum potius ad *ἥσυχοι ἦσαν* pertineat. Nonne ita quoque, si necessarium esset, hic *demissis auribus* ad *rerentes* referri posset?] Contra nostro loco monet Oud. Pricaeum recte refellere eos, qui *demissis* legant, quia illae aures non conveniant equis alacribus et furentibus coll. versu illo notissimo: *demitto auriculas ut iniquae sortis asellus* et Horat. Carm. II. 13. 33. *ubi illis carminibus stupens Demittit atras belua centiceps Aures.* Virg. Georg. III. 500. de equo aegroto: *demissae aures.* Lucan. IV. 750 sqq. *Quippe ubi non sonipes, motus clangore tubarum, Saxa quatit pulsu, rigidos vexantia frenos Ore terens, spargit iubas, et subrigit aures*, ubi cf. Oud. Aelian. Anim. VI. 10. *τὰ ὦτα ὀρθοῖσιν αὐτὸς καὶ τοὺς μυκτῆρας διάστησον.* [Apertissime vero rem testatur Plin. VIII. 19. his verbis: *Leonum animi index cauda, sicut et equorum aures. Namque et has notas generosissimo cuique natura tribuit* et XI. 50. *Aures in equis et omnium iumentorum genere indicia animi praeferunt: fessis marcidae, micantes pavidis, subrectae furentibus, resolutae aegris.*] Hinc igitur putat Oud., lectionem *remissis* nulla ratione ferri posse, quia sint eae resolutae, flaccidae, marcidae, ideoque revocandam alteram scripturam *remulsis* i. e. *retro ac sursum reclinatis* s. *reflexis* et *sursum reclinatis*, ex cuius corruptione *remusis* vel *remilsis* vel *remunssis*, denique *remissis* natum esse opinatur. Poni enim *mulcere* ac *demulcere aures* saepius pro *demittere*, ut apud Nemesian. Cyneg. 258. Lact. Inst. III. 10. de Ira c. 7., ubi vid. Buenem., quia mulcendi actio semper fiat a superiori ad inferius. Sic igitur *remulcere* esse *reflectere* coll. Turneb. Advers. XXI. 22. qui ita locum Virg. Aen. XI. 812. *caudam que remulcens* interpretatur, et Florid. p. 31. *crinibus per malas remulsis*, ubi vide. [Haec quomodo ab Oud. exposita sunt, speciem probabilitatis prae se ferunt, quamquam mihi rem accuratius pensiculanti non persuasit. Primum enim unum mihi proferat exemplum, quo *remulcere* pro *reflectere* in universum dicatur. Semper in se habet vim eius, qui placandi caussa crines alterius vel aures retorquet, ut Met. p. 13. *equi aures remulces*, et ita intelligendus locus Virgil. de lupo, qui prae metu tremebundus caudam leniter reflectit, nec aliter ubique inveni non de animo fervido et ira flagrante, sed de miti et placido, unde *remulcere* idem est quod *placare* cf. Apul. Met. V. p. 399: *quae cuncta dulcissimis modulis animo audientium remulce-*

Digitized by Google

Sic apud historiam de rege Thracio legeram, qui miseros hospites ferinis equis

legerem 3.

bant. Nec aliter *crines remulsi* Florid. p 51. sunt ii, qui leniter retroflexi sunt ob Apollinis gracilitatem. Deinde ut *remulcere* idem esse possit, quod *retro flectere*, tamen hinc non consectarium est, idem esse, quod *erigere.* Nam qui aures equi remulcet s. palpando tangit et curat equum, eas non subrigit, sed detrahit, ut illae non erectae sed demissae appareant, quod bene iam exposuit Buenem. ad Lact. de Ira c. 7. §. 9. p. 1021. Ita *capilli remulsi* sunt dependentes *zurückgestrichene* retro penduli neque vero erecti et stantes. Unde mihi quidem constat, *remulsis* et *remissis* hoc quidem sententiarum nexu idem esse. Ita puto Cassiodori locum interpretandum esse Varr. VII. 15: *Mirabitur formis equinis signa etiam inesse feroris. Crispatis enim naribus et rotundis constrictis membris, auribus remulsis credet forsitan cursus appetere, cum se metalla noverit non movere,* quod interpretes Apuleii loco nisi exponunt auribus retroflexis erectisque. Fortasse Cassiodorus locum Apuleii ante oculos habuit, quem male intellexit, et haec ipsa caussa esse potest, cur quis contra meliores codd. hic *remulsis* in textu reponat: vel is quoque locus corruptus est. Attamen non improba est lectio *remissis*, quamquam contra naturae rationem facere videatur. Apud Lucianum enim legitur de equo irruente *καταχλίνειν ὦτα*, apud Apuleium Met. III. p. 224. *deiectis auribus furentes*, qui loci scripturam eam satis confirmant. Apuleio igitur, si quid peccaverit, error condonandus est. Aliquando de coniectura cogitavi *recussis* vel *retunsis*, quod voc. vim summam indicaret, qua aures retroflexae sunt, hincque non dependulae sed erectae.]

candentium. Recte hic Beroaldus errorem aliquot edd., quae *cadentium* habent, correxit, quia decidui dentes signum sunt senectutis et invalentiae. Dentes in ceteris senecta rubescunt, equo tantum candidiores fiunt. Praeterea Oud. adnotat *candentium* hic etiam ad terrorem facere. coll. Burm. ad Nemes. Cyneg. 171. *niveis armantur dentibus.*

hastis. [Hanc lectionem in textu reposui, quippe qui vel coniectura sanandus sit, vel optione data inter varietatem lectionum restituendus. *Astis* vel *asteis* quum plurimi libri scripti praebeant, editores inde fecerunt *hastis*, quod Oud. refutat. Non tamen sic exseri, vel porrigi, nec tam acutos esse dentes equinos, ut cum hastis comparari possint. Hinc ipse coniicit *saxis.* coll. Met. X. p. 720. *et saxeis dentibus deformis saviari.* Met. XI. p. 780. *dentes saxei redeunt ad humanam minutiem. Saxei* vero apud Apuleium non nominantur dentes, quod durissimi sunt et hostem ita vulnerare possunt, sed propter magnitudinem, quae saxorum instar est. cf. Oud. ad Met. XI. p. 780. Inde patet, Oud. coniecturam hic admittendam non esse, quia vocabulum requiritur, quo acumen dentium tale exprimitur, ut aggredientem morsibus lacerare possint. Et ita bene explicat Barth. Advers. LIII. 1. p. 2720. *hastas dentium* ob acumen horum et vim penetrantem iustar telorum dictas esse, afferens Aldhelmi aenigma, in quo *unci secures* dentes nominantur. Ipse Oud. alia affert, quae rem satis certo vindicant: Pindar. Homeric. 604. apris dat *gladios dentum.* Plin. XVIII. 1. *dentium sicas* et Psalm. LVII. 5. *ὀδόντες* vocantur: *δόρατα καὶ βέλη* ut *γλῶσσα μάχαιρα ὀξεῖα*, qui locus mea quidem sententia totam litem dirimit. Sic dixit Iuvenal. Sat. X. 200. de sene *gingiva inermi*, i. e. carente dentibus, ubi cf. Intt., qui *exarmata ora* excitant ex Sidon. carm. 13. et Epist. X. 14. *Costas* quod vir doctus quidam me docuit defendi posse de serie dentium, qui formam costae efficiant, mihi non ita probatur. Wasseus emendavit: *serris, sicis, sarissis, spiculis.* Hunc totum locum Francogallus vertit: un troisième me menaçant

suis lacerandos devorandosque porrigebat. Adeo ille praepotens tyrannus sic parcus hordei fuit, ut edacium iumentorum famem corporum humanorum largitione sedaret.

lacerando Vicent. vitiose. *lacerandosque porrigebat* omisso vocabulo *devorandos* D. *adeon' praepotens* ed. pr. Venet. 4. Paris. Bas. 1. *addeo* G. 1. *adeo ille praepotens* F. 3. G. 1. 2. P. D. R. f. In cett. *adeo praepotens ille*. *tyrampnus* G. 2. *deparcus* vel *triparcus* Piccart. Peric. Crit. 9. coniecit pro *parcus*, scilicet quia putabat, *adeo* ad *parcum* pertinere. *edatium* Vicent. *se corporum largit. δ.* Quid vero sibi velit Oud. addens, neutiquam esse spernendam hanc lectionem sive *per* et *de*, coll. de pleonasmo huius praepositionis Met. II. p. 169. *ex summis viribus irruentes*, vix capio. Forsitan pro *se* legi voluit *ex*; num ita coniecerit an typothetarum errore *se* scriptum sit, indicari nequit. *largitionem* Iunt. 1.

avec un hennissement, qui marquait son colère, accourt à moi, *l'oreille basse*, en me montrant ses dents aigués. Rodius hanc difficultatem pro more non tetigit: *Der Dritte kam mit boshaftem, grellem Gewieher, die Ohren zurückgelegt, die Zähne bläkend.*]

apud historiam. [Mirum est, quomodo interpretes de hoc loco tacere potuerint, quum *apud historiam* inaudita ratione dictum sit pro *in historiis* vel *in historia*, cuius usus exemplum alterum equidem invenire nequeo. Plane alia enim est formula, qua auctor alicuius libri vel dicti nominatur, (cf. Hand. Tursell. I. p. 409.) vel quum a personis *apud* refertur ad res, et de locorum regione, propinquitate et de urbium expugnatione dicitur, ut saepius idem quod *in* praepositio significare videatur. Proclivis est coniectura *apud historicum*, quae tamen propter dictionis *apud historiam* difficultatem non probatur, quum verisimilius sit, hoc quam illud a librariis commutatum fuisse. Ita Tacit. dixit Agr. 22. *apud quosdam narrabatur.* Forsitan conferri potest locus Tacit. Hist. I. 49. *dum vigebat aetas, militari laude apud Germanias floruit*, quamquam sentio, hunc locum aliquanto diversum esse.]

de rege Thracio. [Sine ulla caussa Colvius emendat *de rege Thraco*, quod etiam Sopingio placebat. Sed adi ad Met. IV. p. 274. *genere Thracio.* Diomedis Regis Thraciae historiam attigit, qui cum equos suos carne humana aluisset, ab Hercule victus et equis suis in pabulum proiectus est. cf. Ovid. Ib. 383 sq. Intt. ad Ovid. Met. IX. 194 sqq. Heroid. IX. 67. Apoll. II. 5. 8. Hygin. fab. XXX. p. 86. Stav. Male vero Oud. *Candaulem*, qui apud Lucian. Lucid. p. 596. commemoratur, huc affert, quum ibi asinus equos mares non cum Candaule comparat, sed potius suam condicionem Candaulis par esse dicit, qui item in spe sua deceptus erat. Nec melius adlusisse Lucium putat ad *Limonem*, quae a patre Hippomene equo in stabulo discerpenda est relicta. conf. Intt. ad Ovid. Ibin. 337. 461.]

adeo. [*Adeon* praeter edd. aliquot veteres etiam Scioppius et Modius commendant, ut passim in comicis, etiam sequente consonante [de qua interrogationis formula vide Cort. ad Lucan. I. 366. Terent. Heaut. V. 2. 27. Hic vero duplici de caussa ferri non potest, primum quod interrogationi nullus locus esse potest, tum quia *adeon* formam ut ita dicam contractam Apuleius nusquam usurpavit, sed ubique *adeone*. cf. Met. VIII. p. 590. *adeone, inquit.* Hinc coniungenda sunt cum Oud. *adeo ille praepotens.* cf. Hand. Tursell. p. 152. Dr. ad Liv. II. 43. §. 10., quam vim particulae epiphonematicam quum interpretes non intelligerent, *praepotens* ante *ille* posuerunt, quod vetant meliores codd.]

sedaret. [Lucianus hanc narrationem his verbis persequitur: c. 28. p. 597. *εἰ δέ ποτε καὶ συνελάσειέ με τοῖς ἵπποις ὁ νομεύς, παιόμενός τε καὶ δακνόμενος ὑπὸ τῶν ἀρσένων, ἀπωλλύμην· ἀεὶ γάρ με μοιχὸν ὑποπτεύοντες εἶναι τῶν ἵππων, τῶν αὐτῶν γυναικῶν, ἰδίωτον, ἀμφοτέροις εἰς ἐμὲ ἀπολακτίζοντες, ὥστε φέρειν οὐκ ἠδυνάμην ζηλοτυπίαν ἱππικήν. λεπτὸς οὖν καὶ ἁμορ-*

Google

CAPUT XVII.

Ad eundem modum distractus et ipse variis equorum incursibus, rursus molares illos circuitus requirebam. Verum fortuna meis cruciatibus insatiabilis
479 aliam mihi denuo pestem instruxit. Delegor enim ligno monte | devehendo, puerque mihi praefectus imponitur, omnibus ille quidem deterrimus. Nec me

at eundem G. 2. D. *discursibus* G. 1. a m. p. *rursum d.* quod Oud., non addita caussa praetulit. Puto concursu eiusdem terminationis *us* eum commotum esse; sed iste non ita magnus nec molestus, ut contra cett. codd. auctoritatem quid mutetur. *alium d. denuo* exulat a d. *alium mihi denuo pestem* F. 3. G. 1. 2. D. f. In cett. exiat *aliam denuo mihi pestem. postem* G. 2. *puer* omissa particula *que* f. *decehendo* G. 1. D. *vehendo* f. *omnibus ille* F. 1. (ita equidem inveni in collatione Lindenbrogii) 3. G. 1. 2. D. p. f. *d. π.* B. et O. teste Pricaeo, (qui hoc dixit de codice Apulei, non de Gellii vel Macrobii, ut falso credidit I. Gronov. ad Gell. II. 18.: *omnes omnimodis diis exosos*) ed. pr. Venet. 4. Paris. *omnibus modis* F. 1. P. teste Elm. At non solum F. 1. ex Lindenbrogii collatione sed etiam P. in excerptis ad marg. ed. Colv. *omnibus* praebet. Et secutus est hoc Elm. testimonium Pricaeus, immo in textum admiserunt Scriver. et Florid. *omnimodis*. Vulc. 2. Elm. ex coniectura Gulielm. Verisim. III. 13. *omnium* Vicent. [vir doctus in marg. ed. meae correxit *omnibus*]. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. Colv. Vulc. 1. Merc. Wow. Pric. Quod an etiam in R. exaretur, non audet Oud. pronuntiare. Sed ad Ed. Colvii nihil erat ex illo notatum. *ille* absent a G. 1. 2. D. O. P. f. *me* non comparet in p.

ϕος ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ ἐγενόμην, οὔτε εἶδον εὐφραινόμενος πρὸς τῇ μύλῃ, οὔτε ὑπαίθριος νεμόμενος, ὑπὸ τῶν συντρόφων πολεμούμενος.]

Cap. XVII. *omnibus ille quidem.* Varie tentarunt hunc locum interpretes, qui omnes in voce *omnibus* offenderunt. Beroaldus pro more sui aevi archaismum hoc dicendi genus nominat, quippe quod veteribus fuerit proprium, qui saepius unum pro altero casu posuerint. Quod quam perverse dictum sit, cuique apparet. Gulielm. Verisimil. III. 13. *omnimodis*, emendans adverbii vices hic sustinere affirmat, quod idem legit Pearcius in Cic. de Orat. I. 20. *omnimodis disputaret* ex vetustissimo codice, et Wopkens. in Miscell. Obs. Vol. VI. T. II. p. 23. in Dict. Cret. de Bell. Troian. II. 16., ubi Oud. *depraedationibus ignibusque vexati* emendat. [cf. not. crit. Deder. ad hunc locum et Gloss. p. 282.] Sed Oud. iam refutat coniecturam *omnimodis*, quod adverbialiter nusquam apud Apuleium inveniatur. Quoties enim *omnimodus* legatur, semper adiectivi vim habere: cf. Met. V. 367. *voculas omnimodas.* Apol. p. 508. *omnimodis maculationibus convariat.* p. 555. *et omnimodis collurcinationibus dilapidavit.* Florid. 18. p. 91. *omnimodis laudibus celebro.* De loco Florid. p. 17. cf. ea, quae accuratius ibi exposita sunt; vel seiunctim scribi *modis omnibus* coll. Met. X. p. 693. *modis omnibus oportere.* XI. p. 794. *lucrum modis omnibus significari.* Oud. ipse probat lectionem *omnibus* verbis quae equidem non intelligo hisce: Facillime potuit superlativum adhibuisse auctor pro positivo (comparativo?) *deterrimus omnibus.* Ita Arntz. ad Aur. Vict. de Caes. c. 28. nostrum locum defendit, ablativum hic pro genitivo dictum esse putans, afferens ex Sulpic. Sev. hist. eccl. II. c. 3. §. 5. *Imperium quartum idque Romanum intelligitur, omnibus ante regnis validissimum.* cf. Voss. de Const. c. 17. p. 1089. Eckst. (qui errat dicens Oud. *omnibus modis* legere. Ruhnkenii enim non Oud. haec est sententia.) Quamquam ego quoque *omnibus* retinui, tamen nego id e superlativo pendere, ut genitivi, quem ad istum ubique poni observatur, locum teneat. Sulpicii enim locus si non corruptus est, eius auctoritas apud me non tantum valet, ut barbarismum Apuleio intrudam, quem bene tollunt Plin. XXXIV. 22. qui legunt: *Ostracitis tota nigra et e celeris sordidissima.* Miror autem interpretes, cur non ad eum usum hunc locum retulerint, ex quo superlativus pro comparativo

Digitized by Google

montis excelsi tantum arduum fatigabat iugum, nec saxeas tantum sudes incursando contribam* ungulas, verum fustium quoque crebris ictibus | *perdite* 180

fatigabatur p. *saxeam* G. 1. *saxosa* G. 2. D. O. R. f. π. δ. Incert. P. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) *saxae* P. teste Wower. *saxeas* B. *saxus* Venet. 2. *sudes* non agnoscunt G. 1. 2. D. O. R. f. π. δ. Incert. D. *incessando* pro *incursando* B. teste Wower., quod etiam coll. Modii affirmat. Sed *incessando* hic codex habet, teste Scioppio in Symbolis. *incrasando* p. *contribam* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. M. β. f. p. δ. *contribat* P. teste Wow. Idemque probant excerpta ad marg. ed. Colv. *conterebam* B. Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 1. Colin. Bas. Wow. Elm. et ceterae recentiores edd., quod etiam divinaverat Gruter. Ac forsan, monente Oud., eam lectionem R. f. et alii confirmant. Sed mirum est, qui Oud. sibi tam parum constare potuerit, quum paulo post testetur, in iis *contribam* legi. *conturbam* ed. pr. teste Elm. *contributa* P. auctore eodem. *conturbabam* Vicent. (Vir doctus ad marg. ed. meae correxit *conterebam*.) Venet. 2. et Vulg. Colv. Vulc. 2. *tantum contribam incursando ungulas* G. 1. *rerum etiam* G. 2. a p. m. sed minio *etiam* obductum est. *fastium* G. 2. D. *fustem* G. 1. *per cli.e* F. 1. 3. p. ed. pr. Vicent. (Vir doctus ad marg. ed. meae emendavit *persaepe*.) Venet. 2. *proclice* B. *prosaepe* G. 2. P. D. *peruepe* G. 1. edd. vett. cett. et recentt. Quid ceteri codd. praebeant, Oud. non addit.

saepius poni autumant. cf. Ruddim. Inst. T. II. p. 85. ed. Lips. Ego rem plane aliter explico. *Omnibus* enim adverbialiter dictum esse puto, ut *ceteris*, et a sententia sto Deder. ad Dict. Cret. l. c. etc., qui *omnibus* graecorum *παντάπασι πάντη* optime confert. Ita dixit Dict. II. 26. *Ceterum qua pergebat, agri, referti ingi pace, depraedati omnibusque vexati* i. e. omnibus modis vexati. *Puer* igitur *omnibus deterrimus* est, qui totus pravus et quacunque in re pessimus est. Sic omnia bene procedunt. Quid Rodius legerit vertens: *Inzwischen das Glück (?) war noch nicht müde mich zu quälen. Es bereitete mir noch andern Jammer. Ich ward nunmehr bestimmt, Holz von einem Berge herunter zu holen, und ein erzböser Bube, der seine Freude daran hatte, mich bis aufs Leben zu martern* etc., non intelligo.]

nec saxeas tantum sudes incursando. *Saxeae sudes* interpretibus maximas molestias facessiverunt, quum hae voces in Mss. summopere perturbatae sint, et *sudes* in plerisque desideretur. Hinc Oud. coniecit ex *saxosa* lectione *saxa sudesque* vel retineri voluit *saxosa*, coll. Passer. ad Propert. IV. 5. 20. vel *saxeta* corrigi. At bene iam vidit ante eum Beroaldus, quomodo *saxeae sudes* explicandae sint. Ille enim ita exponit: Ut sudes ligneae ustulatae vicem telorum implent et perforant, sic et saxa acuta, quae *sudes saxeae* dicuntur, ungulas asini comminuebant conterebantque, idque facilius contingebat, propterea quod soleis ferreis minime erat calciatus, ut Lucianus addit: *ἀνυπόδετος ὄρει ἐν λιθίνῳ*, quam sententiam etiam Floridus probat. Oud. vero, qui hunc locum iam in Miscell. Observ. Vol. II. T. III. p. 456. tractavit, melius putat explicari arborum radices e saxis eminentes aut lignorum frusta saxis superiacentia coll. Met. IX. p. 613. *per iter arduum, scrupis et huiusmodi stirpibus infestum* Florid. p. 99. *adde et lapidum globos et caudicum toros.* [At vix puto, has radices in saxis iacentes *saxeas sudes* posse nominari, propterea quod adiectivum *saxeus* hic tantummodo ad materiam sudium pertinere potest. Inde etiam videre licet, quam inconsiderate Oud. egerit, *saxa sudesque* emendans, quod nisi per Hendiadyn explices, sententiam non efficit. *Sudes* enim per se nec scrupa, nec radices significare possunt utque per hendiadyn accipias, praestaret, si *sudes saxaque* scriptum esset. Unde mihi videbatur Beroaldi explicatio praeferenda esse. Ita etiam Iuvenal. IV. 127. spinas rhombi acutas *sudes* nominat.] *Incursando*, quod optimi codd. praebent, non mutandum est, cf. Liv. V. 31. Heins. ad Phaedr. II. 7., qui plura huius constructionis exempla profert, potissimum comicorum propriae. Hoc vero observandum est, nativa sua vi hoc vocabulum de asino dictum esse, qui viam scruposam it reditque saepius, qua significatione alio loco non legi. [Apud Arnobium et Tertullianum, quantum equidem observare poteram, accusativus solus huic vocabulo ubique additus est,

Digitized by Google

dedolabar, ut usque plagarum mihi medullaris insideret dolor, coxaeque dex-

dedolabar F. 3. G. 1. 2. D. edd. vett. *dedolabor* δ. *desolabor* p. *dedolabat*, quod ex cod. B. enotavit Elm. ibi non conspicitur. Edit. Colv. habet, ut reliquae recentiores *dedolabar*, nec Modius in coll. sua aliquid ad marginem adscripsit. Quid ceteri codd. legant, nescio. *et usque* p. *medullitus* B. Sciopp. Susp. IV. 10. probavit. *meduliaris* δ. *medullario* D. *dexterae* F. 3. G. 2. D. Iunt. 1.

ut ad Nation. l. c. 2. *incursasset incesta* c. 7. *extraneam incursans* (diligentiam), unde puto advers. Valent. c. 9. legendum *bono fato Horon incursasset*, ubi ceteri habent *in Horon.*]

contribam ungulas. Difficilius est iudicium de hoc vocabulo *contribam*, quae lectio optimorum codd. est, nam quod alii habent *conterebam* vel *conturbabam* librariorum tantummodo glossemata sunt. *Conturbabam* hic ne ferri quidem posse Oud. iam intellexit, quia certe ungulae ab inferiore parte non *conturbarentur*; unde ipse vel *contundebam* ex Met. IX. p. 610. *crebris offensaculis contusis cruribus meis* vel *contribulabam* corrigendum esse existimat, eleganti metaphora desumta a frumenti contusi et extriti tribulatione coll. Met. IX. p. 618. *pectora copulae sparteae tritura exulcerati* et ludic. l. 8. §. 6. *ἀλοήσω τὰς σάρκας ὑμῶν ἐν ἀκάνθαις.* [Vox per se probam efficit sententiam cf. Tertull. advers. Iud. c. 5. *Cor contribulatum (zerknirschtes) et humiliatum Deo hostia est* et accuratius de hac voce egi ad Met. II. p. 122. Sed quia nimis recedit a librorum vestigiis, probare coniecturam non poteram. *Contribam* vero defendi nequit, quae forma, si contracta esset pro *conterebam* analogia non posset sustentari. Locum diu considerans in emendationem incidi *contriram*, quod pro *contriveram* dictum esse possit, contractum ex *contrieram* secundum analogiam vocis *consuescere*, *consueram*, ut nonnulli codd. habent Cic. Epist. ad Fam. IX. 25. §. 1. *παιδείαν Κύρου, quam contrieram legendo, totam in hoc imperio explicavi*, et emendant Ovid. Medic. fac. 89. *Haec ubi contriris*, ubi codd. constanter *contriveris* contra secundae syllabae rationem praebent. cf. Ramsh. Gr. L. ed. pr. §. 62. qui formam *obtrisset* pro *obtriviset* affert. Ne quid tamen dissimulem, plusquamperfectum videtur esse huic loco contrarium, propterea quod imperfectis semper usus est Apuleius *fatigabat, dedolabar, desinebat.* Aliud tamen excogitare non potui, unde locum in medio relinquo. *Conterere* per sententiam probum est. cf. Met. IX. p. 645. *digitos ad summam minutiem contero.* Plaut. Asin. II. 4. 13. *qui latera conteram tua, quae obcalluere plagis.* Ovid. Art. Am. III. 91. *conteritur ferrum* (i. e. consumitur) *silices temantur ab usu.* Totum locum Francogallus vertit: Je ne souffrais pas seulement beaucoup de la fatigue, de grimper au haut de cette montagne, qui était fort élevée, et de m'user la corne des pieds sur des pierres aigués. Rodius: *Nicht genug, dass ich höchst mühsam auf den hohen, steilen Berg zu klettern hatte, und mir auf den spitzen Steinen ganz das Horn von den Füssen abtiess.*]

perdite dedolabar. Ita ex coniectura scripsi, quia Mss. sanam lectionem omnino non praebent. Bertiniani cod. lectionem probans Oud. *proclive* explicat *procliviter* i. e. prono ad verberandum animo manuque, ac facile et levissima quaque de caussa dedolabat puer, unde etiam *dedolabat* recepit, quod tamen vidimus adnot. crit. in cod. B. non legi. Adiectiva enim neutra ab auctore passim adverbiorum in vicem esse posita. [Hoc adverbium defendi possit ex loco Cicer. Tusc. IV. 18. §. 42. ubi cf. Orell. et Kuehner., qui nonnulla eam in rem proferunt. Sed ubiubi hoc alterumve adverbium legatur, semper idem est quod *facile, in promptu*, nec puto usquam *proclive* pro *proclivi, prono animo* dici posse. Aliud enim est, quum *proclivis* simpliciter substantivo iunctum est, ut, *procliris est misericordia.* Tota vero Mss.

terae semper ictus incutiens et unum feriendo locum, dissipato corio et ulceris latissimi facto foramine, immo fovea vel etiam fenestra, nullus tamen desinebat

Ald. Scriver. *desterae* G. 1. In reliqua *dextrae*. *incutiens* D. *vulneris* B. teste Wow., qui edidit cum Scriv. et Florid. In B. vero legitur *volneris*, quod idem habere P. testantur excerpta ad marg. ed. Colv. *vel fe etiam fenestra* D. *nusquam tamen desinebat* Ald. teste Beald. sed neque ego neque Oud. in ed. anni 1521. legimus. Male vero exarari idem dicit *nusquam* in P. O. In collat. cod. P. ad marg. ed. Colv. *numquam* adnotatur; et quum G. 1. 2. D. idem habeant, verisimile est id etiam ab O. et P. praeberi. *nunquam* praeterea extat in f. et Iucer.

ratio probat, hunc locum esse corruptum, nec probabile est, librarios, si *proclive* scriptum fuisset, tam longe aberrasse. Hinc coniicio vestigia codd. Florentinorum et edd. pr. Pith. secutus, in quibus *perclive* extat, *perdite*. Litterae enim *cl* et *d* persaepe in codd. commutantur, ut *clientes* et *dientes*, et tum corruptum *dicentes* apud Liv. III. 16. §. 5. X. 24. §. 2. *clivum et divum* ibid. III. 19. §. 7. *incluserat* et *induxerat* (pro *induserat)* ibid. II. 2. §. 8. Burm. ad Gratian. Cyneg. 402., ita ut una littera mutata *perdite* facilius ex *perclive* emendari possit. *Perdite* enim vel rationem indicat eius qui perditus et nequam est, vel de rebus dicitur, quae ad interitum usque tractantur. cf. Terent. Heaut. I. 1. 15. *Eius filiam amare coepit perdite* i. e. eam deperit et Quint. II. 12. §. 5. *conatur perdite*. Ita *perdite dedolabar* significat: *ad interitum usque vapulabam*, ut nos dicimus: *er prügelte ihn oft zu Tode* de vehementissimis et saepius repetitis verberibus. cf. Ter. Adelph. IV. 2. 19. *Ctesiphon me pugnis usque occidit*. Ex codd. aliquot lectione *prosaepe* refingere etiam possis *persaepe*, qua voce usus est Pompon. Mel. II. 5. *Parva flumina Telis et Tichis, ubi accrevere, persaeva*. *Pro* et *per* in Mss. saepius confunduntur. *Persaepe*, quod alii substituunt, meram glossam sapit, quam reddunt Francogallus et Rodius. Nec minus improbabilis est coniectura viri docti, cuius Oud. meminit *pro clivo* sive *ante clivum*, ut sit quasi παροιμία coll. Senec. Epist. 31. §. 4. *surge et respira et clivum istum uno, si potes, spiritu exsupera*. Petron. c. 47. *in medio lautitiarum, quod aiunt clivo laborare*, quae tamen proverbia plane aliter intelligenda sunt nec unquam huc referri queunt.]

ut usque plagarum mihi medullaris insideret dolor. Singularem esse et hypallages similem locutionem pro *usque medullas insideret mihi plagarum dolor*, Beroald. Pric. Flor. aiunt. Nam male post *plagarum* in aliquot editionibus distinctio quaedam ponitur. At vero *usque* significat continuo, semper, perpetuo [nostrum: *in einem fort*, de qua propria notione cf. Gronov. Observ. III. 19. p. 605. quosque VV. DD. praeterea excitat Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 995. not. *) Plaut. Epidic. II. 2. 120. Mostell. II. 2. 19. Intt. ad Virg. Ecl. IX. 64.] Aliter Oud. etiam explicat: *tantum non, adeo vehementer et eo usque*, ut medullas penetraret dolor, coll. Terent. Adelph. II. 2. 5. *Ego vapulando, ille verberando usque ambo defessi sumus*. IV. 2. 19. *Ctesipho me pugnis miserum usque occidit* [quod male nonnulli pro *paene* interpretantur. At puto nunquam hanc significationem huic adverbio vindicari posse, quod bene iam monuit Heind. ad Hor. Sat. I. 2. 65. quem cf. Ubique est *continuo* nec aliter puto nostro loco esse sumendum.]

ulceris latissimi facto foramine. Wower. cum Elm. malunt ex Bert. cod. *vulneris*, quod Oud. his verbis refutat: Vulnus perpetua incussione ulcerosum erat, sed praeterea ulcus hoc rescissum iteratis plagis fiebat, adeoque latissimum. Virg. Georg. III. 454. *ferrō rescindere summum Ulceris os*. Grat. Cyneg. 352. *lacerique per ulceris ora* [ubi cl. Burm. et ad Sammon. c. 44. Virg. Aen. IX. 700. *specus atri vulneris*. cf. Pric. ad h. l.]

nullus desinebat. *Nullus* hic pro *non* positum esse apertissimum est, de quo usu accuratius dicam ad Met. IX. p. 651. *nullus respondit dominus*.

idemtidem vulnus sanguine delibutum obtundere. Lignorum vero tanto me premebat pondere, ut fascium molem elephanto, non asino paratam putares.
481 Ille | vero etiam, quotiens in alterum latus praeponderans declinarat sarcina, cum deberet potius gravantis ruinae fustes demere, et levata paulisper pressura sanare me, vel certe in alterum latus translatis peraequare, contra lapidibus additis insuper sic iniquitatem ponderis medebatur.

sanguinem Iunt. 2. Ald. *vere* abest a G. 1. *vero etiam* tarde intrusit Elm., sequentibus Scriver. et Florid. *tantum* Colv. Vulc. 2. Bas. [In G. 2. ita legi monet Oud., sed perperam, ibi enim extat, ut in cett. codd. *tanto*.] *Tantum* praeterea habet F, 1.; certe in Lindenbrog. collat. nihil correctum est. *tanti* B. *fascium molem* F. 3. G. 1. 2. D. O. P. B. R. *f. q.*, quod reposuerunt Wower. et Pric. In cett. omnibus est *sarcinae molem*. *mole* P. teste Oud. et excerpt. ad marg. ed. Colv. confirmant. *parata* G. 2. P. D. *elephanti d.* Utrumque bene. *ille vero etiam* F. 1. 3. G. 2. P. D. *d. f.* O. cum aliis, uti iam edidere Wower. et Pric., quod male superius posuit Elm. cum sui sequacibus. In cett. *etiam* abest. *quotiens* F. 3. G. 1. 2. D. edd. omnes vett., quam scripturam Oud. ne commemoravit quidem. *declinavit* G. 2. D. P. *declinaret* G. 1. p. *d.* Wow. Pric. *ruinae* pro *ruinae* G. 2. *pressura* F. 2. *vel saltem* G. 1. O. pro *vel certe* ex glossemate. *praeaequare* Bas. 1. *circa lapidibus* ed. pr. Vicent. (correctum in marg. ed. meae *contra*) Venet. 2., ut saepe peccatur. Iam correctum est a Beroaldo. *additis* D. *inequitate* F. 3. G. 1. 2. P. D. f. q. *inequitati* p. *inequitatem* O. *d.* *inaequitati* B. *iniquitate* F. 1. Scriver. In cett *iniquitati*. *medebar* D.

sanguine delibutum. Heins. ad Ovid. Heroid. XI. 12. legebat *sanie*, quod Oud. dicit sibi non improbatum esse, si addicerent Mss., ob praecedens *ulceris* coll. Gell. V. 14. *conceptamque saniem vulnere intimo expressi.* Verum affert Met. VIII. p. 532. *Vulnera ulla, quorum sanguinem lacrimae tuae proluerunt*, ubi idem *saniem* reponere conatur. Sed res exemplis non indiget, quum per se clara sit. *Saniem* hic ne locum quidem habere dixerim, quoniam in ipso ulceris vocabulo iam notio inest.

iniquitatem. [Ita ex optimorum codd. scripsi vestigiis, qui *inequitate* praebent, quod facile virgula omissa, qua *m* littera finalis indicatur, corrumpi poterat. Accusativum hoc vocabulum adsciscere, non solum probat locus Terent. Phorm. V. 4. 3. *quas mederi possis*, ubi ex corruptis codd. *quibus* emendari non debet, praesertim quum etiam Prisc. VIII. 4. p. 374 et XVIII. 19. p. 168. hunc accusativum testetur, sed quod *medendus* etiam dicitur, ut a Suet. Vesp. 8. *Medendae valetudini.* Ita *medico* ac *medicor* et cum dativo et cum accusativo veteres iungunt. Praeterea Servius agit ea de re ad Virg. G. I. 193. his verbis: *medicare antique dixit, nam maiores medico et medicor dicebant, ut populo et populor, quae verba modo ab utraque significatione tantum passive sunt declinationis. Sed ut medicare dicerent pro medicari metri necessitas fecit. Sane medicor accusativum regit, ut medicor illam rem; medeor vero illi rei dicimus, nam medeor illam rem figuratum est.* Mirum porro est, quod optimi codd. *inequituti* vel *inequitate* constanter praebent, quam formam in textum recipere non ausus sum, quia eius orthographiae, quam alii vetustam nominent, nullum exemplum reperire poteram.]

medebatur. [Lucian. c. 20. p. 579. *Καὶ μὴν καὶ τὰ πολλὰ εἰς τὸ ὄρος ἄνω ἐπεμπόμην, καὶ ξύλα τοῖς ὤμοις ἐκόμιζον. τοῦτο δὲ ἦν τὸ κεφάλαιον τῶν ἐμῶν κακῶν· πρῶτον μὲν ὑψηλὸν ὄρος ἀναβαίνειν ἔδει, ὀρθὴν δεινῶς ὁδὸν, εἶτα καὶ ἀνυπόδητος ὄρει ἐν λιθίνῳ. καί μοι συνεξέπεμπον ὀνηλάτην, παιδάριον ἀκάθαρτον. τοῦτό με καὶ ὡς ἐκάστοτε ἀπώλνε. πρῶτον μὲν ἔπαιέ με καὶ τρέχοντα λίαν, οὐ ξύλῳ ἁπλῷ, ἀλλὰ τῷ ὄζους πυκνοὺς ἔχοντι καὶ ὀξεῖς, καὶ ἀεὶ ἔπαιεν εἰς τὸ αὐτὸ τοῦ μηροῦ, ὥστε ἀνίατόν μοι κατ' ἐκεῖνο ὁ μηρὸς τῇ ῥάβδῳ, ἡ δὲ ἀεὶ τὸ τραῦμα ἔπαιεν. εἶτά μοι ἐπετίθει φορτίον, ὅσον χαλεπὸν εἶναι καὶ ἐλέφαντι ἐνεγκεῖν καὶ ἄνωθεν ἡ κατάβασις ὀξεῖα ἦν. ὁ δὲ καὶ ἐκταῦθα ἔπαιεν. εἰ δέ μοι πεσόντος ἴδοι τὸ φορτίον καὶ εἰς τὸ ἕτερον ἐπικλῖνον, δέον τῶν ξύλων ἀφαιρεῖν,*

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

Nec tamen post tantas meas clades immodico sarcinae pondere contentus, cum fluvium transcenderemus, qui forte praeter viam defluebat, pedibus suis ab aquae madore consulens, ipse | quoque insuper lumbos meos insiliens [196] residebat, exiguum scilicet et illud tantae molis superpondium. Ac si quo casu, limo coenoso ripae supercilio lubricante, oneris impatientia

in modico ed. pr. Vicent. *contemptus* D. *quin forte* p. *diffluebat* B. *peronibus suis* F. 1. et Scriv. Quid in ceteris legatur Oud. non addit. *pedibus suis* F. 3. G. 1. 2. B. D. habent edd. vett. et recentt. ceterae omnes. *confluens* δ. *lombos* δ. Beroald. *meos lumbos* f. *et ille* B. (sed in Modiana collat. *et* particula deleta est.) Sciopp. Susp. IV. 10., idem testatur haberi in cod. B., deleri dum monet *et*, quod et placebat Schikerado. Hoc edidit Wow. Scriv. Pric. In cett. omnibus codd., quos ego conferre potui, F. 1. 3. G. 1. 2. D. et edd. vett. et recentt. legitur *et illud. superpodium* G. 1. *ac si* F. 3. *et si* G. 1. 2. D. P. O. f. In cett. *at si*. Ex cod. F. 3. *ac si*, cuius glossa *et si* est, in textu reposui. *limo coenoso*, *ripae*. Ita in Iunt. 1. distinctum est. *Cenoso* Vicent. *imprudentia* Iunt. 1. 2. Aldin. pro *impatientia*.

καὶ τῷ κουφοτέρῳ προσβαλεῖν, καὶ τὸ ἴσον ποιεῖν, τοῦτο μὲν οὐδέποτε εἰρήκασιν, λίθους δὲ μεγάλους ἐκ τοῦ ὄρους ἀναιρούμενος εἰς τὸ κουφότερον καὶ ἄνω νεῦον τοῦ φορτίου προσετίθει. καὶ κατ᾽ ἐν ἄθλιος τοῖς ξύλοις ὁμοῦ καὶ λίθους ἀχρείους προσεπιφέρων.]

Cap. XVIII. *pedibus suis.* Non negandum est, lectionem cod. F. 1. *peronibus* quam elegantissimam esse, ut in textum recipere eam non dubitassem, si unus cod. accederet. *Perones* enim sunt rusticorum inprimis calceamenta. [cf. Isidor. Orig. XIX. 34. 13. *perones et sculponeae rustica sunt calceamenta* Balduin. de Calcib. c. 17. du Cang. in Gloss. s, v. Salm. ad Tert. de Pall. c. 5. Savor. ad Sidon. Epist. IV. 20. Plurima dabunt Intt. ad Schol. Iuv. Sat. I. 111. p. 36 sqq. Cramer. Huc accedit, quod Lucianus in eadem re ait: *ὁ δὲ τῶν ὑποδημάτων φειδόμενος*, unde non improbabile est, Apuleium ita vertisse. Accuratius de re non potest iudicari, quia puer etiam, quum aestas esset, nudis pedibus incedere poterat, ut pedibus ille parceret, ne qua madefierent. Fortassis *peronibus* lectio ita exoriri poterat, ut doctus quidam librarius, qui Luciani cognoverat verba, *peronibus*, quippe quae essent ista calceamenta, margini adscriberet, hincque in textum id vocabulum subreperet, ut statim in seq. videbimus not. crit.]

illud tantae molis superpondium. Ex uno, quantum scio, cod. Bertin. *ille* Oud. cum aliis praetulit, quomodo etiam margini adscripserat Gruter. At mihi interpretamentum videtur esse librarii, qui *superpondium* ad puerum referri debere perspexerat, ideoque *illud* non ferendum esse cogitavit. Quod neutrum quomodo explicandum sit, cuique patet. *Et illud* dixit, quia praeter lignorum sarcinas etiam lapides saepius puer addiderat, qua sarcina non contentus se ipsum quoque adiecit. Si alii codd. *ille* haberent, ego probarem. Sed B. cod. valde corruptus et interpolatus est, et mirum praeterea, quod editiones veteres, quae alioquin totae ex eo pendent, eum hic non secutae sunt.]

limo coenoso ripae supercilio lubricante. Ablativorum nimius hac in periodo concursus persuadebat Florido et Oud., ut vitii aliquid hic latere opinarentur, unde Floridus coniecit *ripae supercilium lubricante*. Huc accedere dicit Oud. syntaxis rationem, qua verbum *lubrico* nunquam sit neutrum, sed ubique activum, *lubricum facio*, excit. Gloss. *lubrico* γλοιόω, Met. II. p. 105. *membra leniter illubricans.* Iuven. XI. 173. Prud. *περὶ στεφ.* XI. 35. *Namque supercilio saxi livor ortus excitarit, Frondem perennem chrismatis feracem. Hinc pretiosa ruit per marmora lubricatque clivum.* Haec igitur commovent Oud., ut *supercilia*

Digitized by Google

prolapsus deruissem, cum deberet egregius agaso manum porrigere, capistro suspendere, cauda sublevare, certe partem tanti oneris, quoad resurgerem
482 saltem, detrahere, | nullum quidem defesso mihi ferebat auxilium, sed occipiens a capite, immo vero et ipsis auribus, totum me compilabat, *ac*

deruissem p. *capistro os suspendere* δ. In cett. *capistro suspendere*, quod aperte inveni in F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. edd. vett. et recenti. *caudam* O. π. *caudae* B. Colv. *cauda sublevare* F. 1. 3. G. 1. 2. D. edd. omnes et sine dubio ceteri etiam codd. *certe partem tanti oneris* F. 1. 3. f. G. 1. δ. O. π. p. R. Wow. Scriv. Florid. Pric. *certe pertentanti oneris* G. 2. D. *certam partem tanti ponderis* B. edd. vett. Colv. Elm. *certe tanti operis partem* F. 1. teste Elm. sed male. [In Oud. excerptis F. 1. mutato ordine scriptum erat *tanti ponderis partem*, quod etiam Scriver. intrusit, sed in collat. mea Lindenbrog. nihil adnotatum est.] *dethraere* D. *surgerem* p. *accipiens* G. 1. 2. O. D. π., ut erratur saepe. *ab ipsis auribus* G. 1. O. et ita in praefixis seq. Stewechii notae verbis. In cett. *et ipsis auribus*. *compilebat* δ.

emendet coll. Serv. ad Virg. Georg. I. 108. Pric. ad Met. V. p. 366. Ritterh. ad Oppian. II. 34. Dav. ad Hist. B. Afr. c. 58. Liv. XXVII. 18. XXXIV. 29. Mel. III. 3. Vitruv. V. 7. [Haec coniectura facillima est, et aliis locis potest comprobari. Nam quantum video in his quos Oud. adtulit locis singularis ubique positus est. At *supercilia* fluvii dixit Ammian. Marcell. XIV. 2. §. 9. XVI. 12. 10. *supercilia Rheni*. XVII. 9. ubi cf. Lindenbrog. et Intt. ad Virg. G. I. 108. Pollux. II. 4. *καὶ ὠφρύας καλοῦσι τὰ τῆς γῆς ἀνέχοντα*. Sed forsitan librorum lectio defendi possit ex analogia verborum *albico, nigrico*, quae etiam neutralem vim habent. *Albico* vero est *album facere* apud Non. p. 75. ex Varr. p. *Cave canem. Ubi rivus praecipitatur in nemore, deorsum rapitur, atque offensus aliquo a scopulo lapidoso albicatur.* Praeterea obstat emendationi Oud. singularis vocis *ripae*, qui flagitat, ut *supercilium* i. e. *tumulus ripae* eodem numero efferatur. Alioquin *riparum* legendum esset. Unde *supercilio* retinui.]

capistro suspendere, cauda sublevare. [Accuratius de hoc loco agit Vir doctus in Miscell. Observ. Vol. T. I. p. 148 sqq., ubi de loco Luciani satis difficili disseritur. Ibi Anonymus B. nostrum locum ita constituit: *cum deberet egregius agaso manum porrigere, capistro os* (haec vox addenda ex codice meo) *suspendere, cauda sublevare, certe partem tanti ponderis, quoad resurgerem saltem, detrahere, nullum quidem defesso mihi* (vel *mi*) *ferebat auxilium, sed occipiens a capite immo vero et ipsis auribus, totum me compilabat* (cod. *compilebat*, ut *densare* et *densere*) *caedens fuste grandissimo, donec fomenti vice ipsae me plagae suscitarent.* Hanc huius viri emendationem praetulit Oud., qui praeterea ex codd. Oxon. et Par. lectione *caudam, caudam me* enucleavit, ut praecedenti *os* responderet. Sed vertit Apuleius Luciani verba *χαμόθεν ἐπεγείρων*, quod ita fiebat, ut capistrum manu prehenderet equum suspensurus, ut agasones facere solent, sicubi equus humi procedit. Unde vertendum est *am Zügel in die Höhe heben*, vel *in die Höhe ziehen.* Idem vero esse potest, quod *fulcire*, quam significationem lexica satis probant. Praeterea confitendum est, me quid sibi velit locutio *capistro os suspendere* non intelligere, quum *os suspendere* nemo dicat nec dicere possit. Nam quam aliam corporis partem suspendere poterat agaso capistrum prehendens, nisi os caputque asini? De *cauda sublevare* conferatur Met. IV. p. 245. *ille alius asinus. — cum rebus totis offunditur: iacensque in mortuum non fustibus, non stimulis, ac ne cauda quidem et auribus cruribusque undique versum elevatis tentavit exsurgere.* Neminem vero unquam cum Oud. prohomen *me* desideraturum esse, persuasum habeo. Ruhnkenius hanc lectionem *capistro os suspendere, cauda me sublevare* ex coniectura Oud. in textum recepit.]

compilabat. [Fulvius et Lipsius coniecerunt *totum me concipilabat*, qua de caussa nescio, quum ad sententiam idem sit hoc illudne legatur. *Concipilare*

Digitized by Google

scidit **fusti grandissimo, donec fomenti vice ipsae me plagae suscitarent. Idem mihi talem etiam excogitavit perniciem. Spinas acerru|mas et punctu** 483

cidit **F. 3. quod idem legi in F. 1. affirmat Elm. Sed in collatione Lindenbrog. nihil correctum est.** ***adit*** **p.** ***caedit*** **quidam libri teste Colvio et edd. ante Beroald. omnes. In cett. legitur** ***caedent.*** ***fusti*** **F. 1. 3. p. In cett.** ***fuste.*** ***gravissimo*** **B. edd. vett. ante Wow. contra omnes cett. Mss.** ***fomenti vice ipse me plagae*** **F. 3. f. (unde Roald. emendat** ***ni ipsae.*****) G. 1. 3. D. Elm.** ***ipsae*** **legitur in F. 1. R. O. d. P. Incert. (f. teste Oud. Sed sine dubio in iis quoque** ***ipse*** **pro more codd. scriptum erat, quod Oud. pro** ***ipsae*** **habuit). In edd. vett.** ***ipsae*** **omittitur usque ad Wower.** ***meae*** **pro** ***me*** **Vicent.** ***vicem*** **coniecit Stewech.** ***siscitarent*** **G. 1.** ***mihi talem etiam*** **F. 1. 3. R. f. O. Elm. Scriv. Florid.** ***Idem mihi talem excogitavit perniciem etiam spinas*** **G. 1.** ***idem etiam mihi talem*** **G. 2. P. D. Wow. Prit. In edd. vett.** ***etiam*** **plane abest.** ***aliam etiam*** **non est, ut Elm. voluit, in Vuic. 2., quam vulgatam ille semper nominat,** **sed** ***et aliam*****, quae coniectura est Colvii.** ***excogitatum*** **D. (ex compendio** ***excogitau***^{t}**).** ***acerrumas*** **F. 3., cuius lectionem in textum recepi. Num in aliis idem legatur, nescio, quum mei certe codd.** ***acerrimas*** **praebeant, Oud. vero de suis nihil adnotaverit. Haec vox desideratur in f.** ***puncto*** **F. 1. d. In cett.** ***punctu.***

enim idem esse, quod *compilare* comprobat Festus p. 47. *concipilavisti dictum a Naevio pro corripuisti et involasti.* cf. Scalig. ad h. l. p. 389. Lind. et Lindem. ad v. *incitega* p. 459. *Compilare* vero Fest. p. 32. explicat *cogere et in unum condere* cf. Intt. ad h. l. p. 357. Lind. et prae ceteris Ascon. ad Verr. II. 1. 13. §. 35. qui haec profert: *compilarit* i. e. pilos pervellerit, sic fraudaverit furto, ut ne pilos quidem in corpore spoliatis reliquerit. Hinc videndum, hanc coniecturam animi vel potius ostentationis caussa esse factam. Hanc enim, quam Asconius protulit, significationem vocabulum hic et altero Met. IX. p. 596. loco: *nec dubio me lanceis illis vel venabulis, immo vero et bipennibus, quae facile famuli subministrabunt, membratim compilassent,* habent convellendi, ut ne pilus quidem in toto corpore relinquatur. Sed altero quoque loco Lips. Epist. Quaest. II. 22. T. I. p. 507. ed. Voss. *concipilassent* restituendum opinatus est. Tertio Apuleii loco Apol. p. 590. *compilare bona* est undique surripere. cf. Buenem. ad Lact. Institt. V. 20. §. 31. p. 678.]

ac scidit. [Haec coniectura mihi ad vestigia Mss. quum probabilior videretur esse, in textum eam admisi. Optimi enim codd. praebent *cidit* vel *adit*, quod facilius ex *cidit* oriri poterat. Quod cum librarii non intelligerent, inde *caedens* corruperunt, qui asyntheton hoc loco ferre non possent. Ego vero puto ab initio in codd. scriptum fuisse *ac scidit*, quod deinde corruptum in *at scidit*, ut saepissime fit, ansam praebuit *at* omittendi, quae syllaba praecedente eadem absorpta est. Pro *scidit* vero *cidit* scribi posse, eum non fugit, qui Mss. rationem paulo accuratius cognovit. *Scindere* vero est *findere, lacerare,* et fortius quam *caedere,* acerbitatem et vehementiam pueri tam saeviter verberantis indicat, ut corium asini disrumperetur. cf. Ovid. Ib. 185. *Hic tibi de Furiis scindet latus una flagello.* et Sil. I. 17. *Verbera passim Ictibus innumeris lacerum scindentia corpus. Ac* particulam restitui, quia copulae omissio nescio quid molesti et ieiuni habet. Aliter enim loci sunt comparati, quos ad Met. III. p. 179. protuli.]

fusti grandissimo. Pro commentario sint verba Theodos. Cod. de cursu publ. angariis et parangariis: *Quoniam plerique nodosis et validissimis fustibus inter ipsa currendi primordia animalia publica cogunt, quicquid virium habent, absumere, placet, ut omnino nullo in agitando fuste utatur, sed aut virga aut certe flagro, cuius in cuspide infixus brevis aculeus pigrescentes artus innocuo titillo poterit admonere, non ut exigat tantum, quantum vires valere non possunt.* [De ablativo *fusti*, quem optimi codd. praebent cf. adn. ad Met. IX. p. 668.]

excogitavit perniciem. [Hinc puto non sollicitandum esse locum Lucian. Lucid. c. 29. p. 598. *τοῦτό με καιρὸς ἑκαστότε ἀπώλνε*, nova semper ratione me

Digitized by Google

venenato viriosas, in fascem tortili nodo constrictas, caudae meae pensilem deligavit cruciatum, ut incessu meo commotae incitataeque funestis aculeis infeste me convulnerarent.

venenoso B. ex glossa. *virosas* G. 2. P. O. D. Iunt. 2. Ald. Venet. 2. 4. Vulc. Wow. Pric. *vitiosas* p. Scriver. In cett. *viriosas*. *in falcem* Venet. 2. 4. Iunt. 1. 2. Aldin. *in facem* δ. In cett. in *fascem*. *in fascem tortili nodo* V. 3. G. 1. 2. P. D. *in fustem tortili modo* R. f. In cett. *tortili nodo in fascem*. *in caudam meam pensile* R. f. *pensile* etiam P. habet. *delegavit* P. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Basil. *modo* pro *meo* ex errore typothetarum extat in Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Bas. 2. Colv. Vulc. 2. *infestae* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. In cett. equidem inveni *infeste*, quod Oud. in omnibus codd. legi probat.

perdidit, mala sibi excogitans plane nova et inaudita. Alioquin δεινῶς legi posset.]

spinas acerrumas. Ad Ovid. Met. VII. 265. N. Heinsius legi vult: *spinas asperrimas* citra necessitatem. *Acer* enim passim pro saevo, aspero ponitur. Wopk. Miscell. Obser. Vol. VIII. ad Vell. II. 6. *maiora et acriora repetens.* [cf. Met. X. p. 745. *et nunc mite conniventibus, nunc acre comminantibus gestire pupulis.*]

punctu venenato viriosas. [Formam *punctu*, quae aliquot Scribon. locis defenditur, et apud Plinium quoque in usu est, ex optimis codicibus restitui. Oud. praetulit *puncto*, quod idem Met. V. p. 365. iam vindicaverat cum sua iniuria. *Venenatus* hoc loco Apul. significatione posuit nondum usitata. Spinae enim venenatae sunt, quae veneni instar carnem penetrant et intolerabiliter mordent, exitiumque parant. Paulo post nominavit *funestas*. Id contra Intt. moneo, qui propria sua significatione hoc adiectivum hic poni autumant. cf. Forcell. lex. s. v. Hinc puto lectionem *virosas* exortam esse, quae tamen, si *venenato* pro veneno affecto intelligitur, hic ne ferri quidem potest. *Viriosas* unice probo significans *validum, efficax, forte*, quod vocabulum Afrorum omnino proprium est. cf. Tertull. de anim. c. 19. p. 278. C. Rigalt. *et quidem viriosius desno ingenio*, advers. Valent. c. 16. p. 257. D. *usu viriosa.* cf. ad Met. XI. p. 620. Francogallus hunc totum locum ita vertit: il s'avisa d'une nouvelle méchanceté: il fit un petit paquet d'épines, dont la piquure était vénimeuse. Rodius: *Nahm er nicht einmal Dornen mit giftigen Spitzen.* Equidem interpretor: *die schärfsten Dorney, die durch ihren wie Gift schmerzenden Stich wirkten.* Paulo post dixit: *vehementiore nisu spinarum.* Vel aliter *viriosus* de robustis et viridibus spinis intelligi potest, quae non facile divelluntur et decidunt.]

deligavit cruciatum. [De hac poena agit Pric. et Argol. innot. ad Onuph. Panvin. de lud. Circens. II. c. 3. in Graev. Thes. Antiq. T. IX. p. 395., qui nostrum locum descripsit, sed ita, ut cum ed. Scriv. *vitiosas*, quae lectio meram sapit glossam, legeret.]

funestis aculeis infeste. Adverbium contra Oud. sententiam praetuli, quamquam iudicium difficillimum est, nec Mss. res poterit confici, qui ubique vetustissimi diphthongum *ae* per simplicem litteram *e* exprimunt. Ne vero quis putet, libidine hoc a me factum esse, contra Oud. dicendi, mihi omnino displicere locutionem *funestis aculeis infestae convulnerarent.* Quamquam saepius adiectivum pro adverbio ponit Apuleius cf. Met. I. p. 63. p. 101. p. 105. II. p. 132. p. 141. V. p. 332. alibi.

convulnerarent. [Ad verbum fere expressit Apuleius Luciani narrationem c. 29. p. 599. *Καὶ ποταμὸς ἦν ἀέτιτος ἐν τῇ ὁδῷ ὁ δὲ τῶν ὑποδημάτων φειδόμενος, ὀπίσω τῶν ξύλων ἐπ' ἐμοὶ καθίζων ἐπέρα τὸν ποταμόν. Εἰ δέ ποτε οἶα κάμνων καὶ ἀνθοφορῶν καταπέσοιμι, τότε δὴ τότε τὸ δεινὸν ἀφόρητον ἦν. οὐ γὰρ ἦν καταβὰς τὴν χεῖρά μοι ἐπιδοῦναι κἀμὲ χαμόθεν ἐπεγείρειν καὶ τοῦ φορτίου ἀφελεῖν, ἂν ποτε καὶ δέοι, ὁ δὲ οὔτε κατῆλθεν, οὔτε χεῖρά μοι ἂν ποτε ἐπέδωκεν, ἀλλ' ἄνωθεν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὤτων ἀρξάμενος συνέκοπτέ με τῷ ξύλῳ, ἕως ἐπεγείρωσί με αἱ πληγαί. καὶ μήν καὶ ἄλλο κακὸν εἰς*

CAPUT XIX.

Ergo igitur ancipiti malo laborabam. Nam cum me cursu proripueram, fugiens acerbissimos incursus, vehementiore nisu spinarum feriebar: si dolori parcens paululum restitissem, plagis compellebar ad cursum. Nec quicquam videbatur aliud excogitare puer ille nequissimus, quam ut me quoquo modo perditum iret. Idque iurans etiam nonnunquam comminabatur. Et plane fuit, quod eius detestabilem malitiam ad peiores conatus stimularet. Nam quadam die, nimia eius insolentia expugnata patientia mea, calces in eum validas extuleram. Denique tale facinus in me comminiscitur. Stuppae sarcina me satis onustum | *probe*que funiculis constrictum producit in viam, deque proxima vil- 484

Hic a viro docto in Vicent. meae marg. additum est: postilena dicitur illud lignum, quod nectitur ad caudam asini apud Plautum (Casin. I. 1. 36.] ita te agerunda curvam aqua faciam (probe) ut postilena possit ex te fieri. [At de hac postilena, quod lorum vel lignum incurvum est, ex ephippio aut clitellis sub cauda et posterioribus iumenti coxis alligatum, ne sarcina in anteriorem partem decidat, Apuleius ne cogitavit quidem.] *ego igitur* Vicent. Venet. 2. *perripueram* G. 1. 2. P. D. *proriperem* F. 1. *acervissimos* F. 1. 3. *acerbissimus* P. *acervissimis* G. 2. D. *nixu* O. Iunt. 1. 2. Aldin. *feriebat* G. 1. 2. D. O. p. Elm., ut statim edit. Pricaei male habet *compellebat.* Hac corruptione in Mss. nihil frequentius. *coquoque* in G. 2. a m. p. scriptum est, sed *co* minio est obductum. Fortasse ita voluit scribere librarius *cocomodo* pro *quoquo modo. per dirum* G. 1. a. m. s. *irit* pro *iret* ex typothetarum sine dubio errore ed. Pric. *idquod* P. pro *idque. idque iurans quam nonnunquam* D. *etiam nonnunquam* F. 1. 3. G. 1. 2. B. O. D. R. f. β. M. p. δ, Iunt. 2. Wow. et ita quoque P. in excerptis ad marginem ed. Colv. Modius marg. addidit: *iuramento* (pro *iurans etiam*) *quod bonum puto.* In cett. *et nonnunquam* extat. / *non unquam* G. 1. *comminabar* D. *conatus* Colv. et Vulc. errore typothetarum. *insolertia* G. 1. *calces in eum val.* F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. δ. f. R. φ. et P. in excerptis ad marg. ed. Colv. Incert. Iunt. 2. Elm. Scriv. Florid. *calces pal. in ea* P. teste Wower. *calc. val. in eum* M. β. In cett. haec verba *in eum* omnino absunt. *validas* F. 3. G. 2. D. R. f. φ. P. teste Oud. (quod excerpta in marg. ed. Colv. confirmant); at *validos* teste Wower. *validos* in cett. est, ut in G. 1. a m. . . (a m. pr. *validas.*) *etuleram* G. 1. 2. D. β. *comminisitur* G. 1. *commiscitur* D. *onustum funiculisque constrictum propere* φ. teste Pricaeo. Sed ex notula Scioppii videtur patere, *propere* ei codici abesse, sicut et exulat a R. f. δ. O. P. G. 1. 2. D., qui omnes praebent *funiculisque*, nisi quod in P. vitiose legitur *funiculumque. propeque funiculis constrictum* habet F. 3 p. In cett. *propereque funiculis. perducit* δ. *viae* f.

ἐμὲ ἀφόρητον ἔπαιζε. συννενεγκὼν ἀκανθῶν ὀξυτάτων φορτίον καὶ τοῦτο δεσμῷ περισφίγξας, ἀπεκρέμα ὄπισθεν ἐκ τῆς οὐρᾶς. αἱ δὲ, οἷον εἰκὸς, ἀπιόντος τὴν ὁδὸν ἀποκρεμάμενα προσέπιπτόν μοι καὶ πάντα μοι τὰ ὄπισθε νύττουσαι ἐλιπροσκον.]

Cap. XIX. *idque iurans etiam.* Aliquando Colvius coniecerat: *Deos iurans etiam nonnunquam*, cuius emendationis postea eum poenituit. Non inelegans est scriptura cod. P. *id quod*, qui pronominum usus a viris doctis saepe observatus est. cf. ad Caes. B. C. III. 44. Dr. ad Liv. XXIII. 5. §. 9. [Beier. ad Cic. de off. II. 23. §. 83. Cort. ad Sall. Cat. 30.]

calces validas. Optimorum codd. auctoritatem secutus *validas* dedi, quod perperam mutarunt in *validos.* Utrumque enim genus apud veteres in usu erat cf. Heins. et Dr. ad Sil. VII. 696. Canneg. ad Avian. F. XXVIII, 10. cf. Met. VI. p. 433. *calce unica*, ubi codd. aliquot discrepant, nec aliter Met. VII. p. 490. *calcisque illius admonitus, quam inefficacem fuisse mehercules doleo.* [Inde corrigendum est, quod in Rudd. Inst. T. I. p. 37. prave pronuntiatur, *calx* Apuleium masculino genere protulisse. Plura de hoc genere dabunt Voss. Arist. T. I. p. 400. Foertsch. Plum. ad Pers. Sat. III. 105.]

probeque constrictum. [Cod. optimus F. 3. scripturam dedit *propeque*, ceteri aut *propere* praebent, quod utrumque vocabulum saepius in Mss. commutatur; cf. Dr. ad Liv. XXIX. 31. §. 4., aut vocabulum omnino omittunt. *Prope* mea quidem sententia vix ferri potest. Nam quod proferunt Horat. Sat. II. 3. 32.

Digitized by Google

lula spirantem carbunculum furatus oneris in ipso meditullio reponit. Iamque fomento tenui calescens et enutritus ignis surgebat in flammas, et totum me funestus ardor invaserat, nec ullum pestis extremae sulfugium, nec salutis aliquod apparet solatium, et ustrina talis moras non sustinens *est*, et meliora consilia praevertitur.

in oneris meditullio omisso pronomine *ipso* G. 1. 2. P. O. δ. f. *in honoreis meditullio* D. *fomento tenus* B. edd. omnes vett., praeter Iunt. 2., Colv. Vulc. 2. In cett. omnibus *tenui*, cf. Sciopp. Susp. IV. 12. *coalescens* Ms. Incert. *insurgebat* O. *invasserat* G. 1. *illum* p. *suffragium* pro *suffugium* D. *salutis* exulat a D. *aliud* pro *aliquod* G. 2. *adparebat* δ. *usterna* δ. *ustrinam* f. *tali* O. *moras* F. 1. 3. G. 1. 2. P. O. D. P. δ. Iunt. 2. In cett. *moram*. *sustinens et meliora* F. 1. 3. *sustinens ad meliora* G. 1. 2. P. D. p. δ. O. R. f. In cett. *moram non sustinet sed*. *sustinens at meliora* in Lindenbrog. coll. legi perperam adnotat Oud., quum ibi aperte ita legatur, ut equidem notavi. Elm. in eo legi *moras non sustinet* dicit. In P. teste Wow. est *moram non sustinens meliora consilia*, sed quae prius proposita est huius cod. lectio, verior est, quam etiam excerpta ad marg. ed. Colv. confirment. *pervertitur* δ.

exemplum: *insanis et tu stultique prope omnes*, ubi nonnulli putant *prope* pro *omnino*, *admodum* dictum esse, optime iam Heindorf. refutavit, qui *prope* hic nativam suam vim retinere voluit. Attamen ne perfide huius cod. auctoritatem derelinquere videar, fortasse ex analogia vocis *fere* haec notio possit confirmari. Id enim adverbium *perquam*, *valde*, *penitus* significare nemo est, qui hodie dubitet; cf. Hand. Tursell. T. II. p. 692. Sed hoc me non commovet, ut *prope* retineam, quum aliud exemplum reperire non potuerim, hancque ratiocinationem levem esse ipse confitear. *Própere* hic defendi nequit, quia festinationi locus non est, id quod optime iam Stewech. intellexit. *Probe*, quae eiusdem est emendatio, probare videtur locus Met. III. p. 203. *utres cum probe constrictos*. Magis tamen placeret, si adverbium hic restitueretur, quod *arcte*, *firmiter*, *perquam* significat, quia ita tantum intelligi potest, cur asinus stuppae sarcinam non proiecerit, nisi id *probe constrictum* notare velis. Lucian. dicit δεσμῷ ἀργαλέῳ εὖ μάλα προσέδησε. Hinc *probe* in textu posui.]

fomento tenui. Recipienda haec est omnium fere codd. lectio, quum altera *fomento tenus* sententiam non praebeat. Plauti *tenus* e Bacch. IV. 6. 23. quod laqueum significat, quoque voc. Wower. *tenus* scripturam defendere voluit, huc nihil pertinet. cf. Intt. ad h. l. et Salm. ad Tert. de Pall. p. 164. Si *fomento tenus* propugnare quis velit, fingat ille, carbunculum istum fuisse quidem igne spirantem, sed non totum perustum ita, ut stuppam statim accendere potuerit; sed tum demum quum carbo ad stuppam usque conceperat ignem, eam quoque incendisse et surrexisse in flammam. At nihilominus praetuli *tenui* cum Mercer. Sciopp. Suspect. IV. 12. et Oud. Ex *coalescens*, quod in cod. Incert. legitur, fecit Oud. scripturam *convalescens*, quas voces in Mss. saepius confusas esse demonstrat ex dict. suis ad Iul. Obseq. c. 103. Acid. Vell. II. 48. Quint. V. 13. *convaluit flamma*. [Sed puto neminem interpretum recte *fomento tenui* intellexisse. Omnes enim, quantum video, *fomentum tenue* explicarunt ipsum carbunculum, qui quamvis pusillus ac tenuis tantam molem inflammaverit, ut Pricaeus, qui excitat dict. sua ad Epist. Iacob. III. 5. οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα μικρὸν μέρος ἐστὶ καὶ μεγαλαυχεῖ. Ἰδοὺ ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἅπτει. Equidem puto, verba *calescens et enutritus* indicare *tenue fomentum* esse stuppae sarcinam, ut *tenue* hic sit gracile et subtile, quod eo magis in flammas surgere potest. Crassa enim si fuisset et firma materies, carbo eam inflammare non potuisset. *Fomentum* hic dictum est pro *fomite* ad ignem alendum, pro materia arida, idonea ut facile res ignescant. cf. Serv. ad Aen. I. 180.]

ustrina. [cf. Barth. Advers. XXXIII. 5 p. 1513: *ustrinae* sunt loca, ubi quid comburitur frequenter Arnob. VII. 15. *arae istae quas dicitis, altariaque haec*

CAPUT XX.

Sed in rebus scaevis affulsit fortunae nutus hilarior, nescio an futuris periculis me reservans, certe praesente statutaque morte liberans. Nam forte pluviae pridianae recens con|ceptaculum aquae lutulentae proximum conspicatus, 485

scaevis F. 3. G. 2. D. P. Wow. et seqq. Certe in collatione mea F. 3. accuratissima nihil adscriptum est. Ita etiam exiat in Vatic. 2., nec correxit Lindenbrog. *saevis*, cui tamen rei non ita multum tribuo. *Scaevis* etiam Colv. coniecit et hic bene potest defendi. Unde in textum contra Oud. recepi. *Sotius* habet O. *secius* G. 1. a m. s. (a m. p. est *sevus.*) In cett. *saevis*. *adfluit* s. *affuit* habet f. *illarior* D. *me* repetunt ante *liberans* G. 1. 2. D. P. f. d. O., in quibus omnibus mox *prediauae* et *praedianae* vel *praediariae* legi adnotat Oud. In G. 1. *est prediariae* (*pr* litteris a m. s. sunt), in G. 2. D. *praedianae*. *receptaculum* citat Dr. ad Sil. IX. 614., ubi ardens elephas idem nostro Lucio agit: *Huc atque huc iactas accendit bellua flammas, Donec vicini tandem se fluminis undis Praecipitem dedit.* Sed memoria vel festinatio fefellit. *luculentae* G. 1. d.

pulchra infelicissimi animalium generis ustrinae, rogi sunt et busticeta. Serv. ad Aen. III. 22. *Apparatus mortuorum funus, dici solet, exstructio lignorum rogus, subiectio ignis pyra, crematio cadaveris, bustum, locus ustrina.* Fest. v. *Bustum* p. 26. *Ustrina, ubi combustus quis tantummodo, alibi vero est sepultus, is locus ab urendo ustrina vocatur* Intt. ad h. l. p. 346. Lindem. Gloss. Cyrill. p. 512. *καῦσις νεκρῶν bustuarum ustrina* (ita legendum est pro *usterna*). Apud|Apuleium hic quemcunque ardorem et ustionem significat, quod fortasse probari potest ex Gloss. Philox. p. 229. *ustrina πυρκαϊκά*, nisi hic quoque *πυρκαϊκά bustum* significare ponas, quamquam etiam de ustione dicitur apud Herod. II. 66. *πυρκαϊκῆς γενομένης* Gloss. Vulc. p. 166. *ustrina τὰ καυτηρεῖα.*]

moras non sustinens est et meliora consilia praevertitur. [Hanc meam coniecturam in textum recepi, quia ex codd. scriptura aliud remedium afferri non poterat. Ii enim aut *sustinens et*, ut F. 1. 3., aut *sustinens ad* praebent, unde in edd. deinde emendatum est *sustinet, sed*, quae particula adversativa ne locum quidem habere hic potest. Sententia enim loci haec est: quia ignis tam vehementer me urgebat, extra mentem meam adeo eram positus, ut qui me expedire possem omnino nescirem. Lectio *sustinens est et* facile ex compendio *sustinens ē et*, altera *e* littera omissa exoriri poterat, et deinde diverso modo aberrarunt librarii. Parum eleganter Oud. coniecit *maturiora*. De hac participii cum verbi *esse* constructione accuratius egi ad Met. III. p. 220. cf. Reiz. ad Lucian. Lucid. c. 80. p. 599. *καταβὰς ἦν*. Ita de Dogm. Plat. III. p. 267. *constans est*, ubi etiam nonnullae edd. *est — constat* perverse praebent. De Graecis cf. Pflugk. ad Eurip. Hecub. 1179. Soph. Phil. 1219. *στείχων ἂν ἦν*. De forma *praevertitur* cf. Voss. Arist. T. II. p. 747. ibique Eckst. et ad Met. IV. p. 245.]

praevertitur. [Lucian. c. 30. p. 600. *καὶ ἦν μοι τὸ ἀμύνειν ἀδύνατον, τῶν τετρωσκόντων ἀεί μοι ἑπομένων κἀμοῦ ἠρτημένων, εἰ μὲν γὰρ ἀτρέμα προϊοιμι φυλαττόμενος τῶν ἀκανθῶν τὴν προσβολήν, ὑπὸ τῶν ξύλων ἀπωλλύμην· εἰ δὲ φύγοιμι τὸ ξύλον, τότ' ἤδη τὸ δεινὸν ὄπισθεν ὀξὺ προσέπιπτε. Καὶ ὅλως ἔργον ἦν τῷ ὀνηλάτῃ τῷ ἐμῷ ἀποκτεῖναί με. Ἐπεὶ δέ ποτε ἅπαξ κακὰ πασχων πολλὰ οὐκ ἔτι φέρων, πρὸς αὐτὸν λὰξ ἐκίνησα, εἶχεν ἀεὶ τοῦτο τὸ λὰξ ἐν μνήμῃ. καί ποτε κελεύεται σινππεῖον ἐξ ἑτέρου χωρίου εἰς ἕτερον χωρίον μεταγκεῖν. νομίσας οὖν με καὶ τὸ σινππεῖον τὸ πολὺ συνεγκὼν, κατέδησεν ἐπ' ἐμὲ, καὶ δεσμῷ ἀργαλέῳ εὖ μάλα προσέδησέ με τῷ φορτίῳ, κακὸν ἐμοὶ μέγα τυρεύων. ἐπεὶ δὲ προϊέναι λοιπὸν ἔδει, ἐκ τῆς ἑστίας κλέψας δαλὸν ἔτι θερμὸν, ἐπειδὴ πόρρω τῆς αὐλῆς ἐγερόμεθα, τὸν δαλὸν ἐνέκρυψεν εἰς τὸ σινππεῖον. τὸ δὲ (τί γὰρ ἄλλο ἔδυνατο;) εὐθὺς ἀνάπτεται καὶ λοιπὸν οὐδὲν ἔφερον ἄλλο, ἢ πῦρ ἄπλετον.]

Digitized by Google

ibi memet improvido saltu t tum abiicio, flammaque prorsus exstincta tandem et pondere levatus et exitio liberatus evado. Sed ille deterrimus ac temerarius puer hoc quoque suum nequissimum factum in me retorsit; gregariisque omnibus affirmavit, me sponte vicinorum loculos transeuntem, titubanti gradu prolapsum ignem ultroneum accessisse. Mihi | et arridens addidit: Quo usque ergo [197] frustra pascemus igninum istum? Nec multis interiectis diebus longe peioribus

ex pondere δ. in pondere p. *ille* desideratur in D. *deteramus* P. *hoc quoque* F. 1. 3. G. 1. 2. D. f. *δ.* φ. O. Salmas. Elm. Scriv. Florid. Male defendit Oud. lectionem *hic quoque*, quam ceteri praebent, his verbis: Nihil hic contra ceteros Mss. et Edd. mutare, aut elegantem lectionem *hic quoque*, apud alios quoque crebram, sive quod ad hanc rem pertinet, hoc in casu et condicione proscribere placet. *Hoc quoque* enim ratione habita ceterorum maleficiorum bene habet, unde ego in textum restitui. *gragarius* D. *afferuit* G. 2. *retrorsit* G. 2. *focillat* φ. *oculos* G. 2. a m. p., sed ut videtur a manu eadem *f* superadditum est. *arcessisse* O. et coniecit Lips., quem secuti sunt Vulc. Ed. 2. Elm. Scriver. Florid. *acessisse* pro more G. 1. *arcensissem* p., unde vir doctus putavit *accendisse mihi*, *et arridens* legendum esse. In cett. omnibus legitur *arcessisse*. *mihi etiam et arridens* F. 3. *mihi et arridens* F. 1. G. 1. 2. D. R. f. p. O. δ. P. In cett. *mihi etiam arridens*. Particula omnino abest in ed. Scriverii. *frustra* abest a f. *frusti* G. 1. *ingninum* F. 3. *igniuum* F. 1. R. *unguinum* φ. *inguinum* Al. Ms. Sciopp. *ingnum* G. 2. a m. p. *ingrinum* a m. s. P. et D. et tertius Ms. φ. teste Sciopp. *ignignū* p. *ēligauum* δ. *migiuium* f. *nugonem* O. π. *nugriuium* G. 1. et in marg. *numinium* praebebant G. 1. excerpta Oud. Sed a m. s. istud est in G. 1., nam quid a m. p. scriptum fuerit, propter lituram dignosci nequit. At a m. p., ut videtur, ipsa in marg. scriptum est *numinium*. *ignigerum* vir doctus ad marg. ed. Iunt. 2. quam Oud. possidebat. *ignigenum* habent B. et edd. vett. et recentt., vel *igniginum* ut ed. pr. *prioribus* pro *peioribus* Aldin. Iunt. 1. 2.

Cap. XX. *ibi memet.* [Nescio, cur Oud. hic improbet Elm. observationem, *ibi* hic pro *quo* particula esse positum, et *ibi, eo in loco tum* significare praescribat. Hoc enim ferri nullo modo poterit. Ex hoc igitur loco defendo Heineccii sententiam, qui praeceteris ICtorum hunc usum proprium nominat, Pompeii grammatici sententiam reiiciens, in Comment. p. 340., soloecismum esse, si quis *ibi*, quod sit permanentis, cum verbis proficiscendi vel eundi coniungat. cf. Haud. Tursell. T. III. p. 165. et de *ibidem*. cf. eund. p. 170. Ita *ubi* pro *quo* cf. ad Met. IX. p. 668. Alia dixi ad Met. IV. p. 249. *ibi quum direpsissent*.]

accessisse. Hic quoque cum optimis codd. hanc formam posui, de qua accuratius ad Met VI. p. 444. egi. Valde inelegans est N. Heinsii commentum, *igne ultroneo exarsisse* ad Ovid. Fast. IV. 795. Oud. alteram lectionem *arcessisse* hic praefert, quamquam vulgatum non plane damnat pro ultro accessisse ad ignem, eique me iniecisse. De constructione cf. ad Met. V. p. 326. I. p. 10. Barth. ad Claud. B. G. 73. Burm. ad Virg. Aen. II. 781. Sil. III. 446.]

igninum. [Lectionem, quae in optimo cod. F. 1. et praeterea in R. legitur, eo minus in textu reponere dubitavi, quod ceterorum quoque codd. scripturae quam proxime accedunt. Ceterae enim codd. lectiones tam corruptae sunt, ut veri quid ex iis elici nequeat. *Ignigenus*, quod edd. praebent, ex coniectura eodem modo intrusum est, nec sententiae quidem loci convenit, quum *ignigenus* aut eum significet, qui ignem genit vel ex analogia vocis *ignigena*, qui in igne natus est. Utrumque vero de asino ferri nequit, qui ignem tantum portat. Haec vero caussa est, cur statim mihi probaretur emendatio viri docti ad marg. ed. Iunt. 2. *ignigerum*, si vestigiis Mss. propius responderet. *Igninus* an eo sensu dici queat Oud. quum dubitet, ipse emendat *igniarium* vel *ignitabulum*, ignis conceptabulum. At utroque nomine asinus dici non potest, quo stuppa potius dicenda erat. cf. Isid. Gloss. p. 683. *igniarius ignem continens.* Auctores huius lectionis erant Heins. ad Ovid. Fast. IV. 795. et Salm. in Plin. Exerc. p. 126. *Igninus* vero cur Oud. reiecerit non video: ut *divinus*, *collinus* formatum, idem est quod *ignitus* et bene asinum declarat, qui quum ignem recepisset et igne totus circumdatus esset, *ignitus* erat. Aliquando conieci

ne dolis petivit. Ligno enim quod gerebam in proximam casulam vendito, vacuum me ducens, iam se nequitiae meae procla|mans imparem miserrimumque istud 486
magisterium renuens, querelas huiusmodi concinnat:

CAPUT XXI.

Videtis istum pigrum tardissimumque et nimis asinum? me prae *cetero flagitio* nunc novis periculis etiam angit. Ut quemque enim viatorem pro-

enimque quod G. 2. *enimque gerebam* D. *quo ger.* G. 1. *quem ger.* O. *capsulam* G. 1. *vacuum* G. 2. *ipperum miserumque* pro *imparem miserrimumque* O. *que* particula abest a P. p. *ministerium* O. pro more huius codicis constanti. *hi concinnat* G. 2. D. quod sine dubio scribendum erat *hui*. *huiuscemodi* ed. Scriv. cf. ad Met. II. p. 117. *concinat* G. 1. Stewech. cf. ad Met. VI. p. 466.

tardissimumque nimis asinum q. F. 1. d. Wow. Pric. *que* exulat a G. 1. 2. D. O. f. p. *prae cetera flagitia* F 1. 3. G. 1. 2. O. P. B. f. d. p. *prae me prae cetera flagitia* D. *praeter cetera flagitia* Iunt. 2. Scriv. Pric. Iidem probante Salmasio coniecit *post cetera flagitia*, Wasseus *pro cetero flagitio*. In reliquis *prae ceteris flagitiis*. *non noris* pro *nunc noris* G. 1. 2. D. P. (ex commutatione compendiorum *nō* i. e. *non* et *nc̄* i. e. *nunc*.) *noris etiam periculis* inverso ordine dant d. p. *ut* abest a P. et B. *quemquem* G. 2. *quemcunque* exulat a f.

ignivomum vel *ignivehum*. Adiectivum enim latere rarioris usus, aut plane inusitatum corruptelae codd. iam indicant.]

nequitiae. [*Nequitia* hic intelligo de lascivia asini et protervitate, quam sequentia aperte probant. Nam haec caussa erat, cur agaso apud vicinos quereretur. De hac vocis significatione cf. Burm. ad Prop. II. 4. 1. *Hoc verum est, tota te ferri Cynthia Roma Et non ignota vivere nequitia*, ad Ovid. Heroid. IV. 17.]

concinnat. [cf. Lucian. c. 31. p. 600. *μαθὼν οὖν ὡς ἀντίκα ὀπτήσομαι ἐν τῷ ὁδῷ τέλματι βαθεῖ ἐντυχὼν, ῥίπτω ἐμαυτὸν τοῦ τέλματος ἐς τὸ ὑγρότατον. εἶτα ἐνύλιον ἐντεῦθα τὸ στυππεῖον, καὶ διυθῶν καὶ στρέφων ἐμαυτὸν, τῷ πηλῷ κατάβρεσαι τὸ θερμὸν ἐκεῖνο καὶ πυρῶν ἐμοὶ φορτίον, καὶ οὕτω λοιπὸν ἀκινδυνότερον ἐβαίθιζον τῆς ὁδοῦ τὸ ἐπίλοιπον. οὐδὲ γὰρ ἔτι με ἀνάψαι τῷ παιδὶ δυνατὸν ἦν τοῦ στυππείου πηλῷ ὑγρῷ πεφυρμένου. καὶ τοῦτό γε ὁ τολμηρὸς παῖς ἐλθὼν ἐμοῦ κατεψεύσατο, εἰπὼν ὡς πυρῶν, ἐκὼν ἐαυτὸν ἐνσείσαιμι τῇ ἐστίᾳ. καὶ τότε μὲν ἐκ τοῦ στυππείου μηδὲ ἐλπίζων ὑπεξῆλθον. Ἄλλ' ἕτερον ὁ ἀκάθαρτος παῖς ἐξεῦρεν ἐπ' ἐμὲ μακρῷ κάκιον.*]

CAP. XXI. *et nimis asinum*. De hac locutione, quae *plusquam* valet Oud. confert dict. ad Lucan. I. *plusquam civilia bella* et Met. IX. p. 648. *Tu autem tam mollis ac teuer et admodum puer*, [Hanc dictionem interpretes qui non capiebant, particulam *et* tollebant, ut *nimis* ad *tardissimum* pertineret huiusque superlativi vim augeret. Nos eadem ratione particula *allzusehr* utimur. Saepius enim Latini Graecorum exemplum secuti, adverbium ponunt pro adiectivo, absolute, non addito pronomine, quod apud Graecos vix desideratur. Ita graece dicitur *ἡ ἄγαν δουλεία*. Plat. de Rep. VIII. c. 15. p. 564. A, ubi videas Intt., qui in seqq. disceptant, an *ἢ τὶς ἄγαν δουλείαν μεταβάλλειν* dici queat omisso articulo, unde multi adiectivum hic eiiciunt. Plura dicam ad Apol. p. 456. *de falso invidia*. De graeca particula *ἄγαν* eadem ratione usurpata cf. Spohn. de extr. Od. part. p. 171.]

prae cetero flagitio. [Observanda est omnium fere codd. lectio, quae tam breviter ab Oud. absolvi non debebat, cum ed. Iunt. 2. et Pric. *praeter cetera flagitia* probante. Nam vix *prae et praeter* compendiis possunt commutari, ut nisi statuas, sequentem syllabam *cet* ansam praebuisse, ut *ter* prioris vocabuli syllaba absorberetur, non habeas qui *prae* revera ab auctore scriptum esse neges. Deinde mirum est, quod omnes omnino vel diversissimae familiae codd. in ea lectione consentiunt, ut res paullo accuratius consideranda sit. Primum duo

Digitized

spexerit, sive illa scitula mulier, sive virgo nubilis, seu tener puellus, sese,

perspexerit D. *sive etiam illa* δ. p. *illa* desideratur in G. 1. 2. O. P. D. f. *sit*, quod post *illa* nonnulli codd. et edd. intrudunt, non comparet in F. 1. 3. Iunt. 2. Scriver. Elm. *scitula* F. 1. 3. G. 1. 2. P. p. Incert. Iunt. 2. Vulc. Wow. et seqq. *situla* φ. In reliquis *vetula*. *seu virgo nubilis* G. 1. 2. P. D. Iunt. 2. *vel virgo* f. In reliquis *sive*. *virgo* omnes codd. et Iunt. 2. Vulc. 2. et seqq. In marg. ed. meae Vicent. a viro docto idem emendatum est. In cett. *viro*. *nobilis* δ. cf. Oud. ad Front. II. 51. §. 5. *eximiae formae virgo nubilis*, quo loco codd. eadem ratione aberrant. *sese* non comparet in G. 1. 2. P. D. f. δ.

nobis se praebent Petronii loci, ubi *prae* cum accusativo iunctum reperitur, cf. c. XXIX. p. 238. *prae mala nascuntur* et c. XLV. p. 304. *Scimus te prae litteras fatuum esse*. At minus ad nostrum locum comprobandum hi facere videntur, quod soloecissantem et barbarie mera ridiculum Petronius hic voluit Echionem introducere, illic graecissantem Trimalchionem. Haec quum ista sint, equidem emendavi *prae cetero flagitio*, quae coniectura sine dubio facillima est. Tum omnes sunt reprehendendi, qui *prae* hic idem quod *praeter* esse existimant. Suam enim hic retinet vim comparandi, nostro respondens: *in Vergleich zu*, quod bene intelligens hic necessario requiri Wasseus emendavit: *pro cetero flagitio*. Quamquam id negandum non est, inusitata quadam ratione hanc totam enuntationem ab Apuleio esse concinnatam. Cogitatione addenda enim est particula *magis*, quae saepius omittitur, ita tamen ut vocabulum addatur, quod comparationem indicat cf. Florid. p. 69. *adeo ut omnia utensilia emere velis, quam rogare*, quo loco plura de hac ellipsi proferam. In eo igitur noster locus recedit ab usitata dicendi ratione, quod non sequitur enuntiatio comparativa, cui particula *quam* praefixa est. At huius enuntiati vices tenent verba *prae cetero flagitio*, ut si Apuleius ex usitata dicendi ratione totum locum efferre voluisset, ita fere fieri deberet: Nunc novis periculis magis me angit, quam cetera flagitia me angebant, ut Lucian. dicit: *Ἀλλ' ἕτερον ἢ καθαρὸς παῖς ἐξεῦρεν ἐπ' ἐμὲ μαχρῷ κάκιον.*]

scitula mulier. [Magnopere errant, qui hic *vetula* comprobent, quod glossema esse duco librariorum, qui *nubilis virgo* et *scitula mulier* bene sibi respondere non intellexerunt. Ii enim quum sententiam loci esse perciperent, asinum tanto libidinum calore inflammatum fuisse, ut quemcunque viatorem appeteret cuiusque condicionis et sexus, hanc eius nequitiam apertius indicari putarunt, si poneretur *vetula mulier*, qua voce exprimeretur, asinum ne anibus quidem pepercisse voluptate veneréa stimulatum. Hi vero errant. Nam discrimen fecisse asinum inter viatores praetereuntes, iam ex verbis *tener puellus* apertum fit, ut si Apuleius quamcunque aetatem significare voluisset, plane aliter idem sine dubio sententiam protulisset. De voce *tener* pro eo qui tenerioris est aetatis. cf. Ruhnk. Dict. ad Suet. Aug. c. 64. p. 179. ad Ovid. Heroid. p. 10. et 26. Bach. Ind. ad Ovid. Met. s. v. et Pric. ad h. l.] Opponuntur sibi *mulier* et *virgo*, illa *scitula*, quae virum quamquam experta toto pulchritudinis et festivitatis flore non omnino privata erat, haec *nubilis*, quae virum nondum experta et deflorata viro tamen iam tradenda erat. Saepius enim ita sibi respondent *mulier* ut Gr. *γυνὴ* nupta femina et *virgo* innupta, id quod Oud. bene iam exemplis illustravit Quint. VI. 3. §. 75. *Cicero obiurgantibus, quod sexagenarius virginem duxisset: Cras mulier erit.* Barth. ad Claud. p. 780. Vopisc. in Proc. 12. *Ex his virginibus una nocte decem inivi, omnes tamen, quod in me erat, mulieres intra XV. dies reddidi.* Unde et saepe *mulier* pro *uxore* ponitur. [Plura dabit Herald. ad Arnob. V. 22., qui optime affert Theocrit. illud Idyll. XXVII. 64. *παρθένος ἐνθα βίβαντα, γυνὰ εἰς οἶκον ἀφερπῶ·* Aptissime ea de re conferri potest Tert. de vel. virg. c. 4., qui de hoc discrimine fusius exponit, eos vituperans, qui differentiam inter virginem et mulierem non

illico disturbato gestamine, nonnunquam etiam ipsis stramentis abiectis furens incurrit, et | homines amator talis appetit, et humi prostratis illis inhians, 487

non unquam G. 1. *etiam* abest a p. *ipsis etiam* mutato ordine *δ*. *instrumentis* O. Vulcan. coniecit *sagmentis*. *hominis* G. 1. *amator quidem* p. *amator talis quidem δ*. *humi etiam illis inniens δ*. (quod ex glossemate exortum puto, quum librarius *inhians* per *iniens* explicasset). *illis etiam hians* p. *imbrans* pro *inhians* D. *humani prostratis* (i. e. *humum*) G. 1. *prostratis* exulat a *f*.

statuant et c. 5. p. 175. B. Rigalt.: *Sed quoniam ita mulieris nomen usurpant, ut non putent competere illud, nisi ei soli, quae virum passa sit, probari a nobis oportet, proprietatem huius vocabuli ad sexum ipsum, non ad gradum sexus pertinere, quo communiter etiam virgines censeantur.* Arnob. V. c. 24. Buenem. ad Lact. de Mort. Pers. c. 27. §. 6. p. 1440. *Scitula* vero *mulier* est pulchra, formosa, elegans, quae simul visa erat, libidinem asini allexit, quem, quamquam hoc loco res ficta erat, tamen scimus pulchrae puellae fuisse appetentem cf. Met. VI. p. 436. *Sed et scalpendi dorsi mei simulatione, nonnunquam obliquatus a cervice pedes decoros basiabam* et V. p. 289. *puellam mehercules et asino tali concupiscendam.* Oud. cf. Met. I. p. 34. *Meroën anum sed admodum scitulam* (qui tamen locus plane aliter intelligendus est.) Met. II. p. 101. *forma scitula.* III. p. 200. *scitulae formulae iuvenem.* Ita *scitus* saepius legitur apud Plautum cf. Mostell. I. 3. 104. Merc. IV. 4. 15. Asin. IV. 1. 57. Bacch. II. 2. 32. cf. Rud. II. 7. 7. IV. 1. 3. Gron. ad Bacch. l. c. Taubm. ad Rud. IV. 1. 3. Intt. ad Arnob. V. 6. T. II. p. 275. Orell.]

stramentis. Elegantissima est Vulcanii coniectura *sagmentis* i. e. *sagmis*, quae tamen necessaria non est, quia idem *stramentum* significat cf. ea, quae ad Met. VIII. p. 588. proferam. *Stramenta* sunt *strata* i. e. ephippia aut clitellae aut sagma, quibus equi et iumenta sternuntur, cf. Liv. VII. 14. Oud. ad Caes. B. G. c. 45. Deinde hoc monendum est, *sagmentum* vix pro *sagmate* dici posse, quae quidem forma analogiae adversetur. Ita *stramentis* cum Oud. retinendum est.

sese illico ... furens incurrit. Oud. haec adnotat: Scio, saepe *incurrere* dici cum accusativo de eo, qui violenter aliquem aggreditur, ut passim dicitur *incurrere hostem* cf. Wass. Ind. Sall. et Intt. ad Sall. Iug. c. 101. et ita poni pro avide et caeco impetu coitum alicuius adpetere. Sed in omnibus illis locis invenitur *incurrere alium*, vel *aliam* vi praepositionis verbo adhaerentis, non vero *incurrere sese*, neque *furens sese* possunt coniungi, nec anacolutho hic locus est. Certo certius loco est corruptus. Cum Gulielm. Stewech. ad Met. X. p. 630. *et contra omnium opinionem* coniecit *ecce* pro *sese*, ibi collat. Met. VII. p. 492. *Et ecce de proximo specu adtollens caput, funesta proserpit ursa.* Oud. vero, cuius eadem est sententia, putat *sit* vel *siet* antique esse collocandum, quod supra *sit* in nonnullis libris desideretur, etsi non alienus est a sententia eorum, qui ex glossa *incurrit* irrepsisse pro *inruit* pronuntiant. Hoc enim esse cum furore feminam inire coll. Donat. ad Ter. Eun. IV. 7. 18. et *ruere* atque *inruere* in re venerea saepius usurpari, ut in Plaut. Cas. V. 2. 25. *magis iam lubet in Carinam inruere* Senec. Hippol. 705. *Etiam in amplexus ruit.* Lamprid. Commod. c. 5. *Nec inruentium in se iuvenum carebat infamia.* Ac praecipue de animalibus, ut hic, usurpari Oud. demonstrat ex Liv. III. 47. et Virg. G. III. 244., ubi cf. Intt. et Horat. Od. II. 5. 3. Manil. III. 655. Ut autem *ruere se* et *proruere se* cum aliis dixerit aliquoties Apuleius, ita quoque *inruere sese* apud Terent. Adelph. IV. 2. 11. legi: *Vide, ne ille prorsus se irruat.* [Equidem quamquam nullum locum reperire poteram; quo activam huius vocabuli significationem stabilirem, contra Mss. tamen mutare quidquam nolui. Locum esse corruptum minime

illicitas atque incognitas tentat libidines, et ferinas voluptates aversa Venere
488 invitat ad nuptias. | Nam imaginem etiam savii mentiendo, ore improbo com-

feminas voluntates π. *feminas volutatas* O. *ferinas voluptates* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. B. edd. vett. et recentt., nec dubium est, quin in cett. quoque codd. ita legatur. *aversa Venere* F. 1. 3. P. teste Wower. φ. R. f. p. Barth. cod. Beroald. Wow. Elm. Scriv. *adversa Venere* G. 1. 2. D. δ. π. P. (teste Oud. et in excerptis ad marg. ed. Colv. idem ex hoc cod. adnotatur.) Pric., nisi quod *Veneri* solito errore habet G. 1. *adversa Venerem* β. M. *aversam Venerem* B. et edd. vett. *adversam Venerem* O. *etiam* non comparet in G. 1. 2. D. O. P. f. d. *at* habet Bas. 1. *sabii* F. 3. pro more suo G. 1. 2. D. *suavii* Scriv. Florid.

iudico, sed eadem ratione, qua Terentio licuit *ruere se* pro *ruere*, quod solum in usu est, dicere, ita quoque *se incurrere* defendi potest ex analogia huius vocabuli. Nam quae proferuntur a VV. DD. coniecturae mihi satisfacere non possunt, nisi quod *ecce* magis placet, quam Oud. *siet*, ne ab codd. quidem vestigiis probabile. Levi mutatione legere quis possit *de se illico disturbato*. *Incurrere* vero de libidine caeca potissimum animalium dici probant praeter Oud. cit. Burm. ad Ovid. Met. II. 205. Intt. ad Iuven. VI. 331. Ouz. ad Minuc. Fel. p. 198. ed. Lugd. Bat. Ita *imminere* ii dicuntur, qui muliebrem amplexum vehementer appetunt. cf. Orell. ad Arnob. III. 25. T. II. p. 150.]

tentat. *Tentare* saepius ut nostro loco de libidine dicitur ac stupro, cui imminemus quamquam nondum perfectum est, cf. Intt. ad Ovid. Art. Am. I. 389. *aut non tentaris aut perfice*. Ita *experiri* cf. Lact. Placid. Narr. II. 5. p. 797. Stav. De Graeco πειρᾶν et πειρᾶσθαι. cf. Munk. ad Hygin. fab. CXC. p. 315. Stav. et Intt. ad Arist. Equit. 531. Piers. Moer. p. 310. Mitscherl. ad Horat. Od. III. 4. 71. et 7. 12.]

et ferinas voluptates aversa Venere invitat ad nuptias. Ita locum difficillimum ex codd. auctoritate reposui, qui diu maculatus erat interpretum allucinationibus. Oud. cum Pricaeo in notis probat lectionem *feminas volutatas adversa Venere* his verbis: *Volutatas* abierat e frequenti scriptura in *voluptatas*, ut vidimus ad Lib. IV. p. 246. *pulveris volutatibus*, et patebit latius Met. IX. p. 601. Hinc quasi emendarunt *voluptates* et *feminas* in *ferinas*, ut Caes. B. Civ. I. 84. *feminae* pro *ferae* corruptum est. Huic tamen emendationi adversantur verba praecedentia: *humi prostratis*. Tum *feminas volutatas* non complecteretur pueros teneros, de quibus in praecedentibus sermo est. Melius lectionem *ferinas voluptates* Oud. ipse ita explicat: *invitare voluptates ad nuptias* esse potest irritare et accendere voluptuosum impetum, et ferinum ardorem ad humanas nuptias, ut passim *invitare* cum rei substantivis construitur. cf. Burm. ad Vell. II. 67. *Invitamentumque sceleris*. Cic. de Fin. V. 6. *Ut ipsum per se invitaret et alliceret appetitum animi*. cf. ad Met. VIII. p. 507. *parentum invitaret iudicium*. Sic *culpam, amores invitare* apud Ovidium Heroid. XVII. 183., et *somnos invitare* cf. Markl. ad Stat. Silv. I. 3. 41. [Ruhnk. ad Ovid. Heroid. p. 99.] *Aversa Venere* deinde cum optimis libris scripsi, licet Oud. *adversa* praeferat, *aversos* deos explicans eos, qui antea amici iuverunt, sed mutata sententia se averterunt, nec amplius favent, etiam cum destitutione hominum locorumque, *adversos* vero esse simpliciter *inimicos, iniquos, noxios* coll. Burm. ad Ovid. Heroid. VII. 4. [Frequentissima est utriusque vocabuli in Mss. confusio, de qua varia protulerunt viri docti. cf. Intt. ad Cic. Tusc. IV. 21. §. 47. T. II. p. 375. et ibid. c. 6. §. 13. p. 285. Moser. Apul. de Deo Socrat. p. 146. *illos adversari et affligere*. Arntz. ad Plin. Panegyr. 46. §. 4. p. 212. Cort. ad Luc. IV. 38. VI. 314. Intt. ad Prop. I. 1. 8. Mitscherl. ad Horat. Od. III. 23. 19. Huschk. ad Tib. III. 3. 28. Optime novissimis temporibus Loers. ad Ovid. Trist. I. 3. 45. ita exposuit: „Utrumque sententiae convenit. *Adversus* gravius est, et fere valet *infensus* et magis est

pulsat ac morsitat. Quae res nobis non mediocres lites atque iurgia, immo forsitan et crimina pariet. Nunc etiam visa quadam honesta iuvene, ligno quod devehebat abiecto dispersoque, in eam furiosos direxit impetus, et festivus hic amasio humo sordida prostratam mulierem ibidem incoram omnium gestiebat inscendere. Quod nisi ploratu questuque femineo conclamatum viatorum praesidium accurrisset, ac de mediis ungulis ipsius esset erepta liberataque,

pulsat G. 1. a m. p. *con* a m. s. additum est. *morsitat* equidem restitui cf. Met. II. p. 113. *me* pro *ore* p. *ero* pro *ore* D. *mediocris* edd. vett. Elm. Vulc. 2., cuius lectionem Lindenbrog. non mutavit. At in cod. F. 3. aperte *mediocres* legi, descriptor adnotavit huius Ms. *et* ante *crimina* desideratur in P. *purient* δ. *honestate iuvene* D. *quo devehebat* G. 1. *quo te vehebat* O. *in eos fur. f. impetus* G. 1. *dixerit* pro *direxit* Vicent. Venet. 2. 4. *festinus* G. 1. 2. D. P. Elm. In cett. *feuticus. annanus* δ. f. *in corona omnium* Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. Bas 2. *in eorum omnium* B. unde Modius coniecit *in ore omnium*. F. non bene dare *in corona omnium* vir doctus adscrit in marg. ed. Colv., qui eius excerpta descripsit. *ibidem in coram omnium* absunt a G. 1. 2. D. P. O. π. In cett. codd. et edd. legitur *incorum omnium* (et vir doctus in marg. ed. meae Vicent. emendavit) praeter δ. et p., qui *etiam coram omnium* praebent. *gestuque* F. 1. et B., quod etiam omnes ante Wower. edd. praebent. In cett. *questuque. conclamatu* G. 2. D. P. *accessisset* pro *accurrisset* f. *atque de mediis* P. *iungulis* G. 2. (neque *ingulis*, ut Oud. excerpta habebant, quod etiam in D. legitur.) *ungulas* G. 1. a m. p. (a m. s. *ungulis.*) *ereppta* G. 1. *erecta* D.

hostiliter agentis Ovid. Pont. III. 3. 18. Amor. III. 12. 17. Itaque audiendi sunt codices." Hanc legem ubique observavi, hincque contra Oud. *aversa* ex optimis et longe plurimis codd. praetuli. Erat quum equidem ex aliquot codd. legerem: *et ferinas voluptates ad aversam Venerem invitat ac nuptias. Aversa* enim *Venus*, quae opposita est *femineae* cf. Ovid. Met. X. 80. est ea, qua quis utitur in pueris vitiandis, unde Capitol. in vit. Alb. c. 11. dicit: *Mulierarius inter primos amatores aversae veneris semper ignarus*, ut non solum *feminae* sed etiam *pueri* intelligerentur. Ita forsitan non sine caussa posuit Apuleius *aversa Venere*. Bene monet Oud., *Venus* hic non de coitu esse sumendum, quae significatio non ita rara est; cf. ad Met. V. p. 339. *Venerem meam recolentem*. De nostro loco agit Barth. Advers. XXXII. 15. p. 1491.]

nuptias. [Pric. ad hunc locum citat Auct. ad Herenn. IV. 34. *cuius mater quotidianis nuptiis delectatur*. cf. Taubm. ad Plaut. Pseudol. I. 3. 80. et Fragm. ex Fest. s. v. *verba nupta* p. 108. Met. X. p. 749. *meis praeclaris nuptiis destinatum*. Ita γαμεῖν cf. Hom. Odys. I. 36. et Lucian. h. l. γαμεῖν item dixit.]

honesta iuvene. [De voce *iuvenis* pro *puella* cf. Munk. ad Hyg. fab. CLXXXII. p. 301. Stav. *in iuvenes mutatae sunt*. Ruhnk. Dict. ad Suet. Aug. 31. p. 147. Foertsch. ad Voss. Arist. T. I. p. 326.]

prostratam. [*Prosternere* vox propria est earum mulierum quae comprimuntur et ad venereum turpitudinem referitur cf. Oud. ad Suet. Aug. 68. Ruhnk. ad eiusd. Caes. c. 2. p. 7. Intt. ad Arnob. II. 42. T. II. p. 69. Orell.]

incoram omnium. Ineptae sunt virorum doctorum coniecturae, quum dictio bene se habeat. cf. Met. IX. p. 611. *incoram omnium aureum depromeret cantharum*. Idem iam probavit Stewech. ad Met. VII. p. 456. [Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 157. Ruddim. Inst. T. II. p. 334. Hand. Tursell. II. p. 131. III. p. 358. Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 999.]

questu. [Gruter. in Susp. ined. c. 7. apud Bossch. T. III. p. 426. emendavit *lessuque* pro *gestuque* ex Cic. Legg. II. 23. §. 59. cf. Doed. Syn. III. p. 151 sq. Verum postea affirmat, Apuleium per gestum femineum subindicare voluisse ipsum lessum. Quod ego probare non possum. *Questus*, quod optimi codd. praebent, praestat.]

Digitized by Google

misera illa compavita atque dirupta ipsa quidem cruciabilem cladem sustinuisset, nobis vero poenale reliquisset exitium.

CAPUT XXII.

489 Talibus mendaciis admi|scendo sermones alios, qui meum verecundum silentium vehementius premerent, animos pastorum in meam perniciem atrociter suscitavit. Denique unus ex illis: Quin igitur publicum istum maritum, inquit, immo communem omnium adulterum illis suis monstruosis nuptiis condignam victimamus hostiam, et: Heus tu puer, ait, obtruncato protinus eo, intestina quidem canibus nostris iacta, ceteram vero carnem omnem operariorum coenae reserva.

comparida δ. f. Inserr. Iunt. 1. Ald. Beroald. Bas. *compacitaque* G. 2. D. *adque dirupta* D. *admiscendo etiam* G. 1. O. *meum verecundum* G. 1. 2. P. D. O. Venet. 4. Bas. 1. *vehementius* non comparet in P. *vehementia* G. 1. *suscitant* G. 2. *susticant* D. *premeret f. inquit quin igitur* G. 1. 2. O. D. P. f. *δ.* (altero loco omissum est), quod offensionis nihil habet, quum saepius verbum praeponatur cf. ad Met. VI. p. 404. Sine dubio vero hic quoque de Oud. sententia verbum delendum est, cum sequatur *ait.* [Saepius enim, ubi dicendi verbum aberat, librarii id intruserunt contra scriptoris ingenium, hincque factum est, ut initio orationis ponerent cf. ad Met. II. p. 158. *Ergo igitur senex ille*, ubi aliquot codd. *inquit* itidem inserunt. Sed contra optimos codd. emendare quidquam nolui.] *istum publicum* G. 2. P. D. *illis suis* D. *vel suis* φ. *monstrosis* R. P. O. δ. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 1. 2. Ald. idemque in F. 1, legi, adnotat Oud. In eo vero *monstruosis* legitur, ut Vulc. 2. habet; nec Lindenbrog. quidquam mutavit. *monstruosis* G. 1. D. ex solita aberratione. In cett. omnibus *monstruosis* cf. Met. V. p. 350. *victimam* P. *et Hemus tu puer* ed. pr. Vicent. Venet. 2., quasi sit pueri nomen. Sed perperam. *Hemus* enim latro ille erat. cf. p. 455. *obstruncato* G. 2. P. D. f. *eo protinus* G. 1. 2. P. D. f. *canibus iacta* Pricaeo offensioni erat. *ceterum* G. 1. *carnam* D. *omnem* non comparet in G. 1. 2. P. O. D. f.

reliquisset exitium. [Lucian. c. 32. p. 601. *Ἀλλ' ἕτερον ὁ ἀκάθαρτος παῖς ἐξεῦρεν ἐπ' ἐμὲ μαχρῷ κάκιον. κομίσας γάρ με εἰς τὸ ὄρος καί μοι φορτίον ἄδρὸν ἐπιθεὶς ἐκ τῶν ξύλων, τοῦτο μὲν πιπράσκει γεωργῷ πλησίον οἰκοῦντι, ἐμὲ δὲ γυμνὸν καὶ ἄξυλον κομίσας οἰκάδε, καταψεύδεταί μου πρὸς τὸν αὐτὸν δεσπότην ἔργον ἀνόσιον. τοῦτον, δεσπότα, τὸν ὄνον οὐκ οἶδ' ὅτι βόσκομεν, δεινῶς ἄγριον ὄντα καὶ βραδύν· ἀλλὰ μὴν νῦν ἐπιτηδεύει καὶ ἄλλο ἔργον, ἐπὰν γυναῖκα ἢ παρθένον καλὴν καὶ ὡραίαν ἴδῃ, ἢ παῖδα, ἀπολακτίσας ἕπεται δρόμῳ ἐπ' αὐτούς, ὡς εἴτις ἐρᾷ ἄνθρωπος ἀῤῥήν, ἐπὶ ἐρωμένῃ γυναικὶ κινούμενος, καὶ διάκνει ἐν φιλήματος σχήματι καὶ πλησιάζειν βιάζεται, ἐκ δὲ τούτου σοὶ δίκας καὶ πράγματα παρέξει, πάντων ὑβριζομένων, πάντων ἀνατρεπομένων. καὶ γὰρ νῦν ξύλα κομίζων, γυναῖκά εἰς ἀγρὸν ἀπιοῦσαν ἰδὼν, τὰ μὲν ξύλα πάντα χαμαὶ ἐσκόρπισεν ἀποσεισάμενος, τὴν δὲ γυναῖκα ἐς τὴν ὁδὸν ἀποτρέψας γαμεῖν ἐβούλετο, ἕως ἄλλος ἄλλοθεν ἐκδραμόντες, ἠμύναμεν τῇ γυναικὶ, ἐς τὸ μὴ διασπασθῆναι ὑπὸ τοῦ καλοῦ τούτου ἐραστοῦ.]

Cap. XXII. *canibus iacta.* Pricaeus ait, insolentius hoc esse pro *iace*, et ne ita solus videretur locutus Apuleius, corrigit Glossas p. 372. timide tamen, *ἀχοντίζω iactum iacio*, in *iacto*, *iacio*. Sed non opus est eo recurrere. Nam et sic Phaedrus in eadem re dicit III. 7. 22. *frusta iactat familia*, ubi cf. Intt. Petron. c. 44. *cani iactans candidum panem.* [cf. Ded. Gloss. ad Dict. Cret. III. 14. p. 325.]

ceteram vero carnem omnem. Delent nonnulli codd. vocabulum *omnem* inconsiderate et contra stilum Apuleii, qui solet eiusdem fere significationis voces geminare, et praesertim hasce cf. Met. II. p. 95. *ceteros omnes decedere praecipit.* VIII. p. 507. *Et quamquam ceteris omnibus id genus viris antistaret.* X. p. 704. *possumus omnia quidem cetera fratris manere* de Deo Socr. p. 169. *in omnibus ceteris membris.* cf. ad Met. III. p. 204. *ad omnes orientales ceterosque adspectus.* Immo sic Graecis *ἄλλοι πάντες* iunguntur, ut Herodian. V. 8. et Latini *alios omnes* frequenter iungunt cf. Cic. Epist. ad Divers.

Nam corium affirmatum cineris inspersu dominis referemus, eiusque mortem de lupo facile mentiemur. Sublata contatione accusator ille meus noxius, ipse etiam pasto|ralis exsecutor sententiae laetus, et meis insultans malis calcisque 490
illis admonitus, quam inefficacem fuisse me hercules doleo, protinus gladium cotis adtritu parabat.

CAPUT XXIII.

Sed quidam de coetu illo rusticorum: Nefas, ait, tam bellum asinum sic enecare, et propter luxuriam | lasciviamque amatoriam criminatum opera servitioque [198]

adfirmatum F. 3. *affirmatum* G. 1. 2. F. 1. (teste Lindenbrogio) D. B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. *affirmatu* f. *offirmatum* F. 1. in excerptis ad marg. ed. Colv. Iunt. 1. 2. Ald. *offirmatum* coniecit Stewech., quem secuti sunt Wow. Elm. Pric. In cett. etiam codd. *affirmatum* videtur esse. Quid vir doctus in marg. ed. meae Vicent. *offirruminam* scribens sibi velit, non capio. *inspersum* F. 1. P. p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Paris. *in sperum* Venet. 4. Bas. 1. In cett. *inspersu*. Errore vero Oud. sine ullo dubio in his legi *inspersu cineris* pro *cineris inspersu* scriptum est. Nam ubique hunc ordinem observatum esse vidi. *reservemus* B. f. δ. errore exorto ex superiore *reserva*. *eisque mortem* P. φ. *eique* G. 1. 2. O. D. P. (in excerptis ad marg. ed. Colv., quod verisimilius est.) *ille* non comparet in δ. *ipse enim* P. *pastor talis* δ. *amonitus* G. 1. *admonitus* desideratur in P. *quem* O. et Incert. *inefficatione* D. *inefficacem me fuisse hercules* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. sed tum erat *qua* scribendum. *cothis* G. 1. *atritu* G. 1. *actritu* D. *praeparabat* pro *parabat* δ.

illorum rusticorum φ. p. *nephas* D. *nefas ait. Tam bellum* G. 1. *et per lux.* G. 1. *luxuriem* F. 1. G. 1. f. Elm. Scriv. Florid. In cett. omnibus *luxuriam*. cf. Met. VI. p. 401. *criminatus* F. 3. In cett. *criminatum*. *opere* δ.

I. 1. §. 1. *ceteris satisfacio omnibus.* Tibull. I. 2. 57. *cetera cernet Omnia.* Gell. II. 24. *ceteris aliis diebus omnibus.* [cf. Intt. ad Arnob. III. 6. T. II. p. 124. Orell.]

operariorum coenae reserva. De carnis asininae cibo consule Reines. Var. Lect. II. p. 293. [Barth. Advers. VIII. 14. p. 393. qui hominibus inferioris condicionis hunc cibum propositum esse demonstrat.]

affirmatum. Stewech. emendat: *obfirmatum*, Roald. *offernatum.* Sed nihil mutandum erat, nam *affirmare* hic est confirmare, firmum facere se contra putredinem. Corium enim minuto cinere inspersum in sole siccari et affirmari solitum, patet ex Met. IV. p. 272. *tergus omne rasura studiosa tenuamus, et minuto cinere perspersum soli siccandum tradimus.* De *offirmare* cf. ad Met. X. p. 697.

gladium cotis adtritu parabat. Coniecit Pricaeus legendum: *exasperabat*, ut Met. V. p. 356. *novaculam adpulsu palmulae lenientis exasperatam.* Sil. IV. 19. *saxoque exasperat ensem.* Lucan. VII. p. 139. *cautibus asper Exarsit mucro.* Verum passim in hac re dicitur *parare arma*, ut eidem VIII. 520. *Hoc ferrum, quod fata iubent proferre, paravi. Non tibi sed victo. Parare* hic est *praeparare*, quod e glossemate cod. δ. habet et in seqq. p. 491. legitur: *ferramentis huic curae praeparatis.*

parabat. [Lucian. c. 33. p. 602. *ὁ δὲ ταῦτα πυθόμενος, Ἀλλ' εἰ μήτε βαδίζειν, ἔφη, ἐθέλει μήτε φορτηγεῖν καὶ ἔρωτας ἀνθρωπίνους ἐᾷ, ἐπὶ γυναῖκας καὶ παῖδας οἰστρούμενος, ἀπασφάξατε αὐτόν. καὶ τὰ μὲν ἔγκατα τοῖς κυσὶ δότε, τὰ δὲ κρέα τοῖς ἐργάταις φυλάξετε· καὶ ἢν ἔρηται, πῶς οὗτος ἀπέθανε, λύκου τοῦτο κατεψεύσασθε. ὁ μὲν οὖν ἀκάθαρτος παῖς, ὀνηλάτης ὑμῖν, ἔκαρε καί με αὐτίκα ἤθελεν ἀποσφάττειν.*]

Cap. XXIII. *criminatum.* [Lectio cod. F. 3. *criminatus* quid sibi velit non perspicio, nec ulla ratione potest defendi. Observanda est constructio *propter luxuriam lasciviamque criminatum*, ut Liv. VIII. 38. *capite anquisitum ob rem male bello gestam*, quamquam hoc paullo alia ratione dictum esse appareat. Meminit nostri loci Voss. in Arist. T. I. p. 752. Eckst., quem locum male ex libro VIII.

Digitized by Google

tam necessario carere, cum alioquin exsectis genitalibus possit neque in Venerem ullo modo surgere, nosque omni metu periculi liberare; insuper etiam longe crassior atque corpulentior effici. Multos ego scio non modo asinos inertes, verum etiam ferocissimos equos nimio libidinis laborantes, atque ob id truces
491 vesanosque, adhibita tali detestatione mansuetos ac mansues exinde factos, [et

exsectis F. 3. aperte scribit, neque *erectis* ut edd. vett. *exertis* G. 2. D. *exeptis* O. [cf. Buenem. ad Lact. Inst. I. 17. §. 7. p. 108.] Ita haec vocabula linea transducta scripta sunt in F. 3., qua librarius indicare voluit, haec verba eliciendа esse, ut revera exulant a G. 1. 2. O. P. D. R. f. Elm. et Scriv. ea uncis circumcluserunt. *nullo modo* p. et edd. ante Beroaldum, ut duae negationes hic quoque vehementius negent. cf. ad Met. V. p. 333. *nec nullo pacto temerat.* At retinui equidem haec verba, quae qua ratione nescio a librariis corrupta vel minus necessaria habita deinde ab iis electa sunt. Si in F. 3. plane omissa essent, earum electionem admisissem, sed quum a manu librarii postea obducta sint, quamquam in exemplari, e quo descripsit codicem, invenirentur, genuinas voces esse putaverim. Nam nisi in veteri exemplari extitissent, quomodo ea adiicere potuisset ex suo ingenio librarius? *fugere* pro *surgere* R. f. Est vir doctus (fortasse Tollius) qui coniecit *surire*, ut Apol. p. 480. *mares suriant* cf. Salm. Plin. Exercit. p. 661. At nihil mutandum est. *eosque* F. 1. G. 1. 2. D. *d.* P. *omni cetu pericli* G. 1. 2. D. O. f. P. *opulentior* pro *corpulentior* G. 2. P. f. D. *fieri* O. *fieri effici* G. 1. *π.* *multus* Voic. 2. nec in Lindenbrog. collat. correctum est. *enim scio* P. f. *atticos* pro *asinos d.* *inhertes* G. 1. *inèrtos* O. *feracissimos* G. 2. D. *nimio libidinis laborantes* F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. P. f. R. et uncis circumscripsit Wower. In cett. *nimio libidinis calore.* *veranos* G. 2. D. *mansuos* G. 2. a m. p. Sed deinde correctum in *mansues.* *mansue exinde factos* Scriver. *mites ac mansuetos* Pric. *atque mansues* p. *d.*

citatum Eckstein. meus reperire non potuit, quem ibi de passiva huius verbi significatione cf.]

nimio libidinis. [*Calore*, quod in nonnullos codd. et omnes fere edd. intrusum est, exulare iussi, quia mihi videtur glossema esse librarii, qui hunc adiectivi neutrius usum non bene perspexerat. Hoc vero figmentum facilius erat, quum libidinem passim igni et flammae comparari nemo nesciat. Ingeniosa est Oud. coniectura, qui *calore* ob vicinitatem vocis *laborantes* excidisse sibi persuasit. *Nimium libidinis* positum est pro libidinis nimietate. cf. Intt. ad Ovid. Amor. II. 17. 11. Sil. It. XIV. 670. *nimium iuris.*]

mansuetas ac mansues. Quia illepida et ingrata haec videbatur vocum eiusdem sententiae aut potius unius varia terminatione geminatio, viri docti hunc locum suspectum habuerunt, quamvis Mss. ad unum omnes utrumque vocabulum agnoscant. Ac Scriver. edidit simpliciter *mansue exinde factos* per tmesin pro *mansuefactos*, quae dicendi ratio apud Apuleium defendi neutiquam potest, quamquam res exemplo esse potest, quidvis sibi licere interpretibus in Apuleio emendando persuasum fuisse. Rectius saltem e Luciano ἥμερος καὶ πίων *pingues* ille supposuisset. At G. Vossius, Sopingius et Piccart. Peric. Crit. c. 9. censuerunt, *mansuetos ac* defendenda esse, utpote nata e glossemate *al. mansuetos.* Namque vox *mansues* non adeo nota fuit librariis, quae tamen ab Attio, Catone, Varrone aliis usurpata est. cf. Gron. ad Gell. V. 14. *mitis et mansues accessit.* et Fest. s. v. p. 103. et 171. Piccart. vero legebat *mansuetes* ex Plaut. Asin. I. 2. 19. *reddam ego te ex fera fame mansuetem.* Sed etiam noster *mansues, mansuis* non *mansuetis* declinavit, ut intelligi potest ex Met. XI. p. 770. *vidi et ursum mansuem.* [cf. Non. p. 483. s. v. *mansuete* Varro ὄνος λύρας: *Non vidi simulacrum leonis ad Idam e loco, ubi quondam subito eum quum vidissent quadrupedem, Galli tympanis adeo fecerunt mansuem, ut tractarent manibus.*] Recte tamen Oud. hunc locum defendit, similem locum comparans, ubi eiusdem stirpis et significationis adiectiva ab Apuleio cumulantur Met. IV. p. 257. *solus ac solitarius.* [Idem legitur in Forcell. lexico, qui praeterea lectionem viri docti profert *mites*, quae sine dubio ex loco Gellii V. 14. *mitis et mansues* deprompta est.]

oneri ferundo non inhabiles et *cetera ministeria* patientes. Denique nisi vobis suadeo nolentibus, possum spatio modico interjecto, quo mercatum proxumum obire statui, petitis e domo ferramentis huic curae praeparatis, ad vos actutum redire, trucemque amatorem istum atque insuavem dissitis femoribus emasculare et quovis vervece mitiorem efficere.

ferundo F. 1. 3. G. 2. D. Incert. Scriver. Elm. Florid., ut saepius iam vidimus. cf. Met. VII. p. 479. *ligno monte devehundo.* In cett. legitur *ferendo. habiles* G. 2. D. *caetero ministerio* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. O. f. p. d. R. In reliquis libris et edd. *ceteri ministerii. volentibus* G. 1. 2. D. O. d. Beroald. Bas. Colv. Vulc. 2. Mercer. Sed vitio operarum irrepsit in Beroaldi editionem, ut patet ex ipsius nota. Hinc ceterae receperunt, loci sententiam non considerantes, quae *nolentibus* apertissime flagitat. *possim* G. 1. 2. P. O. D. In cett. codd. et edd. *possum.* Male Iunt. 1 et 2. distinguunt: *nolentibus. Possum. intericto* Venet. 2. *interiecto* Bas. 1. *merratum* G. 2. D. *mercatu* P. *proxumum* F. 3. In cett. *proximum.* Ego hanc lectionem recepi. *obisse* F. 1. teste Elm. sed in Lindenbrog. collat. nihil emendatum est. Porro ita legunt d. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *obiisse* p. *ac tutum* G. 1. *acutum* G. 2. D. *dissitis* F. 1. 3. G. 2. *disitis* G. 1. *disciis* O. *discitis* Venet. 4. *dissetis* F. 1. et ed. pr. teste Elm. *dissectis* ed. inde ab Colv., ut Elm. Vulc. 2. *femoribus* G. 1. *berbice* G. 1. 2. P. D. p. f. inolita orthographia Glossis Philox. p. 20. *Berbex vide Verrex* et auctoribus novitiis. Haec confusio frequentissima est. *vervecem* π. *viliorem* pro *mitiorem* G. 1. O. π.

cetera ministeria patientes. [Ex optimorum codd. lectione *cetero ministerio patiens*, quae per librarios in deterioris notae libris in *ceteri ministerii* abiit, in textu posui, non timens, ne levitatis insimuler. Oud. ut hanc codd. scripturam defenderet, coniecit aliquando *parentes*, quod tamen ipse postea ideo reiicit, quod nemo ministerio pareat, sed magisterio atque imperio, et librarii sic etiam alibi erraverint, ut in Dict. Cret. de B. Tr. II. 10. *instructae omnimodo classes et mare navigii patiens.* Ita enim codd. omnes legunt. Nec *omnimodo* cum aliis in *omnino* ibi mutaverim, nec Dederich. coniectura *navigio patiens* ibi comprobatur. Legendum enim est *navigia patiens*, quae coniectura proxime ad librorum vestigia accedit. Rarissima est participii *patiens* cum accusativo constructio cf. Virg. Aen. VII. 490. *cervus manum patiens*, quam constructionem quum librarii non intelligerent, perperam locos depravarunt.]

dissitis femoribus. Colvius ex Met. I. p. 47. *et membris eius destinatis, virilia dissecamus* et Lucian.: *Καὶ σοὶ τοῦτον σωφρονέστερον προβάτου πυρίξω τῇ τομῇ* emendavit *dissectis femoribus*, quam coniecturam temere in textum receperunt Vulcan. Elm. Florid. Scriver. Contra eam Oud. bene iam monuit, castrantes dissecare virilia et exsecare genitalia, neque vero dissecare femora, hincque patere, non admittendam quoque esse coniecturam N. Heins. ad Ovid. Fast. I. 408. *dissutis*, quod ludicre dictum foret pro *dissectis*, et multo minus Pricaei suspicionem *desectis* vel *destinatis*, quod certe nimium a vulgari scriptura abiret. Optime Beroaldus *dissitis* exposuit *disclusis, distinctis, divaricatis* sive disiunctis et a se invicem remotis, ac bene adnotat Pricaeus, eam vocem sibi satisfacere e Met. VI. p. 400. *distributis dissitisque generibus.*

emasculare. [Hac voce, quantum video, Apuleius praeter Servium solus usus est, et significat aliquem ad generationem invalidum reddere, exsectis genitalibus aliave ratione *erirare.* Ita Servius ad Aen. VI. 661. *Sacerdotis etiam herbis quibusdam emasculabantur, unde iam coire non poterant.* Alia significatione apud Apuleium Apol. p. 551. *Olim pueritia priusquam isto calvitio deformaretur, emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus. Emasculator* enim hic non is est, qui virilitatem alicui aufert, sed corruptor et paedicator. Ut enim *devirginare* est puellam virginitate privare et virginem vitiare, *devirginator* διαπαρθενευτής, ita *emasculator* est, qui masculum, marem vitiat et deflorat. Barth. Advers. XXXV. 3. p. 1591. dicit, *emasculare* etiam apud Prudentium legi, quem locum invenire non potuerim, cf. du Cang. s. v. Gloss. Vulc. p. 45. *emasculo* εὐνουχίζω.]

Digitized by Google

CAPUT XXIV.

492 Tali sententia mediis Orci manibus extractus, sed | extremae poenae reservatus moerebam et in novissima parte corporis totum me periturum deflebam.

Tali sententia. His verbis rursus incipit coll. Voss. *talis sententia* G. 1. *d.* littera *s* ex praegressa voce adhaerente. *ceci* pro *Orci* p., ut supra cf. p. 459. *ora* G. 1. *extracto* F. 3., quod ita videtur esse natum, ut prius pro more veterum librorum *extractos* scriptum esset, et dein propter sequentem *s* litteram *s* omitteretur et *extracto* fieret. Sed etiam *reservato* scriptum est in F. 3. *retractus* L. B. p. et edd. vett. praeter Paris. et Iunt. 2. Nec adeo male, quum soleat crebro auctor in compositis ea uti praepositione. Praefero tamen vulgatum, a plerisque Mss. confirmatum. *exĕtus* G. 1., quod scribi debebat *extĕtus*. *si* pro *sed* G. 2. D. P. L. (ex confusione compendii *s*), quod *sed* significat.) *extunc* pro *extremae* edd. vett. praeter Iunt. 2. *poenae* non est in G. 2. P. L. D. *extrema vitae despiciens* pro *extrema poenae extractus* F. 1. habet ex collatione Lindenbrogii. *reservato* F. 3. *morebam* vitio typothetarum Venet. 4. *iam novissima d. ne periturum* G. 1. 2. D. *periturae d. parituram debebam* Bas. 1. *pariturum* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4.

vervece mitiorem. [Proverbiale est, sic Met. VIII. p. 573. *verrecem non asinum vides.* cf. Taubm. ad Plaut. Pers. II. 2. 2. Erasm. Adagium: *verrecea statua.*]

efficere. [Lucian. c. 33. p. 602.: *Ἀλλ' ἔτυχε γάρ τις παρὼν τότε τῶν γειτόνων γεωργῶν. Οὗτος ἐρωτήσατό με ἐκ τοῦ θυνάτου, δεινὰ ἐπ' ἐμοὶ βουλευσάμενος· Μηδαμῶς, ἔφη, ἀποσφάξῃς ὄνον, καὶ ἀλεῖν καὶ ἀχθοφορεῖν δυνάμενον. καὶ οὐ μέγα ἔργον, ἐπειδὴ γάρεις ἀνθρώπους ἐρωτικὰ οἰστρηφόρητα, λαβὼν αὐτὸν ἔκτεμε. τῆς γὰρ ἐπιφροδίτου ταύτης ὁρμῆς ἀφαιρεθεὶς ἥμερός τε εὐθὺς καὶ πίων ἔσται, καὶ οἴσει φορτίον μέγα οὐδὲν ἀχθόμενος. εἰ δὲ αὐτὸς ἀπείρως ἔχεις ταύτης τῆς ἰατρείας, ἀφίξομαι δεῦρο μεταξὺ τριῶν ἢ τεττάρων ἡμερῶν καί σοι τοῦτον σωφρονέστερον προβατίον παρέξω τῇ τομῇ. οἱ μὲν οὖν ἔνδον ἅπαντες ἐπήνουν σύμβουλον, ὡς εὖ λέγοι.*]

Cap. XXIV. *extractus.* [Haereo hic in cod. Florent. 3. lectione *extracto* et *reservato*, cuius explicationem quandam proferre tentabam in adnotatione critica. Aliter rem expedire nequeo. *Reservato* necessario scribi tum debebat a librario, quum prius *extracte* corruptum esset. De anacoluthо hic ne cogitari quidem potest, quod ibi tantummodo locum habere potest, ubi longa periodo interiecta quod prius scripserat auctor plane oblitus est. Hinc puto, diutius non subsistendum esse in hac lectione, nec coniecturis locum esse vexandum. Acutiores meliora videant. Id tamen observavi, F. 3. his ipsis locis paullo corruptiorem comparere.]

extremae poenae. Male hanc lectionem interpretes perturbarunt, quum editiones primae mirum in modum in corruptela *extunc poenae* perseverent. Bene enim negat Oud., ut Graecorum ἐκτότε minus bene dicatur, ita *extunc* latine dici omnino posse. Satis ingeniose hinc Sopingius coniecerat *extumae* de quo cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 684. *Extremae* igitur retinendum, non tamen cum Colvio de morte in universum explicandum est, sed cum Oud. de poena ultima et pessima, qua significatione hoc vocabulum apud Apuleium saepissime legitur. cf. Met. III. p. 203. Met. I. p. 67. IV. p. 283. p. 306. V. p. 364. VII. p. 450. alibi. Nec enim de morte agitur, sed quae asino videtur morte peior, de castratione; cf. infra *moriturus equidem nihilominus sed moriturus integer*, unde consilium asinus capit, se ipsum interficiendi. Magnum vero scrupulum Oud. iniecit lectio *extrema vitae despiciens*, in F. 1. obvia, quem equidem evellere nequeo. *Extrema vitae* Oud. explicat vitam miserrimam, luctuosissimam, cum esset novissima parte, ut Apuleius ait, privatus. Hinc putat Oud. Apuleium dedisse, *rimatus*, et eius glossam esse *de* vel *dispiciens*. Ipsi vero sibi haec coniectura non satisfacit, quia in vulgata lectione idonea sententia et bona latinitas insit. Hic totus forsitan locus corruptus est, id quod F. 3. quoque testatur. Sed quid extricandum sit nescio.

novissimam partem vulgo exponunt

Digitized by Google

Inedia denique continua vel praecipiti ruina memet ipse quaerebam exstinguere, moriturus equidem nihilominus, sed moriturus integer. Dumque in ista necis meae decontor electione, matutino me rursum puer ille, peremtor meus, contra montis suetum ducit vestigium. Iamque me de cuiusdam vastissimae ilicis ramo pendulo destinato, paululum viam supergressus ipse securi lignum, quod deveheret, recidebat. Et ecce de proximo specu, vastum attollens caput | funesta 493
proserpit ursa. Quam simul conspexi, pavidus et repentina facie conterritus

exstinguere non comparet in *f.* *equidem* F. 1. 3. Elm. Scriv. Florid. In reliquis *quidem* pro frequentissima aberratione. *nichilhominus* G. 1. *nichilo'* G. 2. *nihilo'* D. *dum* omissa particula copulativa G. 1. *de cunctorum* G. 2. pro *decontor*. *peremptor magis* G. 1. *circa montis*. Mirum est toties illud vitium obsedisse vulgares Apulei editiones, cuius immunis hic est ante Colv. sola Iunt. 2. Ubiubi enim hae particulae leguntur, semper in alterutrum Edd. aberrant. *fastigium* ed. Venet. *me* abest a B. Colv. Vulc. 2. Bas. 2. *illicis* G. 1. Ald. *ylicis* D. *nimio* pro *ramo* P. *paulum* L. D. *via* Beroald. *deveherem* Ms. Incert. *deceherat* G. 1. 2. *deceberat* D. *proxima d. p.* *capud* G. 1. *prospexi d. a m. p.* In cett. *conspexi*. Ruhnk. ex solo cod. *d.*. Oud. probante *prospexi* in textum recepit. *et reperta facie* G. 2. *repta facie* D. (ex compendio commutatum *re pta.*) *conritus* pro *conterritus* in utroque G. legi, adnotat Oud. Ego vero in iis cum D. inveni *contritus*, quod facilius potest intelligi. Compendio enim scriptum fuerat *cont'ritus*.

ultimam, extremam respectu corporis asini et dependentem. Haec explicatio quum Oud. utpote frigida displiceret, ille cum Barth. Advers. LI. 1. p. 2372. Heins. ad Ovid. Fast. I. 408. Burm. ad Petron. c. 129. dat *nobilissima*. Barthius hanc lectionem ita defendit: Sane quo illa fungatur generatio, nimirum id officium est nobilissimum, unde et in eius amissione totum se periturum esse autumat. Usque quaque adeo autem *nobilis* haec pars, ut eius ope velut lumen de lumine, corpus generetur de corpore.... Et de Apulei loco ita omnino sentio, quem neque dubito a nimium pudico quopiam monacho mutatum, qui pati non potuerit talem, ut ipsi visum est, inscitiam. [At non satis idoneis caussis hanc coniecturam interpretes defenderunt. *Nobilissima* per se ferri potest, et si vera est emendatio, ita tantum probatur, ut querelarum asini rationem habeamus, qui mortem castrationi praefert, unde intelligendum est, hanc partem corporis sibi optimam ac nobilissimam videri. Huc accedit, quod saepius hae duae voces in Mss. confunduntur; cf. ad Met. VIII. p. 562. Haec omnia mē commovent, ut coniecturam probarim, quamquam in textum eam reponere non ausus sum. Lectionis *novissimae* unam tantummodo reperire poteram explicationem, quae tamen mihi non satisfacit. *Novissima* enim *pars* quum cauda asini bene dici possit, hic pro *mentula* posita est, quia *cauda* aliquoties hanc partem significat. cf. Horat. Sat. I. 7. 49. Epod. I. 45.] *Pars* saepius significare eam partem, qua viri sumus, Oud. his locis demonstrat. Ovid. Am. III. 7. *pars pessima nostri*. Prud. Cathem. H. II. 81. *mutabat inguen sanctum, quae corporis pars vilior*. [His adde Priap. 30. *falce minax et parte tui maiore*. 48. 1. *quod partem mediam mei videtis*. Intt. ad Petron. c. 129. p. 796. et c. 132. p. 815. Etiam de mulierum partibus dicitur; cf. Arnob. V. c. 25. *partem illam corporis per quam sexus foemineus sobolem solet prodere*. Lectio *nobilissima* fortasse defendi possit ex Lactant. Inst. V. 9. §. 17. *qui corpora sua libidinibus prostituant, qui denique immemores, quid nati sint, cum feminis patientia certent, qui sanctissimam quoque corporis sui partem metant.*]

vestigium. Brantius cum aliis emendat *fastigium* ex loco p. 479. *nec me montis excelsi tantum arduum fatigabat iugum*. At *suetum montis vestigium* non est pes montis, ut Wasseo videbatur (cf. Stat. Sil. V. 2. 28.), sed via, in qua inerant vestigia asini, quamque assidue consueverat ire. cf. Lucret. I. 407. *institerant vestigia certa viae*.

conspexi. [Errat Oud., qui ex uno cod. d'Orvill. *prospexit* emendat, quia

Digitized by Google

totum corporis pondus in postremos poplites recello, arduaque cervice sublimiter elevata, lorum quo tenebar rumpo, meque protinus pernici fugae * committo, perque prona non tantum pedibus verum etiam toto proiecto corpore propere

poplices G. 1. *recellero* O. *retollo* d. *rompo* Venet. 2. *fugae concitato* F. 3. G. 1. 2. D. *fuga concitato* L. et reposuit Colv., quem secuti sunt sequentes editores praeter Elm. Scriv. et Florid. In cett. est *fugae committo*. *in toto* p. *prope* p. cf. supra p. 484. *propeque constrictum*.

ex alto et eminus ursam asinus viderit, coll. VIII. p. 558. *de summo colle prospectat*, ubi cf. Cur hoc contra cett. Mss. hic intrudatur necessarium sit, non video, quum Apuleius hoc simpliciter exprimere velit: quae ursa simul a me visa est, et ex toto sententiarum nexu sequatur, id e longinquo fuisse.]

recello. Pessimae sunt codd. corruptiones *recellero* et *retollo*. Optime enim Festus p. 136. et 329.: *recellere est reclinare et excellere in altum extollere*. Egit de hoc vocabulo Gron. Observ. I. 7. et ad Liv. XXIV. 34. Sententiam huius loci Berealdus recte ita explicat: Visa ursa vasta et formidanda, omnibus viribus nervisque contendi effugere imminens periculum; ita poplites pedum posteriorum coepi retrahere, reclinare, reducere, ut ita rupto loro quo alligabar, saluti fuga consulerem. [Intt. ad Fest. p. 643. Lindem.]

fugae committo. Hanc quae peioris notae codd. est lectionem dedi, quia quod in cett. reperitur *fugae concitato* vel *fuga concitato* vix sententiam aut constructionem habet idoneam. Nam etsi *concitato* cum Oud. referas ad *me*, ut Ablativus sit absolutus, quem contra morem Latinorum Apuleius posuerit, quamvis idem sit enunciati subiectum, de quo usu nonnulla proferam ad Met. XI. p. 805. *Sic exornato ... errabam*, tamen semper desideratur verbum, quod particula *que* satis indicatur, nec cum *immitto* coniungi poterit, quum *devolutus* huic constructioni adversetur. Hac igitur ratione codicum scriptura defendi nequit. Putat igitur Oud., *concitato* librariorum culpa scriptum fuisse pro *concito*, prima persona verbi *concitare* hocque inrepsisse nasutuli culpa pro aliorum codd. et edd. scriptura *committo*, cui hoc ieiunum visum sit propter sequens *immitto*. In hac vero re offendendum non esse, quia saepius ita Apuleius composita eiusdem verbi iungere soleat coll. Met. VI. p. 440. *supernatasse* et *enatasse* ex coniectura; cf. Florid. p. 81. [Sed hac ratiocinatione scrupulus mihi non evellitur. Primum enim vix defenderim constructionem *se concitare fugae* pro *in fugam*, qui dativus ex ingenio linguae latinae intolerabilis videtur; cf. Liv. XX. 17. *maiore nisu concitant se in fugam*, vel simpliciter dicendum erat, ut Sil. V. 234. *Nisu se concitat acri*. Deinde haec dictio rarior fuisset, quam ut librarii eam immutassent in longe tritius *fugae se committere*, ut e contrario mihi quidem verisimilius esse videatur, positum esse ab Apuleio vocabulum, quod quum rarius esset, ita interpretum animos offendit, ut *committo* pro interpretamento adscriberent, quod postea textum, altero eiecto occupabat. Quia vero *concitato* defendi nequit, coniectura locum ita sano, ut scriptum fuisse censeam: *me pernici fugae concitato do*, quae postrema syllaba ob antecedentes eiusdem soni litteras omitti facile poterat. *Concitato* pro *concitate* dictum est *παροξυτικῶς*, *ἐκφαζῶς*; *im gestreckten Laufe* cf. infra p. 496. *concitatum*, nec molestam repetitionem vocabuli *pernici* esse putaverim, sed potius summam celeritatem exprimi. Adverbia in *o* saepius formasse Apuleium, ubi ceteri scriptores formam in *e* usurpant, supra iam demonstratum est. cf. Met. I. p. 69. V. p. 339. *Fugae se dare* dixit Cic. ad Att. VII. 23. §. 2. *De me autem ipso tibi assentior, ne me dem incertae et periculosae fugae.*]

Digitized

devolutus, immitto me campis subpatentibus, ex summo studio fugiens immanem ursam, ursaque peiorem illum puerum.

CAPUT XXV.

Tunc quidam viator solitarium vagumque me respiciens invadit, et properiter inscensum baculo quod gerebat obverberans, per | obliquam ignaramque 494

sub patentibus G. 2. *et summo studio* omnes edd. vett. *subpat. summo studio* praepositione omissa G. 1. 2. D. In cett. *ex summo studio. fugens* G. 1.

quidem B. et edd. vett. Vulc. 2. priores. *me* non comparet in D. *respicens* G. 1. a m. p. *properitur* ed. pr. Vicent. *luculo* pro *baculo* G. 2. *baculum* G. 1. *q. gerebat* i. e. *quod gerebat* P. Et ita quoque scriptum inveni in F. 3. G. 1. 2. D. In cett. *quem* cf. ad Met. VI. p. 442. *obumbrans* G. 1. O. D., quae lectio ex compendio *obũberans* exorta est, et edd. ante Beroaldum. In cett. *obverberans. per aliquam* pro *per obliquam* D. *gravamque* G. 2. P. D. *gnaramque* G. 1. O. (teste Elm.) *ignaramque* edd. vett. F. 1. *d.* p. f. et O. teste Florido, qui tamen errasse videtur, quum O. fere semper cum G. 1. congruat. *ignoramque* B. *gravemque* ego inveni in F. 3. Colv. Elm. et ita legi in L. testis est Colv.

ex summo studio. Wowerius non admittendo praepositionem *ex* vel copulam *et* secutus est auctoritatem nonnullorum codd. Ac certe crebro sic locutus est auctor. cf. Met. VIII. p. 507. *summo studio petitionis munus eius obierat.* IX. p. 624. *in maritum eximio studio commentus est.* XI. p. 811. *summo studio percontabar singulos.* Ita variant codd. Met. VIII. p. 517. *ex summo studio bestiam insequentes.* Alterum vero non minus frequenter invenitur, ut Met. IX. p. 622. *faciem videre cupiebam ex summo studio.* Gron. ad Gell. VII. 3. *ex summa ope nititur.* Intt. ad Flor. I. 9. *ex summo studio adnisus est.* Quum igitur utrumque ferri possit, auctoritati Mss. obtemperandum est, qui optimi *ex summo studio* praebent.]

puerum. [Lucian. c. 33. p. 602. *ἐγὼ δὲ ἤδη ἐδάκρυον, ὡς ἀπολέσων αὐτίκα τὸν ἐν τῷ ὄρῳ ἄνδρα, καὶ ζῆν οὐκ ἔτι ἐθέλειν ἔφην, εἰ γενοίμην εὐνοῦχος. ὥστε καὶ ὅλως ἀποστῆσαι τοῦ λοιποῦ ἐγκώκειν, ἢ ῥῖψαι ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ὄρους, ἔνθα ἐκπεσὼν θανάτῳ οἰκτίστῳ ὁλόκληρος ἔτι καὶ ἀκέραιος νεκρὸς τεθνήξομαι.* Quae Apuleius usque ad initium libri octavi enarrat, apud Lucianum non leguntur.]

Cap. XXV. *obverberans.* Istud *obverberans*, quod nonnulli codd. et edd. ex corruptela dant, impense placet Pricaeo, qui interdicto, *Unde vi* suo loco restituendum censebat. Idque, ut recte putat Oud., significaret: *vibrans baculum ita ut continuo umbram mihi faceret.* Sed hanc lectionem non nimis quam acutam, sed omnino ineptam dixerim. Tales vero ineptias miror, quomodo Pricaeus, alioquin elegans nostri scriptoris iudex, intrudere Apuleio potuerit. Roboratur nostra lectio, si tanti est hoc demonstrare, loco Met. IX. p. 647. *ferula nates eius obverberans.*

ignaramque me ducebat viam. Difficillimum est hoc de loco iudicium. *Ignaram* fere omnes interpretes hic legi volunt, *deviam, incognitam* exponentes, quam huius vocabuli significationem passivam Oud. multis exemplis comprobat, coll. Serv. ad Virg. Aen. X. 707. *ignarum Laurens habet ora Mimanta.* Intt. ad Sall. B. I. 21. *ignara lingua* ad Ovid. Met. I. 134. VII. 672. ad Plin. Paneg. 54. §. 2. prae. cet. Arntz. Lucan. VII. 866. *ignara iaceres.* [Munk. ad Hygin. CCLXXIII. p. 381. Heins. ad Virg. Ecl. VI. 40. Cort. ad Lucan. V. 500. Boettich. Lex. Tac. p. 223. s. v. *gnarus.* Ded. ad Dict. Cret. II. 23. not. crit. et Gloss. p. 301. Ita factum est, ut *ignotus* et *ignarus* in codd. saepius commutentur. cf. Burm. ad Virg. Ecl. I. c. et ad Quint. Decl. VI. 2. p. 128. Multa enim apud Latinos adiectiva activam et passivam significationem habent: ut *falsus*, fallens, decipiens, Plaut. Bacch. III. 6. 11.

Digitized by Google

me ducebat viam. Nec invitus ego cursui me commodabam, relinquens atrocissimam virilitatis lanienam. Ceterum plagis non magnopere commovebar,

me deducebat O. *ego* abest P. *cursu* R. non male cf. Met. I. p. 23. *me commendabam* f. R. teste Roaldo sed *me* in R. et f. abesse testis est Elm. *commendabam* extat etiam in B. *accommodabam* edd. ante Colv. omnes. *laniem. Nam* F. 3. G. 1. 2. D. f. O. a m. p. et Coll. Voss. *lanie. Nam.* p. *lamenam* ed. pr. Vicent. *lumena* Venet. 2. In cett. *lanienam. ceteris* δ. *magnoopere* G. 1. *commovebat* G. 1. 2. D.

Cic. Div. II. 11. 27. Serv. ad Virg. Georg. I. 463. Tac. Ann. I. 7. III. 3. *gnarus* Rupert. ad Tac. Ann. III. 6. VI. 46. *hostilis* Tac. Ann. XV. 5. Sall. Cat. 57. *tardus* Horat. Sat. I. 9. 32. *cautus* Rup. ad Tac. Ann. I. 68. *nescius* id. ad Ann. I. 59. §. 5. cf. Gell. IX. 12. Ingenue confitendum est, hanc scripturam mihi non satis placere. Ex codd. diversa lectione bene potest intelligi, quomodo haec lectio orta sit. Primum quum *ignaram* scriptum esset, codices propter vicinitatem vocis *obliquam* in praepositionem omiserant, ut *gnaram* inde fieret; quod dein in *gravam* errore librariorum, et quia sententiam non praebebat in *gravem* commutatum est, quamquam non nego, vice versa aliquem demonstrare posse, ita lectionem *ignaram* ortam esse. Sed ego quid *via gravis* sit intelligere nequeo. Res enim ita est: Quum puer in silvam asinum duxisset, lignum devecturus, ille, visa immani ursa, e silva fugerat, et ut Apuleius dicit, subpatentibus se immisit campis. Hunc ita vagum et solitarium deprehenderat viator quidam, qui per obliquam i. e. a recta via deflexam hincque asino plane ignotam viam eum ducebat. Via igitur erat subpatentium camporum, nequevero silvae, quum cogitari liceat, abactorem non ea via rediisse, unde advolantem asinum viderat. Et postea narratur, pastores huic viatori obviam factos *reduxisse* eum ad montis silvosa nemora. *Gravis* igitur illa via non erat, sed devia et ignota; qua de caussa addit Apuleius pastores deprehendisse asinum fortuito, quod vaculam requirentes a sua regione aberrarunt et in has ignotas vias deducti erant. Sed ut abactor ille difficiles et ruposas vias peragrasset, *gravem viam* pro difficili usurpari, vix puto demonstrari posse. Nec ita difficilis esse poterat haec via, quia Apuleius in seqq. *asinum dicit non invitum cursui se accommodasse.* In abruptis vero locis *currere* non poterat. Haec puto sufficere ad lectionis a me receptae defensionem.]

commodabam. Accommodabam est in Edd. ante Colv., sed id nostro potius significat admovere et sic adiuvare. Cum vero sensus auctoris sit, se haud invitum pedes suos aptasse ad celerrime currendum, quod ipsi utpote asino non erat solitum, ac se commodum facilemque cursui praebuisse, retinenda est lectio codd. *commodabam.* cf. Met. III. p. 204. *maxime his artibus accommodatum* ad VI. p. 390. *precibus tuis accommodare*, ubi itidem emendat *commodare.* De nihilo tamen non est lectio cod. Fux et Roald. Pricaeo arridens, *commendabam s.* committebam, ut praecedit, sive pro *mandabam me fugae.* [Hirt. B. Afr. c. 34. §. 2. *fugae se commendat.* Sed *commodat* eam ob caussam mihi probabilius videtur, quod Apuleius significavit, asinum suam voluntatem viatoris consilio accommodasse, qui uterque effugere volebant, alter castrationem, alter manus persequentis asini domini. Qua de caussa ille abactor fusti asinum obverberavit, qui dicit se morem non gessisse propter ingentia verbera, sed propter suam ipsius salutem.]

lanienam. Ceterum. Hanc legem religiose secutus, ne, quamdiu fieri poterat, ad coniecturas recurrerem, hic quoque *lanienam* lectionem cum Oud. aliisque probavi, quamquam nonnulla sunt, quae me aliter ut sentiam commovent. Primum enim desidero equidem particulam *nam* vel *enim*, quae praecedentis enunciati caussam accuratius exponat. Asinus enim quum a viatore vehementissime obverberaretur, maximo cursu fugae se commisit sua tantummodo de vita vel potius

quippe consuetus ex forma concidi fustibus. Sed illa fortuna meis casibus

consuetus ex forma concidi fustibus F. 3. G. 1. 2. L. O. P. p. *π.* D. B. (et ita legi in F. 1.; testantur excerpta ad marg. ed. Colv. In Lindenbrogii vero collatione, *fortuna*, quae lectio est vulgata, signis ... est enotatum, quae indicant, delendum esse hoc vocabulum. Sed *ex* particulae mirum in modum haec puncta non sunt subscripta; quod tamen Lindenbrogii negligentia factum esse apparet. Etiam vett. edd. *ex forma* praebent. Inde ab Colvio omnes edd. lectio occupavit *ex fortuna*, quas voces *δ.* et *f.* non agnoscunt, unde Elm. et Scriver. eas uncinis circumcluserunt.

laceratione sollicitus, nam alioquin ad festinationem commotus non esset, quippe fusti diu iam assuetus. Quum igitur enunciationes ita mihi cohaerere videantur, *nam* tantum abest ut superfluum sit, ut necessario requiratur. Huc accedit altera ratio, quae ex ipsis Mss. proficiscitur. Quotiescunque enim hoc vocabulum legitur cf. Met. II. p. 165. *vicariam pro me lanienam suscepta-vit.* III. p. 178. *tot caedium lanienam.* IV. p. 290. *carnificinae lanienam.* VIII. p. 591. *destinatae iam lanienae.* IX. p. 592. *lanienam imminentem*, vix ulla comparet Mss. diversitas, quae si conspicua est, tam levis est momenti, ut negligentiae et festinationi librariorum tribui bene possit. Hic vero mirum est, cur omnes codd. in *laniem nam* consentiant, nam Pith. lectio *lanie. Nam*, quae scripturam *lanienam* confirmare videtur, librarii vitio exorta est, qui vel virgulam *ē* supra addere omisit, vel litteram *m* propter sequens vocabulum neglexit, ut fortuito factum negem, ut omnes seiunctim haec vocabula et novam periodum littera maiuscula incipientes scribant. Vox ipsa librariis iam notior erat, quam quae ita eos decipere posset. Haec Oud. suspicatus esse videtur, qui *lanies* dicit quasi pro *laceratione* esse dictum. Etsi hoc vocabulum latini auctoris, quantum scio, auctoritate alias probari nequeat, non adversatur tamen linguae rationi, ut *sanies*, *rabies*, *scabies* alia. Comprobari vero potest *lanium* ex Gloss. Vulc. p. 77. *laniena*, *lanium* *χρεωπόλιον* cf. Intt. ad Phaedr. III. 4. 1. *pendere ad lanium quidam vidit simium*, ubi tamen *lanium* potius ad substantivum *lanius* referunt. Latinum vero fuisse hoc vocabulum, probat eius deminutivum apud Fulgent. Mythol. p. 610. ubi cf. Munker.: *quo chirurgicae carnificinae laniola pluriora habitaculis numerentur.* Hinc igitur facillima mutatione corrigi possit *atrocissimum lanium.* Sed magis me adiuvat glossa Isonis Magistri, *laniola locus, ubi medici faciunt medicamenta, et laniant carnes infirmorum*, quam du Cang. citat. Ex hoc igitur *laniola* deminutivo apparet, prius in usu fuisse primitivum *lania*, cuius fortasse altera forma erat *lanies.* Hoc probato facile corrigi potest pro *laniem — laniam.* Sed quod iam monui, quia confirmari hoc vocabulum exemplo antiqui scriptoris non poterat, ceterorum codd. et edd. auctoritatem secutus sum. Hoc tantummodo monendum est, *lania* vel *lanium* ab Apuleio nova significatione dictum esse non de loco, ubi laniatur, sed de laniatione ipsa. Qua in re non offendimur, quum etiam *laniena*, quod apud priores Apuleio semper locum macellum denotat, ab Apuleio pro ipsa *laceratione* semper dicatur. cf. praeterea Prudent. Peristeph. X. 497. *Num mitiores sunt manus medentium, Laniena saevit quando Hippocratica.*]

ex forma. [Mirum in modum omnes interpretes hanc dictionem proturbant, quae mihi probissima videtur esse. Omnes enim bene censuerunt, sententiam necessario hic requiri, quae id pro sorte asinina ex usu factum esse indicet. Unde *ex fortuna* emendarunt plurimi, qui sciebant, quoties in Mss. utrumque confundatur. cf. ad Met. I. p. 7. *Ex fortuna* igitur respondens *ἀπὸ τύχης* significaret, prout sors asini ferebat. Sed *ex forma* etiam potest firmari ex Tertull. Apol. c. 7. *Ab ipsis enim reis non ubique* (prodi potuit), *cum vel ex forma omnibus mysteriis silentii fides debeatur*, ubi *ex forma* significare apparet, prout mysteria secum ferunt, ex condicione mysteriorum eorumque statu. Ita *con-*

Digitized by Google

pervicax tam opportunum latibulum misera celeritate praeversa novas instruxit
495 insidias. Pastores enim mei, perditam sibi requirentes vaculam | variasque
[199] | regiones peragrantes occurrunt nobis fortuito, statimque me cognitum capistro
prehensum attrahere gestiunt. Sed audacia valida resistens ille fidem hominum
deumque detestabatur. Quid me raptatis violenter? Quid invaditis? An te

pernicax G. 1. D. *opportune* P. *patibulum* φ. L. f. *latibuli* δ. *perversa* (non *perverse*, ut Oud. adnotat, in Edd. pr. praeter Iunt. 2. idemque L. f. *perversum* δ. *mei* desideratur in p. *me perditum* corrupte δ. Non requirebant enim Lucium, sed *vaculam*. *vaculam* Iunt. 1. Ald. *requirente* P. *nūsquam* pro *variasque* δ. unde Oud. emendavit *inviasque* temerarie. Codex enim tam corruptus nunquam audiendus est. *pergrantes* D. *fortuitu* δ. *me* abest a p. *cognito* F. 1. G. 2. P. D. L. B. Colv. et seqq. praeter Scriverium, qui *cognitum*, ut ceteri habent codd. et edd. veteres, restituit. In Elm. vero editione etiam est *cognito* nec *cognitum*, ut voluit Oud. *reprehensum* Bas. 1. quod ex praecedentis vocabuli postrema syllaba *ro* adhaesit. *et audacia* L. *aetrahere* G. 1. *resistes* G. 2. *resistentes* D. *illem* D. *dominique* pro *deumque* G. 2. D. et omnes edd. vett. Bas. 1. (ex compendiorum mutatione *dñ* i. e. *deum* et *dñi* i. e. *domini*, qua nihil est frequentius. Ita ubique in Apulei libris vel Mss. aliquot vel edd. aberrant. *deum hominumque* δ., quod Oud. concinnius videtur, ut in Comicis. Haec vero ipsa caussa est, cur ceff. librorum ordinem retinenda, quem doctus quidem, si ita velis, librarius perturbavit. *detestabatur* O. *testabatur* p. *violenter* desideratur in P. p. B. et edd. vett. *invadatis* L., unde Colvius emendat *involatis*. Sed mutari quicquam necesarium non est, quia utrumque promiscue nostro est in usu. *añ* (i. e. *ante*) G. 1. 2. D. *ain* p. B. Venet. 4. Bas. 1. In ceff. legitur *an*. *te* non comparet in P. G. 2. D. (quae omissio bene potest explicari. Quum

suetus ex forma concidi fustibus significat, consuetus, quia ita fert usus ac condicio asini, concidi fustibus. Eadem sententia dicimus *in forma alicuius esse* pro in condicione et statu alicuius versari: ut apud Quint. Decl. XIII. 9. p. 283. ubi cf. Burm. Alias equidem emendari possit *ex formula*, vel *ex norma*; quod proverbialiter dictum esse voluerim. Hinc videmus, *ex forma* non superfluum esse ob antecedens *consuetus*.]

pervicax. Libentius legeret Pricaeus *pertinax*; quod nirot, cum ipse bene defendat locum Met. V. p. 379. *animo pervicaci*. cf. ad Met. IX. p. 620.

fortuito. Non displicere videtur Oud. lectio cod. d'Orv. *fortuitu*, quippe qui Solin. p. 12. locum afferat: *nec fortuitu* et p. 40. *omnia fortuitu gignentia*, ubi omnes Mss. in ea lectione consentiunt. [Saepius vero haec variatio in Mss. deprehenditur, sed ita ut librariorum ingenio haec forma debeatur. Consentio enim cum Haud. in Turnell. II. p. 743., qui demonstrat, *fortuitu* formam fuisse recentiorem, quam inde a seculo quarto p. Chr. n. in multis nominibus formandis mutata sit terminatio *o* in *u*, quod non solum in Inscriptionibus sed etiam in libris scriptis possit probari, in quibus non raro *agru*, *unu*, *locu* similia inveniantur. Plura de his formis dabunt Munk. ad Hygin. XL. p. 130., qui pro *instructu* veteres dixisse *instructo* comprobat. Sic etiam *gratuitu* potest defendi apud Suet. Caes. 27., quamquam ab ipso Suetonio profectum esse negaverim. Sic *directu* legitur de Mund. p. 315. in ed. Iunt. et Met. X. p. 734. ed. pr. cum seqq. habet *prospecto gratissimo*, et Lucan. III. 277. *fretu* pro *freto*, ubi cf. Cort., qui fusius de iis exponit et ad I. 48. Forbig. ad Lucret. I. 385. Hi loci omnes exemplo sunt, quantopere in his terminationibus pro arbitrio librarii et interpretes egerint. De *fortuito* cf. praeter eos quos Hand. l. c. et Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 978. citat, Buenem. ad Lact. Instit. V. 20. §. 14. p. 684. Moser. ad Cic. Tusc. I. 9. T. I. p. 407. IV. 38. T. II. p. 476. Ego contra omnes codd. hic mutare quidquam non ausus sum.]

cognitum. *Cognito*, quod in nonnullis codd. legitur inde exortum est, quod hoc vocabulum librarii perperam cum *capistro* iungebant, quum *capistro* potius ad *prehensum* referri debeat. Neque enim capistro cognoverant rustici suum asinum, sed ex tota eius forma atque habitu. Hanc Oud. explicationem sequi coactus erit, qui rem accuratius consideraverit, licet Mss. auctoritate non moveretur.

an te nos tractamus inciviliter. [*Ain* legendum esse probat Oud ex Met. I

Digitized by Google

nos tractamus inciviliter, qui nostrum asinum furatus abducis? Quin potius effaris, ubi puerum, eiusdem agasonem, necatum scilicet occultaris? Et illico detractos ad terram pugnisque pulsatus et calcibus contusus infit deierans, nullum semet vidisse ducto|rem, sed plane concitatum, solutum et solitarium ob indicinae praemium 496
occupasse, domino tamen suo restituturum. Atque utinam ipse asinus, inquit, quem nunquam profecto vidissem, vocem quiret humanam dare, meaeque te-

enim scriptum inventrent *an te*, id utrumque vocabulum conflantes scribebant *añ*, quam lectionem eos praebere vidimus. *nos inquit d. tractemus* G. 2. P. D. *incongrue* pro *inciviliter* ex glossemate B. et Scriver. *civiliter* G. 1. in contextu, in marg. ab eadem manu additum est *in. quid nostrum* O. *quod* G. 1. *qui potius* Venet. 4. *furatum* G. 1. O. f. *adducis* G. 1. f. *obducis* f. *equidem agasonem* pro *eiusdem* F. 1. *Agasonem* Vicent. scripsit quasi nomen proprium. *occultatis* L. *detractatus* Venet. 4. Bas. 1. 2. *contusus* (in G. 2. est a m. s., quae hic tantum et semel a me deprehensa est. Prius lacuna erat huius vocabuli in contextu. Et memorabile est, in cod. D. eandem eiusdem vocabuli lacunam conspicit, quae ne a manu quidem secunda suppleta est. *concursus* L. f. al. *contrusus*, unde Colv. emendat *concisus*. *ac tusus* O. *attunsus* G. 1. (non *attusus*, ut excerpta praebebant Oud.) *infit. deiorares* G. 1. *ductorem*. Mutandi prurigine laborabat Pricaeus, cum hic *rectorem* malet. Praecedit *per obliquam me ducebat viam*. *concinatum* G. 1. 2. D. L. P. B. Beroald. Bas. 1., unde vir doctus in marg. ed. Colv. emendavit *concitatum*. *concinnatum* in edd. vett. ceteris. *continatum* F. 1. teste Elm., quod Lindenbrogii collatio confirmat. At auctore Oud. ibi legitur *continuatum*, quod etiam p. et d. praebent. In cett. est *concitatum* quod etiam vir doctus ad marg. ed. meae Vicent. emendat. *indicivine* G. 2. D. L. *indicinae* P. *indicii me* O. *indici viae* G. 1. (Hinc potest intelligi, quam perverse excerpta Oud. in G., atrius non addit, legi dicant *indiciriae*, nisi typothetarum error est pro *indicivinae*.) Soping. malebat: *et ob ind. praecepium* pro *praemium* G. 1. *praecipitium* π. *voce quiret humana fari* Vulc. 2. *vocem* exulat a P. *quirem* F. 1. *queret* G. 1. *quirat* ed. pr. *queret* emendat vir doctus in marg. ed. Vicent. meae.

p. 37. Sed dubito, an ita dici queat, nisi additae sunt particulae *vero* vel *tandem* vel pronomen *tu*. Omnes enim quos ego conferre poteram loci id satis mihi probarunt. *An* vero particula interrogativa locum hic tenet, quae ibi praeceteris ponitur, ubi a nostra sententia ad alienam, sive in argumentatione a re proposita ad universam, quae contraria est, rem transgredimur, ut per eam negandam et refutandam illius veritatem confirmemus et obiectionem inanem ac falsam occupemus. Ita simulate et cum ironia interrogantes comparatione contrariorum adversarios nostros ad absurdum deducimus, ut exposuit Hand. Turtell. T. I. p. 347 sqq., qui conferatur.] Pro *inciviliter* Scriver. male in Ed. recepit *incongrue*, quod, licet aliquoties auctor usurpaverit, hic tamen glossam sapit. Utrumque *violenter* et *inciviliter* iunxit Suet. in Tito c. 6: *Egit aliquanto incivilius et violentius.* Immo contra Apul. Met. IX. p. 668. *deprecatur civilius atque mansuetius versari commilitonem.*

concitatum. Hoc ex optimis libris retinui contra alios interpretes, qui *concinnatum* hic nescio quo sensu probant. Male vero Salm. Merc. ad Non. p. 93. et N. Heins. ad Ovid. Met. XIV. 239. legunt *continuatum* s. continuo secutum et ad me accurrentem. Quo pertinent nonnihil praecedentia *solitarium vagumque me respiciens.* Et certe *continuari* hac sententia saepius auctorem usurpare, probatum est ad Met. I. p. 74. *inde me commodum egredientem continuatur Pytheas.* Sed *concitatum* optime se habet de asino, qui praecipiti et concito gradu currit. cf. supra ad p. 493.

vidissem. Notanda est haec dictio pro *vidisse vellem* et e toto sententiarum nexu particula optantis *utinam* cogitatione addenda est, quam facile desideraveris.

vocem quiret humanam dare. Lipsii, ut Oud. opinatur, coniecturam: *voce quiret humana fari* in textu exprimi curavit Vulc. Ed. sec. Sed perperam omnino, quia codicibus adversatur, et *dare vocem* latine sat dicitur pro *vocem edere.* Sic *dare dicta, sermonem, somum, verba* denique pro loqui cf. Cannegieter. Dissert. ad Avian. c. 20. et fab. 37. *Insertis verba dedisse sonis.* Immo

stimonium innocentiae perhibere posset! Profecto vos huius iniuriae pigeret. Sic adseverans nihil quicquam promovebat. Nam collo constrictum reducunt eum pastores molesti contra montis illius silvosa nemora, unde lignum puer solebat egerere.

nos G. 2. *vos* non conspicitur in D. *huius modi vel huiuscemodi* in G. 1. legi adnotat Oud. Sed sibi ipsi adversatur, nam *huius* in hoc cod. omitti ante dederat. In hoc cod. hoc vocabulum omnino exulat legente: *vos iniuriae pigeret. Huiusmodi iniuriae* inveni in G. 2. D. Quid ceteri codd. praebeant, nescio. In F. 3. non legitur. *omnis*, quod ante *iniuriae* legitur in nonnullis codd. et edd., non comparet in F. 3. G. 1. 2. D. O. P. p. f. d. B. et edd. ante Colv. *sed adseverans* G. 1. 2. D. O. *nil* G. 1. *promanebat* G. 1. *circa* omnes edd. vett. praeter Iunt. 2., porro Colin. Bas. Quam frequens sit hoc vitium, iam monitum est ad p. 492. *contra suetum montis vestigium egere* f. p. et Beroald., unde Bas. 2. habet *agere*. [Saepius hoc vocabulum commutatum est in libris cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 353.]

Ovidius Heroid. XXI. 141. (cf. Ruhnk. p. 68.) *sed si nil dedimus praeter sine pectore vocem.* [Ceterum *verba dare*, cuius Oud. monuit, saepius est fallere et decipere. cf. Heins. ad Ovid. Trist. II. 138. ibique Loers.]

pastores molesti. Pricaeus hanc vocem in omnibus codd. sic scriptam moleste fert. Nec minus Oud., qui dedisse auctorem per solitam sibi ironiam *modesti* opinatur, cf. Met. VI. p. 430. ubi latrones nominentur *mitissimi homines* et ita passim dici: *egregius maritus, egregia soror, uxor*, et *bona, pudicissima uxor.* [At miror, cur hanc ironiam intrudendo Oud. probum locum contaminare potuerit: Cum antea enim Apuleius dixerit *sic adsererans nihil quicquam promovebat*, latrones nunc *molestos* nominat i. e. eos, qui exquisitiore quam par est studio et cura inquirunt, quia hac quasi nimietate homines molesti et iniucundi fiunt. *Molestus* eam significationem habere, probat locus Cic. Epist. ad Att. I. 17. §. 11. *Iam illud moleste rogo*, ubi codd. item variant in *modeste*. Brut. c. 30. §. 116. *Volo enim, ut in scenâ, sic in foro non eos modo laudari, qui celeri motu et difficili utuntur, sed eos etiam, quos statarios appellant, quorum sit illa simplex in agendo veritas, non molesta*, ubi cf. Ernest. et Ellendt.]

silvosa nemora. [Diversissima ratione inter sese differunt viri docti de utriusque vocabuli significatione. Elm. ad nostrum locum haecce profert in indice: „*silvosum nemus arboribus plenum, silvosus mons* arboribus consitus. *Silva* enim est quaecunque collectio arborum (geboomte addit Bosscha, *Gebäum*) ut apud Ovid. *silva nemus non alta facit.*“ Alii, cf. Ramsh. Synonym. T. II. p. 473., silvam de densis et inter se connexis arboribus dici pronuntiant, quibus tamen iam Apuleii locus Met. VI. p. 404. adversatur: *percussis frondibus attigui nemoris lanosum aurum reperies, quod passim stirpibus connexis obhaerescit, nemus* vero lucidam quandam silvam, locum amoenum; Fest. s. v. *nemora significant silvas amoenas, item locum, qui campos et pascua habet.* cf. Voss. ad Virg. Georg. I. 76. Ecl. VIII. 86. Burm. ad Ovid. Art. Am. III. 689. Aliter Doed. Synonym. T. II. p. 89 sqq. Voss. ad Georg. II. 323. *nemora* dicit arbores plantatas, silvas sponte natas, ut de discrimine vocabuli dubium eum haesisse appareat. Ratione habita potissimum Virgilii, apud quem utrumque vocabulum saepius coniungitur, *silva* potissimum de locis omnibus dici volo, quae arboribus sunt referta, tum de arboribus ipsis, *nemora* de pascuis, arboribus consitis. Ita *nemus silvosum* potest explicari de locis pascuosis, quae larga arborum copia sunt consita. cf. Met. VIII. p. 557. *pervenimus ad nemus quoddam proceris arboribus consitum et patentibus virectis amoenum.* Ita *silvosus mons* Met. VIII. 549. qui arboribus est consitus, ut cum Heyn. ad Virg. Georg. II. 323. idem utrumque significare negaverim. cf. Ovid. Met. I. 568. *est nemus Haemonium praerupta quod*

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

Nec uspiam ruris aperitur ille, sed plane corpus eius membratim laceratum multisque dispersum locis conspi|citur. Quam rem procul dubio sentiebam ego 497
illius ursae dentibus esse perfectam, et hercules dicerem, quod sciebam, si loquendi copia suppeditaret. Sed quod solum poteram, tacitus licet, serae vindictae gratulabar. Et cadaver quidem disiectis partibus tandem totum repertum

aperitur F. 1. φ. p. *operitur* F. 3. (*o* littera ex correctione, unde verisimillimum est prius *aperitur* scriptum fuisse) G. 1. 2. D. P. O. f. L. δ. In cett. libris et edd. legitur *reperitur*. *illo* Beroald. Bas. 1. *lancinatum*. Ita reponit Siewech. ad Met. VIII. p. 550, *laciniatim disperso*. cf. ad Met. VIII. p. 519. Sed prurigine coniiciendi, ut saepius, abreptus est. *laceratum membranatim* f. *multis* omissa *que* particula f. · *dissparsum* D. *conspicantur* δ. *prosectum* δ. quod probari posset, si legeretur *quam ob rem* vel *qua re* cf. Met. VIII. p. 520. *prosectu dentium*. Nihil tamen temere mutandum est. *diceret* G. 1. 2. *nesciebam* R. f. *sentiebam* O. *copiam* D. *ferae vindictae* L. Brantii cod. (qui coniecit *ferinae*) G. 1. 2. O. D. P. f. i. e. vindicta; quam mihi dedit *fera* sc. *ursa*, uti exponit etiam Pricaeus. Sed bene se habet vulgata, quia iusto diutius cruciaverat puer asinum. *disceptis* G.

undique clausit silva. cf. Virg. Georg. II. 429. 431. — 401 et 404, ubi *nemus* de vineis explico, *silva* de arboribus, quibus vineae erant maritatae. Georg. II. 323. *ver adeo frondi nemorum, ver utile silvis.* v. 87. *Alcinoi silvae* i. e. *arbores* v. 26. *silvarumque aliae prosos propaginis arcus Exspectant, et vira sua plantaria terra.*]

Cap. XXVI. *aperitur.* Iam Ould. in huius lectionis veritatem inquisivit, quae ab longe optimis codd. defenditur, et tam insolitam habet significationem, ut *reperitur*, quod vix puto in ullo cod. reperiri, glossam aperte sapiat. *Aperitur* Ould. explicat *apparet* by word outdeckt, locutionem *terram aperire* comparans, quae recens inventa vel intrata est, coll. Liv. III. 15. §. 9. *Lux deinde aperuit bellum*, ubi male nonnulli codd. *apparuit* scribunt. [cf. Broukh. ad Tib. I. 3. 36. Cort. ad Lucan. IV. 352. Passow. ad Tac. Germ. I. 1. Gron. Diatrib. T. I. p. 493. Hand. Nec tamen negandum est, non usitatum fuisse hac quidem sententia de hominibus hoc vocabulum, unde proniores erant ad emendandum interpretes. *Rus* vero hic non solum campos subpatentes, sed totam quoque silvam complectitur, in quo quasi puer delituit, ab arboribus tectus, quod ex praegressis verbis potest intelligi: *reducunt eum pastores contra montis illius silvosa nemora*, et verisimile est, puerum ab ursa intra silvam neque vero in planitie esse dilaceratum et dispersum. Quod contra Floridum moneo, qui *rus* non bene intellexisse videtur. Omnino hanc vocem neglexerunt interpres Francogallus vertens: il le cherchèrent envain pendant quelque temps, et Rodius: *Er war nirgends zu finden.*]

serae vindictae gratulabar. [Mirum est, quod ne ullus quidem quantum video, interpres huius constructionis satis insitatae mentionem fecerit. Floridus hunc locum ita expressit: Verum, quod unum poteram, gaudebam quamvis silens, de illa ultione tardiore, quidem meis votis; Francogallus: tout ce que je pouvais faire était de me réjouir en moi-même, de voir que j'étais vengé, quoique ce ne fût pas si tôt, que je l'avais souhaité et Rodius: *Ich frohlockte im Grunde meines Herzens über meine endliche Rache.* Duplex vero proponi potest huius loci explicatio. Aut genitivus est *serae vindictae* eademque ratione explicandus, qua Apuleius Met. p. 75. *voti gaudeo* et supra p. 475. *plenae adoriae gloriarer*, aut dativus est, ita ut *gratulari* significet *grates alicui agere* cf. Spalding. ad Quint. VI. prooem. §. 8. Tum vero *Vindicta* scribendum est ut nomen deae proprium, quae eadem erat *Ultio*; cf. Tac. Ann.

Digitized by Google

aegreque concinnatum ibidem terrae dedere, meum vero Bellerophontem, abactorem indubitatum cruentumque percussorem criminantes, ad casas interim suas vinctum perducunt, quoad renascenti die sequenti deductus ad magistratus,

aegerque L. *continuatum* φ. δ. cf. ad pag. praeced. Quod explicari posset ita, ut membra membris fuerint coniuncta, et corpus factum continuum sive totum. Praeferenda tamen est lectio vulgata *concinnatum* i. e. ut bene interpretantur *coaptatum* et *comparatum*. *debere* G. 1. pro *dedere*. *bellorophontem* δ. *belorofontem* (non *Bellorophontem* ut in excerptis Oud. erat) G. 1. *bellero fontem* D. *abactore* G. 1. *ab actorem* G. 2. *ab autorem* D. *actorem* δ. *indubbitatum* G. 2. *percussorem* P. abest. *criminantes iterum suas vinctum* G. 2. D. P. omissis *ad casas* vocabulis. *causas* G. 1. *interim ad casas* L. *victum* G. 1. *quod* δ. *quod ad* ed. Ber. *quo adrenascenti* G. 1. 2. *re nascenti* Colv. ed. *sequenti* desideratur in Bas. 1. Et sane glossa videri possit, sed et signat matutinum posteri diei tempus. *magistratum* in F. 1. et G. 1. legi dicit Oud. Sed in G. 1. aperte scribitur *magistratus*, utique F. 1. emendatum non sit, negligentia factum esse puto Lindenbrogii. Ceteri enim omnes codd. et edd. vett. habent *magistratus*, quod inde a Colvio, quem posteriores secuti sunt, in *magistratum* mutabatur.

III. 18. *Cum Valerius Messalinus signum aureum in aede Martis Ultoris, Caecina Severus aram Ultioni statuendam censuissent.* Utram earum explicationum praeferas, eodem modo teneas sequens *gratulationi* esse explicandum; ubi vide. *Sera Vindicta* nominari potest dea, quae sero advenit. Probatur tamen magis prior explicatio.]

[*concinnatum.* Vetus erat superstitio, qua optabant integris membris et corpore quam minime per morbos et moram deformato mori ac sepeliri. Inde compositio artuum, qui morborum tormentis laxati; et praecipue si cuius corpus laceratum vel mutilatum aliqua parte fuisset, ea membra non solum studiose colligebantur, sed et qua fieri poterat, loco suo rursus aptabantur. Haec optime iisdem verbis exponit d'Orv. ad Charit. I. 5. p. 239. ed. Lips., qui plura huius usus exempla enumerat, nostri loci non immemor, cf. Met. III. p. 188. *duplicatur mihi moestitia, quod integro saltem mori mihi non licuerit*, ubi alia iam protuli. Pricaeus comparat Senec. Hippol. 1105: *Errant per agros funebris, famuli, manus, Per illa qua distractus Hippolytus loca Longum cruenta tramitem signat nota: Moestaeque domini membra vestigant canes. Necdum dolentum sedulus potuit labor Explere corpus.*]

Bellerophontem, abactorem indubitatum. Optime Floridus exponit, novum illum asini possessorem Bellerophontem hic appellari, quia Met. VI. p. 443. de se ipso dixerit: *At paullo ante pinatam Pegasi vincebas celeritatem* cf. Met. VIII. p. 552. *Sed illa pernicitas non erat alacritatis meae sed formidinis indicium. Denique mecum ipse reputabam, Pegasum inclytum illum metu magis volaticum fuisse ... formidans scilicet igniferae morsum Chimaerae.*) Nota vero est Bellerophontis Pegaso inequitantis adversus Chimaeram pugna. [*Abactorem* nominat Apuleius *abigeum* pecudum aut iumentorum. cf. Barth. Advers. XXXV. 5. p. 1221., quae vox potissimum Afris in usu videtur *fuisse*. cf. Minuc. Fel. 5. *abactor boum*. Isidor. Origg. X. 14. Brisson. de Verb. Signif. s. v. Ita *abigere* propria locutio est de pecoribus cf. p. 495. *nostrum asinum abducis*. Met. VIII. p. 587. *abactum sibi noctu quaerentes asinum*. Oud. ad Caes. B. G. VII. 17. Commentt. ad Plin. Pan. 20. §. 4. p. 100. Arntz.]

magistratus. In plurali Apuleius semper cum optimis dicit de toto iudicio vel regentium rempublicam corpore, at de uno ex iis *magistratum*. Nec enim hic potest intelligi praeses provinciae vel aliquis eius vicarius aut adsessor. At omnino Oud. non negat, aliquando *magistratum* dici de toto corpore coll. Nep. Them. c. 7. §. 4. *ad magistratum senatumque Lacedaemoniorum adiit* (ubi *magistratum* tantummodo per sequens *senatum* defendere se potest.) Nostro loco cum optimis codd. et ex loci sententia legendum est *magistratus*. *Magistratum* videtur recentioris

ut aiebant, poenae redderetur. Interim dum puerum illum | parentes sui plan- 498
goribus querebantur, adveniens ecce rusticus, nequaquam promissum suum

pene rederetur G. 1. 2. D. *Interim puerum illum dum parentes* G. 1. *sui* in G. 2. a m. s. esse adnotat Oud. Perperam. Nam ab eadem manu quum festinatione omissum esset, postea superscriptum est. *flectibus* G. 1. *quaerebant et adveniens* F. 3. G. 2. P. D. p. B. In cett. *querebantur et adveniens*, nisi quod in F. 1. *δ*. f. edd. Bas. 2. Elm. Scriv. Florid. *et* deletum est. Soping. emendavit: *quiritabant* vel *curabant*. *suum* non est in P. G. 1.

manus esse emendatio, quoniam recentiores linguae hoc vocabulum de toto corpore usurpant.]

poenae redderetur. De locutione comparat Oud. Senec. Octav. 802. *populi nisi irae coniugem reddat novam* et 829. *suspecta coniux et soror semper mihi, Tandem dolori spiritum reddat meo, Iramque nostram sanguine exstinguat suo.* Ac passim *reddere* pro *dare*, *dedere* occurrit in iis praesertim, quae aliquam in se naturalis iuris vel legis quasi ex debito continent obligationem. Quare non opus est, ut cum Heinsio refingatur *dederetur* ad Ovid. Met. XIII. 664. *pectora poenae. Dedit.* [Ita bene defendi potest locus Auct. in Obit. Maecenat. v. 42. Anthol. Lat. T. I. p. 262. *Ignibus hostilis reddere ligna ratis*, ubi *tradere* vel *dedere* vel *prodere* emendant et ibid. v. 90. p. 271. *posset amaturo vina referre Iovi*, qui totus locus ita emendandus est: *Atque aquilam misisse suam, quae quaereret ecquis Posset amaturo vina referre Iovi, Valle sub Idaea dum te, formose, satelles Invenit.* Illud *satelles* conieci ex Ciceronis Tuscul. II. 10., ubi Aeschyli carmen verteus aquilam pinnatam Iovis satellitem dicit. Ita *reddere* saepius pro tradere, exponere, narrare legitur cf. Tac. Ann. II. 4. Hist. IV. 67. De significatione vocis plura dabit Salm. ad Spartian. Hadrian. c. 1. T. I. p. 12., qui ex Martialis Epigr. XI, 87. *Ergo suburranae tironem redde magistrae*, *reddere* pro *dare* vel *tradere* dici confirmat, male tamen Apuleii locum quendam citans: *avibus pabulum reddam*, qui quantum equidem Apuleium novi, inter eius scripta non legitur. Memoria sine dubio falsus est Salmasius, quum respexisse videatur ad locum Met. X. p. 711, ubi tamen est: *vulturiis opimum pabulum redderent.* Ceterum locus Hadriani ita emendandus est: *ad patriam rediit, ac statim militiam iniit, venandi usque reprehensionem studiosus.*]

puerum plangoribus querebantur, adveniens. [Hanc lectionem ex optimis libris concinnavi. Scriptura enim *quaerebant*, quam satis optimi libri profitentur, eam ob caussam ferri nequit, quia parentes puerum non quaerebant, utpote qui iam inventus erat. Prius vero quam ille domum reportatus erat, discissus ac dilaceratus, parentes quaerendi caussa non exierant, quippe qui de puero solliciti esse non possent nondum regresso. Nam intra paucas ad summam horas haec tota res confecta erat, et per redeuntes demum pastores de morte filii violenta ac nefaria certiores ii erant facti. Porro verba quae ad advenientem rusticum fiebant, qui castrationem asino minitatus erat, a quo aliter dicta esse possunt, quam a parente agasonis, asini possessore. Haec satis vindicant, *querebantur* nec *quaerebant* hic legendum esse. Sed *querebantur* et lugebant eum mortuum non modo sed etiam tam foede dilaceratum.] Quod bene iam perspiciens Oud., errorem inde ortum esse opinatur, quod prima syllaba saepe *ae* sit scripta et edita atque ultima *ur* per notam indicata creberrime omittatur. De constructione vocis *queri* cum accusativo confert Burm. ad Ovid. ex Pont. IV. 9. 95. Lambin. ad Horat. Od. I. 2. 6. ac sexcenties. Ceterum interpungenda sic esse sequentia proponit: *dum parentes puerum querebantur, et adveniens rusticus sectionem meam flagitat, non est, inquit, in his unus.* Male enim in vulgatis multis post *flagitat* maiorem distinctionem

frustratus, destinatam sectionem meam flagitat: Non est, in his inquit unus,

frustatus G. 1. *destinatum* G. 2. D. *destinatus* f. *destitutam* G. 1. O. *flagitabat* R. f. ∂. In cett. *flagitat*. *non enim* pro *non est* legi *in* G. 2. male adnotat Oud. Nam in eo aperte scriptum *non ẽ* i. e. *non est*, neque *non ñ* i. e. *non enim*. *non est in his inquit unus* F. 3. G. 2. D. P. L. R. f. In cett. *non est in his, inquit, unus*. *inquiunt* Incert.

adponi, nisi cum nonnullis codd. delenda sit post *querebantur* particula *et*, quamquam ita ei *non est* cett. nimis abrupte subiungi videantur ac frequentissime dicat auctor: *Et ecce*. [At ego rem aliter diiudico. Primum enim ad formulam *et ecce*, qua particulam copulativam sustentaret, recurrere Oud. non debebat, quia, quod sciam, ea vocabulo interposito nullibi apud scriptores usurpatur. Nonnulla de hac dictione iam protuli ad Met. IV. p. 283. Ut sententiam meam confirmem necessarium erit, ut locos enumerem: Met. I. p. 21. *et ecce pone lanceae ferrum*. p. 56. *et ecce in ipso momento*. p. 71. *et ecce illud cubiculum*. p. 79. *Et ecce Fotis ancilla*. II. p. 84. *et ecce mulierem*. p. 126. *et ecce Fotis mea*. III. p. 194. *et ecce quidam*. IV. p. 251. *et ecce quidam*. IV. p. 283. *et ecce plurima*. p. 287. *et ecce nocte promota*. VI. p. 421. *et ecce, inquit*. p. 422. *et ecce, inquit*. p. 443. *et ecce de quodam ramo*. VII. p. 492. *et ecce de proximo specu*. VIII. p. 522. *et ecce mariti*. IX. p. 614. *et ecce nobis repente*. p. 637. *et ecce nequissimae*. XI. p. 755. *et ecce pelago*. p. 787. *et ecce discursu*. p. 778. *et ecce praesentissimi*. p. 796. *et ecce superveniunt*. p. 814. *et ecce post paululum tempus*. Praeterea id observandum est, *et ecce* novam semper incipere enunciationem, et unus tantum est locus I. p. 71. *Erit tibi adiacens et ecce illud*, ubi hae particulae orationi intermediae apparent, quamquam hic particula *et* non ad *ecce*, sed ad praegressum *adiacens* pertinet. Ubi vero orationi interpositum est, non ad totam enunciationem, sed ad singulum quoddam vocabulum referri debet, cuius vim ita auget cf. X. p. 708. *Et heus, inquit, puer, tantum diligenter ecce illum aureum cantharum mulso contempera*. X. p. 734. *dies ecce mu-neri destinatus erat*. p. 743. *Venus ecce cum magno favore caveae .... consistit amoene*. XI. p. 803. *tunc ecce confluunt*. Semel positum vidi *et en ecce*. X. p. 696. sed etiam orationis initio. Haec me commovent, ut *et*, quod in plurimis codd. exulat, eiiciendum esse censeam. Praeterea etiam vix puto, propter sententiam *et* hic ferri posse. Nam ita cum antecedenti *dum* arctissime coniungendum esset et significaret: Intra hoc temporis spatium, quo plangebant parentes puerum et quo adveniens rusticus asini sectionem destinatam postulabat, dicebat unus: quo quid absurdius dici possit, non habeo. Porro huic sententiarum iuncturae lectio optimorum codd. *flagitat* adversatur, quae a librariis, qui *et* receperant, deinde in *flagitabat* commutata est. Hinc enunciatio posterior incipit a voce *adveniens* et totus locus ita legendus atque interpungendus est: *Interim dum puerum illum parentes sui plangoribus fletibusque querebantur, adveniens ecce rusticus ... destinatam sectionem flagitat. Non est, inquit.* Saepius enim potissimum in sermonibus particulam omittit Apuleius ut Met. I. p. 29. *riseris, Aristomene, inquit*, ubi exspectaveris: *At ille: Aristomene, inquit:* similia p. 57: *At ille odore spurcissimi humoris perfusus .... vehementer adversatur. Apagete, inquit.* Lectionem vero in multis codd. perversam ita puto exortam fuisse, ut primum scriberetur, uti nos dedimus *querebantur adveniens* sed nota solita *querebant*ꝰ i. e. *querebantur*. Deinde vero deducta et intra lineas posita haec nota facilius commutabatur in 7 i. e. *et*, quae corruptela deinde in nonnullos codd. profluxit.]

non est, in his inquit unus. [Offenderunt interpretes in positu verborum *in his inquit unus*, quae seiungi non posse sibi persuaserant, unde *inquit in*

indidem praesens iactura nostra, sed plane crastino libet non tantum naturam, verum etiam caput quoque ipsum pessimo isto asino demere. Nec tibi

ididem G. 1. O. *ididem unus* R. f. *libet* desideratur in G. 2. P. D. *et* pro *etiam* omnes edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris. *ipsum* operarum vitio neglectum est in ed. Florid. *ipsi* pro *isto* f. *isti* rursus profectum est a Colvio, confirmatum a nonnullis codd. (nescio quibus?) Ceteri codd. *isto* cf. ad Met. V. p. 378. *isto meo pectori. demere.* Omnes quos equidem vidi codd. et edd. ita legunt. *Demetere* coniectura Heinsii est ad Ovid. Met. V. 104., quam in textu posuit Ruhnken.

his unus fabricarunt. Sed quum omnia arctissime inter se cohaereant, bene ita *inquit* interponi poterat *In his unus* ad quem referri debeant, interpretes mihi videntur non satis recte intellexisse. Ferri potest per sententiam ad vicinos etiam pertinere, quos verisimile est, luctui parentum ac moerori adstitisse. Fortasse vero rectius ad *parentes* refertur, quae sententia est viri docti ad marg. edit. meae Colvianae, qui *pater an mater* adscripsit, quia penes istos potestas erit vitae necisque asini. Deinde paullo difficilius est, si quis ad pastores velit referri, qui in praegressis demum appellati sunt, quamquam equidem non adversor. cf. infra adnot. *istorum.* Difficultatem diversissima ratione interpretes evitarunt: Floridus in paraphrasi ita vertit: *unus ex istis.* Francogallus apertius: ce n'est pas la, lui dit un de ceux, qui étaient présens, ce qui cause notre peine a l'heure. Rodius simulate: *Allein es ward ihm gesayt.* Ille vero *parentes* vertit: *Anverwandten.* Utram in partem haec verba referas, intelligi nequit, cur post *inquit,* in ed. Ruhnk. comma sit positum.]

indidem. Beroaldus bene ita explicat: inde ex asini libidine, ut praecisione genitalium nullum amplius sit pertimescendum, et ita indicat, longe graviorem pestem ab asino coucinnatam esse de pueri scilicet morte, quam quae ex lascivia amatoria timebatur.

demere. Heinsii coniecturam ad Ovid. Met. V. 104. *Demetit ense caput* quum verissimam et elegantem Oud. nominarit, Ruhnk. commotus est, ut contra omnes codd. et edd. in textum eam intruderet. De hoc vocabulo conferri iubet Oud. Burm. et Dr. ad Sil. X. 147. Intt. ad Suet. Calig. 33. *tam bona cervix simulac iussero demetetur,* unde quae differentia sit inter *demere* et *demetere* bene putat posse intelligi. Minuc. Fel. c. 24. *cui obscoena testa sunt demessa.* [Plura de hoc vocabulo dabit Buen. ad Lact. VII. 15. §. 11. p. 939 sq. Ruhnk. ad Suet. l. c. Horat. Sat. I. 2. 46. *testes caudamque salacem Demeteret ferrum.* Intt. ad Arnob. V. 11. T. II. p. 286. Orell. Ita *θερίζειν ἀμᾶν* Hesiod. Theog. 180. Valken. Diatrib. p. 223 sq. d'Orvill. ad Charit. IV. 1. p. 423. et praeceteris Burm. ad Val. Flacc. III. 670., qui nostrum locum commemoravit. Sed res accuratius videtur esse consideranda, quum viri docti in hoc verbo ubique emendando nimii fuerint. *Demetere* enim metaphora a messoribus ducta, qui messem desecant, primum ibi potissimum locum habet, ubi magna est copia rei, quae abscindenda est, ut *uvas demetere* Plin. XVII. 26., arva, fructus, hordeum, ita Virg. Aen. X. 513. *proxima quaeque metit gladio.* Stat. Theb. I. 633. *mors fila sororum ense metet* et ita bene de curru falcato ibid. VII. 713. *falcato Chromin et Cremetaona curru Cominus hunc stantem metit.* Catull. de Nupt. LXIV. 353 sqq. *Namque velut densas prosternens messor aristas, Sole sub ardenti flaventia demetit arva, Troiugenum infesto prosternunt corpora ferro.* Lactant. VII. 15. §. 11. *tunc peragrabit gladius orbem, metens omnia et tanquam messem cuncta prosternens.* Hieronym. Epist. I. *gladius obvia*

Digitized by Google

ministerium deerit istorum. Sic effectum est, ut in alterum diem clades differretur mea. At ego gratias agebam bono puero, quod saltem mortuus unam carnificinae meae dieculam donasset.

deerit istorum. Sic effectum est F. 1. 3. L. B. (teste Elm.) et edd. vett. et recentiores. *deerit hoc.* S. G. 1. 2. O. R. *f. d.* P. D. B. (in coll. Modian.) ita ut, qui *istorum* habent, *hoc* deleant et vice versa *deerit*. *Hoc sic* Vulc. 2. unde Ruhnk. in textum ed. Oud. admisit. *sed* pro *sic* G. 2. D. O. L. P. *at* non comparet in G. 2. P. D. *Et ego* G. 1. *bono* delet Bas. 1. *soltem* D. *mortuus* exulat a L. P. O. f. G. 1. 2. D. *carnificinem* G. 2. a m. p. *carnificem* D.

quaeque metit. Sil. IV. 464. Horat. Od. IV. 14. 34. Epist. II. 2. 178. Lactant. de Mort. Pers. c. 47. §. 2. *tanta vis militum a paucis metebatur.* Deinde ad singulos refertur, qui e toto agmine seiunctim prosternuntur, de hostium potissimum occisione in pugna cf. Sil. Ital. IV. 213. *demetet aversi Vogesus tum colla* et ex hac ratione diiudicari possunt loci, quos Dr. ad Sil. Ital. protulit, et velim omnes quicunque sunt ita considerari. Unum vero restat, quod monendum videtur. Horatii enim exemplum, qui Sat. I. 2. 46. *testes caudamque salacem demeteret* dixit, secuti saepius hoc vocabulo usi sunt, ubi de castratione vel violenta vel spontanea sermo est. Ita Lact. Inst. V. 9. 17. *qui virilia sua ferro metant et quod est sceleratius, ut sint religionis antistites.* Arnob. V. 11. *qui sibi demessuerint has partes.* Minuc. Fel. c. 24. *cui obscena testa sunt demessa.* Quia vero hoc vocabulum saepius legitur in hac re, hinc tamen non consectarium est, ubique id esse restituendum. Unde male agunt, qui Suet. Calig. 33. contra Mss. emendant *demetetur.* Hac de caussa Curt. IV. 9. §. 25. de Aristone dixit: *praefectum equitatus Persarum Satropatem, directa in gutture hasta transfixit, fugientemque per medios hostes consecutus ex equo praecipitavit et obluctanti caput gladio dempsit,* quia non inter agmina hostium ense furiebat sed hominem singulari proelio occidit. Ita apud Suet. *demetur* potest defendi, nec ulla caussa est, cur nostro loco contra omnium librorum editionumque auctoritatem *demetere* intrudamus. Nec aliter apud Ciceron. Petit. Consul. c. 2. retinendum est: *Capita demebant. Demere* vero idem esse quod *procidere, desecare* probat locus Plaut. Aul. II. 4. 33. *Ipsi pridem tonsor ungues dempserat.* Sic nos quoque dicimus: *Jemandem einen Arm, einen Finger abnehmen* pro *abschneiden.*]

deerit istorum. Istorum a multis codd. exulat, quod sine dubio non intellexerunt, quo pronomen referendum sit. Male Floridus ita exponit: Et isti famuli, qui nunc alio munere distinentur, quaerundorum nempe membrorum huius pueri et lugendae mortis illius, ministerium cras tibi commodabunt ad castrandum immo et obtruncandum, si vis, asinum. Oud., qui coniicit sine caussa *horumve*, quam perversa sit haec explicatio intelligens, melius ita adnotat: Male fingit Floridus, haec accidisse, dum aberant famuli ad quaerendum puerum. Sciebant enim iam puerum esse dilaceratum a fera, nec iacturam eius ab asini libidine ortam, sed a fuga. Ipsosque illos intelligit locutor, qui pueri membra viderant, et se ex iis unum. [Sed tum potius Apuleius *nostrum* dixisset, unde confirmatur sententia, *unus in his* ad alterum parentum referri debere. Praeterea non negligenda est pronominum mutatio: *in his* et *istorum*, quamquam largior, hoc quoque defendi posse.]

donasset. [Huius loci mentionem fecit Cort. ad Lucan. VII. 30. *Donassent utinam superi patriaeque tibique Unum, Magne, diem.*]

Digitized by Google

CAPUT XXVII.

Nec tamen tantillum saltem gratulationi meae quietive spatium datum. Nam mater pueri, mortem deplorans acerbam filii, fleta et lacrimosa fuscaque veste contecta, ambabus manibus trahens cinerosam | canitiem, ciulans et | exinde [200] 499

tantulum B. *tantilum* Vicent. *gratulationi saltem* ordine inverso f., *s* propter initialem sequentis vocabuli litteram eandem omisso. *quietique* L. B. et edd. vett. *datum est* G. 1. 2. D. O. P. L. f. *d.* In F. 3. legitur *datum est nam* sed *est* scriptum ex posteriori additione, ut librarius adnotavit. *crinosam d. civerosam* D.

Cap. XXVII. *gratulationi.* [Inepte Stewechius coniectura hoc vocabulum emendat: *Nec tamen tantillum saltem gratiolae meae quietique spatium datum.* Quomodo enim *gratulationi* accipiendum sit, supra iam exposui, ubi de loco p. 497. agebam: *serae vindictae gratulabar.* Esse enim potest aut *gratiae* aut *laetitiae*, qua utraque significatione vocabulum reperitur, quamvis posterior magis mihi cum Oud. arrideat. Plurima potissimum Ciceronis exempla lexica praebebunt. cf. ad Met. III. p. 191., ad quem locum praeceteris Pricaeus consulendus est, et Deder. ad Dict. Cret. V. 10., qui locus male a nonnullis interpretibus sollicitatus est. Est enim legendum: *salutant gratulantes atque exosculantur* i. e. gaudibundi, hilaritatem vultu et verbis testificantes. Altera significatione *gratulationes* potissimum supplicationes sunt Diis habitae ob rempublicam servatam. Ita quoque asinus deae vindictae gratias agere possit ob vitam diutius servatam. Male interpres Francogallus vertit: mais je ne jouis de quelque repos.]

fleta. [cf. Barth. Advers. XXIII. 9. p. 1131. Ita defendi possit locus Lucret. II. 632. *inter se forte catenas Ludunt in numerumque exsultant, sanguine fletei*, ubi tamen codd. et edd. variant. Ita enim Lucretius *flere* dixit pro *rigare* I. 350. *et uberibus flent omnia gutteis.* Fortasse ex lectione *ficti* emendandum est *tincti*, *Fletus* pro lacrimabundus praeter Apuleium nemo dixisse videtur, at referendum est participium inter ea verba, quae passiva forma activam habent contra ceterum usum significationem, ut *punitus sum* pro *punivi*, de quibus cf. Voss. Arist. V. 5. T. II. p. 744 sqq. Eckst. Ceteris locis Apuleius ubique *flens* posuit. Nonnulla tamen in hoc verborum genere auctor novavit; cf. ad Met. III. p. 213.]

fuscaque veste contecta. [cf. ad Met. III. p. 185. *atra veste contecta* Kirchm. de fun. p. 155. et Buenem. ad Lact. de Mort. Pers. 39. §. 3. p. 1462., qui plures viros doctos citat, qui de hoc more exposuerunt.]

ambabus manibus trahens cinerosam canitiem. [Mos antiquus fuit, in luctu, non solum crines evellendi, sed etiam terra ac cinere eos foedandi. cf. Met. IV. p. 314. *quid canitiem scinditis.* VIII. p. 562. *canitiem distrahentis* et Pric. ad nostr. l. et ad Met. IX. p. 650. *et discerptae comae semicanae, sordentes inspersu cineris.* X. p. 690. *trahensque cinere sordentem canitiem.* Catull. LXIV. 224. *canitiem terra atque infuso pulvere foedans.* Ovid. Met. VIII. 528. *Plangunt ora simul matres Calydonides eheu Pulvere canitiem genitor vultusque seniles Foedat humi fusos* Markl. ad Stat. Silv. V. 1. 219. Kirchm. de fun. II. 12. Virg. Aen. X. 644. *canitiem multo deformat pulvere.* Intt. ad Prop. II. 7. 51.]

Digitized by Google

proclamans stabulum irrumpit meum, tunsisque ac diverberatis vehementer uberibus incipit: Et nunc iste securus incumbens praesepio voracitati suae deservit, et insatiabilem profundumque ventrem semper esitando distendit, nec aerumnae meae miseretur, vel detestabilem casum defuncti magistri recordatur, sed sci-

deinde proclamans f. *fuschaque* G. 1. *irrupit* ∂. *tonsisque* ∂. *tensisque* p. *trusisque* G. 1. *verberatis* ∂. *verberibus* pro *uberibus* G. 1. *incipit*. Perperam Oud. adnotationi suae adposuit *sic incipit*, quod in nullo libro nec scripto nec edito legitur. Pricaeo magis Apuleianum videbatur esse *sic infit*. Sed cf. ad Met. V. p. 368. *sic incipit*, ubi item mutare volunt nonnulli interpretes. *et metus iste securus* B. *et tunc iste* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *incumberis* G. 1. *exertando distendit* G. 2. D. L. *excitando* φ. *hexcitando* G. 1. *miseret* p. Iunt. 1. Ald. Colv. *miserae* vel *misere* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris.

tunsisque uberibus. [cf. Met. IV. p. 290. *assiduis singultibus ilia quatiens*, ubi cf. p. 291. *et pectus etiam palmis infestis tundere et faciem illam luculentam verberare incipit.* cf. ad Met. IV. p. 314. *quid pectora, quid ubera sancta tunditis.*]

et exinde proclamans. Exinde Floridus exponit *eminus.* Sed apud Apuleium aliosque scriptores *exinde* usurpatur pro *ex eo tempore*, nisi capi forsitan possit pro *identidem, usque inde*, quam suam sententiam Oud. adiuvare dicit locum Met. VIII. p. 573. *Sed exinde odiosus emtor aliud de alio non desiit quaerere.* Pricaeo placet vel *de limine* vel *iam inde* ab ostio scilicet. [Si *iam inde* id significare posset, *exinde* etiam probaremus, quum locum saepius indicet, unde aliquid proficiscatur. cf. Hand. Tursell. T. II. p. 666. Sed ex loci sententia tum tantum ferri posset, si de stabulo vel eius limine in praegressis iam sermo fuisset, quod quum factum non sit, Pricaei sententia refutanda est. Et omnes, quae in ea particula insunt significationes, huic loco convenire non videntur. Ex iis enim, quae ad Met. VI. p. 430. de huius particulae significationibus exposui, apparet nostrum locum corruptum esse; nam quem Oud. attulit locum, ubi *exinde* significationem particulae *identidem* haberet, plane aliter explico solita notione *tum, quo facto*, ut merum figmentum hoc videatur esse Oud. Hinc puto legendum esse *exerte* pro *exinde* i. e. alta voce et solidum clamans, ut Met. I. p. 15. *exerto cachinno* p. 56. *exerte clamitans. Proclamasse* vero dicit asinus anum, quia ante quam stabulo accederet, fletus eius atque clamores percipere e longinquo poterat. Errat igitur Oud., qui putat Floridum *exinde* vertisse, *eminus*, quum hanc particulam certo dubius, quomodo explicaret, omiserit; et *proclamans* eminus clamans interpretatus sit.]

et nunc iste. [*Et* particulam esse indignantis et irascentis, ac potissimum praefigi interrogationi, demonstratum est ad Met. I. p. 76. *Et a quo, inquit, istorum nugumenta haec comparasti.*]

nunc iste securus. Lectionem cod. B. *et metus iste securus* Sciopp. non solum in Symbolis, sed in Susp. IV. 12. praetulerat, ut *metus* sit casus secundus, qui ex adiectivo *securus* aptus sit, [qui usus non ita rarus est, sed multis exemplis, inprimis poetarum, potest confirmari, quamquam saepius mutarunt constructionem librarii. Ita emendandus est, ut unum exemplum afferam, locus Minuc. Fel. c. XXXVIII. §. 6. *qui et modesti dei nostri liberalitate, securi spei* (vel *in spem) futurae felicitatis, fide praesentis eius maiestatis animamur.* Verum multo est elegantius *et nunc* post tam acelestum facinus, et efficaciores habet veneres, quam languens istud *metus.*]

miseretur. Lectionem codd. aliquot et edd. vett. *miserae* ita defendere quis possit, ut pendeat e *recordatur*, diversis casibus uni verbo iunctis, quam constructionem Apuleio non fuisse infrequentem aliquoties vidimus. Sed Mss. bene habent *miseretur*, quae forma potissimum apud priscae latinitatis scriptores erat in usu; cf. Lexic. Forcell.

licet senectam infirmitatemque meam contemnit ac despicit, et impune se laturum tantum scelus credit: at utcunque se praesumit innocentem. Est enim congruens pessimis conatibus, contra noxiam conscientiam sperare securitatem. Nam pro deum fidem, quadrupes nequissime, licet precariam vocis usuram sumeres, cui tandem vel ine|ptissimo persuadere possis, atrocitatem istam culpa 500

secum pro *scilicet* p. (quod male intellecto compendio peccatum est fez s. *feliz* l. e. *scilicet.*) *infirmitatem meamque* L., unde Colvius habet *infirmitatem meam* seqq. Vulc. Merc. Wow. Idem legitur in G. 1. D. At in G. 1. inter *senectam* et *infirmitatem* lacuna est et litura vocabuli ferc dissyllabi, quasi *atque*. In cett. codd. et edd. legitur *infirmitatemque*. *senectum* ∂. *atque despicit* L. *dispicit* G. 1. a m. s. G. 2. D. F. 1. cum Vulc. 2. Elm. Scriv. Florid. *se relaturum* O. *atque utcunque* Wow. et Pricaeus. Sopingius maluit *et utcunque*. *utrumque* f. *se*, quod ante *praesumit* omnes codd. legunt et edd., non comparet in F. 3. (γ) Vulc. 2. Elm. Scriv. Florid. *et enim* ∂. *est igitur* P. *congeries* G. 1. in margine a m. s. *congrues*. *circa noxiam* omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. deinde receperunt *contra* omnes edd. post Colvium. *separare* pro *sperare* G. 1. O. *per deum fid.* G. 1. 2. D. ∂. f. P. *proh* edd. vett. *fides* G. 1. O. non male auctore Oud. *quadrupedes* B. *sumens* G. 2. D. B. et edd. ante Wower. praeter Iunt. 2. *sumes* Wow. Pric. *funeris* p. *ineptissime* f. *atrocitate ista* G. 1. 2. D. L. Quod Oud. affirmat in G. 1. 2. legi *atrocitate culpa ista* falsum est. Certe codd. nihil praebent. De ceteris, in quibus hoc legi ait p. f. ∂. P. et F. 1. praeter F. 1., qui ita habet, penes me certum iudicium non est. *atrocitatem istam tuam* f. *atrocitatem ista carere* π. *ca-*

senectam infirmitatemque meam. Colvius, qui in cod. Lips. *infirmitatem meamque* invenisse, antiquata contra morem captans emendavit *senectam infirmitatem,* [ut *senecta aetas* Plaut. Aul. II. 2. 75. Casin. II. 3. 26. 43. Merc. V. 4. 25. Lucret. III. 774. *membris exire senectis* cf. Lindem. ad Plaut. Trin. I. 2. 5., quem praeierat Voss. in Arist. T. II. p. 833. Eckst. qui plures VV. DD. ea de re citat. Taubm. vero ad Plaut. Trin. l. c. p. 1312. nostrum locum eadem ratione protulit. De aliis conferatur id genus locutionibus Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 965.]

at utcunque. Ita adnotationi quoque Oud. praepositum est, quamquam Ruhnken. *atque* in textum recepit, quod Oud. probatum est, qui Pricaei commentum *et utique,* coll. Met. V. p. 375. *sed utique praesumis nugo et corruptor,* reprobat. Ipse explicat: Quidquid sit, certe se quoque innocentem praesumit. cf. Met. IV. p. 254. *sed illum utcunque nimia virtus sua peremit.* [Ego vero *at* retinui. De significatione huius particulae, quae saepius pro *immo contra* posita est, nostro *vielmehr* respondens, cf. Hand. Tursell. T. I. p. 431. Haec caussa est, cur maius interpungendi signum posuerim. Pronomen *se,* quod in nonnullis edd. contra Mss. omittitur, etiam in Elm. abest, et quum accuratissimus alioquin librarius id ex codice F. 3. non adiecerit, verisimile esse possit, id revera ibi omissum esse. At ego aliter iudico. Nam si *at* legitur, quod F. 3. habet, hoc pronomen abesse nequit, unde hic puto excusando satis humano errore librarium pronomen neglexisse. Quod mihi fit probabilius, quod in Lindenbrog. coll., qui non ita accuratus est, *se* margini adscriptum est, quum in Vulc. 2. idem desideretur, quodque nullus praeterea codex hanc omissionem probat. Haec protuli, ut me defenderem contra crimina eorum, qui me religiose cod. F. 3. sequentem videntes mirari possint, cur hic ab eo temere recesserim.]

culpa vacare. Multi codd. quum *vacare* pro *carere* praebeant, alterum hic alterius glossam esse, liquido appareret. Cum optimis codd. *vacare* restitui. Oud. sententiam secutus, qui *carere* magis sapere quam *vacare* glossatoris interpretamentum existimat. Eandem verborum confusionem comprobat ex Ovid. Am. III. IV. 23. Met. II. 422. Mamert. Genethl. c. 13. *et omnino vacent alitu suorum.*

Digitized by Google

vacare, cum propugnare pedibus et arcere morsibus misello puero potueris? An ipsum quidem saepius incursare calcibus potuisti, moriturum vero defendere alacritate simili nequisti? Certe dorso receptum auferres protinus, et infesti latronis cruentis manibus eriperes, postremum, deserto deiectoque illo conservo, magistro, comite, pastore, non solus aufugeres. An ignoras, eos etiam, qui morituris auxilium salutare denegarint, quod contra bonos mores id ipsum fecerint, solere puniri? Sed non diutius meis cladibus lactaberis homicida. Senties, efficiam, misero dolori naturales vires adesse.

rore pro *vacare* G. 1. 2. D. L. R. O. *δ. π.* Vulc. 2. Colv. Wow. Pric. *vocare* Venet. 2. *arsere* Vicent. Venet. 2. *incusare* Venet. 4. *morituram* F. 3. *nequisti simili* inverso ordine *δ.* p. *afferres* G. 2. *afferens* D. *auferes* Venet. 2. *cruantis* neque *cruentatis* ut Oud. voluit in Venet. 2. *obriperes* G. 2. P. D. *derelicto* B. p. et edd. vett. In cett. *deiecto*. *solum aufugerès* F. 1. *δ. f.* *cui fugeres* pro *aufugeres* D. *ignores* Venet. 2. *morituras* G. 1. a m. p. *denegaverint* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *circa bonos* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *fecerit* Venet. 4. *ad ipsum* G. 1. 2. D. P. *punniri* G. 2. *soleri puniri* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *homicidia* Beroald. Bas. 1. *homicidam* f. *sentiet efficiam et misero* in P. est teste Elm. In Oud. collatione et f. est *sentiens efficaciam*. Ita est quoque in G. 2. D. *efficiem δ. efficina* O.

arcere morsibus misello puero potueris. Cur Guielm. Veris. III. c. 13. pro *morsibus*: *mordicibus* emendare voluerit, ego non capio, quum ita loci sententia, qui Oud. scaber admodum videtur, non adiuvetur. Ille enim putat, si hic locus sanus sit, subintelligendum esse *latronem, homicidam*, quem asinus a puero arcere debuerit morsibus sive per suos morsus. At quum haec ei non satisfaciant, legendum coniicit *cavere*, pro quo supra male irrepserit *carere*. [Ego lectionem *arcere puero* probo, ut dativus aptus sit e voce *propugnare* et per attractionem quandam dicatur. De huius vocis constructione cf. Vechn. Hellenol. p. 338. ed. Heusing., qui tamen in eo erravit, quod dativum e verbo *arcere* pendere voluit. *Propulsare* enim cum dativo construi, probat locus Apul. IX. p. 663. *lapidum crebris iactis propugnare fratri*, ubi cf. quae ad hunc locum dedi. Ita apud Arnob. V. 10. ex Ms. (cf. Orell. T. II. p. 489.) legendum est: *Et cur mater acerrime pugnavit* vel *impugnavit inferenti vim filio*, pro *repugnavit*, quod hodie edd. occupat. cf. Barth. Advers. LI. 8. p. 2391. *Pugnare* cum dativo defendunt Virg. Aen. XI. 600. IV. 38. Ovid. Met. I. 19.]

deiecto. Si codices Bert. et Pith. excipias, omnes praebent ceteri lectionem *deiecto*, quae etiam a Colvio et seqq. recepta est eo sensu: Asinum debuisse potius puerum istum dorso recipere, quam eum deiicere et deserere. Verum Oud. hanc lectionem ita refutare conatus est: Verum tum potius *deiecto* praecedere debuisset, ut hysteron proteron evitaretur. Ad haec mulier ista satis innuere videtur, filium suum, quem etiam *asini ductorem* appellat auctor, non insedisse asino, cum a latrone, ut credebat, invaderetur, quare ait ipsum debuisse *auferre eum dorso receptum*. Hac de caussa Oud. in *derelicto* inclinat, quod per synonymorum cumulationem, quae Apuleio frequentissima est, potest defendi. [Et ingenue fatendum est, mihi quoque magis placere hanc lectionem. Altera enim si defendi queat, ita tantummodo potest, ut *que*, quod volunt, non habeat vim copulativam sed potius disiunctivam; cf. Cort. ad Lucan. I. 252., qui plurima exempla praebet. Quare erat, quum *deiectore* emendarem. Ita enim mulier indicavit, nullam esse excusationis asino speciem, cuius fuisset, aut puerum calcibus defendere, aut dorso recipere, aut dorso receptum non deiicere, qua explicatione omnes Oud. dubitationes evelli videntur. Haec me commovebant, ne receptam ceterorum librorum lectionem reiicerem.]

by Google

CAPUT XXVIII.

Et cum dicto | subsertis manibus exsolvit suam sibi fasciam, pedesque 501
meos singulatim illigans indidem constringit artissime, scilicet ne quod vindictae

susceptis. Marg. L. *d. obseptis* f. teste Roaldo sed in excerptis Oud. erat *subseptis*, quod idem legitur in φ. *assertis* edd. vett. *subscertis* G. 1. *faciam* f. *faciem* Bas. 1. *sigilatim* G. 1. et edd. vett. Voss. 2. *singulatim* p. Voss. 1. In cett. codd. *singillatim*. *alligans* L. O. Colv. Vulc. 2. Merc. Wower. Pric. In cett. *illigans*. *ididem* G. 1. ut supra. *neque vindictae* G. 2. P. *nequid vindictae* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2.

Cap. XXVIII. *subsertis.* Oud., qui quam bene haec lectio se habeat, bene intellexit, ut doctrinam suam ostenderet, emendationem suam *subiectis* fusius probavit explicans: Scilicet ut manus supposuerit solvendae fasciae non concinne constrictae, sed rustice laciniis in sinu involutis atque implicitis sic satis ligatae, ut se potuerit continere coll. Ovid. Met. III. 167. Sed idem, quod bene monet, *subsertis* significat, ut subinseruerit manus pectori ad fasciam expediendam, non vero vi detrahendam; coll. Terent. Heaut. III. 3. 3. *vidin' ego te modo manum in sinum huic meretrici Inserere.* Apul. Met. IX. p. 600. *insinuatis manibus.* [Ita apud Ammian. Marcell. XVI. 7. *Res monuit, super Eutherio pauca subserere* est *subiicere, subnectere.* His probatis mirum est, qui interpretes ad tot allucinationes delabi potuerint, ut alii *susceptis*, alii *assertis*, quae lectio vulgata est, emendarent, quod posterius Beroaldus defendens interpretatur: *liberatis, exertis, expeditis.* Verum nulla re impeditae fuerant, neque adeo manus sunt exserendae ei, quae sibi fasciam vult solvere. Colvii coniecturam *substrictis* exponere possis cum Oud. *sursum* adductis et sic fasciae admotis manibus. cf. Burm. ad Nemes. Ecl. III. 32. *Digitis aures substringit acutas.* Met. XI. p. 781. *Compressis in artum feminibus et superstructis accurate manibus.* Multo peior Oud. videbatur Pricaei coniectura *sub suris*, deleta voce *manibus*, intelligentis fasciam cruralem ex Petron. c. 20. *Duas institas ancilla protulit de suris, alteraque pedes meos alligavit, altera manus.* Sed ibi *de sinu* legendum esse, viri docti adnotarunt. Praeterea quis credat, ut recte Oud. adiecit, mulieri rusticae servae tantas fuisse crurales fascias, ut earum una potuerit singulos asini pedes illigare eosque sic constringere, quippe quae potius nudis pedibus fuisse videatur. Certe cum Beroaldo atque Florido non ambigas, quae fuerit fascia, sive pectorale strophium, sive crurales fasciae sive vitta crinalis. Nam ultimam sane non habuit, *quae fleta et lacrymosa ... ambabus manibus trahebat cinerosam canitiem.* [De hac fascia crinali s. mitra, quae apud Romanos vetularum et meretricum erat ornamentum cf. quos larga manu Orell. ad Arnob. II. 23. T. II. p. 33. citat.] Intelligenda est unice zona, qua erat succincta *sub papillas*, quamque habere servae solebant, muneri se accingentes subductis vestibus, ne impedirentur in operibus; cf. ad Met. II. p. 104. *fasciola sub ipsas papillas succinctula.*

singulatim. [Hanc meliorem sine dubio formam, quae in *sigillatim* et *singillatim* vel in optimis codd. etiam aliorum scriptorum depravata est, ubique recipiendam curavi cf. Voss. Etym. s. v. *singulus* Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 27. p. 68 sq. Moser. ad Cic. Tuscul. V. 3. T. III. p. 204. Doed. Synonym. VI. p. 336.]

illigans. Quamquam *alligans*, quod in nonnullis codd. et edd. priscis legitur, ex Met. II. p. 98. *amoris profundi pedi-*

Digitized by Google

meae superesset praesidium. Et pertica, qua stabuli fores offirmari solebant,
502 arrepta non prius me desiit obtundere, | quam victis fessisque viribus, suopte pondere degravatus manibus eius fustis esset elapsus. Tunc de brachiorum suorum cita fatigatione conquesta procurrit ad focum, ardentemque titionem gerens mediis inguinibus obtrudit, donec solo quod restabat nisus praesidio, liquida fimo strictim egesta faciem atque oculos eius confoedassem. Qua cae-

pertica G. 1. *stabili* D. *obfirmari* G. 1. 2. *obiferri* D. *affirmari* B. p. δ. et ed. pr. Vicent. Venet. 4. Paris. *arrecta* δ. *abrecta* f. *abrepta* G. 1. 2. D. *fessisque* G. 1. *suapte* f. δ. O. [G. 1. in contextu hoc vocabulum habet nonnisi a manu secunda.] *suo praepondere* B. *degravatis* Elm. et Florid. *gravatus* O. f. *citra fatigationem* p. *arridentem* f. *inguinibus* D. *contrudit* B. Modius coniecit *condit*. *in quibus obtundit* O. *obtruditurque dñ solo*, unde Salmasius coniecit: *obtrudit usque dum*. *quidem restabat* δ. (quod emendavit Oud. in *quod mi restabat*.) *nusus praesidio* F. 3. *visus praesidio* G. 1. (neque *praesidio visus* quod Oud. ex suis excerptis notavit.) *praesidio nisus* G. 2. F. 1. P. et edd. recentt. *praesidio visus* D. *nisus praesidio* δ. f. p. *praesidio innisus* B. (neque *in praesidio nisus*, ut Oud. voluit.) *innixus praesidio* edd. ante Colvium. Quis *enixus* dederit vel coniecerit, Oud. nescit. Hanc equidem in libro nec scripto nec edito inveni. *liquidissimo stercoris strictim egesto* B. *liquidissimo stercore strictim egesto* Scriv. *liquido stercore strictim egesto* Florid. In cett. *liquida fimo strictim*, nisi quod *strictum* habent. Iunt. 1. Ald. et *strictis* p. *egressa* P. O. D. In G. 2. est *egeressa* sed *e* secundum lineola obductum est, ut videtur, a. m. s. *egressa* G. 1. (neque *egressa* ut in Oud. excerptis erat.)

cis aeternis alligat se defendere possit, tamen cum Oud. lectionem ceterorum codd. *illigat* praetuli. Eadem enim fascia utrosque pedes singulatim illigavit atque involvit et impedivit, ac sic fasciae extremitatibus eos artissime constrinxit et alligavit, ut pedes movere atque calcitrare asinus non potuerit. De hac verborum confusione Oud. comparari iubet Intt. ad Caes. B. G. IV. 17. V. 45. Liv. XXXV. 46. V. 27. Val. Max. VI. 8. 4. [Idem vocabulum emendandum puto apud Arnob. I. 63. qui locus valde mutilatus est: *Qui caecis restituerat lumina, is efficere, si deberet, non poterat caecos? qui debilibus integritatem, is debiles reddere difficultati habuit aut labori? qui claudos praebebat* (cod. *praeciebat*. cf. Stat. Theb. VIII. 528. *Paulumque humeri libare sinistri praebuit*) *is motus illigare* (Ms. *caligare*) *membrorum nervorum duritia nesciebat*.]

degravatus. *Degravatis* Passerat. ad Prop. III. 7. fol. 448., cuius ineptam coniecturam pessime in textum receperunt Elm. ac Floridus. Tunc enim non *suopte* sed *eius*, fustis pondere debuerat dixisse, si manus gravatas intellexisset auctor. Non vero manus, quae langueruntfessis viribus, sed fustis suo pondere degravatus elapsus est manibus lassatae verberando feminae. Plin. Epist. II. 1. *Liber, quem forte acceperat grandiorem, et seni et stanti ipso pondere elapsus est*. Similia profert Pricaeus, quem conferas.

ardentem titionem ... obtrudit. Male Modius emendat *condit* cf. Met. X. p. 725. *atque cuncta fingentem titione candenti inter media femora detruso crudelissime necat*. [De voce *titio* cf. Elm. in ind., qui locum Lact. Instit. IV. 14. §. 14. protulit, Voss. Etymol. s. v. *titio* et Munk. ad Hygin. CLXXI. p. 287., qui idem de Althea usurpat: *Hoc Althea mater cum audisset, exiliit de lecto, atque titionem extinxit et eum in media regia obruit fatalem, ne ab igne obrueretur* (ubi nec Scheffer. emendatio *absumeretur*, nec Munker. *amburetur*, quod ex Lactantii loco cit. defendere possis, probanda est. *Obrui* enim *igne* est consumi.) D'Orv. ad Charit. I. 3. p. 222. ed. Lips.] *Titionem* autem muliebris vindictae non infrequens adiumentum fuisse, Pricaeus praeter alterum Apuleii locum, quem commemoravi, probat Aelian. Var. XIII. 2. de Macrae uxore: *Χίζαν ἁρπάσασα ... ἡμύναντο, ταύτῃ τὸν παῖδα ἀπέκτανε*.

liquida fimo strictim egesta. Cor-

citate atque foetore tandem fugata est a me pernicies. Ceterum titione delirantis Altheae Meleager asinus interisset.

absque D. *pernicie* p. *pernices* Elm. errore operarum, quem tam futilem sine dubio putavit librarius meus, ut eum non corrigeret. *certum* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. *titionem* R. *delibrantis* p. *al thee* G. 2. *mel eager* G. 2. D. *me legal'er* G. 1. *x.* O. *asinus* abest a R. f. *interiisset* Bas. 2. Porro in R. et f. hic demum explicit Lib. VI, et incipit VII. cf. ad initium seq. libri.

ruptam et glossemate interpolatam Bert. cod. scripturam temere arripuit Scioppius, latius de ea agens in Susp. IV. 22. [At in eo cum Oud., qui in ceteris me assentientem habet, convenire nequeo, quod ex uno cod. Bert., qui tam mutilatus est, masculinum genus *liquido fimo strictim egesto* praetulit, quia apud ceteros scriptores semper masculino vel neutro genere inveniatur, nec aliter Apuleius Met. IV. p. 242. *fimo fistulatim excusso* dixerit coll. Burm. ad Seren. Sammon. 72. Qui enim ea ratione totum Apuleium, quem notum est ex arbitrio plura novasse, emendare vellet, non emendatum sed mendosum nobis restitueret pro deum fidem miserrime. Non enim negligendum est, omnes ad unum codd. in ea lectione concinere, ut verisimilius sit, emendationem esse *fimo egesto* illius librarii si diis placet docti, qui totum locum nobis perturbavit. Satis lepida ratione hic usurpavit auctor adverbium *strictim*, quod *fistulatim* fere est, ut idem dixit Met. IV. l. c. Gloss. Cyr. p. 475. *ἐσφιγμένως strictim.* Prae dolore enim ac mortis metu alvum solvere solet noster asinus. Apertissime illustrat nostrum locum Solin. c. 43. de Bonaso: *Quidquid praesidii monstro illi frons negat, alvus sufficit, nam cum in fugam vertitur, proluvie citi ventris fimum egerit per longitudinem trium iugerum, cuius ardor quicquid attigerit adurit.*

foetore tantum fugata est a me pernicies. Pricaeus bene adnotat, multas bestias insectantes intolerabili foeditate depellere coll. Solin. l. c. *Ita egerie noxia summovet insequentes* et Cassiod. X. 30. de elephanto: *Quod si quis* (circumstantium) *praeberc contempserit postulata, vesicae collectaculo patefacto tantam dicitur alluvionem egerere, ut in eius penatibus quidam fluvius videatur intrasse, contemptum vindicans de foetore.*

Ceterum titione delirantis Altheae Meleager asinus interisset. Haec a manu omnia esse glossatoris facetias Apuleianas imitari volentis, sententia est Floridi, in quam inducitur voce *interiisset*, quomodo putat Apuleium non scripturum fuisse sed *interissem*, quod postulet orationis series, qua in re assentientem habet Wasseum. Recte vero hanc dubitationem Oud. refutat, demonstrans, Apuleium saepius *meus asinus* pro *ego asinus*, et *meus Lucius* pro *ego Lucius* dixisse. [Cui argumento alia possunt suggeri. Primum enim qui glossatorum figmenta ex libris accuratius noverit, concedet, hanc quidem glossam doctiorem esse, quam quae ab eorum manu proficisci potuerit, quum hae facetiae non tam in promptu sint positae, ut in mentem cuique statim veniant. Deinde omnium librorum consensus non negligendus erat, quod hac in re luculentissimum est argumentum. Tertio denique loco Apuleius vix aliter dicere potuit, nisi *interiisset.* Quum enim comparet Lucium cum Meleagro, anum vero delirantem cum Althea, se ipsum Meleagrum nominat, et *asinus* vocem tantum addit, ut cuique pateat, quis ille Meleager sit. Nos quoque vertere bene possumus: *Sonst wäre durch der wüthenden Althea Brand der Esel Meleager umgekommen.* Qua in dicendi ratione quid inusitati et falsi sit, equidem non video. Ceterum notissima est haec fabula, quam Apuleius hic tetigit; cf. Hygin. fab. CLXXI. p. 287. Stav., ubi cf. Munker.] Recte Oud. observavit, errare codices, qui *certum* pro *ceterum* praebent, quod

Digitized by Google

librarii est interpretamentum, qui quid *ceterum* hic sibi velit, perspectum non habuit. Significat enim *alioquin*. De vocis significatione Oud. citat Met. V. p. 328. *ceterum tibi summum creabis exitium.* Liv. III. 40. §. 11. *Ceterum neminem maiore cura occupatis animis verum esse, praeiudicium rei tantae afferre,* ubi cf. Klockius et Piccart. Peric. Crit. c. 9. [adde Met. V. p. 355. *Ceterum incuria sequens prioris providentiae beneficium corrumpit,* Apol. p. 494. *Ceterum me etiam veneficii reum postularent;* de Dogm. Plat. III. p. 273. *Ne ultima quidem pars definitionis vacat, sed ostendit per ipsa quae concesserit evenire debere illationem, ceterum ratam non esse.* cf. Charis. Instit. gramm. 2. p. 1177. *ubi Asper: ceterum quomodo positum est, pro alioquin consilium est? an pro reliquum consilium est?* cf. Hand. Tursell. T. II. p. 39.]

LIBER VIII.

CAPUT I.

Noctis gallicinio venit quidam iuvenis proxima civitate, ut quidem mihi videbatur, unus ex famulis Charites, puellae illius quae mecum apud latrones §504 [201]

In R. et f. *Lucii Apulei Platonici Madaurensis Metamorphoseon liber sextus explicit. Incipit liber septimus eiusdem.* [Sed in ceteris codd., quantum video, omnibus hic liber incipit octavus. Nam in F. 3. aperte legitur: *Ego Sallustius legi et emendavi Romae felix Metamorphoseon Liber VII. desinit, incipit Liber VIII. felicíter* et ita quoque in G. 1. 2. D. distinctum video. Codicibus vero R. et f. non ita multum tribuendum est, quia in librorum ordine disturbati sunt cf. ad Met. VI. p. 427., ubi hi codices cum Incerto perveusto statim post fabulam de Amore et Psyche sextum Met. librum incipiunt, quum potius septimus incipiendus fuisset. *galliano* G. 1. aperte legitur. *gallicino* D. *iuvenis* non comparet in B. *ex proxima civitate* B. teste Wow. *ex proxima villula* B. teste Sciopp. Susp. IV. 4. et in Symbol. et Elm. Sed Oud. adnotavit in coll. Median. desiderari *ex*, ut in reliquis Mss. et edd. praeter Wow. Pric. Florid. Et quidem recte, quod me docet coll. Median. *villula* pro *civitate* defendunt Sciopp. Elm. Pric. et Scriv., qui recepit. *ex famulis* F. 1. 3. G. 1. 2. D. Iunt. 2. Colv. et seqq. *de* in p. ∂. B. et edd. vett. est, Oud. addit *etc.*, unde in pluribus codd. *de* scribi consectarium est, qui vero isti sint, accuratius non designat. *Unus Charitis* ∂. *Carithes* semper habet P. *Carice* (non *Charice*) G. 1. constanter praebet idemque O.

Cap. I. *civitate.* Floridus hanc lectionem contra eos bene defendit, qui e cod. B. *villula* comprobant. Nam si famulus Charites fuit, venit e civitate, in qua illa habitabat cf. Met. VI. p. 469. *Imposita dorso meo puella dirigit gressum ad suam patriam, quam simul accessimus tota civitas ad votivum conspectum effunditur.*

ex famulis. De praepositio per se proba est, ut e codd. tantummodo auctoritate de lectione diiudicandum sit. Oud. ut hanc scripturam sustentaret, quam nescio qua de caussa praetulit, comparavit Burm. ad Suet. Domit. 11. Dr. ad Liv. XXXV. 29. §. 8. *Unum de auxiliaribus.* Sil. XIII. 80. *tot de millibus unum.* Iustin. XXIV. 5. *Unus de principibus.* Hygin. Astron. II. 23. *de duobus asellis dicitur unum deprehendisse.* Et sic Apuleio hanc praepositionem non infrequentem esse idem demonstrat ex Met. II. p. 156. *utpote unus de optimatibus.* III. p. 230. *unoque de sociis relicto.* VI. p. 395. *una de famulatione Veneris.* IX. p. 656. *una de cetera cohorte.* XI. p. 811. *Nam de partophoris unum conspexi.* Neque vero praepositionem *ex* hoc in vocabulorum nexu inusitatam esse nostro auctori, Oud. illustrat ex Met. VIII. p. 559. *unus e nostris.* XI. p. 777. *unus e ministerio beato.* p. 781. *tunc e cohorte religionis unus.* Inde commotus sum, ut optimorum codd. lectionem contextui restituerem.

Digitized by Google

pares aerumnas exantlaverat. Is de eius exitio et domus totius infortunio mira ac
505 nefanda ignem propter assidens inter conservorum frequentiam sic adnuntiabat: Equisones opilionesque et bubsequae, fuit Charite nobis quam misella et quidem casu gravissimo, nec vero incomitata Manes adivit. Sed ut cuncta noritis,

exanglaverat G. 1. *exanclaverat* G. 2. D. P. edd. vett. *exclamaverat* Elm. vitiose. *exanhelaverat* R. f. *exantlaverat pares aerumnas* δ. p. *exilio* Iunt. 1. 2. Ald. Bas. 2. *igne prope* δ. *frequentia* G. 2. D. *annuebat* pro *adnuntiabat* p. *equisiones* Venet. 4. Paris. Vulc. 2. Colv. *equisitiones* Bas. 1. corrupte. *opilonesque* Vicent. Venet. 2. 4. Paris. *upiliones* Ms. Al. *etiam* pro *et* F. 1. in edd. vett. omnibus. *butsequae* f. p. Iunt. 1. *omnes et bubsequae fuit* f. *opiliones omnesque bubsequae fuit* vel *omnis* L. P. O. δ. G. 1. 2. (teste Oud. Sed hac de re dubito. In G. 1. et 2. aperte legitur *opilionesque omnisque praefuit*, quod idem legi in L. testis est Colv., qui adnotat: Sed in margine ita alias legi notatum, quemadmodum expressimus: *equisiones, opilionesque et bubsequae fuit.* Quum vero G. 1. codex O., G. 2. codex P. ubique fere conveniant, probabile est, in omnibus istis codd., quos protulit Oud., legi *praefuit*, quod ex syllaba *quae* postrema vocis *bubsequae* corruptum videtur. *opilionesque omnes quae praefuit* D. *omnes bonisequi* Vicent. Venet. 2. *et bovis equi* Marg. Bas. 1. *opiliones omnes quae profuit* Ms. Incert. *opiliones et omnesque fuit* π. *que misella* p. *qui misella* F. 3. In cett. *quam misella. miscella* Venet. 4. *proh quidem gradu gravissimo* L. unde Colvius emendat: *pro Fidem! casu gravissimo. Gradu* etiam est in G. 2. P. D. Vir doctus in ed. mea Vicent. emendat *viro. manis* G. 2. (non *mavis*, ut Oud. excerpta praebebant) G. 1. *maius* p. *addivit* G. 1. *ut* abest a P. *veritis* pro *noritis* F. 3.

bubsequae. Quia haec scriptura in multis codd. tam perverse habetur, Oud. putat lectionem quandam hic latere satis reconditam, quamquam qualis illa sit, nesciat. Neque etiam cum N. Heinsio addi placet *subulcique* ad Ovid. Heroid. XVII. 192., quod attexi voluit, quia cur eos omitteret, vir doctus caussam non videbat. Contra ego cum Oud. nullam caussam video, cur eos invitis Mss. adiiciamus. Recordatus enim est auctor loci Virgil. Ecl. X. 20. *venit et opilio, tardi venere subulci, Uvidus hiberna venit de glande Menalcas* [de quo loco accuratius dicendum est. Nam si Apuleium accuratius comparamus, ad hunc Virgilii versum saepius eum respexisse videmus. cf. Florid. I. p. 11. *quam Virgilianus opilio seu bubsequa.* Apol. p. 505. *vir ultra Virgilianos opiliones et bubsequas rusticanus* et de Deo Socr. p. 129. *vel pastor vel equiso vel bubsequa,* unde recte miremur, quomodo *bubsequa* vocabulum Apuleius depromserit ex Virgilio. Hinc mihi probum est, quod iam accuratius in recens. ed. Virg. Forbig. in Iahn. Annal. T. XXVI. fasc. 2. p. 165. exposui, Apuleium in suo exemplari Virgiliano invenisse *bubulcum*, quae corruptio facilior est cf. Santen. ad Terent. Maur. 1191., ubi *bubulcus* sine dubio legendum est. Quod ni ita esset, quomodo Apuleius in hoc quidem rerum nexu, ubi semper ad Virgilium respexit, *bubsequa* ponere poterat, quod ipse fabricasse sibi videatur conveniens Virgiliano *bubulcus.* Praeter Apuleium et Sidonium Apollinarem nemo hac voce utitur. cf. Gloss. Vulc. p. 18. *bubsequa* βουκόλος. In Virgilii autem loco *subulcus* esse retinendum, argumentis contra Apulei auctoritatem l. c. demonstrare studui. De Apuleio vero dubitari nequit, unde qui ex Virgilio hic emendare aliquid volunt, temere mihi agere videntur. *Opilio an upilio* scribendum sit, ad Florid. p. 11. demonstrabo. *Opilio* equidem in Apulei libris ubique retinui.]

quam misella. [Gruterus sic distinguit et emendat *fuit Charite nobis, quoniam misella*, quae coniectura neque atque Heinsii ad Met. l. c. *in quam* omnium est infelicissima. *Quam misella* enim est miserrima, quum particula *quam* positivo iuncta intendat saepissime significationem cf. Buen. ad Lact. Instit. I. 5. §. 28. p. 35. Deder. Gloss. ad Dict. Cretens. p. 335. diet. ad Met. III. p. 181. Lectio *qui* et *que* codd. Flor. 3. et Pith. ex confusione compendiorum nata est. *Fuit* in praegressis non mutandum est, quia in descriptione mortis saepius est obvium et in universum de rebus dicitur, quae abierunt; cf. Virgil. Aen. II. 325. *fuimus Troes, fuit Ilium.* VII. 413. *sed fortuna fuit.* Ovid. Heroid. XVII. 192. *Cumque nihil speres firmius esse, fuit.*]

referam vobis, quae gesta sunt quaeque possent merito doctiores, quibus stilos fortuna subministrat, in historiae specimen chartis involvere. Erat in proxima

quae possit merito doctiores quam stil., unde Sciopp. Symb. et Susp. IV. 4. coniecit: *quae possit merito doctior et quibus stilum. possint* G. 1. 2. P. p. O. D. et edd. ante Colv., quod Oud. perperam praefert. In cett. legitur *possent*. [Vir doctus in marg. ed. Colv., in qua Modian. coll. notata est: *quae possit* B. *quae possint merito doctiores quibus stilum fortuna subministrat in historiae specimen chartis involvere* B. G. Fl., quod ab istis Mss. recedit. *possent* enim F. 1. habet. Certe Lindenbrog. in coll. sua nihil emendavit ex Vulc. 2., quae *possent* praebet. *doctores*ve. *doctiores* G. 1. *stilos* Ms. Al. teste Elm. et codd. longe plurimi Iunt. 2. Colv. Vulc. 2. Wow. Pric. Equidem inveni in F. 1. 3. G. 2. D. et G. 1. qui habet levi errore *stilos*. *Stilum* legi in p. B. edd. vett. Elm. et F. 1. testatur Oud. [De F. 1. certe erravit. Nam Vulc. 2. habet *stilos*, nec Lindenbrog. mutavit.] At sumsit sine dubio ex coll. cod. F. ad marg. ed. Colv., quae aperte *stilum* ostendit. *in* omittunt Colv. Marg. Bas. 2. Vulc. 2. Wow. Pric. et forsitan P. (quae Oud. est sententia.) *speciem* pro *specimen* p. edd. ante Colv. praeter Iunt. 2. [In coll. ad marg. Colv. ed. eadem lectio ex F. adnotatur, sed e B., in quo idem legi asseverat Oud., nihil additum vidi, unde verisimile est, Oud. hac F. cod. lectione deceptum esse.] *charitis* L. ed. pr. (nec *Charites*, ut legit Oud. et Vicent. habet.) Venet. 2. D. *carithis* pro *chartis* P.

stilos. Pluralem Oud. putavit librariorum esse emendationem, qui ob praecedens *quibus* male se habere *stilum* credidissent, quod multo elegantius esse pronuntiavit, quia *singulis unus* stilus sufficeret coll. Met. II. p. 109. *caerulos columbarum colli flosculos* Burm. ad Virg. Georg. I. 267. *fruges nunc frangite saxo.* [Eandem lectionem Oud. iam vindicavit in Animadvers. ad Veget. Lib. IV. c. 28. Miscell. Observ. Vol. IX. T. II. p. 235. E contrario *stilum* glossema esse eorum existimo, qui hic genus scribendi vocabulum significare opinabantur, hacque de caussa pluralem minus elegantem, immo vitiosum habebant; quippe quod singularis huius vocabuli multo saepius in usu sit. Sed propria sua vi hic *stilos* esse dictum de instrumento scriptoris, quo in ceratis tabulis veteres scribebant, ex toto verborum nexu satis apertum est. Certe contra optimos codd. mutare quicquam nolui.]

fortuna subministrat. Magis doctrinae ostentandae caussa, quam quod re vera factum a viro docto est, cavendum esse monet Oud., ne quis ex Lamprid. Heliog. c. 35. *Te vero, Auguste venerabilis, multis paginis iisque disertioribus illi prosequentur, quibus id feliciter Natura detulerit* pro *fortuna* rescribat *natura;* hoc enim utrumque vocabulum saepius in Mss. confundi. Hic enim dicere servum, cuius fortuna non patiatur historiam scribere, quod sit ingenuorum vel eorum saltem, quibus plus otii et facultatum *fortuna* concesserit.

in historiae specimen. Specimen lectio recte se habet, quum sit argumentum historiae. Colvius comparat Lucret. IV. 210. *Hoc etiam inprimis specimen verum esse videtur.* V. 1360. *At specimen sationis et insitionis origo. Ipsa fuit rerum primum natura creatrix.* Oud. addit Lucret. V. 187. *Si non ipsa dedit specimen natura creandi,* ubi in multis item *speciem* legitur. Dr. ad Liv. XXXVIII. 17. §. 20. Salm. ad Solin. p. 430. *habeat licet specimen maturitatis.* [Eadem ratione emendat Salmas. Lamprid. Commod. c. 5. T. I. p. 487. *ad formae specimen* pro *speciem* minus recte. Totus locus corruptus ita emendandus videtur esse: *Hac igitur lege vivens ipse cum trecentis concubinis, quas ex matronarum meretricumque delectu ad formae speciem concivit* (Palat. et vet. editio praebent *concilii* i. e. ad se convocavit, et quasi congregavit) *trecentisque aliis puberibus exoletis quos neque ex plebe ac nobilitate nuptosque forma disceptatrice collegerat* (libri habent *nuptusque* cf. Plaut. Cas. V. 1. 6. *Lubet Chalinum quid agat scire novum nuptum,* ubi cf. Taubm. Non. s. v. *nubere* p. 143. Referri potest ad morem Neronis, qui Sporum et Doryphorum in matrimonium quasi duxerat. cf. Suet. Ner. 28 et 29.] Temere vero Colvius,

506 | civitate iuvenis, natalibus praenobilis, * loco clarus et pecuniae fuit satis

quo clarus F. 1. 3. *qui clarus* G. 1. 2. P. O. D. R. f. *d. equo clarus* B. et edd. vett. et recett. praeter edit. pr. Venet. 2. Vicent. In nonnullis libris legi *loco clarus* testis est Beroaldus. Lipsius emendat *aeque. chartis* pro *clarus* habet R. f. *eo pecuniae* F. 1. 3. p. Vicent. Ceteri codd. et edd. praebent *et pecuniae*, quod teste Elm. etiam in F. 1. legitur. *simul* pro *fuit*, quod primus restituit Colv., dant codd., praeter F. 1. 3. O. P. *f.* G. 1. 2. D. Veteres vero edd. habent *fuit. valde locuples* P. (Neutrum nec *fuit* nec *simul* comparare in G. 1. Colin. et Bas. 1., Oud. testis est. Sed de G. 1. erravit. In eo enim ut in ceteris *et pecuniae fuit simul locupl.* extat.)

quem aliquot edd. secutae sunt, eiecit praepositionem *in*. Tam contortis enim adpositionibus uti non solet auctor.

loco clarus. Locum omnium sine dubio difficillimum coniectura emendare studui, quae quantum intelligere possum optimam praebet sententiam, quum ex Mss. certum quid statui nequeat. In textum tamen recipere eam nolui, quia mihi non satisfecerim. Propositum igitur meum secutus, *loco* reposui, quod a nonnullis libris Beroaldus dicit praeberi, quamquam eius verbis non tantam fidem habeo. Priusquam vero meam sententiam accuratius exponam, liceat ceterorum interpretum sententias explicare. *Equo clarus* probat Roaldus ex Epigrammatis apud Aldum p. 656. 2. EQUO. PUB. ORNATUS. EQUO. PUB. HONORATUS, cui sententiae suffragatur Colvius, qui equo publico condonatum intelligens ex Ulpiani fragm. affert: *Hoc amplius principalibus constitutionibus concessum est mulieri, in hoc donare viro suo, ut is ab imperatore lato clavo vel equo publico similive honore honoretur*. At *equo clarus* hic significare equestris ordinis virum et equo publico honoratum (ut etiam Forcell. s. v. exposuit) cum Oud. credam tunc viris doctis, quum probaverint, *equum* simpliciter ita unquam usurpatum esse, non adiuncta quadam dignoscendi nota, praesertim quum in nullo id praeter Bert. inveniatur codice. Beroaldus in nonnullis Mss. legisse se dicit *loco*, quod posset exponi *domi suae et in patriae civitate*, vel de ordine, munere, dignitate et magistratu potius sumi, quo fungens effulgebat, utpote natalibus praenobilis; de qua significatione Oud. comparat dictiones *locum capere, tenere in republica* Liv. IV. 57. §. 11. *primoribus patrum splendore gratiaque ad petendum praeparatis, omnia loca tenere* c. 16. §. 6. ad quem locum adeatur Gronov. Comment. ad Suet. Aug. 54. *contradicerem tibi, si locum haberem*. Burm. ad Quint. Inst. VI. 3. p. 547. [cf. Buen. ad Lact. Inst. V. 1. §. 22. p. 575.] Et huc facere opinatur Oud. adiectivum *clarus*, quod senatoribus et magistratibus loci condicione splendidis tribuerint Romani epitheton [cf. Plin. Epist. VII. 33. Lamprid. Heliog. c. 4.] Quare ille amplexus est, donec certius quid proferatur, hanc lectionem, quae ei a voce *locuples* videtur esse expulsa. At ex nonnullorum codd. scriptura praefert scribendum *loci*, ut *clarus* genitivum adsciscat. [cf. Vell. II. 5. *clarissimus disciplinae*. Sed confiteor, hanc lectionem non satisfacere. Primum enim lectio *loco* facilior per se est et tritius est vocabulum, quam quod ita corrupissent librarii. Dein verisimile non est, hominem nimis iuvenem tantam habuisse in urbe dignitatem, quam Oud. putare videtur. Hinc emendat vir quidam doctus *avis clarus* i. e. maiorum egregie factis et virtute clarus, quum antea Apuleius verbis *natalibus praenobilis* praestantissimam generis suae nobilitatem et vetustatem gentis significaverit. Sed quomodo satis bene, *natalibus praenobilis* et *avis clarus* discerni possit, non video. Simili fere ratione Ovid. Fast. I. 471. dicit: *Hic fuit Evander: qui quamquam clarus utroque, Nobilior sacrae sanguine matris erat* et explicari possit. Ob gloriam igitur, quam maiores eius sibi comparaverant, plurimi in civitate Thrasyllus habebatur et inter primores recensebatur. Fortasse rectius etiam *per avos clarus* emendari possit, ut compendio *pavos* exorta sit lectio *quo clarus*. Sed

locuples sed *luxurie popinali* scortisque et diurnis potationibus exercitatus

locuplex G. 1. 2. *δ.* p. *f.* Iunt. 1. *et luxus* G. 1. O. *sed et luxuriae* Coll. Voss. G. 2. D. *pompinalis* D. *scortisque* L. (quod idem in excerptis suis cod. G. 2. legit Oud. Sed ibi *scortisque* apertissime scribitur.) *sortisque* D. *et scortisque* Venet. 2. *divinis* L. *exercitatus potationibus* p.

haec mihi non satisfaciunt. Hinc emendavi *eloquio* clarus ut Plutarch. de Clodio dixit vit. Caes. p. 711. c. *Πόπλιος Κλώδιος ἦν ἀνὴρ γένει μὲν εὐπατρίδης πλούτῳ καὶ λόγῳ λαμπρὸς, ὕβρει τε καὶ θρασύτητι τῶν ἐπὶ βδελυρίᾳ περιβοήτων οὐδενὸς δεύτερος.* cf. p. 525. *Thrasyllus verbis palpantibus stimulum doloris obtundere, variis exemplis multivagi casus solatia nectere.* Rodius totius loci difficultatem eo vitavit, ut in interpretatione omnino omitteret, Francogallus vertit: il tenait rang entre les chevaliers, quod praeterea eo minus probari potest, quum institutionem mere Romanam ad graecam civitatem VV. DD. transferant.] Minus eleganter ii agunt, qui ex Mss. lectione restituunt: *natalibus praenobilis, qui clarus et pecuniae fuit satis locuples*, quoniam *clarus* ita non habet, quo referri queat, et enunciationis concinnitas disturbatur, quae quum cetera adiectiva apposito quodam ablativo sint aucta, hoc quoque ut eundem habeat postulare videtur. Sed ne nimis arrogans viderer, meam qualemcunque coniecturam ad adnotationem relegans, lectionem corruptam in textum recepi, asterisco tamen insignitam, ne quis ea decipiatur.]

et pecuniae fuit. [Ne a codd. lectione recederem, quam textui subponere incepi, perversum illud *et* exterminare nolui, quamquam *eo* optimi libri praebent, unde quae vera huius loci sit lectio doctior quidam enucleet. Nam de nihilo non habenda est haec corruptela, in qua optimi codices consentiunt, nec minus corruptum iudico vocabulum *fuit*, quod quum *erat* praegrediatur, vix tolerabile est totiusque loci concinnitatem conturbat. Oud. refinxit: *eoque simul fuit satis locuples*, quasi auctor dicere voluisset, illum *eo loco et munere* satis pecuniae habuisse, sicut natalibus, genere ac possessionibus propriis erat *locuples*. Vir doctus Kulenkampius in edit. mea Floridi emendavit *et pecunia et fundo et satis locuples*. De forma *locuplex* cf. Voss. in Etymol. s. v. et Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 507. Voss. Arist. T. I. p. 483. Foertsch.]

sed luxurie popinali scortisque. [Ita meo periculo emendavi et in textu posui. Miror enim, qui viros doctos genitivus ille *luxuriae popinalis* offendere non potuerit, qui adiectivum non habet, unde pendeat. Hoc vero necessario hic requiri supra iam dixi, quum de lectione *qui clarus* a me dictum est. Deinde etiam ablativus hic praeferendus erat, quem cetera adiectiva adsciscunt omnia, unde non ita a Kulenkampii coniectura in praegr. alienus sum, qui loci rationem optime perspexit. Corruptelam autem ita explico: Prius quum *popinali* legeretur, negligentia librariorum *s* littera sequentis vocabuli perperam adhaesit, quo vitio admisso necessarium erat, ut interpretes, et librarii recentiores *luxuriae* emendarent. In antiquis enim libris, ut vel tironibus innotuit, *luxurie* et *luxuriae* dignosci nequeunt. Ille igitur Thrasyllus exercitatus erat *luxurie popinali* i. e. gula, escis delicatioribus, scortis et potationibus. *Popinae* vero semper cum fornicibus coniunctae commemorantur, quia meretricum erant latibula cf. Intt. ad Horat. Epist. I. 14. 21. et Zell. in libro *Ferienschriften* p. 38.]

diurnis potationibus. Heins. ad locum Ovid. dict. coniecit *diutinis.* Verum tamen non temere mutanda est vulgata lectio. *Diurnae* enim *potationes* cum Oud. capi possunt pro tempestivis, quae vel de medio die fiunt, vel in diem usque provehuntur. cf. Curt. VI. 2. Huc pertinet Met. IX. p. 621. *Matutino mero et continuo stupro corpus manciparat* [p. 601. *prandio matutino saucia.* ubi plura proferam. Summum enim apud veteres erat dedecus, hominisque longe libidinosissimi, matutino tempore po-

507 at|que ob id factionibus latronum male sociatus, nec non etiam manus infectus humano cruore, Thrasyllus nomine. Idque sic erat et fama dicebat.

CAPUT II.

Hic, quum primum Charite nubendo maturuisset, inter praecipuos procos summo studio petitionis eius munus obierat. Et quamquam ceteris omnibus id

ob idem G. 1., *fastionibus* Vicent. Venet. 2. *ac inde* pro *nec non* F. 3. ex correctione. *infectas* f. p. *infectis* G. 2. D. *Trasilius* G. 1. *atque fama* L.
inter praecipuas G. 2. D. *pro eos* G. 1. habet pro *procos*. *is genere* P. O. B. R. f. (in quibus

tare.] Quicquid sit, multo minus comprobari potest eiusdem Heinsii ingeniosa quamvis coniectura *exesitatus* i. e. opibus contritus, exhaustus. Quo putat apertiorem reddi caussam, cur se latrociniis addixerit, nempe quia iis rebus bona abligurrierat et ad inopiam redactus erat. Verum *ob id* facile intelligas pertinere ad ingenium eius, ob quod talibus se adiungebat hominibus, cum quibus scortari et potare poterat, licet satis locuples et privatis opibus et munere publico maneret, et ideo etiam *eximia munera parentibus* Charites mittere posset. *Exercitatus* autem dicitur homo quacunque re, quam frequenter agit, etiam pessima. cf. Pric. ad h. l. et Met. IX. p. 663. *et multis ante flagitiis similibus exercitatus percussor.* Sall. B. Cat. 6. *Huic ab adolescentia bella intestina, caedes, rapinae ... grata fuere. Ibique iuventutem suam exercebat.* Cic. Catil. II. 5. *scelerum et stuprorum exercitatione adsuefactus.*

manus infectus. Duriusculum hoc eidem Heinsio videbatur, quare reponi malebat *manum*. Id si scriptum legeretur, non mutandum esset, nunc vero retinendum est *manus*. [Cur vero Oud. addiderit: aliam esse pronuntiationem et sonum accusativi pluralis in *us*, aliam nominativi singularis, quod ex syllabae quantitate pateat, coll. Ovid. Am. III. 8. 22. *Forsitan et quoties hominem iugulaverit, iste Indicet, hoc fassas tangas avare manus*, vix capio. Subtiliores quam Romanorum aures videntur fuisse Heinsii. Nam si hanc terminationem bis se excipientem, quam merito probavit et explicuit Beroaldus, ex omnibus scriptoribus expellere vellemus, quantus labor esset, quanta insania?]

idque sic erat et fama dicebat. Communem lectionem nec eam ineptam, ut ipse fatetur Pricaeus, putant tamen in meliorem mutari posse refingendo: *Isque sic erat et fama dicebatur.* Heinsius vel glossema esse vel rescribendum ibidem opinabatur: *isque hic erat, ut et fama dicebatur.* Alius vir doctus coniecit: *Idque sic erat, ut fama dicebat*, sive et is ita vivebat, sic vita eius erat; Oud. vero: *idque sicut erat, et fama dicebat*, coniecit, qui tamen fatetur, certo *et fama dicebat* non mutandum esse i. e. testabatur, quum dicat auctor, eum tali vita fuisse nec tacite vel clam, sed et istius vitam turpem civibus innotuisse coll. dict. ad Suet. Caes. 33. *fama distulit.* [Ego vulgatam lectionem utpote ceteris meliorem retinui. De locutione *fama dicebat* cf. Ruhnk. Diet. ad Ovid. Heroid. p. 115.]

Cap. II. *petitionis eius munus obierat.* Oud. haec verba explicat: sive munus ambiendi et petendi *eam Charitem*, non refragatus tamen, si idoneus codex abiiceret pronomen, quod cum Heinsio mavult delere, quam cum eodem legere *petitoris eius*. Ego caussam cur vocabulum reiicerem, non vidi.

ceteris omnibus id genus viris. Ineptam lectionem *is genere viris*, quam primus intrusit Colv., miror a seqq. editoribus temere esse receptam, neque priorem elegantissimam *id genus*, ab ullo praeter Oud. esse vindicatam, nisi quod Sopingius in Colv. Ed. marg.

genus viris antistaret, eximiisque muneribus parentum invitaret iudicium, 508
morum tamen improba|tus repulsae contumelia fuerat adsperaus. Ac dum herilis puella in boni Tlepolemi manus venerat, firmiter deorsus delapsum nutriens

videtur esse *is genere iuris*) G. 2. D. Colv. et seqq. edd. *his genere* G. 2. D. *id genere* Marg. Bas. 2. In cett. *id genus*. *iure antistaret* pro *viris* β. *parentes invitaret: iudicio morum tamen improbatus* G. 1. 2. D. O. P. R. f. L. δ. Incert. Pric. et edd. cum seqq. In prioribus et codd. cett. legitur *parentum invitaret iudicium* praeter B., qui habet *parentes invitaret*, *iudicium*. In p. est pro *iudicium: iudicia*, unde ceterorum codd. error profluxisse videtur. *repulsu contumeliae* vitiose ed. Scriverii spuria seu Amstel. *ac dum* F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. B. R. L. δ. Colv. et seqq. In ceteris *at dum*. *erilis* G. 1. cum glossa interlineari *regalis*. In ed. pr. Vicent. Venet. 2. *Herilis* scriptum est, quasi nomen proprium. *thepolemi* G. 1, ut semper. *thepolemii* D. *Lepolemi* B. ut ubique, quem Colv. secutus est. Ita quoque ed. pr. Vicent. Venet. 2. *convenerat* ex Fulvii coniectura in textum tacite receperunt Wow. Pric. et Florid. *deorsum* G. 1. f. O. R. Ed. Vulc. 2. Wow. Pric. Friget sane istud *deorsus* de Oud. sententia. Heins. Ovid. Met. XIV. 208. legebat *per easa*

id praestiterit et Heins. ad Ovid. d. l. optime defenderit. De dictione *id genus* accuratius agam ad Met. XI. p. 771. *alio genere facium*.

parentum invitaret iudicium est muneribus eos addicere, ut secundum se de filia pronuntiarent. De verbo *invitare* hac sententia etiam cum rei substantivis iuncto egi ad Met. VII. p. 487. *libidines invitat*. Dr. ad Liv. II. 42. *largitiones temeritatisque invitamenta*. De *morum approbatus*. cf. Dr. ad Sil. XVI. 166. ad Met. X. p. 694.

deorsus. Oud., qui Heinsii sententiam amplexus est, hoc adiectivum frigere videtur, aliud tamen pro eo non substituenti. [Hanc quam putant vocabuli ut ita dicam ieiunitatem videre equidem nequeo. Quamquam enim non negandum est, significatione hic legi, cuius exemplum alterum invenire non potui haecipsa mihi videtur esse caussa, cur defendendum sit. *Deorsum* enim quum proprie versus inferiora notet κατά, Apuleius hanc particulam ita usurpavit, ut imum versus locum indicet; ut Met. VIII. p. 554. *Iam tempus est, ut illo gladio deorsus ad meum Tlepolemum viam quaeram*, ubi *ad inferos, ad orcum* significat. Ita in Gloss. Cyrill. κατά explicatur: *infra, imo, deorsum*. *Deorsum delapsum* hic igitur nominat amorem, qui medullas penetravit, ut Apul. X. p. 684. dixit: *Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi praecordia meis medullis acerrimum commovent incendium*. Nunc restat, ut de forma huius particulae moneam. Sunt enim interpretes, qui utrum *deorsus* an *deorsum* in singulis scriptorum libris probandum sit, multum inter se discrepant. Quanta sit Davis. ad Cic. de Nat. Deor. I. 25. §. 69. et II. 33. §. 84. et Moseri his in vocibus inconstantia, bene iam Hand. Tursell. T. II. p. 280 sqq. adnotat, qui Apuleii nostri locos quosdam enumerans, utrum in iis praeferendum sit dubius haeret. Ex codd. igitur auctoritate loci sunt pensiculandi, in quibus apud Apuleium haec vox deprehenditur. In formula dicendi *deorsum sursumque* hanc terminationem praetulit Oud. cf. Met. I. p. 61. ubi ne unus quidem codex alteram praebet: *ac neque deorsum demeare nec sursum demeare posset* de Dogm. Plat. I. p. 198. *sursum etiam deorsumque nitentium*, quo loco omnes codd. et edd. consentiunt. In ceteris vero locis discrepantia librorum fere ubique deprehenditur, sed ita ut optime libri *deorsus* semper retineant cf. Met. VIII. p. 544. *deorsus ad meum Tlepolemum*, quod cum optimis codd. legendum est. X. p. 672. *deorsus in ipsa tabernula*, ubi Oud. nullius codicis varietatem adnotavit, Florid. p. 52: *tunicam variegatam deorsus ad pedes ipsos*, quo loco omnes codd. et edd. consentiunt, de Deo Socrat. p. 142. *velut ad foetum edendum deorsus degrassantur*, quod codd. optimi et edd. aliquot confirmant, licet in aliis legatur *deorsum*. Unus locus, quo omnes codd. et edd. habent *deorsum* est Apol. p. 394. *et deorsum ad pedes deiectum*. Ex his igitur exemplis M potest coniici,

Digitized by Google

amorem et denegati thalami permiscens indignationem, cruento facinori quaerebat accessum. Nanctus denique praesentiae suae tempestillam occasionem, sceleri,

negati G. 2. P. D. *permisiõnes* L. f. Aliud agebat etiam Sopingius, alienus margini *permittens*. *permissens* G. 1. Vir doctus in marg. Vicent. meae *reminiscens*. *nanctus* F. 3. In ceti. *nactus*. *nactusque denique* G. 2. D. P. Coll. Voss. *naptus* O. *tempestillam* F. 1. 3. G. 1. 2. φ. O. *tepestillam* D. *postibilem* cod. Incert. In ceteris *tempestivam*. *praesentiae suae* G. 2. P. D. *Nam cunctus denique suae tempestillam occasionem praesentiae* G. 1. In O. legitur *naptus denique tempestillam occasionem praesentiae*. *Occasione* vitio typothetarum Vicent. *sceiere* G. 1. 2. O. D. f. d.

Apuleium formam *deorsus* praetulisse, quae quum a nonnullis librariis inusitata haberetur, in longe tritiorem *deorsum* mutata est. Si quid de discrimine utriusque vocis ex duobus locis proferri liceat, inter *deorsus* et *deorsum* ex soni tantum iucunditate Apuleium elegisse existimo, quod Met. VIII. p. 544. et de Deo Socr. p. 142. comprobari videtur, quamquam non is sum qui istam qualemcunque observationem cuiquam obtrudere velim.]

accessum. [Nostrum locum Barth. Advers. XIX. 15. p. 993. adtulit, ut *accessus* idem esse quod *aditus* demonstraret.]

permiscens indignationem. Emendavit olim Beroaldus *reminiscens*, quae coniectura argumento est, eum Apuleii sententiam non percepisse. Oud. explicat: Amori miscebat iram ob repulsam. Eleganter et pro hominum natura. Quare saepissime ab Ovid. harum rerum peritissimo arbitro, iunctae sunt hae affectiones. Inspice Heroidum Epistolas et Horat. Od. I. 13. [Hanc interpretationem iam antea amplexus erat interpres Francogallus: Thrasile nourrissant son amour, à qui l'on avait ôté toute espérance et joignant à la passion la rage, qu'il avait conçue du refus, qu'on avait fait de lui. Nec aliter Rodius: *Thrasyll liess darum seine Leidenschaft, so hoffnungslos sie auch war, nicht fahren, sondern er nährte dieselbe mit dem Unwillen über die erlittene Verschmähung.*]

nanctus. [De hac forma cf. quae dixi ad Met. VII. p. 473. Hanc scripturam etiam G. 1. adiuvat, in quo *nam cunctus* legitur, quod ex perversa lectione *n. anctus* (*n* significat compendio scriptum *nam*) ortum esse persuadetur.]

tempestillam. Mirum est, quod codd. optimi in hac lectione ad unum omnes consentiunt. Quotiescunque enim apud Apuleium vox *tempestivus* legitur, ne unus quidem codex aberrat, ut temere cum aliis haec lectio non reiicienda sit. Quod Oud. iam bene intellexit, qui vel *tempestivam* cum aliis legendum vel *tempestillam* retinendum esse censeat, contra interpretum allucinationes agens, qui ut Wasseus *persubtilem* vel *pestibilem*, et vir doctus in Miscell. Vol. II. T. III. p. 394., idem *persubtilem*, coniecerunt. Hic posterior eo quoque nomine vituperandus est, quod ex Florent. 1. et Fulv. codd. scripturam *pestillam* praefert, quam sibi iste finxisse putandus est. Anonymus in Addend. ad has Observ. *tempestillam* retinendum censet, *subtilem occasionem* bene dici posse negans, unde Met. IV. p. 243. pro *subtilem occasionem* emendari mavult *subitam occasionem*. Quamquam ego quoque lectionem *tempestillam* suo loco restitui, tamen vellem huius deminutivi simile quoddam exemplum viri docti protulissent, quum *quantillus* et *tantillus*, quae eadem ratione formatae videantur, non omnino satisfaciant. Speciem quandam analogiae habet *pauxillus*. Invenitur certe adiectivum *tempestus* apud Fest. p. 155. Lindem. *tempesta tempestiva*, unde formari potuisse deminutivum consentaneum est, quodque praeceteris in locutione *nox tempesta* omnibus innotuit. In seqq. p. 510. eadem de re Apuleius dicit: *Diu denique deliberaverat secum Thrasyllus, quo vel clandestinis colloquiis opportunum reperiret locum.*]

quod diu cogitarat, accingitur. Ac die, quo praedonum infestis mucronibus puella fuerat astu virtutibusque sponsi sui liberata, turbae gratulantium exsultans insigniter permiscuit sese, salutique *praesenti ac* futurae soboli novorum maritorum gaudibundus, | ad honorem splendidae prosapiae inter praecipuos 509

attingitur G. 2. D. *sui* absent a G. 1. O. *insegniter d. insignitur* Elm. culpa typothetarum. *salutique praesentia futurae* habent omnes codd. quantum video. Certe inveni in F. 1. 3 G. 2. D. B. et edd. omnibus, praeter Scriv. ac Florid., qui Lipsianam coniecturam *salutique praesenti ac futurae soboli*, receperunt, quam quum Oud. probasset, Ruhnk. quoque in textu posuit. In G. 1. est *saluti. que praesentia futurae.* In cod. Incert. *salutarique praesentia futurae.* *nonorum* G. 2. *ac honorem* f. *pretipuos* G. 1.

diu cogitarat. [*Diu* hic est *iam dudum* nec rei diuturnitatem indicat, sed longum abesse id tempus, quo aliquid factum sit vel fiat, aut longum esse temporis, ex quo aliquid non factum sit, quae verba Handii sunt in Tursell. T. II. p. 287. quem cf. Ita apud Arnobium I. 30. legendum est: *Si enim temporis antiquitate mundus eos* (sc. deos) *antevertit, et priusquam nati sunt, iam noverat pluvias tempestatesque natura, nullum serius nati pluendi ius habent, neque iis inserere rationibus se possunt, quas invenerunt diu* (Ms. *hic*) *agi et maiore ab auctore tractari.*]

accingitur. Elm. in indice haec adnotat: *accingitur sceleri* proprie. Sic enim dicimus in magnis rebus suscipiendis. Donat. ad Terent. Eun. V. 9. 30: *(accingar non quia facile est, quod negavit supra, sed suis votis parasitus adductus est ad coenandum: ideo et accingar dixit: sic enim dicimus in magnis rebus suscipiendis* ad quem locum; cf. Intt.) Virg. Aen. IV. 493. *magnas in vitam accingier artes.* Arnobius VII. 38. *Accingere se ad vires ultionis* et Papias recte *accingi* interpretatur armari, praeparari; cf. Met. VIII. p. 588. IX. p. 627. [cf. Serv. ad Virg. Aen. I. 210. Barth. Advers. XIX. 15. p. 993., qui nostrum locum non omisit.]

salutique praesenti ac futurae soboli novorum maritorum gaudibundus. [Quomodo codd. hodie hunc locum scribunt, explicari nequit, quare Beroaldus iam *salutarique praesentia futurae soboli gaudibundus* emendavit, quam coniecturam ab incerto quodam codice confirmari testis est Oud. Sed qui totus hic locus ita quidem comparatus intelligi debeat, quum nec mihi nec Oud. constiterit, praetuli Lipsii emendationem, quae omnium sine dubio est ingeniosissima. Gratulabatur eis *praesentem salutem*, quod virgo manu latronum erepta esset, et vovebat futuram sobolem novis maritis. Ita *praesens* et *futura* bene sibi opponuntur. Haec enim vota novis nuptis promitti non insolita fuisse, probat locus Met. IV. p. 294. *iam spes foetura liberorum votis anxiis propagabat*, quomodo locum ex coniectura restitui. Notandum vero est, *gaudibundus* hic iungi dativo, pro quo Apuleius Met. I. p. 75. dixit *voti gaudeo*, quae graeca mera est constructio. Quos enim alios profert loci plane aliter sunt comparati cf. Lucret. III. 146. *Idque sibi solum per se sapit et sibi gaudet* et Treb. Poll. Valer. 4. *Gauderem tibi de victoria, quam praefers.* Suspicatur Pricaeus *gratulabundus*, quod displicet, quia a librorum vestigiis quam longissime recedit et *gratulantium* supra iam positum est. Cum Oud. probare possis, in aliquo vetusto scriptore id reperisse Apuleium, ut *laetabundus*, *ludibundus* alia, de quibus cf. Gell. XI. 15. §. 8. et Eckst. ad Voss. Aristarch. T. II. p. 718. *Gandibundus*, quod omnes codd. habent quantum scio, nec *gaudebundus*, quod alii volunt, retinui, quia analogiae vocis *pudibundus* respondeat, quamquam scio *gemebundus* Ovid. Met. XIV. 188. legi at non certa auctoritate, quum alii *fremebundus* h. l. praeferant.]

ad honorem splendidae. Vulgo haec verba iungunt vocabulo *receptus* et exponunt: *ut prosapia atque dignitas Thrasylli postulabat.* Dubitat tamen

hospites domum nostram receptus, occultato consilio sceleris amici fidelissimi personam mentiebatur. Iamque sermonibus assiduis et conversatione frequenti,
[202] nonnunquam etiam coena poculoque communi carior cariorque | factus in profun-
510 dam ruinam Cupidinis sese paulatim nescius praecipitave|rat. Quidni, cum flamma

receptirus D. *occulato* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *fidelis super* pro *fidelissimi* D. *fidelissimam personam* Iunt. 1. 2. Ald. *eorum coena* B. Typothetarum errore in Ed. Merc. A. 1601. irrepsit *populoque*. Hinc pelus in Wow. et Pric. *populo communi*. Dein inepte *d. communicaret cariorque*. Et *carior* quoque exulat a G. 1. D. p. *non unquam* G. 1. *Romam* F. 1. G. 2. P. D. L. ed. pr. Vicent. (in cuius marg. vir doctus *rotam* adlevit) Venet. 2. Bas. 1. Colv. *rotam Cupidinis* Marg. Bas. 1. *in profundam foveam* B. Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 4. Paris. Bas. 2. Colin. *in profundam ruinam* legunt nonnulli codd. ut F. 3. G. 1. O. d. p. β. et φ. (teste Elm.) Wow. Elm. Pric. Florid. *aerumnam* Vulc. 2. *cupidis* p. *ne suis* pro *nescius* G. 2. D. *praecipaverat* Venet. 2. *quin ni* G. 1.

Pricaeus, an haec ea sententia latina sint. Etiam Oud., quum hoc affirmare non audeat, haec non ad *receptus* pertinere, putat verum ad *soboli gaudibundus*, quamvis voveat Thrasyllus *in honorem generis Tlepolemi et Charites*, ut eorum splendida prosapia ex nova sobole crescat et augeatur honore. [Haec minus mihi comprobantur, quia haec explicatio vereor, ne nimis contorta, ne dicam, non latina sit, idemque in ea offendat, quod de altera interpretes monuerunt. Ego *ad honorem* cum ceteris interpretibus ad *receptus* referens, explico *pro honore*, de quo usu accuratius agit Hand. Tursell. T. II. p. 112. Commode comparari potest locus Livii XXXVI. 13. §. 5. *sub adventum Romani exercitus seu ad metum virium, seu ad spem veniae quum dedissent sese.* Ita enim *ad honorem* sententiam praebet multo meliorem, quum eo indicetur, parentes ob generis splendorem commotos esse, ut Thrasyllum, alioquin flagitiorum male compertum, inter amicos reciperent et pro ea nobilitate honorarent. Si quid mutandum est, velim *ob*, cf. Dr. ad Liv. XXXVII. 27. §. 5., corrigi.]

carior cariorque factus. [Huius loci admonuit Scalig. ad Tibull. I. 7. 64. plures huius repetitionis locos afferens.]

in profundam ruinam Cupidinis. Vix credibile est, quantopere de isto loco interpretes sudaverint, quem aliquot codd. recte constituunt. Stewechius enim quum de fornice atque de lupanari cogitasse hic Apuleium sibi persuasisset, emendavit *foveam*, Lipsius vero *aerumnam* ex Plauti Merc. Prol. 24 sq. *Sed amori accedunt etiam haec, quae dixi minus, Insomnia, aerumna, error, terror, et fuga* (nam erravit Stewech., qui Lipsium in Epist. Quaest. II. XXII. restituisse adnotat *in ruinam.*) Lipsium secutus est Elm., quamquam defendit *ruinam* ex Cic. pro Flacco c. 10. *innocentiae labem et ruinam*, Beroaldus primum coniecerat *rotam Cupidinis*, qua emendatione quid absurdius cogitari queat, vix scio, Brantius veritati quam proxime accedens, sed pro ingenio in obsoletis formis ludens restituit *roinam s. ruinam*, uti Ivo Villiomarus (sive is I. Scaliger est), adversus Rob. Titium, qui *rimam* cum Groslot. supponere, sed inepte, conabatur Controv. IX. 17. Sopingius legebat *forinam* ex Sid. Apoll. Epist. I. 5. satis stolide et minus eleganter; ineptius Wass. *rheumam* ex Hilar. advers. Const. 1240. *nec profundum maris et Pontici aestus absorbentem rheumam trepidassem*; Barth. denique Advers. XXXIII. c. 12. p. 1525. ex veteri, ut ait, codice reponebat *rogmam* s. ῥωγμήν i. e. *voraginem*, sed quam parum fidei Barthio hac in re tribuendum sit, alibi iam demonstravimus. Audacius proposuit etiam Pricaeus legendum, *in profundum Cupidinis*, ut Met. V. p. 354. *in profundum calamitatis se praecipitavit.* Verum e similibus Apuleii locis de vera huius lectione diiudicandum non est. Eandem hanc sententiam eiusque adfines saepissime variavit. cf. Met. II. p. 78. *Amoris profundi pedicis aeternis alligat.* p. 99. *et prorsus in ipsum barathrum saltu concito praecipitare.* p. 153. *cum me somnus profun-*

saevi amoris parva quidem primo vapore delectet, sed fomento consuetudinis exaestuans immodicis ardoribus totos adurat homines.

CAPUT III.

Diu denique deliberaverat secum Thrasyllus, quo vel clandestinis colloquiis opportunum reperiret locum: *cum* et adulterinae Veneris magis magisque prae-

fomenti consuetudinis aestuans F. 1. *extuans* O. P. *immodici ardoris* edd. vett. *immodi ardores* Ald. *et immodici ardoris* Venet. 4. *et immodicis ardoris et totos* Bas. 1. *condurat* B. teste Elm. sed in B. est *comburat*, ut recte iam Oud. adnotavit. *adurit* R. f. *adurat* F. 1. 3. L. G. 2. D. (*adhurat* G. 1.) quam lectionem omnes edd. post Colvium receperunt.

diuque p. *liberaverat* Venet. 4. et Paris. *Thrasilius* G. 1. *quo nec* p., unde Salm. *quod nec* emendavit, *cum nec* habent B. edd. vett. praeter ed. pr. Vicent. Venet. 2. *opportune* P. *locum et adulterinae* omnes codd. et edd.; *-cum* addiderunt Sciopp. Wower. et ex eo Pricaeus et Floridus. Frustra vero Pricaeus transponere tentabat *et cum*, ut est in cod. Incerto.

dus in imum barathrum repente demergit. Catull. LXVIII. 107. *tanto te absorbens vertice amoris Aestus in abruptum detulerat barathrum.* Unde mihi cum Oud. prae omnibus lectio codd. placet *ruinam*, quam iam amplexi sunt Wow. Elm. Scriver. et Florid. Huc trahi possunt *libidinis labes* vel *casus.* Met. VI. p. 424. *fidei praecipitium.* Met. IX. p. 629. *Et ruina mentis* apud Ovid. Heroid. XII. 32. *Praecipitare se in ruinam* est fere idem ac ruina sive lapsu praecipiti demergere se vel opprimi casu, de quo Oud. egit ad Hist. B. Alex. c. 31. et Suet. Calig. c. 57. *proripiens se ruina.* [Barth. Advers. d. l. pro more suo totum locum corrupit: *Populo communi carior cariorque factus in profundam Romam Cupidinis sese paulatim nescius penetraverat.* cf. Intt. ad Petron. c. 81. p. 519. Burm.]

immodicis ardoribus. Immodici ardoris, quod est in nonnullis edd., defendi posset per Graecismum, ut si dicas ὅλος τῆς ὀργῆς, ἔρωτος et similia, quomodo et *totus irae, amoris* cett. efferri possunt cf. Gronov. Observ. I. 24. Abresch. Lect. Arist. p. 80. Burm. ad Val. Flacc. I. 207. *totusque dei.* Cort. ad Plin. Epist. V. 16. *pietatis totus est.* Verum tamen hoc loco contra Mss. omnes se comprobare non poterit. [Cur vero Oud. *comburat* lectioni ceterorum codd. *adurat* praetulerit, nulla caussa est. Ruhnkenius eum secutus, *comburat* in textu posuit, quod reieci, *adurat* suo loco restituens. De dictione cf. d'Orv. ad Charit. VI. 3. p. 522 sq. ed. Lips.]

CAP. III. *quo vel ... impellitur.* Hic totus locus cum misere perturbatus sit, nec codd. probabilem scripturam praebeant, necessarium est, ut coniecturis sanetur. Sententia loci haecce est: Diu Thrasyllus occasionem quaesiverat, clam cum Charite colloquendi et quum vidisset et multitudinem custodientium ei obstare, ne uxori appropinquare posset, et novi coniugii firmissimum vinculum, et imperitiam novae nuptae, cui furtivus amor molestiam afferret, tamen ad eam corrumpendam eo magis impellebatur, quod summa erant obstacula. Nunc de singulorum virorum sententiis exponatur. Primum enim enunciationes *diu deliberaverat Thrasyllus, quo .... reperiret et adulterinae* quum non cohaereant, sequentesque coniunctivi *cerneret* et *perspiceret* non habeant, unde apti sint, Salmasius scribendum censuit *quod nec.* At melius Scioppius in Symbolis, quem ceteri secuti sunt, emendavit *locum cum et*, quae particula ob antecedens *locum* facillime omitti poterat, ut nexus enunciationum hic sit: Thrasyllus diu deliberaverat *quo pacto saltem* [quo vel] clam cum ea colloqueretur, cum et adulterare non posset, cett. Hinc intelligi potest, quam supervacanea sit eiusdem Sciopp. coniectura *certaret.* Sequentia bene pro-

Digitized by Google

clusos aditus copia custodientium cerneret, novaeque atque gliscentis affectionis

cerneret aditus in G. 2. legi, dicit Oud. [Sed qui codicem contulit, magnopere deceptus est. Quam quam in contexto verborum ita legitur, tamen notulis ,,appositis indicatum est a librario, *aditus* ante *copia esse* ponendum. Quod festinans iste neglexit.] *novaeque* D. *gliscentis* G. 1. *affectiones* G. 1.

cedunt, totiusque loci difficultas inest in verbis: *et puellae, si vellet, quamquam velle non posset, furatrinae coniugalis incommodaret rudimentum.* Pricaeus fatetur, locum a se non intelligi, neque emendari posse in transitu. Beroaldus explicat *incommodaret rudimentum:* Tirocinium, primitias, palaestram Veneris: *incommodaret* hoc loco positum videtur non tam pro impediret, quam pro commodaret praeberetque. Sed vellem accuratius exposuisset, quomodo non solum per latinitatem sed per sententiam quoque haec vocis *incommodare* sententia comprobari posset. Quod bene intelligens Floridus locum ita interpretatur: Imperitia fallendi maritum obstaret puellae. *Rudimentum* hic non est tirocinium aut primitiae, sed ignorantia et imperitia, ut *rudis* est imperitus. *Furatrina coniugalis* est adulterium. Oud., qui Ovid. Heroid. XVII. 141. excitat: *Sum rudis ad Veneris furtum, nullaque fidelem (Di mihi sunt testes) lusimus arte virum,* in Beroaldi explicatione offendit, quod locum desiderat, in quo *incommodare* ponatur pro *commodare, praebere,* nec Florido assentitur, quod exemplum nesciit, ubi *rudimentum* usurpetur pro *imperitia.* Ex codd. D'Orv. et Pith. lectione *nutrimentum* nihil adiumenti redundare posse dicit, nisi corrigatur *rudimenti nutrimentum* vel *incrementum;* quae coniectura mihi quidem plane improbabilis videtur, quod fere eadem sententia exprimeretur, quae in praegressa enunciatione iam exposita est. Suspicatus igitur aliquando est Oud., excidisse vocem *thalami* vel *lecti* vel *tori* aut ex Fux. scribendum esse: *coniugalis incommodaret rudimentum nominis,* unde illam glossam: *initium nominis* sc. quod *cominx* vocaretur, exortam esse existimat. De qua re equidem plane aliter sentio. Ne morer ipsam dictionem: *rudimentum coniugalis nominis,* quam ego ne Apuleio quidem condonaverim, ex hac glossa nihil potest comprobari, et forsitan deceptus est, qui hoc glossema legit, *nominis* dans pro *veneris.* Quam parum Oud. sibi ipse satisfecerit, eo potest intelligi, quod viri docti ad marg. ed. Iunt. 2. sequitur coniecturam *coniugale*, ut *s* littera corrupta ex *scilicet* adhaeserit, quae emendandi ratio Oud. semper in promptu est. Constructionem loci hancce proponit: Rudimentum coniugale incommodaret furatrinae seu furto puellae. *Coniugale* vero *rudimentum* ei sunt primi coniugalis lecti seu nuptialis foederis cum marito concubitus et *dulcis primordia taedae.* cf. Val. Flacc. VIII. 402., quae impediebant ne puella Veneris furtum cum alio perageret, si vellet, quamquam velle non poterat. Sed obstat huic explicationi, id quod Oud. ipse intellexit, quod iam diu illis rudimentis imbuta fuerit Charite, nec unquam nisi de primitiis concubitus *rudimentum* legatur. cf. Met. VII. p. 472. de eadem Charite: *Post unicam noctem et rudimenta Veneris.* Met. VI. p. 392. *ante thalami rudimentum nuptiale munus obtulerat.* Apol. p. 584. *Virgo affert ad maritum pulchritudinis gratiam, floris rudimentum* s. primitias virginitatis delibandae. Met. IX. p. 630. *noris amplexibus amori rudi litabant, prima stipendia Veneris militabant.* [Haec me commovent, ut Floridi sententiam comprobem. Quamquam enim exemplum aliud invenire non poteram, quo *rudimentum* idem esse, quod *imperitia,* demonstrarem, tamen Floridus recte iam monuit notionem adiectivi *rudis* hanc substantivi vim defendere. Praeterea in Glossis Philox. p. 188. *rudimentum* explicatur *ἰδιωτισμός*, quod *imperitiam,*

Digitized by Google

firmissimum | vinculum non posse dissociari perspiceret et puellae, si vellet, 511
quamquam velle non posset, furatrinae coniugalis incommodaret rudimentum; et tamen ad hoc ipsum, quod non potest, contentiosa pernicie quasi posset impellitur. Quod nunc arduum factu putatur, amore per dies roborato facile videtur effectu. Spectate denique: | sed, oro, sollicitis animis intendite, quorsum 512
furiosae libidinis proruperit impetus.

prospiceret G. 1. 2. P. O. D. *d.* *si vele* in G. 1. est a m. s. pro *si vellet*. Sed in ipso codice erat lacuna duorum circiter vocabulorum, quae ita a m. s. suppleta est. *furatine* G. 1. *furatrinae* D. *rudimentum initium nominis* f. *nutrimentum* p. *d.* *coniugale* vir doctus in marg. ed. Iunt. 2. Oud. emendavit. *et tantum* G. 1. a m. p. |sed ab eadem manu videtur *tn* esse scriptum, una lineola compendii *tm̃* delota. *nunc* desideratur in G. 1. 2. D. O. P. *contemptiosa* G. 1. *factum* F. 1. D. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Elm. In cett. *facto*. *effectum* D. *effectu*, *spe*, *aetate denique* edd. vett. usque ad Colv. *spectare* G. 1. *intendere* Venet. 4. Bas. 1. *proruperit* F. 3. G. 1. 2. R. f. O. *d.* Elm. Scriv. Florid. *prorupit* L. B. p. Colv. Vulc. 2. Wow. Pric. In cett. *proruperint*. Vitiose D. habet *prorũp.*

stultitiam, ruticitatem significat. Certe hoc ingenio Apuleii tribuendum est, quum a sana cogitandi ratione haec notio non recedat. Nam si quis initium rei facit, imperitus ille rei est, et ita *rudimentum* bene potest nominari *insecitia, imperitia*. *Coniugalis* vero *furatrina* est *furatrina coniugii*, furtum ipsum et adulterium; quod Floridus iam exposuit. Hinc videndum est, quam inconsiderate Pricaeus particulam *et* ante *tamen* delendam esse putaverit, quia *diu secum deliberaverat .... et tamen* iungenda sunt, quod posterius sententiae: *quamquam velle non posset* optime respondet. Optime hunc totum locum vertit interpres Francogallus: Thrasile cependant rêvoit depuis long-temps en lui même comment il pourroit trouver quelque occasion, pour parler du moins à Carite en particulier, il voyoit par la quantité de monde, qui étoit toujours autour d'elle, que les moyens de conduire sa passion criminelle lui devenaient difficiles de plus en plus. Il considéroit encore, qu'il n'étoit pas possible de rompre les liens d'une amour nouvelle, et qui se fortifioit tous les jours dans le coeur de ces deux époux et que quand bien même Carite répondroit à ses desirs, ce qu'elle étoit bien éloignée de faire, son manque d'expérience à tromper son mari, l'empêcheroit d'en trouver occasion, et Rodius: *Thrasyll dachte also lange bei sich selbst nach, wie er sich Chariten heimlich entdecken könnte. Allein wie ihr beikommen...? Wie es wagen, ihr vm seiner Liebe vorzureden, da ihre Neigung zu ihrem Gemahle im ersten Wachsthume war und mit jedem Tage stärker wurde. Ja fand er auch Gehör bei Chariten, ihre jungfräuliche Unerfahrenheit würde dem Manne sogleich ihre verstohlene Liebe verrathen.* De *incommodare* cf. Pric. Gron. ad Gell. I. 17.]

contentiosa pernicie. Perperam Brantius coniecit *pervicacia* vel *pervicie* a *pervico* pro *pernicie*. Amat enim talem hypallages speciem auctor pro perniciosa contentione. cf. Met. IX. p. 596. *pestilentiae letalis-pervicaci rabie possessus*, pro pestilentia letali pervicacis rabiei: ubi ibidem mutare conantur viri docti: Met. X. p. 739. *membrorum voluptatem*. cf. Graev. ad Cic. de Off. III. 6. §. 32. Frequentem esse hanc hypallagen Graecis Oud. demonstrat ex Aelian. Animal. IX. 42. *κατεμίνυσαν εἰς τὴν τῆς ἐπιθημίας ἰσημερίαν*, Long. Past. I. p. 11. ed. Moll. *ὁ δὲ ἀντίβη ταῖς τῆς ὀλκῆς τυνίαις ταῖς χερσὶν ἀκολουθῶν.*

spectate denique. Ineptissimam vulgatam lectionem *effectu, spe, aetate* Beroaldus ita explicare conatus est: *Spes*, quam Graeci *ἐλπίδα* vocant, quae sola in terra remansit, ut cecinit Hesiodus, cunctos ferme mortales fovet ac pascit, cumprimis vero amatores spe aluntur, quae melius cras fore semper ait, ut inquit Tibullus. A Seneca quoque

Digitized by Google

CAPUT IV.

Die quadam venatum Tlepolemus assumto Thrasyllo petebat, indagaturus feras. Quid tamen in capreis feritatis est? Nec enim Charite maritum suùm quaerere patiebatur bestias armatas dente vel cornu. Iamque apud frondosum

Thepolemus L. *Trasillo* G. 1. *patebat* G. 1. *pedebat* D. *indignaturus* Venet. 4. *indignatus* Bas. 1. *indagatur* Bas. 2. *indicaturus* G. 1. O. *furas* D. a m. p. *faras* a m. s. *si* abest a F. 3. G. 1. 2. D. et edd. usque ad Colin. Et in omnibus id desiderari codd. persuasum est, nisi in F. 1., in cuius collatione Lindenbrog. nihil emendavit, cui quanta fides habenda sit notum est. *quod tamen* G. ?. D. et plerique codd. Oud. et edd. vett. *qui tamen* ∂. *capriis* D. *in campis veritatis est* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *in campis feritatis* Venet. 4. Paris. *In campis* habet etiam ∂. Pro *est* in G. 2. legi *cum*, testis est Oud., qua in re erravit. In G. 4. enim ita erratum est, quum in G. 2. legatur $\bar{e}$ i. e. *est*. *quatere bestias* O. adscribente Wasseo pro *excutere*, *cursu quatiunt armenta* Virg. Georg. III. 132. Sicut et aliquoties pro *fatigare* et *vexare* occurrit. Sed *quaerere* non est mutandum sive investigare ad venandum. *armentas* pro *armatas* F. 1. *fondosum* G. 2. D. *fundosum* P. *frondoso* G. 1. a m. p.

dictum est: o spes amantium credula. Ita spes et aetas iuvenilis, quae maxima sunt in amore praesidia, Thrasyllo persuaserant facile effectu fore, quod concupiscebat.

proruperit. Indicativus *prorupit* quem nonnulli codd. praebent, quamquam bene defendi potest cf. Met. I, p. 78., tamen coniunctivum ex optimis libris restitui, quum facilius virgula *p* litterae superscripta, qua syllaba *er* indicatur, omitti potuerit. Pluralem vero cum Oud. contra optimos codd. non praetuli, licet hic numerus non infrequens huic vocabulo sit. cf. Met. VIII. p. 550.

Cap. IV. *quid tamen in capreis feritatis inest?* [Lectionem omnium codd., qui tantum inter *quid* et *quod* pro more fluctuant, cum Oud. ita mutare non ausus sum, ut *si* particulam, quam Colin. edit. recepit, in textum reciperem, quamquam non negandum est, emendationem tam facilem quam per sententiam esse probabilem. Neque ita fidem habeo Oud., qui alios praeter Florent. 1. codd. hanc scripturam confirmare dicit, quum nullum nominatim adtulerit. Quam parum autem auctoritatis collationi Lindenbrogianae faciendum sit, ut ni alii codices accedant, nec in margine a Lindenbrogii manu aliquid mutatum sit, nunquam corrigendum esse videatur, exemplis multis iam demonstratum est. Beroaldus, qui *quod* praetulit, interpretatus est *quae feritas est in bestiis*, vel potius *quantum feritatis* inest. Ego Florent. 3. secutus scripsi *quid tamen* signo interrogationis posito, qua sententia unice haec enunciatio defendi posse mihi videtur. At per me licet, Oud. lectionem sequi.]

armatas dente vel cornu. [Plura dabit de hac dictione Elm. ad Minuc. Fel. p. XXIV. ed. 1612. fol. et Buenem. ad Lact. de Opif. 2. §. 4. p. 1124., qui uterque hunc locum citavit et Pric. ad h. l.]

frondosum tumulum. Frustra sunt, qui ex vitiosa aliquot codd. lectione *fundosum* restituunt *frundosum* a substantivo *frus* vel *fros*, *frundis*. cf. Oud. ad Caes. B. C. III. 58. et in Add. Pier. ad Virg. G. II. 372. Toll. ad Auson. Idyll. XII. Grammaticomast. 19. *Aut de fronde loquens, cur dicit populea frus.* [Imitationem hanc esse veterum, vix crediderim, quia Prisc. alia docet Lib. I. 6. 35. T. I. p. 34. Krehl.: *Multa praeterea vetustissimi etiam in principalibus mutabant syllabis, gungrum pro gongrum, cunchin pro conchin, huminem pro hominem proferentes, funtes pro fontes, frundes pro frondes ... Quae tamen ex iunioribus repudiata sunt, quasi rustico more dicta.*] Male defendit Pricaeus lectionem nonnullorum codd. *cumulum*, quam Oud. bene his verbis refutat: Praeterquam quod vere esse potuerit sepulcrum, nemore et arboribus de more incinctum, (cui tamen sententiae minus subscribo), passim ita

tumulum ramorumque densis tegminibus umbrosum, prospectu vestigatorum

cumulum G. 1. O. δ. *ramosumque* φ. et omnes edd. vett. *dempsis* G. 1. *depensis* D. *umbroso* F. 1. φ. p. et edd. vett. *umbrosam* O. *prosectu* f.. φ. O. *prosceptu* G. 2. P. D. *prosectu* f. (neque vero G. 1. ut ait Oud., qui habet *prosecctu*.) In cett. codd. et edd. *prospectu* et ita emendat vir doctus in marg. ed. Vicent. meae. In Edd. Iunt. 1. et Aldin. post *umbroso* comma positum est.

dicitur: *montis, terrae tumulus* cf. ad Met. II. p. 141. VI. p. 405. *montis extremum petit tumulum. Cumulus* vero factus est, *tumulus* est naturalis vel sepulcrum.

prospectu vestigatorum obseptis capreis. Magnas hic locus molestias interpretibus creavit, quippe qui inter lectionem *campis* et *capreis* fluctuent quidque sibi velit *prospectu* ignorent. Beroaldus, qui *obseptis campis* minus probat, interpretatur: circumvallatis saltibus. Tale enim illud saltusque indagine cingunt. Potes legere *obseptis capreis*, vestigatores enim in venatu capreas reliquasque feras obsepiunt, et indaginibus in artum vallant." Post Beroaldum etiam Iunt. 2. recepit hanc lectionem. Quando sensus hic foret, ut ait Oud., vestigatores iuxta frondosum tumulum prospexisse capreas easque obsepsisse retibus, vel quia *obsepiri* non fit *retibus*, sed *frondibus* et *ramis* pro *obseptis* legendo *obsententis*, quod novum etsi vocabulum, placuit tamen Illitio pro *sentium proiectu sparsis campis* ad Gratuin. 49. *Haemonios includis sentibus apros* et 241. *Aspretis qua medius claudit orbis*, ubi et illum et Burm. vide docentes feras maiores etiam sentibus esse inclusas. Verum tunc malim *obsentis campis*, quod est in P. et G. 2. Notum enim adiective *sentus ager*, qui sentibus frequens. Haec quamquam doctius Oud. exposuit, tamen aliud quid latere opinatur, quia non de capreis hic cogitandum esse, sequentia aperte evincant. Reprobans igitur eorum interpretum sententiam, qui *prospectu obsepti campi* accipiunt de *cura* per vestigatores adhibita, qua in re ei assentior, ita explicat Vulcanii coniecturam *praecinctu*, quam margini ille adscripserat, uti scilicet cum canibus, de quibus statim sequatur, totos praecinxerint seu praesepserint aditus. Ex lectionibus vero *prosectu, prosceptu* coniici posse putat *obiectu* sc. frondium, sentium, ramorum, quibus velut indagine inclusissent feras, ne ab alia camporum parte excitae ad tumulum frondosum possent evadere, post quae frondium tegumenta se deinceps abscondere ferae soleant. Hinc etiam legi posse *proiectu obseptis agris*, de qua voce conf. Heins. ad Virg. Aen. X. 587. Sic *obiectum frondium* Oud. probat ex Met. II. 2. Verum cum *obiectu*, non addita re quae obiicitur, ei probare se nequeat, longeque aliam esse Apuleii mentem existimet, quam huc usque opinati sint viri docti, neque obseptos esse campos per vestigatores, sed tumulum frondosum eripuisse vestigatoribus prospectum, eosque ramis densis impeditos non potuisse prospicere, quare canes generosas indagini immiserint, ut si quae latebant ferae excitarentur, emendat *umbrosum, a vestigatorum prospectu obseptis campis*, explicatque ita suam sententiam: Campi ergo frondibus et ramis obsepti impediverunt prospectum, ut aditum prohibet horreum validis claustris obseptum coll. Met. III. p. 229. [Huic vero lectioni multa obstant. Primum enim codd. auctoritas, quorum plurimi iique optimi *capreis* praebent. Deinde quia difficilior explicatu est loquendi modus *obseptis capreis* quam *obseptis campis*, quod ex librarii potius interpretamento profluxisse videatur, deinde quia totius enunciationis ratio, quae vix latina dici potest certe contorta et nimis conquisita est, vel ita, si cum Oud., ne ad coniecturam recurras, *prospectu* dativum pro usitatiore forma *prospectui* habeas. Deinde vero dubito, an *prospectus vestigatorum* is possit dici, quem vestigatores habent in longinquum. Denique additamentum hoc plane supervacaneum videtur esse, quod per naturam silvae tumulique densa

513 obseptis capreis | canes venationis indagini generosae, mandato cubili residentes
514 invadere bestias | immittuntur, statimque sollertis disciplinae memores partitae

obsentis G. 2. P. D. *absentis* G. 1. π. *obsentilis* φ. *capreis* F. 1. 3 G. 1. 2. D. P. f. R. p. M. et Incert. Iunt. 2. In cett. legitur *campis* praeter β, qui habet *capis*. Vulcan. vel expungendum esse *venationis* vel legendum *venatici* putat. *indaginis* F. 1. P. *indaginimi* D. a p. m. *generoso* G. 2. D. P. f. *mandato* omnes codd. et edd. praeter Wow. Pric. et Florid., qui leguni *mandatae*. *invadere* F. 3. G. 1. 2. P. D. L. R. δ. Incert. et edd. post Colvium. Idem emendat vir doctus ad marg. ed. meae Vicent. In cett. *incaderent*. Vir doctus ad marginem ed. Colv. emendavit: *canes venationis indagine generoso circumdato cubili residentes*. *immetuntur* D. *solertis* edd. recentt. sed in F. 3. ceterisque aperte scribitur *sollertis*. *disiplinae* G. 1. *partire* G. 1. *partice* D. *partili* edd. vett. usque ad Colvium.

fronde consiti intelligitur. Perperam enim Oud. totius loci sententiam explicuit, quae mihi haecce videtur esse. Venatum capreas profecti erant Tlepolemus atque Thrasyllus. Quae quum non in planitie, sed in tumulo tegminibus ramorum umbroso laterent, vestigatores totam silvam caute et provide circumcinxerant, ne capreae ex silva prouentes effugere possent, formidine posita, qua feras terrerent ac coercerent. Ut vero feras e lustris excitarent, canes indagini generosae in fruticetum missae sunt; sed citra opinionem non capreae fugatae sunt, sed aper prorupit satis grandis atque saevus, cuius adspectu servi, tali venationi non adsuefacti et huic rei minus idonei et immuniti, statim fugerunt. Hinc retineo *prospectu vestigatorum obseptis capris* i. e. capris qui providentia vestigatorum et cautione erant undique circumcincti. *Prospectus* igitur hic non adspectum significat sed providentiam; cf. Tertull. de Spect. c. 1. p. 73. A. Rigalt.: *ut hoc consilio potius et humano prospectu, non divino praescripto definitum existimetur*. Ita *prospecte* saepius *prospicue, provide* significat apud Afros cf. Tertull. Apolog. 6. p. 7. B. Rigalt. *quae prospecte decreverant patres vestri* al. Sententiam bene perspexerant Vulcan. et Floridus. Erat quum coniectura *proiectu* i. e. extensione locum sanare conarer. Floridus interpretatus est: et iam circa collem foliosum et obumbratum opaco operimento ramorum, praecluso retibus exitu in campos *cura* venatorum, canes destinati etc., quem secutus est interpres Francogallus: Les toiles étaient déja tendues autour d'une colline, couverte d'un bois très épais et les véneurs avaient lachés les chiens, et Rodius: *Schon war der Hang eines dicht mit Wald bewachsenen Hügels mit Netzen umstellt.* Retibus vero s. formidine silvam fuisse circumdatam probant sequentia: *deinde calcata retiola, qua primos impetus reduxerat, transabiit.*]

canes venationis indagini generosae, mandato cubili residentes invadere bestias immittuntur. Haec lectio est optimorum codicum, quam mirum est omnes interpretes corrupisse. Colvius distinxit: *canes, venationis indagini generosae mandato, cubili residentes invadere bestias immittuntur*. Floridus cum Pricaeo legit: *canes venationis indagini generosae mandatae, cubili residentes, invadere* etc., ut ordo verborum sit: *canes mandatae* i. e. destinatae, immissae *generosae indagini venationis*, ut *venationis* per metonymiam sumatur pro re per venationem quaesita, id est pro feris. Hanc vero explicationem Oud. his verbis bene refutat: Velim mihi dari exemplum huius constructionis: *ille est mandatus ei rei* pro destinatus. Dein quid est *destinari indagini generosae*, quod ferri nequit, nisi ipsae canes sint generosae, ad quas sine dubio ea vox est referenda non ad *indaginem*, ut perverse fecerunt etiam alii editores, mox *partiti* circumferentes. Canes dicuntur *generosae indagini* pro spectati generis et natae ad indaginem seu indagandum, sive quae sunt *generosae indaginis*, ut habent nonnulli libri, ac *sollertis disciplinae*. [Posterior Oud. explicatio minus probatur, cuius ratiocinationem ceteram amplector. *Generosa* enim *indago* quae

Digitized by Google

totos praecingunt aditus, tacitaque prius servata mussitatione, signo sibi repentino dedito, latratibus fervidis dissonisque miscent omnia. Nec ulla caprea

praecingunt D. *totas* G. 1. *mutitatione* G. 2. D. P. f. δ. *tuuitatione* G. 1. *sunt* pro *sibi* p. *reditu* O. *latrantibus* δ. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *secundis* B. *faecundis* π. O. *ferundis* F. 1. G. 1. 2. δ. D. f. p. In cett. *fervidis*. *que* post *dissonis* non extat in Vicent. *cāpa* L. p. *capera*, quod ex B. Elm. citat, ibi non est, sed *caprea*. *caprea* G. 1. 2. δ. R. f. O. Incert. Iunt. 2. In cett. *capra*.

sit vix potest capi, nisi ad venationis nobilitatem referre velis, ut nos dicimus *das edle Waidwerk*. Praeterea genitivus *venationis* omnino non satis aptus atque toti sententiae concinnus est. Recte igitur Oud. *mandato* absolute sumens explicat postquam mandatum hoc erat. Cur vero lectionem codicum *invadere* audiendam non esse autumet, quum ita *mandato* plane abundaret, ignoro. Proba enim, id quod ipse profitetur, est constructio *immittuntur invadere* et bene locus verti potest: *Die Hunde, von edler Race im Aufspüren des Wildes, werden auf Befehl* (sc. Thrasylli et Tlepolemi) *in das Gebüsch gesandt, um die in ihrem Lager ruhenden Thiere aufzuscheuchen*. Quamquam non nego coniunctivum omissa particula *ut* non solum apud alios scriptores sed apud Apuleium quoque saepius reperiri, quod Oud. demonstrat ex locis Met. IV. p. 290. *praecipiunt, solaretur alloquio*. V. p. 330. *praecipe mihi sistat*. p. 345. *praecipe, fungatur obsequio*. XI. p. 803. *praecipit, ... coercerem*. cf. Pric. ad Met. VII. p. 461. *proferunt, sumeret* et infra ad Met. IX. p. 595. *protelarent cohastati*. Met. X. p. 729. *ad uxorem mandat, saltem promissam mercedem mortis geminatae deposceret*. De *venatione* pro ipsis feris, quas venantur Oud. confert Dr. ad Sil. VIII. 517. dict. ad Frontin. III. 13. §. 3. De *indagini* compara Arntz. ad Plin. Panegyr. c. 35. §. 2. p. 164 sq. Male vero nonnulli *mandato* ad *cubili* referunt, ut *residentes* ad canes pertineat, quum canes non in cubili resideant, sed ferae istae in lustris suis, quae *cubilia* nominantur cf. Fest. s. v. *lustra significant lacunas lutosas, quae sunt in silvis aprorum cubilia*. Opp. de Venet. III. 364 sqq. *Aper autem Martius multum praestat inter celeras feras. Cubilia quidem amat*. cf. Fea ad Horat. Od. III. 12. 10. *Mandato* pro postquam mandatum erat constructio est huius temporis valde trita, de qua plura dicam ad Apol. p. 472. In eandem quam vir doctus ante me excogitaverat coniecturam ego quoque incideram, ut pro *mandato* legatur *circumdato*, quae emendatio non solum facillima est, sed propter sententiam quam maxime comprobatur. At contra Mss. nihil mutandum est.]

latratibus fervidis. Quomodo Oud. monstrum lectionis *fecundis* defendere potuerit tales latratus exponens, qui auditi alios provocent et excitent, et sic plures latratus sibi similes pariant, pro ingenio huius viri vix credibile est. Nec minus errat Heins. ad Met. d. l. coniiciens *furibundis*, vel *fremubundis*, quas emendationes vel potius explicationes Oud. bene eo refutat, quod prior vox nimis abeat a Mss. lectione et altera non valide satis exprimat vehementem canum boatum tali in occasione. Aliud quid enim esse, cum *fremere canis, aper, ursus* dicatur, ut modo in seqq. *frementis oris*. [*Fervere* vero *negotium* vel res dicuntur, quae diligenter urgemus, quibusque nimio studio instamus. cf. Plum. ad Pers. Sat. I. 126. p. 166. Virg. Aen. IV. 407. Saepius hoc vocabulum librarii non intelligebant in aliud quid mutantes, ut apud Iul. Firm. de Error. Prof. Rel. p. 16. Lugd. Bat. 1652. *Inferiores aliquis aemulo stridore persequitur*, quod in *fervore* vel *rigore* mutandum est.]

capreis. Quum haec forma sola usitata sit de capris feris, cum Oud. hac de caussa ab optimi codicis Florent. 3. lectione recessi, quamquam non is sum, qui observato ubique hoc discrimine, *capreas* ζόρκας, δόρκας, δόρκαδας feras et silvestres esse, *capras* vero αἶγας mites et compascuas pecudes, locos ve-

Digitized by Google

nec pavens damula nec prae ceteris feris mitior cerva, sed aper immanis
515 atque inusitatus exsurgit, toris callosae cu|tis obesus, pilis inhorrentibus corio squalidus, setis insurgentibus spinae hispidus, dentibus attritu sonaci

damuda G. 1. *danimula* G. 2. D. Salm. ad Solin. p. 75. vult semper scribendum esse *damma* non *dama*. Certe duplex *m* ibi habent Mss. aliquot. Sed male cf. quae Oud. adnotavit in Advers. ad Horat. Od. I. 2. 12. *aequore damae*. *invitatus* G. 1. 2. P. O. D. *munitatus* π. In cett. *inusitatus* F. 1. 3. Vulc. 2. Elm. edd. vett. excepta Iunt. 2. quae cum cett. habet *invisitatus*. *assurgit* f. *thoris* G. 2. D. *obessus* G. 1. *horrentibus* P. Post *inhorrentibus* in Vicent. signum interpunctionis positum est. *spinae hispidus* inveni in F. 1. 3. G. 1. 2. D. et omnibus edd. *spinis* G. 1. P. *corio* vero ubi Ruhnk. invenerit nescio; sine dubio errore typothetarum exortum est, quum in seqq. *corio* praecedat. Oud. enim culpa tribuenda non est, quum adnotationi suae praefixerit *spinae. dentibus*. Errat Elm. tradens in Mss. P. et F. 1. cum edit. principe esse *dentium*, et iccirco ita probans in adnotatione, licet in contextu retinuerit *dentibus*. Sic exaratur tantummodo in cod. B. *senaci* P. in excerptis ad marg. ed. Colv. et G. 2. *sennaci* D. *sonanti* Paris.

terum pro arbitrio emendem cf. Baumg.-Crus. in Clav. Suet. ad eius Tiber. 45., ubi Oud. contra codd. auctoritatem *capra* restituit. Alia me movent argumenta. Primum enim quod in praegressis Apuleius forma *caprea* usus est, ut plane inauditum esset, si paullo post aberrasset; deinde quod ceteri optimi codd. qui supra *caprea* habent, hic quoque constanter retinent, quam emendationem esse librariorum, qui hoc discrimen cognoverint, negaverim. Unde in hanc sententiam inducor, librarium accuratissimum hic oculis deceptum esse, ut formam *capream* ex Florent. 3. non enotarit; ad Florent. 1. enim auctoritate recurrendum non est, quod Lindenbrogius tantum abest, ut in his rebus minutis diligens sit, ut maiora et graviora saepius omittat. Si in antecedentibus *capra* legeretur, non dubitarem hic quoque idem reponere.]

inusitatus. [Contra Oud. hanc lectionem ex optimis codd. reposui, quam ille nescio qua de caussa reiicit. Locum si accuratius perspexisset, *invisitatus* ne probasset quidem. *Inusitatus* enim aper nominatur, quia in hac certe regione apri esse non solebant, unde in seqq. Apuleius dicit: *et alioquin innoxiis venationibus consueti, tunc etiam inermes atque immuniti*, unde intelligi potest, Tlepolemum talia tantum perlustrasse loca, quibus notum erat feras immanes non residere. Hinc *inusitatus* est aper, qui citra opinionem locique condicionem prorupit. *Invisitatus* vero is tantummodo dici potest, qui vel numquam visitur vel eo tempore non visitatus est. Prius plane ineptum est, si cum praegressis comparaveris. Apri enim si in hac quidem regione plane invisitati fuissent, quomodo Charite pati non potuisset, maritum bestias armatas dente vel cornu quaerere? *Invisitatus* vero, ut posteriorem sententiam refellam, non solum aper erat hoc temporis momento, sed ceterae quoque ferae capreae, damulae, cervae, quippe quae a canibus e lustris excitarentur. Hinc patet, necessario legendum fuisse *inusitatus*. Vel si *invisitatum* explices eum, qui hoc loco numquam visitatus erat, ad idem redit sententia, utrum *inusitatus* an *invisitatus* legatur, ut codd. auctoritas potius audienda sit. Oud. *invisitatus* magis ad formam apri referre videtur, citans Gell. V. 14. *omniumque ferarum inusitata erat aut forma aut ferocia*, ut interpres francogallûs, qui *inusitatus* retinuit: mais on voit un sanglier terrible et d'une grandeur extraordinaire; melius Rodius: *den man noch nie da gesehen hatte*. Nam etiamsi aper inusitata forma non fuisset, servi tamen fugissent, immuniti et tali venationi non assueti. Eo vero, quod *invisitatus* saepius legatur apud Apuleium, defendere hoc vocabulum Oud. non debebat. Quoties in Mss. *inusitatus* et *invisitatus* confundantur, Oud. probat ex dict. Salm. ad Flor. I. 18. Gron. et Dr. ad Liv. V. 35. §. 4. XXVII. 39. §. 8. cf. V. 17. 8. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 307. Ochsner. ad Arnob. I. 2., ubi male Orellius inter *inusitatum* atque *invisitatum* discriminat. *Inusitatum* hic cum cod. retinendum est.]

corio squalidus. Sequi non possum

spumeus, oculis adspectu minaci flammeus, impetu saevo frementis oris totus fulmineus. Et primum quidem canum procaciores, quae comi|nus contulerant 516
vestigium, genis hac illac iactatis consectas interficit, dein calcata retiola, qua primos impetus reduxerat, transabiit.

spumens G. 1. 2. D. *d.* P. L. *spumans* B. Colv. Vulc. Wow. Pric. *flammeus adspectu minaci d.* p. et edd. ante Colv. *flammens* G. 2. *fermentis* Venet. 4. Paris. *quae* F. 1. 3. p. G. 1. 2. D. P. *d.* R. f. M. φ. Incert. Iunt. 2. Elm. *qui* in cett. extat. *comminus* G. 2. D. [Ita scribunt saepius optimi codd. cf. Deder. Dict. Cret. II. 41. not. crit.] *comitius* G. 1. *consectos* M. *d.* *conscetias* G. 1. *confectas* cod. Incert. Scriver. et Florid. *dein* F. 1. 3. G. 1. 2. D. Elm. Scriv. Florid. In cett. *deinde.* *quae primos* G. 1. p.

Oud. sententiam, qui cum N. Heins. ad Ovid. Met. XI. 176. coniicit *auri,* quod *corio* non differat ab cute, et clare pateat, ab Apuleio pro eius more singula apri membra describi, quibus horrendus appareat. In his esse eius pilosas villosasque aures coll. Met. III. p. 220. *Cutis tenella duratur in corium.... Sic et aures immodicis horripilant auctibus.* [Minus bene Oud. hunc totum locum intellexit. *Cutis* enim et *corium* quamquam indiscretim de animalibus dicuntur, in eo tamen apparet differre, ut *cutis* magis tenue membranulum, *corium* densum et asperum corporis tegumentum significet, quod non solum locus Apuleii modo cit. comprobat, sed Plin. etiam Hist. Nat. XV. 28. 34. *Putamine clauduntur nuces, corio castaneae, crusta teguntur glandes, cute uvae, corio et membrana Punica. Cutis* hic de carne pulposa dicitur, de parte carnis extante, qua pinguedo animalium et hominum conspicua est, et in apris et suibus in universum in collo dignoscitur. cf. Ovid. Met. XIV. 283. *colla tumere toris.* Senec. Hippol. 1042. de tauro: *Opima cervix arduos tollit toros. Cutis* igitur est hic tenuis illa pellis ex gutture dependens et satis obesa, *corium* vero totum apri tegumentum, pillosum illud et villosum. Recte vertit Rodius; *seine hangende Wamme.* Praeterea in coniectura Heinsii me offendit singularis *auri,* quum *oculis, dentibus* in seqq. Apuleius dicat.]

spumeus. Iure Elm. revocavit hoc vocabulum, quod ex perversa aliquot codd. lectione *spumens* Colvius mutaverat in *spumans,* quamquam hoc quoque de apro dici probant loci Virg. Aen. I. 324. *Aut spumantis apri cursum clamore prementem* Auson. Epist. IV. 28. Dein propter verborum concinnitatem *spumeus* praeferendum est, nam sequitur *flammeus, fulmineus.* De *dentium attritu* cf. Pric. et Burm. ad Ovid. Met. VIII. 369.

frementis oris. [De hoc vocabulo, quod de bestiis dicitur, fervida ira percussis cf. Cort. ad Lucan. I. 210. Intt. ad Virg. Georg. I. 12. Bach. ad Ovid. Met. IX. 207.]

fulmineus. [cf. Ovid. Art. Am. II 374. *Aper fulmineo cum rotat ore canes. Fulmineae* enim bestiae dicuntur, quae furunt et vehementer sunt iratae pugna incensae. cf. Ovid. Met. I. 305. ibique Intt. Barth. Advers. XXXIV. 15. p. 1573. Intt. ad Phaedr. I. 22. 5. Ita *ignitus* quoqué dicitur cf. Cic. Dom. 55. *At ab istius inflammato atque ignito furore,* quod vocabulum emendandum puto Anthol. Lat. T. I. p. 466. Burm.: *Amphitheatrales mirantur rura triumphos Et nemus ignitas* (nonnulli codd. *ignæas) cernit adesse feras* i. e. *furentes, ardentes.*]

consectas. Confectas, quod Floridus cum Scriv. perperam praetulit, ferri non potest propter sequens *interficit. Secare* proprium est aprorum, dentibus laniantium cf. infra p. 520. *prosectu dentium.* [Forsitan ita apud Ovid. Met. VIII. 344. emendandum est: *spargitque canes, ut quisque ruenti Obstat, et obliquo latrantes dissicat ictu. Dissipare* enim quod codd. habent, ob praecedens *spargit* et *obliquo ictu* minus placet; cf. Intt. ad Phaedr. I. 22. 6., nec aliter Fast. II. 232. *fulmineo celeres dissicat ore canes* propter sequens: *mox tamen ipse perit, sic non moriuntur inulti.* Male Heinsius citat *interfecit.* Nihil enim

CAPUT V.

Et nos quidem cuncti pavore deterriti, et alioquin innoxiis venationibus consueti, tunc etiam inermes atque immuniti tegumentis frondis vel arboribus latenter abscondimus. Thrasyllus vero nactus fraudium opportunum decipulam

alioquin exulat a B. *in nostris venationibus* G. 1. π. *innoxiis novationibus* δ. *inhermes* G. 2. D. *imminuti* G. 2. P. D. *attoniti* pro *imminuti* F. 1. *tegamentis* O. *frondeis* Colv. et Pric. conjecerunt. *vel arboribus* inveni in F. 3. G. 1. 2. D. edd. vett. et Elm. Florid. *et* habent L. π. Colv. Wow. Pric. (neque vero G. ut textis est Oud.) *Vel* etiam ceteri codd. habere videntur. Ruhnken. recepit *et*. *lactenter* G. 1. *abscondimus* F. 3. G. 2. D. L. f. P. p. R. B. et priores edd. ante Edit. Vulcan. 2., qui primus *abscondimus* edidit, cui seqq. paruerunt. *ascendimus* G. f. O. *Trasillus* G. 1. *naptus* O. *vactus* G. 1. *fragdium* D. *opportune* P. *decipullum* D.

in historica relatione frequentius, quam ista temporis variatio. cf. ad Met. III. p. 192. *perduxit — solatur.* Ded. Gloss. ad Dict. Cret. p. 266.]

calcata retiola. [Fea ad Horat. Od. III. 12. 10. haec adnotat de aprorum venatione: Quoniam fruticeta equis erant impervia, circa illa in locis angustis tendebantur retia, in quae aper a canibus excitus impingebat, et a venatoribus lancea aut venabulo trucidabatur. cf. Xenoph. Cyneg. X. Bochart. Hieroz. III. 29. Gesner. Hist. anim. de Quadrup. I. p. 1039. Hor. Od. I. 1. 28. Epod. II. 31. Sat. II. 3. 234. Sed nostrum locum citans errat. Nam non apris sed capreis retia erant tensa.]

qua primos impetus reduxerat. Sententiam loci Oud. Pricaeum vituperans, qui assentiente Florido legit *direxerat*, ita explicat: Non enim aper primos impetus direxerat ad retia post ipsum tensa, sed ad canes, quae eum invaserant, proterrere conatae. Sed iis consectis et dissipatis primos illos impetus non retorsit, ut mox sequitur, terga dans, sed *reduxit* retroiens et pedem referens, ut se colligat, simulque retiola tenuia, nec apris sed imbellibus capreis et damis tensa *calcans* et pondere corporis prosternens transabiit facillime. *Reducere* ergo *impetus* est retrahere eos inhibendo et retrorsum legendo vestigia. cf. Heins. ad Ovid. Met. VI. 107. Frontin. II. 3. §. 5. 7. Lucan. III. 659. [Minus bene igitur Floridus interpretatus est: qua parte intenderat primum impetum; unde Francogallus: ensuite au premier effort qu'il fait pour forcer les toiles, il les renverse et gagne la pleine, cuius vestigia Rodius pro more pressim legens vertit: *Nun rennte er grade gegen das Zeug an, stürzt' es im ersten Anlauf nieder, und davon in's Freie.*]

Cap. V. *abscondimus.* Cum Vulc. 2. cuius lectionem nonnulli codd. confirmant, Oud. retinuit *abscondimur*, licet *abscondimus* non improbet, quod cum Voss. de Anal. III. p. 729. Eckst. non per ellipsin casus intelligit, *nos* ex initio enuntiationis huc trahens. [Melius tamen egisse videtur Voss., id quod librarii quoque sentiebant ii, qui *abscondimus* emendabant, quippe qui ubi obiectum verbi esset, non viderent. Primum enim *nos* principio enuntiationis positum quum summa cum vi efferatur, subiectum hic esse potest neque vero obiectum, quod alio loco Apuleius posuisset; tum dubito an dici queat *nos cuncti abscondimus*, ut *nos* accusativus sit, sequatur vero nominativus participiorum. Nec minus intolerabilis est lectio codicum *ascendimus*, cui non solum latinitas obstat, sed etiam verba *frondis tegumentis.* Quid vero Oud. sibi velit, addens: nec sequentis convenire celeritati equos inscendendi, non capio. Equos enim Thrasyllus tantum et Tlepolemus inscendunt; quos verisimile est se arboribus et fruticetis non abscondisse. Neutralem huius verbi significationem equidem non moror, quamvis alterum eius exemplum non reperiatur. cf. ad Met. I. p. 60.]

sic Tlepolemum captiose compellat: Qui stupore confusi vel etiam cassa formidine similes humilitati servorum | istorum, vel in modum pavoris feminei deiecti 517
tam opimam praedam mediis | manibus amittimus? Quin equos inscendimus? [203]
Quin ocius indipiscimur? et cape venabulum, et ego sumo lanceam. Nec tantillum morati protinus insiliunt equos, ex summo studio bestiam insequentes. Nec tamen illa genuini vigoris oblita retorquet impetum, et incendio feritatis

Thepolepmum G. 1. a m. p. *sicut ad Tlepolemum captiose compellit* ∂. *qui* F. 3. G. 1. 2. D. (male Oud. excerpta G. 2. praebebant *quin*, quod idem dicit etiam in P. legi, sed verisimile est, hic quoque *qui* extare. In cett. *quid. qui stupore confusus vel et cassa formidine simul* L. *etiam* abest a D. *capta* ∂. *capsa* G. 1. *humilitate* ∂. *humilitati* G. 1. (non *humiliati*, quod in Oud. adnotatum est. Typothetarum sine dubio hic est error aut Oud., quum aliter intelligi nequeat, cur pro diversa lectione *humilitati* adscribat ex G. 1. O. et f., quod in verborum contexta legitur. Certo *humiliati* legendum est.) *humilitatique* D. *optimam* G. 1. π. solita depravatione cf. Met. II. p. 115. Inter verba *manibus* et *amittimus* in G. 1. lacuna est unius vocabuli. *quin eum indipiscimur* G. 1. 2. O. ∂. Inc. D. f. L. P. (a m. s.) Nam errat Elm. qui putat, *quin eum ocius* a p. m. esse, dum a m. pr. fuerat *eius*, fons scilicet corruptionis huius loci. Hinc tamen deceptus Scriver. edidit: *quin eum ocius*. Habent *eum* quoque alii codd., sed cur potius *eum* quam *ipsum* dixisse Thrasyllus? In vero casu non addito celeriter clamavit, *indipiscimur* sc. *praedam*, quam praemiserat. Quare praestat solum *ocius*, frequenter ab Apuleio usurpatum, sicut *ociter* supra quoque corruptum. *Eum* interpretum videtur esse additamentum, qui obiectum verbi desiderabant. *quin totius* Venet. 2. *summo* Iunt. 1. G. 2. *et tantillum* p. *moratia* Vicent. *ex* abest a G. 1. 2. D. O. f. L. π. ∂. Colv. Vulc. Wow. Pric. cf. ad VII. p. 493. *belluam* contra Mss. et Edd. negligentius Floridus exhibuit. Haec vox vero penitus desideratur in G. 1. 2. D. O. P. R. π. *nec tamen genuini sui rigoris oblita* O. *nec tamen genuini fulgoris oblita* in G. 2. P. legi dicit Oud. Equidem in G. 1. 2. D. inveni *nec tamen genui fulgoris oblita*. *sed incendio* G. 1. 2. P. D. O. L. f. ∂. In cett. *et incendio*. *ferocitatis* B. Wower. Scriv.

qui stupore confusi. Male plurimi *en, ego sumo lanceam* complexus est codd. et omnes edd., quantum scio, praebent *quid*, quum optimi Mss. *qui* habeant, quod quum librarii interrogativum esse non intelligerent, alii in *quid*, alii in *quin* emendabant. Usus huius particulae interrogativae praeceteris comicorum est proprius cf. Plaut. Casin. II. 3. 46. Curc. I. 1. 40. II. 2. 27. Epid. I. 1. 96. Rud. II. 6. 54. *qui minus* i. e. *cur non* Merc. IV. 5. 11. *quidum* i. e. *quare* Amph. IV. 2. 12. Mil. II. 3. 54. Bacch. III. 3. 62. Epid. II. 2. 116. Mostell. II. 2. 20. Trin. I. 2. 129. Rud. IV. 4. 52. Terent. Eun. II. 2. 41. De *confusus* participii significatione cf. Ruhnk. Dict. ad Suet. Caes. c. 7. p. 16. Wernsdorf. ad Incert. Auct. Epit. Iliad. 648. P. M. T. IV. p. 696., qui in eo errat, quod sequioris tantummodo latinitatis scriptores *confundi* usurpasse dicit pro *perturbari animo*. cf. Bach. ad Ovid. Met. XV. 770.]

et cape venabulum et ego sumo lanceam. Oud. qui hanc lectionem sanam esse negavit, quae per ellipsin verbi *dixit* tantum explicari posset, elegantissimam quam dicit Heinsii coniecturam ad Ovid. Am. 3. 11. *I cape venabulum*, *en, ego sumo lanceam* complexus est de confusione particularum *en* et *et* Burm. in Add. ad Calp. IV. 24. et ad Met. I. p. 1. [Ego de loci constructione secus sentiens miror, qui interpretibus in mentem non venerit, *sumo* in *sumam* corrigere, quo totius loci difficultas, si qua est, omnino tollitur. Usu enim venit, ut futurum excipiat imperativum et vice versa, cf. Intt. ad Virgil. Georg. III. 73. cf. ad Met. VI. p. 405. ubi codd. inter *defers, deferes, deferto* fluctuant. Praeseus vero pro imperativo poni ad hunc locum demonstratum est, ea sententia ut quod statim fiet, quasi iam fiat, indicet.]

et incendio feritatis. [Quas alii substituunt particulae *sed* et *at* merae glossae sunt copulae *et*, quam ex sententiarum nexu adversativam hic habere sententiam apparet. cf. ad Apol. p. 435.] Tum temere Wower. ex solo cod. Bert. contra ceteros Mss. et Edd. et Scriv. receperunt *ferocitatis*, licet iuvent loci p. 549. *nimia ferocitate saevientes.* Sed non minus probum est *feritas* de fera ipsa. cf. Pric. ad h. l. Cic. de Off. III. 6. *feritas belluae.* Apul. Met. VIII. p. 512. *quid feritatis* cett.

Digitized by Google

518 ardescens dente compul|so, quem primum insiliat contabunda rimatur. Sed prior Tlepolemus iaculum, quod gerebat, insuper dorsum bestiae contorsit. At Thrasyllus ferae quidem pepercit, sed equi quo vehebatur Tlepolemus postremos

dentium compulsu B. teste Scioppio, quod mea collatio testatur. Oud. vero dicit, ita, quantum sciat, tantum legi in Edd. Colv. prioribus, Wow. Scriv. Pric. et Florid. et forsan in p. In ceu. vero legi ut in F. 1. R. f. P. d. O. Colv. Vulc. Merc. *dente compulsu*, quod male nisi fallor typothetarum errore mutatum est, hincque pelus receptum a Ruhnken. Quid enim *dente compulsu* sibi velit, non capio. Legitur in omnibus his ut in F. 1. 3. G. 1. 2. D. Vulc. 2. *dente compulso*. *quam primum* p. Verba *sed* usque ad *contorsit* in G. 1. exulare dicit Oud. Minime vero; at in G. 2. et D. desiderantur. *ac Thrasyllus* f. *parcens* G. 1. 2. D. L. f. Colv. Vulc. Elm. Florid. *pepercit* F. 1. in excerptis ad Marg. ed., Colv. p. B. et edd. vett. *peparcit* F. 1. in coll. Lindenbrog. *pepercisset equi* F. 3. *sed* ante *equi* exulat a G. 1. 2. P. O. f. D. *Tlepolemus* ante *postremos* non comparet in P. *postremo* Coll. Voss.

dente compulso. Oud. qui hanc lectionem concoquere non poterat, emendavit *dentium complosu* vel per graecismum ex Apuleii more *et dentes complosa* s. dum dentes complodit s. inter dentium complosionem vel postquam complouerit dentes. Quicquid igitur esset, intelligere auctorem putavit Oud. collisionem dentium, quam prae ira et indignatione ageret aper diversam ab dentium exasperatione, ut acuerentur. [Sed optime hunc locum Pricaeus intellexit de dentium exasperatione ex nonnullis locis veterum demonstrans, aprorum fuisse priusquam pugnam inirent, dentes acuere. Totam litem tollit Senec. de Ira l. 1. §. 5. *Spumant apris ora, dentes acuuntur attritu.* Nam errat Oud. putans p. 515. *dentibus attritu sonaci spumeus* de sola apri ira intelligi. Res enim si accuratius pensiculatur, ad unum idemque redire videmus. Nam apri, qui iracundi sunt, sunt excitati atque irritati, ut pugnae se parare debeant; signum igitur non solum animi pugnacis sed etiam iracundiae est *dentium attritus* s. *compulsus*, ut Apuleius dicit. *Compellere* vero est *cogere, comprimere* dentes, qui alioquin ab apro ira fervente concutiuntur. Si quid mutandum est, malim *compresso* vel *concusso.* cf. Sen. de Ira l. c., ubi iracundi signa describit §. 4. *Flagrant et micant oculi, ... labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent et subriguntur capilli.* De dentium collisione saepius *frendere dentibus* dici Oud. demonstrat ex dict. Burm. ad Ovid. Met. VIII. 369. *Dentibus ille ferox in querno stipite tritis imminet exitio, frendens-que recentibus armis.* Ita *frendere* restituendum puto apud Iuven. XI. 107. qui locus ita legendus est:

caelataque cassis
Romuleae simulacra ferae mansuescere iussae
Imperii fato geminos sub rupe Quirinos,
Ac nudam effigiem clypeo *fulgentis* et *hasta*
Frendentisque Dei perituro ostenderet hosti.

quod ita explico, ut ostenderit nudam effigiem Martis clypeo fulgentis et hasta furentis hosti perituro. Fortasse huc referri potest Glossa Placid. p. 463. Mai. *fulsit periit vel percussit. Fulgere enim ferire est, unde quoque fulmen dictum.*]

pepercit. [Hanc lectionem, quae optimis codd. defenditur, in textum cum Oud. eo magis recepi, quod duo participia iuxta se posita hic offensionis nescio quid habeant. Loci corruptiones inde exortae videntur mihi esse, quod librarii in temporum perfecti et praesentis mutatione offendebant; unde *parcens* ad sequens participium relatum emendantes *sed* particulam, quae intolerabilis est, alii corrigere negligebant, alii vero revera omittebant, tum quoque *amputavit* mutantes. At si quis lectionem *parcens* tueri velit, emendet mecum *sed* in *et* quod per *s* litteram praegressi vocabuli finalem facillime ferri potest. Formam *parsit*, quam Oud. coll. Bos. ad Nepot. Thrasybul. c. 1. §. 5. vindicat, et hic emendari posse censet, non eo sperno, quod alibi auctor semper *peperci* dicit, sed quod ex codd. vestigiis erui

poplites lancea feriens amputat. Quadrupes recidens, qua sanguis effluxerat, toto tergo supinatus invitus dominum suum devolvit ad terram. Nec diu, et eum

amputavit G. 1. 2. O. L. *δ. f.* *amputatum* D. *reccidens* F. 3. *residens* *ς. δ.* Scriv. Florid. Elm. Idem legi in B. testis est Elm., qui tamen errat. Certe in coll. Modiana nihil corrigitur. *affluxerat* D. *toto tergo* non legitur in G. 1. 2. D. *invitus* abest a G. 1. 2. P. O. D. *π.* Coll. Voss. atque uncis circumscripsit Scriver. *Nec diu sed eum furens aper invadit* F. 3. *nec diu* exstat a G. 1. 2. P. D. O. L. R. *f. δ.* Incert. Colv. Vulc. Mere. Wow. Pric. *nec diu scilicet eumque aper furens* B. *nec diu sed eum aper furens invadit* F. 1. p. teste Elm. idemque in excerptis marg. ed. Colv. edd. vett. ante Colv. *nec diu et eum furens aper invadit* F. 1. teste Lind. *at eum* G. 1. 2. L. P. D. R. *f. δ.* Incert. *ac eum* D. *at enim* Colv. Vulc. 1. Wow. Pric. *ecce eum* Vulc. 2. *nec diu et furens aper eum inva-*

non potest. cf. de hac forma Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 832. De temporis variatione saepius dictum est cf. supra p. 516. *interficit: transabiit.*]

sed equi. Captans paronomasian Pricaeus mallet, si vel unus codex adiceret, *ferae quidem pepercit sed feri.* Verum ea hic loci nimis ambigua foret. Nam *ferus* quidem absolute aliquoties vocatur *equus*, unde *semiferi* dicuntur *Centauri* Arnob. IV. c. 26. *induisse formam feri et hinnitibus evolavisse iactatis.* Heins. ad Ovid. Met. VI. 77. Verum etiam quaevis *ferae*, ut cervus, leo, cett. appellantur *feri.* cf. Heins. ad Ovid. Heroid. IX. 114. Comment. ad Phaedr. Fab. I. 13. 9. et 22. 8. Immo ipse aper nomine *feri* crebro occurrit, docentibus id Heins. ad Ovid. Met. III. 224. VIII. 335. 422. Intt. ad Phaedr. IV. 3. [Miror equidem Oud. sententiam, qui propter loci ambiguitatem *feri* coniecturam refutat. Quae enim ista est ambiguitas, quum sequatur: *quo vehebatur Tlepolemus* et praecedat: *At Thrasyllus ferae pepercit*, unde colligitur, nomine *feri*, si probum esset, *equum* tantummodo intelligi potuisse. Sed quia omnes codd. adversantur, istius quem putant orationis flosculi captatores non audiendi sunt. De voce *ferus* cf. Non. p. 307. Serv. ad Aen. II. 51. V. 818. VII. 489., ubi cervum significat Livin. ad Naz. Panegyr. XXIX. p. 79. Vol. II. ed. Iaeger. Intt. ad Auson. Epist. XXIV. 17. Hic *ferus* pro *equus* ferri potest; quod accuratius non solum ex praegressis, sed etiam additamento, qualis ferus sit, intelligitur. Priores enim scriptores id religiose servabant, quod multi interpretes neglexisse videntur, ex prioribus vel ex toto sententiarum nexu et verbis id colligi debere. Idque in exemplis a Nonio prolatis et apud Virgilium et Arnobium observavi. Hinc errare videntur, qui apud Ovid. Met. VI. 77. *ferum* defendant, ne cetera argumenta proferam, quae huic lectioni adversantur. Unicus quem afferri licet locus, ubi minus clare de equo dici vidimus, quamquam hic de pugna sermo est, in qua equis utebantur, est Naz. Panegyr. cit. Hinc potest intelligi, quam male agat Servius, qui a feriendo vocabulo *ferus* repetit, et semiferos Centauros ideo appellatos esse censet, quod dimidium corpus equinum erat.]

recidens. Scioppius male probat lectionem *residens*, quam Floridus cum Scriverio in textum recepit. Ubique vero *residere* usurpatur de placida sessione. cf. Met. I. p. 60. *iuxta platanum residamus.* p. 49. *super faciem meam residentes.* Hic autem agitur de lapsu vehementi. [Equum enim, qui sine dubio apri adspectu pedibus anterioribus in altum se erexerat, postremis poplitibus dissectis corruens toto tergo supinatus est. Quare improbo Oud. sententiam, qui *recidens* hic pro simplici *cadens* dictum esse autumat coll. Met. I. p. 44., ubi sententiarum connexus sua significatione hic quoque voc. positum esse probat. Equus enim erectus tota corporis mole resupinatus *reciderat*, et dominum invitum devolverat.]

nec diu et. Plurimorum codd. auctoritatem relinquens dedi *et*, quod quum aperte in Florent. 1. legatur, optimi codicis fide defenditur. *Sed* enim, quod ceteri codd. praebent, vix est, qui probari queat, certe ieiuni quid et molesti habet. Hoc intelligentes emendarunt

519 furens aper invadit iacentem ac primo la|cinias eius, mox ipsum resurgentem multo dente laniavit. Nec coepti nefarii bonum piguit amicum, vel suae saevitiae litatum saltem tanto periculo cernens potuit expleri, sed percito atque plagosa
520 crura contegenti suumque auxilium miseriter roganti per | femur dexterum

dit Elm. Scriv. Florid. *invadens primo lacinias* G. 1. 2. D. P. L. f. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. *eius* non comparet in G. 1. 2. P. O. *post ipsum* pro *mox ipsum* G. 1. 2. D. L. O. f. B. π. R. d. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. *laniatum* F. 1. p. Verba *vel* usque ad *contegenti* exulare a G. 1. 2. O. P. π. adnotat Oud. Equidem aliter inveni. Scriptum enim est in G. 1. 2. D.: *amicum sed suum auxilium* ita ut pro *vel* positum sit *sed* et copula *que* post *suum* desideretur. Quod verisimile est in cett. quoque codd., quos Oud. adtulit, inveniri. *tanto saltem* d. p. *sed pareito* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *plagosa crura* F. 1. teste Elm. F. 3. φ. B. (male). *plagosa crura vulnera* p. edd. vett. praeter Venet. 4. et Par., quae legunt *plagosa crura contegenti .. plagosa crura vel tenea vulnera* extat in B. ex collatione Modii. Sed *bel* aut *vel* (utrum scriptum sit, non bene potest dignosci) linea obductum est, ut vitio Modii aberratum videatur. In cett. *plagosa vulnera* ut in F. 1. Vulc. 2. Vir doctus in marg. ed. Vicent. emendat *crura vulnere contegenti*. *commiseriter* f. Pric. male *miseribiliter*. *per femur*. Adscripsit libri sui orae Gruter. *forte guttur*. Ne audias. Ipse Apuleius dat rationem, cur Tlepolemi *femur*, non alias corporis partes vulnerarit Thrasyllus, ut *ferri vulnera similia* viderentur *prosecta dentium*, quos feminibus infixerat aper. *dexterum* F. 3. In cett. *dextrum*. De suis codd. Oud. silet.

nonnulli interpretes, ut Colvius, *ecce eum*, quae particula in re repentina, improvisa et inopinata saepius in usu est. [cf. Burm. ad Ovid. Met. II. 441. Hand. Tursell. II. p. 347.] Scioppius vero, qui Bert. lectionem *scilicet eum* ante oculos habuit, putavit, locum glossemate esse depravatum et deletis *scilicet eum* vocabulis legendum *nec diu, aper furens invadit eum*. Primo cave, ne *nec diu* cum aliquot codd. eiicias, quae ut *nec mora* ponuntur, ubi rei summa celeritas exprimitur. cf. Met. IV. p. 291. *nec diu, cum repente*. De vi huius particulae *et*, quae narrationes connectit, ubi res dicitur proxime et celeriter consecuta esse, cf. Oud. ad Caes. B. G. VI. 37. Lucan. I. 231. Met. V. p. 325. *provecta nox et clemens quidam sonus*. Met. IX. p. 630. *Commodum Veneri militabant, et contra opinionem improvisus maritus adsistit*, ubi etiam mutare conantur. Met. VIII. p. 557. *vix haec dicta et statim lapidum cessavit imber*. X. p. 690. *vix dum sepultura fuerat explicata et statim*. Stat. Theb. VII. 300. *Nec longum et pulcher Alathreus*. Burm. ad Virg. Aen. III. 9. [Intt. ad Aen. II. 804. Hand. Tursell. T. II. p. 482. Huc vero referendi non sunt loci Met. V. p. 353. *nec diu blandis alimoniarum obsequiis te saginaturum omnes confirmant, sed cum primum*, et Met. VIII. p. 587. *Nec diu tale facinus meis oculis tolerantibus porro Quirites proclamare gestivi, sed*, ubi enunciationes non coniunctae, sed plane seiunctae et oppositae sibi apparent.]

laniavit. [Ex corrupta codd. Florent. 1. et Pith. lectione *laniatum* erui posse putat Oud. *lancinat*, quam vocem saepius interpretes Apuleio intrudere volebant. cf. Met. IV. p. 283. *ferroque laniatus*, ubi Heins. etiam maluit *lancinatus* p. 298. *lassatum iri*. VIII. p. 550. *laciniatim disperso*. Heins. Advers. I. 4. p. 42. Sed saepius perfecti tertia persona in codd. cum participio mutata est, ita in prioribus D. pro *amputavit* habet *amputatum*, quae confusio ex compendiis utriusque formae oritur.]

atque plagosa crura contegenti. Fluctuant codd. inter lectiones *crura* et *vulnera*, quarum neutra Oud. quum placeat, ex Bert. lectione fabricatus est *femina* coll. dict. ad Suet. Tit. c. 4. *sub feminibus*, ubi docet femora et inguina maxime ab apris appeti. Quam parum autem fidei cod. B. tribuendum sit, ut ex eo totum locum emendare liceat, inter omnes satis constat. Proba tantum lectio est *crura*, cuius glossema potius est *vulnera*. Iam enim obstat verborum *plagosa vulnera* coniunctio, quae vix ferri potest, quamvis inter se *plagae* et *vulnera* diversissima sint. Emendavit sine dubio quidam, qui per sequens *femur* deceptus est, quae altera

dimisit lanceam, tanto ille quidem fidentius, quanto crederet ferri vulnera similia futura prosectu dentium. Nec non tamen ipsam quoque bestiam facili manu transadigit.

CAPUT VI.

Ad hunc modum definito iuvene, exciti latibulo suo quisque familia moesta

dimisit F. 3. B. p. edd. vett. usque ad Colv. *dimissa lanceam* F. 1. et *immisit* postea exulat. In cett. legitur *immisit*. *lanceam* omnes codd. et edd. vett. usque ad Colv. verbo postponere adnotat Oud. Sed in G. 1. 2. B. D. praepositum inveni. Verba *tanto* usque ad *tamen* non conspiciuntur in G. 1. 2. O. D. π. *tanto illo* edd. vett. praeter Venet. 4. Paris. *tanto quidem fidentius ille f. prosecta* B. *profectu* Iunt. 1. 2. Ald. *profecta* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *quoque* desideratur in G. 2. P. L. π. D. Vulc. Merc. Wow. Pric. *ipsam etiam bestiam* G. 1. O. f. *transadegit* G. 1. O. δ. Scriver. *transadiit* ed. pr. Vicent. Iunt. 1. Ald. Venet. 4. Paris. *transadii* Venet. 2. cf. Met. IV. p. 262.

definito F. 3. φ. f. δ. π. p. G. 1. O. si fides est Pric. Nam in Gron. collatione nulla erat varietas. Venet. 4. Paris. Elm. Florid. In cett. *defuncto*.

caussa est, cur Oud. emendatio displiceat, vel ad seqq. *vulnera similia* et p. 582. respexit: *vulnera illa* cett. Quid in lectione *cruribus* offensionis sit, non video. At *crura femora*que potissimum ab apro dilaniata fuisse, indicant seqq., quod Thrasyllus, ut vulnera quae ipse inflexit apri ictibus similia viderentur, femur solum percussit.]

dimisit lanceam. [Lectionis vim etsi Oud. bene perspexit, hic tamen *immisit* cum aliis codd. retinendum esse censuit, coll. dict. ad Lucan. III. 426. Sed quia frequentissima est haec dictio, rarior vero nec pro captu librariorum tritior altera, *immisit* potius pro glossemate ego habuerim eorum, qui *dimisit* quid sibi vellet, non intellexerunt. *Dimisit* vero est emisit e manu, ut per dexterum femur iret, quam unice veram lectionem esse demonstrat praepositio *per*, quae si *immisit* legas, vix defendi potest. Nec minus displicet *demisit*, quod dicitur, quando a superiore corporis parte ferrum deorsum immergitur. cf. Oud. ad Lucan. VII. 621. Burm. ad Ovid. Heroid. XIV. 5. *Deiicere* ita alibi saepius verbum venatorum est. cf. Burm. ad Val. Flacc. I. 191. et Buen. ad Lact. Inst. I. 9. §. 2. p. 54.]

Cap. VI. *definito.* [Quam alii praeferunt lectionem *defuncto* quum pro glossemate habeam, quia facilius est intellectu, *definito* in *defuncto* per librarios abiisse, quam vice versa, retinui vocem, quamquam aliud eius significationis exemplum invenire non poteram Quod enim Elm. ex Sidon. Apoll. V Epist. ult. protulit: *iustissimum est, ut definito sic quisque nostrum succedat*, mere est ficticium, id quod Oud. iam probavit; nam omnes edd. et quos vidit Oud. codd. legunt *die functo* vel *defuncto* et pro varia lectione *die finito*. Ut vero *finire* idem est Apuleio quod *defungi*, cf. ad Met. VI. p. 433., ita *definire*, quum significet rem ad ultimum finem perducere, totamque perficere, est interficere, occidere hominem. cf. Gloss. Placid. p. 454. *defungi enim finire significat, unde de morientibus dicimus.* Huius vocis significationem innuere mihi videtur Gloss. Philox. p. 63. *definitum* διορισθέν, τελειωθέν, ἀπηλλαγμένον. *definit* διορίζει ἀπαλλάττει. Ἀπαλλάσσω vero est *removere, e medio tollere.* cf. Heind. ad Plat. Hipp. p. 291. B., et ἀπαλλαγή explicant Gloss. Cyrill. p. 383. *abitus*, i. e. mors. Neque enim raro apud Xenophontem legitur ἀπαλλαγὴ τοῦ βίου et apud Diog. Laert. IV. 64. hoc genitivo non addito ἀπαλλαγή de obitu. De ἀπαλλάττεσθαι pro *mori* cf. Thucyd. II. 42. *Definito* praeterea praefero, quod magis ad violentiam pertinere videatur, qua a Thrasyllo Tlepolemus necatus est, quamquam *defungi* etiam ita legitur apud Curt. III. 11: *Circa currum Darii ia-*

Digitized by Google

concurrimus. At ille quamquam perfecto voto, prostrato inimico laetus ageret, vultu tamen gaudium tegit, et frontem asseverat, et dolorem simulat, et cadaver,
521 quod ipse fecerat, avide circumplexus o|mnia quidem lugentium officia sollerter affinxit, sed solae lacrimae procedere noluerunt. Sic ad nostri similitudinem, qui

ille quemquam G. 1. *peracto voto* B., quod placuit Pricaeo, qui in Addendis sententiam bene mutavit. cf. Met. IX. p. 629. *perfectum desiderium Philesietero laetitia percitus nunciat.* *cogit* pro *tegit* D. *et dolorem simulat* F. 1. 3. B. edd. vett. Elm. In cett. *et* ante *dolorem* abest. *dolorem simulans* G. 1. 2. P. O. D. L. Vulc. Merc. Wow. Pric. In O. est *dissimulans.* *amplexatus* G. 1. 2. D. O. P. L. f. R. π. Vulc. 2. Colv. In cett. *circumplexus.* *quidem* abest a G. 1. 2. D. P. O. L. f. *affinxit* F. 1. 3. L. p. B. Iunt. 2. Venet. 4. Paris. Bas. Elm. Scriv. Florid. *finxit* G. 1. 2. R. f. δ. Vulc. 2. Colv. *fixit* D. *affingit* π. φ. Ed. pr. Vicent. Venet. 2. Wow. Pric. *effinxit* citavit Heins. ad Virg. Aen. V. 312. *solerter* abest a G. 1. 2. O. P. L. D. Colv. Vulc. Merc. Verba *sed* usque ad *noluerunt* desiderantur in L. Eadem verba usque ad *conformatas* absunt G. 1. 2. O. π. D. *exire* pro *procedere* f. *ad nostram* F. 1. L. δ. f. *amaritudinem* F. 1.

cebant nobilissimi duces, ante oculos regis egregia morte defuncti et Met. VII. p. 499. *vel detestabilem casum defuncti magistri recordatur.* Ita Tlepolemus *defunctus* nominatur infra p. 527. *et imagines defuncti, quas ad habitum dei Liberi formarat.* Sed cum hoc vocabulo Apuleius saepius usus sit, ut Met. IV. p. 285. *memoriae defunctorum commilitonum.* X. p. 679. *Huius matre multo ante defuncta.* p. 730. *defunctorum liberorum matres*, nec ullo, quantum vidi, loco scripturae diversitas sit, mirum esset, si librarii h. l. ita aberrassent. Pricaeus, cuius sententiam arroganter Floridus sibi vindicavit, maluit *finito.*]

concurrimus. [De hac constructione cf. Heins. ad Met. V. 343. *Cereris sumus omnia munus*, qui nostrum quoque locum ita citavit: *Ad hunc modum definito iuvene exciti latibulo suo quisque moesta familia concurrimus* et ad IX. 425.]

laetus ageret. [De dictione cf. Deder. Gloss. ad Dict. Cret. II. 32. p. 295. et de sententia Fea ad Horat. Epist. ad Pison. 101., qui nostrum locum commemoravit, *amplexatus* e codd., *effingit* ex coniectura legens.]

et dolorem simulat. [Participium *simulans* omissa particula *et* sequenti corrigebant interpretes, quos polysyndeton offendebat. Sed cf. Met. II. p. 101. ubi Scriver. copulam eiecit, I. p. 66. *et cuiatis sit et quibus deversetur aedibus.* Met. XI. p. 792.]

circumplexus. Amplexatus, quod nonnulli codd. praebent, quamvis bonae notae sint, hic tamen glossema sapit. Vindicavit praeter Sciopp. Lect. Susp. IV. 4. *circumplexus* Heins. ad Virg. Aen. V. 312., cuius exemplis Oud. addit Suet. Tiber. 6. Hygin. Astron. II. 14. Avien. Descr. Orb. 1138. cf. de Mund. p. 343. et de Dogm. Plat. p. 213.

affinxit. Non sollicitari debebat a Colvio vulgata lectio *affinxit*, *finxit* emendante. *Affingit* enim est προσαναπλάττει, προσποιεῖται, et saepius utitur Apuleius Met. I. p. 57. *afficto ex tempore absurdo ioco.* IV. p. 274. *litteras affingimus*, ubi identidem variant codd. Eumen. Orat. pro Rest. Schol. 21. §. 2. *dumque sibi ad haec singula intuentium animus adfingit... Aegyptum furore posito quiescentem*, quo loco *afficit* peccatur a Mss. Moerl. et Gud. *Affinxit* vero reposui in textu ex auctoritate optimorum codd. *Affingit* emendatio est librariorum ob praecedens *asseverat* et *simulat* facta.

solae lacrimae procedere noluerunt. [De sententia loci cf. Arntz. ad Plin. Panegyr. c. 73. §. 4. p. 325., qui nostrum locum citavit infra p. 524. *et quas in primo moerore lacrimas non habebat.* Pricaei exemplum ex Senec. Epist. XI. §. 5. minus aptum est.]

ad nostri similitudinem. Amaritudinem, quae lectio est cod. F. 1., vir doctus in Miscell. Observ. Vol. II. T. III. p. 394. ab auctore profectum putat, quia, ut ait, ea vox propria lugentibus et ab

vere lamentabamur conformatus, culpam manus suae mentiens bestiae dabat. Necdum satis scelere transacto Fama dilabitur, et cursus pri|mos ad domum 522
Tlepolemi detorquet, et aures infelicis nuptae percutit. Quae quidem simul percepit tale nuntium, quale non audiet aliud, amens et vecordia percita cursuque bacchata furibundo per plateas populosas et arva rurestria fertur, insana voce casum mariti quiritans. Confluunt civium moestae catervae, sequuntur

verum dementamur cod. Incert. *verum elementabamur f. verum demtabam* L. texte Colvio, *verum dimentabamur* coll. Voss. *conformatus culpam manus suae mentiens* F. 3. *et culpam manu sua mentiens* G. 1. *et culpam manus suae mentiens* G. 2. D. P. *manus suae culpam mentiens* ∂. p. O. non addita copula *et*, quod etiam B. F. 1. edd. vett. habent, nisi quod in his participium *mentiens* abest, primum a Colv. restitutum. *Mentiens* Scriver. Elm. et Ruhnk. uncinulis circumdederunt. *dabat bestiae* G. 1. 2. D. R. f. *nedum* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. *dilatatur* B. *averes* pro *aures* D. *percurat* pro *percutit* G. 1. *percepit* non conspicitur in ∂. *tale* F. 3. G. 1. 2. O. P. f. D. Incert. In cett. *talem*. cf. Met. VII. p. 446. *numptium* G. 1. in marg. correctum a m. s. *quale* F. 3. G. 1. 2. O. D. P. f. Incert. In cett. *qualem*. *aliud* F. 1. 3. G. 2. D. O. P. f. Incert. p. Coll. Voss. *alius* ∂. Oud. emendat *alias*. In cett. *alium*. Sed *adamens* habet G. 1. pro *ad amens* i. e. *aliud amens*. *parcita* G. 1. *parata* G. 2. D. *baccata* G. 1. 2. D. Vicent. Venet. 2. Iunt. 2. Ald. *rurestia* F. 3. D. cf. Met. VII. p. 473. *rustria* ∂. In cett. *rurestria*. *vivasa voce* G. 1. In edd. vett. ita interpunctum est, ut *insana voce* ad *fertur* pertineat. *queritans* p. f. ∂. Incert. edd. vett. praeter Iunt. 2. Vicent. *quaeritans* contra morem. *secuntur* G. 1.

ipso Apuleio adhibita. Huius sententiam Oud. his verbis bene refutavit: Verum exemplum, quod ex Apologia p. 395. profert, *lingua amaritudinem praeministra* non persuadet. Nam ibi significat *convicia*. De adiectivo *amarus* concedo id adhiberi in luctu, non vero *amaritudo*, quod, translate quoties sumitur, significat verborum contumeliam et linguae quasi fel, quae hinc *amara* Ovidio Art. II. 151. et *Iuno amara* prae conviciando Prop. IV. 9. 43. [*Amarus* absolute de moestitia dici nequit, nisi adiectum est, quo accuratius haec notio intelligitur, vocabulum. cf. Ovid. Met. XIV. 465.] *Ad similitudinem* totum Apuleianum est. cf. Met. VIII. p. 591. *ad simillitudinem perditi detractum*. Apol. p. 492. *ad similitudinem tallorumsuillorum*. de Mundo p. 325. *ad eorum similitudinem*. Burm. ad Suet. Caes. 84. [Hand. Tursell. T. I. p. 109.]

mentiens. Quamquam verum est, quod Oud. dicit, *mentiens* ad loci sententiam supervacuum esse, unde pro glossemate librarii habet, contra optimos tamen codd. elicere id nolui. Saepius enim ita loqui Apuleium pro ubertate verborum ac sententiarum Africana, res est notissima.

nec dum. [*Nec dum* seorsum scribendum esse, quum *et nondum* significet, coniungendum quum *nondum* denotet, iubet Heinr. ad Iuven. I. 6. p. 31.]

dilabitur. Olim in Suspect. Lect. IV. Ep. 4. probaverat Sciopp. *dilatatur*, sed cum in Symbolis simpliciter eam lectionem proferat, iudicium mutasse vel saltem suspendisse videtur. Pricaeus non improbat, sed exemplis quae profert magis se refellit, quam id evincit. *Dilatatur* fama potest dici, quae late manat et passim distenditur. cf. Met. V. p. 327. *latiusque porrecta fama*. Verum hic *Fama* more poetarum ut persona inducta non potest *dilatari*, sed *delabi*, ut alibi *pervagari*. Nam sequitur *detorquet cursus* et *percutit aures*. Volans vero fingitur, ut millies. cf. Ovid. ex Pont. IV. 5. 16. *Fama per immensas lapsa vias*. Virg. Aen. IX. 474. *Nuntia Fama ruit matrisque adlabitur aures*. Sed Aen. IV. 196. de Fama: *Protinus ad regem cursus detorquet Iarbam*. [cf. Lucan. VII. 25. ibique Cort. de *aures percutere* s. *verberare*.]

quiritans. [De scripturae fide cf. dict. ad Met. V. p. 374. Eadem ratione dicit Cic. Verr. II. V. 7, *cum maxime hoc de suo et uxoris interitu clamaret*. Accusativus offendere nequit, quum *clamare* saepius ita construatur. De voc. *casum* cf. Deder. Gloss. ad Dict. Cret. IV. 9. p. 345.]

Digitized by Google

obvii dolore sociato, civitas cuncta vacuatur studio visionis. Et ecce mariti cadaver
523 accurrit, labantique spiritu totam se super corpus effudit, | ac paenissime ibidem quam devoverat ei reddidit animam. Sed aegre manibus erepta suorum invita re-

obii F. 1. *omnes*, quod post *obvii* in nonnullis libris legitur, non comparet in F. 1. 3. B. et edd. vett. Recepit dein Colvius e suo codice, et cum uncinulis circumscripsisset, vocem Scriver. Elm. et Florid. denuo ejecerunt. *sotiato* Vicent. *cuncta* abest a G. 1. 2. D. O. π. R. L. Colv. Vulc. 2. Merc. Wow. Pric. *accursit* F. 3. *occurrit* G. 1. *d.* O. perpetua mutatione. Ita Groslotius quoque maluit. In cett. *accurrit*. *labentique* F. 1. L. edd. vett. praeter Iunt. 2. *effundit* G. 1. p. *plenissime* edd. vett. usque ad Colvium. *reddidisset* B. L. edd. vett. Stewech. Scriv. et ita legi in F. 1., adnotatur in coll. ad marg. ed. Colv. *reddit d. quem* p. *d. devoraverat d.* Venet. 4. Oud. coniecit *devotaverat* cf. ad Met. IX. p. 634. *erecta* G. 2. P. D. *ereptam d.* In cett. *erepta*. *invita* abest a P. et edd. pr. Scriver. uncis circumscripsit. *vi vita* pro *in vita* G. 1.

labantique spiritu. [Pricaeus in notis praetulit *labenti* e Tac. Ann. VI. 50. *Labi spiritum nec ultra biduum duraturum firmavit.* Sic et *morientium animae labi* dicuntur. cf. Heins. ad Ovid. Art. III. 742. Sed *labante* probum est i. e. vacillante et deficiente. De nostro et Taciti loco agit Doederl. Syn. T. I. p. 131., qui inter spiritum *labentem* et *labantem* ita discriminat, ut ille sit, qui sensim imminuitur, quocum vita aperte fugit, *labans*, qui in tempus interrumpitur, nec opinato redit, ut intra hoc spatium utrum quis vivat an mortuus iam sit ignoretur. Unde *labans* hic necessario retinendum est. De more lugentium, se super corpus defunctorum effundendi cf. ad Met. II. p. 154. Totum locum ex Virg. Aen. IV. 196 sqq. egregie imitatus est Apuleius.]

paenissime. [Errant qui *penissime* a voce *penitus* petentes ex *penitissime* id contractum esse volunt. *Paenissime* enim testatur Prisc. III. 4. T. I. p. 121. Krehl.: *A pene autem adverbio superlativum in simus protulit Plautus in Mostellaria* et XV. 2. p. 618. *ut pone, pene, ex quo etiam illud derivavit Plaut. in Mostellaria ... penissime.* Nostro enim loco si *penissime* idem esset, quod *penitissime*, non responderet loci sententiae planeque esset superfluum. Quod quidem quum librarii putarent, emendarunt *plenissime*, de quo dicendum est ad Met. VIII. p. 569. cf. Apol. p. 595. *Nam quod penissime oblitus sum* et Florid. III. p. 67. *et quidem Philemonis exemplo penissime.* Plaut. Aul. III. 4 7. IV. 6. 2. Mostell. III. 1. 127. Ubique enim *penissime* significat, si sententiam accuratius examinas, rem de qua agitur, quamquam non perfecta sit, minimum tamen abfuisse, quin perfecta esset. A *penitus* potius derivandum est *penitissimus*, quod et Plauti probant loci Cistell. I. 1. 64. Pers. IV. 3. 61. Apul. de Deo Socr. p. 156. *penitissimis mentibus.* Priscian. III. 4. p. 121 Kr.]

erepta. [Haec lectio altera *erecta* mihi videtur esse significantior et difficilior. *Ereptus* enim Oud. ex Liv. III. c. 5. male intellexit tantum de eo, qui ex hostium manibus liberatus est, ut hic *erepta* locum habere non posse ei videatur. Hic enim officium consistere non potuisse putat, nisi adtollendo et erigendo heram, quae sententia per se bona est. *Erepta* ego explico de Charite, quae vix a corpore mariti abduci et divelli poterat, semperque quando ex deliquio animam receperat, super corpus corruit idque amplexata est. Ruhnk. ad Terent. Eun. IV. 6. 14. Quamquam non negandum est, ea verba perpetuo confundi cf. infra p. 525. Cort. ad Lucan. VII. 159.]

invita remansit in vita. Pricaeus non debebat de lectionis veritate dubitare, quia ipsi videbatur Apuleius tunc additurus fuisse *quamvis*, ut saepius alias facit. Nam hoc ei, ut Oud. bene monuit, non perpetuum est. cf. Met. V. p. 332. *vi ac potestate Veneris usurus invitus succubuit maritus.* p. 340. *deque tantis divitiis exigua nobis invita proiecerit* h. l. p. 518. *Quadrupes toto tergo supinatus invitus dominum devolvit ad terram.* ubi ea vox desideratur in non-

mansit in vita. Funus vero, | toto feralem pompam prosequente populo, | deducitur ad sepulturam. §524 ([204])

CAPUT VII.

Sed Thrasyllus* nimium nimius plangere, clamare, et quas in primo moe rore lacrimas non habebat, iam scilicet crescente gaudio reddere, et multis caritatis nominibus veritatem ipsam fallere. Illum amicum, coaetaneum, contubernalem, fratrem denique addito nomi|ne lugubri ciere, nec non interdum manus 525

totam δ. prosequentem D. *perducitur* p.

Sed et Thrasyllus Iunt. 1. 2. Ald. Colin. *nimium nimius* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. *δ. f. φ.* Incert. et L. teste Oud. *nimium nimium clamare* L. teste Colv. *nimium nimiumque* Colv. emendavit et Elm. in textu posuit. In cett. *nimium clamare. clamore* B. *δ. plangens δ. quasi* pro *quas* G. 1. *qui in* P. *in* abest ab edit. Florid., quod typothetarum errore factum esse puto. *lacrimas* desideratur in *f. habeat* Venet. 4. *habbat* Paris. *crescente* G. 1. *multis* pro *multis* G. 1. *addido* G. 2. *nomine* non comparet in p. *cire* G. 2. D. (In G. 1. vero id non legitur, ut Oud. adnotavit, sed *cire* i. e. *ciere.)*

nullis codd. Fuit, cum Oud. coniiceret *invisa remansit in vita* cf. ad Met. VI. p. 405., ubi Oud. etiam *invisae vitae positura finem* emendabat. [Sed *invita* retinendum est, quia maluit Charite mori, quam in vita remanere post obitum mariti detestabilem ac tetrum. *Aegre* abripi poterat a Tlepolemi cadavere, quia finire vitam volebat; hinc *invita* in vita remansit. cf. p. 526. *invita quidem verum religiosae necessitati succumbens.* Ludit in his vocabulis Apuleius, ut Met. VI. p. 418. *atra atria.* Met. IX. p. 620. *scaeva, saera, pervicax, pertinax.*]

toto feralem pompam prosequente populo. [De hoc more, funera prosequendi cf. Florid. p. 67. Morestell. Pomp. Feral. I. 23. in Graev. Thes. Antiq. T. II. p. 1395.]

Cap. VII. *nimium nimius.* [Contra codd. auctoritatem mutare quidquam non ausus restitui hanc lectionem, quae Oud. displicet. Facillimum enim erat, cum Colvio emendare *nimium nimiumque*, quod quidem nonnullis edd. maxime arridebat. cf. Met. III. p. 226. ubi nonnulli *nimium nimiumque* legere tentant. cf. Tib. III. 6. 21. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. I. 41. vel ad vestigia Mss. propius *nimium nimium*, ut Graecorum *μᾶλλον μᾶλλον*. De hac adiectivorum repetitione, qua sententiam vocabuli augent scriptores, copula aut addita aut omissa, cf. Loers. ad Ovid. Trist. V. 6. 35., qui plurima exempla profert. Haec emendatio eo probabilior est, quod cod. Lips., si qua fides est Colvio, eam confirmat. Sed audacius mihi videbatur esse, *nimius* expungere, quod vix ex librariorum correctione profluere potuerit. Neque vero aliter potest defendi, nisi ut *nimius* absolute positum statuas pro immodico, modum superante, qua significatione saepius legitur, addito licet substantivo, quo qua in re nimius quis sit indicatur. cf. Intt. ad Liv. II. 2. §. 2. Burm. ad Vell. II. 32. §. 1 Gron. ad Sen. Agam. 84. Ita Thrasyllus *nimius* hic significat, si lectio vera est, eum, qui in plangendo et clamando modum non tenet, impotens moestitiae est; at minus cum Oud. offendo in voce *nimium*, quae sic abesse poterat. Oud., lectionem codd. Bert. et d'Orv. *clamore* considerans suspicatus est, *nimius clamore* videri glossariam explicationem esse vocum *nimium plangere*, vel emendandum esse *nimium nimio clamare*, ut Met. III. p. 229. Hic vero locus mihi argumento videtur esse, lectionem *nimius nimium* recte habere; ibi enim legitur *opulentiae nimiae nimio. Clamore* vero glossa est librariorum, qui hos infinitivos iuxta se positos ferre non poterant. Bernhardyo, V. D., quem eo de loco consului, *nimius* dubium videbatur, unde egregie emendavit *naeniis.*]

addito nomine lugubri. Pricaeus animadvertit, atare hic non posse no-

Digitized by Google

Charites a pulsandis uberibus amovere, luctum sedare, eiulatum coercere, verbis palpantibus stimulum doloris obtundere, variis exemplis multivagi casus solatia nectere, cunctis tamen mentitae pietatis officiis studium contrectandae mulieris adhibere, odiosumque amorem suum perperam delectando nutrire. Sed

charitates δ. apulsandis G. 2. D. *appulsandis* L. *verberibus* Coll. Voss. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *admovere* G. 2. D. L. *palpentibus δ. obtudere* G. 1. *multivagi* omnes codd., quos Oud. et ego vidimus, habent. In aliis teste Colv. *multiiugi. solatio* G. 1. *solatia vertere* P. *δ. mentitis* G. 1. O. *contractanda* G. 1. O. L. *properam* G. 1. a m. s. [Nam omnia verba inde a *properam* usque ad *maritum suum* omissa sunt in textu, sed a m. s. in margine sunt suppleta. Quem defectum ita explico, ut oculos librarii fefellerit pronomen *suum*, quod utroque loco, ubi lacuna incipit et desinit, legitur.]

mine lugubri. Tale enim non fuisse Tlepolemi nomen, aliamque eius epitheti rationem non conspicuam esse, immo non comparere vocem *nomine* in Cod. Pith. Hac de caussa emendavit *lugubriter* coll. Met. III. p. 186. *plangore sublato se lugubriter eiulantes,* quod Floridus temere in textum recepit. Sed aeque facile *sono lugubri* vel *lugubri voce* ob vicinas praecedentium vel sequentium syllabarum litteras excidere potuisse sententia est Oud., qui Met. V. p. 332. excitat: *Plangebant ubera, deflebant oculos, nomine proprio sororem miseram ciebant, quoad sono penetrabili vocis ululabilis amens et trepida procurrit e domo.* Ipse simpliciter legi mavult *lugubre* i. e. lugubriter et flebiliter coll. Met. V. p. 359. *simile moerendo.* [cf. Virg. Aen. X. 273. *si quando nocte cometae Sanguinei lugubre rubent.* Quamvis bona sit per se haec emendatio, tamen molesti quid habet et minus elegans est, unde *lugubri nomine* non damnaverim, quod reconditam magis Apuleii doctrinam et affectationem quandam sapit. *Lugubre nomen* est ipsius Thrasylli, non solum quia luctus significatum habet ex composito, cf. infra p. 528. *Thrasyllus praeceps et temerarius,* sed quia luctum ciebat iis, qui id nomen appellabant, quia caussa lamentationum et querelarum erat et inter eas vocabatur. Morem enim fuisse apud veteres, nomina eorum appellandi, qui lugebantur, non solum probat exemplum Apuleii l. c., sed fusius ea quae protulit Burm. Anthol. T. II. p. 137.]

ciere. Defendit Oud. lectionem aliquot codd. *cire,* quum vocabulum utraque coniugatione in usu fuerit, emendans Mart. Capell. IX. §. 913. p. 709. Kopp. *quae multiforme scit etere barbiton,* ubi vulgo legitur *scitis scire.* cf. Bondam. Var. Lectt. p. 57. de Mundo p. 339. *ventorum proelia ciuntur.* Florid. p. 80. *Voces quas infesta rabies vel propitia voluntas ciant.* Gloss. Cyrill. κιτῶ *cio, moveo.* [cf. Eckst. ad Voss. Arist. p. 869. quosque ibi enumerat viros doctos. Anthol. Lat. T. I. p. 496.]

pulsandis uberibus amovere. [Mulieres in luctu et exsequiis ora lacerabant et pectus pugnis infestis tundebant, quo sanguine ostenso inferis satisfieret. cf. Met. IV. p. 291. VII. p. 499. cf. ad IV. p. 314. Iatt. ad Petron. c. CXI. p. 660.]

contrectandae mulieris. Scriptura vetus aliquot codd. est *contractandae,* quae varietas passim in compositis verbi *tracto* conspicua est. Oud. citat dict. ad Hist. B. Afr. 72. Met. X. p. 697. Burm. ad Suet. Domit. c. 1. *contractatis multorum uxoribus.* [Plura dixi ad Met. IV. p. 315., ubi identidem codd. variant inter *detracto* et *detrecto.* De significatione vocis *contrectare*, quae, ut *attrectare*, de hominibus dicitur libidinosis, qui mulierem conprimere gestiunt cf. Ruhnk. Dict. ad Suet. Ner. 25. p. 323. Intt. ad Hor. Sat. I. 2. 28. Schmidt. ad Hor. Epist. I. 3. 16. Plaut. Asin. III. 1. 20. Mil. Gl. IV. 2. 61. Cic. de Nat. D. I. 27.]

delectando. Oud. putat, *delectare* hic pro *valde lectare* positum esse, ut frequentissime *de* in compositis Apuleio aliisque vim augeat. Nec tamen audet cum Heins. ad Ovid. Met. XI. 412. re-

officiis inferialibus statim factis, puella proti|nus festinat ad maritum suum 526
demeare, cunctasque prorsus pertentat vias, certe illam lenem otiosamque nec

inferalibus F. 1. in excerptis ad marg. ed. Colv. edd. vett. praeter Iunt. 2. usque ad Colv. *imperialibus* G. 1. a m. s. O. *officiis in inferialibus* D. In cett. *officiis inferialibus*. *statim factis* F. 3. O. P. D. Colv. Vulc. 2. Merc. (In G. 2. est *sactis* pro *factis*, quod Oud. ex hoc codice enotavit.) *Factis* legitur etiam in L. (et in marg. al. *statim erectis.*) *exactis* F. 1. teste Elm. et ita ediderunt Elm. Scriv. Florid., sed auctore Oud. in eo legitur *erectis*, ut in R. f. Sed uterque fallitur, nisi Elm. ad alium codicem Florent. respexerit. Nam in collatione Lindenbrog. enotatum est *eractis*. *ereptis* p. et edd. vett. Bas. 1. et B. teste Scioppio sed in excerptis suis Elm. legebat *expletis*, quod etiam habent Ursini cod. et codd. Beroald. Colin. et recepit Ruhnken. Sed Scioppius verum protulit; *ereptis* enim Modiana coll. habet. *expleitis* δ. *peractis* Wow. Pric. *sacris* pro *factis* G. 1. a m. s. *festina* δ. *civitasque* pro *cunctasque* G. 1., qui error ex scribendi ratione *cuntasque* exortus est. *pertenta* δ. Burmann. margini adlevit *protentat*. *vias*. Male vulgo distinguunt posito pleno puncto post *vias*, et commate solo post *consimilem*. Eo enim usque pertinent ad *pertentat*. Sequentia *Inedia* etc. ad *transegerat*.

ponere simplex *lactando*, quamvis *delectare* hoc sensu alibi in usu fuisse neget. [Sed conferri possunt quae protulit Non. p. 97. s. v. exempla. Aliter explicat Floridus, qui in paraphrasi vertit: *eum oblectando*, ut retulisse videatur *delectando* ad amorem. Interpres francogallus transtulit: Carite qu'il touchoit avec un plaisir, qui nourrisoit encore son détestable amour, et Rodius: *und seiner hässlichen Leidenschaft durch diese ungebührliche Lust Nahrung zu geben.* Hic optime sententiam loci perspexit. Passive enim *delectando* hic dictum est de Thrasyllo, qui eo, quod Chariten contrectat, perperam delectatur et paulatim maiore flamma incenditur, quia his ipsis deliciis amor nutriebatur in Chariten. cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 782. De voc. *lectare* cf. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. XIV. 633.]

officiis inferialibus statim factis. Oud. cum Heins. ad Met. XI. 412. haec verba mendosa esse putat ita ratiocinans: Omnes illae lectiones variantes me movent, ut credam illarum nullam esse ab auctoris manu, et quidem maxime me offendit vox *statim*, sequente *protinus*. Neque enim verisimile est, illam officia inferialia explevisse ante solitum s. *statum* s. *nonum* post sepulturam, quam memoravit huius paginae initio, diem, unde notissima sunt *sacra novendialia*. cf. ad Met. IX. p. 652. Quare cogitavi rescribendum esse: *stato more explicitis* vel *explicatis* vel *expletis*. cf. Met. I. p. 29. *persolutis feralibus officiis* et Met. X. p. 690. *vix dum pompae funebris et sepultura filii fuerat explicata*. cf. Duk. ad Flor. I. 17. Oud. in Miscell. Observ. Vol. III. T. I. p. 131. [Alio loco dicit Apul. IX. p. 652. *peractis feralibus officiis*, qui argumento est, quantopere hanc dictionem ipse variaverit. Ex hac vero mutatione confusio codd. videtur esse exorta. Plurimi vero codd. quum *factis* scribant, hanc lectionem retinendam esse putabam, quae primum ex glossemate in *effectis* mutata tum diversissime corrupta est. *Officium facere* dixit Terent. Adelph. I. 1. 44. At bene vidit Oud., *statim* hic significare non posse *illico*, *e vestigio*, cum vix putem, religionem tam graviter Chariten violare potuisse, ut dies constitutos non servaret. Hinc necessarium est, *statim* plane alia significatione hic dictum esse, pro *statute*, *ordinate*, ut explicat Charis. II. p. 195. in exemplo Accii: *Vectigalia legerant vestra, et servantur statim.* Huc facere videtur locus Terent. Phorm. V. 3. 6. *nam ex his praediis talenta argenti bina statim capiebat*, ubi Donat. male explicat perpetuo, aequaliter, et quasi uno statu, sed pro certa statutaque ratione sumendum est, ut nos dicimus: *für gewöhnlich*. Ceterum Wower. ad Petron. c. 112. p. 674. *feralibus officiis* legi nostro loco citat, ad quem locum cf. de hac dictione Iutt.] Male edd. vett. scribunt *inferalibus*, quod probari nequit. *Inferialis* enim ducendum est a voce *inferiae*, i. e. sacrificia, quae Diis Ma-

Digitized by Google

telis ullis indigentem, sed placidae quieti consimilem, inedia denique misera et incuria squalida tenebris imis abscondita iam cum luce transegerat. Sed Thrasyllus instantia pervicaci, partim per semetipsum, partim per ceteros familiares ac necessarios, ipsos denique puellae parentes extorquet, tandem iam furore et

In edit. Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 2. distinctum est post *inedia*, ut *misera* non habeat, quo referri possit. *illa* G. 1. 0. *levem* G. 1. *lenam* P. *lene otiosam*, *nec* p. *telis* abest a f. *ullis* non comparet in G. 2. L. P. D. *inediae denique miseria* ex Lips. et Colv. placito editum est in Vulc. 2. Nusquam *inediae miserae*, quam lectionem vulgatam Elm. perperam nominat, conspicitur. *miseria* G. 1. 2. D. *iam cum luce* F. 1. 3. G. 1. 2. D. *d.* p. f. Elm. Scriv. In cett. *cum luce iam*. *abscondita*. *Iam cum luce* G. 1. Vicent. *pernicaci* G. 1. *pertinaci* p. *at necessarios* p. *vel necessarios* d. *necessarios nuntios*. Hanc vocem *nuntios* pravo iudicio a Colv. intrusam, bene reiecit Wow. Vulc. Ed. 2. et seqq., sicut eam haud agnoscit alius Codex, quam Lips. Pricaeus uncis inclusit. *necessarios*, *ipsos denique*. Ita distinguunt G. 1. 2. edd. vett. Colv. Elm. Florid. *ipsosque* B. *palle* pro *puellae* D. *pullae* Ald. *retorquent* G. 1. *extorquent* L.

nibus faciebant; ab *inferi* vero fit *inferilis* neque *inferialis*. cf. Gloss. Philox. p. 115. *inferilia κατατρόπια*. Vocabulum *inferialis* Apuleii videtur esse proprium.]

inedia misera. [Lugentes cibis abstinebant. cf. Wouw. ad Petron. c. CXI. p. 662. *Sic afflictantem se ac mortem inedia prosequentem*. cf. Met. II. p. 150. *Abi, inquit, fatue, qui in domo funesta coenas et partes requiris, in qua tot iugis iam diebus ne fumus quidem visus est ullus.*]

iam cum luce transegerat. De locutione *transigere cum luce*, eique transactione ac pactione facta quasi cedere et sic vitam finire agit Beroald. ita explicans: *Transigere* verbum est forense ad creditores et debitores maxime pertinens, quod idem valet, quod componere atque decidere. Debitor transigit cum creditore per decisionem et ita lis negotiumque finitur. Ex hac translatione conceptus sensus elegantissimus a nostro Lucio, qui ait, quod Charite cum luce transegerat, i. e. cum vita et luce aetheria deciderat, tanquam debitor cum creditore, ut nihil sibi amplius foret cum luce, ut luci resolveret totum quod debebat, et ita per decisionem transactionemque cum luce factam transiret ad tenebras. Oud. comparat Met. X. p. 694. *quo semel conditis calculis iam cum rei fortuna transacto, nihil postea mutari licebat*. Tac. Agr. c. 34. *transigite cum expeditionibus*, ubi cf. Intt. Dict. Cret. III. 25. *qui fortunam labentis patriae dolens de pernicie publica cum exitio eius transigat*, ubi vid. Deder. p. 147. not. crit. [cf. Tac. Ann. XII. 19. Hist. III. 46. Germ. 19.]

ipsos denique parentes. [Ita cum optimis edd. et codd., qui accurate hoc indicant, interpungendum curavi contra Ruhnk., non solum propter loci sententiam, quod gradatio fit, ut *ipsos* potius ad *parentes* pertineat, qui pietate commoverunt, ut Charite ceteris vel necessariis spretis ipsis pareret, cf. seqq.: *parentum suorum reverens;* sed etiam propter particulae *denique* positum, quae in tali anaphora fere semper alterum locum obtineat. cf. Hand. Tursell. II. p. 262 sqq. Ceterum miror, quod repetitio particularum *denique — tandem iam — denique* offensioni non fuit. Male vero agunt, qui *denique tandem* coniungenda esse statuant, commate post *tandem* posito, ut *iam* ad sequens pertineat. Sed *tandem iam* s. quod saepius dicitur *tam tandem* cf. Hand. Tursell. III. p. 121. est *am Ende, zu guter Letzt*, et Chariten omnino maceratam et defessam fuisse hic indicat cf. Thiel. ad Virg. Aen. II. 70. Aliud enim est exemplum Met. II. p. 124. *Et tandem denique devorato pudore*. III. p. 215. *tandem denique* reversus et IV. p. 288. *tandem denique asinali verecundia ductus*, quibus locis non solum coniunctae particulae leguntur, sed certo etiam ordine, ut *tandem* praecedat, sequatur *denique*. *Cibo denique* est *atque adeo cibo* cf. Hand. Tursell. II. p. 268 sq. hoc enim maius erat, quam lavacri usus, quia Charite inedia se conficere apud animum constituerat.]

Digitized by Google

illuvie paene collapsa membra lavacro, cibo denique confoveret. At illa parentum suorum alioquin reverens, invita quidem, verum reli|giosae necessitati 527
succumbens vultu non quidem hilaro, verum paulo sereniore obiens, ut iubebatur, viventium munia, prorsus in pectore, immo vero penitus in medullis luctu ac moerore carpebat animum, et dies totos totasque noctes insumebat luctuoso desiderio, et imagines defuncti, quas ad habitum dei Liberi * for-

in luvie G. 1. *illuviae poenae* Vicent. *collaxa* G. 2. P. D. *reverrens* Venet. 2. *verum etiam* F. 1. *religiose* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. et ita legi in F. 1. adnotatum est in excerptis ad marg. ed. Colv. quod non dubitandum est, quum codd. ubique ita scribant vett. In G. 2. est *relioiose* Oud. coniecit *religiosa*. *necceritati* G. 1. *succubuit* G. 1. 2. D. O. P. R. f. L. *d*. *vultu vero* G. 1. *quidem* post *vultu* non comparet in G. 1. 2. P. D. O. f. Coll. Voss. *lylari* omnes edd. ante Colv. *d*. p. et F. 1. in excerptis ad marg. ed. Colv. Verba *verum paulo* usque ad *eruciabat* absunt a G. 1. 2. D. P. O. *π*. *obediens* pro *obiens* F. 1. p. *d*. L. f. cf. ad Met. IV. p. 272. *videbatur* L. R. *d*. B. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. *iubebatur* in F. 1. legi praeter Lindenbrogii collationem monent excerpta ad marg. ed. Colv. *rursus d. f.* In F. 3. scriptum videtur *prorursus*, nam aperte quid librarius meus scripserit dignosci non potest, quum prius in litteris conscribendis lapsus linea priorem syllabam obduxerit, ut *rursus* tantum manifestum sit. Ex reliquis *pro* erue. *inspectore* F. 3. *sed immo vero* Elm. Scriv. Florid., quod unde habeant non apparet. *vere d*. *penitis in medullis* F. 1. Colv. Vulc. 2. Elm. Scriver. Florid. cf. ad Mel. I. p. 48. *diesque totos* p. *d*. edd. vett. *inumebat* Paris. *imagines defuncti quas* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. F. 3. (Sed in eo videtur errasse librarius diligentissimus, quod *quam* singularem pronominis, qui nullo modo ita ferri potest, non in *quas* mutaverit, quum recte in praegressis *imagines* correxerit.) In ceti. est *imaginem ... quam*. *Imagines quas* etiam in F. 1. legi monent excerpta ad marg. ed. Colv. *defuncti* non conspicitur in L. R. f. . *dei Liberi* Iunt. 1.

collapsa. [De vocis significatione cf. Ruhnk. Dict. ad Suet. Aug. 99. p. 209. et ad Heroid. p. 208.]

prorsus in pectore. Contra inconcinnitatis accusationem, quam Heins. moverat *pereso pectore* restituens, haec verba Oud. ita defendit: Non temere ego quid ausim mutare, quia ista *in pectore* videtur Apuleius opponere externae actioni et sereniori Charites vultui. Extrinsecus fingebat, se non adeo moestam amplius, sed intus et in pectore carpebat animum sive se ipsam. Immo *animus in pectore* dicitur, ut Graecis *θυμὸς ἐν φρεσίν*. Sed et Latinis *mens animi*, et *mens animusque* saepe iunguntur, unde Vell. II. 66. *erumpens animo ac pectore indignatio*. De priore adi etiam Graev. ad Hesiod. *Ἔργ.* 381. [cf. Doed. Syn. T. V. p. 91.] Alioquin pro *prorsus* in nonnullis codd. extat *rursus*. Sed vox *prorsus* singulis fere paginis hac sententia occurrit apud nostrum, quamvis fatear, nusquam subsequi *immo vero*. Huic loco proxime accedit Met. IV. p. 288. *nullam quidem prorsus sarcinam vel omnino licet vilem laciniam ferentes*. [*Prorsus* vero quum mea quidem sententia non ad *immo vero* sed ad *in pectore* referri debeat, respondens sequenti *penitus in medullis*, non video, quid offensionis hic loci habeat.]

imagines defuncti, quas ad habitum dei Liberi formaverat. Primum librarii offenderunt in plurali numero, quem optimi codd. et edd. vett. plurimae praebent, quamquam huius lectionis ne admonuit quidem Oud. De more veterum, sub forma dei defunctum venerandi agunt Beroald. qui Laodamiae et Pollae Lucani coniugis exempla profert, et Pricaeus, citans Quint. Decl. X. 11. p. 223. *clamat itaque, clamat mater infelix: Si mihi aliquam imaginem filii mei etc. auferres, iniicerem tamen misera tanquam corpori manum, illam similitudinem flens tenerem, illos oculos, illam gratissimam faciem, et rictus oris expressos et adumbratos artificis manu vultus* et Stat. Silv. II. 7. 124. *Haec te non thiasis procax dolosis Falsi nominis induit figuras, Ipsum sed colit, et frequentat ipsum Imis altius insitum medullis* Spanh. de Praest. Num. I. p. 439. Burm. ad Suet. Calig. 7. *cuius effigiem habitu Cupidinis dedicavit*. [Hic mos, sub deorum forma defunctos venerandi, potissimum ex imperatorum

Digitized by

528 maverat, adfixo ser|vitio divinis percolens honoribus ipso sese solatio cruciabat.

foraverat F. 1. 3. *formadat* L. *formarat* Elm. Florid. In cett. *formaverat*. *affixo* F. 1. 3. B., de suis codd. Oud. nihil addit. edd. vett. Colv. Vulc. 2. Elm. *affisso* δ. In cett. *affixa servitio*. *honores* δ. *ipse sese* L. *ipso se* edd. vett. usque ad Colv. *conciabat* δ.

temporibus valuisse videtur in hominibus nobilissimis, ut Augustum et Hadrianum constat sub deorum imaginibus cultos fuisse. Hunc morem in suum usum Apuleius convertit. Plura dabit Spon. in Miscell. Erud. Antiq. Sect. I. Art. IV. tab. 12. in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. IV. p. 674., qui nostrum locum commemoravit, pluralem *imagines, quas* praeferens, d'Orv. ad Charit. IV. 1. p. 421. ed. Lips. Rigalt. ad Minuc. p. 21. *dum defunctos eos desiderant in imaginibus videre, dum gestiunt eorum memorias in statuis detinere, sacra facta sunt, quae fuerant assumpta solatia.* Munk. ad Hygin. CIV. p. 193. de Laodamia: *Fecit simulacrum aereum simile Protesilai coniugis et in thalamis posuit, sub simulatione sacrorum et eum colere coepit.* Isidor. Orig. VIII. 11. §. 5. *Simulacrorum usus exortus est, cum ex desiderio mortuorum constituerentur imagines vel effigies tanquam in coelum receptorum, pro quibus se in terris daemones colendi supposuerunt, et sibi sacrificari a deceptis et perditis persuaserunt.* §. 6. *Simulacra autem ex similitudine sunt nuncupata, eo quod manu artificis ex lapide aliave materia eorum vultus imitantur, in quorum honorem finguntur.* Intt. ad Prop. I. 19. 11. et Ovid. Heroid. VII. 99. *Imagines* retinui, quia codd. optimi ita praebent. Plures mariti imagines habebat in diversis domus membris expositas et ad diversos dei habitus et figuras fabricatas. Certe probabilius est, interpretes pluralem mutasse, quam vice versa singularem. Mira dein est lectio codd. Florentt. *foraverat*, quod vir doctus suasit mihi ut retinerem, significatione *terebrandi*, ut τορεύω, quod potissimum de gemmis dicitur cf. Plin. Hist. Nat. XXXVII. 13. 76., ut *forare* in universum hic pro *sculpere*, *exsculpere* dictum esset de imaginibus aeneis vel sculptis. Sed animo semper inhaeret dubitatio, quia *forare* dubito ita usurpari posse. *Formaverat* vero emendare periculosum est. Nam mutatio utriusque vocabuli difficilior est, quia librarii ita scribere non solent, ut *m*, quod ad vocabuli radicem pertinet, superaddant. Prope accedit *tornaverat* vel *caelaverat*.]

adfixo servitio. Discrepant interpretes inter scripturas *affixa servitio*, quae quantum video, Pricaei est coniectura, et *affixo servitio*, quae codd. est. Floridus, Beroaldum secutus, explicat *affixo, assiduo* et *diligenti*, quae explicatio Oud. veretur ut vera sit. Hoc ipsum dubitans Beroald. explicuit etiam: *adpositis mancipiis ad hoc ministerium*, uti saepe *servitium* pro *servis* ponitur. Verum recte monet Oud. cultum illum vel ministerium sacrum per *servos* indignum fuisse Manibus nec decorum ipsi Charitae. Fuisse quidem *servos* et *libertos Venereos*, *Martiales* alios, sed fuisse eos homines liberos, dein Deo deaeve mancipatos coll. Graev. ad Cic. Divin. c. 17. Quare ipse quoque cum Pricaeo mavult legi *adfixa* i. e. unice adtenta divino suo mariti cultui et adhaerens coll. Tibull I. 3. 87. [cf. Dr. ad Sil. VII. 362.] Porro vituperat Oud. Heinsium, qui ad Ovid. Met. XIV. 208. legi vult *sacrificio adfixa*. Nam *servitium* hic poni pro λατρείᾳ divino cultu coll. Met. XI. p. 783. *quorum sibi vitae servitium deae nostrae maiestas vindicavit.* [Hinc tamen nolim colligi, *servitium* in universum pro cultu divino ubique dici posse, sed potissimum de eo, quem adtento animo et submisso servorum instar homines peragunt; et ita de Charites cultu, quae servilem in modum Thrasyllo faciebat. cf. Gor. in Inscript. Flor. T. I. p. 374. Duplex vero est dubitatio, quam scriptura *adfixo* in-

CAPUT VIII.

Thrasyllus praeceps alioquin et de ipsò nomine temerarius, priusquam

Thrasyllus praeceps F. 3. *Thrasyllus vero* F. 1. G. 1. 2. D. et sine dubio etiam plurimi codd. *sed Thrasyllus* p. δ. edd. vett. ante Colvium et B. teste Oud. In B. vero collatione Modiana legitur *Thrasyllus vero. praeces* D. a m. p. *et de ipso nomine*, quae verba ante *temerarius* in nonnullis codd. leguntur, non comparent in G. 1. 2. P. R. O. π. L. Elm. Vulc. In B. legitur *praeceps alioqui qui et temerarius*. Modius adnotat: Sciopp. verba *qui et temerarius* inducit. Ego retineo et lego: *praeceps alioqui et temer.* inducto vocabulo *qui*, quod est ex voce praecedente. Elm. in B. et F. 1. legi dicit: *Thrasyllus vero praeceps alioquin qui et de ipso nomine temerarius*. Sed miscet diversas horum codd. lectiones in unam, nam in F. 1. legitur *praeceps alioquin et de ipso nomine temerarius*, non solum in coll. Lindenbrog. sed etiam in excerptis ad marg. ed. Colv. In F. 3. hic totus locus ita perscriptus est *Thrasyllus praeceps alio ..... temerarius*, ut lacuna appareat fere duorum triumve verborum, si fides est collationi meae. In marg. vero haec lacuna non suppleta est. *de se ipso nomine* δ. cf. d'Orv. ad Charit. I. 7. p. 247.

terpretibus iniicit, primum quod absolute *affixus* vix dicatur, tum quod nunquam ad res, sed ad personas semper pertineat. Afferri potest locus Met. IX. p. 627. *ac tantum necessario vespertini lavacri progressu, adfixus atque conglutinatus*, ubi sine casu videtur esse positum et Virg. Aen. V. 852. *Clavumque affixus et haerens nusquam amittebat.* Hoc per se probum est. At forsitan recurrendum ad vocis *intentus* usum, quae saepius absolute dicitur cf. Intt. ad Sall. Cat. c. 2., quum hac comparatione multum conficiatur. Ita dicitur Liv. XXIX. 19. *intentiore custodia* i. e. adtentiore, diligentiore, ut *affixum servitium* pro *intentum servitium* idem foret, quod diligens et adsiduum. Sed fateor, hanc analogiam a vocis significatione paulo nimium remotam esse. Unde existimaverim, propria sua vi hic *adfixum* dici de eo servitio, quod quasi affixum est et adhaeret, coniunctum cum Charite et in unum consociatum, ut ad id solum intenderet animum. Quamquam non negandum est, ita quoque inusitatam esse dicendi rationem, quia persona abest, cui hoc affixum erat, licet illa ex sententiarum connexu bene possit intelligi. Sed non solum propter omnium codd. auctoritatem, sed etiam propter explicationis difficultatem comprobatur haec lectio.]

solatio cruciabat. [*Solatium*, saepius auctores nominant mortuorum vel absentium amicorum memoriam in imaginibus vel statuis renovatam, de qua significatione omnia ex Pricaeo (quem ad h. l. vide) compilavit pro more suo Ouzel. ad Minuc. Fel. p. 85. ed. Lugd. a. 1652. Stat. Silv. II. 7. 128. *Ac solatia vana subministrat vultus, qui simili notatus auro stratis praenitet excubatque somno securae.* V. 1. 1 sqq. *Si manus aut similes docilis mihi fingere ceras Aut ebur, impressis aurumve animare figuris Hinc Priscilla tuo solatia grata marito Conciperem.* Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 125.]

Cap. VIII. *Thrasyllus praeceps alioquin et de ipso nomine temerarius.* [Ita hunc locum ex optimis codd. dedi. Primum enim *vero* vel *sed*, quod in plurimis Mss. legitur, auctoritate cod. F. 3. eieci, particulam ex glossemate additam esse librariorum ratus, qui enunciationes inter se coniungendas esse opinabantur, quosque particulae defectus adversativae offendebat. Vix enim aliter intelligi potest, quomodo codd. inter *sed* et *vero* variare possint. Plura exempla huius omissionis dabo infra p. 532. *Alioquin* cum Oud. retinui, cuius sententiam fusius probat Hand. Tursell. T. II. p. 238., quum Apuleius voci *alioquin* soleat subiungere saepius adiectivum synonymum cum copula. Exempla Apuleii haecce inveni: Met. I. p. 44. *grabatulus alioqui breviculus et uno pede mutilus.* p. 56. *putris alioquin et vetus funis*

dolorem lacrimae satiarent, et percitae mentis resideret furor, et in
529 sese nimietatis | senio lassesceret luctus', adhuc flentem maritum, adhuc

satiaret O. et *perterritae* pro *et percitae*. *lassesceret* F. 1. 3. D. P. Incert. Venet. 4. et Paris. Elm. *lassessceret* G. 2. *lacessceret* G. 1. *lacesseret* edd. vett. et codd. ceteri quantum video omnes. *facesseret* Colv. Wow. Vulc. 1. Merc. Pric. Florid. *flaccesceret* Vulc. 2. *adhec flentem adhec est*. G. 1.

disrumpitur. Met. II. p. 82. *anxius alioquin et nimis cupidus*. p. 105. *lepida alioquin et dicacula puella*. p. 128. *ad libidinem inquia alioquin et petulans*. IV. p. 257. *pannosus alioquin ac sordidus*. VI. p. 408. *At tu simplex alioquin et expers rerum talium*. VII. p. 477. *terribiles alioquin et fortiores*. IX. p. 620. *bonus alioquin vir et apprime modestus*. p. 675. *curiosus alioquin et inquieti procacitate praeditus*. XI. p. 797. *vir alioquin gravis et sobriae religionis observatione famosus*. Florid. p. 88. *versutus alioquin et ingeniatus ad astutiam*. Ut *de ipso nomine* retinerem, non solum codd. optimorum auctoritas me confirmabat, sed etiam frequentior librariorum emendandi prurigo, qui quoties interpretamentum vel glossam enunciatio sapit, statim eam eiiciunt. cf. ad Met. I. p. 42. Ceterum ipsa sententia *de ipso nomine* librarii cuiusdam non stolidi et insipidi manum indicat, unde verisimilius est, haec verba a librariis eiecta quam apposita esse. Idque iam Oud. bene intellexit, qui ad morem Apuleii respicit, nomina dandi personis, quae conveniant earum moribus vitaeque generi, cf. ad Met. II. p. 122. d'Orvill. ad Charit. I. 7. p. 247. idem iam probaverat, a quo Oud. male *temere* pro *temerarius* legi ait. Sententiam loci ita explicat: Praeceps alioque sua natura sed et temerarius nomine ipso eum stimulante, quod quasi insusurrabat illi: Audendum est tibi, Thrasylle, ut hoc viri fortis nomen digne geras. De usu praepositionis *de*, quae paulo insolentior est, cf. Hand. ad Tursell. T. II. p. 219., qui etiam nostrum l. adtigit, et *de ipso nomine* melius interpretatur *a parte nominis*. Etiam F. 3. quamquam haec verba non habet, tamen lacuna comprobare videtur, haec in vetustissimis Mss. fuisse perscripta. Hinc explicatur, quomodo reliqui codd. neglecta lacuna totum locum concinnaverint. Minus Heinsii coniectura probatur *et re et ipso nomine temerarius* coll. Ovid. Am. I. 8. *Dipsas anus ex re nomen habet*, ubi cf. Burm. Ita difficultatem, quam praepositio *de* ei praebuit, tollere conatus est. In solitum suum hic quoque errorem Oud. incidit, *de* pleonastice hic positum esse existimans, de quo cf. Hand. Tursell. T. II. p. 219 sqq. Sed posteriore tempore utebantur scriptores saepius hac praepositione, ut instrumentum exprimerent, vel potius caussam atque originem, unde res quaedam proficiscitur. Ita Apul. Met. IX. p. 669. *de vastiore nodulo cerebrum suum diffindere*.]

lassesceret. Ex mutandi prurigine nata est Stewech. coniectura *exsatiarent* in antecedentibus, cuius composito auctor nusquam usus est, et nostro loco idem perperam cum aliis emendavit *facesseret*, quod etiam Oud. temere amplexus est. Putat enim *lassescere* ferri non posse, quod *in sese lassescere* scriptori idoneo nunquam usurpatum sit, idemque vituperat in Lips. et Roer. in Fer. Dav. p. 227. emendatione *flaccesceret*. Hac tamen caussa Heinsium commotum esse, ut Met. X. 194. et XIV. 194. *Et sensim nimietatis senio flaccesceret* corrigeret, hancque emendationem certe multo praeferendam esse eiusdem coniecturae in Advers. II. 7. p. 255. propositae *in sese marcesceret*, utpote nimis abeunti a scripta lectione et otiosas voces *in sese* retinenti. Omnibus igitur rite expensis Oud. unice recipiendam duxit Stewechianam et Groslotianam emendationem *facesseret*, id est fugeret, desereret, quod dictum putat ut Met. XI. p. 767. *numen invictum in se recessit*, Colvium vituperans, qui *hinc sese facesseret* emendabat, non re-

vestes lacerantem, adhuc capillos distrahentem non dubitavit de nuptiis convenire, et impudentiae labe tacita pectoris sui secreta fraudesque ineffabiles detegere.

restem G. 1. O. *adhuc* ante *capillos* non comparet in ed. Wow. et Pric. typothetarum sine dubio culpa. *dubbitatum* D. *et* ante *imp.* abest a *d.* *imprudentiae* F. 1. G, 1. 2. p. O. D. P. L. f. *impudente* Venet. 4. Paris. Bas. 1. *imprud. suae* O. *citata* pro *secreta* L.

cordatus, *facessere* neutra significatione saepius legi cf. Met. II. p. 182. *omnis ignavia facessat e pectore.* [At loci significationem Oud. vix intellexisse videtur; ita enim *in sese lassesceret*, quod optimi codd. praebent, non reiecisset. Ad codd. enim auctoritatem potest percipi vocem *facesseret*, quae tritissima est Apuleio et ad minimum quindecies in eius libris legitur, conferri non posse cum lectione *lassesceret*, quod vocabulum non solum apud auctorem hoc uno loco legitur, sed non ita frequens est per latinitatem. Huc accedit, quod ubiubi *facessere* apud Apuleium invenitur, lectionis discrepantia vix deprehenditur. Deinde negaverim, *in sese facessere*, eodem modo dici posse, quo *in se recedere*, quum plane alia sit utriusque vocabuli ratio, ut quamquam saepius *facessere* idem significet, quod *recedere, abire*, tamen *in sese recedere* propter compositionem *re* poni tantummodo liceat. *Luctus* enim *in sese lassescit is*, qui non externam ob caussam lenitur, sed quia nimius est et ferri diu nequit, in se ipso senescit et solvitur, ut nos: *stumpft sich in sich selbst ab, löst sich in sich selbst auf.* Bene vertit interpres Francog.: qu'un temps considérable en eût diminué la violence et Rodius: *und die höchste Betrübniss durch die Länge der Zeit sich verloren hätte.* Ut *senio lassescit* hic dictum est, ita de Mund. p. 500: *Pontus cuius extremus recessus in Maeotin senescit.* Hinc videmus, *flaccesceret* emendationem esse plane supervacaneam, quum idem quod *lassesceret* hoc verbo exprimatur. Sententiam loci persuasum est cuique optimam fore, quum eae res, quae nimio studio tractantur viresque supra modum intendunt, paulo post relaxentur, et ita sensim in se ipsis evanescant, quia non satis virium in se habent, quibus sustentari queunt.]

vestes. Pluralem cum Oud. ex codd. auctoritate praetuli, minus tamen eius argumento permotus, hunc numerum ante posuisse auctorem, ut frangeret nimium litterae *m* concursum, quem nemini puto unquam hic offensioni fore. Argumenta afferre supervacuum est, quam uterque numerus per se ferri possit; alias singularem Apuleius praetulit, ut Met. II. p. 155. *capillos distrahere, vestem discindere.* VI. p. 398. *vestemque plurifariam diloricat capilloque discisso.* Ne quid tamen dissimulem, hoc monendum est, nunquam pluralem apud Apuleium legi de unius hominis indumento, sed ubique singularem, ut Met. II. p. 92. *veste reflatum.* p. 111. *quamvis aure, veste, gemmis.* p. 147 *fusca veste contectam.* X. p. 734. *puelli ... veste nitidi.* In eadem re Apuleius dixit Met. IV. p. 289. *et crines cum veste sua lacerantem:* potissimum ubi obvolucrum vestis significat, quo homines obteguntur, vel mortui vel clam aliquid peracturi. cf. Met. VIII. p. 557. *quam probe veste contectus omnique comite viduatus*, et ita de veste fusca in luctu adhibita. Pluralem legi tantummodo II. p. 135. *lecti aureis vestibus intecti.* V. p. 337. *vidisti soror, quanta in domo iacent et qualia monilia, quae praenitent vestes, quae splenditant gemmae.* Florid. p. 19. *et fluxos vestium Arsacidas.*]

de nuptiis convenire. Pricaeus citat Fest. s. v. p. 47. Lindem. *conventae condicio dicebatur, quum primus sermo de nuptiis et earum condicione habebatur.*

impudentiae. [Hoc cum optimo cod. Florent. 3. retinui, quamquam ceteri codd. fere omnes *imprudentiae* praebent, quod per sententiam bene potest defendi. *Imprudentia* enim Thrasylli in eo poterat cerni, quia lugentem adhuc

Digitized by Google

Sed Charite vocem nefandam et horruit et detestata est, et velut gravi
530 toni|tru procellaque sideris vel etiam ipso diali fulmine percussa corruit corpus et obnubilavit animam. Sed intervallo revalescente paulatim spiritu, ferinos

exhorruit O. δ. *grave* G. 1. O. *tonitruo* G. 2. L. D. *procellasque* δ. *federis* L. *comiti* pro *corruit* G. 1. *obumbravit animam* B. *animum* L. *revalesente* G. 1. *revalescente* F. 3. in contexta habet, sed in margine *ru* emendatum est.

Chariten et mortui mariti religiosissime reverentem suis libidinibus aggressus erat. Sed maior eius erat *impudentia* i. e. audacia et inverecundia, quae eum ne tam diu quidem libidines ferre passa est, quam resideret percitae mentis furor et luctus. Hac importunitate atque immodestia in Charitae odium atque detestationem incurrit, quae seqq. aperte indicant. Audacia vero hanc labem, neque imprudentia exortam fuisse, probant verba: *Thrasyllus praeceps alioquin et de ipso nomine temerarius.* Dein impudentia iam imprudentiam in se continet; nam hac impudentia ita instimulabatur Thrasyllus, ut imprudenter negligeret, quibus rebus animum Charitae conciliare sibi posset. De confusione utriusque vocabuli cf. Met. II. p. 123. ubi legendum *imprudentiae suae labem.* Oud. nostro loco *impudentiae* probat. De voce *labe* Oud. comparat Met. V. p. 335. *et ne qua sermonis procedentis labe consilium tacitum proderetur.* Minuc. Fel. 16. *conviciorum amarissimam labem verborum veracium flumine diluamus.*]

tacita secreta. cf. ad Met. VI. p. 385. *per tacita secreta cistarum.*

et horruit. Frustra est Oud., qui Pricaei coniectura *exhorruit* pro *et horruit* commotus *et exhorruit* legi mavult, quia singulis fere paginis polysyndeto utatur Apuleius, *et exhorrescere facinus* sic occurrat, coll. Met. IX. p. 628. *exhorruit Myrmex inauditum facinus.* X. p. 685. *adulescens quamquam tale facinus protinus exhorruisset.* Sed ipse excitat Met. VII. p. 455. *cuius totae provinciae nomen horrescunt*; adde Met. IV. p. 311. *fluminaque horrescunt et Stygiae tenebrae.*

tonitru. [Quum nonnulli codd. *tonitruo* darent, Colvius ad hanc lectionem inclinavit, quod veteres ita dixissent. De hac forma cf. quae proferam ad de Deo Socrat. p. 143. Contra codd. ceteros nihil emendandum cum Oud. censeo. De dictione *tonitru et diali fulmine percussa* cf. quae largissima manu profert Buleng. de terrae motu et fulm. Lib. V. c. 3. in Graev. Thes. Antiq. T. V. p. 521.]

procellaque sideris. Beroaldus haec adnotat: *Afflati sidere* eleganter vocabulo *siderati* nuncupantur et verbum *sideratur* significat sidere afflatur et sideratione torpescit. Dictiones hae sunt Plinio peculiares, qui de sideratione frugum morbo scribit l. XVII. 37. §. 4 et 6. *Procella* autem nomen est tempestatis, qui fit ex repentinis flabris maiore vi contortis. [Eadem ratione dixit Mart. XI. 85. *Sidere percussa est subito tibi, Zoile, lingua.* Saepius isti *sidere afflati* nominantur cf. Intt. ad Petron. Sat. c. 2.]

corruit corpus. [Forcell. in Lexic. s. v. praeferre videtur eorum sententiam, qui *corpus* accusativum graeco more adiectum esse existimant, non considerantes, huic explicationi adversari sqq. *animam obnubilavit*, quod utrumque sibi accuratissime respondere perspicuum est. *Corruere* quum activa iam apud Lucret. V. 369. significatione evertendi et delendi legatur, Apuleius pro more in eo recessit a vocis significatu, quod Charitae tribuit, quod vox nefanda effecit. Novam hanc esse dictionem largior. Sed eadem ratione dixit Apul. Met. VIII. p. 543. *Thrasyllus dolore nescio crapulam cum somno discutit.*]

obnubilavit animam. Hanc quoque dictionem Hellenismum esse multi putant, quos Forcell. in lexico s. v. secutus est. Sed eadem ratione explicandum est, qua *corruit corpus. Obnubilavit*

mugitus reiterans, etiam scenam pessimi Thrasylli perspiciens, ad limam consilii

mugitus F. 1. 3. G. 1. 2. L. D. O. P. φ. Iunt. 2. *rugil* f. *rugiens* δ. *rugitus* in cett. codd. et edd. usque edit. ad Elm., quae *mugitus* habet seqq. Scriv. et Florid. *reiterans* F. 1. 3. δ. L. Elm. Scriv. Florid. In cett. *iterans*. *etiam* F. 1. 3. G. 2. D. B. et codd. omnes vett. Elm. Vulc. 2. Colv. Et ita videntur omnes codd. habuisse praeter δ. et G. 1., in quibus *iam* abest, unde apparet, duas voculas olim in iis fuisse. Dividit vir doctus ad marg. Ed. Colv. et Pric., quem Oud. secutus est. *saevam pestem* G. 1. *coenam* edd. ante Venet. 4. *Trasilli* G. 1. *Tharsylli* p. hic et alibi. *prespiciens* Venet. 4. *ad lunam* G. 1. O.

non corrigendum esse in *obumbravit*, Oud. probat ex Met. IX. p. 640. *odore sulphuris iuvenis inescatus atque obnubilatus*. Gell. l. 2. coll. Ovid. Trist. l. 3. 11. *non aliter stupui, quam qui Iovis ignibus ictus Vivit, et est vitae nescius ipse suae. Ut tamen hanc animo nubem dolor ipse removit*, ubi cf. Ciofann. [Ita explicandum est *turbare ocellos* apud Iuven. VI. 8., quod male emendant in *turpare*, de qua confusione cf. ad Met. V. p. 61. Ita de *turbine mentis*, de *procella* al. loquuntur saepius veteres cf. ad de Deo Socrat. p. 148 b. Met. X. p. 732. *repente ventis nubilo turbine correpta*. Apol. p. 509. *repentino mentis nubilo obtorpescunt*.]

mugitus reiterans. Pauci tantummodo sunt codd., qui *rugitus* praeferunt, quum optimi *mugitus* praebeant, a quibus recedit Oud., quia *rugire* et *rugitus* ferae leaenae sit, cui saepe comparetur irata mulier, adeoque *rugitus* satis exprimat muliebris eiulationis insanam vocem, quam ante descripserit. [At *mugitus* ipse non omnino reiicere audet; cui lectioni equidem cum optimis codd. *rugitus* posthabeo; nam *mugitus* et *mugire* saepius de tonitru et terrae motibus dicitur, ut sonum istum horribilem indicet, quem ex intimo pectore insani et a fulmine quasi percussi edere solent. Etiam de insano vociferante legitur apud Mart. III. 46. *At tibi tergeminum mugiet ille sophos*. Ita etiam de ursa dicitur Met. IV. p. 283. *obnixo mugitu et ferino fremitu casum tolerans*. Tertull. de Poenit. 9. p. 127. A. Rigalt. *mugire dies noctesque ad dominum deum suum*. Et ita *mugitus* hominis iracundi mussitationem nominat Apul. Met. IX. p. 632. *tacitos secum mugitus iterans*. Hanc ob caussam *mugitus* retinui. Nec minus displicet Oud. sententia, qui *reiterans*, quod optimi codd. praebent, Monachorum latinitati tribuit, cum cett. codd. *iterans* legens. Nam quod saepissime *iterare* apud Apuleium legitur, quam vocem multis exemplis ipse comprobat, caussa est, cur hanc scripturam *reiterans* confirmem, quia intelligi nequit, quomodo vocabulum formaverint librarii, cuius ne in media quidem latinitate vestigium ullum reperiri potest. Nam error codd. Quint. XI. 2. 35. in lectione *reiteratione* pro *iteratione*, bene explicatur praecedente syllaba *ra*, qua repetita *reiteratio* factum est; praeterea ibi codd. optimi simplex praeferunt cf. Spald. ad h. l. Hic vero Florent. cod. uterque *reiterans* aperte habet, quod quum librariis latinum esse non videretur in *iterans* commutatum est. Huc accedit, quod Afris cum praepositione *re* compositio tritissima est, ut *rebullire*, *reconcludere*, *reconsignare*. *Reiterans* frequentem mugituum ferinorum repetitionem indicat. Inepta porro est Oud. coniectura, *rugitus ore iterans*, utpote plane superfluum et molestum adiiciens.]

etiam scenam. Recessi a sententia viri docti ad marg. Ed. Colv., et Pric. vocem *etiam* in *et iam* dividentium, quam sententiam Oud. quoque secutus est, sensu non postulante. Participia enim copula non addita iungere amat Apuleius cf. Met. IV. p. 370. et saepius. Ante Beroaldum vero inepte edebatur *coenam* ac frustra Vulcanius margini sui libri adlevit *schemam*, quod hic non aptum est. *Scena* est actio Thrasylli personata cf. Met. IV. p. 281. *scenam cum anima retinens, variis corporis suis schemis ac motibus*, ubi pessime item inculcant quidam *schemam*.

ad limam. Hanc dictionem Beroald.

Digitized by Google

[205] desiderium petitoris distulit. Tunc inter moras umbra illa misere trucidati | Tlepo-
531 lemi, *sanie* | cruentam et pallore deformem attollens faciem, quietem pudicam interpellat uxoris: Mi coniux, quod tibi prorsus ab alio dici non licebit, * etsi pectori

desiderium in contextu G. 1. non habet; in marg. a m. s. additum est. *petitionis* B. *pectitoris* G. 1 *petionis* D. *sane* F. 1. 3. et omnes codd. et edd. usque ad Elm., quam sequuntur Scriv. et Florid., in quibus coniectura Meursii *sanie* recepta est. *cruentam* F. 1. 3. *f.* Edd. ante Colv. et Elm. Scriv. Florid. In cett. *cruenta*. Hoc vocabulum plane desideratur in P. *pallorem* G. 1. O. *quietam* δ. Vicent. Venet. 2. [Hic in marg. G. 1. a m. s. adnotatum est. *Hic apparet umbra Thepolemi charice sue coniugi admonens ne coniugium inter trasillum et eam aliquo modo non tractet.*] *quod ubi* codd. quidam teste Colv. *ab alio dici prorsus* P. *Iaio* pro *alio* typothetarum errore Venet. 4. *ab aliquo* L. *licebat* δ. *et* ante *si* habent Mss. tantum non omnes et edd. praeter Venet. 4. Bas. 1. Florid. [In meis codd. ubique inveni.] *pectori tuum* Venet. 2.

ita explicat: Sicut scriptores ad limam emendationis libros conditos referunt, sic ad limam consilii distulit Charite desiderium petitoris Thrasylli, ut scilicet id totum consultatione perpenderet, libraret, elimaret.

inter moras. [De hac locutione cf. exempla, quae protulit Pricaeus ad h. l. et Hand. Tursell. T. III. p. 403., qui plura exposuit.]

umbra illa misere trucidati Tlepolemi. [De veterum superstitione, manes noctu oberrare in terris et in somnis apparere, ut si mors ignoraretur, fatum suum nunciarent, ultionem ac poenas flagitaturi vide quae exponit fusius Gron. in Stat. Diatr. p. 122. T. I. p. 214. ed. Lips. ibique Hand. Burm. ad Prop. IV. 7. 89. Met. IX. p. 652.]

sanie cruentam. Hac emendatione Meursii et Heins. ad Ovid. Heroid. XI. 125., ubi citat *inter moras hasce*, nihil potest esse certius, quum ii, qui in veterum scriptis versati sunt, sciant, quoties hoc vocabulum in Mss. corruptum sit. Recte igitur Oud. ita scribi in textu iussit, minus bene contra melioris notae codd. *cruenta* pro *cruentam* reponens, quod duplici ratione explicari posse putat, aut ut referatur ad *sanie* aut ad *umbra*. Posteriorem interpretationem praefert, quia ex praegressis concludi possit, reliquum potius Tlepolemi corpus, quam faciem, sanie cruenta fuisse deforme. [Quantopere vero ita aberrare potuerit Oud. vix est credibile. Verisimile enim est, Tlepolemum non nudum fuisse, sed vulnera illa, quae a Thrasyllo acceperat, per somnum Charitae veste nudata demonstrasse, unde eius corpus sanie esse perfusum et maculatum primo adspectu uxor perspicere non poterat. cf. Virg. Aen. I. 354. *Crudeles aras traiectaque pectora ferro Nudavit* occisus Sychaeus Didoni somno captae. Quid *sanies* hoc loco sibi velit, apertum est; *sanguinem corruptum* indicat, qui in vulneribus obduruerat. *Faciem* quoque conspergi potuisse inter caedem, quis est qui negaverit? Deinde *cruentam* lectio magis se probat per enunciationis concinnitatem, *sanie cruentam* et *pallore deformem* sibi optime respondentibus. Certe si quis *cruenta* praeferat, malim cum Oud. ad *umbra* referatur.]

mi coniux cett. Locum dedi, quomodo in optimis codd. legitur, quamquam adhuc dubius sum, qua ratione sanari possit. Sententia enim quum apertissima sit, nec quemquam interpretum fugerit, omnes tamen in verbis constituendis haeserunt. Exprimere enim vult Apuleius: Si memor es mei, non maritaberis alio, vel si excidit tibi foedus nostrum per meam mortem, tunc nube alii, non Thrasyllo. Adhortatur enim Tlepolemus uxorem, ne coniugis nomine ab alio se nuncupari patiatur, (quia coniugis pudicae et maritum amantis esse veteres putabant, secundas nuptias repudiare cf. quae proferam ad Apol. p. 542.), at si diutius mariti memoriam in animo deposuerit, cavet, ne cum Thrasyllo matrimonium ineat percussore. Haec quamquam per se clara sunt, tamen multa locus continet, quibus offendimus. Primum enim particula *et* non solum otiosa, sed omnino perversa est, nec habet,

Digitized

tuo permaneat nostri memoria, vel acerbae mortis meae casus foedus caritatis intercidit*, quovis alio felicius maritare, modo | ne in Thrasylli manum sacri- 532
legam convenias, neve sermonem conferas, nec mensam accumbas, nec toro acquiescas. Fuge mei percussoris cruentam dexteram. Noli parricidio nuptias

permanat F. 3. *permaneat* G. 1. 2. O. P. f. D. *permaniet* δ. In cett. *permanet*. *nostra* O. *mei* f. *et* pro *vel* δ. p. *indicit* L. teste Colv. Sed in hoc cod. monente Oud. est *intercidicit* librarii aberratione sicut typothetarum culpa in Edd. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. est *interdicit*. *quoris* F. 3. G. 1. 2. π. et sine dubio cett. *quoivis* B. testibus Scioppio et Elm., at in coll. Median. nihil emendatum est, et verisimilius videtur, in B. etiam *quovis* legi, quia vulgata lectio ita habet. *quoivis* exiat in Florid. ed. sola. *cuivis* Wower. Elm. Pric. *maritare felicius* f. *Thessali* pro *Thrasylli* Vicent. *manus sacrilegas* G. 1. O. *conseras* frustra malunt Scriv. in Anecd. phil. p. 37. et Pric. cf. ad Met. I. p. 2. *ne mensam* L. G. 1. 2. p. f. δ. D. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. In Iunt. 2. *ne mansam*. In cett. *nec mensam*. *accubas* f. *ne thoro* G. 1. *aquiescas* F. 1. negligentia Lindenbrog. B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Colv. Vulc. *acquieschas* G. 1. *acquiesces* D. *mei* exulat a Coll. Voss. *dextram* δ. *patricidio* G. 1.

quo referri possit; unde coniecturis *at, ei, hei* similibus locum interpretes sanare studebant, quae quantum ab loci elegantia et concinnitate recedant, cuique intelligitur. Deinde optimi codices praebent vel *permaneat* vel *permanat*, quod posterius sine dubio corruptela prioris est, quia dativus ita defendi nequit. Qui coniunctivus quum retinendus sit, impedimento est subsequens voc. *intercidit*, quod ea condicione in *intercideri* emendandum esset. *Permanet* enim, quod alii codices habent, apertum est correctionem esse librariorum, qui quomodo uterque modus uni particulae in eadem enuntiatione iungi posset, non intelligebant. Putabant enim, particulam *si* ex praegresso enuntiato ad posterius supplendam esse. Ut ita dici liceat, hoc tamen loco particulam aegre desideraverim, quod opponuntur sibi enuntiationes, quarum utraque necessarium erat a particula *si* inciperet, qua vis oppositionis augeretur. Unde Oud. sententiam, qui particulae omissionem non tolerabat, probare nequeo, *si* post *carus* aut *caritatis* interponentis. Floridus textui inseruit *vel si*. Tertio denique loco particula *iam* dura est, nec iustam explicandi rationem admittit, quae omnia argumento sunt, hunc locum quam miserrime esse perturbatum, et coniecturis tantum sanari posse. Equidem quum probabile quid afferre non possim, locum ex Mss. auctoritate integrum apposui, asterisco addito, quo corruptum eum esse indicavi. Colvius emendavit pro *vel*: *nec*, sententiam loci non intelligens.]

quovis alio maritare. [Disceptant interpretes *quovis alio* utrum dativus an ablativus sit. Accedo Oud. sententiae, qui ex Hor. Epod. 2. 9 sq. *Adulta vitium propagine Altas maritat arbores* et Od. III. 5. 6. *Milesne Crassi coniuge barbara Turpis maritus vixit et hostium* etc., ubi recte coniungunt: *maritus coniuge barbara*, ablativum hic esse statuit. Quamquam dativus quoque per se potest comprobari, potissimum quum hanc formam Apuleio non inusitatam fuisse viderimus ad Met. VII. p. 450., ubi cf. et Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 928. et 931. Ita emendandum puto locum Dict. Cret. III. 26. *neque quoi beatum esse licitum sit*, ubi optimi codd. *quod* praebent, ab Deder. cum Obrechto in *cui* mutatum. Idemque vitium fortasse latet in loco Lact. Placid. Enarr. XIII. fab. 2. p. 872, ubi legitur: *Hecuba ... ex reliquis liberis, qui restabant orbae, Polydorum apud Polymestoru, qui quondam fuerat educatus, putat incolumem manere*, ubi *qui fuerat educatus* aut active intelligendum vel pro *qui: quoi* sive ex mente potius grammatici *cui* legendum est, vel *qui* relativum inconcinna ratione postpositum est verbis *apud Polymestora*. *Polydorus* enim filius Priami ex Hecuba, initio belli Troiani cum magno auri pondere conservandus Polymestori, regi Thraciae, erat missus. cf. Hygin. fab. CIX.]

Digitized by Google

auspicari. Vulnera illa, quorum sanguinem hae lacrimae proluerunt, non sunt tota dentium vulnera, sed lancea mali Thrasylli me tibi fecit alienum. Et addidit cetera omnemque scenam sceleris illuminat.

CAPUT IX.

533 At illa ut pri|mum moesta quieverat, toro faciem impressa etiamnunc dor

hae lacrimae F. 1. 3. Elm. Florid. In cett. *tuae*. *sanguine* p. f. *protulerunt* O. *proluere* Edd. Colv. priores et Scriver. *sed lancea* F. 3. G. 1. 2. P. D. f. R. O. π. L. d. Elm. Scriv. Pric. Florid. In cett. *sed* non conspicitur. Verba ab *et addidit* usque ad *illuminat* in cod. L. non leguntur, *addit* Beroald. Scriv. Bas. 1. ob sequens *illuminat*.

Post verba *at illa* in multis codd. magnae lacunae et corruptelae sunt. *At illa audiens* legitur in d. P. π. G. 2. post verba: *fecit alienum* ceteris omissis ita pergit: *Quod audiens Charice decoras genas saericiibus palmulis verberabat*, quem locum videmus esse mendosissimum. Idemque peccant D. et G. 1. O. π. et verisimile est, P. coll. etiam ita aberrasse, quamquam Oud. aliter enotat. *conniverat* B. Pric. Florid. Qud. Ceteri codd. et edd. habent *quieverat*.

hae lacrimae. [Revocavi lectionem optimorum codd., quae difficilior altera est *tuae lacrimae*, his verbis ab Oud. defensa: Quasi adhuc lacrimas Charites suis in vulneribus demonstraret haec umbra. Sed nihil lacrima citius arescit, umbraeque apparent ex facie, qua occisae, non vero, quo honoratae sunt. Tunc enim odoribus fragrare deberent. [Sed non consideravit Oud., Charitem super totum corpus se effudisse, priusquam Tlepolemus humatus est, cf. p. 522. quo in ingenti luctu non improbabile est multas eam lacrimas emisisse, quibus vulnera defuncti rigabat. *Hae* mihi videtur lectio esse significantior, quod Tlepolemus fortius admonet pudicitiae atque mutui amoris Chariten, quae in tantam erat amentiam eius morte proiecta, ut vel vulnera ipsa lacrimis implesset. Si vero sanie adhuc cruentam fuisse faciem et pallore deformem putamus, si vulnera nondum sanata erant, quae a Thrasyllo erant inflicta, quidni etiam lacrimae conspicuae esse poterant, quibus vulnera eluta erant? Perperam Heins. ad Ovid. Heroid. XI. 125. malebat *saniem*. cf. Met. VII. p. 480. *vulnus sanguine delibutum*.]

vulnera, sed lancea. Contra optimos codd. elegantiam quandam affectaturus Oud. particulam *sed* omisit docens, additamentum esse lectoris, glossatoris vel librarii vocem, quae multo elegantius praesertim post *non* negligatur; coll. Gron. ad Senec. Epist. 24. Dr. ad Liv. I. 25. §. 2. Burm. ad Vell. II. 72. *non dictionem daret, perfugium ostenderet*. Cort. ad Plin. Epist. II. 17. VIII. 2. dict. suis ad Lucan. II. 85. Ovid. Heroid. XIII. 132. Virg. Aen. XII. 890. [adde Cort. ad Lucan. l. d. et Gron. ad Liv. XXII. 25. §. 7. Oud. ad Cic. de Inv. I. 41. p. 646. Goer. ad Cic. de Fin. II. 34. §. 114. alios. Contra codd. nihil muto, quamquam saepius cum viris doctis observavi, particulas adversativas connectendae orationi additas esse a librariis; cf. Dr. ad Liv. VI. 32. §. 8. XXVIII. 16. §. 2.]

Cap. IX. *At illa ut primum.* [Quum Mss. longe plurimi hoc loco valde mutilati et corrupti appareant, standum est ab auctoritate eorum, qui integrum locum praebent. Totius vero loci corruptela inde videtur esse profecta, quod bis satis parvo intervallo repetitur vox *decora*, id quod decepit ita librariorum oculos, ut omnibus, quae interposita sunt, neglectis ad posterius voc. statim laberentur. Hinc effici potest, quam prave egerit Oud., qui prius *decoras* e textu eiiciendum esse voluit. *Librariorum* errorem apertius indicat codex d'Orvill., qui posteriore loco *decora brachia decorasque genas* legit, repetens, quae supra iam extant. Qua de caussa audiendi non sunt, qui: *quod audiens Charite* ex corruptis codd. re-

Digitized by Google

miens, lacrimis emanantibus decoras genas cohumidat, et velut quodam tormento inquieta quiete excussa, luctu redintegrato prolixum eiulat, discissaque interu|la 534

non dormiens δ. p. emanentibus δ. decoras genas F. 3. G. 1. 2. P. D. *π. δ.* Colv. et seqq. In ceteris *decoras* abest. *genas contundit* F. 1. teste Elm. L. B. Mercer. Vulc. 2. Colv. Sed in collatione Lindenbrogii accurate *conhumidat* emendatum est. *condat* liber Ursini. *convidat* f. *cohumitat* Bas. 1. Beroald. Colin. In ceteris *cohumidat*. *quoddam tormem* ..... F. 3. *tormenta* L. *quieti* F. 1. L. p. f. Vicent. Venet. 2. *quiet* B. *reintegrato δ. redintegrato luctu* mutato ordine f. *heiulat* ed. pr. Beroald. Bas. 1. *prolixum heu heu eiulat* F. 1. Scriver.

stituere maluerunt, quod sine dubio glossema est librarii, qui utrumque enuntiatum coniungere voluit.]

quieverat. [Hanc fere omnium codd. lectionem revocavi contra Oud., qui *conniverat* caussa non addita praetulit. De utriusque vocabuli significatione accuratius egi ad Met. IV. p. 291. ubi demonstratum est, *connivere* in universum dici de homine dormiente, neque solum de eo, qui dormire cupiens oculos claudit. Equidem *conniverat* potius pro interpretamento librarii cuiusdam habuerim, qui loci modo citati memor erat, ubi fere eadem est condicio dormientis. Ibi enim Charite, magno dolore ob sui rapinam commota, et acerbis somniorum imaginibus percita statim lymphatico ritu somno recutitur, hic eadem mariti caede moestissima et diris vexata somniis, *inquieta quiete* excutitur. Deinde vero praeter alia hoc quoque decepit librarios, quod particulae *ut primum* dormire incipientem et *inquieta quiete* vocabula somnum interruptum indicare videntur, quod tamen secus est. Quidquid est, contra ceteros codd. emendare quicquam nolui, praesertim quum Bert. cod., qui hanc lectionem solus tuetur, interpolatus sit quam miserrime. Eadem ratione dicit Apuleius Met. XI. p. 755. *necdum connixeram*, quo loco etiam lectio valde dubia est.]

cohumidat. [Non ferenda est aliquot codd. lectio *contundit*, quam Colvius insulse in *confundit* commutat coll. Petron. c. 108. *Ut vero spongia uda facies plorantis detersa est, et liquefactum per totum os atramentum omnia lineamenta fuligenea nube confudit*, qui locus ne aptus quidem est, quum *lineamenta confundere* sit *permiscere*, ut singula dignosci nequeant. Sopingius fabricavit lectionem *cohumectat* vel *cohumigat*, et Oud., quamquam ei de lectionis veritate persuasum est, tamen quia ex varietate scripturae et interpolatione codd. et in iis omissione huius verbi patere videatur, scriptum fuisse verbum a librariis non intellectum, corrigit: *confunditat* s. obruit et plane confundit, nisus auctoritate vocabulorum *diffunditare* et *funditare*. Sed male, nec ad sententiam apte. *Cohumidat* offendebat librarios, quippe quod vocabulum quantum scio nusquam alibi legitur.]

velut tormento cett. Oud., cui ablativus *quiete* non satisfacit, scribi maluit *quieti* in dativo; coll. Met. III. p. 172. *securae quieti revulsus*, [sed tum etiam *inquietae* emendandum esset, quia *inquieta* ad Chariten relatum non probatur. Antithesis enim est satis elegans *inquieta quies*. At conf. de dictione *excuti somno* Intt. ad Ovid. Met. IX. 695. Cort. ad Lucan. I. 77. 117. Heins. et Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. XIII. 111. p. 201. Apul. Met. IV. p. 297. *somno funesto pavens excussa sum*. Et ita emendat Munk. Lact. Plac. Narrat. XII. fab. 10. p. 167. Stav. *excussa ergo sopore* pro *excusso*, *sopore*, quod in Mss. legitur. Sed male, cf. Burm. ad h. l. Eadem ratione dixit Apul. Met. X. p. 698. *marcido sopore discusso*. De dictione *velut tormento* Pricaeus comparat Virg. Aen. XI. 615. *Excussus Aconteus Fulminis in morem aut tormento ponderis acti* cf. Intt. ad Liv. XXIV. 34. §. 14.]

prolixum eiulat. Ex unius cod. Florent. 1. lectione *prolixum heu heu eiulat* Oud. corrigit: *prolixum eheu eiulat*, non assentiens viris doctis, ut Burm. ad Virg. Ecl. II. 58. III. 100. Aen. II. 248., eiusque cognato ad Lotich. p. 467.,

decora brachia saevientibus palmulis converberat. Nec tamen cum quoquam participatis nocturnis imaginibus, sed indicio facinoris prorsus dissimulato, et nequissimum percussorem punire, et aerumnabili vitae sese subtrahere tacita decernit. Ecce rursus * improvidae * voluptatis detestabilis petitor aures obse-

decora brachia decoraque genua δ. palmis G. 1. *verberabat* G. 1. 2. P. O. R. f. L. π. D. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. *converberat* F. 1. 3. δ. φ. p. B., edd. vett. usque ad Colv., tum Elm. Scriv. Florid. *copiam* pro *quoquam* f. *nec quantquam* G. 1. *nec cum quoquam* G. 2. D. *nocturnarum imaginum secreta participabat* P. teste Oud. Idemque habent excerpta ad marginem ed. Colv. G. 1. 2. D. R. f. π. Incert. *matronarum virginum secreta participabat* L. *participat nocturnarum imaginum secreta* P. teste Elm. *participabat nocturnarum imaginum secreta δ. participatis nocturnis imaginibus* legitur in ceti. codd. et edd. vett. et recentt. praeter Vicent. et Venet. 2., quae habent *participans*. Oud. emendat: *nocturnarum imaginum secretis participatis. et* ante *nequissimum* non comparet in δ. *aerumnali* G. 2. P. D. B. cf. ad Met. I. p. 9. *tacite* primus Colvius intrusit cum iis, qui eum secuti sunt pro *tacita* contra Mss. omnes et edd. vett. ac genium Apulei. *decrecit* G. 1. δ.

qui censeant, ubique in Horatio, Virgilio, Ovidio aliis poetis pro *eheu* legendum esse *heu heu*, quia existiment *e* brevem esse syllabam, adeoque locum in spondeo pede habere non posse, decepti vulgari scriptura Terent. Heaut. I. 1. 31: *Quaeso, quid de te tantum meruisti? Eheu!* ubi certe iambus esse in ultima sede debeat. Sed animadvertendum simul iis fuisse monet, ibi deesse syllabam, nisi synaloephae admittatur neglectio. A partibus igitur stat Bentleii, qui ad Terent. l. c. et Eun. IV. 4. 47. ex antiquissimis codd. restituit: *Oiei* vel *Eoiei*, [cf. Hand. Turs. T. II. p. 422., qui merum librariorum commentum censet cum aliis esse istud *heu heu* coll. Dr. ad Sil. XI. 212. Broukh. ad Tib. I. 11. 84. Prop. II. 19. 23. Plura de hac scribendi particulam ratione dabunt Plum. ad Pers. Sat. V. 137. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 579. Fea ad Hor. Od. I. 15. 9. Wagn. ad Virg. Ecl. II. 58. Optime ea de re diiudicavit Hand. Tursell. II. p. 359. qui *utrumque* in usu fuisse putat. Oud. sententiam Peerlk. ad Horat. Od. I. 15. 9. p. 80. renovavit. Ut vero ad nostrum locum redeam, si ab Apulei manu est lectio, potius scribendum erat *eheu*, quod *eeu* scriptum ob sequentes fere easdem litteras vocis *eiulat* facillime a librariis negligi poterat. Sed quum omnes codd. hoc vocabulum omittant, satius duxi, in textu id non reponere, glossema aestimans esse librarii, qui *heu heu* interpretamenti caussa inter lineas scripserat, unde in textum irrepsit.]

discissaque interula. [De *interula* cf. Salm. ad Tertull. de Pall. p. 378 sq. Boettig. in libro: Sabina T. II. p. 114. Orell. ad Arnob. II. 19. T. II. p. 26., qui alios VV. DD. enumerat.]

tacita decernit. Male reponunt nonnulli Intt. *tacite* cf. p. 536. *taciti clandestinos coitus obeamus.* p. 537. *tacitus fores meas accedas.* Met. IX. p. 620. *tacitus ingemiscerem.* [II. p. 123. *tacitus ingemiscebam.* III. p. 162. *tacitus imprecatus.* p. 185. *tacitus mecum inquam.* VII. p. 441. *tacitus expostulabam* alibi.]

improvidae. Quamquam *improvidae* in textum recepi, tamen confitendum est, hanc lectionem glossema potius videri librarii, qui quid altera lectio genuina sibi velit, non intellexit. Quum enim Florent. 1. *impetorvidae*, Florent. 3. *imperorridae* legant, in ceteris vero melioris notae codd. hoc vocabulum plane omittatur, probabile est, vocem hic positam fuisse, quam librarii plane ignorabant, unde vel corrumpebant vel eiiciebant vel denique emendabant. Quid vero legendum sit equidem nescio, quum mihi, quamvis glossas accuratissime perlegenti ne unum quidem se praebuerit vocabulum, quod scripturae vestigiis propius accedat. *Impeteiae* enim, quod Gloss. Philox. p. 118. *βίαιος* explicant, quamquam per sententiam probatur, tamen per litterarum ductus longius abit. Minus bene emendat Oud. *impetuosae*, quod nec per litteras nec per formam probabile est. Fortasse refingi potest *impete torvidae*, de vehementi et truci

ratas de nuptiis obtundens aderat. Sed illa clementer aspernata sermonem Thrasylli, astuque miro personata instanter garrienti summisseque deprecanti: Adhuc, inquit, tui fratris meique carissimi mariti facies pulcra illa in meis deversatur oculis, adhuc odor cin|nameus ambrosei corporis per nares meas 535
percurrit, adhuc formosus Tlepolemus in meo vivit pectore. Boni ergo et optimi consules, si luctui legitimo miserrimae feminae necessarium concesseris

impetorvidae F. 1. quae vox omnino exulat a G. 1. 2. P. O. π. D. In F. 3. legitur *imperorvidae* (sed atramento obductum est in cod., id quod manum emendatricem et posteriorem indicat.) In cett. *improvidae*. *de nuttis* G. 1. *ad nuptias* O. π. *optundens* G. 1. *aderat* δ. *adspernataque* δ. *asprenata* Venet. 4. *instans* π. *subnixeque* δ. *adhuc inquit. Tui fratris* G. 1. *Karissimi* δ. *hesi* pro *carissimi* G. 2. P. D. (unde vir doctus coniecit legendum *heri*, nisi est glossa interpolatoris, qui *Haemum* sc. Tlepolemum dixisse scivit ex antecedentibus p., sed plane oblitus erat, ficticium hoc fuisse nomen.) *deverratur* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. R. f. Colv. Vulc. Merc. Elm. Scriv. In cett. *diversatur*. *ambrosi* Elm. *ambrosei* F. 3. G. 1. 2. D. In cett. legitur *ambrosii*. *Ambrosii* in Vicent. scriptum est, quasi nomen proprium. *percurrit* F. 3. habet in contextu. Sed in margine ab eadem manu scriptum est *recurrit*. *formosa* G. 1. *in mero* pro *in meo* D. *bono* p. *luctui* F. 1. (teste Elm.) 3. G. 1. 2. δ. f. Elm. Scriv. Florid. In F. 1. collatione Lindenbrog. extat *luctus*. In cett. *luctu* praeter D., qui *luctuu* habet. *legiptimo* G. 2. D. *legiptimi* G. 1. *confeceris* G. 1. a m. p.

Thrasylli amore. Rarissima esse haec vocabula notum est, unde facilius conflari poterant: Prius Lucretio praeceteris adamatum est. cf. ind. Eichst., alterum uno Arnobii loco extat VI. 10. *et facies sola, fremebundus hiatibus torvidis.* Sed lubentius unum exspecto adiectivum; *impete* enim molestum videtur. *Improvidae* nulla ratione ferri potest. quod vocabulum tritius est, quam quod ita librarii corrupissent.]

petitor. [*Petere* de nuptiis potissimum dici exposuit Elm. in ind. s. v. *petere* et Ruhnk. ad Ovid. Heroid. p. 114. Prop. II. 7. 61.]

aures obseratas de nuptiis obtundens. [Melius legitur *de nuptiis*, quam *ad nuptias*, quod nonnulli codd. praebent, quia magis consentaneum est instantiae Thrasylli atque impudentiae, qua aures virginis de nuptiis replebat. *Obtundere* Donat. ad Andr. II. 2. 11. optime ita explicat: *Obtundere saepe repetendo dicere, translatio a fabris, qui saepe repetunt aliquid malleo tundendo et idem obtundunt et hebetant.* Suidas διατεθρύλλημένος τὶ ὀπτ· οἷον κατηβολεσχημένος, ἢ οἷον πλειστάκις καὶ περὶ τῶν αὐτῶν πλεῖστα ἀκηκοώς. cf. Plaut. Cist. I. 1. 119. Menaech. V. 2. 98.]

miro. Contra Sopingium, qui nulla necessitate coactus *mimo* emendabat, Oud. agit, demonstrans, *mimus* eo sensu nunquam pro *mimico* poni, sed substantivum esse sive ipsam simulationem, coll. dict. ad Suet. Tib. 24. Plin. VII. 12. Saepius vero Apuleium *artibus* et *sagicitati* vocem iungere *mirus*, ut IX. p. 624. *mira custodela munitam.* X. p. 686. *miris persuadet artibus.* p. 711. *famigerabilem meis miris artibus effeceram dominum*, ac saepissime *mirum* pro singulari, novo, magno sumere, coll. Pric. infra ad p. 584., qui plurima Apuleii exempla enumerat, Vell. II. 27. Burm. ad Val. Flacc. IV. 551. Virg. Aen. IV. 458. Barth. Advers. XXIV. 12.

odor cinnameus. cf. ad Met. X. p. 719.

boni ergo et optimi consules. Coniecit quidam ex amicis Oud. *boni ergo, o optime, consules* per ironiam, ut Thrasyllum securius decipiat Charite, uti in seqq. dicit p. 536. *mi Thrasylle.* Frequens ista est allocutio gratiam capientium cf. X. p. 728. *medicorum optime* Met. I. p. 66. *parens optima* Heins. ad Ovid. Trist. I. 7. 5. Invitis tamen Mss. tutius est nihil novare. [cf. Met. VI. p. 386. *optimi consule.* Emendatio est Modii, quam ad marg. edit. Colv. adscripsit.]

luctui. Usitatam huius dativi formam contra Oud. cum optimis codd. retinui. De antiqua ista forma cf. ad Met. I. p. 23. At inter utramque variat Apuleius, ut Met. IV. p. 314. *luctuque publico congruens institium* et Met. IX. p. 652. *tandem pausam luctui fecit*, qua in lectione ibi omnes codd. consentiunt. De luctus tempore legitimo liceat ad-

Digitized by Google

tempus, quoad residuis mensibus spatium reliquum compleatur anni. Quae res quum meum pudorem, tum etiam tuum salutare commodum respicit, ne forte
536 immaturitate nuptiarum indignatione iusta manes acer|bos mariti ad exitium salutis tuae suscitemus.

CAPUT X.

Nec isto sermone Thrasyllus sobriefactus, vel saltem tempestiva pollicitatione recreatus, idemtidem pergit linguae * sauciantis * susurros improbos inur-

restidiis G. 1. *tum mêum pud. tum* bis habent L. R f. P. O. *π. d.* Vqlc. Merc. Wow. Pric. *Annique ? testum meum* in G. 2. scriptum est. *Res* librarium scribere voluisse ex inducta *r* littera potest intelligi. Est ita quoque in D. cod., sed omisso *r*. *Compleatur. anni que testum meum* G. 1. (falso enim adnotat Oud. in excerptis suis G. 1. et 2. legi *annique res factum meum.*) *quae res testes tum meum pudorem tum et tuum ð. compleatur annique res* F. 3. In cett. *compleatur anni. Quae res cum. tamen etiam* G. 2. D. *salutarym* D. *in maturitate* Venet. 4. *nec sorte* G. 2. D. *inrte* P. *acervos* G. 1. 2. D. *exitum* F. 1. p. edd. vett.

pellicitatione. Aldin. *satiati* F. 1. 3. f. p. et coll. Voss. *satiantis* L. teste Colv. cf. infra p. 385., ubi nonnulli codd. pro *satiati* vice versa habent *sauciati.* In ceteris *sauciantis*, nisi quod *linguae sauciantis* non extat in G. 1. 2. D. et forsitan etiam in aliis. *sulfurros* Venet. 4.

dere, quae Stewechius exponit: Dig. si qua C. de secundis nuptiis: *Si qua ex feminis perdito marito intra anni spatium alteri festinarerit nubere (parvum enim tempus post decem menses servandum adiicimus, tametsi id ipsum exiguum putemus) probrosis inusta notis honestioris nobilisque personae et iure et decore privetur, atque omnia, quae de prioris mariti bonis vel iure sponsalium vel iudicio defuncti coniugis consecuta, amittat.* De L. Ascanii Eppicani coniuge elegans et digna memoria inscriptio vetus inter Baias et Anversam. cf. apud Grut. p. CCCV. 2. *Quae adfecta cineribus coniugis adeo fuit, Ut ad secundum nullo unquam tempore transire Voluerit, quamvis diei superviveret et aetas Posceret et valida natura virilem, Quem semper servavit, animum fidemque. Pudicitiae quasi mutare compelleret, Et ne brevem domesticam pugnam crederas post maritum Vix. Ann. L. m. VIII.* [Plura dabunt Morestell. Pomp. ferial. Lib. IX. c. 5. in Graev. Thes. T. XII. p. 1459 sq. Brisson. de Iur. Conn. in eiusd. T. VIII. p. 1104., qui nostrum locum et morem imperatorum temporibus valentem accuratius illustrat.]

Cap. X. *pollicitatione.* [Lectionem ed. Ald. *pellicitatione*, quam equidem typothetarum errore exortam volo, Roaldus non spernendam esse putavit, commentus sine dubio vocabulum *pellicitatio*, quod ut *pellicatio* a *pellicere* ducendum esset. Sed non pellexit eum Charite, ut in nuptiis petendis pergeret, sed potius dehortata est, unde ne per sententiam quidem, si per latinitatem liceret, haec nova vox probari potest.]

linguae sauciantis. Satiati vel *sauciantis*, quod omnes codd. praebent, diversissima ratione interpretes exponunt. *Sauciantis* enim Beroaldus explicat *aures Charites vulnerantis*, quum *lingua* tam in sacris quam profanis libris comparetur cultro, gladio vel telo. Quia tamen in Mss. optimis sit *satiati* sine sensu, opinatur Oud. hoc corruptum esse ex *latratu*, sive *lascivo gannitu*, instar canis Veneris rabie incensi coitumque poscentis. In malam partem hic *latratu*, quam *gannitu* maluisse auctorem, quomodo *mali oratores* apud Ciceronem *magis latrent, quam loquantur.* coll. Sil. VIII. 251. et Graecorum *ὑλακτεῖν* et *ἀνθυλακτεῖν* Aelian. de Anim. IV. 19. Long. Past. I. 15. *ac canina verba latrant.* Ovid. Ib. 234. Val. Max. VIII. 32. *inusitatis foro latratibus.* [Sed ea, qua volnit Oud. significatione, libidinis et lasciviae, hoc vocabulum nus-

Digitized by Google

guere, quoad simulanter revicta Charite suscipit: Istud equidem certe magnopere deprecanti concedas necesse est, mi Thrasylle, ut interdum taciti clandestinos coitus obeamus, nec quisquam persenti|scat familiarium, quoad dies 537

inurguere F. 1. 3. G. 1. 2. P ed. pr. Vicent. Venet. 2. Elm. Scriv. Florid. *inarguere* O. π. *inurgere* d. R. f. (teste Oud.) *urgere* f. teste Roald. *inurrere* L. *invergere* Colv. Vulc. 1. Merc. Wow. Pric. *ingerere* Iunt. 1. 2. Ald. Colin. Bas. 1. Vulc. 2. et excerpta F. 1. ad marg. ed. Colv. et vir doctus ad marg. edit. meae Vicent. *evicta* L. *istud itaque* pro *equidem* G. 1. 2. *istud equidem verbis* D. sed *verbis* punctis subscriptis deletum est a m. p. *magno opere* G. 1. *ceterae* pro *certe* G. 1. *nec ecce est* F. 3. pro *necesse est*. *mi Thrasylle* F. 3. p. P. d. Elm. Florid. cf. Gruter. Susp. III. 11. *michi trasile* G. 1. In ceff. *mihi Thrasylle*. *tacite* ed. Pric. male. cf. p. 534. *clandestino* Venet. 4. *choitus* D. *quicquam* G. 1. O. D. *praesentiscat* P. d. Ald. *persentificat* G. 2. D. *persentifichat* G. 1. *familiarumque dies* G. 2. D. L. *quod dies* F. 1. 3. p. d. *quot* f. *quam* G. 1. In cett. *quoad*.

quam legitur apud veteres, sed tantum de eo, qui summa pulmonis intentione vociferatur cf. Hor. Sat. I. 3. 136. Burm. ad Ovid. Ib. 14. T. IV. p. 20. 21. ad Anthol. Lat. T. I. p. 515. Si *latrare* recipiendum est, velim potius *latrantis* emendare i. e. fortiter et impudice petentis, ut Lucret. II. 17. *Nil aliud sibi naturam latrare.* cf. Intt. ad Fest. s. v. p. 481. Lindem. et ita de stomacho esuriente cf. Intt. ad Horat. Sat. II. 2. 17. Si quis enim ad canis impudentiam velit respicere et ad *canina verba* i. e. mordacia, ut *latrare* etiam de immodestia et lascivitate dictum esse comprobet, hunc puto a sana ratione omnino recedere. Corrupтela loci altius latet. Votabulum enim quin ponendum sit, quo lascivia et protervitas sermonis Thrasylli exprimantur et ad concubitus invitatio, dubium esse non potest. Hinc aliquando emendavi *sauciatae* i. e. amore sauciae cf. Intt. ad Virg. Aen. IV. 1. Plaut. Pers. I. 1. 24. Sed quia nisi addito quodam substantivo, quod accuratius notionem circumscribit, vox *saucius* ita non reperitur, nimiumque a vestigiis coniectura aberrat, nunc mihi se probare diutius non potest. Eodem iure *satiantis* ferri possit de lingua Thrasylli, quae fastidium Charitae creat; cf. Senec. Consul. ad Helv. 16. *neminem satiatura garrulitas.* Propius ad scripturae veritatem accedere mihi videtur emendatio *lacientis* i. e. allicientis et ad nuptias invitantis. Ita enim una tantummodo littera emendanda est, quae propter vocis infrequentiam facilius corrumpi poterat. S vero, litteram ex seqq. esse addendam, cuique patet. cf. Gloss. Vulc. p. 78. *lacio*, ἐπάγομαι. Forsitan etiam *lecantis* probare quis possit, quod in usu fuisse apud veteres testantur Gloss. Isidor. p. 684. *lecator: gulosus. — leno: lecator. — lenocinium: lecacitas.* Interpres francogallus vertit: Au contraire il ne cessa point de la persécuter très souvent par une infinité de discours pressans, tant qu'enfin Carite feignant de se rendre, et Rodius: *sondern fuhr ohne Schonung fort, Charitens Widerstand bei jeder Gelegenheit mit der süssestén Beredsamkeit zu bestürmen.*]

inurguere. Inurgeo Oud. defendit, quia instantiae Thrasylli magis conveniat. cf. Lucret. V. 1034. De forma *urgueo* cf. ad Met. IV. 261. [Nostrum locum commemorat Burm. ad Prop. I. 16. 25.]

interdum taciti clandestinos coitus obeamus. [*Interdum* bene explicant, qui *interim* esse volunt i. e. dum reliquos dies annus metiatur, ut Rodius vertit: *bis zur Vollendung des Trauerjahres* cf. ad Met. II. p. 158. Kulenkampius mira commotus emendandi prurigine maluit *coetus*, quod scio idem esse vocabulo *coitus* et apud poetas praeceteris in usu fuisse videtur, qui metri caussa saepius id praeferebant. cf. Wakef. ad Lucret. I. 1016. cf. Stewech. ad Arnob. IV. c. 22. T. II. p. 222. Orell. V. c. 43. *in Iovis et Cereris coetu.* Sed contra omnes codd. nihil mutandum est.]

persentiscat. In nonnullis codd. legitur *praesentiscat* i. e. antesentiat. Verum Charite fingit, se cavere velle, ne quis *interim* quicquam de clandestino

Digitized by Google

reliquos metiatur annus. Promissioni fallaciosae mulieris oppressus succubuit
[206] Thrasyllus, et pro|lixe consentit de furtivo concubitu, noctemque et opertas exoptat ultro tenebras, uno potiundi studio postponens omnia. Sed heus tu, inquit Charite, quam probe veste contectus omnique comite viduatus, prima vigilia tacitus fores meas accedas, unoque sibilo contentus nutricem istam meam

In marg. *F.* 3. ab eadem manu scriptum est: *reliquos dies metiatur annos. dies reliquus* F. 1. teste Elm. *reliquas* D. *annum* F. 1. teste Lindenbrogio. *prolixe* G. 2: *noctemque* exulat hypothetarum vitio ab ed. Florid. *operatas* B. *exoptans δ. tenebras ultro* G. 2. D. *uno* non conspicitur in L. D. *immo uno δ. postpones* Venet. 4. *postponens mĩa* G. 2. D. Hoc compendio designatur *misericordia*, quum *oĩa* sit *omnia*. Vitio librariorum, qui utrumque commutabant, peccatum est. *charitate* pro *charite* F. 3. *probe δ. tacitus* non comparet in F. 1. teste Elm. et P., unde Elm. et Scriv. uncinulis circumscripserunt. In collatione Lindenbrogii nihil adnotatum est. In F. 3. G. 1. 2. f. D. legitur *tacitus fores meas*, unde suspicor, in his codd. vocabulum non abesse, sed Elm. errasse, qui quum solito loco non videret vocem, exulare eam adscribebat, quod verisimilius est, quum in G. 2., quocum P. accuratissime consentit, *tacitus* legatur. In cett. *fores meas tacitus.*

Veneris furto sentiat. *Persentiscere* saepius utitur Apuleius [cf. infra p. 567. *nidorem persentiscunt*, ubi eodem modo aliquot codd. abeunt; Florid. p. 44. *imperium magistri ut persentiscat.* de Dogm. Plat. I. p. 208. *ut intelligendi et persentiscendi veritas adiuvetur.*] Eadem confusio est apud Terent. Heaut. V. 5. 21. *Ne tu id persentiscere.* Dict. Cret. III. 25. *nonne adhuc persenserunt*, ubi cf. Deder. in not. crit. p. 147. Wopk. in Nov. Miscell. Obs. T. II. p. 66., qui *praesentire* et *persentire* idem esse perperam pronuntiat. Multos praeterea Solini locos ut c. 6. p. 16. ed. Salm. p. 18. p. 22. p. 24. p. 27. p. 44. Oud. enumerat, in quibus *persentiscunt* codd. et edd. locupletiores praebent, licet aliis abeuntibus.

opertas exoptat. Est qui substituat *opacas*, quod etiam Oud. in mentem venit citanti Virg. Aen. X. 162. Lucan. VIII. 37. 3. Sil. I. 395. Apul. Met. XI. p. 752. de Dogm. Plat. I. p. 202. *opacitas noctis* Gell. X. 3. At ipse Oud. cavet, ne quid mutetur coll. Stat. Theb. X. 18. *dux noctis opertae* Quint. Decl. X. 15. *nunc opertae arcana mea tenebrae adiuvatae*, quo loco Burm. offendens *opacae* emendat, Oud. vero *opimae* i. e. spissae, densae minus bene corrigit. Noctem his furtis idoneam esse fusius demonstrat Pric. ad h. l., [unde *tenebrae ipsae: furacula* nominantur cf. Gloss. Isid. p. 679., ex qua glossa emendandae sunt sequentes duae p. 680. *furfuracului: tenebra* et *furfuraculum: tenebrae*, quas male Vulc. emendat *furaculum: terebra.*]

tacitus fores meas accedas. [De more amantium ad limina amicarum vigilandi et pernoctandi. cf. Sagittar. de lanuis vett. c. 37. in Graev. Thes. Ant. T.VI. p. 542.]

uno sibilo contentus. Citat Pricaeus ad h. l. Hieronym. in vita Hilarionis: *Tactu, iocis, nutibus, sibilis et ceteris huiusmodi, quae solent morituraе virginitatis esse principia.* Tibull. I. 2. 32. *reseret modo Delia postes, et vocet ad digiti me taciturna sonum.* [cf. infra Met. p. 600. *Iamque clausis et obseratis foribus, uxoris laudata continentia ianuam pulsat, sibilo etiam praesentiam suam denotante*, unde apparet, sibilos signa fuisse ante fores stantium, ut ianuae aperiantur occlusae. Plura dabit de his amantium signis Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 632 sq.: *et modo nocturno pulsans mea limina signo* d'Orv. ad Charit. I. 5. p. 232. ed. Lips. Aristaen. II. 4. *χθὲς ἐν τῷ στενωπῷ τὸ σύνηθες ὑπεσύριττον τῇ Δωρίδι.* Broukh. ad Tibull. l. c. Plaut. Merc. II. 3. 71 sq. *quando incedat per vias, Contemplent, conspiciant omnes, nutent, nictent, sibilent, vellicent, vocent, molesti sint, occentent ostium.*]

nutricem meam opperiare. [Nutrices apud veteres quum in summo honore haberentur, et liberos amarent educatos et nutritos, tanta saepe erant in-

Digitized by Google

opperiare, quae claustris adhaerens excubabit adventui tuo. | Nec secius pate- 538
factis aedibus, acceptum te nullo lumine conscio ad meum perducet cubiculum.

CAPUT XI.

Placuit Thrasyllo scena feralium nuptiarum. Nec sequius aliquid suspicatus, sed exspectatione turbidus de diei tantum spatio et vesperae mora querebatur. Sed ubi Sol tandem nocti decessit, ex imperio Charites adornatus et nutricis captiosa vigilia deceptus irrepit cubiculum, pronus spei. Tunc anus de iussu dominae blandiens ei, furtim depromtis calicibus et oenophoro, | quod immixtum 539

opperire δ, *istam meam nutricem* f. *clastris* Venet. 2. *aventui* G. 1. *adventu* p. *sectius* G. 1. (non *secus*, ut in excerptis Oud. erat.) *sotius* D.

strena L. et Ms. Brantii, qui defendit lectionem. At qui vel semel Apuleium evolverit, ridebit istam ineptissimam hic loci *strenam*, ac *scenam* et apparatum externum nuptiarum funeri similium non polerit non probare. *seria feralia nuptiarum* G. 1. *nec saevius* cod. Incert. *nec sectius* p. nec *sequens* Coll. Voss. *alind* pro *aliquid* G. 2. P. D. *ex pactione* Ald. Iunt. 1. 2. Colin. et Beroaldi notae praebent, Basileae et Lugduni excusae, sed non in Venet. Ann. 1504., quod nullo modo ferri potest. *dubius turbidus*, varia lectione in textum illapsa P. *de dici* pro *de diei* D. *nocti tandem* p. edd. vett. *decessit nocti* R. f. *nocte* G. 1. O. cf. Virg. Aen. VIII. 88. *et ex imperio* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. *et imperio* F. 1. Iunt. Ald. in Colin. Bas. Colv. Vulc. Merc. *ex imperio* F. 3. G. 1. 2. O. D. p. R. f. δ. B. Coll. Voss. et cett. edd. In L. teste Colvio nihil erat, neque *et* neque *ex*. *adortatus* G. 2. D. f. δ. L. *exortatus* G. 1. Verba *et* usque ad *deceptus* non comparent in Edd. Wow. et Pric. *acceptus* ed. Scriver. *anus ad' i'su* D. vitiose. *de* exulat a δ. *plandiens* Vicent. Venet. 2. *plaudens* Ms. Incert. *ei* desideratur in P. *furtim ei* G. 1. 2. *calcibus* D. f. Ald. Iunt. 1. 2. Venet. 4. Bas. 1. 2. *cenophoro* G. 1. *onoforo* G. 2. D. *commixtum* B. *immixstum* G. 1.

dulgentia, ut in flagitiis et facinoribus *clostrum*. Contra hanc lectionem Oud. adiuvarent, quod eo facilius fieri potuit, quod virginum cura nutricibus mandabatur, ut honori et pudori earum invigilarent. Iam Pricaeus citat Tibull. I. 7. 65 sqq. *Haec mihi te adducit tenebris, multoque timore Coniungit nostras clam tacitarna manus. Haec foribus manet noctes affixa proculque Cognoscit strepitum me veniente palam.* Praeterea cf. Heliod. VII. p. 317. *ὡς δή τις πρεσβύτις ὄνομα Κυβέλη τῶν θαλαμηπόλων καὶ συνήθως τὰ ἐρωτικὰ τῇ Ἀρσάκῃ διακονουμένων εἰσδραμοῦσα εἰς τὴν θάλαμον*, ubi cf. Bourdel. et praeceteris Claudius de Nutricib. et Paedag. c. 5. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. III. p. 434 sq.]

claustris adhaerens. [Ex lectione ed. Venet. *clustris*, quae typothetarum errore exorta potius videtur esse, Colvius temere enucleavit *clatris* coll. Gloss. Lat. Graec.: *clatri κανόνες οἱ ἐν θυρίοις ὀβελίσκοι*; Brantius melius correxit *clostris*, quia veteres *claustrum* et *clostrum* dicebant; cf. Senec. de Benef. VII. 21. Gloss. Cyrill. p. 516. *κλεῖθρον claustrum*, haecce monet: De *clatris* vide quae quosque laudat Arntz. ad Plin. Paneg. c. 81. et Commentt. ad Prop. IV. 5. 72. Quamvis ubivis nimium eam vocem intrudere nitantur viri docti cf. ad Luc. X. 445. Verum utut sit, *clatri s. clatra* sunt fenestrarum vel cavearum, non ianuarum. Nihil ergo ob corruptam Editionis lectionem novandum.]

Cap. XI. *sequius.* cf. ad IX. p. 649. *adornatus.* Intolerabilis est lectio nonnullorum codd. *adhortatus*, quod quamquam passive legitur apud ipsum Apuleium cf. Met. IX. p. 662. *canes exhortatos*, tamen non convenit *ex imperio* vocibus. Quare *adornatus* retinendum est cum optimis codd. Nam ut recte monuerunt interpretes, pertinet ad Charitae iussum: *veste contectus et comite viduatus accedas.*

calicibus. *Calcibus*, quod aliquot edd. corrupte praebent, defendit Colv. ex Fest.: *calces, ampullae plumbeae.* Sed recte monet Oud., Festum aeque esse corruptum, apud quem Voss. ad Mel. II. 6. §. 8. legerit *calpes.* Mox enim

Digitized by Google

vino soporiferum gerebat venenum, crebris potionibus avide et secure haurientem, mentita dominae tarditatem, quasi parentem adsideret aegrotum, facile sepelivit ad somnum. Iamque eo ad omnes iniurias exposito ac supinato, introvocata Charite masculis animis impetuque diro fremens invadit ac supersistit sicarium:

CAPUT XII.

En, inquit, fidus coniugis mei comes, en venator egregius, en carus maritus. Haec est illa dextra, quae meum sanguinem fudit, hoc pectus, quod

et secure F. 1. 3. B. Colv. Elm. Vulc. 2. In cett. *ac*. *mentita tarditate* F. 1. *δ*. In cett. *mentita tarditatem*. *egrotatum* D. syllaba *ta* punctis subscriptis obducta a m. p. *eo* exulat a B. *eorum*, quod in G. 1. pro *eo* legi dicit Oud., ibi non est, sed *eum*. *eo ademens* G. 2. D. P. *atque supinato δ*. p. *suspinato* O. *ferme* pro *fremens* Venet. 4. Bas. 1. unde Colv. coniecit *ferine*. *et supersistens* f. *supersistit* F. 1. 3. G. 1. 2. D. et plurimi codd. *superstitit* est in P. p. edd. ante Colv. Etiam in *f.* teste Oud. est *supersistit*. *siccarium* et *saccarium* in nonnullis libris legi confirmat Oud. [*sicerum* in G. 1. est in textu a m. s., ut aperte appareat, hic prius lacunam fuisse unius vocis.]

et inquit p. et edd. vett. contra orationis concinnitatem. *fide* L. *coniugii*, quod Oud. ex suis excerptis G. 1. enotat, ibi non legitur, sed *coniugius*. *trux maritus* G. 1. in quo a m. p. est *tru*, a m. s. *x* est additum; P. O. *extrus* pro *en carus* (non *etrus* ut Oud. excerpta praebebant) G. 2. D. *carus mariti* ex coniectura exhibent Wow. et Pric. Est coniectura Pontani cf. Ann. III. 17. *carus amicus* R. *dextra* F. 1. 3. B. Elm. Colv. Vulc. 2., quod Oud. respuit. De codd. suis Oud. nihil protulit, nisi quod vocabulum in L. deesse dicit. In cett. *dextera*.

sequi *Calpar*, *genus vasis fictilis* ubi vid. et Misc. Nov. Lips. Vol. V. T. I. p. 184. [De hac voce dubia cf. Intt. ad Fest. p. 366. Lind.]

mentita tarditatem. Ita cum optimis et longe plurimis codd. legi, quamquam non negandum est, alterum Apuleii usu se comprobare, quem observari potest aeque passiva quam activa significatione hoc vocabulo esse usum. cf. Met. IX. p. 620. *mentita sacrilega praesumptione dei*. X. p. 729. *inter fictas mentitasque lacrimas*. X. p. 689. *mentitis lamentationibus*, V. p. 369. *mentito nomine*. IX. p. 615. *stupore mentito*. Nominativo *mentitus* et *mentiti* semper activa sententia dixit et ita *mentita* infra p. 638., ubi tamen dict. conferas, et ad Met. X. p. 680. [Plura de hoc participio dabit Buenem. ad Lact. Institt. II. 16. §. 2. p. 268. et IV. 27. §. 17. p. 551. Eckst. ad Arist. T. III. p. 953.]

animis. [Alias de pluribus dicitur, sed etiam de uno homine non raro positum invenitur. cf. Burm. ad Phaedr. II. 2. 5. *animosque eiusdem pulchra iuvenis ceperat*. Significantior videtur esse pluralis numerus. Sic *corpora* de uno homine cf. Ovid. Trist. I. 2. 39. III. 9. 24. *Capitolia* cf. Loers. ad Ovid. Trist. III. 1. 27. et V. 8. 3. Sic vice versa unum membrum pluribus rebus tribuitur. cf. ad Met. II. p. 109. *columbarum colli flosculos*.]

Cap. XII. *en carus maritus*. Lectio *trux*, quam nonnulli codd. prae se ferunt, intrusa est ab nasutulo, qui solitam Apuleii ironiam non capiebat, nec melior est scriptura, quam prolatam per Pontanum Anal. III. c. 17. ex coniectura exhibent Wow. et Pric. *carus mariti*, quod non addito substantivo Apuleiani aevi latinitas adhuc non patiebatur, licet Met. IX. p. 659. *per suam suorumque carorum salutem* legatur. Multum praestaret tunc scriptura Reg. cod.: *En carus amicus*. Sed per amaram ironiam Charite Thrasyllum vocat *maritum*, quod quasi sponsalia iam cum ipsa contraxerat, et sua spe futurus erat maritus. Sic *socer* et *gener* de futuro socero et genero cf. ad Ter. Andr. IV. 4. 53. Serv. ad Aen. II. 343. Burm. ad Val. Flacc. III. 497. *coniux* de sponsa Virg. Ecl. VIII. 18. Aen. IX. 138. Tibull. III. 2. 4., ubi vide Broukh. et ipse *maritus*, de

fraudulentas ambages in meum concinnavit exitium, oculi isti, quibus male placui, qui quodammodo futuras tenebras auspicantes, venientes poenas antecedunt. Quie|sce securus, beate somniare. Non ego gladio, non ferro petam. 540
Absit, ut simili mortis genere cum marito meo coaequeris. Vivo tibi morientur oculi, nec quicquam videbis nisi dormiens. Faxo, feliciorem necem inimici tui, quam vitam tuam sentias. Lumen certe non videbis, manu comitis indigebis, Chariten non tenebis, nuptias non frueris, nec mortis quiete recreaberis, nec vitae voluptate laetaberis, sed incertum simulacrum errabis inter Orcum et Solem,

fradulentas G. 2. D. *concinnatur* O. *consiliavit* δ. *concinnat oculum* G. 1. 2. P. D. pro *exitium*. *quique amodo* L. *quoque modo* P. et B. teste Elm. sed adnotante Modio in hoc codice legitur *quo quomodo*. *quemadmodum* in G. 2. esse, Oud. dicit, sed ibi est, ut in D. *quique admodo*; in P. vero *que a modo* legi, testis est Oud. *tamen iam* exulant a F. 3. G. 1. 2. D. P. L. *tamen* non comparet in δ. f. *tam futuras* Venet. 4. In vett. *quodammodo tamen iam futuras* quae verba glossatoris esse puto. *venientes tenebras penas antecedunt* G. 2. sed *tenebras* minio est deletum. *secure* B. Elm. Scriver. *somnia.non ego te* Wow. Elm. et seqq. contra Mss. et Edd. priores. *Somnia te non ego* Sciopp. Susp. IV. 4. coniecit. *peream* G. 2. P. D. *velim*, quod ante *simili* in nonnullis codd. et plurimis edd. legitur, non comparet in F. 3. G. 1. 2. D. B. π. et edd. ante Colv. Elm. uncinis circumscripsit. *morieris* Ms. al. teste Colv. pro *coaequeris*. *vino* F. 1. G. 2. δ. Vulc. 2. Typothetarum errore nota Elm. ad hunc locum ita scripta est: *Vino tibi alii vivo tibi male*. Nam inverso ordine ea legenda est. *morietur ceteri* p. *quidquam* G. 1. (a m. s. *quicquam*.) *moriens* pro *dormiens* f. δ. Ineptissime. Somnia intelligit, ut bene exponit Beroald. *mortem* δ. ex glossemate pro *necem*. *saxo felic.* Venet. 4. *senties* δ. *terre* pro *certe* G. 1. *Karitem* δ. Iunt. 2. *at Charitem* in F. 1. esse, ex eoque ita recepisse Elm. et Scriv., in Oud. legitur adnotatione. Sed male. Isti enim libri habent *et*, ut operarum vitio *at* scriptum esse verisimile sit. *Charitem* B. F. 1. et edd. longe plurimae. In F. 3. et omnibus, quos ego conferre poteram, codd. *Chariten* aperte legitur. *nuptiasque non* F. 1. Elm. Scriver. *nuptiis* non B. edd. vett. Colv. *fueris* Venet. 2. *ortum* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *orreum* G. 1.

sponso ibid. III. 4. 31. *Virgo deducta* *riro tibi morientur oculi.* De more feminarum, in oculos saeviendi comparat Pric. Donat. ad Terent. Eun. IV. 6. 2. [cf. d'Orv. ad Charit. VI. 5. p. 543. ed. Lips.]

marito, quo loco consule eundem et Pric. ad IV. p. 293: *tabulis etiam maritus nuncupatus.* [De *marito* pro *sponso* cf. Burm. ad Prop. I. 2. 19.]

venientes. [*Venire* saepius de re infausta atque improspera dicitur cf. Intt. ad Virg. Aen. III. 138. Horat. Sat. I. 3. 87. Heyn. ad Virg. Georg. I. 322.]

ut simili mortis. Plurimi codd. *velim* ante *simili* non agnoscunt, nec Oud. placet, qui Colvii et Lipsii coniecturam *vel in similis mortis genere* amplexus est. [Mihi *velim* glossema librarii videtur esse, qui ita *coaequeris* melius intelligi et explicari posse existimavit. Unus enim qui lectionem sustentat melioris notae codex est Florent. 1., cuius tamen collationi non ita magnam fidem tribuo, quia *velim* in Vulc. 2. legitur, et facilius negligi poterat a Lindenbrog. Saepius enim indicavi, cod. Flor. I. collationem tum tantummodo auctoritatem habere, quum aperte lectio a Lindenbrog. adnotata est. Hinc *velim* cum optimis codd. eieci. Praeterea constructio *coaequari in* displicet.]

Chariten non tenebis. [Quae a nonnullis codd. exhibetur lectio *et Chariten ... nuptiisque*, prava est, quum orationis concinnitati adversetur, quae postulat, ut singulae enuntiationes particulis omissis sibi respondeant.]

nuptias non frueris. Corruptela librariorum aperta est in iis codd., qui *nuptiis* scribunt, quum *frui* veteres saepius cum accusativo iungant. Oud. comparat Faern. ad Ter. Heaut II. 4. 21. *ingenium frui* et Scheff. ad Phaedr. IV. 5. 10. *ne data possideant aut fruantur.* Placuit etiam Heins. ad Ovid. Art. II. 227. cf. Met. IX. p. 635.

simulacrum. [*Simulacra* s. *imagines* apud veteres umbrae nominantur, quia credebant tenues corporis defuncti species ad inferos descendere. Plura dabunt Intt. ad Prop. I. 19. 11. Delr. ad Senec. Herc. Oet. 1959. p. 358 sq. Barth. Advers. XXIII. 24. p. 1156., qui Thrasyl-

Digitized by Google

et diu quaeres dexteram, quae tuas expugnavit pupulas, quodque est in aerumna miserrimum, nescies de quo queraris. At ego sepulcrum mei Tlepolemi tuo
511 luminum cruore | libabo, et sanctis manibus eius istis oculis parentabo. Sed

et ante *diu* male contra Mss. omnes et edd. vett. Elm. Scriv. Florid. taciti omiserunt contrario modo quam supra. Sed copulae omissione nonnihil hic fit hiulca oratio. *pupillas* ut fere semper pro *pupulas* R. f. D. B. *π. δ.* Colv. Vulcan. Merc. Wow. Pric. Sed rectius *pupulas* servatur cf. ad Met. III. p. 215. *nescios* G. 1. *at ego* F. 3. G. 1. 2. D. edd. vett. Colv. Elm. et fortasse etiam cett. codd. *ac ego δ. ad ego* F. 1. Vulc. 2. *ego ad* Wow. Pric. Florid. *sepulc*^{r} P. *mis Thepolemi* G. 2. L. D. *me* pro *mei* p. *nris* P. *tuorum luminum δ. litabo* Vulc. 2. Elm. Scriver. *parenbo* D.

lum *simulacrum* nominari putat, quia visu orbatus sit. Optime explicat Beroald.: Luminibus orbatus errat incertus et dubius, utrum viventibus an defunctis sit adnumerandus. Nam nec plene vivus dici potest, cum careat usu oculorum, qui vitam a morte distinguunt, nec plene mortuus, cum ambulet et spiret. De sententia comparat Pric. Senec. Controv. III. 5. *nihil est miserius, quam incertum inter mortem vitamque destitui.*

I.3 *inter Superos Inferosque iactata in novam poenam rerixisti* et Artemid. V. 78. qui locus mirifice nostrum illustrat: *Ἔδοξέ τις λέγειν τινὰ ἑαυτῷ, ἀποθανεῖν μὴ φοβοῦ ζῆν δὲ οὐ δύνασαι· τυφλὸς ἐγένετο· ὀρθῶς καὶ κατὰ λόγον ἀποβέντος αὐτῷ τοῦ τοιούτου· οὐκ ἐτεθνήκει γάρ, πάροσον ἔζη, οὐκ ἔζη δὲ, πάροδον τὸ φῶς οὐκ ἔβλεπε.*]

at ego sepulcrum mei Tlepolemi tuo luminum cruore libabo. Coniecturam Beroaldi Elm. *litabo* Oud. his verbis refutat: „Quid erit *litare sepulcrum cruore?* An significabit *placabo cineres Tlepolemi tuo cruore,* eiusque manibus tuis oculis parentabo? Quomodo Serv. ad Aen. IV. 50. ait dici *deos sacris litare* i. e. *placare.* Verum erravit Servius. Nemo, quod sciam, dixit *litare deos,* sed in dativo *diis,* tum omisso tum adiecto quarto vel sexto casu eius rei, quam diis offerebant; et qua eos placabant quaeque et ipsa dicebatur *litare,* omisso dativo *Diis.* Adi dict. ad Suet. Aug. 96. *sacrificio non litante.* Neque usquam aliter locutus est Apuleius: Met. II. p. 167. *quo magis pleniusque tanto numine litemus.* III. p. 187. *de latronis huius sanguine legibus vestris et disciplinae publicae litate.* p. 206. *litat vario latice.* V. p. 377. *tunc iniuriae meae litatum crediderim.* VI. p. 437. *sat tibi miseris istis cruciatibus meis litatum est.* VIII. p. 519. *suae saevitiae litatum.* IX. p. 630. *Commodum novis amplexibus amori rudi litabant.* X. p. 729. *feralia mortuis litantur obsequia.* Posset quidem quis *litare sepulcrum cruore tuo* explicare *mariti mortem ulcisci tuo sanguine,* citato loco Auct. B. Hisp. c. 24. *centurionum interitio hac adversariorum poena est litata.* Verum istius militis stilus mihi tanti non est, ut ad illum Apuleianum sermonem reformari velim. Ad haec Mss. ad unum omnes et edd. plurimae constant in verbo *libabo.* Quartum quidem casum cum aliis aliquoties huic verbo iunxit auctor, ut Met. XI. p. 765. *primitias commeatus libant mei sacerdotes.* cf. Tib. I. 1. 13., verum et ablativo non parcius utitur cf. III. p. 206. *libat et mulsa.* IV. p. 285. *poculis aureis, memoriae defunctorum comitum vino mero libant.* Virg. Aen. VII. 245. *Hoc auro libabat ad aras.* Met. XI. p. 775. *de quo lacte libabat.* Ex iis igitur patet, voculam *at* vel *sepulcrum mei* esse corrupta.“ His de caussis Oud. Colvii emendationem *ad ego sepulcrum* defendit, ut prae vesana commotae mentis perturbatione et festinatione *ego* praepositionem inter eiusque casum positum sit, sicuti millies in iure iurando et precibus: *per ego te foedera* cf. ad Met. IV. p. 305. et VI. p. 384. Attamen non improbat Wower. aliorumque scripturam, *Ego ad-,* quia *ego* saepe gravis orationis eiusve periodi initio praefigatur coll. Dr. ad Liv. XXI. 3. Denique erui ex diversa seqq. verborum lectione coniecturam: *ad ego sepulcrum umbris Tlepolemi* vel *at ego*

quid mora temporis dignum cruciatum lucraris, et meos forsitan tibi pestiferos imaginaris amplexus? Relictis somnolentis tenebris ad aliam poenalem evigila caliginem.' Attolle vacuam faciem, vindictam recognosce, infortunium intellige,

lucrarius Venet. 4. *pestifero* L. *relictisque* D. *aliquam* pro *aliam* P. *evigilia* O. *actu in* pro *attolle* G. 1. 2. f. L. R. P. D. O. *π. δ.* quorum aliquot, quos ego ad manus non habui, vel *ac* vel *at tu* vel *tum in* scribere dicit Oud. In meis *ac tu in*. Hoc etiam F. 3. habet sed ex correctione. In cett. *attolle faciem*. *vacuum* G. 1. O. *vindicta* in G. 1. et O. legi adnotat Oud. Sed in G. 1. est *vindictam*, unde etiam O. ita habere probabile est. *recognosce* Elm. vitiose.

sepulti umbris Tlepolemi tuo luminum cruore libabo. [De *litare* eiusque constructione omnium optime agit Bach. ad Ovid. Met. XIV. 156. cf. Intt. ad Virg. Aen. II. 118. Burm. ad Ovid. Fast. IV. 650. Gron. et Dr. ad Liv. VIII. 9. 1. XXIX. 10. §. 6. Duk. ad Flor. III. 4. 22. Sed egregie errat Oud., qui coniecturam hic plane inutilem loco intrudit. Ante oculos enim versatus est Apuleio locus Virg. Aen. XII. 174. *Dant fruges manibus salsas et tempora ferro Summa notant pecudum, paterisque altaria libant*, quod alii per hypallagen dictum esse volunt, pro *pateras altaribus*, alii, ut Heynius, explicant *libando rigant*. cf. ad h. l. interpretes. Eadem ratione dixit Apuleius *At ego sepulcrum tuo cruore libabo* pro *sepulcro tuum cruorem libabo*. *At* vero est indignantis et graviter adseverantis, et prae ceteris initio orationis animo graviter commoti usurpatur cf. ad Met. I. p. 1. Deinde vellem Oud. exemplum adposuisset, quo hanc ut ita dicam praepositionis tmesin defenderet. Equidem nisi in iuraudi formulis nusquam alias hunc usum observare potui.]

attolle vacuam faciem. Quamquam satis frequens sit locutio *attollere oculos, vultum, genas*, Oud. tamen de lectionis veritate dubitat, quia non videt, quomodo hic Charite Thrasyllo *vacuam faciem* adscribere possit, cum eam *nondum oculis* orbarit, aut iubere, eum qui supinatus iaceat faciem attollere. Neque id opus fuisse, quum s praec. et seqq. pateat, oculos ipsius satis expositos Charitae fuisse, ut eos convulnerare potuerit. Quare vix dubitat, quin legendum sit: *ac tum in vacua facie vindictam recognosce*, ea sententia: Evigila ad caliginem, recognosce poenam in facie, quae erit oculis orbata, nisi quis haec malit iungere vocabulo *vindictam*, ut sit *vindicta quae fiet in tua facie*, vel *in tuam faciem* coll. ad Met. III. p. 197. [Ex argumentis, quae Oud. protulit, intelligi potest, quam parum ille loci sententiam perspexerit. Nam de tempore loquitur Charite, quo iam Thrasyllus exoculatus erat, et quae peragenda modo erant, iam peracta esse cogitat. Neque enim optat, ut nunc Thrasyllus evigilet, quod si factum esset, poenam perficere non potuisset, sed vesania percita enumerat ea, quae perpessus foret, sicubi oculis privatus esset. Haec sequentia apertissime vindicant. Hinc Oud. argumenta improbantur, qui de nondum vacua facie vel minus ad poenam exposita intelligit. *Ac tum in* glossema librariorum esse opinor, qui ut Oud. in dictione *vacuam faciem attollere* offendebant, sana ratione efficientes, *vacuam* faciem attolli non posse. Sed qui supra istorum captum sapit, quam egregie haec dicta sint, mecum comprobat; summam enim exprimunt ironiam ac furorem Charites, quae in seqq. dicit: *Sic pudicae mulieri tui placuere oculi.* At veterem esse emendationem correctio probat in Florent. 3. conspicua. Nimis caute Rodius vertit: *Schlage deine leeren Augenlieder auf;* bene interpres Francogallus: élève ton visage privé de la lumière, secutus Floridum. *Vacuus* ut alias *orbus*, cf. Met. V. p. 336, de caecitate usurpatum est; cf. Pric. ad h. l. Praeterea loci concinnitas postulat, ut prius enunciatum brevius sit, orationi Charitae furentis accommodatum, id quod seqq. probant, ita ut cum Oud. *ac tum in vacua facie vindictam recognosce* legi non consentaneum sit.]

Digitized by Google

542
[207] | aerumnas computa. | Sic pudicae mulieri tui placuere oculi, sic faces nuptiales tuos illuminarunt thalamos. Ultrices habebis pronubas, et orbitatem comitem
543 et perpetuae conscien|tiae tuae stimulum.

placuerunt G. 1. L. δ. f. p. *fatiles* G. 1. *tuo* G. 1. *illuminare* B. *illuminavit* P. et G. 2. teste Oud., sed in G. 2. et D. legitur *illuminant*, quod etiam in P. extare verisimile est. *illuminaverunt* f. *praevias* G. 1. 2. D. O. P. R. f. π. δ. *pvias* L. *pervias* Ms. Brant. In cett. *pronubas*. *tuae* F. 3. Vulc. 2. Elm. Scriv. In cett. abest. *famulum* G. 1. et in margine *alias: stimulum*.

ultrices habebis pronubas. Duplex est Oud. dubitatio, cur *pronubas* lectionem improbet, prior, quod *pronuba* a *comite* non diversa sit, altera, quod non plures sed una tantum *pronuba* apud veteres inveniatur. Ad posterius argumentum comparat Brisson. de Rit. Nupt. p. 319. Intt. ad Ovid. Heroid. II. 117. Lucan. VIII. 90., refutans sententiam eorum, qui ex Senec. Oed. 644. plures fuisse asseverent: *Et mecum Erinnys pronubas thalami traham*, quum ibi *et mecum Erinnyn pronubam thalami traham* legendum sit (cf. Heins. Advers. I. 17. p. 175.). Nec obstare Donat. ad Terent. Eun. III. 5. 45. explicantem *eam in lectum illae collocant. Ipsum verbum collocant proprium est, adscribitur pronubis*, quod Donat. vel erraverit, vel potius in genere dixerit de pronubis quibuscunque, nec Catull. locum LIX. 187. *vos bonae senibus bonis. Cognitae bene feminae Collocate puellam*, quum hoc munus cum pronuba peregerit et sponsae mater et nuptae sanguine proximae, quae et lectum paraverint straverintque. Ob haec omnia censet *pronubas* ab hoc loco esse alienum, et vocem ex falsa glossa in textum irrepsisse, sublata *praevias*, quae unice vera sit eo sensu: *Ultrices habebis praevias* iactantes faces furiales et atras pectorisque tui conscientiam perpetuo correpturas. Taedas enim facesque in nuptiis a *pueris* puellisque praeferri solitas, ut praelucerent sponso sponsaeque subsequenti [cf. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. p. 16. et p. 42.], et infaustis in nuptiis Eumenidas s. Furias et Ultrices diras passim faces praeferre demonstrat Oud. ex Ovid. Met. VI. 470. *Eumenides tenuere faces de funere raptas, Eumenides stravere torum.* Heroid. VI. 46. *sed tristis Erinnys Praetulit infestas sanguinolenta faces.* Burm. ad Val. Flacc. II. 173. *Stygias infanda ad foedera taedas.* et inprimis Senec. Troad. 1132. *Cum subito thalami more praecedunt faces. It pronuba illic Tyndaris, moestum caput demissa.* Sic hic *Ultrices praevias* esse, *Orbitatem comitem* sive παράνυμφον et *stimulum conscientiae.* [Sed plurima obstant, quo minus hunc locum cum Oud. ita interpretari possis. Primum enim hac significatione vocabula *comes* et *praevia* nusquam occurrunt, et difficili tantummodo explicatione et satis contorta hic ita capi possunt. Equidem quamquam multa habet Apuleius, quae a solita dicendi ratione recedunt, tamen vix crediderim, *praevias Eumenidas* pro faces praeferentibus. *comitem* pro *pronuba* eum dixisse. Deinde obstat loci sententia. *Pronubae* enim adhibebantur nuptis, quae semel nupserunt, auspicii caussa, ut singulare perseveret matrimonium, ut docet Fest. p. 129., in universum felicis ominis capiendi caussa. Hinc factum est, ut infelicis matrimonii pronubam fuisse Erinnyn veteres putaverint. cf. Ovid. Heroid. II. 117. Cort. ad Lucan. VIII. 90. Burm. ad Anthol. II. p. 30.. Ovid, Heroid. VII. 96. *audieram vocem. Nymphas ululasse putavi, Eumenides fatis signa dedere meis*, quo in loco male haerent Intt. cf. Burm. ad Anthol. l. c., quum explicandus sit: *Furiae signa dederunt mihi* i. e. *meis fatis*, Nymphas et Furias et Sigaeum coniugem ipsum signa Didoni dedisse sibi quid imminere infaustissimi. Sed ut redeam, quis unquam Orbitatem quasi deam pronubam finxerit, quod ne propter seqq. verba quidem ferri potest: *perpetuae conscientiae stimulum*, quae

Digitized by Google

CAPUT XIII.

Ad hunc modum vaticinata mulier, acu crinali capite deprompta, Thrasylli convulnerat tota lumina, eumque prorsus exoculatum relinquens, dum dolore nescio crapulam cum somno discutit, arrepto nudo gladio, quo se Tlepolemus

aeri crinali G. ?. D. *totam lumiamiam* D. *eumque* G. 2. D. *dolorem nescio* F. 3. *nescius d. nescium* G. 1. O. *crapula* O. f. *d.* et ita etiam vitiose habet edit. Elm. sine dubio typothetarum errore; nam Elm. primus erat, qui post Colvium veterem lectionem restituit. Quod eo tantum moneo, quia librarius F. 3. diligentissimus *crapula* emendare omisit. Vulgata *crapula eum. discute* G. 1. *ipsa arrepto nudo gladio d.*, quod non improbat Oud., quia sic pateat *discutit* ad Thrasyllum, non Chariten, quo referebat male Beroaldus, pertinere. *gadio* D. *quem se* L.

item ad *orbitatem* pertinent? Ab Orbitate enim malum omen indicari nuptiis non potest, sed Furiis ultricibus, unde *comes* pro perpetua calamitatis socia hic explico. Denique auctoritas Mss. adversatur, qui optimi quique *pronubas* aperte legunt, ita ut *praevias* vel ex corrupta scriptura *pnuvas* vel ex interpretamento librarii cuiusdam docti profectum est, qui in eadem re offendebat. Praeterea ipsa lectio se firmat loco Senecae, ubi sine dubio vulgata retineri debet, quum non solum accusativus *Erinnys*, cuius contractio rarior est, sed etiam rei ipsius insolentia eam commendent. Hinc putandum est, Furias in universum hic pro omni calamitate et infausto esse positas, quum alias vel una nominatim recitetur Erinnys vel potius singularis ponatur. Et fortasse *pronubas* Apuleius non sine caussa posuit, quod Thrasyllus nuptiis et concubitu Charitae fructurus eius aedes irrepserat; *pronubae* vero apud veteres lectos sternebant. Bene vertit Rodius: *Die Furien sind Brautführerinnen, Blindheit ist dein Geleite.*]

perpetuae conscientiae tuae stimulum. [*Tuae*, quod in plurimis codd. non legitur, ex Florent. 3. restitui, sine dubio a praecedentis vocis *conscientiae* ultima syllaba absorptum, quamquam necessarium non est. Pricaeus cum Tollio perperam maluit: *perpetuam*, hypallages elegantiam non intelligens. cf. Met. VIII. p. 511. *contentiosa pernicie* pro *perniciosa contentione.* IX. p. 596. *pestilentiae letalis pervicaci rabie.* XI. p. 761. *Arabiae felicia germina* ubi cf. ad Met. I. p. 63. Lob. Aiax. edit. 2. p. 73. Sed male multi hunc locum intellexerunt. Ita Interpres Francogallus: et les remords de la conscience ne te laisseront iamais en repos et Rodius: *und ewig nagendes Gewissen breitet dir die Arme entgegen. Orbitas* vero *stimulus conscientiae perpetuus* nominatur, quia Thrasyllum semper admonet facinoris perpetrati, quia ipsa caussa est, cur Chariten et eius maritum trucidatum in memoriam sibi revocet.]

Cap. XIII. *acu crinali.* Acus ad crines distinguendos in mundo muliebri fuisse, demonstrat Colvius ex Tertull. de poenit. 10. *cedo acum crinibus distinguendis.* de Virg. Veland. 12. *vertunt capillum et acu lasciviore comam sibi inserunt, crinibus a fronte divisis apertam professae mulierositatem.* Petron. c. 21. *Et huic Psyche acu comatoria cupienti mihi Quiritium fidem malas pungebat*, quibus Elm. addit: Hieron. in Esaiam lb. 3. f. 15. *Habent acus mulieres, quibus ornatorum crinium compago retinetur ne laxius fluant et in sparsos dissipentur capillos* et contra Ruffin. III. 11. *linguam veridicam discriminali acu confodiebant.* [Plura dabunt Salm. Exercitt. Plin. p. 534 sqq. Intt. ad Fest. p. 310. Tom. II. Lindem. Voss. Etym. s. v. Optime de hoc usu agit Grasser. de Antiqq Nemausensibus in Saleng. Nov. Thes. Antiq. T. I. p. 1078. Boettiger. Sabina T. I. p. 163.]

dolore nescio etc. Colvius e Lips.

Digitized by Google

solebat incingere, per mediam civitatem cursu furioso proripit se. Procul dubio nescio quod scelus gestiens monumentum mariti contendit. At nos et omnis populus, viduatis totis aedibus, studiose consequimur, hortati mutuo ferrum
544 vesanis ex|torquere manibus. Sed Charite capulum Tlepolemi prope adsistens,

accingere L. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. *consuererat* pro *solebat* in *δ*. est ex interpretamento. *se* non comparet in G. 1. 2. D. P. O. L. *secta φ*, teste Scioppio in Symbol., sed *recta* in excerptis Elm. In quo erravit, nam in F. 1. φ. p. *secta* legitur. Pro *secta* in *δ*. est nihil nisi littera *a*, certissimo iudicio locum in mendo cubuisse. Haec vox plane exulat a F. 3. G. 1. 2. D. B. Colv. Vulc. 2. Merc. Elm. Wow. Pric. In edd. vett. extat *circa monumentum*. *monimentum* F. 3. *viduatis* F. 1. 3., quod pro coniectura ad marginem adfeverunt Brantius et Sopingius, et Vulc. Ed. 2. primus edidit, quem secuti sunt Scriv. Elm. et Florid. E cod. F. 1. et 3. nihil varietatis adnotatum est. In cett. omnibus legitur *nudatis*. *non sequimur* Vicent. Venet. 2. *muo* D. pro *mutuo*. *caput* G. 1. P. O. f. L. *π. δ. capud* G. 2. D. *capulum capit* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Ald. Iunt. 1, 2. quod primus delevit Colvius, quem secuti sunt Elm. Vulc. Merc. Wower. Florid. *prope* F. 1. 3. *δ*. Scriver. et edd. post Colv., *propter* restituerunt ex codd. cett.

cod. videtur lectionem mutasse, quia non capiebat, quomodo Thrasyllus ipse dicatur somnum discussisse. Quod tamen non facit *crapula*, sed *dolor*, ut quis forte legere vellet, sciens in d'Orv. esse *nescius* et in aliis *nescium*. Sed ita solet auctor ipsi personae adtribuere, quod rei est, ut iam monuimus ad p. 530. *Charite ... corruit corpus et obnubilavit animam*. De usu vocis *nescius* pro ignoto cf. ad Met. V. p. 343.

incingere. Vulgata habet *accingere*, quod perperam a nonnullis Edd. receptum est. *Incingere* enim non solum ipsius Apuleii auctoritate probatur cf. Met. XI. p. 769. *Hic incinctus balteo militem gerebat*, sed etiam aliorum scriptorum; cf. Intt. ad Ovid. Met. III. 102. Heroid. IX. 66. *Incingi zonis dedecuisse putes*. [cf. Ded. ad Dict. Cret. IV. 11. ubi cum optimis codd. legendum est: *pugionem cinctus* Hom. Iliad. XXIII. 130. *χαλκὸν ζώννυσθαι*.]

monumentum mariti contendit. [Mira est lectio nonnullorum codd. *secta monumentum*, quod edd. vett. in *circa*, Fulvius in *recta* emendabant, cui novissimae Edd. obsecutae sunt. Hoc vocabulum quamquam per se comprobatur, praesertim quum Apuleius saepius eo utatur cf. V. p. 346. *recta de navibus scopulum petunt*. IX. p. 671. *concito gradu recta festinat ad civitatem*. X. p. 808. *et recta patrium larem revisurus contendo*, tamen ex tota ceterorum librorum ratione vocabulum hic positum fuisse probabile fit, quod paulo insolentius facilius corrumpi poterat; unde multi codd. omittebant. Oud. coniectura *sic ad* ieiuna est, nec ulli unquam satisfaciet; propius ad Mss. vestigia accedere mihi videor emendans *cita*, ut *s* praecedentis vocabuli huic voci adhaeserit. Quum vero ab auctoritate optimorum codd. ubique standum sit, in textum intrudere coniecturam nolui.]

viduatis totis aedibus. [Elegantior mihi videtur esse lectio *viduatis*, quam *nudatis* s. *vacuefactis*, ita tamen ut si plures codd. ab hac lectione starent, equidem non recusarem eam cum Oud. recipere, cui ideo magis se probat, quod Apuleius crebro quidem utatur *viduatus*, sed non nisi pro *privatus*, adiuncta re qua quis sit destitutus. *nudari* vero dicantur *moenia*, *urbs*, quibus milites civesve excedant coll. Dr. ad Liv. XXII. 11. *muros defensoribus nudasset*. Sed quia *nudare* et *nudatus* hac in re frequentiora sunt, praetuli *viduatis*, quod uno tantum loco confirmare possum, quo res, qua quis viduatus est, non adiuncta est. Legitur in Stat. Theb. III. 385., eadem ratione: *Pectoribus mens una subit, viduare penates, finitimas adhibere manus iamque ire*. Nostrum locum commemorat d'Orv. ad Charit. VIII. 1. p. 600. ed. Lips.]

capulum Tlepolemi prope adsistens. Intt., qui *capulum* esse gladii manubrium putabant, pessime *capit* intrudebant, loco ita succurri posse opinantes. *Capulum* vero est sarcophagum, se-

Digitized by Google

gladioque fulgenti singulos abigens, ubi fletus uberes et lamentationes varias cunctorum intuetur: Abiicite, inquit, importunas lacrimas, abiicite luctum meis virtutibus alienum. Vindicavi in mei mariti cruentum peremptorem, punita sum funestum nuptiarum mearum praedonem. Iam tempus est, ut isto gladio deorsus ad meum Tlepolemum viam quaeram.

CAPUT XIV.

Et enarratis ordine singulis, quae si|bi per somnium nuntiaverat maritus, 545

lacrimationes φ. δ. f. *in* abest a L. G. 1. 2. D. O. π. δ. Colv. Elm. seqq. *in meam* f. cf. ad IV. p. 306. *indicati mei* p. Verba *punita sum* usque ad *praedonem* non comparent in L. *nuptiarum mearum* F. 3. Elm. Scriver. Florid. In cett. *mearum nuptiarum*. *est* non comparet in G. 2. D. L. P. p. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. *uti* Florid. *uti sto* Elm. ex typothetarum errore. *gadio* D. a m. p. *deorsum* O. cf. ad Met. VIII. p. 508.

et iam enuntiatis B. *per ordinem* G. 2. D. L. P. R. *ordinem* non addita praepositione *per* f. In cett. *ordine*. *per somnum* Ms. Incert. *narraverat* pro *nuntiaverat* δ.

pulcrum a capiendis corporibus dictum. Verbum Apuleio aliquoties in usu est cf. Met. IV. p. 277. *post haec vale facto ... monumentum quoddam conspicamur procul a via remoto et abdito loco positum. Ibi capulos carie et vetustate semitectos.* X. p. 699. *cooperculo capuli remoto.* cf. ad Apol. p. 539. *capulari seni.* Egit de hac voce s. conditorio Cuper. Obser. II. 9. Serv. ad Aen. XI. 64. [Ita emendandum esse puto locum Minuc. Fel. c. 34. §. 12.: *ita corpus in saeculo, ut arbores in hiberno, occultant virorem*, ubi *capulo* vel *loculo* corrigo; Heumann. *sepulcro.* Quantopere Mss. hoc vocabulum corrumpant, intelligi potest ex uno Lucret. II. 1175. loco, ubi inter *capulum* et *scopulum* variant. cf. Taubm. ad Plaut. Asin. V. 2. 42. Intt. ad Lucret. l. c. Voss. Etym. s. v. *capulus.* De *locis* s. sepulcris cf. Taubm. ad Plaut. Casin. Prol. 19. p. 365. August. de Civit. Dei I. c. 1. *testantur hoc martyrum loca.* Plin. VII. 16. 16. *et ipsi vidimus in loculis asservatos.* Grut. Insc. p. 807; 12. P. *Memisianae uxori Q. Herculanius maritus locum consecravit. Caput* vero, quod nonnulli codd. habent, ex nota *capul'* sine dubio exortum est, et miror Oud., qui *caput* defendi ita posse putat, ut Charite adstiterit ad illam monumenti partem, ubi iacebat compositum cadaver coll. Suet. Caes. c. 84. Domit. c. 17., quae sententia temeraria plane est, quum cur hoc Charite fecerit, vel addiderit servus historiam enarrans, ratio nulla pateat. Tum in furibunda muliere haec nescio quae deliberatio locum non habet. Denique *prope* cum optimis codd. retinui, quamquam elegantior videtur esse particula *propter*, aliis locis sat probata. cf. Met. II. p. 147. *matronam, quam propter adsistens*, ubi eadem lectionis varietas est. Met. IV. p. 243. *rivulum quendam propter insistens.* V. p. 371. *Venerem propter adsistens.*]

punita sum. [cf. Buenem. ad Lact. Epit. c. 25. §. 8. p. 1244. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 747. et p. 867.]

Cap. XIV. *enarratis ordine singulis.* Perperam Sciopp. in Susp. IV. 4. et Symb. lectionem cod. B. *enuntiatis* probavit. Rectum enim est omnino *enarratis*, ac statim sequitur *nuntiaverat.* cf. Met. IX. p. 671. *cunctisque enarratis.* X. p. 729. *vixque enarratis cunctis.* De lectione *ordine* cf. Met. IX. p. 624. *ordine mihi singula retexe*, ibique quae adtulit Pric. Burm. ad Virg. Georg. IV. 4. [Enendarunt enim, qui potius *ex ordine* exspectaverant librarii. Aliud vero est *ordine* i. e. ratione quadam et rite, aliud *ex ordine*: deinceps alius post alium, ut accurate exponit Wagn. ad Virg. l. c. Hand. Turs. II. p. 653.]

Digitized by Google

quoque astu Thrasyllum inductum petisset, ferro sub papillam dexteram transadacto corruit, et in suo sibi pervoluta sanguine, postremo balbutiens incerto sermone perefflavit animam virilem. Tunc propere familiares miserae Charites
546 accuratissime corpus ablutum unita sepultu|ra ibidem marito perpetuam coniugem

petiisset Ed. Scriv. *transacto* in B. *d.* p. et Edd. Colvio prioribus. *transadacta* O. *transadato* G. 1. 2. D. *dextra d. corruit* F. 3. L. R. f. B. Colv. et seqq. *concurruit* Coll. Voss. In cett. *concorruit*. *pervolutata* F. 1. p. f. *d.* O. ex coll. Gron. *provoluta* B., quod Scriver. edidit et placuit Salmasio et Wasseo ob seq. *perefflavit*, quod notaret, eam pronam cecidisse. *pervoluptata* G. 1. In cett. *pervoluta*. *in certo* Elm. vitiose. *perflavit* G. 1. 2. D. P. et cett. quos vidit Oud. codd. Iunt. 1. 2. Ald. *perefflavere* ed. pr. Vicent. Venet. *perafflavit* p. In cett. *perefflavit*. *proped.* Bas. *carices* G. 1. *accuratissime* Floridi incuria in eius editione desideratur. *munita* omnes codd. et edd. vett. praeter f., qui habet *minuta* et F. 3., qui cum edd. recentt. praebet *ablutum unita*. *munitum* G. 2. P. D. *uncta sepultura* in aliis Mss. teste Elm., sed male, *uncta* est Vulc. Ed. 2, emendatio. *sepulturam* D.

ferro sub papillam dexteram transadacto corruit. Dextra lectio cod. d'Orv. iuvat Pricaei coniecturam *dextera* sc. manu, ut papillam intelligat sinistram, qua per ictum cordis paratior ad Orcum via est. [At vix puto *sub papillam* tum dixisse Apuleium, sed potius *sub papillas*, et ablativus *dextera* hoc quidem verborum nexu nescio quid molesti habet. Fortasse etiam in aliis codd. *dextera* erat, id quod lectio cod. Oxon. *transadacta* testari videtur. At eadem ratione Apuleius dicebat Met. VIII. p. 520. *Thrasyllus per femur dexterum dimisit lanceam.* Aliter enim locus habet Vell. Paterc. II. 70. §. 4., quem Pricaeus adtulit de M. Bruto: *Cum mucronem gladii eius* (Stratonis) *dextera tenens sinistrae admovisset papillae* quo *dextra* et *sinistrae* accurate sibi respondent.] Tum *transadacto* Oud. eo defendit, quod quamquam *transigere aliquem gladio* passim dicatur, vix tamen *transigere gladium* occurrat. cf. Intt. ad Phaedr. III. 10. 27. [Sed Sil. dicit XIII. 376. *Bellatorem alacer per pectora transigit ensem.* Senec. Herc. Oet. 857. *Ferrum per ambos tenue transactum pedes Ligabat artus.* At quum ceteri codd. *transadacto* praebeant, retinui. cf. ad Met. IV. p. 262. Denique male scribunt nonnulli codd. *concorruit*, quod monstrum mihi videtur esse compositi, nec cum Oud. defendendum est pro *una, statim, simul cum ictu corruit.* Quamquam enim decomposita amat Apuleius, tamen contra sanam rationem ea nunquam formavit; sed ut sententia elegantior et significantior fiat, quomodo in seqq. *perefflavit.* Ex mente librariorum vocabulum natum est. Quid de his compositis iudicandum sit, in quibus Apuleio vindicandis interpretes nimii atque inconsiderati sunt, accuratius supra exposui. Contra optimos igitur codd. nihil innovandum est.]

perefflavit. Hoc vocabulum Apuleio restituendum est ex auctoritate codd. Est enim *animam penitus efflare*, quae sententia tam proba est, ut Oud. mirer, in Pricaei coniecturam *proflavit* magis inclinantem; coll. Met. VII. p. 470. Auson. Epigr. 65. *mactata est vacca Minervae. Sed dea proflatam transtulit huc animam*, ubi tamen alii habent *proflatu.* cf. Oud. ad Front. II. 2. §. 7. *auras proflare.*

corpus ablutum. [De more veterum cadavera lavandi certatim Intt. ad h. l. exempla afferunt, quae longum est repetere. cf. Kirchm. de fun. I. p. 34. p. 287. Met. IX. p. 652. *summis plangoribus summisque lamentationibus atque ultimo lavacro procurant.* Tertull. Apol. 42. *Non lavor diluculo Saturnalibus ne et noctem et diem perdam. Attamen lavor honesta hora et salubri, quae mihi colorem et sanguinem servet. Rigere et pallere post lavacrum mortuus possum.* Plurima pro more suo compilavit Ouz. ad Minuc. Fel. p. 63. ed. Lugd.]

unita sepultura. Valde disceptant de hac lectione interpretes. Stewech. emendat perperam *unica*, et Roaldus defendit scripturam plurimorum codd.

reddidere. Thrasyllus vero cognitis omnibus, nequiens idoneum exitium praesenti clade reddere, certusque tanto facinori nec gladium sufficere, sponte

dedere pro *reddidere* Colv. Vulc. Merc. *omnibus cognitis d. exitium* F. 3. G. 1. 2. D. et omnes edd. quas ego conferre poteram. De suis codd. ceteris Oud. nihil affert, sed verisimile est, *exitum* eum suo periculo legisse. *extium d.* a m. p. *praesenti clade* F. 3. G. 1. 2. D. O. f. P. Bas. 1. In cett. *praesenti cladi. Praesentis* habet Venet. 2.

munita his verbis: „Per munitam sepulturam monimentum expressit, quod sane differre videtur a sepulchro, ut sepulchrum esset quaevis humilis structura et fortuitus cespes. Monimentum Mausolea et hypogea notaret, quod quidem munita essent maceriis et structuris, locis adiacentibus et adhaerentibus in culturam et tutelam eorum cedentibus, quod toto fere orthographiae libr. probatur et praecipue p. 732. 753. 876 et 983., ubi haec sunt verba, quae ad locum Apuleii mire faciunt: *Structura cum munitura sarcophagi veteri felicis p. p. suis impendiis fecit* etc., quae hic *munitura* appellatur, alias *muninentum* dicitur illis veteribus marmoriis, ut p. 906. 907. 908. Ergo illud monimentum a sepulchro differt.“ Vulcan. coniectura *uncta* nemini unquam probari potest, quum ne per constructionem quidem nisi duriorem ferri queat, *minuta* denique, quod cod. Fux praebet, dignitati Charites non convenit. Oud. Brantii coniecturam *in unita* amplexus est, praepositionem ex more Apuleii abundare perperam censens. [Optime vero legitur cum F. 3. *unita*, quod vocabulum non solum propter usus infrequentiam facilius a librariis corrumpi potuit, sed quia praecedit etiam *ablutum*, cuius postrema littera sequenti vocabulo adhaesit. De participio *unita* adiri iubet Oud. Cell. Cur. post. p. 137. cf. ad Met. XI. p. 810. Adde Apol. p. 422. *mixti atque ita uniti.* Arnob. III. 1. Ita emendandum puto locum Petron. c. 102. p. 621. *tanquam hic solus color figuram possit pervertere, et non multa oporteat consentiant, et non unitione* (vel *unatione* Mss. *non natione*) *mendacium consteti.e. unitate*, ut omnia quasi in unum coacta, ex uno tenore ficta videantur. *Unare* legitur apud Tert. adv. Prax. 27. De sententia comparat Oud. Allard. ad Val. Flacc. V. 58. Ovid. Heroid. XI. 123. d'Orvill. ad Charit. IV. 1. p. 422., qui mirifice addit: *secundum amantium vota*, ut ait Apul. VIII. p. 162. Pric.]

nequiens idoneum exitium praesenti clade reddere. Plurimi hunc locum cum Stewech. ita emendant: *nequiens idoneum exitium praesenti cladi reddere* ea sententia: Iam manus ultrices Thrasyllus senserat, iamque Charite aca crinali eum utroque oculo orbaverat, cui cladi suae non magis conveniens exitus, quam ut Charites exemplo ipse sibi manus afferret ac vitam ferro abrumperet. Oud. etiam *exitum* praefert coll. dict. ad Suet. Domit. c. 25. et pro *reddere* vult *reperire.* [Sed omnes codd. contra Oud. pugnant, cui adversatur praeterea Fest. s. v. p. 61. *exitium antiqui ponebant pro exitu, nunc exitium pessimum exitum dicimus.* At equidem a partibus eorum quum stare nequeam, qui *exitus* et *exitium* promiscue apud veteres dici pronuntiant, cf. Doed. Syn. T. II. p. 65., hic *exitium* propria sua significatione positum puto. Est enim *exitium idoneum* interitus ὄλεθρος digmus morte et exitio Charitae, qua in explicatione quid offendat, non video. Omnes vero, quantum constat, interpretes loci sententiam non intellexerunt. Nihil enim emendandum, at potius ablativus *praesenti clade* retinendus est. Nam Thrasyllus non poterat repentina et vehementi clade dignum aptumque reddere suum exitium Charitae et Tlepolemi pernicie, et intelligens, gladium i. e. subitam mortis rationem non sufficere tanto facinori, inedia i. e. diutina morte animam elidere statuit. Tantum enim ipse sensit suum esse crimen, ut pro eo non satis puniretur, si statim animam perefflaret. Haec sententia optima est. *Praesens* vero

delatus ibidem ad sepulcrum: Ultronea vobis, infesti Manes, en adest victima, saepe clamitans, valvis super sese diligenter obseratis, inedia statuit elidere sua sententia damnatum spiritum.

CAPUT XV.

547 Haec ille longos trahens spi|ritus et nonnunquam illacrimans graviter

ultroneo G. 1. *nobis* G. 1. *obsutis* D. *media* G. 1.

haec ille F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. p. d. P. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) Iunt. 2. et edd. post Wower. *hoc* L. Brant. codex. *Sic*, quod Elm. ex Mss. et edd. citat, nusquam invenitur. In cett. *hic ille* solita aberratione. *longo trahens spiritu* F. 1. teste Lindenbrogio, B. p. edd. ante Vulc. 2. *spiritus* F. 3. G. 1. 2. D. P. L. f. cod. Brant. et edd. cett. praeter R., qui habet *suspiritus*. *non unquam* G. 1. *inlacrimas* G. 1. P. *in lacrimas* G. 2. D. *illacrimis* P., quasi fuisset *in laerimis* i. e. *lacrimans*. Sed temere id, quod probum est, non mutari nec singularia captari velim. cf. Met. II. p. 157. *moestus in lacrimis*.

clades duplici ratione explicari potest vel de ea, quae nunc fit nec differtur, Cic. Nat. Deor. II. 59. *Ne, si navigare quidem velim, ita gubernarem, ut somniaverim; praesens enim poena sit* et apertius dicit Flor. I. 26. *Maelium largitione suspectum dominationis, praesenti morte multavit* vel de vehementi et forti cf. Dr. ad Liv. I. 12. §. 6. Heind. ad Horat. Sat. II. 2. 41. Hinc vides, quam perversa sit Oud. coniectura *reperire*. Sequens vero enuntiatio *certusque* interpretamenti caussa, ut saepius fit, ab Apuleio addita est, qua accuratius, qualis ista praesens sit clades exponitur.]

en adest victima. [*En* duobus tantum Apuleii locis postpositum video, quem usum prosaicis scriptoribus non ita infrequentem fuisse, demonstrat Cort. ad Lucan. V. 37. Met. VIII. p. 576. *servum vobis pulcellum en ecce mercatus perduxi*, cf. Ovid. Met. VIII. 283. *tostos en aspice crines*. Dr. ad Liv. II. 6. §. 7.]

valvis obseratis. [cf. d'Orv. ad Charit. I. 6. p. 245. ed. Lips. Met. X. p. 699. *et itur ad illud sepulcrum, quo corpus pueri depositum iacebat*. Intelligendum est de *hypogeo*. Intt. ad Petron. c. CXI. p. 660. sqq.]

elidere spiritum. [De hac dictione cf. Barth. Advers. X. 8. p. 474. XXXV. 14. p. 1612. Heins. Advers. I. 11. p. 118., quosque VV. DD. profert Buen. ad Lact. Instit. VI. 20. §. 18. p. 816. Met. IX. p. 665. *impuram elidit divitis animam*. Met. X. p. 729. *Sic elisus violenter spectatissimus medicus effudit spiritum*. Eodem modo *elidere* hic de Thrasyllo dicitur, quod potius rei est; cf. ad Met. VIII. p. 543. *crapulam discutit*.]

Cap. XV. *Haec ille.* [Totam hanc enarrationem, quam Apuleius quam accuratissime pertractat, Lucian. in Lucid. c. 34. p. 603. his breviter exposuit: *Ἐπεὶ δὲ ἦν νὺξ βαθεῖα, ἄγγελός τις ἀπὸ τῆς κώμης ἦλθεν εἰς τὸν ἀγρὸν καὶ τὴν ἔπαυλιν, ταύτην λέγων τὴν νεόνυμφον κόρην, τὴν ὑπὸ τοῖς λησταῖς γενομένην, καὶ τὸν αὐτῆς νυμφίον περὶ δείλην ὀψίαν ἀμφοτέρους αὐτοὺς ἐν τῷ αἰγιαλῷ περιπατοῦντας ἐπιπολάσασαν ἄφνω τὴν θάλασσαν ἁρπάσαι αὐτοὺς καὶ ἀφανεῖς ποιῆσαι καὶ τέλος αὐτοῖς τῆς συμφορᾶς καὶ θανάτου γενέσθαι.*]

longos trahens spiritus. Commode explicari posse lectionem *longo trahens spiritu*, sententia est Oud., scilicet ut dicat auctor, nuntium traxisse haec verba relata *longo spiritus ductu*; coll. Virg. Aen. I. 371. Sil. VIII. 79. Ipse tamen praefert coniecturam Brantii et Gron. ad Script. Eccl. p. 612. ed. Lips. et Liv. XXX. c. 15. §. 3. *longos suspiritus*, quam probat cod. Reg. [cf. quae dicta sunt ad Met. I. p. 32. *de imo pectore cruciabilem suspiritum ducens*. Sed bene habet lectio *spiritus*, quam plurimi iique optimi codd. praebent; cf. Virg.

Digitized by Google

affectis rusticis annuntiabat. Tunc illi mutati domini novitatem metuentes, et infortunium domus berilis altius miserantes fugere comparant. Sed equorum magister, qui me curandum magna ille quidem commendatione susceperat, quicquid in casula pretiosum conditumque servabat, | meo atque aliorum iumentorum dorso 548

affectus p. et B. (sed in Modii collatione nihil adnotatum est.) *dominii* G. 1. 2. P. O. L. *f. φ. δ.* D. Wow. Scriv. Pric. Florid. In cett. *domini*. *mentientes* pro *metuentes* G. 1. *π*. *metuentes novitatem f. fugae se comparant* Venet. 4. Colin. Basil. Iunt. 2. *fugae comparant* Iunt. 1. Ald. *sed et equorum* Oud: coniecit citra necessitatem. Nova enim incipit enarratio, cuius transitum particula *sed* facit. *magna illa commendatione δ. mea illa quidem commendatione* R. *f.* cf. Met. VII. p. 473. *evocato armentario equisone magna cum praefatione deducendus assignor*, unde Oud. legi voluit *magna illa equidem commendatione* vel *magna illa cum commendatione*. *quid* O. *δ. quod* G. 1. 2. D. *f. pervolat quicquid in casula pretiosum conditumque servabat* Mss. Elm. O., unde Elm. et Scriv. receperunt. *pretiosum conditumque servabat pervolat meo atque* F. 1. teste Lindenbrogio. In cett. *quidquid in casula pretiosum conditum servabat* omisso vocabulo *pervolat*, (ut F. 1. et P. in excerptis ad marg. ed. Colv.), nisi quod *cum* pro *casula* p. et *capsula* G. 1. habent, *Conditumque servabat* F. 3. G. 1. 2. O. P. L. *π*. p. D. Elm. Scriv. Florid. *servabat* exulat a R. *meoque* O., unde Florid. ita edidit, quem Rubnk. secutus est in Oud. edit., praeterea *atque* adiciens. In cett. est *meo atque aliorum*. *alliorum* G. 1. *aliquorum* P.

Georg. III. 505. *attractus ab alto Spiritus, interdum gemitu gravis.* Proxime accedit locus Propert. I. 16. 32. *Surget et invitis spiritus in lucrimis*, ubi cf. Intt., qui docent, rarius *spiritus* legi significatione *suspiritus*. Eadem ratione Gellius dixit XII. 5. quem locum iam Pricaeus adtulit: *Spiritusque et anhelitus e pectore eius evadere, non dolorem magis indicantes, quam pugnam adversus dolorem.*]

domini. *Dominii* lectionem Oud. defendit ex loco Senec. de Const. Sapient. c. 13. §. 5. *Habes sub te Parthos, Medos et Bactrianos: sed quos metu contines, sed propter quos remittere arcum tibi non contingit, sed postremos, sed venales, sed novum aucupantes dominium*, ubi cf. Gron. et Arntz. ad Aurel. Vict. Epit. c. 6. *salvo exemto dominio*. [cf. Buenem. ad Lact. Inst. II. 5. §. 41. p. 203. et ad IV. 25. §. 9. p. 533. Difficile hac de re iudicium est, quia facilius *dominii* et *domini* in Mss. confundi potuerunt. Ad elegantiam magis probatur lectio *dominii*; sed quum codd. Florentt. in lectione *domini* perseverent, equidem reposui.]

pretiosum conditumque servabat. [Quomodo *pervolat*, quod vaga sede in nonnullis Mss. legitur, in Mss. irrepserit, quum longe plurimi id respuant, vix intelligi potest. E Cod. Florent. 1., in quo post *servabat* legitur, coniecturam quis capere possit, corruptelam esse vocis *servabat* et quum ita ferri non potuerit, in varias sedes migrasse, quamquam vix crediderim, hanc sententiam multos assentientes habituram esse. Quoquo modo res se habet, hoc intelligendum est, *pervolat* hoc loco stare non posse. Oud. scripturam cod. Florent. retinens *que* post *meo* addit, ut oratio bene fluat, totumque locum ita interpretatur: celerrime petit et aufert omnes pretiosas res, quas servabat conditas in casula, et meo dorso impositas asportans deserit sedes. De significatione voc. *pervolare* adiri iubet Schwartz. ad Mamert. Geneth. c. 8. At vellem Oud. unum tantummodo proposuisset exemplum, quo *pervolare* idem esse, quod *pervolutare* et *eruere* demonstratur, quum de locis tantummodo dicatur, quae cito percurruntur, nunquam vero de rebus. Idemque probant loci, quos Schwartz. l. c. affert. Erat quum equidem *pervolanter* vel *pervolutim*, quod novum esset vocabulum, emendarem; ut summa magistri celeritas exprimeretur. Quoniam vero optimi libri hoc vocabulo carent, e textu eiiciendum esse putavi. Deinde cum Oud. *conditumque* reposui, ab optimae notae libris servatum, licet affirmem, copulam salva sententia abesse posse. Utrobique enim exprimuntur res pretiosae, quae conditae diligenter ac reservatae sunt. *Conditum* enim hoc sententiarum nexu fere idem est, quod *pre-*

Digitized by Google

repositum asportans sedes pristinas deserit. Gerebamus infantulos et mulieres, gerebamus pullos, anseres, hoedos, catellos, et quicquid infirmo gradu fugam
[208] morabatur, nostris quoque pedibus ambulabat. Nec me | pondus sarcinae quam-
849 quam enormis urguebat, quippe gaudiali | fuga detestabilem illum exsectorem virilitatis meae relinquentem. Silvosi montis asperum permensi iugum, rursusque reposita camporum spatia pervecti, iam vespera semitam tenebrante, pervenimus

depositum B. *absportans* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Par. Colin. et in Mss. teste Oud. (nescio quibus?) *in aedes pristinas* ∂. *passeres* F. 1. B. p. et edd. ante Colv. Elm. In cett. *anseres*. *anxeres* D. *edos* G. 1. 2. D. *carellos* (non *carellas*, ut in Oud. excerptis) G. 1. *in firmo* G. 1. *fuga* G. 1. 2. P. D. (*m* propter sequentem eandem litteram omisso). *morabuntur* F. 1. ∂. *nostrisque* p. et F. 1. teste Lindenbrogio. *ambulabant* F. 1. *quequam* G. 1. *urguebat* F. 3. G. 2. D. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Elm. Scriver., quod h. l. probo cf. Met. IV. p. 261. *executorem* π. *delinquentem* p. *asperrimi* O. *ad*, quod ante *spatia* in nonnullis codd. legitur, non comparet in F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. O. φ. ∂. f. p. Elm. uncis inclusit. *provecti*. *Iam vespera* G. 1. *semita* f. *tenebrantem* Coll. Voss. G. 2. [Buen. ad Lact. IV. 19. 3. p. 514.] *pervenimus* Vicent. Venet. 2.

tiosum, quia eas res tantummodo condere et reservare solemus, quae plurimi a nobis aestimantur. Ideo copulam non eieci. De rebus *conditis* Oud. comparari iubet Spart. Hadr. c. 11. et ad Veget. IV. 8. *servare in conditis*. Plane vero temeraria est Oud. emendatio: *quidquid pretiosi*, quae dictio tritior est vel tironibus, quam ut exemplis confirmetur.]

asportans. Scribunt nonnulli libri *absportans*, quod saepius in Mss. legi monuit Oud., citans Nep. Them. c. 2. contra sententiam Prisciani, qui II. 2. T. I. p. 63. Krehl. dicit: *asporto* pro *absporto*.

anseres, hoedos, catellos. Loco male consuluerunt, qui pro *anseres* legendum esse *passeres* opinabantur, qui inter oblectamenta puerilia apud veteres erant. cf. Plaut. Capt. V. 4. 5 sqq. Arnob. VII. c. 8. (T. II. p. 403 Orell.) Plin. Epist. IV. 2. Quis vero credat, pastores hoc rerum statu curasse, ut servarentur *passeres*, puerorum quidem, sed urbanorum et molliorum, non rusticorum quidem deliciae. Prospexere futurae vitae, adeoque omnia illa congessere, quibus cum uxoribus vel cum contubernalibus potius et infantulis vitam tolerare vel iis divenditis pecuniam comparare possent. Certe omnes res commemorantur eae, quae ad rem familiarem pertinentes agricolis, novum domicilium condituris erant necessariae. Haec est caussa, cur Oud., miratus neminem tot interpretum et criticorum praeter solum Piccartum Peric. Crit. c. 13. vitium invenisse, emendet *capellae*, quas Apuleius non solum bene *hoedis* inxerit, sed melius utpote maiorem usum pastoribus praebentes commemoraverit. [At Oud. cum Piccarto loci sententiam non intellexit. Commemorantur enim foetus animalium adhuc teneri, pulli, neque vero ipsae matres, quae non tam infirmo erant pede, ut ab asinis portarentur. Sed quia pullorum, hoedorum pedes erant molliores, quam qui tam longam viam finire possent, dorso iumentorum a pastoribus reponebantur. Unde consectarium est, *catellos* hic unice probari de parvis canibus. Praeterea errat Oud. putans, capellas maiori usui futuras fuisse pastoribus quam canes, qui stirpe pastoricia procreati plurimi aestimabantur.]

morabatur. Optima est codd. Florent. 1. et d'Orv. lectio *morabantur* et *aestimabant*, quam lubenter reciperem, si ceterorum codd. auctoritas accederet. cf. Burm. ad Ovid. Art. Am. I. 267. Duk. ad Flor. I. 13. §. 11. atque Eckst. ad Voss. Arist. III. p. 1025., qui fusius docent, *quisquis* saepius cum plurali a veteribus iungi.

spatia pervecti. Nonnulli codd. *ad spatia* praebent ex librariorum emendatione, qui accusativum non capiebant. Auctor vero significare non vult, asinum pervenisse in campos, quod significat *pervehi ad camporum spatia*, de quo cf. Met. I. p. 65. *ad istam civitatis portam provecto*, sed post superatum montem emensum etiam esse camporum

Digitized by Google

ad quoddam castellum frequens et opulens, unde nos incolae nocturna, immo vero matutina etiam prohibebant egressione. Lupos enim numerosos, grandes et vastis corporibus sarcinosos ac nimia ferocitate saevientes, passim rapinis adsuetos infestare cunctam illam regionem, iamque ipsas vias obsidere, et in modum latronum praetereuntes aggredi, immo etiam vesana fame rabidos finitimas expugnare villas, exitiumque inertissimorum pecudum ipsis | iam humanis capitibus imminere. Denique ob iter illud, qua nobis erat commeandum, iacere semesa hominum corpora, suisque visceribus nudatis ossibus cuncta candere, ac per hoc nos quoque summa cautione via reddi debere, idque vel 550

opulens δ. *ubi* pro *unde* p. *nocturnam* O. *matutinam* O. *et iam* G. 2. D. *etiam* abest a δ. f. *perhibebant* δ. inepte. *prohibeam* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *egressionem* G. 1. O. *numero grandes* Vir doctus coniecit ad marg. ed. Colv. Oud. *saginosos* Vulc. 2. Colv. quod Heins. probabat cf. ad Ovid. Fast. VI. 229. At compara Met. IV. 271. *facinorosos* β. Male Colvius coniecit *carnivoros*. ac desideratur in G. 1. O. *at* δ. *infestatione* vel *infestatõe* R. f. δ., unde Oud. *infestitare* legere conatur, ut mox *observitare*, ubi idem irrepserat vitium. *religionem* G. 2. D. *idemque* pro *iamque* Bas. 1. *vias* non comparet in G. 1. *immo etiam* F. 1. 3. G. 1. p. f. δ. D. P. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) *immo vero etiam* G. 2. P. In cett. *immò vero*. *etiam* exulat ab O. *sexana* G. 1. *fumae* Vicent. *rapidos* G. 1. f. p. *villulas* δ. *ineptissimorum* G. 2. D. *obiter* G. 1. D. *istud* P. *quo* f. D. *iacere que* (sed *que* ab eadem manu linea obducto) G. 1. *cadere* δ. π. *per hos* R. δ. *per hec* G. 1. *summa cautione* F. 3. G. 1. 2. D. O. B. R. f. δ. In cett. *cautione summa*. *Cautione summae* Colv. Vulc. 2. *via* F. 1. 3. G. 1. 2. D. L. P. B. β. δ. p. f. In cett. *viae*. *vel* abest G. 1. 2. D. P. O. L. δ. f.

spatia. cf. Tac. Ann. II. 8. *Lacus unde et Oceanum usque ad Amisiam flumen secunda navigatione pervehitur.* Arnob. V. 25. *Elensinios etiam pervehitur fines.* [Idem exposuerat Oud. Miscell. Observ. Vol. III. T. I. p. 132.]

egressione. Vehementer Pricaeo placuit cod. Oxon. scriptura per graecismum: *nocturnam ... matutinam egressionem.* Mihi cum Oud. id nimis audax et linguae latinae ingenio contrarium videtur, *prohibeo te illam rem.* Librarii vero Apuleiani passim illam litteram *m* vel addiderunt vel omiserunt, sententia ac constructione contrarium flagitantibus. Contra N. Heins. ad Ovid. Met. XII. 66. ubique accusativum rei verbo *prohibere* iunctum mutat in ablativum. Sed adeatur Wopk. in Misc. Observ. Nov. T. II. p. 12. Oud. ad Caes. B. Civ. II. 35. [cf. Bach. ad Ovid. l. c. et ad VI. 349.]

inertissimorum. Pricaeus in notis exhibet *inertissimarum*, quasi ita hic vulgo legeretur ex communi loquendi modo. Verum non modo omnes Edd. sed et Mss. universi servant vocalem *o*, unde Oud. inclinat ad coniecturam *pecuum* [quam prius iam in Misc. Observ. Vol. III. T. I. p. 132. proposuerat], quia soleat Apuleius eam huius vocis declinationem *pecu, pecua* usurpare; coll. Met. II. p. 83. De genitivo comparat Ursin. ad Cic. pro lege Man. c. 6. et ad Fest. [p. 130. 213. 610. Lindem. Gron. ad Gell. VII. 3. Doederl. Syn. IV. p. 294.] Nihilominus iubentibus Mss. servat formam *pecudum* a nominativo *pecuda*, quo usos veteres esse docet ex Non. p. 159. [Ita ex coniectura dedi Met. IV. p. 203. ubi cf. et Met. VIII. p. 658.]

summa cautione via reddi debere. [Contra Oud., qui rectius ita transponi verba, quam legi *cautione summa* pronuntiaverat, Ruhnkenius posterius retinuit. Praeterea non tam levis est momenti lectio *via*, quam optimi quique codd. praebent, quaeque ad sententiam apte, sed ad artem criticam nimis temere Oud. in *viae* commutavit. Hoc certe potest sumi, scripturam *via* summae esse cuique offensioni, unde ab Oud. defendi debebat. Tritior enim est dicendi formula *se reddere viae*, ut *reddi poenae* Met. VII. p. 497. et *se reddere quieti* Met. IX. p. 632., quam quae tantopere a librariis mutari potuerit. Ego ipse unum tantummodo afferre possum Plauti exemplum, quod analogiae speciem prae se ferat Most. I. 2. 27.

in primis observitare, ut luce clara et die iam provecto et sole florido, vitantes undique latentes insidias, cum et ipso lumine dirarum bestiarum repigratur impetus, non laciniatim disperso, sed cuneatim stipato commeatu difficultates
551 illas transabire|mus.

CAPUT XVI.

Sed nequissimi fugitivi ductores illi nostri, caecae festinationis temeritate ac metu incertae insecutionis, spreta salubri monitione nec exspectata luce proxuma, circa tertiam ferme vigiliam noctis onustos nos ad viam propellunt. Tunc ego metu praedicti periculi quantum potui turbae medius, et inter con-

observitate G. 1. 2. *obseruitate* D. *ob serenitatem* pro *observitare* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *ob serenitariem* Venet. 4. Paris. *et luce* f. *repigrantur* δ. *repinguatur* Bas. 1. *repigrato* β. *ferarum* pro *bestiarum* p. *laciniantem* D. *dispersos* F. 3. G. 1. 2. O. P. p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. propter sequentem vocalem. *resperso* f. *spipato* D. *stipado* G. 1. *comitatu* G. 2. a m. p. *commeiatu* a m. s. *dificultates* G. 1. *illa* D.

ecce pro *caecae* G. 2. P. f. O. edd. ante Beroald. *sumpta* s., quod in codice P. legi adnotavit Elm. pro more huius codicis, qui inter *spretus* et *sumtus* saepissime variat, quum Oud. non intelligeret, s pro singulari littera codicis, non pro sequentis vocabuli littera initiali per compendium scripti habet, ieiune intrudi voluit *scilicet*, qua in emendatione ad taedium usque nimius est. *proxuma* F. 3. In cett. *proxima*. *circa ferme tertiam* in edd. ante Colv. *metu praedicti periculi* F. 1. 3. B. p. et revocavit Scriver. quum ante Colvium ederetur. *nonscius* G. 1. *non scius* G. 2. D. P. *non inscius praedicti* R. O. Incert. et δ. et edd. cett. *quantum potui* F. 3. G. 1. 2. O. π. f. δ. et F. 1. et P. in excerptis ad marg. ed. Colv. *quantum poteram* F. 1. B. edd. vett. *quantum pote* p. *quanta potui* D. In cett *quam potui*.

tempestas venit, confringit tegulas imbricesque; ibi dominus indiligens reddere alias nevolt, ut *via* vel *in via* hic positum sit, ut illic *ibi*, qua de caussa lectionem in textu retinui. Eadem fere ratione Apuleius dixit Met. VII. p. 471. *Et illas quidem divitias publica custodela commisere.*]

sole florido. [Omnia quae propria sunt herbis et floribus, tribuuntur igni, ut ἄνθος, ἀκμὴ πυρός, quod bene exposuit Peerlk. ad Hor. Epod. XVII. 33. p. 503, plures interpretes enumerans. Praeterea cf. Gron. ad Gell. III. 9. Sidon. Apoll. I. 6. Intt. ad Lucret. I. 899. III. 222. Taubm. ad Plaut. Curc. I. 2. 1. Kopp. ad Mart. Capell. II. §. 206. p. 245.]

laciniatim disperso sed cuneatim stipato commeatu. Male Stewech. emendavit *lancinatim*, loci sententiam non intelligens, quam Beroald. optime vindicavit ex Colum. VII. 5. *grex in laciniis colonis distribuatur.* Gloss. Cyrill. p. 391. *ἀπόσπασμα τοῦ πλήθους lacinia.* [cf. Voss. Etym. s. v. *lacinia.*]

Cap. XVI. *vigiliam noctis.* Erant qui *noctis* deleri vellent, quia saepius ita auctor locutus esset, ut Met. I. p. 44. *circa tertiam ferme vigiliam paululum conniveo.* III. p. 178. *Nam cum ferme iam tertia vigilia*, atque ita ceteri cf. ad Pomp. Mel. I. 10. *A quarta vigilia* Suet. Calig. 54. al. Nolim tamen cum Oud., quoniam Mss. hic *noctis* retinent, quicquam innovari. Nam et sic ait Hist. B. Afr. c. 47. *Circiter vigilia secunda noctis.* c. 67. *quarta noctis vigilia.* Auct. B. Hist. c. 11. *noctis tertia vigilia.* Immo ipse Apuleius pluribus locis *noctis* addit, ut Met. III. p. 212. *iam circa primam noctis vigiliam.* XI. p. 752. *circa primam ferme noctis vigiliam.* Notandum tamen est, *noctis* semper praecedere.

metu praedicti periculi. Ex diversis codd. lectionibus *metu, non scius, non inscius* Oud. conflavit emendationem: *Tunc ego eximie metuens praedicti periculi* coll. Met. I. p. 39. *captivitatis metuens.* Alibi quoque haec coniunxisse auctorem demonstrat ex loc. Met. I. p. 63. *et eximie metuens mihi.* III. p. 182. *simul et eximie metuens et hospitibus meis et mihi.* V. p. 358.

Digitized by Google

ferta iu|menta latenter absconditus, clunibus meis * aggressionibus * ferinis con- 552
sulebam. Iamque me cursu celeri ceteros equos antecellentem mirabantur omnes. Sed illa pernicitas non erat alacritatis meae sed formidinis indicium. Denique

conserta B. φ. δ, ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Basil. Paris. *ab*, quod in nonnullis codd. post *meis* legitur, non comparet in F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. R. f. p. δ. *adgessionibus* F. 1. 3. In cett. *adgressionibus*. *mirabuntur* Elm. vitio typothetarum. *alacritatis materia* Coll. Voss. Sed Lipsius margini adlevit *alii memoria*. [Errorem exortum puto ex compendiis male intellectis m^a s. *mā* i. e. *materia* et *mā* i. e. *mea*.]

tanti mali confinium sibi etiam eximie metuentes. Alibi *eximie trepidus, eximie trepidans* leguntur. [Sed loci ulcus altius latere existimo, quam quod tam levi et inauspicata emendatione possit sanari. Locum esse corruptum nemo est quin intelligat. Proxime ad codd. lectionem accedit coniectura *conscius*, quae tamen mihi ipsi frigidior est, quum praesertim ea non explicetur, quomodo *metu* scriptura exorta sit. Locum igitur in medio relinquo.]

quantum potui. Quum hic quoque codd. diversas in partes fluctuent, restituit Oud. lectionem *quantum pote*, quae Pith. etiam est codicis; et ab eo iam in Misc. Observ. Vol. III. T. I. p. 132 sq. probatur cit. Fabric. ad Terent. Eun. II. 385. Phorm. IV. 3. 69. Solin. c. 30. ibique Salm. p. 275. Idem divinaverat Oud. Met. III. p. 230. De forma vide ad Met. I. p. 43. Nec spernenda est lectio *quam potui*. cf. Heins. ad Ovid. Art. Am. III. 262. Remed. Am. 325. Ego vero a codd. optimis stare malui.

inter conferta iumenta. Recte contra Scioppium Elm. vindicat hanc lectionem, licet *conserta* in aliquot etiam codd. legatur. Harum vocum perpetua est confusio, librariis et nonnunquam viris doctis haud recte vim earum et significationem discernentibus, quam Oud. ita constituit: *Confertus* significat densum, spissum, frequentem, adeoque huic loco optime convenit. Sic enim legendum bene monuit iam Wower. Met. IV. p. 279. *confertae manus violentia*, IX. p. 662. *inter confertam trepidae multitudinis stragem.* cf. ad Frontin. II. 8. §. 1. Liv. XXII. 28. §. 10. Virg. Georg. III. 369. Senec. Consol. ad Marc. 16. Iustin. XXIV. 8. Stat. Theb. VII. 728. Flor. I. 24. *Consertus* vero significat commixtum, connexum, ut *conserta cadavera.* Lucan. III. 575. Sic etiam *consertus clamor, conserta vox* est mixta et inter se confusa, de qua cf. Met. IX. p. 615. [Alii aliter hoc discrimen proferunt. Sunt enim qui *confertus* et *consertus* densum, stipatum esse proponant; ut apud Sil. VI. 316. cf. Burm. ad Quint. Decl. XIII. 3. p. 274. Heins. ad Ovid. Met. XIV. 166. Res difficilis est diiudicatu, quum facilior sit litterarum *s* et *f* in codd. mutatio. Vix tamen puto *consertus* densum significare posse, nisi accedat bellorum proeliorumve notio. Hinc apud Lucan. l. c. potius legendum est *conferta cadavera*, quod etiam Cortius probat. Quamquam si hoc significare possit, facile emendari queat locus Colum. I. 8. 9. (XI. 1. 21.) *centonibus consertis vel sagi culcitis.* Gloss. Cyrill. p. 625. *συνεῤῥαμμένον sutum, consutum, consertum* et *sagum* est vellus, lana, ex quo sagum conficitur. cf. Varr. IV. 35. Nisi in utroque loco legendum est *consartum* vel *consertum a consarcio* mutata littera, (ut *conspersum* pro *consparsum*), quod sua coniectura *consutum* efficere studuit Herm. in Progr. de Iuven. Sat. III. p. 4, ubi hunc locum tractavit.]

clunibus meis aggressionibus ferinis consulebam. [Ita hanc lectionem, quae mihi perversa videtur, ex codd. auctoritate restitui. Primum enim praepositionem *ab* codd. optimae notae secutus dedi, quia respondet locutio *cavere aliqua re*, quod dixisse videtur Apuleius cf. ad Met. p. 555., quamquam in codd. facile omitti praepositio *ab* poterat sequente fere eadem syllaba. Dein memorabilis est codd. Florent. scriptura *adgessionibus*, quam Oud. sicco pede transsiluit. Emendationem enim librariorum esse *aggressionibus*

mecum ipse reputabam, Pegasum inclytum illum metu magis volaticum fuisse, ac per hoc merito pinnatum proditum, dum in altum et adusque coelum subsilit ac resultat, formidans scilicet igniferae morsum Chimaerae. Nam et illi pastores, qui nos agebant, in speciem proelii manus obarmaverant. Hic lanceam, ille venabulum, alius gerebat spicula, fustem alius, sed et saxa, quae salebrosa
553 semita largiter subministrabat. Erant qui sudes | praeacutas attollerent. Plerique tamen ardentibus facibus proterrebant feras. Nec quicquam praeter unam tubam deerat, quin acies esset procliaris. Sed nequicquam frustra timorem
[209] illum satis inanem perfuncti | longe peiores inhaesimus laqueos. Nam lupi,

inclutum F. 3. *metum magis* O. *mecum magis* G. 1. *volatilum* G. 1. O. *vollatius* δ. *per haec* G. 1. *pennatum* B. et edd. inde ab Basil. In Vulc. 2. a manu Lindenbrogii nil mutatum est. *prodictum* G. 2. D. *praedictum* P. *perditum* f. *dum altum adusque coelum* L. B. Colv. Vulc. 2. *In* etiam a P. abest. *susilit* G. 2. D. f. *subsilit* δ. *formidis* pro *formidans* L. *Iam et illi* malult Colv. [Sed *nam* particula est ad aliam rem transeuntis cf. ad Met. II. p. 116. Buen. ad Lact. de Opif. 10. §. 26. p. 1181.] Abest *in* ante *speciem* ab Ed. Bas. 1., quod perperam praetulit Stewech. *spem* pro *speciem* p. *obarmaverunt* G. 2. D. *obarmarunt* L. *sassa* G. 2. *sacraque* G. 1. *largiter* non comparet in δ. *subministrat* G. 1. 2. P. D. L. R. f. O. π. Vulc. 2. Colv. Wow. Pric. *attoleret* G. 1. *attollerant* δ. p. *attolerent* Wow. Pric. *proterebant* G. 2. O. D. *praeterrebant* G. 1. R. f. δ. cf. Met. III. p. 182. et Buen. ad Lact. de Mort. Pers. XLIV. §. 9. p. 1471. *ne quidquam* G. 2. D. *pōt* pro *praeter* G. 2. D. *tubem* δ. *ne quisquam* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *frustra* abest a p. *illum timorem* G. 1. *incivem* pro *inanem* L. et cod. Brant. *perfunti* G. 1. D. *inexirus* pro *inhaesimus* G. 1.

satis facillimam, cuique persuadebitur, qui librariorum morem cognoverit. Hinc emendo *ab accessionibus*, ut *accedere* hic pro *aggredi* dictum sit. cf. Val. Flacc. III. 186., vel discernenda sunt *ad* et *gessio* et prius in *ab* corrigendum, ut *gessio* vocabulum sit corruptum, ad cuius tamen similitudinem nullum aliud aptae significationis in mentem veniebat.]

volaticum. Nimis temerarium mihi videtur esse quod proponit Oud. inter *volaticus* et *volatilis* vocabula discrimen, quippe qui, quum nonnulli codd. *volatilum* legant, ad coniecturam *volatilem* inclinet. *Volaticum* enim magis dici, qui inconstans, vagus et levis sit coll. Met. V. p. 379. *Psychem illam fugitivam, volaticam mihi requirite;* at *volatilem* esse volucrem quique facile et cito volare possit coll. Met. V. p. 362. *per humeros volatilis dei pinnae roscidae.* VI. p. 391. *inuipisci maritum volatilem quiens.* [Hoc discrimen quamquam ex aliquot aliis potissimum Ciceronis exemplis confirmari possit, tamen non solum obstat hic ipse locus, in cuius scriptura *volaticum* optimi quique codd. consentiunt, sed etiam Plaut. Poen. II. 25 sq. et Gloss. Vulc. p. 165. *volaticus πτερόεις, volatile πτηνόν.*]

in altum. Melius *in* abesse potuisse sententia est Oud., qui tamen apud Apuleium saepius inveniri observavit *in altum elevari, efferri, proripi, sublimari* coll. Met. III. p. 213. *in altum sublimata.* IV. p. 240. *lumbis in altum elevatis.* V. p. 365. *in altum se proripuit.* VII. p. 477. *elatis in altum vastis pectoribus.* V. p. 346. *prosiliunt in altum.*

igniferae morsum Chimaerae. [cf. Munk. ad Hygin. LVII. p. 121 sq. Creuz. ad Cic. de Nat. Deor. I. 38. p. 176.]

nequicquam frustra. Frustra glossema esse et alienam hominis nugatoris vocis *nequicquam* interpretationem, opinio est Brantii, quam recte Oud. refutavit. Amat enim Apuleius duo synonyma adverbia sine copula iungere. cf. ad Met. I. p. 11. 30. 49. meae edit. [Ita copulantur *vix aegerrime* cf. Doed. Synonym. T. III. p. 100. Hand. Tursell. T. II. p. 748. qui praeter nostrum locum alterum Catulli exemplum eiusdem iuncturae protulit.]

inanem. Lipsius coniecit *immanem*, quod Oud. improbat. Eventu enim patuit, timorem fuisse vanum, quo tamen frustra perfuncti sunt, quum inde iis imminēret periculum, unde non metuerant. N. Heins. minus accurate ad Claud. in

forsitan confertae iuventutis strepitu vel certe nimia luce flammarum deterriti, vel etiam aliorsum grassantes nulli contra nos aditum tulerunt, ac ne procul saltem ulli comparuerant.

CAPUT XVII.

Villae vero quam tunc forte praeteribamus, coloni, multitudinem nostram latrones rati, satis agentes rerum suarum eximieque trepidi, canes rabidos et immanes et quibusvis lupis et ursis saeviores, quos ad tutelae praesidia curiose fuerant alumnati, iubilationibus solitis | et cuiuscemodi vocibus nobis inhortantur: 554

certe confertae F. 1., quod librarius ex sequenti versu repetiit. *consertae* B. R. Colv. Vulc. Merc. (neque vero in G. 1., ut adnotavit Oud.) *confectae f. conferre* D. *alliorsum* G. 1. *crassantes* G. 2. L. D. pro more. *circa nos* f. edd. ante Colv. *additum* G. 1. *tulere* edd. vett. *illi* pro *ulli* O. *nulli* G. 1. *comparaverant* Venet. 2. 4. Ald. Iunt. 1. ac. *ullum*, ut voluit Oud.

quas G. 1. π. perperam. *tunc* abest a B. *tunc forte* G. 2. P. f. δ. D. *tunc horte* F. 3. In cett. *forte tunc*. *praeteriebamus* ed. Patis. *rapidos* G. 1. 2. D. *saeviors* Vicent. Venet. 2. *tutelle* G. 1. *alumpnati* G. 1. 2. D. *sibilationibus* π. et pro Varia Lectione in F. 1., quod etiam N. Heins. ad Ovid. Met. III. 242. praefert. *huiuscemodi* R. f. edd. ante Colv. *huiusmodi* p. Iunt. 2. Colin. *voce nobis inhortantur quod* O. *voce inortantur nobis quod* G. 1. (neque *nort. nobis*, ut in Oud. excerptis erat, quae quid sibi velint non capio. *nobis* non comparet in D.

Ruf. I. 35. citat *timore inani*. cf. ad Met. III. p. 196. *paupertinam coenulam perfunctus*.

peiores inhaesimus laqueos. Alibi saepius noster hoc verbo usus id iungit ablativo cum aliis scriptoribus. Vel sic tamen nihil innovari velim, quia similibus compositis crebro accusativum apponit, ut *incubare, insidere, insistere*. Probat etiam Salm. ad Tert. Pall. p. 373. *humerum adhaeret*. cf. Intt. ad Virg. Aen. VIII. 124. [ad Prop. II. 25. 48. *cornua quam validis haeserit in laqueis*, unde perperam nostrum locum emendant, *coma haereret* probaturi. Plane diversa enim est utriusque loci ratio.]

Cap. XVII. *satis agentes*. Nonnulli praeferunt *satagentes*. Sed *satis agere* apud veteres, quod vulgo *satagere* cf. Gron. ad Plaut. Bacch. IV. 3. 23. *nunc agitas sat tute tuarum rerum*. [cf. Merc. II. 1. 4.]

canes rabidos et immanes. [Frequentissima est utriusque vocabuli in Mss. confusio, ut magnam litem saepius interpretibus excitarit. Quae mea sit de utraque voce sententia, accuratius exposui in recens. ed. Virgil. Forbig., quae inserta est Iahn. Annal. Philol. T. XXVI. fasc. 2. p. 156., ubi etiam de diversis significationibus actum est. Cf. praeterea Cort. ad Lucan. III. 235. VI. 66. Intt. ad Virg. G. II. 151. Ecl. II. 10. Burm. ad Aen. VII. 451. 493. ad Ovid. Met. I. 36. XII. 494. De canum *rabie* Fea ad Hor. Epist. II. 2. 75.] De sententia loci comparat Elm. Colum. de R. R. VII. 12: *Villae tutos eligendus est* (canis) *amplissimi corporis, vasti latratus canorique, ut prius auditu maleficum, deinde etiam conspectu terreat*, unde Pricaeus recte *immanes* ad mensuram corporis, non animi ferocitatem, id quod alii volebant, bene retulit.

inhilationibus solitis .... Recte Oud. lectionem *iubilationibus* eo defendit, quod ut *quiritare* de urbanorum clamore dicatur, sic *iubilare* rusticorum sit. cf. Varr. VI. §. 68. p. 99. [Gloss. Cyrill. p. 521. *χραυγὴ ἀγροίκων eiulatus, inbilatus*. Gloss. Vulc. 75. *inbilo ἀγαλλιάομαι, inbilum ἀγαλλίαμα*. Proprie *inbilatio* et *inbilare* significat argutum quendam sonum incondita voce et confusa editum, qui rusticorum proprius est cf. Fest. s. v. p. 77. *Inbilare est rustica voce inclamare*, ad quem locum cf. Intt. Hilar. in Psalm. 65. *Inbilum pastoralis agrestisque vocis sonum nuncupamus*. Calpurn. Ecl. VII. 3. Deinde de sonis inconditis, quos gaudio exsul-

qui praeter geminam ferocitatem tumultu suorum exasperati contra nos ruunt, et undique laterum circumfusi passim insiliunt, ac sine ullo dilectu iumenta simul et homines lacerant, diuque grassati plerosque prosternunt. Cerneres

geminam D. *exaspernati* F. 1. male cf. ad Met. VIII. p. 575. *circa nos ruunt* edd. vett. pro more suo, quod vix erat, cur Siewech. tam amplis verbis emendaret. *ac sine* F. 3. G. 1. 2. L. p. *d.* f. D. Iunt. 2. In cett. *et sine.* *dilectu* F. 3. G. 2. P. D. L. p. *d.* f. *π.* Wow. Pric. *diletu* G. 1. In cett. *delectu.* *denique crassati* L. et Brant. Cod., qui inde fecit *dique grassati* per tmesin i. e. *digrassati* coll. Plaut. Trin. IV. 1. 13 sqq. *Nam absque foret te, sat fero in alto distraxissent disque tulissent satellites tui me miserum foede* pro distulissent, dissipassent, ubi tamen *Disque* hodie scribunt. Lipsius margini adlevit *disque grassati.* Sed ob unius librarii errorem nihil est innovandum. *Crassati* etiam in G. 2. et D. legitur. *praesternunt* Vulc. 2. Kim. neque Lindenbrog. in coll. sua lectionem Vulc. 2. e cod. Florent. emendavit. *Cernerес* in G. 1. est a m. s. sed quid prius scriptum fuerit, discerni non licet.

tabundi edere solent. cf. August. Enarr. in Psalm. XCVII. 4: *Quia ergo viderunt, Iubilate Deo universa terra. Iam nostis, quid sit iubilare. Gaudete et loquimini. Si quod gaudetis loqui non potestis, iubilate, gaudium vestrum exprimat iubilatio, si non potest locutio,* quibuscum verbis cf. quae idem dicit in Enar. in Psalm. XCIX. 3. et 4: *qui iubilat, non verba dicit, sed sonus quidam est laetitiae sine verbis, vox est enim animi diffusi laetitia, quantum potest, exprimentis affectum, non sensum comprehendentis,* in Psalm. XLVI. 7. *quid est iubilatio, nisi admiratio gaudii, quae verbis non potest explicari.* XCIV. 3. *Quid est iubilare? Gaudium verbis non posse explicare, et tamen voce testari, quod intus conceptum est et verbis explicari non potest: hoc est iubilare.* CII. 8. *Quid est: Iubilate? Efferte vocem ineffabilem gaudiorum vestrorum et eructate in eum laetitias vestras.* LXXXVIII. 16. *Quid est, intelligas iubilationem? Scias unde gaudeas, quod verbis explicare non possis.* XXXII. 8. *Etenim illi qui cantant, sive in messe, sive in vinea, sive in aliquo opere fervente, cum coeperint in verbis canticorum exultare laetitia velut impleti tanta laetitia, ut eam verbis explicare non possint, avertunt se a syllabis verborum et eunt in sonum iubilationis. Iubilationis sonus* (ita enim legendum est, quum omnes codd. *sonus* tantum praebeant, omisso vocabulo quod idem antecedit. Editores interponunt *iubilum*) *quidam est ineffabilis, cor parturire quod dicere non potest.* Eadem sententia Front. Epist. ad M. Caes. IV. 5. p. 103. ed. Mai.: *venatoris aut vindemiatoris stadiolum, qui iubilis suis cubiculum meum perstrepunt* et ep. 6. p. 104. *Deinde uvis metendis operam dedimus et consudabimus et iubilavimus.*]

cuiuscemodi. Haec lectio fere semper in codd. diversissima ratione perturbatur, ut saepius etiam in Apulei codd. corruptam eam esse a librariis videbimus. Sed cf. Duk. ad Flor. III. 4. 2. Oud. ad Hist. B. Afr. 19, 36. ad Cic. de Inv. II. 44. [cf. Deder. Introd. ad Dict. Cret. p. L.]

inhortantur. [*Hortari* cum compositis vocabulum est eorum proprium, qui canes furibundos instigant. cf. Met. IV. p. 281. *canes venaticos ... ad comprimendam bestiam cohortantur.* cf. ad Met. IX. p. 662.]

undique laterum. [cf. Heins. ad Petron. 135. p. 836.]

passim ... sine ullo dilectu. [*Passim* h. l. idem est, quod sequens formula *sine ullo dilectu*, quam eiusdem sententiae repetitionem nonnullis exemplis illustrat Buen. ad Lactant. Institt. VII. 7. §. 6. p. 897. Gravior est librorum discrepantia inter *delectu* et *dilectu*, quod posterius optimi codd. praebent. Plura iam protuli ad Met. VII. p. 476, ubi *diligere* etiam pro *eligere*, *deligere* dictum esse apud veteres ex vocabuli natura demonstratum est. cf. Burm. ad Ovid. Met. X. 324. Intt. ad Fest. p. 406. Lind. Intt. ad Cic. Tusc. II. 11. T. I. p. 485. ed. Moser., qui ad loc. de Re-

non tam hercules memorandum, quam miserandum etiam spectaculum, canes copiosos ardentibus animis alios fugientes arripere, alios stantibus inhaerere, quosdam iacentes inscindere et per omnem no|strum commeatum morsibus 555
ambulare. Ecce tanto periculo malum maius insequitur. De summis enim tectis ac de proxumo colle rusticani illi saxa super nos raptim devolvunt, ut discernere prorsus nequiremus, qua potissimum caveremus clade, comminus

tamen hercules R. f. *me hercules* G. 2. D. L. *me hercules non tam* P. G. 2. in quo posteriore signis „ ante *me* et *non tam* positis indicatur, non *tam* ante *me hercules* esse ponenda. Alii *hercule* citante Oud. cf. Met. III. p. 180. *non tam hercules truculentam accusationem, quam meam miseram conscientiam. Notam hercules* Venet. 4. *miserandum spectaculum* L. R. f. p. P. Wow. Vulc. Mere. Florid. Pric. Ceteri codd. et edd. *etiam* agnoscunt. *et spectaculum* D. *et canes* L. (unde colligo, in eo scriptum fuisse: *spectaculum etiam.*) *capiosos* G. 2. φ. D. G. Voss. etiam e Ms. Lips. margini adscripsit *capiosos* et coniecit *rabiosos*, ut Sciopp. *et alios fugientes* L. *allios* G. 1. (bis). *aripere* G. 1. *arripere* exulat a δ. *inscindere* F. 1. 3. G. 2. D. B. edd. vett. *inscendere* O. π. et edd. post Colv. *insidere* δ. Quid ceteri codd. legant, Oud. non accurate discernit, quamquam ex eius verbis intelligi potest, in longe plurimis *inscindere* esse. In G. 1. de quo Oud. collat. omnino silent, scribitur *et per omnem nostrum comeatum quosdam iacentes inscindere morsibus ambulare. insē* D pro *insequitur. De summis emen* G. 2., quod posterius etiam P. et D. praebent. *et de prox. d. proxumo* F. 3. In cett. *proximo. rusticam* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *rusticum* D. *superne* pro *super nos* Iunt. 1. Ald. *super nes* Venet. 2. *devolvuntur* D. *volvunt* R. f. *requiremus* D. *qua potissimum cav. clade* F. 1. 3. G. 2. R. f. P. D. L. O. π. Vulc. 1. Wow. Colv. Pric. In G. 1. idem legitur, nisi quod pro *clade* ibi extat *cladem*. In cett. legitur *quam potissimum ... cladem.*

publ. I. 34. p. 141. discrimen utriusque vocabuli proposuit cf. eund. ad de Divinat. I. 45. p. 223. et ad Tusc. V. 25. T. III. p. 153. Deder. ad Dict. Cret. V. 11. p. 202., quo loco ex optimis codd. *multo dilectu* retinuerim. Apud Virg. Georg. III. 72. locupletissimi libri *dilectus* habent.]

etiam. [Particulam *etiam*, quae a plerisque codd. exulat, reposui, quippe quam in formula *tam — quam* vel interposito aliquo nomine scriptores posterioris aevi addere soleant. cf. Buen. ad Lact. Inst. V. 20. §. 9. p. 682. et Hand. Tursell. T. II. p. 559.]

copiosos. Rabiosos, quod pro *capiosos* emendari voluit Scioppius cum Vossio, ferendum non est propter molestam eiusdem sententiae repetitionem. *Copiosi* canes sunt *multi*, qua significatione hoc vocabulum praeceteris apud Plinium legitur. cf. Met. IV. p. 300. *Multi civium et advenae copiosi.* IV. p. 282. *canes feri satisque copiosi.* X. p. 716. *satis copiosis pulvillis.*

animis. [*Animi* pro *iracundia* sumi docent Intt. ad Ovid. Met. I. 165. ad Prop. I. 5. 12. Burm. ad eiusd. II. 4. 18. Barth. Advers. XXXIII. 22. p. 1543., qui nostrum locum citat, Orell. ad Arnob. III. 4 2. p. 181. et in Add. T. II. p. 468. Arnob. V. 2. *quibus modis conveniat iras eius atque animos temperare.* Deder. ad Dict. Cret. II. 36. p. 96. Et ita *animosus* pro *iracundo* legitur teste Non. s. v. *anima* p. 233. Forsitan emendari ita liceat locum Arnob. VI. 11., ubi pro *animantis* legere malim *animati.*]

inscindere. [Nec cum Beroaldo, qui *inscendere* e codd. aliquot praetulit, nec cum Oud. facere possum, qui ■ coniectura quamvis bona *insidere* dedit. Quamquam enim saepius *insidere* cum accusativo iungitur, cf. Graev. et Duk. ad Flor. IV. 7. Dr. ad Sil. V. 3. Liv. IX. 14. et Apuleius ipse nonnullis locis ita dicit, cf. III. p. 173 al., difficilior tamen mihi videtur altera lectio *inscindere*, quam ut emendetur vocabulo longe tritiore. *Inscindere*, quantum equidem scio, in usu non est apud veteres, ut ponendum sit, Apuleium hoc compositum formasse, qui accuratius instantem canum rabiem hominumque laceration-nem describeret, ad intima usque scissorum. De verbo *scindere* iam dictum est ad Met. VII. p. 482. Ita loquitur Ovid. Ib. 172. *Et scindent avidae perfida corda canes.*]

qua potissimum caveremus clade. Magna est interpretum de hoc loco disceptatio, quum omnes ad unum negent,

556 canum an eminus lapidum. Quorum quidem unus caput mulieris, | quae meum dorsum residebat, repente percussit. Quo dolore commota, statim fletu cum clamore sublato, maritum suum pastorem illum suppetiatum ciet.

CAPUT XVIII.

At ille deum fidem clamitans et cruorem uxoris abstergens altius quiritabat: Quid miseros homines et laboriosos viatores tam crudelibus animis inva-

caderemus Vulc. 2. Elm., quod in coll. mea F. 3. a librario diligentissimo non correctum est. In cett. *caveremus*, nisi quod *nequiremus* hic habet Iunt. 1. *comminus* D. *an ne minus* G. 1. *unus qui caput* f. *mulierem* pro *caput mulieris* p. B. edd. vett. usque ad Colv. *insidebat dorsum* δ. frustra. cf. Met. III. p. 176. *suggestum residentibus*. *dorsum meum* f. *percussi* Venet. 2. *quae dolore* δ. *stati fletu cum clamore* D. *tremore* pro *clamore* δ. f. Saepe tamen *flebilis clamor* cf. infra p. 561. *de fletu ac voce ipsius*. *sublatu* Vicent. *iret* pro *ciet* G. 1. in contexu, sed ut videtur ab eadem manu correctum est in margine *ciet*.

domini pro *deum*, quae corruptio frequentissima est ex contractione *dñi* nata. cf. Met. VII. p. 495., hic legitur in edd. vett., exceptis Venet. 4. Par. et Iunt. 2. *demum fidem* p. *Domini fidem* cum Oud. ne defenderim quidem non insanum esse, si quis de Caesare intelligat, cuius fidem implorare et per cuius genium obtestari veteres soliti sint coll. Met. IX. p. 674., ubi vide. *uxore* Coll. Voss. *abtergens* F. 3. Vicent. Venet. 2. *abigens* G. 2. D. P. L. φ. δ. *abicens* (non *abiiciens*, ut Oud. adnotat) G. 1. *abiiciens* O. π. teste Oud. *abiens* R. f. *curcitabat* pro *quiritabat* G. 1. π. *queritabat* δ. p. *quiritabat altius* f. *quod* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *quot* O. *laboriosa* ed. Beroald. corruptissime. *laberes* G. 2. D. P.

cavere aliqua re pro *aliquam rem* vel *ab aliqua re* unquam dici posse. Hinc emendarunt nonnulli *caderemus*, ut Ed. Vulc. 2. et Elm., alii *quam potissimum cladem*, alii ut Oud. probarunt lectionem G. 1. *qua* (i. e. qua parte) *cladem caveremus*. [Etsi equidem non negaverim, facilius omitti potuisse virgulam, qua *m* finalis littera in codd. indicatur, nec raro ita aberratum esse in codd., in hac tamen mira lectione non solum optimi quique consentiunt codd., sed repetitur ea Met. XI. p. 798., ubi cod. F. 1. *aviditate contumaciaeque cavere* praebet. Nec minus huc referri potest locus p. 552. *clunibus meis aggressionibus consulebam*. Ex aliis veterum locis demonstrare constructionem nequeo, quae tamen caussa non tanta est, ut contra codd. quid mutetur, nec altera persuadet ea, in ceteris locis Apuleium ubique vel dativum et praepositionem *a* vel accusativum posuisse cf. Met. II. p. 96. *Cave tibi a malis artibus*. p. 98. *haec tibi trepida cavenda censeo* et saepius.]

fletu cum clamore. [Male agunt, qui *clamore* emendant. cf. Deder. ad Dict. Cret. III. 8. p. 320, ubi tamen ex Mss. maluerim *gemitu magno clamorem tollunt*: De constructione cf. idem ad II. 20. p. 285.]

Cap. XVIII. *abstergens*. [Si modo unus locus afferri posset, quo *abtergo* legeretur, quantum mihi quidem constat, scripturam, quae optimis codd. et ceterorum depravatione commendatur, in textum recepissem. *Abiicens* enim vel *abigens*, quod longe plurimi libri praebent, ex compendiosa scriptura *abt̃gens* exortum esse potius existimo, quam ut cum Oud. ponam, revera ita ab Apuleio esse scriptum. Nam *abigere rem* is tantummodo dicitur, qui eam vi expellit ac removet, ut vix de marito usurpari possit de uxore dilecta sollicito. Idem probant exempla, quae Oud. protulit ex Macrob. Sat. III. 3., ubi Heins. corrigit: *scabies abigenda* et Petron. c. 89. *metus abigit lacrimas*. Nec minus improbum est, quod alii codd. legunt, *abicens* vel *abiciens*, quae vox saepius cum *abigere* commutatur; cf. Gierig. ad Plin. Pan. 76. De omissione syllabae *er* mediis in vocabulis supra iam actum est. cf. Dr. ad Liv. IV. 53. §. 11.]

Digitize

ditis atque obteritis? Quas praedas *munitis*? Quae damna vindica|tis? At non 557
speluncas ferarum vel cautes incolitis barbarorum, ut humano sanguine profuso gaudeatis. Vix haec dicta, et statim lapidum congestus cessavit imber, et infestorum canum revocata conquievit procella. Unus illinc denique de summo

invaditis atque obteritis F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. O. B. f. (qui tamen teste Rhaldo *obterritis* habet.) *π. d.* Ed. Iunt. 2. Colv. et seqq. Edd., cum antea ederetur *invaditis ac perterritis atque obruitis*, Grosl. et Stewech. *proteritis*. *Invaditis ac perterretis atque obruitis* B. teste Mod. ut etiam habet Ms. Incert. *invaditis, prosternitis atque obteritis* φ. *invaditis ac prosternitis atque obruitis* p. *invaditis, perteritis atque obruitis* B. teste Oud. *metuitis* pro *munitis* φ. Wow. Pric. et Florid. *initis* F. 1. *minuitis* L. P. Brant. *minutisque dampna* G. 2. D. Brantius inepte coniecit *innubitis* i. e. invaditis. *ac non d. cautos* G. 1. *in colibus* pro *incolitis* O. a p. m. *humano sanguine* L. *perfuso* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *vix hic d. denique* quod post *illinc* in contexta G. 1. non legitur, ab eadem manu, ut videtur, in margine additum est.

invaditis atque obteritis. Oud. praefert scripturam cod. B., quam ipse invenerat, *invaditis, perteritis atque obruitis*, quod posterius glossam esse negat, quum *perterere* ad casus, *obruere* ad lapides pertineat. Hinc mox etiam iungi *lapidum imbrem* et *canum procellam* et *lapidis* ac *morsus vulnera*, et *obrui* proprie dici de lapidibus coll. Curt. III. 4. 11. VI. 11, 10, 38. Met. X. p. 690. [Nihilominus optimorum codd. auctoritatem secutus restitui lectionem *invaditis atque obteritis*, cuius glossam puto esse *obruitis*, quamquam non negandum est *perteritis* mihi magis probari, ut si codd. addicerent, equidem in textu reponerem, quia longe rarior forma est *pertero*. Tam accurate vero haec sequentibus respondere, quam Oud. voluit, ego non affirmaverim. Eadem ratione dixit Dict. Cret. III. 6. *quum alios invaderet ac desuper procul cans obtereret*, ut cum codd. optimis legendum est.]

praedas munitis. Haec lectio quum Oud. propter librorum inconstantiam sententiaeque rationem corrupta videretur, emendabat ipse aut *punitis* i. e. nihil a vobis praedati sumus, ob quod nos *puniatis*, nihil *damni* vobis adtulimus, quod *vindicetis*, aut *punitum itis* coll. Gell. VII. 3. XII. 1. Salm. ad Tertull. de Pall. p. 106. Apul. de D. Socr. p. 162. *prohibitum ibat* [de qua constructione cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. p. 791. et 805 sq. Sed ingenue confitendum est, hanc emendationem mihi non sufficere. Desidero vocabulum, quod accuratius ad codd. lectionem *munitis* vel *initis* accedat. Vir doctus suasit, ut scriberem *multatis*, quae coniectura per loci sententiam omnium optime comprobatur, nunc vero malim *movetis* i. e. amovetis, quae vocis significatio Ciceroni est frequentior, ut sit, quas praedationes his lapidum iaculationibus amovetis contra nos agentes, qui damna vobis non intulimus. Neque enim rara est codd. discrepantia inter *munire*, *monere* et *movere* cf. Liv. II. 51. §. 7. *Metuitis*, quod codd. nonnulli habent, quum glossema mihi visum sit, cum aliis interpretibus in textum non recepi, quamquam ita omnis difficultas moveretur. *Munire* quod Colvius Plautinum nominat, comparans Mil. Glor. II. 2. 73., *Magnam illic homo rem incipissis, magna munis moenia*, defendi ita posse mihi non persuadetur, quum plane aliud sit *moenia munire*, aliud *praedas munire* i. e. *munire* ne surripiantur, neque vero *arcere, a praedis defendere.*]

illinc denique de summo cacumine cupressus. [Ita hunc locum explicandum esse, ut *illinc* pertineat ad *de summo cacumine cupressus*, quod quasi eius interpretamentum sit, exposui ad Met. VI. p. 391. *illic in domo*, ubi videas. p. 576. *illine de primo limine.* Unum tamen nunc me impedit, quominus hanc interpretationem, quae per se proba est, comprobem. Interposita enim est *denique* particula, id quod aliis locis, ubi idem pleonasmus conspicitur, non reperi, unde *illinc* potius pro *ab illa parte* i. e. *illorum* dictum hic esse affirmo.]

cupressus cacumine ad nos inquit: Non vestrorum spoliorum cupidine latrocinamur, sed hanc ipsam vladem de vestris protelamus manibus. Iam denique pace tranquilla securi potestis incedere. Sic ille. Sed nos plurifariam vulnerati reliquam viam capessimus, alius lapidis, alius morsus vulnera referentes, universi tamen saucii. Aliquanto denique viae permenso spatio, pervenimus ad
[210] nemus quoddam proceris arboribus consitum et pratentibus | viretis amoenum. Ubi placuit illis ductoribus nostris refectui paululum conquiescere, corporaque sua diverse laniata sedulo recurare. Ergo passim prostrati solo primum fatigatos animos recuperare, ac dehinc vulneribus medelas varias adhibere festinant.
558 Hic cruo|rem praeterfluentis aquae rore diluere, ille spongiis madidatis tumores

ad nos F. 3. G. 1. 2. P. O. R. f. L. O. d. Incert. Incett. *at nos*. *inquit Non* G. 1. 2. D. *cupidinem* f. *nostrorum spoliorum* ed. pr. Vicent. *protebamus* d. *procelamus* L. *capesseimus* G. 1. *capeseimus* Edd. vett. *morsu* Ms. nescio quis habet teste Oud. *virectis* F. 3. p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *uretis* G. 2. D. *pratentibus* F. 3. O. a m. p. *p̃tentibus* G. 2. D. *parentibus* Venet. 4. Paris. *pattentibus* G. 1. In cett. *patentibus*. *placet ductoribus meis illis* d. *deductoribus meis* φ. Verba inde ab *ubi* usque ad *nostris* desunt p. *refectui* habent F. 2. 3. G. 2. D. P. O. R. f. φ. p. d. Incert. Iunt. 2. Wower. Elm. et seqq. *refectu* F. 1. *refecti* G. 1. *quiescere* G. 2. *diversa* Venet. Iunt. 1. Ald. *recreare* φ. d. *passim* abest in D. *fatigati* f. *varias medelas* d. *praeter fluenti* G. 1. *praeterfluenti* O., quod poeticam quandam exprimeret dicendi rationem, ut per hypallagen ad *rore* esset positum. *deluere* G. 1. 2. D. O. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *ille* non comparet in D. *spongeis* G. 1. 2. D. d. *madidatis* F. 1. 3. Wow. Elm. Pric. Florid. *maditatis* Scriver. *macidatis* F. 2. φ. B. edd. vett. praeter Iunt. 2., quae habet *madidis*. *matidatis* p. *macedatis* G. 2. D. *inacidatis* R. f. π. Incert. et F. 1. P. B. (teste Elm.) *inacetatis* O. *inaceetatis* (non *maceedatis*, ut Oud. excerpta praebebant) G. 1. *marcidatis* d.

ad nos inquit. [Hanc lectionem, quae optimorum codd. est, intactam Oud. reliquit, quamquam mirum est, quod codices, qui *ad* antiquam istam, si ita dicere licet, scribendi rationem pro *at* fere nusquam alibi prae se ferunt, hoc loco tam constanter eam retineant. Quod si unus alterve codex ita variaret, scripturam non morarer, quae per se probam sententiam efficit, quum *at* particula orationem admirantis optime incipiat. Consensus igitur codd. me movit, ut lectionem *ad nos inquit* in textum receperim. De positione huius vocabuli cf. ad Met. I. p. 77. Dictionem *inquit ad aliquem* probat locus Modest. Dig. XXVIII. 10. 4. *Sic enim Helena ad Hectorem dicit: Ἀνὴρ ἐμεῖο κυνός.*]

protelamus. [De hoc vocabulo cf. Munk. ad Fulgent. p. 765. ed. Stav. Taubm. ad Plaut. Mercat. Argum. 12. p. 888. Vox est praecipue Comicorum et Afrorum propria cf. Tertull. de Spect. c. 1. advers. Marc. IV. 21. Fronto Epist. ad Caes. III. 3. *Sive sit iste Herodes vir frugi et pudicus, protelarei conviciis talem a me virum.* Intt. ad Fest. p. 595. Lindem. Non. p. 362.]

pratentibus viretis [De scriptura *viretum* cf. ad Met. IV. p. 238. *Pratentibus* quod in optimo cod. F. 3. aperte legitur, nonnullis aliis accedentibus, in textu reposui contra Oud., qui quamvis *pratensibus* coniiciat, scripturam tamen *patentibus* praefert. *Patentibus* explicant *longe apertis*, quod mihi quidem non probatur. *Pratentia vireta* sunt herbantia, herbascentia, et voc. eadem ratione dictum, qua *herbere* vel *herbare* Met. VII. p 473. Nam in *viretis* hanc notionem omnino non inesse quisque intelliget. *Prata* pro floribus, herbis poni, demonstratum est ad Met. I. p. 14. Sunt quae Apul. Met. IV. p. 238. nominat *laetissima.*]

adhibere festinant. Sequentes infinitivi commovebant nonnullos interpretes, ut exterminandum esse putarent verbum *festinant*, quod Oud. bene defendit, cuius exempla repetere longum est. cf. Met. VIII. p. 520. *festinat ad maritum suum demeare.*

madidatis. Mire hunc locum corruperunt librarii. *Inacidatis* i. e. aceto tinctis propugnant Roaldus, Sciopp. Corp. Epist. T. II. p. 52. et Elm. Aceto enim vulnera leniri ac dilui satis pro-

Digitized by

comprimere, alius fasciolis hiantes vincire plagas. Ad istum modum saluti suae quisque consulebat.

CAPUT XIX.

Interea quidam senex de summo colle prospectat, quem circum capellae pascentes opilionem esse profecto clama|bant. Eum rogavit unus e nostris, 559

fastiolis G. 2. *fasceolis* G. 1. L. *fascioli* Venet. 2. *vincere* G. 1. 2. D. Beroald. *salutis s.* in O. et G. 1. legi ait Oud., *scilicet* pro more suo explicans. At in cod. G. 1. quidem legitur *salutis suae s.*, sed hac ultima litera lineola obducta. *quilibet* f.

senes G. 1. *perspectat* G. 1. 2. D. P. p. f. edd. ante Colv. *cf.* ad VII. p. 493. Cort. ad Lucan. III. 88. *que circum* G. 1. *opiliones* Roaldus notulae suae praefixit, quasi ita in cod. vel editione legeretur. Equidem in nullo libro nec scripto nec edito inveni. *Opilionem* maiuscula littera initiali scriptum est in Vicent. ut nomen proprium. *oppilionem* G. 1. *proiecto* B. teste Klm., sed ex coll. Mod. *profecte*. *perfecto* f. Wasseus coniecit *perspicue* vel *prolixe*. N. Heins. ad Claud. in Rufin. I. 151. *ex professo* vel *professione* atque ita L. D'Orleans ad Tac. Ann. I. p. 17. Verum tam crebro auctor inserit vocem *profecto*, ut eam hoc quoque loco non ausim damnare, quae eadem est Oud. sententia. cf. Met. II. p. 55. *aurum ... matronam profecto confitebatur*. *Cum rogavit unum* G. 1. *rogabat δ*.

bavit Pric., qui hac de re conferatur et Intt. ad Petron. c. 136., licet ipse lectionem *madidatis* praeferat, quia non videantur illi, quorum fuga tam praeceps fuerit, acetum hic paratum habuisse, dum aquae, ad quam prostrati iacuerint, copia abundarit. Addit Oud., quod non usi sint hi spongiis ad vulnera aperta, sed modo ad *tumores comprimendos*, quod a cruore et vulneribus auctor distinxerit. Quamquam et hoc alias fiat aceto, oleo aliisque, quae parata habeamus. De verbo *madidare* comparat Gloss. Vulc. p. 84. *madido. ὑγραίνω* Barth. ad Claud. de R. Pros. II. 88. [Orell. ad Arnob. V. 1. Tom. II. p. 265. Arnob. I. 2. *neque coelum concutatur in nubila nec madidata ex imbribus arva subsidunt* (ita enim legendum est pro *succedunt*.)] At omnibus hisce veriorem esse cod. d'Orvill. lectionem *marcidatis*, sententia est Oud., quod voc. per emollitis sive succidis explicat, quum alias comprimere tumores *lana succida* veteres soliti sint teste Celso de R. Med. VII. c. 1. De voce comparat Gloss. *marcidat τήκει, τήκεται*. Neve quid intentatum relinquat, emendat etiam *malaxatis* ex loco Laberii apud Gell. XVI. 7. [cf. Dood. Syn. T. VI. 208. *Madidatis* mihi prae ceteris lectionibus se probat.]

Cap. XIX. *venui lacte*. Haec lectio est, quam optimi codd. prae se ferunt. Nec tamen spernendum est *venu*, quod in Florent. 1. legitur, cf. ad Met. I. p. 23., quamquam alibi *venui* formam Apuleius praeferat, ait infra p. 570. *venui frustra subiiciemus*. IX. p. 613. *venui subiiciunt*. [De hoc vocab. cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 865. Arntz. ad Plin. Panegyr. XXIX. §. 4., ubi forsitan ex cod. Voss. legendum est *venu habent*.] *Lacte* accusativi formam Oud. defendit coll. Intt. ad Auson. Technop. p. 496. Gronov. ad Gell. XIX. 8. Hard. ad Plin. XV. 16. XX. 71. eandem Petron. c. 38. Hygin. Astron. II. 43. et Seren. Sammon. 1079. vindicans; de nominativo *lacte* adiri vult Grammaticos, quos citavit P. Bondam. in V. Lect. p. 17. At ipse reponit *lactem*, de qua terminatione citat Voss. ad Catull. 63. 393. Taubm. ad Bacch. V. 2. 16., praesertim quod Apuleius infra p. 585. *et lactem et caseos* et p. 584. *hominum lactem* praetulerit. [Attamen haec me non commovent, ut hic contra optimorum Mss. consensum quid commutem cf. Förtsch. ad Voss. Arist. T. I. p. 353., qui de tri-

Digitized by Google

haberetne venui lacte vel adhuc liquidum vel in caseum recentem incoactum? At ille diu capite quassanti: Vos autem, inquit, de cibo vel poculo vel omnino
560 ulla refectione nunc | cogitatis? Au nulli scitis, quo loco consederitis? Et cum dicto conductis oviculis conversus longe recessit. Quae vox eius et fuga pastoribus nostris non mediocrem pavorem incussit. Ac dum perterriti de loci qualitate sciscitari gestiunt, nec est qui doceat, senex alius, magnus ille quidem,

habetne G. 2. D. aperte habet pro *habebatne*, nullo compendii signo addito. *haberentne* in Edd. Wow. et Pric. vitiose. *venu* F. 1. B. P. Z. *venii* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *lac* F. 1. R. f. ∂. B. *lactem* G. 1. 2. D. O. P. Z. In cett. *lacte*. *inchoatum* F. 2. 3. R. f. p. O. ∂. edd. vett. *incohatum* quod idem est, G. 1. *inchoatam* G. 2. D. *incoactum* B. L. P. Beroald. Vulc. 1. Merc. Wow. Florid. *coactum* F. 1. Vulc. 2. Scriver. *liquidem* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *ac ille* ∂. *poculo*. Ridicule novam vocem deminutivam *potulo* a *potu* format Stewech. ad Met. VI. p. 429. vocem *paniscus*. Recte se habet *poculo*, quod non modo scyphum, sed et ipsum illud quod bibitur significat: unde *poculentus*. cf. ad III. p. 180. *ulli* f. *nunc* non comparet in ∂. p. *non cogitatis* L. *At nulli* D., quod idem Lipsius margini adlevit, deleta interrogationis nota ex Plauto, ut videtur. At optime lectionem *an nulli* defendit iam Pricaeus, quod praecedant ubique sententiae interrogativae. *sitis* G. 1. *consideretis* (non *consideratis*, ut Oud. protulit) G. 1. *condictis* ∂. *conductus* Vicent. Venet. 2. *conversus* exulat a ∂. *et fugam* F. 1. *et non mediocrem* F. 1. quae emendatio necessaria erat, postquam corruptum erat in praegressis *et fugam*. Sed vox eius nondum incussit fugam pastoribus, at et vox et fuga eius incussit pavorem; remansisse eos quamvis trepidos videmus. Verba inde a *quae* usque ad *incussit* desunt p. *at dum* L. *siscitari* G. 2. D. *sicitati* G. 1. *scisitati* Bas. 1. *siscitatui* L. *gestirent* ∂., unde Oud. fabricatus est *seiscitatum gestiunt ire*. cf. supra p. 557. Brantius: *sciscitatu iri*. *docet*. *Senex* G. 1. 2. D.

plici huius vocis formatione accuratius disserit.]

incoactum. Plurifariam de hoc loco sentiunt interpretes. Colvius primus erat, qui lectionem *incoactus* pro *coactus* defendebat ex more Apuleii, composita cum praepositione *in* verba saepius pro simplici usurpantis, de quo usu aliquoties iam dictum est. Simplex *coactum* ediderat Vulc. Ed. 2., quem secutus est Scriver., quodque praetulit Burm., existimans *in* syllabam adhaesisse ex praecedente voce *recentem*. *Inchoatum* sive *incohatum*, quod bono sensu caret, pravo iudicio revocavit Elm., et ex quo ad Claud. in Rufin. I. 151. refingendum divinavit Heins. *recenter coagulatum*. Verum, praeterquam quod longius abit a scripta lectione, videretur mihi potius esse glossa, quam vera manus Apuleii. Oud. Colvii sententiam probavit, *cogere* demonstrans proprium esse hac in re vocabulum; coll. Burm. ad Nemes. II. 34. *cogendi lactis in usus*. Virg. Georg. IV. 35. Lactant. in Phoen. 99. [Haec sententia mihi quoque omnium videtur esse probabilissima. cf. Serv. ad Virg. Ecl. I. 82. *pressi lactis: emulcti et in caseum coacti*. Georg. III. 401. *nocte premunt: cogunt in caseos*. *Cogere* enim idem est, quod *constringere*. cf. Loers. ad Ovid. Trist. III. 11. 52. Facile vero interpretes in compositione *in* haerere poterant, quam quum negativam habere significationem putarent, hic ferri non posse sibi persuadebant. cf. Met. I. p. 56. Hanc primam syllabam vetustissimos codd. occupasse, ex corruptela *incohatum* bene potest intelligi, quae aliter explicari non posset. Erat quum ego *incoctum* emendarem, quod per usum et sententiam commendatur; cf. Colum. de R. R. VII. 8. §. 3. Primum *incoctum* mutabatur in *incoatum*, tum in *incohatum* et *inchoatum*. At Mss. lectionem retinui.]

magnus ille quidem. Beroaldus vocem *magnus* hic triplici ratione exponit, vel pro *magno natu*, vel pro *eo, qui est longi corporis*, vel *qui primatum tenet inter pastores*, quarum nulla Oud. comprobatur, quippe cui vox suspecta sit ita ratiocinanti: „Hoc intelligitur, vocabulum ultima significatione sumi non posse. Insigne aliquod tum addere debuerat auctor, unde appareret, comites Lucii vel ipsum id scire potuisse; quo accedit, quod ille non pastor erat huius regionis, sed viator, cui nepos itineris fuit comes. Si vero per *magno natu*

gravatus annis, totus in baculum pronus et lassum trahens vestigium, ubertim lacrimans, per viam proximat, visisque nobis cum fletu maximo singulorum iuvenum genua contingens sic adorabat:

CAPUT XX.

Per Fortunas vestrosque Genios sic ad meae senectutis spatia validi laetique veniatis, de|cepto seni subsistite, meumque parvulum ab inferis ereptum 561
canis meis reddite. Nepos uamque meus et itineris huius suavis comes, dum forte passerem incantantem sepiculae consectatur arripere, delapsus in proxi-

totusque B. et ex eo, ut puto, tacite Elm. edidit, quem de more sequuntur Scriver. et Florid. contra reliquos Mss. et Edd. geniumque Apulei. *lapsum* G. 1. O. *ô. f. lacrimas f.* D. *continua* pro *contingens* f. cf. Ded. ad Dict. Cret. II. 51. Gloss. p. 311. *adorabat* F. 3. G. 1. p. *f. ô.* edd. vett. usque ad Colvium, qui *adorat*, quod ceteri codd. habent, restituit. De hac temporum mutatione, quae librarios saepius offendebat, passim est monitum.

vestrasque O. *nostrosque ô. genies* G. 2. O. *gemies* G. 1. *gemines* D. *vallidi* G. 2. *decrepito* pro *decepto* Beroaldus coniecit, et in contextum receperunt Vulc. Ed. 2. Elm. Scriver., nec correxit in collatione F. 1. Lindenbrogius. *causi si* P. pro *canis*. *mei redite* G. 1. *sorte* Iunt. 1. 2. Ald. *passarem* G. 1. (in cuius margine a m. s. correctum est *passerem*) G. 2. D. *caritantem* (nec *caricantem* ut Oud. excerpta praebebant) F. 1. unde Oud. coniecit *garritantem*. *Incantarem* L. et Ms. Brant., qui emendavit *cantacem*. *Incaritantem* G. 2. *in caritatem* G. 1. D. *sepicule* habent codd. l. e. *sepiculae*, quod in edd. per Roaldum et Colvium receptum est. Veteres edd. habent *saepicule*, quod statim sequitur. *spicule* Beroald. *spiculae* Bas. 1. *abripere* G. 2. D. L. *conseeratur* G. 1. *consecratus* O. *consectatum* p.

interpreteris, ut contra *parvus* saepe corporis magnitudine, senecta tamen usurpatur de puero et *minor* de iuniore, ter idem repetiisset auctor *senex, magnus, gravatus annis*. Atque pro *procero* non ponitur haec vox nisi ridicule nonnunquam." Hae igitur caussae Oud. commovebant, ut *ignarus* emendaret. cf. Misc. Obs. Vol. III. T. I. p. 134. praesertim quum ipsi cum Pricaeo Apuleius locum Virgilii Aen. III. 591. ante oculos habuisse videretur: *Cum subito e silvis macie confecta suprema Ignoti nova forma viri miserandaque cultu Procedit, supplexque manus ad litora tendit.* Postea divinavit *magnis ille quidem gravatus annis*, ut *magnis* hic pro *multis* positum esset. Denique probat coniecturam Matth. Roveri *magis* sc. quam prior senex, de quo facta fuerat mentio. [Haec quamquam bene ab Oud. disputata sunt, nec a me afferri potest locus, quo *magnus* de procero homine dictum invenitur, tamen loci connexus flagitare videatur, ut huc referamus. Sequitur enim *gravatus annis, totus in baculum pronus*, ut de sene intelligendum sit, qui quamquam eximia erat toto corpore curvatus incessit.]

Cap. XX. *Decepto seni.* Male coniecturam Beroaldi *decrepito* in contextum receperunt editorum aliquot recentiorum, nec ullius assis est Brantii *defecto*. Egregie Pricaeus, cuius scrinia de more compilavit Floridus, multis exemplis docet, *deceptum* significare praeter spem et opinionem destitutum, orbum, privatum eo, quod ipsi carum erat pignus. Praeterea Oud. addit Burm. ad Petron. c. 115. Vell. II. 116. sua dict. ad Lucan. VIII. 61. al. Intt. ad Virg. Aen. IV. 17. [Plura dabunt Burm. ad Anthol. II. p. 38., qui nostrum locum accurate defendit, et Buen. ad Lact. Inst. VII. 16. §. 6. p. 947.]

genios. [De more veterum per genios iurandi; cf. Hansen. de Iureiurando Vett. c. 16. in Graev. Thes. Antiqq. T. V. p. 841.]

cani. [Gloss. Philox. p. 34. *cani πολιά.* Gloss. Isid. p. 684. *Kanifer. senex.* Ovid. Met. III. 516. VIII. 567. XV. 211. ad quos locos cf. Intt. Arnob. IV. 26: *senex Saturnus iamdudum ob-*

Digitized by Google

mam foveam, quae fruticibus imis subpatet, in extremo iam vitae consistit periculo, quippe cum de fletu ac voce ipsius avum sibi saepicule clamitantis vivere illum quidem sentiam, sed per corporis, ut videtis, mei defectam vali-
562 tudinem opitulari nequeam. At vobis aetatis | et roboris beneficio facile est suppetiari miserrimo seni, puerumque illum, novissimum successionis meae atque unicam stirpem, sospitem mihi facere.

CAPUT XXI.

Sic deprecantis suamque canitiem distrahentis totos quidem miseruit. Sed unus, praeceteris et animo fortior et aetate iuvenior et corpore validior, quique solus praeter alios incolumis proelium superius evaserat, exsurgit alacer,

fructicibus G. ?. D. Brant. Ms. *fluctibus* O. *fructibus* G. 1., quae corruptelae omnes ex vitiosa librariorum scriptura *fructicibus*, passim in libris obvia exortae sunt. *unis* L. *subpates* G. 1. a m. p. *sic fletu* pro *de fletu* vitiose Ed. Wower. et Pric. *ab voce* Elm. errore typothetarum. *istius ipsius* D., punctis voci *istius* subscriptis, quibus delendam esse vocem indicatur. *auxilium sibi* pro *avum sibi* B. edd. vett. praeter Iunt. ?. usque ad Colvium; postea Scriver., neque vero Elm., quem temeritatis falso insimulavit Oud. *anum* G. 1. *ovium* p. *clamitans* L. δ. f. *istum* p. *sententiam* Vicent. *corpus* G. 2. D. *me defectum* O. Per *i* dant vocem *valitudinem* Mss. omnes et Edd. praeter Floridi. *valitudines* D. *et roboris* desunt G. 1. *nobilissimum* f. δ. *novissimam* Colvii coniecturam recepit Scriver. et notae praefixit Pricaeus. Oud. non opus videtur ulla mutatione, quae nec latina sit. Quid enim significet *novissima successionis stirps*, ei ne constat quidem, *successionis novissimum* explicanti ultimum eorum, qui senis successores et heredes sint adeoque iam unicum sive unicam stirpem et prolem. Qua in re cum eo consentio. *at unicam* G. 1. *unicam spem stirpem* priore vocabulo punctis subpositis deleto D. *sospitem* B. f. *facile* δ.

detrahentis δ. *omnes quidem miserentur* ex glossa librariorum, qui *totos* per *omnes* interpretati sunt in B. et edd. vett. usque ad Colv., qui lectionem omnium codd. bene restituit. *iunior* in f. et nonnullis aliis, quos nominatim Oud. non protulit. *quisque* F. 1. *praelio* R. f. δ. et Ms. al. teste Colvio. *evaserit* f. *exsurgit alte alacer.* B. p. edd. vett. praeter Iunt. ?. usque ad Colvium.

situs canis. Tertull. advers. Nat. II. 12. *quive alii antiquitatum canos collegerunt.*]

foveam. Frigidissima est Pricaei quaestio, utrum foveam naturalem an feris capiendis factam intelligere debeamus, cui quaestioni vix erat cur Oud. responderet. Is vero naturalem vult accipi, quia nullus hic venationi locus, et sepi bene adiuncta sit fovea, qua agri discernantur a communi via, quaque prior opilio sciverit latere draconem. Fuisse frutices crescentes et vivos, non superiniectas foveae herbas, de qua adiri vult Dausq. et Dr. ad Sil. VI. 360. Idem Pricaeus pro *quae* substituit *qua* i. e. *qua parte*, quam emendationem Oud. tot exemplis confirmare non debebat.

avum. Contra nonnullos interpretes, qui *auxilium* praeferunt, hanc lectionem Oud. defendit ex more puerorum, qui in periculo praesertim invocare carissimos sibi soleant, quos credant sibi posse auxilium ferre. Sic Icarum cadentem clamare apud Ovid. Art. II. 91. *Pater, o pater auferor. Clamare* autem et *conclamare* cum accusativo personae pro elata voce nominare, vocare saepius inveniri non solum apud Apuleium sed etiam apud alios, coll. Ovid. Fast. III. 223. *Qui poterat, clamabat avum, tum denique visum*, Apul. Met. p. 563. *iuvenem frequenter inclamant.*

roboris. [*Robustus* saepe dicitur, qui virilem aetatem attigit, nulla ratione roboris habita, quae verba sunt Ruhnk. in Dict. ad Suet. Ner. c. 20. p. 320, quem cf.] .

CAP. XXI. *iuvenior.* In nonnullis libris legitur *iunior*, quae emendatio librariorum est figmentum, formam *iuvenior* nescientium. Cf. Serv. ad Aen. V. 409. Cort. ad Plin. Epist. IV. 8. Dr. ad Liv. V. 10. [Burm. ad Anthol. Lat. II. p. 489. et Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 685.]

Digitized by Google

et percontatus, quonam loci puer ille decidisset, monstrantem digito non longe frutices horridos senem illum impigre comitatur. Ac dum pabulo nostro suaque cura refecti sarcinulis quisque sum|ptis suis viam capessunt, clamore primum (563 [211]
nominatim cientes illum iuvenem frequenter inclamant, mox hora diutina commoti mittunt e suis arcessitorem unum, qui requisitum comitem tempestivae viae commonefactum reduceret. At ille modicum commoratus refert sese, buxanti pallore trepidus, mira super conservo suo renuntiat. Conspicatum se quippe, supinato illi et iam ex maxima parte consumpto immanem draconem

percunctatus δ. de more. *praecontâtus* Vicent. cf. ad Met. I. p. 73., ubi in ead. edit. *praecontato prètio*, quam lectionem nec hic nec illic defendere debebat Pricaeus. *quam loci* D. *cecidisset* B. et edd. vett. usque ad Colv. Oud. emendat *recidisset*. *mostrantem* G. 1. *monstrante* P. δ. *non longe* desunt G. 2. P. D. *fructices* G. 1. 2. D. *oridos* G. 1. *pigre* G. 2. P. D. *modo* B. habet teste Elm., cui obsecutus est Scriver. in edit. sua. At iam Oud. in coll. Mod. invenire *monstro* bene adnotat. [Errorem enim ita profectum esse video. Quum in textu legatur *nostro*, priorem syllabam lineola subnotavit Modius, adiiciens in marg. variam lectionem *mō* i. e. *mon*, unde efficitur vocabulum *monstro*. Elm. vero, qui contextus alteram syllabam neglexit, *mō* pro compendio habuit vocabuli *modo*.] *pabulo vix* P. *cura defecti* Venet. 2. *sarcinulis suis quisque* δ. *capescunt* G. 1. *clamorem* G. 1. *primum* F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. P. L. et edd. post Colv. In cett. *primo*. *clamore proprio nominatum* δ. *allum* pro *illum* B. *frequentes* Scriver. Amstel. *hora* F. 3. G. 1. O. π. δ. f. edd. vett. ante Colv. In cett. *mora*. Pro *commoti* placebat Groslotio *commoniti*. *mictunt* G. 1. 2. D. *ex suis* δ. *arcessitorem* F. 1. 3. O. π. δ. edd. recentt. *accersitorem* G. 2. edd. vett. post Beroald. *acersitorem* G. 1. D. *accesitorem* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *tepestivae* D. *comitas nefactum* G. 1. *ac ille* δ. de more. *commoratum* p. *moratus* G. 1. 2. P. D. O. δ. ob praecedentem eandem syllabam syllaba *cum* elisa. *buxanti* F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. P. f. p. π. δ. et edd. Colvio posteriores. Ceteri codd. et edd. *buxantique*. *bussanti* D. *servo* p. *renumptiut* D. *supinato* G. 2. D. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *etiam* pro *et iam* F. 3. G. 1. 2. D. *consumptu* G. 1. *consumpta* O.

pabulo nostro suaque cura refecti. Stewech. totum locum mendosum habens, refingit *pabulo nos nostrique sua cura refecti*, quod Floridus in interpretatione expressit et Oud. probavit, praeterea *dum pabulo vix nos nostrique sua cura refecti* coniiciens, eandemque sententiam fere omnes secuti sunt posteriores. [Ego licet ipse in hoc loco offenderim, tamen ita corrigi eum posse, vix mihi persuadere possum, quod ea emendatio seqq. *viam capessunt* minime respondet. Forsitan locus ita potest explicari, ut zeugmatis genus quoddam statuamus insolentius, et *refecti*, quod proprie ad *sua cura* pertinet, etiam ad *pabulo nostro* ea sententia referatur: Pastores diutius in viretis conquievere, et postquam se suaque vulnera curaverant novasque vires ad profectionem sumserant, et nos quoque iumenta satiata eramus, ut adiuvare iter pastorum possemus, capessunt cett. Pastores igitur pabulo iumentorum *refecti* apellantur, quia ita celerius in via progredi poterant. Nisi hanc explicationem probaveris nescio qui te expedias. Alioquin locus pro corrupto habendus esse mihi videtur.]

sarcinulis quisque sumptis suis. Oud. praefert lectionem cod. d'Orvill. *sarcinulis suis quisque*, quia in his *quisque* pronomini postponi soleat coll. dict. ad Hist. B. Afr. c. 31. *suo quisque loco.* Intt. ad Liv. VI. 13. *defectionem sui quisque populi* al. [Quam temerarie Oud. hanc emendationem proposuerit, ne alios aliorum scriptorum locos afferam, ex Apulei iam exemplis potest demonstrari. cf. Met. IV. 255. *quisque magis suae saluti quam domini consulebat opibus.* Apol. p. 561. *quod quisque in epistola sua*, licet ille saepius istum positum observet. Emendatio igitur est librarii, qui hanc pronominis positionem cognitam habebat.]

nominatim cientes. [cf. Buen. ad Lact. Inst. IV. 1. §. 10. p. 427.]

hora diutina. [*Hora*, quod defendi posse Oud. putat, explicans per longum tempus, equidem cum optimis codd. retinui, cunctis recentt. interpretibus in-

Digitized by Google

mandentem insistere, nec ullum usquam miserrimum senem comparere illum. Qua re cognita et cum pastoris sermone collata, qui eum prorsus hunc illum nec alium * locorum inquilinum praeminabatur*, pestilenti deserta regione, velociori se fuga proripiunt, nosque pellunt crebris tundentes fustibus.

madentem P. f. *mandantem* D. *nec illum* G. 1. f. M., quod si hic reponas, in fine est omittendum, ut fit a M. cod. *ullum* abest O. β. δ. Iunt. 1. 2. Ald. *nec miserrimum senem usquam* δ. *nec ullum usquam* p. *miserinum* F. 3. In cett. *miserrimum*. *comparare* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. *compare* p. Verba *qui usque ad praemin.* desiderantur in G. 1. 2. P. Q. D. β. M. π. δ. *eum* pro *eum* F. 1. *qui cum* ed. pr. Vicent. (in cuius marg. vir doctus emendavit *tum.*) *quietum* pro *qui eum* L. *quietem* R. f. p. *coquorum* F. 1. 3. p. f. *caecorum* Vicent. Venet. 2. *cecorum* ed. pr. In cett. *locorum*. *Inquilinum* ut nomen proprium littera initiali maiuscula in Vicent. extat. *praeminebat* F. 3. (Manus posterior verba *qui usque ad praemin.* atramento induxit, sed ita, ut legi etiamnunc queant. Unde colligi potest, hunc virum codicem contulisse alterum, in quo haec verba desiderabantur.) *praeminebantur* L. teste Colvio, Oud. vero *praeminabantur*. *praeminabatur* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. *praemittebatur* Venet. 4. Bas. 1. *praeminebatur* Ald. *praeminabantur* F. 1. B. Colv. Vulc. Merc. Wow. Elm. Pric. *perminebatur* f. *tundentes crebris tundentes fustibus* G. 2. Prius *tundentes* minio est deletum. *celerrime*. *Denique* Ita distinguunt edd. omnes vett. usque ad Colv., nec displicuit Pricaeo. Immo etiam δ. licet habeat *celerrimeque*, praecedentibus tamen nectit. *tondentes* δ.

vitis, qui *moram* praeferunt, quae eadem est Stewechii coniectura. At glossema mihi hoc vocabulum potius videtur esse librariorum, qui quomodo *hora diutina* nominari posset, non intelligebant. *Hora* hic pro tempore in universum dicitur, horae spatium fere continente, et *diutina*, quia hoc tempus superasse videbatur absentia comitis, diutius iam sodalibus desiderati.] .

nec ullum .... illum. [Oud. sententia est, *illum* aut in orationis initio esse cum aliquot codd. legendum, aut si *ullum* retineatur, in fine esse omittendum, qua opinione demonstravit, se loci structuram non percepisse. Ut enim dici potest *nullus video* pro *non video*, ita hic ponitur *nec ullum comparere senem illum* pro *neque comparere senem illum*, qua dictione nihil clarius potest cogitari. cf. infra ad Met. IX. p. 651. Met. VII. p. 480. *nullus desinebat puer.*]

miserrimum. [Erunt qui me vituperent, quod qui religiosissime lectiones Florent. 3. sequi soleam, *miserinum*, quod in F. 3. aperte legitur, in textum non receperim, quum neque per analogiam nec per sententiam hoc vocabulum possit improbari. Quod lubenter fecissem, nisi aberratio librarii facilior esse posset, quam ut pro genuina lectione hanc vocem venditarem. Scriptum enim erat *miserimum*, quam scribendi rationem etiam G. 2. et D. prae se ferunt, unde facillime *miserinum* corruptum est. Nec Barthius nec Brantius, qui inaudita quaeque, etsi ex vitiis librarii bene explicari possint, ubique defendunt, hoc vocabulum tuentur.]

hunc illum nec alium. [Constructio loci, quae tot interpretes vexavit, ea est: Pastor praeminabatur, eum (sc.) draconem nec alium locorum hunc illum inquilinum esse i. e. Praeminatus erat opilio, draconem eum illic latere inquilinum eorum locorum. Quam sententiam qui non intellexere interpretes, *eum* expulerunt, ut Palat., alii aliter locum constituerunt. Primum consideranda est lectio Florent. 3. *praeminebat*, quae mihi quidem sana videtur esse, quamquam ratiocinatione nec exemplo eam possum confirmare. *Minor* enim primum significare *eminere*, *prominere* praeter alios apertissime confirmat locus Silii IV. 2. *et saxa minantia coelo.* cf. quos reliquos afferunt lexica. Ita *minae* proprie eminentias murorum, *pinnas* notant, postea vero utrumque ad metum transfertur per verba et signa territantia incutiendum, unde apparet, quam arcto vinculo hae significationes inter se coniunctae sint. Idemque puto in vocabulum *praeminere* cadere posse, quod proprie *eminere*, dein vero ex analogia non absurdum est etiam *praeminari* significare. Quod si posueris, lectio *praeminebat* proba est, quae eo magis mihi videtur singularis esse,

CAPUT XXII.

Celerrime denique longo itinere confecto, pagum quemdam accedimus, ibique to|tam perquiescimus noctem; ubi coeptum facinus oppido memorabile 564

pagumque perquievimus p. *quiescimus* L. *mihi* F. 1. p. edd. ante Colv. *inibi* Beroald. et Scriv. Edd. In cett. legitur *ubi*. *ceptum* inveni in F. 1. 3. G. 1. 2. B. D. *coeptum* in edd. vett. et alterutrum in cett. codd. legi, adnotat Oud. *compertum* vero extat Vulc. 2. Wow. et seqq., quae Beroaldi coniectura est.

quod idem vocabulum V. p. 355. sine ulla librorum discrepantia legitur et lectio cod. L. *praeminebantur* cod. Florent. auctoritatem confirmat. Sin vero audacius ita dictum videtur, forsitan coniectura *praeminabat* loco mederi poteris. *Mino* enim pro *minor* usurpasse veteres, testis est Priscian. VIII. 6. Tom. I. p. 379. Krehl.: *mino* et *minor*, *minito* et *minitor*, quamquam nullum huius usus exemplum protulit. Hanc igitur lectionem quippe longe faciliorem et codd. cett. vestigiis quam proxime accedentem in textu reposuissem, ceteras ut *praeminabantur*, *praeminabatur* reiiciens, quae glossae tantum genuinae manus mihi videntur esse, nisi coniectura tantum niteretur, et lectio *praeminabatur* a codd. confirmaretur. Deinde offensioni est scriptura *cocarum* pro *locorum*, quam constanter optimi codd. praebent. Hinc omnium adhuc optime Oud. coniecit *tesquorum*, quae horrida erant et deserta loca, quorum genium et inquilinum fingere poterat draconem. cf. Dr. ad Sil. VI. 288. Intt. ad Prop. IV. 9. 34. Doed. Syn. T. VI. p. 368. Apul. Florid. II. p. 42. *quoniam nullus in tesquis suis fructus est*; III. p. 82. *et merulae in remotis tesquis fringultiunt*. Sed quia semper asperas et desertas regiones *tesqua* significant, hic mihi vocabulum minus aptum videtur esse, quum haec regio amoenissima et viretis circum consita in praegressis describatur, ut si incultum fuisset et horridum draconis latibulum, sine dubio Apuleius hoc accuratius denotasset. Qui vero locus sanari possit, nunc in mentem non venit, unde in medio eum relinquo. Asteriscis igitur locum insignivi. De pronominibus *hic ille* cf. Intt. ad Virg. Aen. III. 558. IV. 675. VII. 255. 272. ad Tibull. I. 3. 93.]

Cap. XXII. *ubi coeptum facinus.* Quum ita optimi codd. praebeant, non dubitavi id in textum recipere. *Coeptum* quod multi non intelligebant, coniecturis sanare studuerunt, ut Colv., qui *spectum* i. e. *conspectum* voluit, adscitis aliquot exemplis, quibus simplex hoc vocabulum defenditur. cf. Fest. s. v. p. 147. 257. 264. 700. et 716. Lindem., et Brantius, qui vel *ceptum* pro *perceptum* intellexit, vel *acceptum* emendavit et Beroaldus, qui perperam *compertum* restituit. *Coeptum* et *inceptum* passim dici de re audaci, nefaria et magni momenti, bene Oud. post Colvium pronuntiat. coll. Donat. ad Eun. V. 6. *incipere magnorum facinorum est.* ibid. 4. 45. *Facimus mediocria, incipimus ingentia* ad Phorm. I. 3. *Incipere, proprie quasi de magna re dixit.* [Ruhnk. ad Ter. Andr. I. 3. 13. Don. ad Eun. V. 8. 5. Burm. ad Vell. II. 68.] *Inibi* pro *ubi* cum Beroald. et Scriver. praetulit Oud., quod ei propius ad lectionem cett. codd. *mihi* accedere videretur, nonnulla Apuleii exempla afferenti, in quibus idem vocabulum legitur. cf. Met. I. p. 67. VI. p. 413. [Eckst. ad Arist. T. III. p. 998. Hand. Tursell. T. III. p. 382. Nec raro haec vox in codd. corrupta est, quia insolentior erat. Ita emendandum puto Front. ad Caes. Epist. II. 15. p. 60. ed. Mai. *Deinde ibi sic oves multae conglobatae adstabant, ut locis oviariis* (cod. *locus solitarius*) *et canes quattuor et duo pastores, sed nihil praeterea. Tum pastor unus ad alterum pastorem, post-*

Digitized by Google

narrare cupio. Servus quidam, cui cunctam familiae tutelam dominus permiserat suus, quique possessionem maximam illam, in quam deverteramus, villicabat, habens ex eodem famulitio conservam coniugem, liberae cuiusdam
565 extrariaeque mulieris flagra|bat cupidine. Quo dolore pellicatus uxor eius

cupido L. P. et edd. inde a Colv. In cett. *cupio*. Brant. coniecit *cupitio*. *tutella* G. 1. *commiserat* F. 1. Elm. Scriv. Florid. *permiserat suus dominus* R. f. *d*. A primis et p. abest *suus*. *illam maximam* edd. Colv. priores. *in qua* F. 1. R. f. Venet. 4. Paris. Bas. 1. Scriv. Frustra. Cic. de Invent. II. 4. *in eandem tabernam deverlissent*. *diverteramus* pro more inveni in G. 2. D. et omnibus edd. vett. *familitio* G. 1. 2. D. *d*. cf. ad Met. II. p. 84. *coniugam* G. 1. 2. P. O. p. φ. B. Vicent. Beroald. Basil. Colin. et Scriver. In cett. *coniugem* praeter D., qui habet *coniugalem*, syllaba *le* punctis subscriptis deleta. *liberam* f. *extraneae* L. O. *d*. et edd. post Colvium, excepta ed. Scriver. *extrane que que* G. 1. *exciturageque* f. In cett. *extrariaeque*. *flaglabat* D. *uxore* Iunt. 2.

quam plusculos equites vidit: viden inibi [Ms. *videbitibi*] *istos equites inquit*. Ego ex optimis codd. nostro loco - *ubi* retinendum esse duxi.]

cui cunctam familiae. [Intelligit *actorem* servum, cui rerum omnium summa commissa erat, quique villicis rebus et domesticis actionibus praepositus honestissimo prae servis reliquis loco et gradu fuit, id quod multis exemplis exponit Popm. de Oper. Serv. in Polen. Suppl. Thes. Ant. T. III. p. 1327. d'Orvill. ad Charit. II. 2. p. 296.]

permiserat. Hanc lectionem, quam cod. Florent. 1. secuti Elm. Scriver. et Florid. in *commiserat* mutarunt, bene defendit Oud., demonstrans *permittere* dici de plena potestate, quam illi ad tutelam domus dominus tradiderit coll. Met. IV. p. 250., ubi perperam Pricaeus *permissa* praetulit, Interp. ad Caes. B. G. V. 3. Munk. et Burm. ad Ovid. Arg. Fab. p. 59. Apul. Met. IX. p. 645. *senex claudus, cui nostra tutela permissa fuerat.* Virg. Aen. IV. 104.

villicabat. Vilicare neque *villicare* scribi iussit Wasseus, qui ita in Caton. Mss. et Gloss. aliisque codd. vetustissimis legisset. At recte Oud. monet, non modo libros sed etiam lapides in huius vocis orthographia variare, quam rectius puto propter etymon duplici littera scribi. cf. Oud. ad Suet. Claud. 38.

coniugem. [Quamvis bona sit plurimorum codd. lectio *coniugam*, tamen pro glossemate habuerim docti librarii, qui ex aliis Apuleii locis eandem formam cognoverat. cf. Met. VI. p. 388. *Iovis germana et coniuga.* IX. p. 620. *coniugam*, ubi optimi codd. in ea forma consentiunt, de qua Oud. excitat Salm. ad Solin. p. 130. Auct. Miscell. Obs. Vol. II. T. III. p. 395. Eadem vox legitur apud Mart. Capell. I. §. 4. p. 18. *Ope coniuga.* At ex optimis codd. rem esse diiudicandam existimo, qui hoc quidem loco *coniugem* retinent, quae scriptura etiam aliis locis servatur, ut Met. V. p. 364. de Psyche: *teque coniugem meam feci.* p. 370. *accipe me, dicens, Cupido, dignam te coniugem.* Ex hoc loco intelligi potest, quam male agant ii, qui *conserram* servi esse coniugem proponunt, id quod iam demonstravit Rost. Quaest. Plaut. T. I. p. 69. Sententiam nostri loci interpretatur Tertull. ad uxor. II. 8. *Nonne etiam apud Nationes severissimi quique domini et disciplinae tenacissimi servis suis foras nubere interdicunt, scilicet ne in lasciviam excedant, officia deserant, dominica extraneis promant?*]

extrariaeque. Contra aliquot codd., qui *extraneae* praebent, hoc vocabulum Oud. bene defendit, demonstrans idem esse, quod non domesticum, alienum: coll. Comment. ad Suet. Vesp. c. 5. Saepius vero ita variare codd., ut apud Cic. de Invent. II. 26. [Apud Apuleium haec vox non raro in usu est cf. Apol. p. 422. *et lumini extrario mixti atque uniti.* p. 492. *quibus vel extrarius arbiter adsistat.* p. 541. *si extrario nupsisset.* p. 559. de Dogm. Plat. II. p. 237. de Deo Socrat. p. 123. Florid. p. 85. et p. 87., quibus duobus postremis locis Mss. eadem ratione discedunt.]

instricta, cunctas mariti rationes et quicquid horreo reconditum continebatur, admoto combussit igne. Nec tali damno tori sui contumeliam vindicasse contenta, iam contra sua saeviens viscera laqueum sibi nectit, infantulumque, quem de eodem marito iam dudum susceperat, eodem funiculo nectit, seque per altissimum puteum appendicem parvulum trahens praecipitat. Quam mortem dominus eorum aegerrime susti|nens, arreptum servulum, qui caussam tanti 566

instricta F. 3. G. 2. P. D. L. R. *f. d.* p. Incert. B. ed. pr. Iunt. 2. Bas. Colv. et seqq. In Bas. 1. est *instricta* (et in marg. *intricta* vel *instructa*. *instincta* F. 1. Ald. Iunt. 1. Colin., quod idem vir doctus emendavit in marg. ed. Vicent. meae. *instructa* G. 1. O. Vicent. Venet. 2. *quicquit* G. 1. *ammoto* G. 2. D. *combuxit* G. 1. D. *comburit* B. *vindicasse contumeliam* ordine converso G. 1. *d. circa sua* solita aberratione edd. vett. praeter Iunt. 2. *nectit inf.* G. 2. *susceperat* G. 1. *functo* P. pro *funiculo*. *per altissimum* F. 1. (texte Elm., sed in Lindenbrog. excerptis et *per praealtissimum*) 3. G. 1. 2. L. O. P. D. R. *f. d.* p. In cett. *in praealtissimum*. *in peraltissimum* Dr. ad Liv. XL. 21. §. 3. *ad pendicem* F. 3. *subsistens* Venet. 2. *parvulum* pro *servulum* O. a m. p. *arreptum servulum eius* contra tritissimas grammaticae regulas edd. ante Colvium.

instricta. [Magna virorum doctorum de huius loci vera lectione disceptatio est, quum codd. inter scripturas *instricta*, *instincta* et *instructa* varient, quas codd. aberrationes etiam alii saepius observarunt; cf. Intt. quos nominat Buen. ad Lact. V. 9. 6. p. 610. Oud., qui cum Pricaeo lectionem *instincta* multis exemplis tuetur, *instricta*, quod optimi quique libri praebent, eo nomine refutat, quod ubique sit *obdita* et *vincta*, neque vero *tacta*, *perculsa*, *perstricta*, quam explicationem Colvius cum aliis praetulit. Ne vero longus sim, locos proferam, ex quibus id significare vocabulum patebit. *Stringere* enim non solum est leviter tangere sed tangendo laedere et vulnerare apud Ovid. Trist. II. 349: *Sic ego delicias et mollia carmina feci, Strinxerit ut nomen fabula nulla meum.* ibid. V. 6. 21. *Quam tua delicto stringantur pectora nostra.* Sed plane alia mihi hoc loco videtur esse huius vocabuli notio, arcte premendi, quae omnium est usitatissima. Si vero Senecae licuit dicere Octav. 103: *Orbata fratre, miseriis, luctu obruta, Moerore pressa* et Virgil. Aen. III. 47. *formidine pressus*, quidni Apuleio, *dolore instricta* de muliere, quae pellicatus infamia ita opprimitur, ut qui ultionem sibi paret nesciat. Huc accedit, quod vocabulum *instrictus* tam raro in usu est, ut facilius hoc quam reliqua a librariis commutari potuerit. Alia vero ratio est loci Met. IX. p. 627. *tutelae nimietate instinctus atque inflammatus*, ubi peioris notae Mss. *instrictus* praebent, et de Dogm. Plat. II. p. 221. *instinctae ad ardorem*, quo loco edd. *instructae*, viri docti ex coniectura *instinctae* legunt. At utroque loco *instrictus* ne per sententiam quidem probari potest.]

viscera. [*Viscera* pro liberis illustrant Cort. ad Lucan. l. 3. Buenemann. ad Lact. VI. 20. §. 21. p. 817. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. XI. 90. p. 70. Intt. ad Ovid. Met. V. 18. VIII. 477.]

laqueum sibi nectit. Oud. Brantii coniecturam *plectit* reiiciendam esse negavit, quia illic subderetur *infantulumque eodem funiculo nectit*, odiosissima eiusdem verbi repetitione, ab Apulei stili aliena, qui amaret in hisce synonyma quidem, vel per varias praepositiones distincta, non eadem simplicia verba. Sed ipse dubitavit, an unquam *plectere laqueum* quis dixisset veterum; cf. quae dixi ad Met. IV. p. 199. Itaque mavult, prius *nectit* deleri vel emendari *nexili* ex Met. V. p. 351. *laqueo nexili suspendam*. [At quis dixerit *laqueum sibi nexilem infantulumque eodem funiculo nectit?* quae loquendi ratio ne per leges quidem grammaticas ferri potest. Perperam Oud. offendisse in hac quam dicit molesta repetitione, probant loci, quos adtuli ad Met. IV. p. 181.]

Digitized by Google

sceleris uxori suae praestiterat, nudum ac totum melle perlitum firmiter alligavit arbori ficulneae, cuius in ipsa cariosa stipite inhabitantium formicarum
567 nidificia borriebant, | et ultro citro commeabant multiiuga scaturrigine. Quae

luxurie suae (non *luxurie sua*) B. et p. pro *uxori suae*. *luxuriae suae* edd. vett. *illitum* L. Colv. Vulc. 2. Merc. Wow. Pric. *perlinitum* f. *mellem* G. 2. *perligavit* B. Unde Scriverius haud male edidit *praeligavit*, quem sequendum fuisse putavit Oud., si *per* in pluribus codd. fuisset. *colligavit* F. 1. *etiam ipso* p. *ipsa* G. 1. 2. D. L. P. O. *d. f.* Wow. Pric. In cett. *ipso*. *cariosa* F. 3. G. 1. 2. P. O. L. P. *d. f.* p. Wower. Pric. In cett. *carioso*. *stipe* G. 2. D. O. p. In cett. *stipite*. *inhabitantes formicae* G. 1. D. P. π., omisso *nidificia*. *inhabitates formice* G. 2. *nidifici aborriebant* F. 3. *abhorrebant* G. 2. D. P. (teste viro docto in marg. ed. Colv.) *aborebant* G. 1. *aberrabant* O. π. *burrio* p. *burriebant* F. 1. (in marg. *bulliebant* Lindenbrog. coniecit, quam lectionem e cod. F. adnotavit vir doctus in marg. ed. Colv.) et edd. praeter Iunt. 1. 2. Ald. Colin. Bas., quae habent *bulliebant*, quod idem legi maluit vir doctus in marg. ed. meae Vicent. *commeabat* B. teste Elm.; at in coll. Mod. nihil aditum est. *ultro citro* F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. In cett. *ultro citroque*. cf. ad Met. I. p. 26. *multivaga* φ. *d.*

in ipsa cariosa stipite. Cum viris doctis hanc lectionem comprobo, licet exemplum alterum a nemine usquam repertum sit, quo *stipes* feminino genere legitur. Oud., qui alioquin in Apuleium non ea qua par erat religione consuluit, femininum nihilominus retinens, legendum esse *stirpe* autumavit, quod vocabulum de arbore cum diceretur, aeque masculino ac sequiore genere usurpatum esse demonstravit ex Virg. Aen. XII. 208. et Grammat. in notis Heins. ad Prudent. Psychom. V. 879. Intt. ad Plin. VIII. 26. 40. [cf. Non. p. 227. Peerlk. ad Horat. Carm. III. 29. 37. p. 359. Equidem femininum retinui, quod hic optimi quique codd. agnoscunt. Ne quid tamen dissimulem, mirum est, quod in Florent. 3. et Pith. *ipso cariosa* legitur, quae res me diutius in dubium vocabat, utrum legendum esset. Ob ceterorum vero codd. constantiam ad femininum inclinavi.]

borriebant. Id vocabulum, quod videndum est ab Apuleio nove esse fictum ad exprimendam concursationem, quae apparet in formicarum nidificiis, et scaturiginem, qua una super aliam ruit, magnas molestias creavit interpretibus. Beroaldus emendavit *bulliebat*, cui favet vox sequens *scaturrigine* et locus G. Britonis in Phil. I. 637. de formicis: *Nunc huc nunc illuc discurrunt ordine nullo, Fragmina cellarum studio reparare frequenti Certantes, caveis simul ebullire videres.* In eo tamen erravit Beroaldus, quod de sono formicarum intellexit, quem nescio an unquam quis audiverit. Pricaei vero coniectura *oberrabant* duplici de caussa displicet. Si enim *nidificia* in quarto casu sumas, verbum caret recto casu, unde pendeat. Neque ipsa *nidificia formicarum* dici queunt *oberrare* et *commeare*. Ex codd. igitur Pal. Guelf. et Par. scripturis Oud. lectionem conflavit: *cuius in ipso carioso stirpe inhabitantes formicae nidificia* vel *mira nidificia oberrabant et ... commeabant* vel etiam, *inhabitantium formicarum turba nidificia oberrabant.* Coniunctionem enim syllabarum *urba oberra* et pluralem numerum singulari subiunctum corruptioni occasionem potuisse subministrare. [Melius tamen ii fecisse mihi videntur, qui *burriebant* onomatopoëticum esse volunt, ut Barth. Advers. XXXVI. 13. p. 1654. et Soping., qui glossas inde emendat: *burdit ψήφιζε, γαυριᾶ*, legens *burrit*, quod perperam fecit, quia *γαυριᾶν* nullum locum habet in *burrire*. Voss. in Etymol. monet graeci vocabuli *βύρμαξ*, quod Hesych. *μύρμηξ* explicat, et inde factum esse latinum *burrire*. Novissimis temporibus Doed. Synonym. T. VI. p. 43. *burrire* defendit his verbis: *burrire* wimmeln von *βρύω* wie *bullio* von *βλύω*. Ego vocabulum item comprobans ex codd. reposui *borriebant*, ad quam scripturam codd. magis inclinant, quam ad *burriebant*.]

multiiuga scaturrigine. Contra Fulv. codd. auctoritatem Pricaeus vulgatam lectionem optime defendit. Non ita vagantur formicae circa nidum, sed uno

simul dulcem ac mellitum corporis nidorem persentiscunt, parvis quidem sed numerosis et contiguis morsiunculis penitus inhaerentes, per longi temporis cruciatum ita carnibus atque ipsis visceribus adesis, homine consumpto, membra nudarunt, ut ossa tantum viduata pulpis nitore nimio candentia funestae cohaererent arbori.

CAPUT XXIII.

Hac quoque detestabili deserta mansione, paganos in summo luctu relin-

semel pro *simul δ*. *dulce* P. *nitorem* G. 1. Bas. Colv. Merc. Vulc. 2. *praesentiscunt* G. 2. D. *parvulis δ*. *sed* non comparet in G. 1. 2. P. O. D. *morsiunculis* Tollius maluit. cf. Plaut. Pseud. I. 1. 65. *molles morsiunculae*. *inarantes* pro *inhaerentes* Brantius perperam omnino et inepte coniecit. *perlongi temporis cruciatu* F. 1. *abesis* G. 1. 2. P. L. *δ*. f. *absis* D. *adesione hominis* B. teste Kim. Sed simpliciter extat *adesione* pro *adesis homine*. *membris nudarunt* f. In excerptis Boald. Oud. ex f. et R. legit *membra nudant*. *et ossa* O. *tantum* F. 1. 3. G. 1. 2. R. f. O. p. *δ*. B. et edd. vett. Basilienst priores legunt, quod bene Kim. et Pricaeus vindicarunt. In cett. *tamen*. *nitore animo* P. *nitore candentia nimio* f. *funesta* D. *choererent* D.

tramite procedunt suamque servant callem. Iam autem *scaturrigini* egregie convenit *iugis*, quod crebro iungitur aquae, fonti al. cf. Oud. ad Hirt. B. G. VIII. 16. Miscell. Observ. Vol. VI. p. 564. [Intt. ad Horat. Epist. I. 15. 16. De formicarum sedulitate cf. quae dixi ad Met. VI. p. 400. et Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 455.]

visceribus adesis. Nihil mutandum est in hac lectione, ut Brantius voluit, *ambesis* vel *obesis* legens. Frequens enim illa in scriptis aberratio, ut Met. IX. p. 617. *palpebras adesi*. cf. Broukh. ad Prop. IV. 7. 9. ad Nemes. IV. 11. Heins. ad Ovid. Amor. I. 15. 41. Nec assentiendum est eidem ad Ovid. Met. XIV. 208., ex cod. Bert. lectione emendanti *omnino consumpta membra nudarunt*. Nam quaeso, quomodo possunt *nudari membra*, quae *consumpta* sunt? Quod si *membra* bene se habeat, coniungenda sunt *carnibus* et *visceribus adesis membra nudarunt* sive artus spoliabant iis, quamquam Oud. dictionis difficultatem sentiens *hominem consumptum membris nudarunt* coniicit, ut per *hominem* Apuleius intellexerit *omne quicquid carnis est*; coll. Lucan. IX. 769. Mart. de Spect. 7. [De *adedere* cf. Intt. ad Ovid. Met. XI. 783. Cort. ad Lucan. VI. 267. Locum prius iam defenderat Oud. in Misc. Observ. Vol. III. T. I. p. 135. De notione vocis *viscera* cf. Doed. Syn. Tom. V. p. 144 sq.]

Cap. XXIII. *summo luctu*. Offendunt fere omnes interpretes in voce *luctu*, in quo cur fuerint pagani ob improbi istius servi poenam non admodum recentem non vident, nisi fuerint ob detestabile spectaculum. Itaque Brant. reponi iubet *in summo lucu* pro *luce*, cui adversatur Pricaeus, non *lucu* sed *luci* in Terent. Plautique fabulis legi pronuntians. Oud., qui formam *lucu* ex Terent. Adelph. V. 3. 55. et Donat. ad h. l. vindicat, *iam summo luci* emendari mavult, sive cum iam summa lux erat, postquam in eo pago totam perquieverant noctem proxime praecedentem, et hinc sine ulla intermissione rursus toto die iter perrexerunt. Provocat praeterea ad morem Apuleii, qui ita initium finemque itinerum describere soleat, cf. Met. I. p. 58. *et iam iubaris exortu cuncta collustrantur*. VIII. p. 549. *iam vesperа semitam tenebrante*. [Mihi tamen haec omnia non satisfaciunt. *Luctum* retineo, donec melius quid substituatur. Lugent pagani, quia moeror renovatus est repetita miseriarum narratione, lugent de domini crudelitate, quae in posterum etiam timenda erat.]

Digitized by Google

568 quentes rursum pergimus: | dieque tota campestres emensi vias, civitatem
[212] | quamdam populosam et nobilem iam fessi pervenimus. Inibi larem sedesque perpetuas pastores illi statuere decernunt, quod et longe quaesituris firmae latebrae viderentur, et annonae copiosae beata celebritas invitabat. Triduo

eurum G. 1. a m. p. *denique* pro *dieque* L. et f. ex coll. Oud. *diemque δ. totas* G. 2. D. L. *δ. f.* (teste Oud.) *totam* G. 1. O. *totos* f. ex coll. Roald. *tota* F. 1. 3. p. Scriver. et videtur voluisse Elm. Sed in textu eius remansit *tuto*, quod cett. codd. et edd. praebent. *campestrem* G. 1. O. *emersi* P., quod pro varia scriptura etiam in marg. ed. Colv. adnotatur, Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *emersimus civitatem* G. 1. O. *ibi* F. 1. et edd. omnes usque ad Colv. *in hylarem* pro *inibi larem* G. 2. D. *illi* deest Edd. Iunt. 1. 2. Ald. *quaesitus φ. quaesitis δ.* et cod. Ursin. *tanta* pro *beata* G. 2. P. D. *crebritas* L. φ. *δ.* Pric. Wow. Scriv. In cett. *celebritas.*

longe quaesituris. Stewechius, cui dubia videbatur esse haec lectio, emendavit *longae quaesitionis* vel *longi quaesitus.* Oud. item de loco haeret, suam sententiam ita exponens: Vulgaris lectio contrarium sensum habet, quam auctor innuit. Nam *latebrae quaesituris* non possunt significare, nisi loca, in quibus latere possunt ii, qui quaerunt, cum Apuleius voluit dicere, eam mansionem visam illis esse sibi tutas et firmas latebras contra istos, qui iam diu vel e longinquo ipsos quaesivissent vel investigaturi essent. Quare omnino amplector Codd. Ursin. et d'Orv. scripturam *quaesitis* i. e. quod videretur haec civitas tutum esse latibulum iis pastoribus, diu et e longinqua regione inquisitis. Posset ex *uris* cogitari de additamento *viris* vel *n̄ris* i. e. *nostris.* Sic olim putabam. Sed postquam bene perpendi mutationem modorum *viderentur* et *invitabat,* apparuit mihi satius esse nihil mutari, et hoc sensu sumenda esse verba: Quia pastores *putabant*, haec loca firmas latebras visum iri illis, qui se inquisituri essent vel inquirere vellent, et eos ideo scilicet non tam longe vestigatores esse, et quia annonae copia *invitabat*, ut participium non pendeat a *firmae viderentur*, sed a solo verbo *viderentur.* [Equidem vix intelligo, qui locus clarissimus tantas tenebras interpretibus offundere potuerit. Constructio ea est: *quod viderentur firmae esse latebrae* (pastoribus), *longe quaesituris* sc. tam firmas latebras. Timebant enim investigationem, itaque loca quaesituri erant, in quibus tuti agere possent. Haec vero diu frustra quaesiverant, vel patriae vicinitate deterriti, vel locorum ipsorum iniquitate, id quod supra exposuerat Apuleius. Duplici vero ratione *longe* potest explicari, ut sit *procul* aut *diu.* Prius non comprobatur, quia in praegressis iam indicatum est; nam cetera quoque loca, quae peragraverant pastores, nimis remota erant a patria, ut eam ob caussam ab inquisitione timendum iis non esset. Per aliquot enim dies itinera longa ipsi fecerant. cf. p. 549. 551. 563. 568. Neque priora loca ob viciniam reliquerant, sed ob eorum diritatem, quum in uno draco esset saevissimus, inque altero dominus crudelissimus. Quod igitur diutius locum domicilio aptum frustra quaesiverant, probo adverbii explicationem alteram. *Longe* pro *diu* veteres dixisse praeter alios testatur Plaut. Rud. IV. 1. 24. *quid tu? quamdudum in portum venis huc? longissime.* cf. Hand. Tursell. T. III. p. 546 sqq.]

celebritas. Oud. contra Heins. ad Ovid. Met. IV. 46. praefert *crebritas*, quia *celebritas* magis convenire videatur hominibus iisque, quae ad ipsos homines pertinent, *crebritas* et hominibus et rebus, atque ut hic annonae. Ex sententia igitur putat eligendum esse, utrum videatur singulis locis aptius, quum ubivis hae voces commutentur coll. Met. I. p. 61. Ovid. Met. VI. 165. [Licet in universum cum Oud. in utriusque vocabuli discrimine consentiam, tamen non idem observatum esse video in adiectivis eiusdem radicis et adverbiis. Ita apud Ovid. Amor. III. 5. 3. legitur: *celeberrimus ilice lucus*, ex Pont. I. 9. 25., apud Suet. Tiber. 52. *per noctem celeberrime*

denique iumentorum | refectis corporibus, quo vendibiliores videremur, ad mer- 569
catum producimur, magnaque voce praeconis pretia singulis nuntiantis equi atque alii asini opulentis emtoribus praestinantur; at me relictum solum ac subsicivum cum fastidio plerique praeteribant. Iamque taedio contrectationis eorum, qui de dentibus meis aetatem computabant, manum cuiusdam foetore sordentem, qui gingivas idemtidem meas putidis scalpebat digitis, mordicus arreptam paenissime conterui. | Quae res circumstantium ab emtione mea ut- 570

corporibus refectis f. *refectione corporibus* O. *vendichariores* f. L. Oud. in novem Mss. esse *vendi cariores* dicit, quinam sint accuratius non indicans. Ego inveni in G. 1. 2. B. D. Vulc. 2. Merc. *vendicliores* F. 3. *vendibiliores* F. 1., quod idem testantur excerpta ad marg. ed. Colv., B. edd. vett. Elm. Scriver. Florid. et omnes edd. ante Colv. *magisque voce* f. *pretio* G. 1. O. *numptiatis* D. *alii asini* G. 1. *aliis* p. *corpulentis* D. *ac me* G. 1. 2. L. D. edd. vett. et recell. praeter Elm. Scriv. et Florid. *me* abest a ∂. *ne* habet f. *subsicinum* F. 3. G. 2. P. *subiscinum* D. *subsicitium* B. *solum suffficium* f. *suffinum* ∂. *sufficinum* Ms. Al. teste Colv. cf. ad Met. III. p. 187. *contractationis* G. 1. *contractionis* O. Scriver. Amstel. *de dentibus nostris* L. P. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. Sed recte *meis* i. e. de meis solius dentibus, non aliorum iumentorum. Turpitudo asini et vilitas eo magis augetur, quia ceteros asinos et equos idoneos esse et validos emptores ex solo adspectu intelligere poterant. *aetates* F. 1. G. 1. 2. O. p. D. f. Coll. Voss. et edd. vett. usque ad Colv. Oud. coniecit *aetatē* s. i. e. *aetatem* scilicet. *manus* G. 1. *fetorem* G. 2. D. *gingibas* G. 1. 2. D. *identidem meas* deest F. 1. *putridis* G. 1. 2. P. D. O. L. f. p. B. Colv. Vulc. Elm. Merc. Wow. Pric. In cett. *putidis*. *meas digitis* G. 2. Sed *meas* ex praegressis repetitum minio est deletum. *dicitis* G. 1. *mordicus* non comparet in π. *paenissime* F. 3. B. et edd. vett. ante Colvium. In cett. quantum video, *plenissime*. *conterui* F. 3. G. 1. 2. D. p. R. f. *congerui* F. 2. quod Lindenbrog. explicat *momordi*: In cett. *contrivi*. *circumadstantium* O. cf. ad Met. II. p. 120. *ab eruptione mea utpote ferocissimum* ∂.

acclamatum est, ut potius ex codd. auctoritate totam rem pendere maluerim. Quum vero verisimilius sit, librarios in voce *celebritas* tam raro usurpata haesisse, quam in voce *crebritas*, mihi prior altera magis se comprobat.]

quo vendibiliores videremur. Vendibiliores cum Oud. restitui, qui affert Varr. R. R. I. 4. *Cultura agrum non solum fructuosiorem faciunt, sed etiam vendibiliorem, atque adiiciunt ad fundi pretium.* Merae allucinationes sunt aliorum interpretum emendationes, ut Wower. *venui cariores*, vel Brantii *venditariores* ex Plaut. Stich. I. 3. 103. quod ne ferri quidem potest, cum *venditaria lingua* dicatur activo sensu ea, quam vendere cupimus. [Lectio fortasse ita exorta est: In Mss. scriptum erat ut in F. 3. *vendiviliores*, quod librariis seiunctim scribentibus *vendi viliores* quum ad loci sententiam minime aptum videretur esse, emendabant contrarium *vendi cariores*, utpote loco unice conveniens. De mutatione generis cf. ad Met. IV. p. 277.]

aetatem. [*Aetates*, quod in nonnullis codd. legitur, emendatio est librariorum, qui *nostris* scripserant, quia ita singulare *aetatem* non convenire putabant. Ego ex optimo cod. F. 3. *aetatem*, sententia et grammatica flagitantibus, reposui.]

putidis. Putridis in aliquot libris conspicuum non probum est, quia est putrescens, a *putrore*, quales huius emtoris digiti non possunt dici, sed *putidi* i. e. foetidi a putore, cuius manus sordebat foetore. cf. Cort. ad Lucan. II. 141. [Orell. ad Arnob. V. 7. T. II. p. 281.]

paenissime. Hanc lectionem, quae iam a Lips. Epist. Quaest. III. 12. revocata erat, Oud. reiecit, ex auctoritate codd., quos monendum est omnes praeter F. 3. et B. *plenissime* habere. Praeterea dicit, per sententiam eam posse comprobari, quum *plenus* saepius usurpetur pro *omnino, toto, omni* coll. Met. IX. p. 597. *plenius an sim iam mansuetus periclitantur.* Minuc. Fel. c. 14. *plenius peroratum* [ad quem locum conf. Gruner. Omnes vero si veterum locos perscrutatus fueris, eam significationem in voce inesse vix tibi persuadebis. Ubique enim est *perfecte, cumulate, accurate*, ut hic ferre nequeam *manum plenissime conterui.* Deinde

gitized by Google

pote ferocissimi deterruit animos. Tunc praeco disruptis faucibus et rauca voce saucius in meas fortunas ridiculos construebat iocos: Quem ad finem canterium istum venui frustra subiiciemus, et vetulum, extritis ungulis debilem et dolore deformem, et in hebeti pigritia ferocem, nec quicquam amplius quam

fortissime p. *dirruptis* F. 3. *disruptis* edd. ante Colv. *dirutis* G. 2. D. P. *in mea fortuna* G. 1. π. *ridiculos* non comparet in G. 1. 2. P. D. π. *construebat* omnes codd. praeter B. p., in quibus, ut in edd. vett. est, *instruebat*. *cantherium* G. 1. *cauterium* G. 2. D. *veni* P., unde Oud. coniecit *venu*. *frusta* G. 1. *subitiemus* G. 1. *et tritis* R. f. Scriver. Sed citra necessitatem. De verbo *exterere* consulas Burm. aliosque ad Phaedr. Fab. I. 21. 9. *dolore* F. 1. 3. G. 1. 2., quod idem legi in omnibus Mss. et edd. priscis affirmat Oud. *dolorem* D. *colore* Bas. Colv. et seqq. *et* ante *in* exulat ab O. *et inerti* pro *et in hebeti* L. B. (et F. 1. teste Elm. at in Lindenbrog. coll. lectio Vulc. 2. *in hebeti* non mutata est.) *inherti* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. *inerti* etiam cett. edd. habent usque ad Colv. *hebiti* G. 2. *inhebiti* D.

verisimile non est, asinum tam acres habuisse dentes, ut *totam* manum laceraret, quam omnino vulneravit et parum abfuit, quin contereret. De superlativo *paenissime*, qui rarissimus est cf. Florid. p. 67. ubi eadem conspicitur lectionis varietas, Prisc. III. 4. p. 121. Krehl.]

conterui. De hac inflexione cf. Heins. ad Seren. Sammon. 474. Broukh. ad Tibull. I. 4. 44. Charisius III. p. 220. scribit, Apuleium dixisse *terii*, sed Vossius Arist. T. II. p. 852. Eckst. probabiliter emendat *terui* [cf. Bossch. ad Apol. p. 395. Cort. ad Lucan. IV. 782. Eckst. ad Arist. l. c.]

disruptis faucibus. [cf. Cort. ad Lucan. IV. 328; de voce *rumpere* Taubm. ad Plaut. Capt. I. 1. 14. p. 237., qui uterque nostrum locum excitant. De re cf. Intt. ad Petron. XCVII. p. 597.]

construebat. Praetulit Oud. alteram lectionem *instruebat*, quippe quod vocabulum Apuleio usitatissimum esset coll. Met. V. p. 350. *novum commentum instruit*. VII. p. 478. *mihi demo pestem instruxit* al. [*Construere* puto h. l. significanter dictum esse de praecone, qui iocos quasi cumulavit et undique struendo collegit; qua significatione etiam Catull. LXIV. 304. dixit: *large multiplici constructae sunt dape mensae*, ubi pro *instructae* positum esse volunt. Praeterea hoc vocabulum ea quidem significatione Apuleii videtur fuisse proprium cf. Met. IX. p. 622. *scenas fraudulentas ... construebat*. Met. XI. p. 759. *totisque constructa pomis*, unde cum optimis codd. *construebat* hic retinendum est.]

dolore. [Hanc codd. lectionem commutare non ausus sum, quia quas alii substituunt *colore*, ut Beroaldus, vel *lurore*, ut Oud., scripturae minime placent. *Luror* enim est pallor fuscus nec de asino dici potest satis debili ac fatigato. Aliter enim se habent exempla, quae Oud. protulit Met. I. p. 28. *lurore ad miseram maciem deformatus*. V. p. 354. *exsangui colore lurida*. VIII. p. 526. *lurore atque illuvie paene collapsa membra*. IX. p. 616. *lurore deformes*. IX. p. 650. *lurore buxeo macieque foedata*. Ibi enim de hominibus sermo est, quorum facies pallida miseriam et calamitatem indicat. Neque vero ita asinus. Si vero *dolor* defendere velis, de aerumnis in universum explices quibus macilentus et enectus apparere poterat, quamquam aliud quid mihi latere visum est. Unde emendo *macore* i. e. *macie*. cf. Non. p. 136. *macore pro macie*. *Pacuvius Periboea: Corpusque meum tali moerore, errore macore senet*, ubi male alii legunt *maerore*. Nam ut a *patere* fit *pator*; ab *humere : humor* ita ab *macere : macor*, aut lego *paedore* i. e. illuvie.]

in hebeti pigritia. [Quamquam scio, bene *iners* et *piger* inter se ita differre, ut utrumque coniungi liceat, cf. Senec. de Ira III. 3. *ira erepta inermem animum et ad conatus magnos pigrum inertemque fieri*, tamen lectionem *inerti pigritia* ex ingenio librariorum profluxisse arbitror, qui praepositionem *in* explicare non poterant. At vide ad Met. I. p. 21. Idem iam Oud. probavit.]

ruderarium cribrum? | Quare donemus eum cuipiam, si qui tamen focnum suum 571
perdere noh gravatur.

rudearium d. cribum F. 3. G. 1. D. In cett. *cribrum*. *Quare donemus* F. 3. G. 1. 2. D. P. f. R. O. Incert. *atque ideo vel* F. 1. *atque adeo vel* p. B. *atque adeoque* edd. vett. *quare vel* edd. post Colv. *cupiam* Iunt. 1. Venet. 4.

ruderarium cribrum. [Beroaldus haec adnotat: Nihil prorsus contemptibilius, abiectius, despectius in asino dici potuit, quam ut *ruderarium cribrum* diceretur, quo dicto signatur asinus nulli rei prorsus utilis, nisi ut ex eius corio fiat cribrum non frumentarium, sed ruderarium, quasi dicas stercorarium ad rudera s. expurganda accommodatum, quo nihil potest vilius esse, nam *rudus* stercus, quod raditur. [Hanc explicationem secutus est Voss. in Etymol. s. v. *rudis*, qui Bernardium Baldum h. l.: *ruderarium cibum* legisse testatur. Forcell. in lexico explicat: cribri genus maius ex membrana minutis foraminibus pertusa, quo rudus et arena et calx cribrantur. Quamnam explicationem Oud. secutus sit, omnino percipi nequit, quum lectores ad Comment. releget. Sed contendum est, mihi nullam explicationem satisfacere, ex quibus quomodo ita nominari potuerit asinus, apertum non fiat. Aliam equidem proleram, quae videant doctiores num probari possit. *Ruderarium* enim puto nominari asinum, quia iam caducus et debilis, et ruinae instar est sensim collabentis. *Cribrum* vero appellatur, quod tot foraminibus patet eius corium, ut cum cribro bene possit comparari. Ita macilentia asini eiusque turpitudo optime describuntur.]

quare donemus. Vocem *adeo* male a Colvio et seqq. omissam esse revocandam sententia est Oud. Passim enim eam particulam inseri quum a poetis tum a Comicis elegantiae et intendendi gratia, vel pro *ideo* sumi coll. Dr. ad Liv. X. 5. *Non potentem atque adeo etiam absentem.* Met. IX. p. 617. *palpebras adesi atque adeo male luminati.* Quare vel legendum: *Quare adeo* vel *atque adeo vel donemus*, vel ob istud *que* cum Stewech. amplius: *atque adeo, inquit, vel donemus* coll. Terent. Phorm. II. 3. 43. *Vel* hic significare *tantummodo*, et saepe per librarios exulare, ut Met. VIII. p. 510. *vel clandestinis.* [*Atque adeo vel*, quod plures codd. praebent, glossema mihi videtur esse lectionis genuinae. Exposuerat enim librarius quidam particulam *quare* per glossam *atque ideo*, quae reperitur in F. 1., quaeque mutata in *atque adeo* occasionem dedit, ut *vel* pro *adeo* explicandi caussa poneretur postea in textum intrusum. Certe aliter corruptelam explicare nequeo. Vel sumas necesse est, *atque adeo* interpretamentum esse vocis *quare*, quas particulas perperam putabant multi idem significare, quod *propterea*. cf. Hand. Tursell. I. p. 505. et p. 149. De vi particulae *adeo* intensiva cf. Intt. ad Prop. I. 13. 25. Virg. Georg. 1. 94. Serv. ad eiusd. Georg. I. 24. Loers. ad Ovid. Trist. III. 1. 77. et 7. 31.]

[Hanc narrationem Lucian. p. 603. ita persequitur: *οἱ δὲ, οἷα δὴ κεκενωμένης τῆς οἰκίας νεῶν δεσποτῶν, ἔγνωσαν μηκέτι μένειν ἐν τῇ δουλείᾳ, ἀλλὰ πάντα διαρπάσαντες τὰ ἔνδον, φυγῇ ἐσώζοντο. ὁ δὲ νομεὺς τῶν ἵππων κἀμὲ παραλιβὼν καὶ πάνθ' ὅσα δυνατὸς ἦν συλλαβών, ἐπικατέδησέ μοι καὶ ταῖς ἵπποις ... ἐγὼ δὲ ἠχθόμην μὲν, φέρων φορτίον ὄνου ἀληθινοῦ, ἀλλ' οὖν ὥσμενος τὸ ἐμπόδιον τοῦτο τῆς ἐμῆς ἰδεξάμην ἐκτομῆς. καὶ τὴν νύκτα ὅλην ἐλθόντες ὁδὸν ἀργαλέαν καὶ τριῶν ἄλλων ἡμερῶν τὴν ὁδὸν ἀνύσαντες, ἐρχόμεθα ἐς πόλιν τῆς Μακεδονίας Βέροιαν, μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον. Ἐνταῦθα ἔγνωσαν οἱ ἄγοντες ἡμᾶς ἰδρῦσαι καὶ ἑαυτούς. καὶ τότε δὴ πρᾶσις ἦν ἡμῶν τῶν κτηνῶν, καὶ κῆρυξ εὐφωνος ἐν ἀγορᾷ μέσῃ ἑστὼς ἐκήρυττεν· οἱ δὲ προσιόντες ἰδεῖν ἤθελον, τὰ στόματα ἡμῶν ἀνοίγοντες καὶ τὴν ἡλικίαν ἐν τοῖς ὀδοῦσιν ἔβλεπον, καὶ τοὺς μὲν ὠνήσατο ἄλλος ἄλλον, ἐμὲ δὲ ὕστατον ἀπολελειμένον ὁ κῆρυξ ἐκέλευεν αὖθις ἐπανάγειν εἰς οἶκον, ὁρᾶς, λέγων, οὗτος μόνος οὐχ εὕρηκε χήριον.]

Digitized by Google

CAPUT XXIV.

Ad istum modo praeco ille cachinnos circumstantibus commovebat. Sed illa fortuna mea saevissima, quam per tot regiones iam fugiens effugere vel praecedentibus malis placare non potui, rursum in me caecos detorsit oculos, et emtorem aptissimum duris meis casibus mire repertum obiecit. Scitote qualem. Cinaedum et senem cinaedum, calvum quidem sed cincinnis semicanis et pendulis

At istum G. 2. D. *chachinnos* G. 2. *chacchinnos* D. *circumstantibus cachinnos* P. *cachinnis circumstantibus* δ. *commovebat* f. *admittebat* δ. *saevissima*, quae est eadem Brantii conlectura, de more ediderunt Vulc. 2. Elm. Scriv., Mss. invitis. *mea* exulat a p. *iam* non comparet in P. *mei* pro *iam* est in p. *etiam* G. 2. *et* pro *iam* D. *aufugiens* G. 2. D. P. L. Vulc. 2. Wow. Pric. *potuit* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *imme* pro *in me* G. 2. D. Ex vitiosa Bas. lectione, quae nihil est nisi typothetarum aberratio *ire repertum*, Stewech. *meis casibus e re repertum*, Colvius *mi e re repertum* legendum esse statuerunt. Sed *mire* est admirabiliter, singulari modo. qua significatione saepius apud Apuleium legitur cf. Pric. ad h. l. Met. IV. p. 281. *Thrasyleonem mire canibus repugnantem. Imire repertum* β. *mire pertum* D. *obiecit* f. *attissimum* G. 2. D. *scitote qualem cinaedum et senem cinaedum calvum quidem sed cincinnis* F. 1. 3. p. f. (in quo particula *sed* abest) B. et edd. ante Colv. *scitote qualem cinedum et senem calvum quidem cincinnis* G. 2. D. G. 1. (nisi quod hic habet *cineum* pro *cinedum*) O. P. δ. L. Colv. Vulc. Wow. Merc. Pric. Florid. Elm., qui pro *quidem* tacite *quendam* edidit. *Cinaedum et senem calvum quidem sed* Ruhnk. edidit, auctore Oud. *semicomis* G. 1. a m. recent. Prius lacuna erat. *ependulis* D.

Cap. XXIV. *fugiens effugere.* Quum sequatur Oud. sententiam VV. DD., ut Broukh. ad Propert. I. 9. 30. Burm. ad Petron. c. 81., negantium *aufugere* unquam coniungi cum accusativo, qui certe nusquam apud Apuleium legatur, distinctione post *quam* posita facile hic *aufugiens* retineri posse autumat, potissimum cum captasse potuerit Apuleius differentiam inter *aufugiens* et *effugere*. Attamen cum in reliquis Mss. simpliciter *fugiens* inveniatur, eam lectionem praefert. [Sed errasse mihi videtur Oud., locum ita construens, *quam per tot regiones iam fugiens, non potui effugere vel placare*, quum mea quidem sententia coniungenda sint *fugiens effugere*, id quod sequenti *placare* apertius indicatur. Ita illa Oud. dubitatio removetur, quae ne omnibus quidem viris doctis inhaeret. Munk. ad Hygin. CCLVIII. p. 368 sq.]

cinaedum et senem cinaedum. [Male agere mihi videntur cum Oud. ceteri interpretes, qui *cinaedum* semel tantum hic poni posse pronuntiant, alterum interpretationis caussa additum esse censentes. At verisimilius est, omisisse librarios vocabulum, quod iis superfluum videretur positum esse, quam e contrario sine ulla caussa addidisse. Repetere enim solent auctores vocabulum, alio quodam adiecto, ut vis eius augeatur, ut Virg. Aen. 71. *Nymphae, Laurentes Nymphae*, Georg. IV. 321. *Mater Cyrene mater* al. Met. VII. p. 450. *in bestiam et extremae sortis quadripedem.* Pro commentario sint verba Iuvenalis II. 111 sqq. *Hic turpis Cybeles et fracta voce loquendi Libertus et crine senex phanaticus albo Sacrorum antistes, rarum ac memorabile magni Gutturis exemplum conducendusque magister.* Hic quoque senex sacrorum antistes est, archigallus. *Calvum* nominat propter lasciviam, quae capillis despoliare solet. cf. Apol. p. 551. *olim in pueritia priusquam calvitio deformaretur, emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus.* Nusquam enim legi, sacerdotes Cybeles ut Isidis caput in dei honorem rasisse. cf. de Salas. Comment. ad Petron. c. 23. T. II. p. 120.]

cincinnis. [Vir doctus ad marg. ed. Colv. voluit legi *cinnis*, quod cur fecerit equidem nescio. Male enim putant *cinnus* legi posse pro *cincinnus* i. e. κίκυνος, πλόκαμος, ut Plaut. Truc. II. 2. 32. Cic. de orat. III. 25. §. 100. ex Non p. 451., *Atque eo citius in oratoris*

capillatum, unum de triviali popularium fece, qui per plateas et oppida cym|balis et crotalis personantes deamque Syriam circumferentes mendicare 572
compellunt. Is nimio praestinandi studio praeconem rogat, cuiatis essem. At ille Cappadocum me et satis forticulum denuntiat. Rursum requirit annos aetatis meae. Sed praeco lasciviens: Mathematicus quidem, qui stellas eius disposuit, quintum ei numeravit annum, sed ipse scilicet melius istud de suis

capillorum Bas. Y. *trivialium* P. L. *per* non comparet in p. *oppido* D. *cimbalis* G. 1. 2. D. *crotulis* F. 1. G. 2. P. f. δ. *crocutis crotulis* D., punctis priori vocabulo subscriptis. *et crotalis* desunt in G. 1. π. *ꝑntes* pro *personantes* D. *siriam* G. 1. *Syria* F. 3. *kys* pro *is* G. 1. *meo* pro *nimio* d. *praestinanti* L. *Cappadocium* edd. vett. praeter Iunt. 1. 2. Ald. *fortiunculum* P. *forti locum* G. 1. O. *renuntiat* f. *laxiviens* L. *mathamaticus* D. *quidem* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. f. p. d. Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. In cett. *quidam*. Sed perperam. Opponuntur sibi *quidem* et *sed ipse scilicet*. *quintum evum erravit annum* G. 2. *quintum evum emũ annum* D. *ei numeravit* B. *enumeravit* P. etiam in coll. ad marg. ed. Colv.

aut poetae cinnis ac fuco ostenditur, ubi hodie ex codd. legunt *cincinnus*, Non. vero in suis libris *cirris* legisse videtur, quod fortasse emendarunt, qui *cincinnis* de crinibus arte compositis, *cirrus* de capillo natura crispo solum dici putarunt. Idem emendaverim in Gloss. Arab. Lat. p. 703. *cinnus torti oris*: *cirrus crines torti oris* vel *simus torti oris*, de eo, qui cavillanter irridens nasum corrugat et os distorquet. Quamquam formam *cinnus* etiam Isidor. Gloss. p. 673. agnoscere videtur, *cinnes cinni*, et significatio vocis *cinnis* cumulatio huic notioni non adversatur. Sed contra omnes codd. nostro loco nihil mutandum est.]

cymbalis et crotalis. [De his instrumentis accuratius dicam Excurs. III.]

mendicare compellunt. [De more sacerdotum Cybeles, cum simulacro Deae in aedicula asino imposita, stipes erogandi et emendicandi, cf. Ovid. ex Pont. I. (8.) 39. 40. *Ante deum matrem cornu tibicen adunco, cum canit exiguae quis stipis aera neget?* Apul. Met. VIII. p. 585. *stipes aereas offerentibus*, ubi nonnulla Colvius protulit. Tertull. Apol. 42. *certe, inquietis, templorum vectigalia quotidie decoquunt, stipes quotusquisque iam iactat? non enim sufficimus et hominibus et diis vestris mendicantes vicatim deos opem ferre.* Minuc. Fel. c. 24. §. 4. *mendicantes vicatim deos ducunt*, quo loco *mendicantes* accusativum esse, praeter Tertull. l. c. etiam noster confirmat, cf. Math. Aegypt. Explic. ad Liv. S. C. de Bacch. in Poleu. Suppl. Thes. Antiq. T. I. p. 816. et Colv. ad h. l.]

Cappadocum. [Plura de ingenio Cappadocum protereus Beroaldus equum hic ita nominari putat, quia ex hac regione servi utiles et boni venales deportati fuerint; ut *cappadocus* vel *cappadox* in universum de quacunque re bona et praestanti dictum sit. Aliter et mea quidem sententia melius Colv. intelligit de equorum generositate, quos notissimum est in Cappadocia praestantissimos fuisse, Colv. excitat Solin. Polyh. XLVII. Claudian. in Rufin. II. 31: *iam pascua famant Cappadocum, volucrumque parens Argeus equorum.* Serv. ad Aen. III. 704. Oud. addit B. Pium Thes. Crit. T. I. p. 448. Demster. de Hetrur. Reg. III. c. 73. Veget. de Art. Veter. IV. c. 6. §. 4. Argol. ad Onuphr. Panv. I. de Lud. Circ. c. 13. in Graev. Thes. Antiq. T. IX. p. 134., qui Lipsii coniecturam *satu* pro *satis* male amplexus est. De Cappadocum equorum natura cf. locos, quos affert Buleng. de Circo Rom. Ludisque Circens. in Graev. Thes. l. c. p. 733 sq. Intt. ad Claud. Laud. Seren. 192. Alius vir doctus ad servos Cappadocas refert, qui grandi corpore et ad laborem perferendum habiles plerumque stupidioris fuerint ingenii, ut asinus hic stultus, at validus ironice nominetur. Ego Oud. sequor. *Satis* adiectivis saepius iungi demonstratum est ad Met. II. p. 144. *tu enim puer et satis peregrinus*, unde Lipsii coniecturam supervacuam esse apparet.]

Digitized by Google

novit professionibus. Quamquam enim prudens crimen Corneliae legis incurram
573 | si civem Romanum pro servo tibi vendidero, quin emis bonum et frugi mancipium, quod te et foris et domi poterit iuvare? Sed exinde odiosus emtor aliud de alio non desinit quaerere, denique de mansuetudine etiam mea percontatur anxie.

CAPUT XXV.

[212] At praeco: Vervecem, inquit, non | asinum vides, ad usus omneis quietum, non mordacem nec calcitronem quidem, sed prorsus ut in asini corio modestum hominem inhabitare credas. Quae res cognitu non ardua. Nam si faciem

de suis novit professionibus F. 1. 3. p. et edd. ante Colv. et ed. Scriver. In cett. *de sua novit professione. quantum* pro *quamquam* d. *crinem* Vicent. Venet. 2. *legit* D. *sicinem* G. 1. *sed civem* L., unde Brantius conlecit scriptum fuisse *sei*, inde *set. suo* pro *servo* G. 1. *fruge ac mancipium* p. *te iuvare* f. *jurare* P. *mea etiam* G. 1. *de mansuetudine mea et pere* O. *percunctatur* G. 2. P. D. *anxiae* Vicent.

verbetem L. *verbecem* G. 2. P. D. *herbecem* G. 1. *video* D. *usus omnes* F. 1. 3. G. 1. P. d. Elm. Scriv. et Florid. In F. 3. et Elm. est *omneis*, quod optimum codicem secutus retinui. In cett. est *usum omnem*, nisi quod in G. 2. et D. *ad omnes usus* inverso ordine extat. *ut non mordacem* d. *non calc.* f. R. p. d. *calcetronem* F. 3. G. 1. *calcetronem* G. 2. D. *calcitrosum* f. R. cf. Non. p. 44. Gell. IV. 2. *potius* pro *prorsus* L. Colv. et seqq. *ut* non comparet in L. R. d. Oud. *in* abest in F. 1. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) P. d. et edd. ante Colv. Cett. *ut in* habent. *inhabitare* omnes Mss. et edd. praeter L. G. 2. d. et Colv. cum seqq., in quibus *habitare* est. *quae res est cognita* G. 2. D. L. *Est* ante *cognitu* praeterea intrudunt F. 3. (sed ex additione) P. f. d. Incert. *tarda* pro *ardua* G. 2. D. φ. P. d. Verba *quae res* usque ad *ardua* desiderantur in G. 1. O.

professionibus. Oud. hunc numerum hisce verbis bene defendit: Pluralis facile se tueri potest, ut intelligatur primo professio naturalis temporis locique, de qua hic agit Pric. et in Apol. p. 577: *Natam sibi filiam ceterorum more professus est*, ac luculentius iam ante Torrent. ad Suet. Tiber. c. 5. *Natus est Romae in palatio XIV. Kal. Dec. Sic enim in fastos actaque publica relatum.* Tum professio censualis, in qua notum est unumquemque debuisse *annos profiteri* et tandem *professio*, qua mathematici genituram suam edebant, de qua cf. Intt. ad Suet. Aug. c. 94. et Florid. 15. p. 57.

prudens. Pricaeus existimat scribendum esse *imprudens* ea sententia: aetatem eius ex natalium tabulis multo certius quam ex dentibus explorabis; natalium inquam; potest enim fieri, ut legem Corneliam imprudens incurram, dum tibi civem Romanum pro servo vendo. Sed sententia est iocantis praeconis: Quamvis sat sciam, eum esse civem, et prudens incurram in crimen legis Corneliae, qui eum vendam tibi pro servo, eme tamen illum modo pro servo.

Corneliae Legis. Huius legis alibi nulla est mentio, unde viri docti de ea disceptant. Elm. cum Lindenbrogio, cuius notam marginalem ille suam fecit, ad legem Fabiam de plagiariis refert, qua tenentur, qui hominem liberum venduut emuntque. L. I. Dig. de Leg. Fab. de Plag. XV. C. eod. L. II. C., ubi de criminib. agi oport. Quod Floridus dubitat, respiciens ad Legem Corneliam de Falsis, quatenus agit de partu supposito. Extat haec L. IX. Cod. T. 22. Bynkersh. L. III. Observ. I. C. 18.

Cap. XXV. *vervecem*. [Mitissimum quidvis eo nomine nuncupari, notissimum est. Plurima exempla enumeravit Pric. et Taubm. ad Plaut. Pers. II. 2. 2. *verbereum caput*, ubi alii perperam *verbecum* caput legere maluut: Met. VII. 491. *emasculare et quovis vervece mitiorem efficere*.]

by Google

luam mediis eius feminibus emiseris, facile periclitaberis videns, quam gran|dem 574
tibi demonstret patientiam. Sic praeco lurchonem tractabat dicacule. Sed ille,

feminis L. Ms. Brant. *femoribus* F. 1. O. et P. (teste Elm., at in P. teste Oud. legitur. *femoris.*) *emiseris* F. 3. G. 1. 2. D. P. f. R. d. Incert. et edd. omnes ante Colv. *emissis* p. In cett. *immiseris. immiseris videns* L. *periclitaberis videns* F. 3. G. 2. D. P. O. *pericl. vides* d. f. *videtis* (non *videntis*) G. 1., quod ex glossa putat esse ortum Oud., unde in aliis *videbis. percontaberis videns* edd. vett. usque ad Colv. In cett. codd. et edd. *videns* abest, et B. praeterea pro *periclitaberis* habet *percontaberis. demonstrat* G. 1. f. *praemonstrat* p. *patiam* G. 1. *lyrchonem* F. 3. f. *lirconem* F. 1. G. 1. 2. P. D. *lurronem* F. 1. in excerptis ad marg. ed. Colv. et edd. vett. usque ad Colv., praeter ed. pr., quae ut cett. *lurconem* habet. *dictabat dicacule* F. 1.

feminibus emiseris. facile periclitaberis videns. Stewech. maluit *immiseris, facile perscrutaberis*, qui, ut ceteri interpretes et librarii, *percontaberis* emendantes, vim verbi *periclitari* non intellexit. Est enim idem, quod *pernoscere, tentando experiri.* cf. Oud. ad Caes. B. G. II. 8. *quid hostis virtute possit, periclitabatur.* Solin. c. 19. *periclitari fidem voluit*, ubi in Mss. aliquot recentioribus *pernoscere.* Eadem confusio Met. IX. p. 597. p. 599. [Doederl. Syn. V. p. 263 sq. *Videns*, quod optimi codd. praebent, retinui, ab iis librariis omissum censens, qui interpretamentum id esse putabant vocis *periclitaberis.* Quamquam enim omitti poterat, hinc tamen non coniiciendum est, ab Apulei manu id profectum non esse. Difficilius est iudicium de lectione *emiseris*, quae vix se probare potest, ut cum ceteris codd. potius in scripturam *immiseris* inclinem. Sententia enim, quam exprimit praeco, ea est: Si tuam faciem per femora inserueris, patientiam eius, (de qua cinaedus dubitaverat) pernosces. *Emittere* si quis defendere velit, ita accipiat: Si totum caput per femora immiseris, ut foras quasi spectet, et ab utroque femore circumdatum sit; quae sententia mihi proba videtur.]

patientiam. [Scriver. in Epist. ad Wower. inserta Misc. Observ. T. VI. T. I. p. 171. tentabat *parientiam*, cum certo certius sententia sit: quam patienter te hoc facientem laturus sit. Iniuria mihi interpretes explicationem Elm. videntur perstrinxisse, qui *patientiam* exponit *partem asini virilem*, in eo tantumodo errans, quod ad hanc solam partem retulit. Hoc enim mihi persuadetur, obscoeni quid inesse in hoc vocabulo, quod minus ad virilia pertinet, sed ad lasciviam cinaedorum, quos omnia patientes et in turpissimo voluptatum genere exercitatos et exoletos describit antiquitas. cf. infra p. 577. *et heus, aiunt, care ne solus exedas tam bellum scilicet pullulum, sed nobis quoque tuis palumbulis nonnumquam impertias.* Quam lascivitatem inuens praeco ita iocatus est. cf. Barth. Advers. XXXIII. 12. p. 1526. De significatione vocis *pati* cf. Lindn. ad Minuc. Fel. c. 28. p. 183.]

lurchonem. [Hanc scripturam, quae non solum a nonnullis codd. apertissime ostenditur, sed ceterorum quoque librorum vestigiis quam proxime accedit, cum Oud. dedi, quamquam aeque atque ille in vocis significatione haereo. Plurimi interpretes explicant *helluosum* s. *gulosum*, quae notio quomodo huic Isiaco conveniat, non video. Itaque Oud. interpretatur *obscoenum* s. *libidinosum* s. ὀμματα λίχνα habentem. At confitendum est, nullum locum reperiri, quo haec significatio aperte confirmetur. Hinc si plures accederent libri, *lucronem*, quae lectio edd. vett. et F. est, reciperem i. e. lucri cupidum et mendicum, qualis sacerdos Isidis optime nominari potest. Nec cum Oud. vocabulum damnaverim, quia nuspiam aliis in usu sit. Ita enim multa apud Apuleium reiicienda essent. cf. ad Met. IV. p. 253. Forma, quae in usu erat, est *lucrio* cf. Fest. s. v. *Cercops* p. 43. Lindem. De voce *lurco* cf. ad Apol. p. 555. Erat quum ego *lingonem* antiquitus *linconem* scriptum legerem, ut fellicantem significaret, quale spurcum genus describuntur cinaedi. cf. ad Met. p. 586. *supina-*

Digitized by Google

cognito cavillatu, similis indignanti: At te, inquit, cadaver surdum et mutum delirumque praeconem, omnipotens et omniparens Dea Syria et Sanctus Sabadius
375 et Bellona et mater Idaea, cum suo Adone Venus domina caecum reddant, | qui

simul pro *similis* p. *ad te* G. 1. 2. D. L. p. *surdeum* G. 1. *omnipotentes* Vicent. Venet. 2. *omnipatens* p. *dea Assyria* L. *dea Asyria* δ. a m. p. *dea Asiria* f. *de assyria* G. 1. *de assyria* G. 2. *de assiria* D. *seda Syria* Vicent. Venet. 2. *Sabadius* F. 1. 3. G. 2. edd. vett. *Sabazius* Vulc. 2. Scriv. Florid. *Sabaciut* Elm. *Sabarius* O. et G. 1. ex emendatione eiusdem manus, quum ante scriptum sit *tabarius*. *Sabaudius* δ. *Sabidius* Incert. *ydea* G. 1. 2. D. *et cum suo Adone* F. 1. in excerptis ad marg. ed. Colv. p. Iunt. 1. 2. Ald. Colin., quod idem Toll. marg. adlevit. *idone* p. *Abdone* G. 1. O. *Venere* Iunt. 2. *reddunt* F. 1. unde Oud. *redduint* emendavit. cf. Met. IX. p. 634.

tumque iuvenem exsecrandis oribus flagitabant. Sic pro λειμάζειν usurpat Mart. XII. 35. Propius vero ad sententiam mihi videtur accedere coniectura *lustro*, quo vocabulo usus est Naevius apud Fest. s. v. *Aleonem: Pessimorum pessime audax ganeo, lustro, aleo.* cf. Doederl. Syn. Tom. II. p. 26., qui *lustro* potissimum ad *lasciviam* refert. Ceterum ut *lurchonem* scriberem, codd. auctoritas suasit, cui favet Serv. ad Aen. VI. 4: *Anchora, ut supra diximus in Graeco aspirationem non habet, nam ἄγκυρα dicitur, unde et apud maiores sine aspiratione proferebatur. Contra thus et orchus veteres dicebant et lurcho, id est vorax, quibus sequens aetas detraxit aspirationem.*]

Dea Syria. [cf. Excursus IV.]

tractabat. [Hoc venuste dicitur de aliquo, qui simpliciori illudit, et eum pro arbitrio suo blandis dictis et spe inani lactat, ut Burm. explicat ad Petron. c. 44. p. 277., ubi legendum est, *vellicabat, tractabat.*]

et sanctus Sabadius. Stewech. tentat reponere *et Sancus Sabazius,* incognitum esse dicens, quisnam deus ille *Sabadius* fuerit. *Sabazium* vero Bacchum nominari a Sabasmis i. e. tripudiis et furiosis saltationibus, cuiusmodi in sacris huius dei facta sint; coll. Inscript. antiqua Romae in aedibus Altherorum: *Q. NUMIUS. ALEXANDER. DONUM. DEDIT. IOVI. SABAZO.* Eandem sententiam Colv. et Elm. amplexi sunt, qui posterior comparat Harpocrat p. 115. τὸν αὐτὸν εἶναι Σαβάζιον καὶ Διόνυσον φασιν; Eustath. in Dionys. 132. *Sancus* quamquam Oud. probat saepius in *Sanctus* abiisse coll. Demster. ad Rosin. p. 35. et Dr. ad Sil. VIII. 244., tamen quia deus Isiacorum non sit, coniecturam Stewechii reiicit, *Sabadius* cum plurimis codd. praeferens, quum graecum ζ Latinis posterioribus saepe per *d* efferatur et praesertim in hac voce coll. Vales. ad Harpocr. p. 329. Salm. ad Spart. Hadr. c. 9. De nominis ratione conferri iubet Periz. ad Aelian. V. H. XII. 35. [Plura dabunt Dav. ad Cic. de Nat. Deor. III. 25. p. 618. Creuz. Orell. ad Arnob. V. 21. T. II. p. 309. Append. p. 58 sq. Firmic. de prof. Rel. p. 49. ed. Lugd. Batav. Selten. de Diis Syr. c. III. Spon. Miscell. Erud. Ant. Sect. III. XIV. in Pol. Suppl. Thes. Ant. T. IV. p. 804. Optime de his festis Sabaziis egit Saint-Croix: sur les mystères du paganisme ed. Silv. de Sacy T. II. p. 93 sqq. Creuz. Symb. T. III. p. 363. Ille nomen ducit a Σίβοις, quo nomine sacerdotes addicti deo Sabazio appellati fuerint, eaque sacra incestos Iovis amores repraesentasse dicit, sub serpentis forma in sinum Proserpinae gliscentis. Quia noctu fiebant haec sacrificia, spurcissima erant, inde Archigallus *Sabadium* invocare poterat, quia eius sacra Isidis sacris libidinosissimis erant simillima. *Sanctus* epitheton proprium Bacchi fuisse, demonstrant Intt. ad Petron. c. 133. p. 823. Burm.]

Bellona. [Eadem ratione componuntur Isidis sacerdotes cum Bellonae servientibus a Lamprid. Commod. c. 9. T. I. p. 497: *Sacra Isidis coluit, ut et caput raderet et Anubin portaret. Bellonae servientes vere exsecare brachium praecepit studio crudelitatis. Isiacos*

scurrilibus iam dudum contra me velitaris iocis. An me putas, inepte, iumento fero posse deam committere, ut turbatum repente divinum deiiciat simulacrum, egoque miser cogar crinibus solutis discurrere, et deae meae humi iacenti aliquem medicum quaerere? Accepto tali sermone cogitabam subito velut lymphaticus exsilire, ut me ferocitate cernens exasperatum, emtionem desineret. Sed praevenit cogitatum meum emtor auxius, pretio depenso statim, quod quidem gaudens dominus scilicet taedio mei facile suscepit, septemdecim denarium, et illico me tumicla spartea deligatum tradidit Philebo. Hoc enim nomine censebatur iam meus dominus.

contra me non est in P. Elm. et Scriver. uncis incluserunt. Sed cf. Apol. p. 380. *adversum te ... velitatur. velitans* π. *velicaris* δ. *anne putas* O. *Iumento Fesi* δ. *turbatum* Pricaeus maluit *disturbatum. eiiciat* B. *ego qū* pro *ego quoque* f. *dissolutis* F. 1. pro varia lectione: quod hic facile inculcarunt Elm. et ex eo Scriver. et Florid. Oud. comparat Ovid. Art. III. 431. Met. XIII. 284. Tibull. I. 1. 8. *deae me* δ. *habui* pro *humi* G. 1. *subito* G. 2. P. D. *linphaticus* G. 1. *resilire* δ. *ferocitare* B. *emptorem* L. *cogitatui meo* F. 1. *depreuso* G. 1. *fidem* pro *quidem* p. *quidems* D. *scilicet* exulat a B. *sitaedio* Iunt. 1. i. e. *sc. taedio. denariorum* Ms. Al. teste Colv. R. f. Verba *et illico* usque ad *dominus* non comparent in G. 1. O. *tumida* F. 3. (ex correctione.) sed quid prius scriptum fuerit, librarius non addidit. Idem ex correctione in G. 2. legitur *tumidi*, quod prius *tumia* fuisse videtur, F. 1. in excerptis ad marg. ed. Colv. et pro varia lectione in coll. Lind., qui praeterea *stumida* epotavit. In ipso codice Lindenbrog. *tumicla* invenisse videtur. *tumida* omnes edd. vett. *tumicla* d. Colv. Vulc. 2. Wow. Pric. Florid. *tumidam* p. *tomica* Elm. ex correctione Lindenbrogii, quam lectionem F. 1. esse perperam pronuntiavit. *spartrea* G. 2. D. *partea* p. F. 1. in coll. Lindenbrog. *spartre* P. (teste Elm. *spartreae* teste Oud.) *parte* Vicent. Iunt. Unde vero Elm. lectiones F. 1. *spartea* et F. 2. *spartae* hauserit, nescio. *diligatum* B. *Phylebo* G. 2. Vicent. Venet. 2. et correctum ita erat: *Phylebo a* φίλη, in marg. ed. meae Paris. *dominus meus* δ. *censabatur* G. 2. D.

vero pineis usque ad perniciem pectus tundere cogebat, ubi cf. Casaubon. cf. Trebell. Poll. c. 4. *Nam quum esset nuntiatum nono Calend. April. ipso in sacrario Matris sanguinis die Claudium imperatorem factum.* Tert. Apol. c. 9. p. 10. A. Rigalt.: *Bellonae sacratis sanguis de femore proscisso in palmulam exceptus esui datus est*; de Pall. c. 4. p. 117. C. *et tetrici super caput velleris in Bellonae mentes fugantur.* Buenem. ad Lact. I. 21. §. 16. p. 140., qui plures interpretes excitat. Hartung. in libro: *Relig. der Röm.* T. II. p. 154. Itaque non propter lasciviam sacrificia Cybeles hic Bellonae conferuntur, sed propter crudelitatem; utriusque enim deae sacerdotes corpus dilacerare solebant cf. infra p. 581.]

mater Idaea. [cf. Elm. ad Minuc. Fel. p. X. Munk. ad Hygin. in CXCI. p. 316 sq. Oud. ad Iul. Obseq. p. 128.]

caecum reddant. Superstitio erat veterum, Isin peierantes oculis orbare, de qua fusius agit Schott. Observ. II. 6. p. 39. Heins. ad Ovid. ex Pont. I. 1. 51 sq. *vidi ego linigerae numen violasse fatentem Isidis, Isaicos ante sedere focos. Alter ob huic similem privatus lumine culpam Clamabat, media se meruisse via.* [Plura profert Rupert. ad Iuven. XIII. 93., et Cuper. Harpocrat. in Pol. Suppl. Thes. Antiq. T. II. p. 511., qui demonstrat, Isidem vice versa hominibus visum restituisse. Eandem orbitatem ceteri quoque dei peierantibus immiserunt.]

tumicla spartea. Hac Scaligeri emendatione quum nihil verius esse possit, in textum eam recepi, Colvii *taeniam sparteam* emendationem reiiciens, et Beroaldi lectionem *tumida parte*, quam de turgida colli parte intelligit, qua asini alligentur praesepi. Idem perperam *sparteam tumidam* interpretatur *funem crassum.* Lindenbrog. coniecit *tomica* coll. Vitruv. VII. c. 3. et Rutgers. Var. Lect. III. c. 9. [Quoties vero in Mss. *cl* et *d* commutentur, fusius iam exposui ad Met. VII. p. 480., ita ut *tumida* nihil aliud sit nisi *tumicla.* De voce conf. Taubm. ad Plaut. Mercat. I. 2. 80. p. 903. et Voss. in Etymol. s. v. *tomex.*]

[Lucian. p. 603. ἡ δὲ πολλὰ πολλάκις

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

576 At ille susceptum novitium fa|mulum trahebat ad domum statimque illinc de primo limine proclamat: Puellae, servum vobis pulchellum en ecce mercatus

susceptum me coniecit Oud. citra necessitatem. *illic* edd. ante Bas. 2. et Colv. Male. cf. V. p. 374. *iam inde a foribus quam maxime boone. lumine* B. *proclamabat* G. 1. O. *puellae*, *puellae* B. *nobis* G. 1. *pulchellum* F. 3. G. 1. 2. D. et edd. vett. Recentiores fere omnes praebent *pulcellum*. *een ecce* G. 1. *ene* D. posteriore *e* littera a m. recent. *mercato* B. F. 2. teste Elmenh. At in collatione Lindenbrogii nihil adnotatum est, edd. ante Colv. *mercata* p. F. 1. ex collatione Lindenbr. *mercatum* G. 1. O. *mercatus* praebent F. 3. G. 2. P. D. R. f. π. δ. Incert. et edd. Colv. poster.

δινουμένη καὶ μεταπίπτουσα Νέμεσις ἤγαγε κἀμοὶ τὸν δεσπότην, οἷον οὐκ ἄν ἐνύξαιμην· κίναιδος γὰρ καὶ γέρων ἦν, τούτων εἰς τὴν θεὸν τὴν Συρίαν εἰς τὰς κώμας καὶ τοὺς ἀγροὺς περιφερόντων, καὶ τὴν θεὸν ἀπατεῖν ἀναγκαζόντων. τούτῳ πιπράσκομαι πολλῆς πάνυ τιμῆς τριάκοντα δραχμῶν. καὶ στένων ἤδη τῷ δεσπότῃ εἰσῆμι ἄγοντι.]

Cap. XXVI. *puellae.* [*Puellae* cinaedi nominantur propter muliebrem patientiam, qua antiquitati famosi erant. Barth. Advers. XXXIII. 12. p. 1526. idem monet adnotans: „quod nescio quis an ita ceperit. Certe *scortum* quoque ita accepit Petronius sed nec illius verbis eruditissimi viri pepercerunt.“ Significavit sine dubio locum Petron. c. 9. p. 52: *quid dicis, inquam, muliebris patientiae scortum*, ubi plurima congesserunt viri docti. Pro commentario liceat addere verba Firmic. Mat. de Errore Prof. Rel. p. 6 sq. ed. Lugd.; ubi de sacerdotibus Gallis sermo est: *Dic mihi hoccine est, quod in viro feminam quaerunt, cui aliter servire sacerdotum suorum chorus non potest, nisi effeminet cultum, cutem poliant et virilem sexum ornatu muliebri dedecorent. Videre est in ipsis templis cum publico gemitu miseranda ludibria, viros muliebria pati, et hanc impuri et impudici corporis labem gloriosa ostentatione detegere .... Exornant muliebriter nutritos crines et delicatis amicti vestibus vix caput lassa cervice sustentant. Deinde cum sic se alienos a viris fecerint, adimpleti tibiarum cantu vocant deam suam, ut nefario repleti spiritu vanis hominibus quasi futura praedicant. Quod hoc monstrum est, quodve prodigium? Negant se viros esse, et sunt, mulieres se volunt credi, sed aliud qualiscunque qualitas corporis confitetur.* Suis enim saltationibus et cantaminibus Gallos lasciviam excitasse circumstantium optime describit Arnob. II. 42. cf. Intt. ad Petron. c. 23. p. 106. Ita *cinaedus* apud Iuvenal. II. 10. idem est ac *pathicus*, *draucus*, qui muliebria patitur, ad quem locum cf. Intt. Plaut. Menaech. III. 2. 48. *omnes cinaedos esse censes, tu quia es.* De genere cf. quae profert Placid. Gloss. p. 494. Mai: *pueros pro puellis et item puellos pro pueris legimus: nam sexum pro sexu non ponimus, nisi per ironiam aliquem turpem virum et muliebria patientem, per puellam et mulierem velimus notare.*]

mercatus. Discedunt codd. in quatuor lectiones, quarum quaeque bene potest defendi. *Mercato* enim saepius occurrere pro *nundinis*, *mercatu* demonstrat G. Voss. ad Vell. I. 6. Videtur tamen potius esse mos vel lapsus librariorum, de quo cf. Dr. ad Liv. I. 15. §. 30. Sic infra *rudito* pro *ruditu*. Non male igitur Brantius *mercatu* legit, quum ad publicum mercatum asinus productus esset. cf. Plaut. Asin. II. 3. 18. *Asinos vendidit Pellaeo mercatori mercatu.* At Oud. praefert lectionem *mercata*, quum ipse Philebus cinaedus cinaedos vocans *puellas* se quoque sic considerat necesse sit coll. Lucian. p. 604. τοῦτον οὐ δοῦλον ἀλλὰ νυμφίον σαυτῇ πόθεν ἄγεις. Praeterea morem esse auctorum, in descri-

perduxi. Sed illae puellae chorus erat cinaedorum, quae statim exsultantes in gaudium, fractae rauca et effeminata voce | clamores absonos intollunt, rati 577

produxi Ed. Scriver. Amstel. Sed de publico mercatu, in quem asinus *productus* erat, eum privatam domum iam detulit. Infra recte *perduxisse* eadem quoque exhibet. Utrumque iunctim Met. IX. p. 613. *productum me renni subiiciunt et emtum pistor ad pistrinum perducit.* *I pulse* pro *illae puellae* p. *corpus* P. *erant* R. f., quod Oud., cui Ruhnk. obsecutus est, perperam in textu poni iussit. Ceteri enim omnes codd. et edd., quibus potius obtemperandum erat, habent *erat. cinardarum* R. f. L. ex emendatione librariorum, qui revera feminas esse hos cinaedos opinabantur. *qui d.* Incert. *fracte* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. L. f. d. p., qui *et* inserit; *fractea* F. 1. In cett. *fracta*, nisi quod Vule. 2. *facta* typothetarum errore ostendit. *muca* pro *rauca* D. aperte legit. *et exanimata voce d.* intercepto scilicet prae nimio clamore, ultra quam vires paterentur et garrulitate spiritu. *assonos* G. 1. O. *obscenos* M. *incolunt* D. *rati* F. 3. G. 2. D. P. *d.* p. f. Incert. et omnes edd. ante Colv. *niti* G. 1. In cett. *ratae.*

ptione eunuchorum et cinaedorum variare genus, quia tales nec viri nec feminae fuerint; coll. Terent. Eun. II. 3. 65. Catull. LXII. 4. Heins. ad Ovid. Heroid. IV. 48. Bouhier. ad Petron. Carm. de Bell. Civil. p. 105. Attamen tutius censet retineri *mercatus* vel *mercatu.* [Lectioni *mercata* obsistere videtur pronomen *ille*, quod praecedit. Dein ipse se puellam nominet necessarium non est, quia senex iam decrepitus muliebria nunc non patiebatur. Omnes vero librariorum aberrationes mihi exortae videntur esse ex omissa finali *s* littera, ut *mercatu* tum *mercatum*, *mercato* et *mercata* scriptum fuerit. Cum optimis codicibus *mercatus* equidem retinui. *Mercatum* passive dictum defenditur loco Plin. Hist. Nat. XXXIV. 11. 35. *Iam quidem facta emplastra mercantur.*]

fractae rauca et effeminata voce. Quum *fractae s. fracte* Oud. in plurimis codd. invenisset, *fauce rauca* legendum esse putavit, quam vocem saepius in *clamoribus* adhiberi demonstravit ex Auct. ad Herenn. III. 14. Suet. Aug. 84. Isid. Orig. XI. 1. Virgil. Aen. VI. 417. Sil. II. 551. Deinde vero sententiam suam retraxit, intelligens, *fractam vocem* adprime castratis et mollibus feminisque convenire; coll. Xiphilin. de Heliog. p. 912. ed. Hanov.: *τούς τε παιδόντας ἁβρᾷ τε καὶ κεκλασμένῃ φωνῇ προσειαριζόμενος*, Suid. in *βωμολοχεύσατο*, Claudian. in Eutrop. I. 261., ubi cf. Barth. et Heins. Cannegiet. ad Avian. Fab. XVII. 13. [quibus adde Iuven. II. 113., ubi de sene Gallo legitur: *Hic turpis Cybeles et fracta voce loquendi Libertas,* quo loco plura proferunt Intt. Herald. ad Minuc. Fel. c. 2. p. 11. ed. Gronov. et ad Arnob. IV. 21. T. II. p. 222. Orell.] Locum vero Martian. Capell. IX. §. 889. Kopp. consideranti, *Mars eminus conspicatus nuptias tenero cum admirationis obtutu languidiore fractior voce laudavit, profundaque visus est traxisse suspiria*, Oud. suspicio nata est, an non etiam hae puellae *fractae* rauca et effeminata voce, iuvantibus Mss., possent dici. Verum quum insuper quaeratur, quomodo fractam et effeminatam vocem appellare auctor potuerit *raucam*, Cannegieter. ad l. c. pro glossemate vocabulum defendum opinatur. *Raucam* vero *vocem* Oud. bene defendit factam esse magno clamore et ululatu, quos tollere soliti fuerint Cybeles sacerdotes, ut supra p. 570: *Tunc praeco disruptis faucibus et rauca voce saucius*, coll. Virg. Georg. IV. 71. *aeris rauci canor et fracti sonitus tubarum.* Atque omne murmur vel sonum ingratum passim dici *raucum* Ovid. Met. V. 678.; immo de tenui nec claro sono occurrere; coll. Burm. ad Aen. II. 546. Claud. Bell. Gild. 433. Virg. Aen. III. 515. [cf. Intt. ad Iuven. VI. 515. quaeque monui ad Met. VI. p. 404. *Fractae*, quae lectio non solum per librorum auctoritatem sed sententiae quoque difficultatem defenditur, in textu reposui.]

rati. [Hanc scripturam ex optimis codd. restitui, quippe quae longe difficilior sit altera *ratae*, quam potius glossema iudico esse librariorum, qui generis variationem ferre non poterant. Hinc qui audaciores erant, *quae* in *qui*

Digitized by Google

scilicet, vere quempiam hominem servulum ministerio suo paratum. Sed postquam non cervam pro virgine, sed asinum pro homine succidaneum videre, nare detorta magistrum suum varie cavillantur. Non enim servum, sed maritum illum scilicet sibi perduxisse. Et heus, aiunt, cave ne solus exedas tam bellum

scilicet non comparet in O. *verquempiam* G. 1. *succitaneum* P. neque vero G. 2., ut Oud. excerpta praebebant, in eo enim et D. legitur *sue citaneum*. *succidaticium* G. 1. a m. s. in contextu. *servam* pro *cervam* δ. *nare* abest D. *illum* desideratur in G. 2. P. D. *istum* p. *esus* pro *et heus* G. 1. *et heus tu* G. 2. D. *et heus civiter aiunt* O. π. unde Wasseus coniecit: *civiliter* i. e. nobiscum age non, ut rex, sed communi dividundo formula. Haec coniectura Oud. placet, conf. Met. X. p. 691., ubi *civiliter* opponatur tyrannicae potestati. At contra ceteros codd. quidquam mutandum esse negat. *exedas* G. 1. 2. O. D. L. δ. *vellum* G. 1. *velum* G. 2. P. D.

mutarunt. cf. ad Met. IV. p. 277. VIII. p. 569. *iumentorum refectis corporibus, quo vendibiliores videremur.* Haec vero enallage hic eo magis videtur esse excusanda, quod revera viri erant corpore cinaedi, moribus feminae.]

succidaneum. [Magnam subesse huic loco obscoenitatem indico, quam adhuc nemo interpretum intellexit. Quum enim *succidaneae hostiae* teste Gell. IV. 6. §. 6. nominatae sint eae, quae, si primis hostiis litatum non erat, aliae post easdem ductae *caedebantur*, asellum puellae nuncuparunt *succidaneum*, quem pro virgine magister caedebat. Ita enim *caedere* obsceno sensu dici, demonstrabunt quae dicam ad Met. IX. p. 605. Alludere Apuleium ad fabulam Iphigeniae apparet. *Succidaneum* scripsi eodem auctore Gell. l. c. §. 5. *Succidaneae autem hostiae dicuntur, e littera per morem compositi vocabuli in i litteram commutata.* cf. Intt. ad Fest. T. II. p. 672. Lindem. Voss. Etymol. s. v. *praecidaneum*, Bonda V. L. p. 115.]

magistrum i. e. *μητραγύρτην* et Archigallum cf. Inscriptt. Gudian. et Phil. a Turre di Mithra p. 273. Res est notissima.

maritum. [Adiuvat hic adponere, quae Valesius ad Iuven. IX. 92: *negligit atque alium bipedem sibi quaerit asellum* adnotat: *asellum* h. e. paedicouem bene mentulatum asini more, quales fuisse Commodo et Elagabalo *ὄνους* et *ὀνοβελεῖς* hinc dictos tradit Lampridius. A Phaedro in ult. fab. L. III. et in Copa Virgil. *asinus* vocatur *delicium Gallorum*, sc. quod illis nimium lascivis foedae libidinis ministerium praestabat, ut docet Apuleius in Milesia." cf. Intt. ad Iuven. I. 59. Casaubon. ad Commod. c. 10. T. I. p. 502. et Salm. ad Heliogab. c. 8. ibid. p. 813. et ad Tom. II. p. 824. Voss. ad Catull. p. 165. Intt. ad Phaedr. IV. 1. 8., quae tota fabula ad nostrae narrationis explicationem egregie facit, et ad Virg. Cop. 25. *Maritum* ironice nominant, quia effeminatus magister muliebria ab asino patitur.]

exedas. Flagitium illud verbi a Plauto petitum est Pseud. IV. 7. 24: *Praeda haec mea est, scortum quaerit, habet argentum. Iam admordere hunc mihi lubet. Si. Iamne illum comesurus es,* De variis *exedendi* et *exugendi* significationibus Oud. conferri iubet Heins. ad Ovid. Met. XIV. 208. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 115. quosque laudet Burm. in Miscell. Observ. N. VII. p. 178. [Heins. Advers. IV. 1. p. 559 sq. Cort. ad Lucan. II. 73. Intt. ad Iuven. VI. 91. De obscoeno sensu huius vocabuli cf. Taubm. ad Plaut. Curcul. I. 1. 45. Non. p. 478. *assequitur nec opinantem, in caput insilit, ipsum commanducatur totum complexa* et p. 81: *commanducatur totum complexa comestque.* Et ita intelligi debet sequens eiusdem Lucilii exemplum ex Libr. XXX. Sat.: *Conficit ipse comestque. Conficere* enim est *constuprare* cf. Donat. ad Terent. Eun. V. 4. 6. Suet. Ner. 29. Burm. ad Anthol. Lat. Tom. II. p. 509. ad Met. V. p. 326. Ita *abligurrire* obscoeno sensu cf. Burm. ad Suet. Tib. 45. de Illust. Gramm. 23. *devorare* Plaut. Asin. II. 2. 71. et *vorare* in Priapeio Tibull. 84. *ut tuum ter et quater voret profunda fossa lubricum caput exhaurire.* Iuven. IX. 59 *exsorbere* ibid. X. 223.]

scilicet pullulum, sed nobis quoque, tuis palumbulis, nonnunquam impertias. Haec et huiusmodi mutuo blaterantes praesepio me proximo deligant. Erat quidam iuvenis satis corpulentus, choraula doctissimus, | collaticia stipe de mensa 578

pullum G. 1. O. *d.* *non cuiquam* pro *nonnunquam* O. Addere placet Pricaeo *indidem.* *impartias* Iunt. 1. 2. Ald. Paris. *huius d. huiuscemodi* Ed. Scriver. *proximo* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. O. R. *f.* L. *d.* Incert. et Edd. post Wower. In cett. est *proximum.* *delligant* G. 1. *diligant* P. *diligunt* G. 2. D. *quidem* Vicent. *choraula* F. 1. 3. G. 1. 2. B. D. edd. vett. *ceraula* F. 2. p. Elm. Scriv. Florid. *comula* P. Ceteri codd. *choraula* habere videntur. *doctissimus* D. *conlaticia* F. 3. G. 1. 3. *collaticiam* D. *spipe* D. *stirpe* Elm. vitio operarum.

pullulum. [Fest. p. 129. Lindem. *Puer, qui obscene ab aliquo amabatur, eius, a quo amatus esset, pullus dicebatur, unde Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod eius natis fulmine icta erat, pullus Iovis appellatus est,* quae explicatio originem vocis a graeco πῶλος indigitare videtur. cf. Intt. ad h. l. p. 607. Idem etiam Placid. Gloss. p. 493. cum Festo pronuntiat: *Pullum puerum in amoribus. Unde Romae Q. Fabius Eburnus quod natibus fulguratus erat, pullus Iovis dictus est* et p. 494. *homo parvus pullus est vel recens nati, pulli eo quod polluti sunt.* Equidem *pullus* pro *puellus* esse dixerim, unde displicet viri docti coniectura, qui *puellulum* legere mavult, quam formam ex analogia vocis *puellula* defendit. Quamquam scio, saepius *bella puella* componi, ut etiam *bellus puellulus* dici liceat, tamen quicquam mutandum esse contra codd. nego cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. 1. p. 652. Apol. p. 501. *bellum vero puerum elegistis,* ubi eadem ratione facile commutari posset *bellum vero puellum. Pullus* et *Pullulus* blandientium sunt vocabula, ut subsequens *palumbulis,* et verisimile est, se ipsos hic cinaedos nuncupasse iis nominibus, quibus Archigallus eos appellare solebat. Utrum cum aliis statuendum sit, ad eorum opera meretricia et nefanda (πῶλος) allusisse Apuleium, mihi pro certo non constat. cf. Plaut. Casin. I. 51. Hor. Sat. I. 3. 45. Fronto ad Anton. Imper. I. Epist. 3. p. 151. ed. Rom. *Vitli pullulos tam simili facie tibi.* De *palumbulis* cf. Plaut. ad Bacch. I. 1. 35., qui hoc vocabulum inter obscoena refert.]

choraula. Cum Elm. aliisque Oud. praefert lectionem *ceraulae* propter sequentia *qui cornu canens adambulabat. Choraulam* enim esse tibicinem, tibia recta in sacris Graecorum ludis chorisque canentem coll. dict. ad Suet. Ner. c. 54. Harduin. ad Plin. XXXVII. 1. Tales vero cornicines semper adfuisse Isiacis et Cybeles Deaeque Syriae sacris. Quia tamen et turba *libicinum* adfuerit, ut vel ex pag. seq. et Luciani αὐλητὴς ὄμιλος pateat, librarios putat inde *choraula* formasse. Si vero Oud. de Deo Socrat. p. 149. *cymbalistarum et tympanistarum et ceraularum* legere mavult, errat, neque sententia loci neque librorum auctoritate coactus. De *ceraula* cf. Intt. ad Ovid. Epist. ex Pont. I. 1. 39. Neapol. et Heins. ad Ovid. Trist. IV. 181. Fast. VI. 660. Salm. Plin. Exercit. p. 87. [E contrario ego putaverim, *ceraulam* emendationem esse eorum, qui non tibiis sed cornu canere hunc servulum ex seqq. intelligebant. Mihi quidem apertum est, Apuleium fere nullum inter utrumque vocabulum discrimen posuisse, quum Florid. p. 17. dicat: *Antigenidas ... cum esset in tibicinio apprime nobilis, nihil aeque se laborare et angi dicebat, quam quod monumentarii ceraulae tibicines dicerentur,* ubi quum de tibicinibus sermo sit, *ceraula* item in *choraulae* corrigendum esset, sed omnes Mss. constanter servant. Accedit quod cornu tibiis apud veteres adiungebatur, cf. Hesych. *ἐγκαύριον αὐλῆσαι,· ὅθεν καὶ ὁ ἐγκεραύλης προσκειμένου γε κέρατος τῷ αὐλῷ ἦδον.* Ovid. Met. III. 533. *Aerane tantum Aere repulsa valent et adunco tibia cornu,* quae Phrygia est, cornu habens intlexum i. e. curvata tibia, Tibull. II. 1,

paratus, qui foris quidem circumgestantibus deam cornu canens ambulabat, domi vero promiscui operis partiarios agebat concubitus. Hic me simul domi conspexit libenter, appositis largiter cibariis gaudens alloquitur: Venisti tan-
[213] dem miserrimi laboris vicarius. Sed diu vivas et dominis | placeas et meis

canes Vened. 2. 4. *promiscui* F. 3. L. *d.* O. *f.* Scriver. *promisui* G. 2. D. *promischui* G. 1. *promiscue* P. In cett. *promiscuis. partiarius* G. 1. *partiarios* Vicent. *concubinus* F. 1. *excubitus* B. *conspexit, libenter appositis largiter cibis.* Ita interpungunt Iunt. 1. 2. Ald. *libenter* non comparet in B. *venusti* Vicent. *vicaria* G. 1.

86. His usos fuisse sacrificantes in sacris Deum Matris, testantur Ovid. Fast. IV. 181. *Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu Flatur et Idaeae festa parentis erunt*, quosque praeterea excitat Burm. ad loc. Metam. cit. Totam vero litem tollit locus Iuvenal. Sat. II. 90. *nullo gemit hic tibicina cornu*, ubi etiam de festis Bonae Deae sermo est. *Cornu* hic est tibia Phrygia, γίγγρος s. γίγγρα πλαγίαυλος et VI. 315. *quum tibia lumbos Incitat et cornu pariter vinoque feruntur Adtonitae crinemque rotant ululantque Priapi Maenades*, ubi *tibia* et *cornu* non pro diversis instrumentis habuerim, ut plurimi lutt. putant. Ita hoc loco *choraula* bene potest defendi. nec adversatur *cornu*, quod tibiam Phrygiam significat, quin immo nego, *ceraula* cum interpretibus de eo licere capi, qui cornu canit, quum nullus locus afferri possit, cornua et tibias in sacris Cybeles adhibita fuisse, sed tantummodo tibias. Hinc recte Apuleius infra p. 580. dixit: *incitante tibiae cantu lymphaticum tripudium* Met. XI. p. 772. *Ibant et dicati magno Serapi tibicines, qui per obliquum calamum ad aurem porrectum dextram, familiarem templi Deique modulum frequentabant*, ubi vide. Nec aliter intelligendus est locus Florid. p. 17., ubi *monumentarii ceraulae* sunt tibicines Phrygiis tibiis in funeribus utentes cf. Buleng. de Theatro Lib. II. c. 22. in Graev. Thes. Antiq. T. IX. p. 1023.; de tibiis obliquis sive curvatis eund. c. 24. p. 1027. De *choraula* cf. Casaub. ad Vopisc. Casin. 19. T. II. p. 819 sq.]

collaticia stipe de mensa paratus. Male sententiam Beroaldi secuti Parisienses excuderunt *stipe demensa*, quasi deprompta, prolata. Sed sanum esse locum probat ipse Apuleius Apol. p. 432. *Quoniam* (Cato) *ad villam publicam venerat, parum visum, qui uteretur, iussisse duos pueros in foro de mensa emi*, quo loco plura dicam.]

promiscui operis partiarios agebat concubitus. Oud. dictionem *concubitus operis* pro *opere concubitus* non intelligens ex diversa librorum scriptura conflavit lectionem: *promiscue operas partiarias agebat concubinus* coll. Herald. ad Arnob. IV. 29. (T. II. p. 246. Orell.) et dict. ad Suet. Tiber. c. 43. Eleganter vero sumi *concubitum* active, qui instar *patientis concubini* s. catamiti deberet obsequi turpissimae illorum libidini et suarum partium operas nunc huic nunc illi promiscue et quasi in commune praebere coll. Curt. X. 2. §. 27. *Bonis vero militibus cariturus sum, pellicum suarum concubinis*, ubi cf. Snakenburg. De *partiario* adiectivo et adverbio comparari iubet Met. IV. p. 303. IX. p. 646. Gronov. Observ. IV. 16. Commentt. ad Caton. R. R. c. 16. et 137. p. 473. ed. Lips. [Ego optimorum codd. lectionem revocavi, ita interpretatus: *Promiscuum opus* refero ad varia concubitus genera, ad schemata illa lasciva Veneris, quorum obscoenissimum postea commemoratur, vel si hoc minus probatur, ad coitum, ad quem omnes sine discrimine admittebantur sacerdotes Cybeles. *Opus* vero honesto vocabulo hic nominatur *coitus* cf. Broukh. ad Tibull. I. 10. Burm. ad Anthol. II. p. 563. Met. IX. p. 605. *Partiarii concubitus* sunt, qui a pluribus participantur. Ita utrumque compositum est, ut eo magis infamia et vilitas servi istius evadat, quamquam non negandum est, paullo insolentius hoc dictum esse.]

defectis iam lateribus consulas. Haec audiens iam meas futuras novas cogitabam aerumnas.

CAPUT XXVII.

Die sequenti variis coloribus indusiati et deformiter quisque formati, facie coenoso pigmento delita et oculis obunctis graphice prodeunt, | mitellis et 579

def tis G. 1. *he audiens* D. *hic audiens* edd. vett. usque ad Bas. 2. *furas* D. pro *futuras*. *fortunas* δ.

inclusiati R. f. δ. ed. pr. Venet. 4. Paris. Bas. 1. *forti* pro *formati* aperte scribit D. *facie* habet F. 3. G. 1. 2. D. P. L. O. R. f. δ. p. In cett. *faciem*, quod teste Elm. etiam P. habet. *pigmento* invenitur in F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. L. P. R. f. δ. O. p. et omnibus edd. In cett. *figmento*. *delita* F. 3. G. 1. 2. D. O. L. R. f. δ. p. P. teste Oud. *delitam* F. 1. et P. teste Elm. *delito* B. auctore Elm., sed in Mediana collatione, ut Oud. iam bene viderat, est *deliti*, quod editiones omnes vett. praebent.

aerumnas. [Lucian. p. 604. *Ἐπεὶ δὲ ἤκομεν, ἔνθα ὤκει Φίληβος (τοῦτο γὰρ εἶχον ὄνομα ὁ ὠνησάμενός με) μέγα εὐθὺς πρὸ τῆς θύρας ἀνέκραγον· Ὦ κορίσια, δοῦλον ὑμῖν ἐώνημαι καλὸν καὶ ἀδρὸν καὶ Καππαδόκην τὸ γένος. ἦσαν δὲ τὰ κορίσια ταῦτα ὄχλος παιδίων συνέδραμον τοῦ Φιλήβου καὶ πάντες πρὸς τὴν βοὴν ἀνεκρότησαν. ᾤοντο γὰρ ἀληθῶς ἄνθρωπον εἶναι τὸν ἐώνημένον· ὡς δὲ εἶδον ὄνον ὄντα τὸν δοῦλον, ἤδη ταῦτα ἐς τὸν Φίληβον ἔσκωπτον, τοῦτον οὐ δοῦλον, ἀλλὰ νομφίον σαυτῇ πόθεν ἄγεις λαβοῦσα; ὅταν δὲ τούτων τῶν καλῶν γάμων καὶ τέκνους ταχέως ἡμῖν πώλους τοιούτους. καὶ οἱ μὲν ἐγέλων.*]

Cap. XXVII. *die sequenti.* [De hac totâ narratione cf. Heinrich. ad Iuven. Sat. VI. 511. p. 269 sqq.]

facie coenoso pigmento delita. [Ita scribendum esse non solum Mss. iubet auctoritas, sed loci quoque totius concinnitas, quum ita sibi optime respondeant enuntiationis membra *indusiati et ... formati, facie ... delita et oculis obunctis. Faciem deliti tum*, quod Oud. coniecit, eandem ob caussam ferri non potest, quia *tum* enuntiationis rationi minime convenit. Graecismi *faciem deliti* non erat cur Oud. tot exempla proferret, quum non solum Apuleio sed aliis quoque scriptoribus usitatissimus sit. Praeterea Oud. praefert lectionem *figmento*, quod *κατάπλασμα* explicat, citans Salm. ad Tertull. Pall. p. 247., qui idem probaverat. Sic enim *fingere corpus, capillos* al. *unguento* dici coll. dict. suis ad Lucan. X. 491. Heins. et Burm. ad Ovid. Am. I. 14. 2. pro fucare, obvelare et mentiri simulatione Iatt. ad Val. Flacc. II. 241. ad Ovid. Met. IV. 319. Sed *pigmento* recte habet, quum *χρώματα* significet colores pictorum, Plaut. Epid. V. 1. 20. et deinde speciatim usurpetur de unguento, quo mulieres ad exornandam faciem utuntur, ut candorem et ruborem cuti inducant. Et ita bene de grege cinaedorum dici potest, qui mulieres imitantur, itaque mulierum instar ora fucant. cf. Plin. Hist. Nat. XVI. 43. 84. Munk. ad Fulgent. Mythol. III. 8. p. 725.]

oculis obunctis graphice. [Fuligine ornamenti caussa oculorum exordia inducere solebant veteres delicati, quem pulverem nigrum Graeci *στίμμι*, unde *στιμμίζειν* et *ὑποστιβίζειν*, dicebant. Plurima de hoc pulvere dabit adeunti Rupert. ad Iuven. II. 93. T. II. p. 87. not. 25. Orell. ad Arnob. II. 51. T. II. p. 63.]

mitellis. [*Mitra* fascia erat, qua coma religabatur. Apud Romanos vetularum et meretricum erat ornamentum, marium etiam nonnunquam, sed effeminatorum, ut exponit Orell. ad Arnob. II. 23. T. II. p. 33., qui plures VV. DD. enumerat. Cf. eundem in Append. ad h. l. p. 23. Rupert. ad Iuven. III. 66. T. II. p. 123. not. 14. Beier. ad Cic. orat. in Clod. fragm. p. 34. Raynard. de pileo ceterisque capit. tegum. Sect. V. et VI. in Graev. Thes. Antiq. T. VI. p. 1242. et 1246 sqq.]

Digitized by Google

580 crocotis et carbasinis et bombycinis iniecti. Quidam tunicas | albas in modum lanciolarum quoquo versum fluente purpura depictas cingulo subligati, pedes luteis induti calceis, deamque serico contectam amiculo mihi gerendam impo-

crocrocodis P. F. 1. (in uno Ms. Florent. esse *crocotis* testatur Lindenbrog.) *crocrotis* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *crocorcotis* G. 2. D. *croco cotis* G. 1. *crociocotis* L. *bombycinis* d. *bombiginis* D. *bombicinis* Colv. Pro *iniectis*, quod est in Edd. vett. et B., dedit Bas. 2. *linteis iniectis*, et ita istud nomen textui contra Mss. irrepsit, quod bene Colvius reliciendum in notis monuit, sicut et paruerunt ceteri. *iniecti* omnes codd. *intecti* Merceri edit. Par. 1601. et Soping. in margine. *albas* deest f. *laciolarum* G. 1. O. (F. et P. in excerptis ad marg. ed. Colv.) *quoquo surcum* f. teste Roaldo, qui hinc emendabat *quoquo sane versum*. Oud., qui potius corrigi posse putat *scilicet*, in suis excerptis vidit *quoquo versu*. *purpuras depictas* P. *depicta* Bas. 1. *cingalo* G. 1., *u* ab eadem manu super additio. *pedis lucteis* G. 1. (neque *liceis pedis*, quod Oud. enotavit.) *induti calceis* desunt G. 1. O. π. Herald. ad Mart. p. 227. legit *linteis*. Oud. mallet *inducti*, nisi refragarentur omnes libri praeter p. cf. ad Met. II. p. 159. *deque* G. 1. 2. D. *ammiculo* G. 1. *auĩculo* O. *gerebam* G. 1.

crocotis. Mulierum haec vestis est cf. Aelian. V. Hist. VIII. 16. *εἶγε καὶ φοκίων γυνὴ τὸ φοικωτὸς ἱμάτιον ἐφόρει καὶ οὐδὲν ἔδεετο οὐ κροκωτοῦ, οὐ ταραντίνου, οὐκ ἀναβολῆς, οὐκ ἐγκυκλίου, οὐ κεκρυφάλου, οὐ καλύπτρας, οὐ βαπτῶν χιτωνίσκων.* Plaut. Epid. II. 2. 47. Ex lectionis farragine Oud. bene emendavit *crocotulis*, ut *mitellis*. Sed ego optimorum codd. lectionem retinui. [De *crocotis*, quae vestes erant molles ac tenues a colore ita dictae cf. Spanh. ad Callim. p. 100. Salm. ad Tertull. Pall. p. 291. Ferrar. de Re Vestiar. III. c. 5. in Graev. Thes. Antiq. T. VI. p. 734. Bayf. de Re Vest. c. 2. ibid. p. 564. Mollium ac delicatorum hominum et praesertim saltatorum ac pantomimorum eas vestes fuisse demonstrat Ferrar. l. c. III. c. 20. p. 765. Color enim *caeruleus* et *galbinus* mulierum est, et hominum mollium, cf. Casaub. ad Vopisc. in Aurel. c. 34. Lips. Elect. I. 13. Turneb. Advers. XVII. 8. Ferrar. l. c. III. 22. p. 770. Intt. ad Ovid. Met. X. 1.]

carbasinis. [cf. Intt. ad Schol. Iuven. VIII. 168. p. 333 sq. Cramer.]

bombycinis. *Linteis*, quod nonnulli codd. praebent, librariorum est additamentum, qui absolute ita dici posse non putabant. Sed cf. Martial. VIII. 68. *Femineum lucet per bombycina corpus.* [De *bombycinis* cf. Ferrar. de Re Vest. I. 20. Barth. Advers. XXXVI. 13. p. 1654. Heinr. ad Iuvenal. II. 66. p. 100. Heyn. ad Tibull. II. 3. 53. Boettig. Sab. T. II. p. 115. ed. 2. Bombycinorum hoc proprium fuit, ut corpus denudarent. Utebantur praeceteris meretrices, libidinem spectantium excitaturae. cf. Intt. ad Phaedr. II. 5. 12. Senec. de Benef. VII. 9. §. 5. *video sericas vestes, si vestes vocandae sunt, in quibus nihil est, quo defendi aut corpus aut denique pudor possit, quibus sumtis mulier parum liquido, nudam se non esse iurabit. Haec ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus arcessuntur, ut matronae nostrae ne adulteris quidem plus sui in cubiculo quam in publico ostendant.* Plin. Hist. Nat. XVI. 17. Senec. Epist. XC. 21. ubi cf. Ruhkopf. Intt. ad Horat. Sat. I. 2. 101.]

albas. [*Albis* vestimentis induti erant sacerdotes et sacrificantes cf. Intt. ad Pers. Sat. II. 40. ad Ovid. Met. XV. 676.]

lanciolarum. Quod alii emendarunt: *in modum laciniarum*, ut Modius et Sciopp. in Susp. IV. 8., vix intelligi posse videtur. Oud. lectionem *lanciolarum* bene ita defendit: His tunicae cingulo subligatae non poterant fluere instar laciniarum quoquo versus. Sed tunicae ipsae erant *ῥαβδωτοὶ* et virgatae, purpura quasi fluente trabium instar seu parvarum lancearum purpurearum. cf. ad Florid. p. 33. *tunicam interulam tenuissimo textu, triplici licio, purpura duplici.* [*Purpuras* vestes gessisse sacerdotes Phrygios, ex multis locis demonstrat Matthaeus Aegypt. de S. C. de Bacchan. in Polen. Thes. Antiq. Suppl. T. I. p. 822. not. g.]

luteis induti calceis. [De *luto* herba

nunt, brachiisque suis humero tenus renudatis attollentes immanes gladios ac secures, evantes exsiliunt, incitante tibiae cantu lymphaticum tripudium. Nec paucis percrratis casulis ad quandam villam possessoris beati perveniunt, | et 581
ab ingressu primo statim absonis ululatibus constrepentes fanatice pervolant;

brachiis non addita *que* particula D. *humerotinus* Vicent. *humerostenus* G. 1. *denudatis* O. p. *renudantes* G. 1. sed ab eadem manu in contextu correctum est *renudatis*, *ac* ante *secures* abest in G. 1. O. *levantes* F. 2. 3. G. 1. 2. D. P. O. R. f. L. d. *evantes* F. 1. *euhantes* ed. pr. Vicent. Venet. 2. In cett. *evantes*. *incitate* G. 2. D. *incitantes* edd. vett. usque ad Colv. *tibie cantulum phaticum* G. 2. D. *incitauree thibie cantulum phaticum* G. 1. *percursatis* Colv. Vulc. Merc. Wower. *casibus casulis* G. 1. priori vocabulo linea obducto. *castellis* δ. π. quod irrepsisse putat Oud. ex Met. IX. p. 599. *britim* pro *beati* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *britini* edd. ceterae praeter Iunt. 2. Scriv. Florid. *bis* O. p. P. *ab* exulat a p. *abingressu* G. 1. D. *adsonis* G. 1. *contrepentes* G. 1. *fanotice* G. 1. *provolant* p. ed. Scriv. *denique* pro *diuque* omnes edd. vett. praeter Iunt. 2. et B.

flavi coloris, qua tingitur, cf. Broukh. et Heyn. ad Tibull. I. 8. 52. Intt. ad Gell. II. 26. *Luteum* est splendidum, rubrum Munker. ad Fulgent. Exposit. Serm. Ant. p. 783. Stav.]

evantes. Hanc deterioris notae codicum lectionem, quam F. 1. scriptura *orantes* confirmare videtur, meo iure praeposuisse alteri *levantes* mihi videor. *Levantes* enim ita tantum potest defendi, ut neutrorum significatione secures indicet *levigatos* et *splendidos*, cuius significationis quum alterum exemplum proferri nequeat, et cum ipsius loci sententia *evantes* commendet, in textu id cum Oud. aliisque retinui, explicans *bacchantes* et *euan eroe* clamantes, utpote colentes *Sabadium* quoque deum, quem Bacchum esse supra demonstravi. Σαβάζειν vero dici pro εὐάζειν docet Heins. ad Sil. I. 18. Propert. II. 2. 28. Virg. Aen. VI. 517. *evantis orgia circum Ducebat Phrygias*, ubi cf. Serv. [*Ululare* eadem in re dicit Iuvenal. VI. 314., ubi *Maenades* nominantur: *Nota Bonae secreta deae, quum tibia lumbos Incitat et cornu pariter vinoque feruntur Adtonitae crinemque rotant ululantque Priapi Maenades.* cf. Intt. ad Lucan. I. 567.]

incitante tibiae cantu. *Incitantes*, quod Colvius legit, improbatur. Sic enim *tuba ciere* et *dare bellum* dicitur. cf. Duker. ad Petron. 122. V. 134. in Comment. Flori Ed. 1. p. 925. et 2. p. 612. Oud. ad Lucan. IV. 186. Eadem ratione loquitur Iuven. VI. 314. *cum tibia lumbos incitat*. Phaedr. V. 7. 15. de tibicine: *cuius flatibus Solebat excitari saltantis vigor*. Lucret. II. 621. *Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentes*. Horat. Od. III. 15. 10. *Pulso Thyas uti concita tympano*, quae exempla Pricaeus protulit. [De *tibia*, sacrorum Cybeles propria, cf. supra ad p. 577. *choraula* et Zoega Li Bassirilievi antichi di Roma T. I. Not. ad Tabul. XIII. p. 104., qui omnia veterum de Matre Dea testimonia composuit et illustravit, Ovid. Fast. VI. 189. Hinc Cybelen in antiquis monumentis nonnunquam conspici tibia ornatam, demonstrat Orell. ad Arnob. VI. in Add. p. 65. ex Antiq. Montefalconii Tab. I. fig. 5. compend. Schaz.]

possessoris beati. Ineptam lectionem *Britini*, quam mirum est in multis edd. mansisse, ineptius Hermolaus explicare conatus est, quasi intelligeretur aliquis e *Britia*, Bithyniae civitate. Sed cur talis nationis hominem memorasset auctor, cum res agatur in Thessalia eique continuis regionibus? De *beatus* pro *opulentus* cf. ad Met. IV. p. 239.

fanatice. [*Fanaticus* proprium est sacerdotum Cybeles epitheton. cf. Heinr. ad Iuven. Sat. IV. 123. p. 191. II. 112. Quint. XI. 3. 71. *Caput iactare et comas rotare fanaticum est*. Liv. IV. 33. §. 2. Duk. ad Flor. III. 19. §. 2.]

diuque. Ineptissime archaizat pro suo more Brantius, per figuram tmesin *diquĕ capite miss* emendans [de qua conf. Intt. ad Arnob. V. 33. T. II. p. 333. Orell. et ad VII. 48. *interque esse desiderat pugnis*.]

Digitized by Google

diuque capite demisso, cervices lubricis intorquentes motibus, crinesque pendulos in circulum rotantes, et nonnumquam morsibus suos incursantes musculos, ad postremum ancipiti ferro quod gerebant, sua quisque brachia dissecant.
582 | Inter haec unus ex illis bacchatur effusius, ac de imis praecordiis anhelitus

cervices G. 1., r a m. s. *crinosque* D. *crinibusque* Iunt. 1. 2. Ald. *in arculum* G. 2. D. P. et F 2. (teste Etm. In Lindenbrog. collatione nihil enotatum est.) *rorantes* G. 1. Vicent. *rot. in circ.* vel *arculum* G. 2. D. et ed. Colvii eaque posteriores. *et non unquam* G. 1, *incursant* G. 1. *incursitantes* Paris. *muculos* Venet. 2. *ac postremum* F. 1. *ancipi* D. *dissicant* f. Colv. Vulc. Merc. Wow. Etm. Pric. et in codd. tantum non omnibus, ut in F. 3. In G. 2. est *dissecant*, in D. *dissechant dischaie* G. 1. *disciunt* O. *dissecuit* π. *dissecat* Bas. 1. 2. *dissecant* est in edd. vett. In F. et P. esse *dissicant* aperte testantur excerpta ad marg. edit. Colv. *bacchatus* ∂. *anelitus* G. 1. *hahelitus* D.

cervices lubricis ... crinesque. [Pro commentario velim legi expositionem Matth. Aegypt. ad S. C. de Bacchan. in Polen. Thes. Suppl. T. I. p. 819., qui nostrum quoque locum excitavit, et Intt. ad Arnob. V. 16. T. II. p. 295 sq. Orell. ad Iuven. VI. 316., ubi Rupert. plurima protulit. Burm. ad Antholog. T. I. p. 29. 30. Spon. Misc. Sect. II. Art. V. in Polen. l. c. T. IV. p. 705.]

in circulum. Colv. non de nihilo esse autumat veterem lectionem *arculum*, conf. Fest. s. v. p. 14. Lind. *Arculum appellabant circulum, quem capiti imponebant, ad sustinenda commodius vasa, quae ad sacra publica capite portabantur*, Reines. Var. Lect. II. p. 238. At recte iam Oud. eam repudiavit. Neque enim ex pendulis crinibus faciebant talem rotundum arculum, sed caput comasque in aerem κύκλῳ iactabant, sive rotabant, ut exempla evincunt prius prolata. [cf. Herald. ad Minuc. Felic. p. 30. ed. Lugd.]

incursantes musculos. [De hoc more Gallorum brachia aliasque corporis partes morsibus ac ferramentis dilacerandi cf. Intt. ad Arnob. V. 17. T. II. p. 297 sqq. Orell. Senec. de vita beata c. 27: *Quum sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur, quum aliquis secandi lacertos suos artifex brachia atque humeros suspensa manu cruentat.* Ouz. ad Minuc. Fel. p. 141. ed. Lugd. Wower. ad Firmic. de prof. rel. p. 45. eiusd. edit. Propert. II. 18. 15 sq. Taubm. ad Plaut. Trucul. II. 7. 43. Buen. ad Lact. Epit. XXIII. §. 6. p. 1240.]

ad postremum. [*Ac postremum*, quod per se probum est, hic defendi non posse, quod ita abundet particula, bene profert Oud. cf. Deder. ad Dict. Cret. II. 43. not. crit. Utrumque dixisse veteres probant praeceteris Dict. Cret. exempla, qui in ea dictione nimius est. cf. III. 26., ubi ex optimis codd. *postremum* simpliciter retinendum est et IV. 7. quo loco item Deder. peccavit. Alibi Apuleius dixit *postremum*, ut Met. IV. p. 165. IX. p. 594. 674. X. p. 693. 698. Apol. p. 402. *Ad postremum* praeter hunc locum inveni Met. IX. p. 629. Hand. Tursell. T. I. p. 131.]

dissecant. [*Dissicare* vel *dissicere* antiquos semper dixisse, sententia est Colvii, quam multis exemplis codd. vetustissimorum confirmare studet. Contra Oud. cum Dr. ad Sil. Ital. IX. 538. putat, morem tantummodo fuisse librariorum, eadem ratione *protinus*, *quatinus* ubique fere scribentium. Equidem librorum constantiam hic non secutus sum, cf. Buen. ad Lact. Inst. II. 7. §. 8. p. 209.]

inter haec unus. [Fortasse idem est archigallus senex, quem supra iam innuebat, quique in lacertis dilacerandis praeivit. cf. Tertull. Apol. c. 25. De *bacchatur* cf. Ouz. ad Minuc. Fel. p. 157. ed. Lugd. Aretaeus de Affectionib. temporal. 15., quem locum Colvius protulit, egregie hunc furorem describit: *τίμονται τινες τὰ μέλεα θεοῦ ἰδίοις ὡς ἀπαιτοῦσι χαριζόμενοι εὐσεβεῖ φαντασίῃ καὶ ἐστὶ τῆς ὑπολήψιος ἡ μανίη μοῦνον, τὰ μὲν ἄλλα σωφρονέουσι, ἐγείρονται μὲν αὐλῷ καὶ θυμηδίῃ ἢ μέθῃ, ἢ τῶν παρεόντων προτροπῇ· ἔνθεος καὶ ἡ μανίη κ' ἦν ἀπομένωσι εὐθυμοι, ἀκνδέες, ὡς τελεσθέντες τῷ θεῷ· ἄχροοι μὲν καὶ ἰσχνοὶ καὶ ἐς μακρὸν ἀσθενέες πόνοις τῶν τρωμάτων.*]

Digitized by Google

crebros referens, velut numinis divino spiritu repletus, simulabat sanciam vecordiam, prorsus quasi deum praesentia soleant homines non sui fieri meliores, | sed debiles effici vel aegroti. 583

numini divino F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. P. f. Iunt. 1. 2. Ald. In cett. *numinis divino*. *nimium divino* d. *numeri div.* p. *spirito* Venet. 4. *verecundiam* p. *prorsus. Quasi* Rim. Vulc. 2. Sed in P. et F. distingui *Prorsus quasi* diserte testantur excerpta ad marg. Colv., quum *Prorsus* maiuscula littera scriptum sit. *Qua sideorum* G. 1. *qua domini praesentia* f. R. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Par. Bas. Pric. emendat *divini*. *moliores* Vulc. 2.

numinis divino spiritu. Intolerabilis est optimorum codd. lectio *numini*, cui ex longe deterioris notae codd. praeposui scripturam *numinis*. *Nimium*, quod Oud. ex codd. d'Orv. maluit, corruptelam esse vocis *numini* mihi persuasum est, quamquam inlitias non iverim, *nimis* pro *valde*, et *nimius* pro *maximus* e solita Apulei eiusque seculi et seqq. ratione dicendi saepius legi, et *nimium* eadem sententia in usu esse. cf. Met. III. p. 226. IV. p. 267. Oud. ad Suet. Grammat. c. 24. [De adverbio *nimis* cf. Cort. ad Lucan. IV. 696. Nec molestum esse *numinis divino spiritu* probant loci Met. XI. p. 732. *divino eius luminis numinisque nutu*, cf. ad Met. IX. p. 620. *caelatis divinis numinibus*. At negandum non est, aliud quid sub lectione *numini* latere videri. De dictione *spiritu repletus* cf. Ouz. ad Minuc. Fel. p. 51. Deder. ad Dict. Cret. I. 19. et Gloss. p. 262.]

sanciam vecordiam, prorsus quasi. P. Faber. mavult *sanctam*. Sed *sanciam* est a deo contactam et affectam. cf. ad Lucan. V. 119. et 186. Immo sequentia *quasi deum praesentia* etc. evincunt, *sanciam* esse legendum. Nam perperam Barth. Advers. LI. 1. p. 2372. totam hanc sententiam a *quasi* usque ad *aegroti* inclusam, ut glossema humile et plebeiae futilitatis proscribit, iungens cum Vulgat. *vecordiam prorsus*. *Specta*. Sed ex adlato Luciani loco patet, nihil esse eiiciendum. Immo iungenda sunt *prorsus quasi* ut lit a Bourdelot. ad Heliod. p. 74. Nusquam enim auctor per vocem *prorsus* claudit periodum, licet centies eam usurpet, sed sensus suos etiam connectit per *prorsus quasi*. cf. Met. IX. p. 611. *clanculo furati, prorsus quasi possent tanti facinoris evadere supplicium.*

non sui fieri meliores. Sunt qui *non sui*, quasi non in sua potestate, iungant coll. Met. II. p. 121. *mente viduus nec dum suus.* Sed tum necessario aliquid deest, unde N. Heins. ad Ovid. Met. XI 723. in mentem venerat inserere *non sui, haud fieri meliores.* Verum idem statuit rectius graecismum esse cum Isacio Pontan. Anal. III. 17. et Scioppio, qui ante in Susp. IV. Ep. 8. *sui* eiicere voluerat. cf. ad Met. III. p. 193. *meique maioribus* Intt. ad Tac. Hist. V. 1. *Sui meliores* sunt, qui meliores facti sunt, quam ante fuerant, ut *πλουσιώτεροι ἑαυτῶν*. Thucyd. I. 8., quem locum bene adlevit Burm. In seqq. citra necessitatem Bourdelot. ad Heliod. III. in fin. delet verbum *effici*.

aegroti. [Lucian. p. 605. *τῇ δὲ ὑστεραίᾳ συνικάτιοντο ἐπ' ἔργον, ὥσπερ αὐτοὶ ἔλεγον, καὶ τὴν θεὸν ἐνσκευασάμενοι ἐμοὶ ἐπέθηκαν· εἶτα ἐκ τῆς πόλεως ἐξηλαύνομεν, καὶ τὴν χώραν περιήειμεν. ἐπὰν δ' εἰς κώμην τινὰ εἰσέλθοιμεν, ἐγὼ μὲν ἡ θεοφόρητος ἱστάμην, ἡ δὲ αὐλητὴς ὄμιλος ἐφύσα, ἔνθεον, οἱ δὲ τὰς μίτρας ἀποῤῥίψαντες τὴν κεφαλὴν κάτωθεν ἐκ τοῦ αὐχένος ἐλίσσοντες, τοῖς ξίφεσιν ἐτέμνοντο τοὺς πήχεις, καὶ τὴν γλῶτταν τῶν ὀδόντων ὑπερβάλλων ἕκαστος ἔτεμνε καὶ ταύτην· ὥστε ἐν ἀκαρεῖ πάντα πεπλῆσθαι μιλακοῦ αἵματος.*]

Digitized by Google

CAPUT XXVIII.

Specta denique quale coelesti providentia meritum reportaverit. Infit vaticinatione clamosa conficto mendacio semetipsum incessere atque criminari, quasi contra fas sanctae religionis designasset aliquid, et insuper iustas poenas noxii facinoris ipse de se suis manibus exposcere. Arrepto denique flagro, quod semiviris illis proprium gestamen est, contortis tenis lanosi velleris

qualem p. *coelestis* G. 1. O. *conflicto* inveni in F. 3. G. 1. 2. D. *confincto* f. In cett. codd. et edd. *confecto*, ut ait Oud. At verisimile est, in aliis quoque codd. *conflicto* legi. Certe de P. et O. affirmaverim. *incensere* G. 1. 2. L. P. f. Brant. *incessare* D. *quasi* abest G. 2. P. D. *cotra* G. 2. aperte habet. *fassecm* G. 1. O. (quae corruptela ex compendio *fas sc̄e* i. e. *fas sanctae* exorta est.) *dissignasset* F. 3. *de se suis* F. 3. G. 1. 2. O. L. D. *d.* In ceteris *se* abest. Eandem lectionem Pricaeus e coniectura protulit. *arrecto* f. *quod* caret *d.*, ut per parenthesin seqq. ponantur, haud inelegantier, ut saepius fit apud Apuleium. Respice quaeso ad Met. I. p. 76. *demonstro senieulum. In angulo sedebat. semininimis d. semimaris* R. f. *pū* F. 1. teste Lindenbrogio, neque *pūm*, quod in suis excerptis Oud. inveniebat, unde Elm. *piam'* Oud. *privum* emendavit. cf. ad Met. III. p. 184. *privas inter nos amicitias. propositum* pro *proprium* D. *gestatum* G. 1. *condortis tenis* G. 1. a m. s. in contextu. *tenis* F. 2. 3. G. 2. P. D. L. f. R. p. *d.* Vicent. Venet. 2. Colv. Vulc. 2. Scriver. *centenis* B. pro *tenis*; unde vero Elm. ex eodem cod. *linis velleris* pro *lanosi velleris* hauserit, non capio. In cett. *taeniis*, ut F. 1. quod aperte testantur excerpta ad marg. ed. Colv.

Cap. XXVIII. *conficto.* [*Conflicto* lectionem, quam optimi codd. exhibent quum qui defendam ignorem, deterioris notae codd. scripturam praetuli *conficto*, quamquam pro vera vix eam affirmaverim. Attamen si quis *conflicto* defendere velit, ad analogiam verbi *compingere* respiciat necesse est, quod notione fingendi, comminiscendi potissimum Arnobio in usu est. cf. Arnob. I. 57: *Falsa de Christo compingimus.* IV. 30. *vel ignominiosas ipsi compingitis fabulas* et saepius cf. Intt. ad Arnob. l. l. c. Ego vero magis ad coniecturam meam *conflato*, quae ad litterarum vestigia quam proxime accedit, inclino, praesertim quum per latinitatem se probet studiumque ostendat sacerdotis, mendacium undique repetitum componendi, cf. Apolog. p. 564. *sed enim versutiam tam insidiosam, tam admirabili scelere conflatam negabis te unquam cognovisse. Quis Palamedes ... talem excogitasset?*]

incessere. Sunt qui *incensere* in aliquot codd. obvium defendere malint, ut Brantius, qui germanum esse pro censere, notare quasi censoria nota ex antiquata restituendi sua prurigine autumat. Bene Oud. lectionem pro diversa explicat librariorum scribendi ratione, quos notum sit saepius *n* ante *s* litteram inculcasse, ut *thensaurus, semenstris, quotiens* al., inter quae tamen discernendum est. Cf. Oud. ad Caes. B. G. II. 6. *portas succedunt*, ubi vulgo legitur *succendunt.* Verbi haec significatio non ita raro occurrit. cf. Intt. ad Suet. Tib. c. 61. ad Lucan. V. 680. [Buen. ad Lact. V. 10. §. 2. p. 617. Apol. p. 378. *patroni eius incessere maledictis.* Bach. ad Ovid. Met. XIII. 232.]

designasset. [De scriptura *dissignasset*, quam praebet Florent. 3., vide quae disputata sunt in Forcell. Lexic. ed. nov. s. v. *designare* et *designator.* Equidem *designare* tantummodo probare possum. De significatione vocis, quae mere comica est, cf. Donat. et Ruhnk. ad Andr. I. 2. 7. Intt. ad Horat. Epist. I. 5. 16. et Schmidt. ad II. 2. 134.]

quod semiviris illis proprium gestamen est. [Plutarch. advers. Colotem fol. 1127. *ἀλλ' οὐκ ἐλεύθερος οὗτος, ὦ Μητρόδωρε, ἐστὶν, ἀλλ' ἀνελεύθερος καὶ ἀνάγωγος καὶ οὐδὲ μάστιγος ἐλευθέρας δεόμενος, ἀλλὰ τῆς ἀστραγαλωτῆς ἐκείνης, ἣ τοὺς Γάλλους πλημμελοῦντας ἐν τοῖς μητρῴοις κολάζουσιν.* cf. plura apud Mich. de la Chauss. de Man. Aen. Vot. Ref. Tab. XIV. in Graev. Thes. Antiqq. T. XII. p. 970. Intt. ad Anthol. Lat. T. I. p. 29.

Digitized by Google

| prolixe fimbriatum et multiiugis* talis ovium tesseratum*, indidem sese multi- 584

fibriatum D. *finbriatum* G. 1. *tali* F. 3. G. 1. O. ∂. π. *tuli* G. 2. D. P. *tult* L. In cett. *talis*. *ovva* F. 8. *oïa* G. 2. D. L. ∂. O. π. *obvina* Colv. Al. Ms. *omia* P. *ovina* G. 1. In cett. *ovium*. *tesseratum* F. 1. 3. G. 2. D. L. Ms. Al. ∂. Incerti ed. pr. Vicent. Venet. 2. *tessatatum* G. 1. a m. s. in contextu. *testatatum* O. In cett. *tessellatum*.

ed. Burm., ubi noster locus commemoratus est. De voc. *semivir* cf. Cort. ad Lucan. VIII. 552. ad Apul. de Mund. p. 328.]

tenis. In optimis codd. vidi scriptum *tenis*, quasi a nominativo *tenus* vel *tenum* sive vinculis et nodis. Atqui ita legi voluit Salm. ad Tertull. Pall. p. 165. (210.) *quam phileyrae tenis vixerat.* Oud. affirmat, hanc scripturam librariorum mori imputandam esse, pro *taeniis* scribentium *tenis*, ut aliorum *teniis*, *tenuiis*. Id quod credere mavult ob locum Virg. Aen. VI. 62. *evincti tempora taeniis*, ubi vid. Serv. et Comment. ac Cercoetium s. Petavium in Salmas. p. 55. *Taeniae contortae* Oud. sunt fimbriae nodosae ex lanoso vellere, unde et *fimbriatum flagrum* (cf. Barth. Advers. XXXIV. 15. p. 1573.) Apuleius dixerit. [At secus equidem sentio. Primum enim ab Mss. auctoritate standum est, quos, si quidem ad Guelf. 1. 2. et Dresd. respexeris, nunquam ita scripsisse cognovi, aut duplicem litteram aperte praebentes, aut per contractionem quandam *y* scribentes. Deinde *taenia* vix putaverim cum Oud. de fimbriis nodosis intelligi posse, quum de laqueis potius hic sermonem esse appareat. Haec me commovent, ut lectionem *tenis* retineam, quae Plauti auctoritate Bacch. IV. 6. 22. satis defenditur. Nec solum quartam declinationem secutum esse vocabulum, sed secundam quoque, demonstrant exempla, quae protulit Salm. ad l. c. et du Cang. in Gloss. s. v.]

talis ovium tesseratum. Quum quomodo locum perscriberem dubius essem, dedi eum, quomodo Mss. praebent, signis appositis, quibus corruptum eum esse indico. Plurimi interpretes ante Oud. probant lectionem *talis ovinis* vel *ovium*, quae ad codd. scripturam quam proxime accedit, et respondere dicitur Graecorum ζοφὸς vel *δοφκάδος ἀστραγά-λοι* de quibus conferri iubet Oud. Casaub. ad Theophr. Char. 5. Recte tamen ille offendit, cur ex *orium talis* magis quam ex aliorum pecorum haec flagella fecerint Galli. Infra enim neutro genere dixisse auctorem *flagrum pecuinis ossibus catenatum* ac Graecis simpliciter vocari *μάστιγα ἐξ ἀστραγάλων* et *ἀστραγαλωτήν*, coll. Reines. Var. Lect. III. p. 406. Commentt. ad Polluc. X. s. 54. Hinc ipse probat coniecturam suam *omnia* i. e. *per omnia*, *omnino*, locutione cum optimis scriptoribus tum Apuleio frequentissima coll. Solin. c. 59. *hirsuti omnia* Gronov. ad Sen. Cons. ad Marc. 25. et I. Gron. ad Gell. II. 2. Passerat. ad Prop. I. 2. (?) cf. ad Met. X. p. 704. [Hanc vero emendationem nemini usque probatum iri quum persuasum mihi sit, magis inclino ad emendationem Brantii *talis ovinis*, nisi potius, id quod vir doctus mihi suasit, uno verbo legendum est *taliolis* vel simile quid. *Tali ovini* an *bovini* magis conveniant, equidem nescio, quum apud veteres, quantum equidem scio, eius flagelli eorumque talorum accuratior mentio non fiat. *Pecuina flagra*, quae infra commemorantur, tale quid innuere videntur, quamquam terminatio *ovina* obstare videatur. Hinc dubius locum in medio reliqui. Deinde *tesseratum* cum Oud magis probo, quam *tessellatum*, licet Ruhnk. Oud. auctoritati non obsecutus vel potius negligentia lapsus *tessellatum* cum Vulc. 2. retinuerit. Si enim a *tessella* deminutiva voce fit *tessellatus*, quid impedit, quominus ab eius primitiva *tessera* fiat *tesseratus* eadem sententia. Vox *tesseratus* praeter h. l. in usu non est, quum *tessellatus* apud Suet. Caes. 46. legatur, ut emendatio potius videatur esse librarii, qui hunc locum cognoverat. Ceterum de flagris istis Gallorum cf. Lips. de Cruc. II. 3. p. 1177. ed. Vesal.]

Digitized by Google

nodis commulcat ictibus, mire contra plagarum dolores praesumptione munitus. Cerneres prosectu gladiorum ictuque flagrorum, solum spurcitie sanguinis effeminati madescere. Quae res incutiebat mihi non parvam sollicitudinem, videnti tot vulneribus largiter profusum cruorem, ne quo casu deae peregrinae sto-
585 machus, ut quorundam hominum lactem, sic illa] sanguinem * conspiceret *

multinodis φ. *δ.* vir doct. ad marg. ed. Colv., et placuit Pricaeo. *multinodis* G. 1. p. *mlt contra* L. *mire* in codd. omnibus, quos vidi, praeter F. 1. et edd. omnibus, exceptis Vulc. 2. Elm. Scriver. Florid. Pric. In cett. *mira*. *dolori* p. *munitis* G. 2. D. *cerneus* G. 2. *cernentes* G. 1. O. *proseptu* D. *prosceptu* O. *prosecctu* G. 1. *glidiorum* G. 1. a m. p. littera *a* superaddita. *spurcitiae* Iunt. 1. Venet. 4. Paris. *effiminato* F. 3. *madesceret* G. 1. a m. p. *exeutiebat* B. *modicam* pro *parvam* ex interpretamento p. *ul'ieribus* G. 2. pro *vulneribus*. *largiter* desideratur in P. *stomaeus* G. 1. *bovum lactem* Ms. quidam teste Beroald. *lacte* φ. *ille* f. *conspiceret* omnes codd. et edd. praeter B., qui cum edd. Beroald. et Iunt. 2. Elm. *concupisceeret* habet.

sese multinodis commulcat ictibus. Sunt codd. qui *multimodis* legunt, qua utriusque vocabuli confusione nihil frequentius est. cf. ad Met. X. p. 725. Sed hic vulgatum magis probatur. Multis nodis et vinculis contorta erant flagra. [De *commulcare* cf. Gron. ad Liv. XXVIII. 30. §. 12. Met. IV. p. 240. Pro commentario sit locus Lucian. de Dea Syr. c. 50 sq. p. 486. *Ἐν ῥηγῆσι δὲ ἡμέρῃσι τὸ μὲν πλῆθος ἐς τὸ ἱρὸν ἠγείρονται, Γάλλοι δὲ πολλοὶ καὶ τοὺς ἔλεξα ἱροὺς ἄνθρωποι τελέουσι τὰ ὄργια, τάμνονταί τε τοὺς πήχεας καὶ τοῖσι νώτοισι πρὸς ἀλλήλους τύπτονται. πολλοὶ δὲ σφίσι παρεστεῶτες ἐπαυλέουσι, πολλοὶ δὲ τύμπανα παταγέουσιν, ἄλλοι δὲ ἀείδουσιν ἔνθεα καὶ ἱρὰ ἄσματα. τὸ δὲ ἔργον ἐκτὸς τοῦ νηοῦ τόδε γίγνεται, οὐδὲ ἐξέρχονται ἐς τὸν νηὸν ὁκόσοι τόδε ποιέουσιν· ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσι καὶ Γάλλοι γίγνονται· ἐπεὰν γὰρ οἱ ἄλλοι αὐλέωσί τε καὶ ὄργια ποιέωνται ἐς πολλοὺς ἤδη ἡ μανίη ἀπιχνέεται, καὶ πολλοὶ οἱ ἐς θείην ἀπικόμενοι μετὰ δὲ τοιάδε ἔπρηξαν· καταλέξω δὲ καὶ τὰ ποιέουσιν. ὁ νεηνίης ὅτῳ τάδε ἀποκέαται, εἵλυας τὰ εἵματα μεγαλῇ βοῇ ἐς μέσον ἔρχεται καὶ ξίφος ἀναιρέεται· τὰ δὲ πολλὰ ἕτεα, ἐμοὶ δοκέει, διὰ τοῦτο ἔστηκε. λαβὼν δὲ αὐτίκα τάμνει ἑωυτὸν θέει τε διὰ τῆς πόλιος καὶ τῇσι χερσὶ φέρει τὰ ἔταμεν. ἐς ὁκοίην δὲ οἰκίην τάδε ἀποῤῥίψει, ἐκ ταύτης ἐσθῆτά τε θηλέην καὶ κόσμον τὸν γυναικήιον λαμβάνει. τάδε μὲν ἐν τῇσι τομῇσι ποιέουσιν.*]

mire. Ita optimos codd. secutus dedi contra mentem Oud., qui *mira* cum aliis praetulit. Utrumque quum bene ferri possit, ex Mss. tantummodo auctoritate iudicandum est. Recte vero Colvius iam refutat Nic. Fabri coniecturam *commaculabat ictibus myrrhae* sive *οἴνου ἐμῤῥίσμένου*, ad cruciatus et tormenta toleranda ministrati, de quo Oud. comparari iubet I. C. Wolf. ad Evang. Marc. XV. 23. Ramirex. de Prado. Pentac. IX. [Eam vero coniecturam etiam Buleng. de Conviviis c. 3. protulit, ubi plura de vino myrrhino conferenda sunt in Graev. Thes. Antiq. T. XII. p. 167.]

praesumptione. Nusquam auctorem *praesumptionem* usurpasse, nisi de persuasione et obfirmatione animi affirmat Oud., e contrario negans, uspiam id dici de *antecapto usu.* [Unde bene refutat Salm. Casauboni sententiam, qui ad Spartian. Hadr. c. 2. T. I. p. 21. *praesumptionem πρόλῃψιν*, anticipatam rei notitiam, *προγνωσιν* esse statuit, quum ipse fiduciam quandam et spem indubitatam rei necessario venturae melius intelligat. cf. Casaub. ad eiusd. c. 4. p. 40. Fusius agit de hoc vocabulo Munk. ad Fulgent. Mythol. I. 27. p. 660. III. 1. p. 706. cf. II. 5. p. 673. *et ex praesumptione, ut ex Alcaeo are.*]

solum spurcitie sanguinis effeminati madescere. [cf. Cort. ad Lucan. I. 567. Lucian. Luc. p. 605. *ὥστε ἐν ἀκαρεῖ πάντα πεπλῆσθαι μαλακοῦ αἵματος.*]

ut quorundam hominum lactem. Post *hominum* subintelligendum est rursus *stomachus*, quam vocem bene interpretationi suae inseruit Floridus. Sententia enim est, Lucium vereri, ne Deae iratae stomachus concupisceret

asininum. Sed ubi tandem fatigati vel certe suo laniatu satiati pausam carnificinae dedere, stipes aereas, immo vero et argenteas, multis certatim offerentibus, sinu recepere patulo, nec non | et vini cadum et lactem et caseos et farris et [215] siliginis aliquid, et nonnullis hordeum deae gerulo donantibus, avidis animis corradentes omnia, et in sacculos huic quaestui de industria praeparatos lar-

laniatum G. 1. *sauciati* G. 1. 2. L. D. cf. Met. supra p. 535. *pausam carnificinam* p. *pulsum carnificinae* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. Colin. Bas. 1. *horeus* G. 1. *vero non* conspicitur in f. *visi* Venet. 2. *lactes* B. *caseum* G. 1. O. *saliginis* Iunt. 1. Ald. *hordeum* G. 2. D. *animis avidis* P. *avidis* abest f. *contradentes* G. 1. *in* non est in L. d. f. *in sacculo* G. 1. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *praeparato* G. 1. a m. *s* enim aperte abrasum est.

asininum sanguinem, sicut quorundam hominum, aegrotorum scilicet sive tabescentium stomachus concupiscit lactem asininum. Vere sic locum explicuit et illustravit Castalio Dec. IV. Obs. c. 3. Male ergo Ms. quidam habet *bovum lactem* teste Beroaldo, qui huius loci sensum non percepit, de lacte bubulo intelligens, quod medicatius esset, quoque alvus maxime solveretur. Nec opus etiam est, cum Ferrario Elect. I. c. 16. *homines* sumere de gravidis feminis, unde coniecit scriptum fuisse *quarumdam*, id quod etiam Beroaldus sensisse videtur, qui lac humanum dulcissimum fuisse in commentariis probavit. De accusativo *lactem* cf. quae dixi ad Met. VIII. p. 559. In seqq. Castalio *sic illa* delevit, loci constructionem non capiens.

sanguinem conspiceret. Emendationem Beroaldi, quam cod. B. affirmat, secutae pleraeque editiones *concupisceret* praebent, quum codd. ceteri *conspiceret* legant; unde Brantius proclivis est ad emendationem *consitiret*, Oud. quoque non improbabilem. Ferrarius maluit *concuperet* vel *conciperet*, quae verba frequenter confusa sunt. cf. Iuven. Sat. X. 5. Passim autem *concipere nefas, scelus, spem* et similia dicuntur, quae peragere vel habere quis *concupiscat*. cf. Cic. Catil. II. 4. Burm. ad Ovid. Met. VII. 22. (Intt. ad I. 777.) Sed *stomachus concipit sanguinem* pro *concupiscit* latine dici posse vix putandum est. Inepte vero Castalio defendit vulgatam *conspiceret*, quasi facete auctor transtulisset videndi sensum ab oculis ad stomachum. [Erat quum ego *cupisceret* emendarem, quod tamen vocabulum in usu non est, magis autem ad Brantii coniecturam *consitiret* inclino. Locum corruptum esse, asteriscis insignivi.]

pausam carnificinae. [De hac voce cf. Munker. ad Fulgent. Mythol. I. p. 633. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 173., qui locum Fulgent. ex Glossis Mss. cod. Bibl. Ultrai. ad Senec. Hercul. Fur. 87. hunc in modum corrigit: *Τισιφόνη autem quasi τίσεως φωνή id est vox ultionis*, quum istae habeant *τουτων φωνὴ* cum Fulgent. Mss. i. e. *vox luctuosa.* Ego malim *Τισιφόνη autem quasi τίσεων φωνὴ* i. e. *multarum vox.* Taubm. ad Plaut. Pers. V. 2. 37. Elm. ad Arnob. V. 9. T. II. p. 283. Orell.]

sinu recepere patulo. [cf. Taubm. ad Plaut. Trucul. III. 1. 7.]

lactem. Lactes lectio Bert. cod. adeo placuit Scriver., ut eam in textum receperit, intelligitque Sciopp. *agninas* sive tenera agnorum intestina. Prave omnino. Nusquam enim *lactes* simpliciter de *agninis* sumuntur, sed de quibusvis intestinis. cf. Non. p. 331. (Voss. Arist. T. I. p. 496. Foertsch.) Ridicule etiam inter *vinum, caseos, far* cett. harum deliciarum mentionem inseruisset. Memorat auctor omnia, quae corradebant ad vitam sustentandam. Unde loco *ficuum*, quas refert Lucianus, nominavit *lac*, quod omisit ille. Quum porro in Oxon. legatur *caseum*, Oud. non abhorret a coniectura: *et vini cadum et lactis et caseum* vel *casei.* [Lectionem *lactes* ex stoliditate librarii potius putaverim exortam, qui *lactem* et *caseos* per numerum conciliare invicem voluit. cf. de re Intt. ad Phaedr. IV. 1. 3 sqq.]

Digitized by Google

586 cientes dorso meo congerunt, | ut duplici scilicet sarcinae pondere gravatus et horreum simul et templum incederem.

CAPUT XXIX.

Ad istum modum palantes omnem illam depraedabantur regionem. Sed in quodam castello copia laetati largioris quaesticuli, gaudiales instruunt dapes. A quodam colono fictae vaticinationis mendacio pinguissimum deposcunt arietem, qui Deam Syriam esurientem suo satiaret sacrificio; probeque disposita coenula balneas obeunt, ac dehinc lauti quendam fortissimum rusticanum, industria laterum atque imis ventris bene praeparatum, comitem coenae secum adducunt, paucisque admodum praegustatis olusculis ante ipsam mensam spurcissima illa propudia ad illicitae libidinis extrema flagitia infandis uriginibus

nam pro *ut*. Coll. Voss. *sarcinae* ab G. 1. 2. P. D. O. abest, et uncinulis inclauserunt Elm. ac Scriv. At temere. *pondere sarcinae* f. *incenderem* G. 1. 2. D.

at G. 2. *palearet* G. 1. *deprecabantur* F. 1. p. *regionem* exulat a f. *laetanti* Vicent. Iunt. 1. *largiores* p. *quaestiunculi* ∂. Sed vulgata satis se defendit. *exurientem* L. *dispositam* f. *coenacula* ∂. *latui* pro *lauti* Vicent. vitio typothetarum. *quadam fort.* Venet. 2. *quem fort.* D. *formosissimum* F. 1. Hinc ingeniose formavit N. Heins. *torosissimum* ad Ovid. Met. XV. 230. *solidorum more tororum*, ubi vide. Pers. Sat. III. 86. *nullumque torosa iuventus. imi ventris* F. 1., eltavit etiam Heins. et ediderunt Scriv. ac Floridus, ut voci *industria* quoque iungatur. *olianculis* G. 2. D. *olasculis* P. *laluseulis* ∂., unde Oud. perperam finxit *lautitiis*. *mensam* abest D. *speciosima* ∂. *libitudinis* φ. *illicita* F. 1. *licitae* ∂. *virginibus eff.* In omnibus ita scriptum vidi codd. et edd. praeter B., qui cum Ald. Venet. 4. et Paris. recent. edd. habet *inguinibus*. F. 3. habet *uriginibus*, quod idem coniecit Modius, cum Iunt. 2. In collatione Lindenbrogii utrumque vocabulum *inguinibus* et seq. *uredinibus*, quod in Vulc. 2. legitur, subnotatum et in marg. pro varia lectione *cirg. virig. alius virg. oribus* scriptum est, unde probabile fit, lectiones *virginibus* pertinere ad verba *virginibus eff.*, *viriginibus* vero et *oribus* ad sequens *flagitabant*.]

incederem. [Lucian. p. 605. c. 37. *ἐγὼ δὲ ταῦτα ὁρῶν τὰ πρῶτα ἔτρεμον ἑστὼς, μήποτε χρεία τῷ Θεῷ καὶ ὀνείου αἵματος γένοιτο. ἐπειδὰν δὲ κατακόψειαν αὐτους ἑαυτοὺς, ἐκ τῶν περιεστηκότων θεατῶν συνέλεγον ὀβολοὺς καὶ δραχμὰς, ἄλλος ἰσχάδας καὶ τυροὺς καὶ οἴνου καδὸν ἀπέδωκε, καὶ πυρῶν μέδιμνον καὶ κριθῶν τῷ ὄνῳ. οἱ δὲ ἐκ τούτων ἐτρέφοντο καὶ τὴν ἐπ' ἐμοὶ κομιζομένην θεὸν ἐθεράπευον.*]

Cap. XXIX. *esurientem*. [Hunc locum excitat Buen. ad Lact. Iustit. VI. 2. §. 1. p. 702.]

industria laterum. Ut *industria inguinis* in Schol. Iuven. IX. 136., *industria virium*. Dict. Cret. II. 2. *Imus venter*, sic Iust. XXXVIII. 1. *Curiosius imum ventrem pertractanti ait: Caveret, ne aliud telum inveniret, quam quaereret.* Perperam vero Wass. ad Sall. Cat. I. p. 4. coniecit *hiris*, putans *hiras* esse infimas partes, cum sint intestina eorumque anfractus, sive ima ilia. cf. Ovid. Met. XII. 440. Comment. ad Fest. p. 75. et 448. Lindem. Arnob. VII. 24. T. II. p. 421. Orell. Bouhier. ad Petron. de B. C. 45. [E contrario is, qui *libidini* non satis indulget, Iuven. VI. 37. *lateri parcens* nominatur, quum *latera*, docentibus eius Interpp., dicantur vires, quarum defectus potissimum in *latere* percipitur; praeceteris conferendus est Rupert., qui plures veterum excitat locos. Ut *industria*, ita etiam *fortitudo* legitur. cf. Verheyk. ad Eutrop. p. 496. Burm. ad Quint. Decl. III. 1. p. 60. Sutrius apud Fulg. Mythol. III. 8.: *Petronius Arbiter ad libidinis concitamentum myrrhinum poculum se bibisse refert. Nam et Sutrius comoediarum scriptor introducit Glyconem meretricem dicentem: Myrrhinum mihi affers, quo virilibus armis occursem fortiuscula.* cf. Burm. ad Anthol. II. p. 501 sq., ubi legitur in Priap. 26: *qui quondam ruber et valens solebam Fures caedere quamlibet valentes, Defecit latus*, et Burm. multis exemplis *valere* in re venerea usitatum fuisse veteribus illustrat.]

efferantur, passimque circumfusi nudatum supinatumque iuvenem exsecrandis

efferuntur δ. In G. 1. verba inde ab *efferantur* usque ad *flagitabant* in contextu non leguntur, sed ab eadem manu, ut videtur, in marg. addita sunt, quae omissio facile ita potest explicari, ut utroque loco *virginibus* scriptum falsae ponamus, hacque repetitione oculos librarii deceptos esse. *passim quae* G. 1.

propudia. [*Propudium* insolens est venerea cupido. cf. Intt. ad Fest. p. 585. Lindem. Idem vocabulum forsitan restituendum est Arnob. IV. 26: ubi cod. habet: *quum talia igitur vos probra et flagitiosa prodigia ... in omnem superorum gentem ... iaciatis.* Praestare enim videtur *propudia*, quia in antecedd. de incestis deorum amoribus sermo factus est. *Prodigia* si quis defendere velit, ad analogiam vocis *miraculum* respicere debet, quod ex Festo notum est in re turpissima a veteribus dici p. 92. *Miracula, quae nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus utebantur* et Intt. ad h. l. p. 698.]

uriginibus efferantur. [Hanc lectionem ex optimo cod. Florent. 3. dedi, eo probabiliorem, quod *virginibus* et *inguinibus*, quae ceterorum codd. corruptelae sunt, ei quam proxime respondent. *Urigo* de turpi uredine dictum est, cf. ad Met. I. p. 35. not. crit. *ac nunc urigine percita cubili suo applicat*, ubi codd. item variant. Eadem ratione legitur Iuven. II. 128. XI. 169. *urtica* pro quavis cupidine praeceteris pruritu libidinis eiusque stimulo, ad quem locum cf. Intt. Idem restituo in Gloss. Arab. Lat. p. 710., ubi hodie male extat *urigo vertigo* pro *urigo: urtica.* Perperam Roald. *ignibus* praetulit, quod quamvis per sententiam probum, a codd. auctoritate defendi nequit.]

supinatum. [De obscoenitate huius vocabuli cf. Iuv. Sat. VI. 126. III. 112. VIII. 176., ubi Schol. recte explicat: *et resupinati. Ebrii aut turpia patientis.* Voss. ad Catull. p. 165. Munk. ad Fulgent. Expos. p. 781. Hinc probo Wow. emendationem Iul. Firm. p. 7. ed. Lugd. *supinitatem* pro *sublimitatem* verām esse, quippe quod dictum sit de abominando Gallorum incestu. Eadem ratione dicit Apul. Met. IX. p. 605. *superincurvare.* Martial. XI. 44. 5. Plura eiusdem significationis verba enumerat Rupert ad Iuven. IX. 26.]

exsecrandis uriginibus flagitabant. [Hanc lectionem cod. Florent. 3. secutus in textum admisi, quum praesertim a Mss. cett. probetur, qui, ut in praegressis, *virginibus* constanter retineat, quamquam non negandum sit, repetitionem eiusdem vocabuli summae offensioni esse. Nec magis hic locum habent *inguinibus* vel *uredinibus*, quae aut ex coniectura aut ex codd. viri docti commendant. Nisi *oribus* a codd. vestigiis nimium recederet, et in pluribus uno legeretur, cum Oud. et Salm. ad Tert. Pall. p. 510. haud invitus probarem. Oud. intelligit *irrumationem*, quam illi pathici cinaedi omni parte corporis atque ore polluti experiri ab isto iuvene supinato volebant. [Haec irrumatio s. fellatio, obscoena ista *illicita*que libido, praeceteris Gallorum erat propria. cf. Minuc. Fel. c. XXVIII. §. 12. *Ista enim impudicitiae eorum* (Gallorum) *forsitan sacra sunt, apud quos sexus omnis membris omnibus prostat, apud quos tota impudicitia vocatur urbanitas, qui scortorum licentiae invident, qui mediOS VIROS LAMBUNT, LIBIDINOSO ORE INGUINIBUS INHAERESCUNT, homines malae linguae, etiamsi tacerent, quos prius taedescit impudicitiae suae quam pudescit.* De hac obscoenitate cf. Intt. ad Iuven. Sat. II. 49. VI. 301. IX. 4. Heinrich. ad X. 238., qui etiam de Graecis monet p. 404. Priap. 36. 5. Intt. ad Arnob. II. 43., ubi pro *oris sacri comparatae* emendo *oris lasciviam* vel *lambitum paratae*, quod idem de fellatione dictum est. *Fellare* enim proprie *sugere* est cf. Isid. Gloss. p. 680. *fellicat fugit* (pro *sugit*). Cur vero hac obscoenitate delectati fuerint

Digitized by Google

587 uriginibus flagitabant. | Nec diu tale facinus meis oculis tolerantibus: *Porro Quirites* proclamare gestivi. Sed viduatum ceteris syllabis ac litteris processit O tantum, sane clarum ac validum et asino proprium, sed inopportuno plane tempore. Namque de pago proximo complures iuvenes, abactum sibi noctu perquirentes asellum, nimioque studio cuncta deversoria scrutantes, intus aedium audito ruditu meo, praedam absconditam latibulis aedium rati, coram rem invasuri suam, improvisi conferto gradu se penetrant, palamque illos exsecrandas foeditates obeuntes deprehendunt, iam iamque vicinos undique
588 percientes | turpissimam scenam patefaciunt, insuper ridicule sacerdotum purissimam laudantes castimoniam.

uriginibus flagit. F. 3. φ. *uredinibus* L. B. edd. vett. et recett. *virginibus* F. 1. G. 1. 2. D. O. P. R. δ. *oribus* F. 2. Scriv. *nec diu.* Pricaeus coniecit *nec denique* ad Met. I. p. 30. *nec denique perpessus ego. Porro* abest a Iunt. 1. 2. Ald. *pro Quirites* Colin. *proclamare* F. 3. G. 4. D. B. O. δ. Wow. Elm. Scriv. Pric. In cett. *perclamare.* In ed. Florid. *exclamare. processit* F. 1. Vulc. 2. Elm. Scriv. Florid. In cett. *praecessit.* Pro *o* in G. 2. P. D. est *si. et validum* f. *si* pro *sed* L. P. G. 2. D. *importuno* L. p. edd. ante Bas. 2. cf. Met. II. p. 124. *inopportunum* O. *tepore* G. 1. *obactum* G. 1. *asellum* G. 1. *devorsoria* F. 3. G. 2. D. Vicent. Venet. 2. *diversoria* G. 1. edd. vett. Elm. Vulc. 2. In cett. *deversoria.* [cf. ad Met. I. p. 54. Mercer. ad Non. p. 665. ed. Lips.] *scruptantes* G. 1. 2. D. δ. *auditor ruditu* Venet. 4. *adito* δ. *rudito* P. *lactibulis* G. 1. *rati* non conspicitur in P. *improvisu* G. 2. D. P. L. O. *conforto* G. 1. 2. *conserto* Scriver. *se petunt* δ. *illas* O. L. *obsecrandas* (non *obsecrantes*, ut Oud. excerpta praebebant) G. 2. D. *partientes* F. 1. ed. pr. Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. Paris. Vulc. 2. *parcientes* L. *percientes* cett. *scenam* non comparet in G. 2. P. D. *scevam* G. 1. *cenam* p. Vir doctus temere emendat: *scenam patefaciunt visu perridiculo. laudates* L. *castimonia* f.

Galli bene potest intelligi, quum ipsi fuerint longe plurimi evirati. cf. Iuven. II. 115. VI. 513. Heyn. ad Tibull. I. 4. 70., unde in praegressis *semiviri* nominantur.]

flagitabant. [Verbum obscoenum est, cf. Intt. ad Fest. p. 464. Lindem. Gronov. Observ. Eccl. XIV. p. 627. Scalig. ad Priap. LX. in Burm. Anthol. Lat. T. II. p. 530. Buenem. ad Lact. VI. 23. §. 8. p. 829. Doed. Synonym. T. II. p. 142. qui negat, *flagitare* absolute unquam pro *stuprare* legi.]

porro Quirites. Magna hic allucinatio Beroaldi, cum reponit: *proh Quirites* vel *Oo Quirites.* [Optime defendunt lectionem *porro Quirites* Intt. ad Priap. 26. in Burm. Anthol. Lat. T. II. p. 501., praeceteris Burm., qui de nostro quoque loco accuratissime exponit. cf. Canter. Lect. Var. I. c. 3.]

intus aedium. [Rudd. T. II. p. 333. Hand. Tursell. T. III. p. 447.]

se penetrant. Constructionem defendit Oud. ex locis Gell. V. 14. *in eam me penetro et recondo.* XIII. 10. Boeth. de Consol. II. p. 3. Apul. de Dogm. Plat. I. p. 213. cit. Sanct. Minerv. III. 3. ibique Periz. [cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 742.]

vicinos percientes. Lips. in Quaest. Epist. II. 22. p. 507. ed. Ves. antiquitus scribendum censet: *vicinos undique accientes* i. e. advocantes, arcessentes. quod idem Stewechio comprobatur. Sed *percientes* rectum est, i. e. magno sono vehementer cientes atque convocantes. Atque ita Plautus et Lucret., ac saepe Apul. *percitus.*

castimoniam. [Lucian. c. 38. p. 606. *καί ποτε εἰς κώμην τινὰ αὐτῶν εἰσβαλλόντων ἡμῶν, νεανίσκον τῶν κωμητῶν μέγαν ἀγρεύσαντες εἰσάγουσιν εἴσω, ἔνθα καταλύοντες ἔτυχον· ἔπειτα ἔπασχον ἐκ τοῦ κωμήτου, ὅσα συνήθη καὶ φίλα τοιούτοις ἀνοσίοις κυναίδοις ἦν· ἐγὼ δὲ ὑπεραλγήσας ἐπὶ τῇ ἐμαυτοῦ μεταβολῇ, ὅ, τι μέχρι νῦν ἀνέχομαι κακῶν, ἀναβοήσας, ὦ Ζεῦ σχέτλιε, ἠθέλησα, ἀλλ' ἡ μὲν φωνὴ οὐκ ἀνέβη ἐμοὶ ἡ ἀμή, ἀλλ' ἡ τοῦ ὄνου ἐκ τοῦ φάρυγγος καὶ μέγα ὠγμησάμην. τῶν δὲ κωμητῶν τινες (ἔτυχον γὰρ τότε ὄνον ἀπολωλεκότες καὶ τὸν ἀπολωλότα ζητοῦντες) ἀκούσαντές μου μέγα βοήσαντος, παρέρχονται εἴσω, οὐδενὶ οὐδὲν εἰπόντες, ὡς ἐμοῦ τοῦ ἐκείνων ὄντος, καὶ κα-*

CAPUT XXX.

Hac infamia consternati, quae per ora populi facile dilapsa merito invisos ac detestabiles eos cunctis effecerant, noctem ferme circa mediam, collectis omnibus, furtim castello facessunt, bonaque itineris parte ante iubaris exortum transacta, iam die claro solitudines avias nancti, multa secum prius collocuti accingunt se meo funeri; deaque vehiculo meo sublata et humi reposita, cun-

ac G. 2. p. D. *infamiam* p. *infaria* D. *nfaria* L. *consternati* G. 2. *dilapsa* G. 2. *detestabiles* D. *cunctos* G. 1. *effecerant* F. 3. G. 1. 2. D. P. p. In cett. *effecerat*. *effecerant*. *Noctem* G. 1. 2. D. *nocte* p. f. *castelle* D. *facessunt* G. 1. 2. D. *exortum* habent F. 1. 3. G. 1. O. p. f. d. et edd. vett. usque ad Colv., qui cum seqq. edd. et B. G. 2. D. legit *ortum*. Quid ceteri codd. praebeant, ex Oud. adnotatione intelligi nequit. *de claro* Iunt. 1. 2. Ald. *die clara* d. f. O. ut Met. IX. p. 597. *iamque clara die*. *solitudine* G. 2. *nancti* F. 3. cf. ad Met. VII. p. 473. *pati* D. *nactim* G. 1. *naptim* O., quod posterius ita ortum esse putaverim, ut signum, quo *n* vel *m* indicatur, superadditum, haud idoneo loco adscriptum fuerit, et quum proprie scribi *nancti* debuerit, hodie *nactim* vel *naptim* appareat. *prius secum* Mss. plurimos et edd. ante Colv. scripsisse non *secum prius* testis est Oud., quamquam nominatim codd. non afferat. Ordinem *secum prius* in F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. inveni, unde Oud. sententiae non subscribo. *modo* pro *meo* p. *funebri* G. 2. P. D. *vehiculo modo* p.

ταλαιπάσονσι τοὺς χιναίδους, ἄρρητα ἔνδον ἐργαζομένους· καὶ γέλως ἐκ τῶν ἐπεισελθόντων πολὺς γίγνεται· καὶ ἔξω ἐκδραμόντες ὅλῃ τῇ κώμῃ τῷ λόγῳ διέδοσαν τῶν ἱερέων τὴν ἀσέλγειαν.]

Cap. XXX. *Hac infamia consternati, quae ... effecerant.* [Mirum est, quod optimi quique codd. constanter lectionem *effecerant* retinent, quam in duobus tantum suis Oud. invenit, hincque iure neglexit. Hunc pluralem aliter explicare nequeo, nisi *eorum* cogitatione addendo, quamquam nescio quid ieiuni in ea interpretatione inest, et ita *hac* minus probe dictum videtur. Unde *at* legendum esse aliquando suspicabar, nec negandum est, singularem *effecerat* ad sententiarum nexum faciliorem et elegantiorem esse.]

deaque vehiculo meo sublata. [Beroald. ad h. l. haecce adnotat: Hic vehiculi nomine non plaustrum significat, sed festivifer ipsum iumentum, cuius dorsum vehiculi vicem praestabat deae, quam sententiam Scheffer. de Re Vehic. c. 1. in Polen. Suppl. ad Thes. Antiq. T. V. p. 1051. ita corrigit: Optime, nisi quod ex dictis pateat, non tam festiviter quam ex consuetudine Latinorum ita esse dictum. Quod equidem ita non affirmaverim. Nullum enim adtulit Scheff. exemplum, ubi *vehiculum* apud probatae latinitatis scriptores ea significatione invenitur. Idem pronuntiavit quidem Turneb. Advers. XXVII. 26. sed una tantum legis Oppiae dictione probavit, in qua cautum erat, ne mulier *iuncto vehiculo* uteretur, de qua dictione cf. Intt. ad Liv. XXXIV. 1. §. 2. et Gron. ad Stat. Silv. I. c. 9. T. I. p. 98. Hand. Quamquam igitur non negaverim, *vehiculum*, ut *currus* cf. Hand. not. crit. ad h. l. pro equis et iumentis in universum usurpari, tamen praeter hanc dictionem nullum ante Apuleium locum invenire poteram, quo hanc significationem stabilirem, et media tantum aetate saepius *vehiculum* s. *vehiculus* equum dictum esse probat du Cang. Lex. med. et inf. lat. s. v., nisi quis ita interpretari velit Gell. XV. 4. §. 3. *Ventidium Bassum .... victum sibi aegre quaesisse eumque sordide invenisse comparandis mulis et vehiculis, quae magistratibus, qui sortiti provincias forent, praebenda publice conduxisset.* Qui enim cum Scheffer. Gell. XX. 1. §. 30: *Neque insterni tamen delicate arceram iusserunt, quoniam satis esset invalido cuicumodi vectabulum, vectabulum* secundum Leg. Tab. XII. §. 15. de iumento explicant, quod posteriores ita dicunt, vehementer errant, quum Gell.

etis stramentis me renudatum ac de quadam quercu destinatum flagro illo pecuinis ossibus catenato verberantes, paene ad extremam confecerant mortem. [216] Fuit unus, qui poplites meos enervare | secure sua comminaretur, quod de pudore 589 illo candido scilicet suo | tam deformiter triumphassem. Sed ceteri non meae salutis sed simulacri iacentis contemplatione in vita me retinendum censuere.

strumentis L. Colv. probatum etiam Brantio. *renundatum* F. 3. *denudatum* G. 1. a m. p. *de quodam* P. *de quadam quercu destinatum* non comparent in O. *peccuinis* P. *peccurinis* G. 2. D. *pecuniis* G. 1. *ad extremas conf. mortes* p. et edd. vett. usque ad Colv. *confecerat* Ald. Iunt. 1. Paris. *conferant* δ. *meos* non comparet in δ. *enumerare* pro *enervare* L. f. *secure* F. 3. G. 1. 2. O. p. D. L. *secura* f. In cett. *securi*. *saeva* F. 1. G. 1. 2. L. p. P. D. et Ed. Colv. eamque seqq. In cett. *sua*. *comminaret* B. *illo* non est in edd. ante Colv. *candido scilicet* absunt ab edd. Wow. et Pric. Male Merillus indicabat, vocem *scilicet* arguere, haec e glossa in textum irrepsisse. *candido* non habet P., testibus excerptis ad edit. Colv. *tam deformiter* negligenter exsulant ab Ed. Floridi. *t^uhẽ t^Ephassem* habet D. *et* ante *ceteri* quod plane sensum hic turbat, perperam addiderunt, Colvio nimis facile obsecuti reliqui editores. Carent ea copula R. f. p. δ. O. omnesque quos equidem praeterea conferre poteram codices. *me* pro *meae* G. 2. D. P. *saluti* δ. *tacentis* omnes codd. praeter F. 1. B. p., et edd. vett. usque ad Colvium, qui *iacentis* restituit. *tacentes* G. 1. *contemplationisnem* D. *contemplationem* G. 2.

l. c. §. 28. dicat: *Iumentum quoque non id solum significat, quod nunc dicitur, sed vectabulum etiam, quod a iunctis pecoribus trahebatur. Vehiculo* autem *meo* h. l. dictum est, ut *honoribus asino meo tributis* Met. p. 474. ubi cf.]

stramentis. [Colv. *strumentis* legit ratus *strumentis* positum esse pro *instrumentis* coll. Tert. ad Uxor. I. c. 7. *Nobis continentia ad strumentum aeternitatis demonstrata a domino salutis deo*, ubi tamen hodie legunt *instrumentis*. De talibus somniis diutius cogitandum non est. *Stramenta* sunt *strata* s. στρώματα, quae graece dicuntur apud Lucian. h. l., de quibus cf. quae dicta sunt ad Met. VII. p. 486. Scheffer. de Re Vehic. l. c. p. 1246. Munk. Hygin. fab. CCLXXIV. p. 386.]

ad extremam conf. mortem. Mortes lectio ne per sententiam quidem ferri potest, quum summa tantummodo pericula vel varia mortis genera significent, nisi de pluribus sumantur. cf. Serv. ad Aen. X. 854. Zinzerling. Prom. Crit. c. 47. Burm. ad Ovid. Met. XI. 538. [ibique Bach. Buenem. ad Lact. de Mort. Pers. c. 1. §. 2. p. 1367. Foertsch. ad Voss. Arist. T. I. p. 460. cf. Met. VII. p. 448. *ad ultimam mortem excarnificatum.*]

secure sua. [Commode Pricaeus lectionem aliquot codd. *securi saeva* defendit ex Virg. Aen. VI. 819. *saevas secures*, Script. de Excid. Hierosol. 5, 22. *super colla pignorum saevam librantis securim*, quibus locis Oud. addit Sil. XIII. 721. Sed verisimilius est, *sua*, quod valde ieiunum videbatur esse interpretibus, ab iis commutatum esse in *saeva*, quod sententiae aptius esset, quam vice versa. De more enim Apuleii iam dictum est, pronomina possessiva substantivis apponentis, ubi ex nexu sententiarum nos iis supersedere possimus cf. ad Met. I. p. 20. quo loco interpretes *mea gula* in *ima gula* argute emendant. Deinde formam *secure* retinui, quippe quae ab usu quotidiano nimium recedat. cf. Voss. Arist. T. II. p. 605. Eckst., ubi terminationes *site, cannabe, Baete* aliae enumerantur.]

simulacri iacentis. [Contra codd. fere omnes eosdemque optimos in textum admisi *iacentis*, *tacentis* corruptela longe praestantius. Quo enim *tacentis* explicari possit, vix capi potest, nisi moleste et minus eleganter de dea, quae inter has poenas asini geruli ne verbum quidem emittit. *Iacentis* vero de dea bene dicitur, quae asini dorso sublata humi reposita est; et quia ab ipsis sacerdotibus gestari simulacrum asino caeso debebat, hanc ob molestiam Galli commoti sunt, ut in vita retinendum esse iumentum censerent; Lucian. dicit ἡ θεὸς

Rursum itaque me referctum sarcinis, planis gladiis minantes perveniunt ad quamdam nobilem civitatem. Inibi vir principalis et alias religiosus et eximie deum reverens, tinnitu cymbalorum et sonu tympanorum cantusque Phrygii mulcentibus modulis excitus, procurrit obviam, deamque votivo suscipiens hospitio, nos omnis | intra conseptum domus amplissimae constituit, numenque summa vene- 590
ratione atque hostiis opimis placare contendit.

referetum F. 3. B. Elm. Scriv. *refectum* D. In cett. *refertum*. *carcinis* G. 2. D. *plenis* f. R. (neque vero in F. 1., ut Oud. adnotavit. Vulc. 2. enim habet *planis* nec Lindenbrog. lectionem mutavit) Wow. Pric. *planis* invenitur in F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. B. p. Incert. edd. vett. et recentt. *planisque* M. *planeis* φ. δ. *proveniunt* B. *inibi* Mss. omnes praeter p., in quo cum edd. vett. usque ad Colv. extat *ubi*. In sola Ed. Iunt. 2. est *ibi*. *eximie domini* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. *eximiae dominae* Iunt. 1. Ald. Colin. Bas. *eximiae deae* Iunt. 2. In cett. *eximie deum*. *referens* ed. pr. Vicent. Venet. 4. *referrens* Venet. 2. *timtu* aperte G. 1. *cinnitu* D. *cibalorum* D. *sono* f. R. Incert. Paris. *sonu* F. 3. ed. pr. Vicent. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. cf. ad Florid. p. 79. *sono* Reg. Incert. *soni* O. In cett. *sonitu*. *frigii* D. G. 1. 2. *exercitus* p. et edd. vett. praeter Iunt. 2. usque ad Colv. Ita quoque excerpta ad marg. edit. Colv. habent, non additis uno pluribusve codd., in quibus ita legi volunt. In cett. *excitus*. *procuravit* G. 1. O. *obiam* F. 1. *suspicious* L. *hospitium* δ. *nosque* δ. *omnis* inveni in F. 1. 3. B. et edd. omnibus. De reliquis codd. iudicari non licet, quum compendio *oĩs* haec forma scripta in iis extet. *inter* G. 2. D. *conseptem* Venet. 2. *conspectum* G. 1. O. L. D. *domus altissimae et amplissimae* G. 1. π. e varia lectione, ut Oud. adnotavit, Sed in G. 1. non *et* sed *vel* legitur, quod pro more interpolatorum verisimile est etiam in π. scribi. *addeque* pro *atque* Paris. *opimis* non comparet in P. *oppimis* G. 1. *optimis* L. p. Iunt. 1. 2. Ald.

χαμαὶ καθημένη. Millies vero hae voces confunduntur cf. Burm. ad Quint. Declam. 169. Oud. ad Lucan. V. 434. Cort. ad eiusd. I. 260.]

referctum. [Facillima est emendatio *refertum*, quae omnes fere codd. occupavit et ab Oud. obiter adnotata est. Equidem pro vera lectione *referctum* habeo, praesertim quum Florent. 3. auctoritas adiuvet. De sententia dubitari nequit; forma est inusitata, nec ullum quantum video exemplum participii *referctus* lexica praebent.]

planis gladiis. Malunt alii *plenis gladiis*, ut *plenus* sumatur pro *totis*. Oud. comparat Heins. ad Ovid. Epist. ex Pont. II. 7. 77. Broukh. ad Prop. IV. 10. 36. Ipse vero *planis* praefert, *πλατέσι ξίφεσι* explicans cum Pricaeo, qui Gell. I. 14. §. 3. *planas manus* Iuven. Sat. XIII. 128. excitat. Perperam *sarcinis plenis* innxerunt Vulc. Wow. Pric., quorum ultimus tamen eam distinctionem damnavit.

principalis. [cf. Deder. Introd. ad Dict. Cret. p. LI.]

contendit. [Lucian. p. 606. c. 38. *οἱ δὲ δεδούμενοι δεινοῖς ταῦτα ἐληλεγμένα τῆς ἐπιούσης νυκτὸς εὐθὺς ἔνθεν ἐξήλασαν. καὶ ἐπειδὴ ἐγένοντο ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς ὁδοῦ, ἐχαλέπαινον καὶ ὠργίζοντο ἐμοὶ τῷ μηνύσαντι τὰ ἐκείνων μυστήρια· καὶ τοῦτο μὲν ἀνεκτὸν τὸ δεινὸν ἦν κακῶς τῷ λόγῳ ἀκούειν· ἀλλὰ τὰ μετὰ τοῦτο οὐκέτ' ἀνεκτά. τὴν γὰρ θεὸν ἀφελόντες μου καὶ χαμαὶ καταθέμενοι καὶ τὰ στρώματά μου πάντα περισπάσαντες γυμνὸν ἤδη προσδέουσί με δένδρῳ μεγάλῳ, εἶτα ἐκείνῃ τῇ ἐκ τῶν ἀστραγάλων μάστιγι παίοντες, ὀλίγου ἐδέησαν ἀποκτεῖναι, κελεύοντές με τοῦ λοιποῦ ἄφωνον εἶναι θεοφόρητον· καὶ μὴν καὶ ἀποσφάξαι μετὰ τὰς μάστιγας ἐβουλεύσαντο, ὡς ἐς ὕβριν αὐτοὺς βαλόντα πολλὴν καὶ τῆς κοίμης οὐκ ἐργασαμένους ἐκβαλόντα· ἀλλ' ὥστε με μὴ ἀποκτεῖναι, δεινῶς αὐτοὺς ἡ θεὸς ἐδυσώπησε χαμαὶ καθημένη καὶ οὐκ ἔχουσα ὅπως ὀδύνοι. Ἐντεῦθεν οὖν μετὰ τὰς μάστιγας λαβὼν τὴν δέσποιναν ἐβάδιζον καὶ πρὸς ἑσπέραν ἤδη κατακλινόμενοι εἰς ἀγρὸν πλουτοῦντος ἀνθρώπου, καὶ ἦν οὗτος ἔνδον καὶ τὴν θεὸν μάλα ἅσμενος τῇ οἰκίᾳ ὑπεδέξατο καὶ θυσίας αὐτῇ προσήγαγεν.*]

Digitized by Google

CAPUT XXXI.

Hic ego me potissimum capitis periclitatum memini. Nam quidam colonus partem venationis, immanis cervi pinguissimum femus, domino illi suo muneri miserat; quod incuriose pone culinae fores non altiuscule suspensum, canis adaeque venaticus latenter invaserat, laetusque praeda propere custodientes oculos evaserat. Quo damno cognito suaque reprehensa negligentia, coquus diu lamentatus lacrimis inefficacibus, iam iamque domino coenam flagitante, moerens et utcunque metuens altius, filio suo parvulo consalutato arreptoque funiculo, mortem sibi nexu laquei comparabat. Nec tamen latuit fidam uxorem eius casus extremus mariti, sed funestum nodum violenter invadens manibus ambabus: Adeone, inquit, praesenti malo perterritus mente excidisti tua? nec fortuitum istud remedium, quod deûm providentia subministrat, intueris?
591 Nam si quid in ultimo fortunae turbine resipiscis, exper|gite mi ausculta, et

memini exulat a D. *venerationis* pro *venationis* L. *cervi* P. ridicule. *femus* F. 2. 3. G. 1. O. *femur* G. 2. P. D. In cett. *femur*. *illo suo* G. 1. *ille suo* O. *pone* G. 2. D. *culme* G. 2. D. aperte scribunt. *altiscule* G. 1. O. *alti scale* G. 2. D. *altius calae* P. *suspensam* G. 1. *adeoque* G. 1. *atque* O. pro *adaeque*. cf. ad Met. IV. p. 251. *laetenter* G. 1. *deprehensa* B. *coquus* non comparet in f. *chocus* G. 1. *flagitantes* δ. *ultraque* L., unde Brantius emendat *ultra quam* perverso iudicio et contra Apulei genium. Alibi *pavens et utcunque metuens*. cf. ad Met. IV. p. 259. *artius* Elm. Wow. et Pric. citavit ad Met. X. p. 738. In cett. *altius*. *Metuens altius*, ita distinguere cod. Florent. 1. testantur excerpta ad marg. ed. Colv. *arrepque* D. *laqueo* G. 1. a m. p. *laquot* Vicent. vitio operarum. *fidem* δ. *vilenter* D. *addeone* G. 1. Vir doctus sub nomine *M.* ad marg. ed. Iunt. 2. adscripsit, videri hos alicuius comici versus: *Adeone praesenti malo exterritus Mente excidisti tua.* Quibus respondet, quod statim initio libri seq. hic noster: *Praecipitante*, inquit, *consilium periculi tanti praesentia.* Sed male et insulse. *praesente* p. *id temere* pro *istud remedium* L. *domini* odd. vett. usque ad Colvium, unde Pricaeus coniecit demuo *divinae*. *resipiscis* F. 3. G. 1. B. edd. vett. Elm. Scriver. *rescipiscis* O. *resipicis* Cod. Al. teste Colv. *recepistis* f. *respicis* F. 1. G. 2. P. D. R. Colv. Vulc. Merc. Wow. Florid. *mi ausculta*. In omnibus inveni codd. et edd., nec Oud. in adnotatione sua discrepantiae lectionis quid attulit, ut vel ingenio Ruhnkenii vel errore typothetarum scripturam mutatam esse in *mihi* existimaverim. Vulc. 2. edit., quam pressius fere ubique Ruhnk. secutus est, item *mi* habet.

Cap. XXXI. *femus.* Ex optimorum librorum consensu utroque loco *femus* cum Oud. edidi, citante Gloss. Cyrill. p. 541. *μηρὸς femus* et p. 537. *μεσομηρίον interfemus* quod Munk. ad Anton. Liber. XLI. p. 332. male corrigit. cf. Miscell. Observ. Vol. II. T. III. p. 395.

metuens altius. Qui male distinxerunt interpretes, *altius* corruptum esse putarunt, *artius* emendantes cf. Met. X. p. 699. Creberrime enim ita vox *artus* est depravata. cf. Comment. ad Lucan. III. 664. IX. 111. Plin. Epist. VI. 8. Sed iungas modo *metuens altius*, ut recte fit in edd. primis et nonnullis aliis i. e. vehementius, cf. ad Met. IV. p. 290; saepius Plin. V. 15. Frustra autem a Wowerio divinatum esse *consaviato* docet nos Pricaeus, qui tamen ipse a nimia novandi prurigine non est alienus, quum ad Met. IX. p. 626. citra ullam necessitatem tentet inculcare *de nexu laquei.*

mente excidisti. [Plura exempla dabit Deder. ad Dict. Cret. I. 4. Gloss. p. 244 sq.]

resipiscis. Mirum est, quomodo Oud. hanc optimam lectionem postponere potuerit glossemati librariorum *respicis*, quippe negans, verbi significationem huc convenire, cum sit aberrantem animam vel dormientem revocare. *Respicis* vero explicat: si curas quid et rationem habes in ultimo fortunae turbine coll. Phaedr. II. 10. 23. *Nihil respiciens, dum dolorem vindicet.* [Vehementer erravit. Emendarunt enim librarii *respicis*, qui non capiebant, unde accusativus penderet, non considerantes, saepius ita verbis neutris neutrum pronominum addi, ut ratio quaedam indicetur. *Resipiscere* vero est ad bonam frugem redire.

advenam istum asinum remoto quodam loco deductum iugula, femusque eius ad similitudinem perditi detractum et accuratius in protrimentis sapidissime percoctum appone domino, cervini vicem. Nequissimo verberoni sua placuit salus de mea morte, et multum conservae laudata sagacitate, destinatae etiam lanienae cultros acuebat.

modo pro *loco* p. *ductum* P. *frnus* F. 2. 3. G. 1. 2. D. P. *foenus* P. In cett. ut supra *femur*. *atractum* p. *accurius* Bus. 1. *prostrimentis* G. 2. D. P. L. *percoctum* F. 1. 3. G. 1. 2. R. D. f. O. d. P. Iunt. 2. Elm. Scriv. Florid. In cett. *decoctum*. cf. ad Met. IV. p. 251. *cervini vicem* F. 3. p. *cervini mee* G. 1. *cervum vice* D. *cerium moe* G. 2. aperte. *cervice* P. in excerptis ad marg. ed. Colv. *cervi vice* F. 1. in iisdem excerptis. *cervini vice* edd. vett. et recenti. *cervi invicem* Modii est coniectura. *nequissime* G. 1. *laudata sagacitate* F. 3. G. 1. P. R. f. d. *laudatas agacitate* G. 2. D. In cett. *sagicitate laudata*. *destinatae etiam lanienae* omnes fere codd. ut F. 1. 3. G. 1. B. habent, quod idem φ. teste Sclopp. praebet, quum contra Wow. *destinatae iam lanienae* in eo invenerit. *destinatae etiam lamene* G. 2. D. cf. ad Met. VII. p. 494. *destinata etiam laniene* p. f. ed. pr. Vicent. Venet. *destinata etiam lauiena* R. et cett. edd. *destinatae iam lanienae* emendat Lipsius. *cultro* d. *cultos* G. 2. P. D. *accuebat* G. 1.

ab insania quasi convalescere, ut bene praegressis *mente excidisti tua* respondeat, quam notionem lexica satis superque probant. Sententia igitur est: Mente excidisti tua i. e. insanus es, qui ob rem tam levis momenti manus tibi ipse inferas, ad bonam mentem si redieris, meum ea de re consilium accurate ausculta.]

cervini vicem. Elm. Modii sive potius Stewech. ad Met. X. p. 727. coniecturam secutus maluit *cervinae* sc. carnis ex analogia verborum *bubulina, agnina, cervecina* al. Sed *cervini vicem* optima lectio est. Ad *cervini* subintelligas *femoris*; de voc. *vicem* cf. ad Met. I. p. 46.

destinatae etiam lanienae. [Verissimam esse Lipsii emendationem *iam*, sententia est Oud., cui obsecutus Ruhnk. *iam* in textum admisit. Sed *etiam* hic exprimit, rem vere fieri vel vere factam esse, nostrum *wirklich* cf. Hand. Tursell. T. II. p. 368., qui plures locos excitat.]

acuebat. [Lucian. p. 607. c. 39. *ἐνθάδε οἶδα μέγαν κίνδυνον αὐτὸς ὑποστάς· τῶν φίλων γάρ τις τῷ δεσπότῃ τῶν ἀγρῶν ἔπεμψε δῶρον, ὄνον ἀγρίον μηρόν. τοῦτον ὁ μάγειρος σκευάσαι λαβὼν ῥαθυμίᾳ ἀπώλεσε, κυνῶν πολλῶν λαθραίως εἴσω παρελθόντων· ὃς δεδιὼς πληγὰς πολλὰς καὶ βάσανον ἐκ τῆς ἀπωλείας τοῦ μηροῦ, ἔγνω κρεμάσαι ἑαυτὸν ἐκ τοῦ τραχήλου· ἡ δὲ γυνὴ ἡ τούτου, πακὸν ἐξαίσιον ἐμόν· Ἀλλὰ μήτε ἀπόθησκε, εἶπεν, ὦ φίλτατε, μήτε ἀθυμίᾳ τοιαύτῃ δῶς σεαυτόν· πειθόμενος γάρ μοι πράξεις ἓν πάντα· τῶν κυναίδων τὸν ὄνον λαβὼν ἔξω εἰς ἔρημον χωρίον, κἄπειτα σφάξας αὐτὸν, τὸ μέρος μὲν ἐκεῖνο, τὸν μηρὸν ἀποτεμών, κόμιζε δεῦρο· καὶ σκευάσας τῷ δεσπότῃ ἀπόδος καὶ τὸ ἄλλο τοῦ ὄνου κάτω που ἐς τὸν κρημνὸν ἄφες. δόξει γὰρ ὑποδρὰς οἴχεσθαί σοι, καὶ εἶναι ἀφανής· ὁρᾷς δὲ, ὡς ἔστιν εὔσαρκος καὶ τοῦ ἀγρίου πάντα ἀμείνων; ὁ δὲ μάγειρος τῆς γυναικὸς ἐπαινέσας τὸ βούλευμα· Ἄριστα, ἔφη, σοι, ὦ γύναι, ταῦτα καὶ τούτῳ μόνῳ τῷ ἔργῳ τὰς μάστιγας φυγεῖν ἔχω καὶ τοῦτό μοι ἤδη πεπράξεται· ὁ μὲν οὖν ἀνόσιος, οὗτος οὑμὸς μάγειρος ἐμοῦ πλησίον ἑστὼς, τῇ γυναικὶ ταῦτα συνεβουλεύετο.*]

Digitized by Google

LIBER IX.

CAPUT I.

592 [217] Sic ille nequissimus carnifex contra me manus impias obarmabat. At ego |praecipitante consilium periculi tanti praesentia nec expectata diutina cogitatione, lanienam imminentem fuga vitare statui, protinusque, vinculo quo fueram deligatus abrupto, cursu me proripio totis pedibus ad tutelam salutis crebris calcibus velitatus: illicoque me, raptim transcursa proxima porticu, triclinio, in quo dominus aedium sacrificales| epulas cum sacerdotibus deae coenitabat,

cotra G. 1. *abarmabat* Venet. 2. *obarmat* δ. *consilio* F. 3. (ex correctione) G. 1. 2. O. D. 1. In cett. *consilium*. *tanti periculi* inverso ordine δ. *lanienem* p. *lamenam* G. 2. D. pro more. *abrupto* G. 1. sed *b* a m. s. ut videtur. *arrupto* edd. vett. Colv. Vulc. 2. *obrupto* φ. *arruptis* p. *abrumpo* D. Stewech. *arupto*. *propripio* G. 1. a m. p. *propo* loco τοῦ *proripio* D. *salutis* F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. P. β. M. f. L. π. δ. Iunt. 2. Elm. Scriver. in cett. *salubrem*. *tutelam salubris calcibus* p. *vellicatus* Paris. *illiquoque* G. 1. *me* non comparet in p. *trascursa* G. 1. *prosima* G. 1. Mss. et Edd. constanter *proxima*, nisi quod Floridus vulgaverit *prima*, quod unde hauserit non apertum est. *edius* G. 1. (nec G. 2. qui praeterea in excerptis Oud. *sacarificales* habet). *aeditum* p. *aediumsa carificales* G. 2. D., qui posterior haec duo vocabula in unum coniungit.

Cap. I. *praecipitante consilium.* [Ne lectionem *consilio*, quae in multis codd. invenitur, comprobarem, impedivit me ratio, quam in cod. Florent. 3. semper secutus sum, cui ubique obtemperavi, nisi a manu correctrice lectio profecta esset. Quod quum ita sit, *consilium* in textum recepi. *Consilio* vero defendi bene potest, quod verbum *praecipitare* non activa tantum sed neutra quoque significatione, nec id tam raro usurpatur. cf. Dr. ad Liv. XXV. 11. §. 6. Apul. Florid. p. 43. *cum in petram ... praecipitat*, ubi alii malunt *praecipitatur*.]

tutelam salutis. Ita ex optimis Mss. dedi. cf. Met. II. p. 134. *ipse salutis meae praesidia gestabo.* VI. p. 437. *praesidium meae salutis.* XI. p. 798. *et salutis tutelam in deae manu posita.* Cur igitur Ruhnk. in textu *salubrem* retinuerit, ab Oud. ipso improbatum percipi non potest.

sacrificales. De more veterum, de extis reliquiisque aliis sacrificiorum domum secum asportatis coenandi, plurimos veterum locos Elm. affert, quibus lubet adiicere: Plaut. Poen. II. 44. Horat. Serm. II. 6. 66. Tertull. de Spect. c. 13. p. 79. A Rigalt. Convivia etiam hinc solemnia confecta amicosque exceptos fuisse, idem demonstrat ex Arnob. VII. 17. ita explicans Plaut. Amph. III. 3. 12. Poenul. III. 3. 1 sqq. Mil. III. 1. 117. Stich. II. 1. 96. Virg. Aen. VIII. 183.

| incontanter immitto. Nec pauca rerum apparatus cibarii, mensas etiam impetu 593
meo collido atque disturbo. Qua rerum deformi strage paterfamilias commotus, ut importunum atque lascivum me cuidam famulo curiose traditum certo aliquo loco clausum iussit cohiberi, ne rursum convivium placidum simili petulantia dissiparem. Hic astulo commento scitule munitus et mediis lanii manibus ereptus, custodela salutaris mihi gaudebam carceris. Sed nimirum nihil fortuna renuente licet homini nato dexterum provenire: nec consilio prudenti vel remedio sagaci divinae providentiae fatalis dispositio sub|verti vel reformari potest. 594

incuntanter G. 1. P. D. *δ. incunctanter* G. 2. *mensas etiam impetu* F. 3. G. 1. 2. P. O. D. L. R. *f. π. δ.* Iunt. 2. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. *mensas etiam genus impetu* F. 1. p. *mensas etiam et id genus* B. edd. vett. Elm. Scriver. Florid. Quid ceteri codd. legant, ex adnotatione Oud. non potest dignosci. *mei* p. *lasscivum* G. 1. *lascivium* p. *loco certo aliquo* p. et edd. ante Colv. *loco* exulat a R. f. *inssit* non comparet in F. 1. p. *placitum* G. 1. 2. D. O. P. L. frequentissima variatione. *petulentia δ. hic* edd. vett. et recentt. usque ad Scriver., qui primus *hoc* restituit, quod in F. 1. 3. G. 2. D. P. L. *δ. f.* p. B. legitur. *haec* G. 1. *astulo* inveni in omnibus meis codd. et edd. vett. Elm. Merc. cum seqq. *astutulo* Vulc. 2. et Colv. *austulo* f. Iam Beroaldus in explicatione fecit *astutulo*, unde videtur arripuisse Priscaeus meritoque etiam probavit G. Vossius et adpinxit quasi e Ms. vir doctus ad oram Ed. Vicent. Etiam in cett. codd. omnibus *astulo* vel *austulo* legi adnotat Oud. *lami* D. *laniis mediis* L. *et* ante *mediis* abest a f. et Bas. 1. *salutari* Ald. Iunt. 1. 2. Colin. *gaudebam* G. 2. a m. p. *hominum nato δ. dextrum δ. deterum* G. 2. D. *consilio prudenti vel remedio sagaci* F. 1. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) 3. G. 1. 2. P. D. O. *δ. π.* p. edd. vett. usque ad Colvium, qui perperam immutavit: *consilio prudentis vel remedio sagacis*, quod extat in Colv. Wower. Pric. Merc. Vulc. 2.

Plaut. Rud. II. 3. 11. 12. Sic etiam de libatis poculis bibisse veteres coll. Min. Fel. 12. §. 5., neque ad has dapes ullos admissos, nisi sacerdotes aut eos, qui a sacris non prohibiti fuerint coll. Tertull. de Praesc. adv. Iudaeos c. 14. p. 201. C. Rigalt. Alia idem exempla profert ad Minuc. l. c. p. XIX.

etiam impetu. Etiam pro *id genus* in optimis libris et edd. legitur. Sed quia in Florent. et Pith. *etiam genus* et in aliis *etiam et id genus* reperitur, Elm., sequentibus Scriver. et Florid., utrumque exhibuit *etiam et id genus* scribens, et ita quasi ex optimis membranis citat Heins. ad Val. Flacc. IV. 497. Sed ad Ovid. Met. XIV. 208. scriptis codd. et prioribus Edd. legi vult *mensas et id genus*. Oud. prius cum Elm. praefert. Certe enim *et id genus* prave eiicere voluit Colv. cum Edd. Vulc. Merc. cett., coll. dict. ad Met. XI. p. 771. *alio genere facium lanina.* [Ego quamquam qui *id genus* vel *genus* lectio exorta sit, capere nequeam, tamen ut superfluum et ieiunum *id genus* cum optimis codd. expunxi, *etiam* tantummodo retinens.]

astulo commento. Diversae sunt interpretum de h. l. sententiae. Roaldus emendat: *astutulo*, Brantius: *catulo*, Sopingius: *suteloso* e Glossis Philox. p. 208. *sutelose πανούργως*, Plaut. Capt. III. 5. 34. Casin. I. 1. 7. Gloss. Vulc. p. 150. *sutela κακοῤῥαφία.* Oud. quoque, qui *astutulus* praebet, vox *astulo* offensioni erat, quam pro substantivo habet deminutivo ab *astus*, ita ut *commento* sit natum e glossa ac sequentibus verbis *id ipsum commentum.* [Equidem *astulo* retinens, *commento* glossema esse negaverim; *commentus* enim idem est quod *fictus*, nec puto, quemquam in dictione *fictus dolus*, vel *fictus astus* „*ersonnene List*“ haesiturum esse. Attamen miror, qui nemo in coniecturam *astuto* tam facillimam inciderit, cui tamen equidem patrocinari nolo. Forsitan ita explicari possit lectionis diversitas apud Ciceronem de Offic. III. 16. §. 68., ubi plurimi codd. *astutos*, pauci *astus* legunt, si scripsisse Ciceronem *astulos* ponamus. Ita enim *astus* glossa est lectionis genuinae, nec significatio deminutivi adversatur exemplis, quae supra Cicero proponit.]

sed nimirum cett. [De sententia loci cf. quae proferunt Pric. ad h. l. et Fea ad Horat. Epod. V. 87., qui nostrum locum commemorat, *prudentis* et *sagacis* legens.]

Digitized by Google

Mihi denique id ipsum commentum, quod momentariam salutem reperisse videbatur, periculum grande immo praesens exitium conflavit aliud.

CAPUT II.

Nam quidam subito puer mobili ac trepida facie percitus, ut familiares inter se susurrabant, irrumpit triclinium, suoque annuntiat domino: de proximo angiportu canem rabidam paulo ante per posticam impetu miro sese direxisse, ardentique prorsus furore venaticos canes invasisse, ac dehinc proximum petisse stabulum, atque ibi pleraque iumenta incurrisse pari saevitia, nec postremum
595 **saltem ipsis hominibus pepercisse. Nam Myrtilum mulionem | et Hephaestionem**

ad ipsum edd. vett. ante Beroald. *id* non comparet in G. 2. P. D. *momentaneam* Mss. Colv. B. δ. Incert. Sed alterum probum est cf. ad Met. II. p. 162. V. p. 344. *peperisse* malebat vir doctus *reperisem* D. *praesens exitium* F. 3. G. 1. p. f. edd. vett. ante Colv. In cett. inverso ordine *exitium praesens.*

nobili G. 2. P. D. L. f. δ. *ubi* pro *ut* Ms. Incert. *intra se* F. 1. R. δ. teste Oud. Sed in collat. Lindenbrog. nihil adnotatum est, unde suspicor, typothetarum errore Flor. excusum esse pro Fux, qui cum Reg. fere ubique consentit. *susurrabunt* p. *irrupit* G. 1. O. δ. et edd. vett. praeter Venet. 4., nec male, licet sequatur praesens, de qua re saepius iam dictum est. *triclivium* G. 1. *triclineum* D. *antiporta* G. 1. *rabidum* G. 1. O. R. f. cf. ad Met. VIII. p. 513. *paulo ante quam posticam* D. *posticum* G. 1. O. f. *impetuoso miro* B. teste Elm., sed in eo *impetu suo miro* legi recte profert Oud. *sese impetu miro* δ. *direxisse* G. 1. *direxise* D. *hac dehinc* G. 1. *deinc* Iunt. 1. *petisse* F. 3. G. 1. 2. D. δ. f. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 1. 2. Aldin. In cett. *petiisse. ipsis* non comparet in P. *pepercisset* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Paris. *Myrtilum* F. 3. R. f. Iunt. 2. Elm. Florid. *mirtillum* G. 2. O. *mixtillum* D. *mirtilum* F. 1. G. 1. δ. *Myrtillum* P. *Mirtellum* M. β. *Mirtulum* p. *Myrilium* L. *Mitilum* B. Colv. seqq. *Mytilum* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *Mytilium* cett. edd. vett. *Micylium* Vulc. 2. *Micyllum* Wow. Pric. *milonem* G. 2. δ. f. D. *Hephaestionem* F. 1. 3. Colv. seqq. *Ephaestionem* edd. vett. *et festionem* G. 1. 2. f. D. O. P. (neque solum *Festionem*, ut Oud. voluit.) *festicenam* δ. *Hephaestionem* ceteros quoque codd. habere, verisimile.

praesens. [*Praesens* oppositum antecedenti *commentum* hic significat certum, verum, non dubium exitium cf. Intt. ad Ovid. Met. XIV. 123. Dr. ad Liv. II. 36. §. 5. Cic. pro Deiot. 6. §. 16.]

conflavit aliud. [Lucian. c. 40. p. 608. *Ἐγὼ δὲ τὸ μέλλον ἤδη προορώμενος, κράτιστον ἔγνων τὸ σώζειν ἐμαυτὸν ἐκ τῆς κοπίδος καὶ ὑπήξας τὸν ἵππον, ᾧ διηγόμην, καὶ ἀναχωρήσας ἴσημι δρόμῳ τινί, ἔνθα ἐθεώρουν οἱ νέαυδοι σὺν τῷ δεσπότῃ τῶν ἀγρῶν· ἐνταῦθα εἰσδραμὼν ἀνατρέπω πάντα τῷ σκιρτήματι καὶ λυχνίαν καὶ τραπέζας· κἀγὼ μὲν ὤμην κομψόν τι τοῦτο πρὸς σωτηρίαν ἐμὴν εὑρηκέναι καὶ τὸν δεσπότην τῶν ἀγρῶν κελεύειν εὐθέως ὡς ἀγίρωχον ὄνον ἐμὲ καταλεισθέντα σοι, φυλάττεσθαι ἀσφαλῶς· ἀλλά με τοῦτο τὸ κομψὸν εἰς ἔσχατον ἤνεγκε κίνδυνον.*]

Cap. II. *mobili ac trepida.* Pricaeus fatetur se nescire, quid sit *mobili*, et ideo *ignobili* coniicit. Quod tamen multo minus intelligendum est. Rectior tum foret Brantii coniectum *nubila.* Sed nihil est mutandum. *Mobili* bene Floridus interpretatus est *instabili*, s. *incerto vultu pavoris incurrit*, ut Sall. Iug. c. 107. dicit, ubi conf. Wasseum, bene *mobili* illustrantem, nec male post *facie* comma ponentem, ut et Cortium et Oud. ad Lucan. V. 214. Cebet. in Tab. p. 37. ed. Gron.: *Εὐδαιμονία παθισγηχεῖα τὸ πρόσωπον.*

Myrtilum. [Cum optimis codd. hoc nomen retinui, quod Apuleius mutuatus videtur esse a *Myrtilo*, Onomai auriga, de quo cf. Cic. Nat. Deor. III. 38. Hygin. fab. LXXXIV. et CCXXVI. De mulorum mularumque usu, quibus ad currucas trahendas veteres plurimum usi fuerint, non est quod Colvii exempla hodieque repetam, quum satis omnibus notus sit.]

Hephaestionem. [Hoc nomen optime convenit coquo, ut Beroaldus iam exposuit, ita ut *Apollonius* medico, quod veluti ab Apolline, medicinae deo, repetitum videri possit.]

cocum et * Hypatarium * cubicularium et Apollonium medicum, immo vero et plures alios ex familia abigere tentantes, variis morsibus quemque lacerasse, certe venenatis morsibus contacta nonnulla iumenta efferari iam simili rabie. Quae res omnium statim percussit animos, ratique me etiam eadem peste infectum ferocire, arreptis cuiuscemodi telis, mutuoque ut exitium commune protelarent cohortati, ipsi | potius eodem vesaniae morbo laborantes per- 596
sequuntur. Nec dubio me lanceis illis vel venabulis immo vero et hipennibus, quae facile famuli subministraverant, membratim compilassent, ni respecto subiti periculi turbine, cubiculum, in quo mei domini devertebant, protinus irru-

cocum omnes codd. et edd. praeter G. 1, qui *cochum* habet et Floridum, qui *coquum* exprimi curavit. *Hypatafium* F. 3. *Hypatarium* F. 1. *Hippataphium* p. *Hippatavium* Alii codd. teste Oud., ut B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. cum seqq. *hys passivum* G. 1. *Hippatium* R. *Hispasium* vel *Hypasium* G. 2. O. D. P. M. β. δ. f. π. Incert. *Hypatium* Vulc. 2. et seqq. *Hypasium* L. *appollonium* G. 2. D. *appolonium* G. 1. *alios de familia* G. 1. O. cf. ad Met. VIII. p. 504. *suos de famulis Charites abiger* G. 1. *tentaptes* D. *venenantis* Paris. *venantis* Venet. 4. *contracta* F. 1. 3. G. 1. 2. P. O. δ. Pric. *contrectata* L. *ĉcta* D. *conctata* Venet. 4. In cett. *contacta*. [De hac confusione cf. Liv. XXIX. 18. §. 12. Dr. ad eund. II. 5. §. 2.] *efferatria simili* F. 3. *efferari iam simili rabie* F. 1. G. 1. f. δ. alii codd. teste Oud. et edd. inde ab Colv. *efferari simili rabio* G. 2. D. *effera simili rabie* P. et F. 1. (teste Elm.) *efferata simili rabie* B. et edd. vett. *in* pro *etiam* p. *perculit* Incert. *infestum* G. 1. π. *perfectum* Venet. 2. *ferociter* O. *verocire* Vicent. Venet. 2. In *cuiuscemodi* vel *cuiusquemodi* consentiunt fere omnes codd. et Iunt. 2. placuitque Pice. Peric. Crit. c. 13. *huiuscemodi* L. p. edd. vett. usque ad Colv. *ciuscemodi* Cod. Incert. *huiscemodi* Vicent. *cuiusmodi* O. *talis* Venet. 2. *telis* abest a G. 1. *et exitium* G. 1. a m. p. *ut* non comparet in δ. *chŏrtati* C. *cohorti* f. *pdelarent* Mss. Colvii. *eodem* exulat ab edd. vett. usque ad Colv. Invenitur in F. 1. 3. G. 1. 2. L. P. D. O. f. p. aliis quos Oud. nominatim non protulit. *beraniae* F. 3. O. p. f. *beravie* G. 1. *beranie* G. 2. P. D. *beranie* Ms. Colv. *veranine* δ. coll. Lips. In cett. *vesaniae*. *laborantes morbo* f. *dubito*, quod e suis G. 2. cod. excerptis Oud. enotat, ibi non est, sed *dubbio*, ut in D. *vel venabulis* F. 3. G. 1. 2. D. O. P. f. π. p. δ. In cett. *et venabulis*. *venaculis* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *abipennibus* pro et *bipennibus* D. *subministraverant* F. 1. 3. L. f. δ. Scriv. *subministraverunt* G. 1. 2. D. O. P. In cett. *subministrabant*. *compillassent* G. 1. [Lips. in Epist. Quaest. II. Epist. XXII. emendat *conciplassent*.] *vi respecto* D. *respectu* Paris. *cubiculum* G. 1. priore vocabulo linea obducta. Inter meos habet D. nec aliter edd. vett. *turbidine* Beroald. vitiose et Paris. *periculum* *divertebant* de more in plerisque Mss. et Edit.

Hypatarium. Magna est codd. diversitas, quae vix dirimi potest, quum in coniectura res semper versetur, nec certum antiquitatis nomen afferri liceat, huic vel consimile vel idem. Oud. voluit *Hypaspasium* ὑπασπάσιον vel *Aspasium* ab ἀσπάζω, quod cubicularii fuerint servorum dilectissimi, ut nomen ab re ei, ut ceteris, indiderit Apuleius cf. ad Met. II. p. 122. [Forsitan *Hypatarium*, quod nonnulli codd. legunt, probum est, ut deminutivum sit vocis ὕπατος atque summum et praecipuum virum significet. Certe quum nihil aliud constiterit melius, retinui.]

contucta. *Contracta*, quod fere omnes codd. praebent, defendi nullo modo poterit; *contractus* enim debilem, morbo adductum significat. Hic vero indicari debet, tacta esse morsu canis rabidae iumenta atque ita efferata. cf. Pier. ad Virg. Georg. III. 566. Gebh. ad Liv. IV. 15. Dr. ad eund. IV. 9. §. 10. *contacta civitate rabie.* [De hac voce cf. Deder. ad Dict. Cret. Introd. p. LII. Heins. in Misc. Observ. Vol. IX. T. I. p. 291. Qud. ad Lucan. IV. 91.]

ut exitium. Probat Oud. omissionem particulae *ut* quam dicit elegantem coll. ad Met. IV. p. 241. p. 261. *adhortatur liberaremus*, Met. I. p. 81. *patitur cubitum concederem* et saepius. Sed contra codd. nihil mutandum est.

vesaniae. Ex corrupta scriptura *beraniae* Oud. legendum esse suspicatur *ipsi potius vero animae morbo* vel *vero equidem animae morbo* vel *verae equidem vesaniae morbo*, ut in seqq. in cod. B. *equidem* in *eodem* abierit. Ego nihil muto, quum lectio sana sit.

nec dubio. Dictum hoc est pro *et procul dubio* vel *haud dubie*, ut passim apud Livium, in quo etiam recentiores saepe *dubio* dederunt pro *dubie*. Adi Dr. ad Liv. III. 24. XXXIV. 2.

in quo mei domini devertebant. Oud. hunc locum intelligere se negat ita ex-

pissem. Tunc clausis obseratisque super me foribus, obsidebant locum, quoad sine ullo concessionis suae periculo pestilentiae letalis pervicaci rabie possessus ac peresus absumerer. Quo facto tandem libertatem nanctus, solitariae fortunae munus amplexus, super constratum lectum abiectus post multum equidem temporis somnum humanum quievi.

irrupisset D. *super me* desunt *δ*. *foribus super me f. concessionis periculo suae* G. 1. *pernicaci* G. 1. D. *rabia* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *assumerer* G. 1. 2. D. L. *f. adsumerer* P. *obsumerer δ*. *nanctus* F. 3. *neetus* G. 1. a m. p. In cett. *naetus*. *solitariae* G. 1. *constructum lectum* L. Ut semper haec variant. Vide Oud. ad Suet. Ner. 48.: *super lectum palio strato instructum*. *eodem temporis* pro *equidem temporis* B. Citra necessitatem Pric. ad Apul. p. 160. invitis omnibus Mss. legit: *post aliquam multum equidem temporis*, licet ita saepius loquatur auctor, ut quod vidimus ad Met. I. p. 74. *post aliquam multum temporis*. [De *equidem* cf. ad Met. I. p. 10. Hand. Tursell. II. p. 478 sqq.]

ponens: Domini eius sacerdotes erant in triclinio, in quod paulo ante irruperat, sed inde retractus et servo servandus traditus ac ne ad mortem caederetur, rursus effugit in locum, quo occlusus fuit solus, non vero in *cubiculo, quo devertebant domini*, sed ut optime ait Lucian. T. II. p. 608. in *cubiculum, quo domini dormirent*. Exciditne ergo *domicilii* vel simile quid? Tale enim quid postulat sensus, nisi peius corruptus sit locus. [Quod equidem negaverim. *Dormitorium* enim fuisse iam indicat voc. *cubiculum*, quo membrum in aedibus significatur, in quo tum per diem manemus, tum per noctem cubamus, addiditque tantummodo auctor, ut explicaret, quomodo asinus lectum constratum in eo invenire potuisset. *Cubiculum* igitur *in quo devertebant domini* est conclave illud, in quo per diem noctemque, excepto epulandi tempore, sacerdotes versabantur, quod eorum quasi erat deversorium. Quid igitur in his verbis molesti et minus commodi sit, equidem non video.]

concessionis. Lipsius mavult *congressionis*, Wasseus *contagionis*, *conreptionis* et Beroaldus interpretatur per *ingressionem* vel *introitum*, quod vix capi posse Oud. autumat, quum, asino intra cubiculum degente, etiamsi non rabido, non certe in illud concessissent. Lipsii et Wassei coniecturae quum nimis a vulgata scriptura abeant, corrigendum Oud. videtur: *consessionis* sive *consessus*, ut *convictio* pro *convictu* Cic. ad Fam. XVI. 21. Asino enim intus cubiculi clauso, sacerdotibus cunctisque convivis non metuendum fuisse, ne periculum suo coetui et discubitoribus immineret. [Sed optima mihi videtur Beroaldi explicatio. Quum enim *concedere* Apuleio idem sit, quod *ire*, *proficisci* cf. Met. VI. p. 399. *coenae nuptiali concessit*, *concessio*, quamquam nova significatione hoc dicitur, idem est, quod *itio*, *gressio*. *Concessio* igitur *sua* est gressio sacerdotum in hoc cubiculum, quae semper cum summo periculo iuncta erat, dum asinus rabidus in eo versaretur. Optimum igitur, exspectare eius necem a furore ac rabie. Rodius vertit: *Eheman sich bloss stellte*, loci difficultatem evitans, Interpres Francog.: sans qu'il exposassent au danger de m'attaquer, qui Lipsii coniecturam probasse videtur.]

rabie. In veterrimis Edd. est rabia, quasi *rabie* aeque ac *rabia* veteres dixerint, ut *planitia*, *mollitia*. Certe in Glossis Cyrill. p. 531. *λύσσα rabia*, *rabies*. Scilicet medio aevo sic dixerunt; Servius ad Aen. I. 200: *rabiem secundum antiquos dictum nonnulli asserunt, nam rabiam dici affirmant*. Verum N. Heins. ad Ovid. Met. XIV. 208. divinavit scribendum esse *tabe*. Nihil tamen temere mutandum videtur, atque esse hypallage, in qua frequens est auctor, pro *pestilentia, rabie* cf. Met. VIII. p. 511. *contentiosa pernicie*.

quievi. [Lucian. c. 40. p. 608. *Αὐτῶ δόξαντές με ξίφη πολλὰ ἤδη καὶ λόγχας ἐπ' ἐμὲ ἐσπάσαντο καὶ ξύλα μακρά· καὶ εἶχον οὕτως, ὥστε ἀποκτεινεῖν με. ἐγὼ δὲ ὁρῶν τοῦ θείου τὸ μέγεθος, δρόμῳ εἴσω παρέρχομαι, ἵνθα οἱ ἐμοὶ δεσπόται κοιμᾶσθαι ἔμελλον, οἱ δὲ θεασάμενοι τοῦτο συγκλείουσι τὰς θύρας εὖ μάλα ἔξωθεν.*]

CAPUT III.

Iamque clara die mollitie cubiculi refota lassitudine vegetus exsurgo, atque 597
illos, qui meae tutelae pervigiles excubias agitaverant, ausculto de meis sic altercare fortunis: Adhucine miserum istum asinum iugi furore iactari credimus? immo vero iam virus increscente saevitia prorsus exstinctum. Sic opinionis variae terminum ad explorationem conferunt, ac de rima quadam prospiciunt, sanum me atque sobrium otiose consistere. Iamque ultro foribus patefactis, plenius an iam sim mansuefactus periclitantur. Sed unus ex his,
| de coelo scilicet missus mihi sospitator, argumentum explorandae sanitatis 598

ferota (non *referota*, teste Oud.) G. 2. et D. *molliciae* Vicent. *agitaverunt* G. 1. 2. D. *altricare* f. *altercari* B. edd. vett. usque ad Colv., excepta Iunt. 2. cum Mss. consentiente. cf. Met. II. p. 90. VI. p. 431. *altercant de mea nece.* *ad hucine* F. 3. *aducine* G. 1. (Oud. *adducine.*) *adhuccine* V. 1. G. 2. D. O. P. *d.* Inc., quod omnes probant et nemo edidit praeter Scriverium, sic etiam corrigente N. Heins. in Advers. p. 459., qui insuper ibidem coniecit *agitari* pro *iactari*, superflue sane, praesertim cum praecesserit *agitaverant.* *ut hunccine* B. Paris. *at hunccine* edd. vett. et recentt. *adhunccine* L. Ms. Brant. *Adhucine* vero recte se habet; est enim formatum ut *Hicine*, *sicine*, de qua scribendi ratione, quam hic F. 3. et G. 1. servant, cf. ad Met. III. p. 217. Hand. Turs. I. p. 167. *increscente* Mss. omnes et edd. vett. usque ad Colv., modo si L. B. excipias, qui cum edd. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. Florid. *inquiescente* habent. *increcrescente* D. vitiose. *extinctum* G. 2. *extictum* D. *tim* G. 2. D. i. e. *terminum.* Oud. in G. 2. *teriminum* legi perperam adnotat, unde eam lectionem etiam in P. legi valde dubito. *conferte* P. a m. p. *confert* a m. s. ut G. 2. D. *quidam* pro *quadam* male inrepserat primum in Ed. Bas. 2. et hinc porro, ut in Edd. Colv. Elm. Vulc. 2. (in cuius margine Lindenbrog. e F. 1. nihil emendavit.) Sed recte Wow. Pric. Florid. *quadam* edidere. *atque* pro *iamque* L. *intro* π. et G. 1. cuius excerpta Oud. *in ultro* praebebant. *an iam sim* F. 3. G. 1. 2. P. D. f. p. In cett. *an sim iam.* *iam* exulat ab edit. Florid. *mansuefactus* videtur esse in L., quod a Bas. Ed. pr. usque in contexta remansit. *percontantur* G. 1. 2. O. D. L. π. F. 3. (at ex correctione.) *percunctantur* f. P. *d.* In cett. *periclitantur.* *scilicet* extat in F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. B. R. f. φ. *d.* p. Iunt. 2. Elm. Scriv. Florid. In cett. omittitur. Elm. male id deleri voluit.

Cap. III. *Iactari.* *Iactari* is dicitur egregie, qui furore, morbo, doloribus, curis inquietum habet corpus et concutitur varie. Vide quos laudat Wopk. Misc. Nov. Vol. I. p. 2. p. 18. ad Dict. Cret. II. 6. (Deder. Gloss. p. 274.) *eumque iactatum magnis doloribus.* Burm. ad Ovid. Trist. IV. 3. 26. *Fessaque iactati corporis ossa dolent.*

increscente. *Inquiescente*, quod praeceteris recentiores Edd. probarunt pro *quiescente* vel *requiescente*, pleonasmum praepositionis *in* hic quoque, quemadmodum alibi apud Apuleium, statuentes, Oud. his verbis bene refutat: *Inquiesco* si esset in usu, aliam significationem non videtur habere posse, quam commotionis vel sollicitudinis, sive *fio inquietus*, excitor etc. Quod sibi etiam in animum inducens N. Heins. ibid. in Advers. coniecit *inviescente* s. flaccescente adeoque cessante. Hanc enim solam cum plerisque existimat Apuleii esse mentem, cui iccirco non conveniret participium *increscente*, quod est in cett. Mss. et Edd., quodque unice servandum reor. Nam videtur mihi auctor voluisse, virus iam exstinctum esse per saevitiam, quae dum crescit, sese lassat, donec omnes vires effuderit, et sic sese consumserit, ut hinc exstinguatur. Passim *increscere morbus* apud medicos. Frontin. II. c. 5. §. 37. *fiduciam increscere.*

plenius ... periclitantur. Primum frustra Stewechius coniecit *planius*, i. e. per rimas primum conspicati, id postea aperta ianua de plano cognoscunt. De vocis significatione actum est ad Met. VIII. p. 569. *plenissime contrivi*, ubi vide. Nec aliter tum glossam sapit lectio *percontantur*, id quod ex Florent. 3. apertissime potest comprobari, cuius genuina lectio sine dubio *periclitantur* erat. Item variant Mss. Met. VIII. p. 573., ubi vide.

Digitized by Google

meae tale commonstrat ceteris, ut aquae recentis completam pelvem offerrent potui meo; ac si intrepidus et more solito sumens aquis adlibescerem, sanum me | atque omni morbo scirent expeditum: contra vero si visum contactumque laticis vitarem ac perhorrescerem, pro comperto noxiam rabiem pertinaciter durare. Hoc enim libris etiam pristinis proditum observari solere.

CAPUT IV.

Isto placito vas immane confestim aquae perlucidae de proximo petito fonte contantes adhuc offerunt mihi. At ego sine ulla mora progressus, etiam obvio gradu satis sitienter pronus et totum caput inferens salutares vere equi-

talem p. *talis* G. 1. a m. p. *monstrat* G. 2. P. D. *pelvim* O. Iunt. 1. 2. *offerret* Ald. *offeret* Iunt. 2. *meo* abest a p. *adlibescerem* F. 3. et edd. vett. *alibescerem* L. *alibescerem* G. 1. *allubescerem* B. *allibascerem* F. 1. *alibescere* G. 2. D. (Oud. citat *alabascere*, quod idem legi dicit in P. Sed non verisimile est.) *allitescerem* O. *ab omni morbo* f. *sirent* G. 1. a m. p. *contractum* G. 1. O. f. cf. supra c. 2. *lacticis* G. 1. *eticis* δ. *atque perh.* G. 1. O. *perhorresscerem* G. 1. *per comperto* G. 2. D. *huec enim* edd. ante Colv. contra omnes Mss. *pristinis etiam* edd. vett. ante Colv. *prestinis* G. 1. δ. Gulielmius maluit *priscis*. *obsereare* G. 1. O.

placido ed. pr. Vicent. Venet. 2. *petito* F. 3. G. 2. D. p. δ. In cett. *petitae*. *fontis* G. 1. π. *cuntantes* G. 1. D. O. π, δ. Incert. *adhaec* δ. ed. Beroald. Paris. Venet. 2. *adhac* Vicent. *adhoc* p. *conferunt* δ. *sienter* Vicent. *totus* p. *vergens* f. *inferens* F. 3. utrumque ab eadem manu scriptum est, *inferens* etiam Iunt. 2. habet. *vergens* F. 1. G. 1. 2. f. D. φ. *invergens* B. ex coll. Modii et edd. vett. *immergens* ex B. enotat Colv. *mergens* vel *immergens*, quae non Beroaldi sed Roaldi coniectura, primum comparet in marg. Bas. Ed. 2. et dein expressa est in Vulc. ed. 2. Elm. Scriv. Florid. acriterque defensa a Pricaeo, *mungens* p. (quam vitiosam scripturam exortam reor ex compendio *inugens*, quod facillime ꝰ nota in — corrupta, in *mungens* abire poterat.) Ceterorum codd. lectionem Oud. accurate non protulit, id tantum asseverans, in omnibus membranis esse *vergens* vel *invergens*.

de coelo missus. [De sententia cf. Pric. et d'Orvill. ad Charit. l. 13. p. 280. ed. Lips.]

pelvem. [*Pelvim* lectio emendatio est librariorum, qui e grammaticis cognitum habebant, *pelvim* solum reperiri. At vide Rudd. Instit. T. I. p. 78. n. 56.]

visum contactumque. Istiusmodi animalia *hydrophoba* vocant, quae studiose vitant aquae aspectum et omnium poculorum haustum perhorrescunt. Firmic. Astron. VIII. 5. Theodor. Prisc. de re medica II. c. 8. Veget. Mulomed. III. 32. Haec Elm. protulit. [Plura qui desiderat, adeat velim Triller. ad Lucan. VI. 671., a quo plurima afferuntur et nostri quoque loci mentio fit.]

Cap. IV. *petito.* [Difficilior est haec lectio et a melioris notae codd. satis defensa, ut alteri *petitae* praeponi sine ullo dubio debeat. Nec ad hypallagen Apuleio satis tritam necessarium est confugias, ut hanc constructionem explices, ita ut aquae *petito fonte* dictum sit pro *aquae petitae fonte*, sed *petitus fons* est is, quem aggressi fuerant rabiem asini periclitaturi, ut *de* praepositio, id quod saepius fit, simplicis genitivi locum teneat.]

pronus et totum caput inferens. Difficillimum est eo de loco iudicium, quum optimus cod. Florent. 3. ab eadem manu duplicem scripturam *inferens* et *vergens* praebeat, prior ab edit. Iunt. 2. omnium praestantissima, posterior ab locupletissimis quibusque codd. defendatur, et neutra notam corruptelae satis apertam in se contineat. Eadem ratione etiam *mergens* vel *immergens* per sententiam potest comprobari, licet ei obstet Mss. auctoritas. cf. Pric., qui multa eius vocabuli exempla excitat. Oud. Sopingii, Gronov. in Observ. II. 7. p. 134. ed. Lips. et N. Heinsii accedit sententiae, qui retinent *invergens* coll. Val. Flacc. V. 595. Heins. ad Ovid. Fast. I. 141. dict. suis ad Lucan. IV. 525. *Mergere* enim et *vergere* con-

Digitized by Google

dem | illas aquas hauriebam. Iamque et plausus manûm et aurium flexus et ductum capistri et quidvis aliud periclitantium placide patiebar, quoad contra vesanam eorum praesumptionem modestiam meam liquido cunctis approbarem. Ad istum modum vitato duplici periculo die sequenti rursum divinis exuviis onustus, cum crotalis et cymbalis circumforaneum mendicabulum | producor ad viam. Nec [219] paucis casulis atque castellis oberratis, devertimus ad quempiam pagum urbis opulentae quondam, ut memorabant incolae, inter semiruta vestigia conditum, et hospitio proximi stabuli recepti, cognoscimus lepidam de adulterio cuiusdam pauperis fabulam, quam vos etiam cognoscatis volo. 599

CAPUT V.

Is gracili pauperie laborans fabriles operas praebendo parvis illis merce-

illam p. *aquas* non conspicitur in L. et Merc. *manum* F. 3. *manuum* F. 1. *δ*. f. Incert. Iunt. 2. Elm. Scriv. Florid. In cett. *manus*. *percontantium* L. *percunctantium δ*. f. In cett. *periclitantium* cf. supra c. 3. *quitquideis* G. 1. O. *atiud* desideratur in f. *vexanam* G. 1. *vesanum* O. *exubiis* G. 1. *exeubiis δ*. *cinbalis* G. 1. 2. *ducor* L. ex coll. Colv. In coll. Voss. *conducor* sed pessime. *nam paucis* G. 1. O. *casellis* G. 1. *causulis* G. 2. D. *olleratis* G. 1. *devertimus* F. 1. 3. G. 1. O. L. *δ*. p. Elm. non *divertimus*, ut in Edd. vulg. *opulentum* B. p. *intra* G. 1. 2. P. O. D. R. f. *δ*., ut vestigia urbis opulentae semiruta ambierint undique pagum. Sed et vulgatum satis defendi et stare potest. cf. ad Met. VI. p. 368. *inter subditae convallis sublucidum lucum*. *semirupta* G. 2. D. O. P. L. R. f. ex vitioso librariorum more. [cf. Deder. not. crit. ad Dict. Cret. V. 11.] *semirura π*. *recepta* O. *leppidam* G. 1.

is F. 1. 3. p. edd. vett. Ceteri codd. et edd. Colv. Vulc. 2. Merc. Pric. Wower. habent *hic*. *gracilo* D. *gratie* G. 1. *prehendens* F. 3. (ex correctione; sed videtur ante scriptum *praebendo*) G. 1. O. *praehendens* P. G. 2. D. cod. Brantii *p̄hēdens*. In cett. *praebendo*. *tenebatur* p. e cuius scriptura Salmas. coniecit *tuebatur*. *parvis vim mercedibus* P. corrupte.

fundi in Mss., probat ex varia lectione apud Manil. I. 310. Veget. IV. 6. Boeth. Cons. Phil. Metr. IV. 6. Solin. p. 22. [Equidem *inferens* retinui, non solum quia in contextu Florent. 3. scribitur, et *vergens* potius interpretamentum librarii videtur, quod in ceteros dein codd. profluxit, sed *inferre caput* dictio rarior est altera *invergere* vel *vergere caput*. Corruptelam vero antiquam esse, ipsi codd. probant.]

manum. [Hanc genitivi formam satis insolentem ex optimo cod. Florent. 3. dedi, *manuum* et *manus*, quae ceteri codd. et edd. habent, pro glossematis habens librariorum. Posterius eo magis corrumpi poterat, quod syllabae *um* et *us* finales fere eadem nota in Mss. scribuntur. Eadem ratione peccatum est in codd. Liv. V. 26. §. 5., ubi Florent. Leid. 1. et Klok. optimi Mss. *passum* legunt, et alii librarii, nescientes, quid ea scriptura sibi vellet, eamque legibus grammaticorum adversari credentes, dederunt *passus*. A sententia tamen Dr. ad h. l. stare nequeo, eam contractionem poetis tantum concedentis, qui numeris suis adstricti fuerint, quamquam quae adhuc afferunt exempla interpretes tantummodo e poetis desumta sunt. cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 649. De voc. *plausus* cf. Burm. ad Ovid. Met. II. 867., qui h. l. excitat.]

divinis exuviis onustus. [cf. Erasm. Adag. Chil. 2. Cent. 2. p. 393. ed. Bas. 1551. *asinus portans mysteria*. ὄνος ἄγων μυστήρια et ita Gabrias fab. *Γάλλοις ἀγύρταις εἰς τὸ κοινὸν ἐπράθη Ὄνος τις οὐ ἐνμοιρος ἀλλὰ δυσδαίμων Ὅστις φέρῃ πτωχοῖσι καὶ πανούργοισι Πείνῃ, σίκυος δίψῃς τε καὶ κακῆς τέχνης Οὗτος οὖν κύκλῳ πᾶσαν ἐξ ἔθους κώμην περιόντες ἔλεγον, τίς γὰρ ἀγροίκων Οὐκ οἶδεν Ἄττιν λευκὸν ὡς ἐπρωίθη; τίς οὐκ ἀπαρχὰς ὀσπρίων τε καὶ σίτου Ἀγνῆς φέρων δίδωσι τυμπάνῳ Ῥείης*; Ouz. ad Minut. Fel. p. 140.]

fabulam. [cf. Barth. Advers. XXXV. 14. p. 1611.]

Cap. V. *praebendo*. Ex corrupta lectione *prachendens* Brantius coniecturam fecit *praehibens* ex Plaut. Merc. V.

dibus vitam tenebat. Erat ei tamen uxorcula etiam satis quidem tenuis et
600 ipsa, verum tamen | postrema lascivia famigerabilis. Sed die quadam dum matutino ille ad opus susceptum proficiscitur, statim latenter irrepit eius hospitium temerarius adulter. Ac dum Veneris colluctationibus securius operantur, maritus, ignarus rerum ac nihil etiam tunc tale suspicans, improvisus hospitium repetit. Iamque clausis et obseratis foribus, uxoris laudata continentia, januam pulsat, sibilo etiam praesentiam suam denuntiante. Tunc mulier callida et ad huiusmodi flagitia perastutula tenacissimis amplexibus expeditum hominem dolio, quod erat in angulo semiobrutum sed alias vacuum, dissimu-

etiam pro *ei* f. Verba inde ab *etiam* usque ad *tamen* absunt a libro Colvii. *verumptamen* D. *extrema flagitia* ex glossemate in B. et P. et F. 1. in excerptis ad marg. ed. Colv. *hopus* D. Contra omnes Mss. Pricaeus participium *susceptum* eliminandum esse putavit. Recte explicat Oud.: quod in se receperat, eo conductus. *ospitium* G. 1. *ac nil* G. 2. *etiam nunc* Colv. quem secuti sunt Wow. et Pric. Nec male si Mss. addicerent. Vide ad Suet. Oth. c. 9. et alibi Apul. Met. IX. p. 615. *securus etiam nunc.* Sed Mss. et Edd. Vulc. etc. dant *etiamtunc.* In p. *etiam cum.* In f. et Edd. vett. est *etiam tum.* Gulielmius pro *tale* volebat *mali* ex Terentio (?) Sine dubio est locus Andr. I. 1. 89. *Nihil suspicans etiam mali. observatis* Venet. 4. *denuntiando* G. 1. *denuntiant* Ald. *denuntiat* Iunt. 2., quod idem vir doctus (Toll.) margini adlevit. Sed ad Met. VII. p. 537. *imo sibilo contentus. continentia* cf. Aristaenet. epist. ultima, quam citavit Lindenbrog. *calida* G. 1. *et* ante *ad huiusmodi* deest in D. *ad* non comparet in P. f. p. *huiuscemodi* Scriver. bene, sed Mss. addicendum, quibus invitis nihil erat innovandum. Utrumque usurpavit Apuleius, ut Floridi index docere potest. Sicut nec Pricaeus debebat conicere *praeastutula.* Aeque enim *per* intendendi caussa ac *prae* Apuleius adiectivis praefigit, ut *peracutus*, *perargutus* al. *Perastute* legitur in Plaut. Truc. II. 2. 43. sed dubia adhuc lectione. In *d.* est *perastutella.* [E contrario amant inferioris aetatis scriptores significationem adiectivorum per *prae* praepositionem adaugere cf. Plum. ad Pers. II. 54.]

4. 63. *Si quis prohibuerit, plus perdet clam, quam si praehibuerit palam* et saepius. Oud. mavult *praehibendo* vel *perhibens* coll. Met. VI. p. 442. *praesidium praebebimus.* Corruptelam vero antiquissimam esse, testis est Florent. 3., in quo a manu secunda rescriptum est *prehendens.* Cum optimis igitur codd. *praebendo* retinendum est. *Vitam tenere*, pro quo Groslotius conjecerat *terebat*, dicitur pro *sustinere* cf. ad Met. I. p. 24. *quo quaestu me* (vel vitam) *teneam*, ut nonnulli ibi legere instituunt.

tenuis. [*Tenuis* saepius pro paupere dici demonstrat Heins. ad Petron. c. LXXV. p. 487. ed. Burm., qui hunc quoque locum commemoravit.]

postrema lascivia. Male Bert. cod. *extrema* ex glossemate habet. Nihil enim interest, *extrema* an *postrema* legas, ita ut ex fide tantum Mss. de lectione iudicium pendeat. cf. IX. p. 638. *nefarium inquit et extremum facinus.* Met. IV. p. 283. *grande, inquam, et extremum flagitium.* cf. ad Met. III. p. 202. [Ita cum Schol. ad Virg. Aen. IV. 179. quem Mai. edidit explico: *extremam. Utrum pessimam? an eruditius sensit, ut legimus apud Medicos: degenerare extremos partus?* Sed *postrema* probissima est lectio cf. Deder. ad Dict. Cret. IV. 3. p. 341. Glossar. qui plures locos excitat. Cic. pro Rosc. Amerin. c. 47. Met. IX. p. 658. *magnas et postremas domino cladesannuncians* cf. infra p. 633.]

Veneris colluctationibus. Scribendum esse *Venereis colluctationibus*, sententia est Stewechii, idemque correxit postea etiam N. Heins. ad Ovid. Met. VIII. 862. *studioque operatus inhaesi.* Sed cf. ad Met. II. p. 92. *de faucibus lapidis*, ubi Mss. pertinaciter genitivum substantivi servant, multi Edd. vero *lapideis* corrigunt.

hospitium. [*Hospitium* hic pro *domo* positum est, ut in seqq. p. 603. cf. Barth. Advers. XXIII. 9. p. 1131.]

dolio. [Saepius enim adulteri marito superveniente in arca doliove abscondebantur, cf. quae exponunt Heind. et Both. ad Horat. Sat. II. 7. 59 sq. et Intt. ad Iuven. VI. 44. Pric. ad h. l.]

lanter abscondit, et patefactis aedibus, adhuc introeuntem maritum aspero sermone accipit: Sicine vacuus et otiosus insinuatis manibus ambulabis mihi, nec obito consueto labore vitae nostrae prospicies, et aliquid cibatui parabis? at ego misera et pernox et per diem | lanificio nervos meos contorqueo, ut 601
intra cellulam nostram saltem lucerna luceat. Quanto me felicior Daphne vicina, quae mero et prandio matutino saucia cum suis adulteris volutatur!

adhoc introeuntem δ. *assito* in B. est pro *aspero* neque vero *asserto*, quod Oud. excerpta praebebant. *aspera* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *servitione* pro *sermone*. (Forsan latet quid ut *sermocinatione.)* *accepit* G. 1. O. Pricaeus e coniectura praefert *excipit*. Verum aeque probum est *accipere*, vel ab ipso Cicerone hoc sensu saepius usurpatum. [cf. Barth. Advers. XIX. 15. p. 993.] *octiosus* G. 1. *ebito* pro *obito* D. *prospiciens* G. 2. P. D. f. Coll. Voss. *ad aliquid* f. *misera* non comparet in *δ*. *miserum* O. *et* ante *pernox* abest in G. 1. f. et edd. ante Colv. ut in Pric. et Wow. *pernox* F. 1. 3. G. 1. 2. D. L. R. f. *δ*. B. Incert. cum Colv. Vulc. 1. 2. Elm. Merc. Pric. Scriv. Florid. In cett. *per noctem*. *per diem* F. 3. G. 1. 2. D. P. et cett. codd. et edd. vett. usque ad Colv. praeter F. 1. et Incert. qui cum Vulc. 2. Elm. Pric. Scriv. Florid. habent *perdia*. *torqueo δ*. cf. Burm. ad Phaedr. III. 14. 7. *nerulos* f. *et intra* L. *nostram* desideratur in O. *salutem* Venet. 4. *lanterna* pro *lucerna* p. *daschene* Coll. Voss. *dashene* G. 2. P. *dashēne* D. *dasyrie* O. *π*. *dashne* G. 1. cum glossa interlineari: *nomen proprium*, neque *dasrie*, ut Oud. excerpta praebebant. *clasne δ*. Sed *Daphne*, quod ceteri optimi codd. et edd. habent, conveniens satis nomen videtur esse. *vicina mea* G. 2. P. D. *matutina* Vicent. Venet. 2. 4. Bas. 2. Vulc. *saucia* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. O. R. f. L. Pric. Elm. Scriv. Florid. *satia* F. 2. *δ*. p. *π*. Incert. Iunt. 1. Ald. Paris. *sacia* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 2. *satiata φ*. Wower. Sciopp. *adulteriis* Coll. Voss. *volutatur* F. 1. 3. R. f. Mss. duo *δ*. Beroald. Bas. Vulc. 2. In cett. *voluptatur*.

ambulabis mihi. [De pronominis *mihi* significatione ethica vel potius ironica cf. Buen. ad Lact. VI. 12. §. 12. p. 762. qui nostrum quoque locum commemoravit.]

misera. Pricaeus bene haec adnotavit: Apud Terent. Phorm. I. 4. 22: *Quam ego huic .... exitio remedium inveniam miser?* ubi Donat.: *Quum ego etc. dixerit, ἐμφατικῶς addidit miser.* At hic loquendi modus sequiori sexui familior cf. Met. IV. p. 290. *An ego misera tali domo ... privata.* Donat. ad Hecyr. I. 2. 12. *Misera mulicbris interpositio est*, ad Adelph. III. 2. 10. *Proprium est mulierum cum loquuntur, aut aliis blandiri aut se commiserari.*]

pernox et per diem. [Ita hunc locum ex optimis codd. dedi, quamquam non negaverim, si codd. addicerent, me lubentius amplexurum fuisse lectionem *perdia*, quam nonnulli interpretes in textum recepere et quae Oud. ipsi placuit. Sed *perdia* cum lectio iam Vulc. 2. sit, Lindenbrog. vero ipse Scaligeri hanc esse emendationem in marg. sui exemplaris adnotarit, vix crediderim, Flor. 1. ita legere contra ceteros omnes codd., qui in scriptura *per diem* perseverent. De lectione *pernox et perdia* cf. quae dixi ad Met. V. p. 329., ubi aliquot Mss. *perdia* corrumpunt in *perfida*, nec tamen verisimile est, omnes omnino codd. *perdia* in *per diem* mutaturos fuisse, nisi libri praebuissent. Hinc a scripta lectione non recedendum est.]

lucerna luceat. [De lucerna paupertatis magnae indicio cf. Pric. ad h. l. et Burm. ad Ovid. Met. X. 691.]

mero et prandio matutino saucia. Mutarunt in multis exemplaribus, quae praeierunt codd. F. 2. et *δ*., *satia*, tamen etsi reclamant haec ipsius Apulei ex Met. VII. p. 469. verba: *et instantia validiore vinum immixtum sed iam modico tepefactum vapore, sauciis illis et crapula vinolentiaque madidis, ipse abstemius non cessat impingere.* Enn. apud Fulgent. s. v. *frigultire. Haec anus admodum frigultit, nimium se sauciavit flore Liberi*, quod non in *rore Liberi* mutandum est cum Colvio, qui illa exempla protulit. Etiam Oud. hanc lectionem probavit, *saucius* exponens saepius ita usurpari pro eo, qui vino ita percussus sit, ut quasi nescius sui et sepultus iaceat; coll. Iustin. I. 8. XXIV. 8. *Hesterno mero saucii.* Solin. p. 20. *imitari ebrietatem sensibus sauciatis.* Immo Martialem usurpasse

Digitized by Google

CAPUT VI.

602 Sic confutatus maritus, Et quid istic est? | ait. Nam licet forensi negotio officinator noster attentus ferias nobis fecerit, tamen hodiernae coenulae nostrae

ecquid F. 1. Iunt. 2. Scriver. probante etiam Pricaeo. *istic* F. 1. 3. G. 1. 2. P. O. D. d. p. f. edd. vett. ante Bas. 2. In cett. *istuc*. *est* non comparet in G. 2. P. D. Iunt. 1. 2. Ald. *efficinator* G. 1. *offinator* Coll. Voss. *uffiriator* d. *officinatus* f. *acctentus* G. 1. D. *comulae* G. 2. D.

etiam pro libidinis fomite de inguine demonstrat ex IV. Epigr. 64. *incaluit quoties saucia vena mero.* De vini *satietate* conferri vult Intt. ad Liv. XXV. c. 23. ubi et alii *vino sauciatis.* [Plura affert Orell. ad Arnob. V. 11. T. II. p. 288. ubi legitur: *aquarum innoxias puritates multa sauciantem vi meri* et Intt. ad Petron. c. LXVII. p. 440 sq. *Matutina* lectio, quae antiquissimas edd. occupat, defendere si quis velit, respiciat ad morem Latinorum, qui quod certo quodam tempore fit, ipsi personae addunt, ut infra p. 614. *matutinus adstituor.* cf. Intt. ad Virg. Aen. IV. 303: Sed *matutino* non solum a codd. auctoritate firmius est, sed etiam propter solemnem hac in re dictionem, cf. infra p. 621. *matutino mero et continuo stupro corpus manciparat.* De luxuria et lascivia eorum, qui iam de die potare incipiebant, plura dicam ad Apol. p. 521.]

volutatur. Plurimi codd. exhibent *voluptatur*, idque praetulit Graevius ad Iustin. XII. 16. *cum serpente voluptari.* Sed melius est *volutari* κυλίνδεσθαι, quod verbum frequentissime a librariis in *voluptari* commutatur, illis etiam locis, ubi istud verbum nequaquam stare potest, cf. ad Met. VII. p. 487. Oud. comparat Quint. Decl. CCLXXVII. p. 537. Burm. *aliqua hoc tempore, quo salvo pudore a marito secubaret, cum adultero volutata est.* eund. III. 13. p. 70. *tribunus inter scorta volutabitur*, ubi cf. Burm. et ad Petron. LXXIX. p. 508. *volutatur liberius cum fratre.* Pričaeus praeterea attulit Cassian. XIV. 17. *aut coenosis libidinum suarum volutabris polluat* aliaque Graecorum exempla vocum κυλίνδεσθαι vel ἐγκυλίνδεσθαι. [Equidem omnes locos, quoad eius fieri poterat, quam accuratissime perscrutatus *volutari* et eius derivata ubique ab optimis codd. defendi, *voluptari* vero emendationem esse librariorum percepi, qui significatione vocis ad hanc corruptelam adducti sunt. Hinc efficio, *voluptari* s. *voluptuari*, quod alii praeferunt, ex latinitate omnino esse exstirpandum. cf. Cic. apud Non. p. 491. *Lubidinosus et volutabundus in voluptatibus*; Senec. Controv. I. 2. *Num quid hoc negas, colluctatam te tamen cum viro? quem in illa volutatione necesse est, prius super te fuisse* et paulo post: *Meretrix citra stuprum cum viris volutata.* Petron. Sat. XCV. p. 590. *foedissimam iacentium volutationem.* Cic. de Harusp. Resp. c. 27. Tertull. ad Uxor. c. 9. Plin. XXXV. 11. 14. Heins. in Not. ad Prop. p. 706. Burm. ad Propert. II. 22. 36.]

Cap. VI. *confutatus.* [De significatione vocis cf. Intt. ad Cic. Tusc. V. 31. T. III. p. 190 sq. ed. Moser. Florid. comparat Terent. Phorm. III. 1. 13. *confutavit verbis admodum iratum patrem*, ubi Donat.: *Convicit, ut si diceret, refutavit, sed refutatio in rem est, confutatio in personam*, et ad h. l. Intt.]

istic. [Cum optimis codd. retinui hanc formam, quae pronominibus personarum saepius additur, ubi dubium est, utrum pro adiectivo an pro adverbio accipias. Ita vim huius voc. explicat Hand. Turscll. II. p. 462., qui eius plura exempla profert Plaut. Curc. II. 2. 27. *qui istic clamorem tollis.*]

prospexi. Vides istud dolium, quod semper vacuum frustra locum detinet tantum, et revera praeter impedimentum conversationis nostrae nihil praestat amplius? istud ego quinque denariis cuidam venditavi, et adest, ut dato pretio secum rem suam ferat. Quin itaque praecingeris mihique manum tantisper accommodas, ut exobrutum protinus tradatur emtori. E re nata fallacia mulier temerarium tollens cachinnum: | Magnum, inquit, istum virum ac strenuum 603

prospexit G. 1. 2. D. O. P. L. Colv. Vulc. 2. contra mentem Apulei. Non enim officinator sive officinae magister ei prospexerat, sed ipse sibi, qui dolium hoc alii cuidam, non officinatori, vendiderat. [Nam si officinatori vendidisset, dici de illo non posset: *iam adest, ut dato pretio secum rem suam ferat*, quippe qui forensi negotio attentus ferias operis fecerit.] *videsis ut dolium* F. 1. B. quod ex lectione *vides istut dolium*, quemadmodum in F. 3. extat, exortum puto. *vide scis ut dolium* p. *vides illud dolium* δ. *videsis dolium* Scriv. *vide istud* Vulc. 2. Coniecit Pricaeus *videsne istud dolium*, ut aliquoties in nostro. At Oud. sententiae accedere non possum, aliud quid hic latere, locirco *videsis id dolium* coniicientis. Tota varietatis, ut iam dixi, farrago ex scriptura *istut* pro *istud* profecta est. In cett. enim codd. et edd. legitur *vides istud*. *supervacuum* P. Scriv. Pric. Florid. Dubitandum an vere. Quia enim *semper* erat *vacuum* dolium; ideo frustra detinebat locum. cf. supra Met. IV. p. 276. *fontes amoenos super incubare*, ubi eadem scripturae diversitas est. Notae utriusque vocabuli ſc̄p et ſ̄p facilius inter se confunduntur. *lacum* F. 1. in excerptis ad marg. ed. Colv. Iunt. 1. Ald. *propter* pro *praeter* P. *quinque denariis* habet F. 3. at ex correctione *septem*, quod ferri non posse, seqq. apertissime probant. *cuidam* desideratur in P. *credo venditavi* L., ex quo non inepte cum Oud. *cerdo* fingere possit, ut se ipse laudet, et uxori iactet, quam studiosus sit lucri. cf. Met. II. p. 120. *Cerdo quidam nomine negotiator*. *adem. ut dato prono* vitiose δ. *procingeris* B. *percingeris* edd. vett. praeter Iunt. 2. et Vulc. 2. usque ad Wower. *ita* pro *itaque* p. *abcommodas* Vicent. *E renata* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *herenata* G. 1. *muliere* Iunt. 2. *chachinnum* G. 1. 2. D. *chachinnum magnum inquit. Istum.* Ita distinctum est in G. 1.

conversationis nostrae i. e. officii familiaris et domestici. Floridus male reddidit *habitationis*. Apuleius alibi pro *colloqui* et una esse assidue, ut eadem in re Cicero *versari* usurpat. cf. Senec. Epist. XCIX. *conversatio hilaris*. Glossae ἀναστροφή, διαγωγή. Iustin. XXXIX. 1. Firmic. de Error. p. 9. 12. 33. 74. Cod. Theodos. T. IV. L. 3. de Sicar. Frontin. II. 9. §. 10. His a Wasseo adnotatis Oud. addit Tacit. Dial. c. 9. Apul. Met. V. p. 321. *ad conversationem humanam*. VIII. p. 509. *sermonibus assiduis et conversatione frequenti*. Nostro tamen loco paulo diversa significatione dictum est, quamquam ex tota vocabuli natura ea potest repeti.

exobrutum. Mire hoc dictum pro *effossum* et *obrutum*. Sic tamen constanter habent Mss., ac per singularem decompositorum usum defendi potest; qui praesertim locum habet in compositis a *ruo*. Scriverius vero edidit *ex obrutu*, quomodo in Glossis Labbaei dicitur χῶσις *obrutus*. Verum hoc non significat, ut deberet, *post effossionem, postquam eruimus*, sed *postquam defodimus et obruimus*. Adeoque contra loci sententiam necessariam.

e re nata fallacia mulier. Pricaeus emendat *fallaciosa*, quam lectionem etiam Florid. comprobat, *e re nata* hic *subito* esse demonstrans ex Donat. ad Terent. Adelph. III. 1. 8. *Natum de rebus repentinis dicimus, ut supra, e re nata melius fieri haud potuit, quam factum est, hera*: eamque dictionem pro incidente, inopinato saepius usurpari, pluribus docet Oud. citans Pric. ad Met. IV. p. 281. *e re nata capto consilio*. IX. p. 632. *suspectis e re nata, quae gesta sunt*. Symmach. Epist. IV. 59. Gell. III. 7. Ac *fallaciosa mulier* occurrit Met. VIII. p. 537. Nihilominus contra Mss. Oud. non audet eam emendationem veram praestare, cum aeque facile construi possit: *fallacia nata e re* idque bene defensum sit a Beroaldo e Quint. Inst. IV. 1. §. 54: *e re natum exordium*. cf. infra ad Met. IX. p. 670. [cf. Hand. Tursell. T. II. p. 661. Eodem modo codd. apud Terent. l. c. praebent *e re natae melius fieri haut potuit, quam factum est, era*, ubi cf. Bently.

negotiatorem nacta sum, qui rem, quam ego mulier et intra hospitium contenta iamdudum septem denariis vendidi, minoris distraxit. Additamento pretii laetus maritus: Et quis est ille, ait, qui tanto pretio praestinavit? At illa: Olim, inepte, inquit, descendit in dolium sedulo soliditatem eius probaturus.

CAPUT VII.

[220] Nec | ille sermoni mulieris defuit, sed exsurgens alacriter: Vis, inquit, verum scire, mater familias? hoc tibi dolium nimis vetustum est, et multifariam

naacta B. *nacta sum* in contextu G. 1. non est, nisi a m. s. *nata* O. *et* ante *intra* abest in G. 1. 2. O. P. D. Wow. Prie. *contecta* P. (texte Elm.) B. edd. ante Colv. excepta Iunt. 2. *contexta* in excerptis Oud. P. cod. In cett. *contenta*, praeter G. 2. et D. qui habent *contempta*. *distraxit abditamento pretio*. *Laetus* L. et edd. vett. ante edd. Colv. *aditamento pretio*. *Laetus* G. 2. *aditamento pretii*. *Laetus* D. *preciis* d. a m. p. *distraxit additamento precii laetus maritus*. *Et* Ita distinctum est in G. 1. *ait* non comparet in Bas. 1. *tanto pretio* F. 1. 3. G. 2. P. D. L. cum Vulc. 2. Wow. ac Pricaeo eam lectionem probante. Elm. et Scriv. uncis circumcluserunt. In cett. *pretio* abest. *descendit* G. 1.

sermonis p. *sermoni mulieris contentus defuit*, quod pro *contatus* sive *cunctatus* vel *cunctantius* esse coniecit Oud., ut in Apol. p. 381. *contanter hominem postulasset*, de Deo Socr. p. 166. *contantius credere*. cf. ad Suet. Caes. c. 60. *ad dimicandum contantior factus est*. Sic *moderantius* a *moderanter* [Lucret. II. 1093.], apud Ovid. Met. I. 510. quamvis Heins. minus latinum putet, cumque aliis *moderatius* praeferat. *multipharian* G. 2. D.

qui optime de his diversis locutionibus, Apuleii locis excitatis, exponit.]

contenta. [Huius participii significatio: *detentus* videtur Apuleii esse propria. Certe equidem nullibi alias eam inveni cf. Met. IV. p. 257. *parva sed satis munita domuncula contentus*. IX. p. 650. *intra terminos pistrini contentus*. p. 654. *frondoso casulae contentus umbraculo degeret*. Hinc subnatae variae lectionis diversitates. cf. Cort. ad Lucan. IV. 810.]

minoris distraxit. Barth. Advers. XXIII. 9. p. 1132. addidit ante *distraxit* adverb. *foris*, ut *intra hospitium* et *foris* sibi opponerentur. Sed non persuadet.

additamento pretii. Ex diversa interpunctione exorta est scriptura vett. edd. *abditamento*, quod voc. Beroald. capiebat pro detractatione et deductione, qui haec verba cum aliquot codd. ad praegressa referret. Si vero post *distraxit* interpungitur, lectio *additamento* i. e. adiectione se ipsa defendit. [Barthius etiam ita hunc locum Advers. XXI. 7. p. 1032. citat: *additamento pretii laetus maritus, et quis est ille ait, qui tanto pretio praestinavit.*]

tanto pretio. [Quamquam scio *pretio* saepius subintelligi, tamen contra optimos codd. cum Oud. hanc omissionem hic non defenderim. cf. Apul. Apol. p. 600. *quantulo pretio mulier locuples agellum suum praestinarit*. Res omnibus nota est nec pluribus indiget exemplis. *Pretio* omittendum esse, Oud. iam in Misc. Observ. Vol. III. T. I. p. 137. probavit.]

olim. Male edd. pleraeque iungunt *olim inepte*, cum sit constructio *olim descendit*. Hoc enim adverbium omne genus temporis designat apud comicos aliosque. [cf. Arnob. IV. 37. *Quod si datur et illud necessario consequens, miseras has omnes, quibus olim genus accumulatur humanum, ab huiusmodi fluere fictionibus*. Fronto Epist. ad Caes. II. 11. p. 56. ed. Rom. *Ego vero etiam illud iuravero, me olim consulatu abire cupere, ut M. Aurelium complectar*. Met. IV. p. 309. *olim duae maiores sorores .... desponsae*. cf. Intt. ad Hor. Sat. I. 3. 18. Fulgent. Myth. I. p. 608. *olim mihi poetico vulgatam evidentius testimonio*.]

rimis hiantibus quassum; ad maritumque eius dissimulanter conversus: Quin tu, quicunque es homuncio, lucernam, ait, actutum mihi expedis, ut erasis intrinsecus sordibus, diligenter | aptum usui possis dinoscere, nisi nos putas 604
aes de malo habere? Nec quicquam moratus ac suspicatus acer et egregius

nimis (neque *vinis*, ut excerpta Oud. praebebant) G. 2. D. et Ms. Al. teste Colvio. In P. esse *nimis hiatibus* adnotat Wower., cuius coniecturam hanc lectionem potius esse Oud. asseverat, quum in cod. ipso *nimis hiatubus* extet. In excerptis huius cod. ad marg. Colv. est *nimis hiatibus*. *hyantibus* G. 2. *iantibus* D. *quassatum* est G. 1. O. Oiael. ad Gell. XV. 16. *quercum rimis hiantem* citat *cassum*. Sed vulgata recte se habet. *dissimulatione* G. 1. *tu* non comparet in f. *ad iutum* O. *expedias* edd. Bas. prave. cf. Met. VIII. p. 517. *quin equos incendimus. expedit* G. 1. d. *erassis* pro *erasis* G. 1. O. Hinc mallet Pric. *derasis* contra genium Apulei, cui *e* in compositis passim valet *ab* vel *de*, ac de supernis sordibus aliisque sumitur. cf. Met. I. p. 31.: *eluviem operose effrico* et paulo post: *scabiem exsculpere*. Atque ita passim apud optimos scriptores *e* pro *ab* vel *de* usurpari solet. Recte vero Pricaeum iungere adverbium *diligenter* hisce, non, ut vulgo fiat, sequentibus verbis sententia est Oud., qui eundem ordinem sequitur, quem R. instituit *erasis diligenter sordibus intrinsecus*. [Equidem aliter sentio. In *erasis* iam inest vis diligentiae et accurati studii, unde cum ceteris codd. et edd. *diligenter* suo loco non moveo, et cum seqq. lungo.] *actum* P. *usu* p. *discernere vel dignoscere* e glossa G. 1. O. π. *putasses* pro *putas aes* G. 1. 2. P. L. D. Ex vitiosa Beroaldinae editionis lectione *vos* Basil. effinxerunt *vos putetis*. *alacer* pro *acer* in G. 1. (neque vero etiam in 2., quod e suis excerptis adnotat Oud.) *et* ante *egregius* non comparet in D.

Cap. VII. *aptum usui possis dinoscere.* Pricaeus inserit *an*; certe ita locum capi debere putat, unde et in interpretatione addidit cum Beroaldo Floridus: *an utile queat esse?* Hinc Oud. coniecit *optimumne usui?* coll. Dict. Cret. III. 23. *Sed cupere dinoscere, barbarine Graecine summa rerum potirentur*, ubi tamen elegantius in duobus Mss. invenit *barbari Graecine* [sed cf. Deder. ad h. l. Glossar. p. 334. Periz. Diss. ad l. 20. Qua vero de caussa Oud. ita voluerit, non video. Difficilior constructio praeferenda semper est.] De *dinoscere* Oud. comparat Serv. ad Virg. Georg. II. 461. Intt. ad Horat. Epist. I. 15. 20. et de scribendi ratione Burm. ad Ovid. Met. XI. 835. et ad Suet. Oth. c. 12. [Munk. ad Fulg. Mythol. I. praef. p. 597. ed. Stav. Deder. ad Dict. Cret. X. l. c. Gloss. p. 334., nec putaverim, antiquam hanc esse eamque poeticam formam, sed longe altera meliorem, fortasse unice veram.]

de malo habere. De malo s. *ἀπὸ κακοῦ* bene explicant viri docti *furto* vel *aliquo dolo malo* cum Palmer. Spec. Thes. Crit. T. IV. p. 698. Schegk. Praemess. c. 12. et Barth. Adver. XXXIV. 15. p. 1571.; qui tamen notat in suo codice glossam esse adscriptam: *Malus arbor est pomifera.* Quasi ad aurea Hesperidum poma respiceretur (et ut nos fere dicimus: *Das Geld von den Bäumen schütteln.*) At haec nequaquam h. l. congruere, iam ipse Oud. bene intellexit. [Nec Barthio his in rebus fidem tribuo. Multa enim ille finxit, quae numquam legerat vel legere poterat, ut quantulamcunque doctrinam affectaret et ostentaret. De dictione cf. Taubm. ad Plaut. Cistell. I. 2. 23. Hand. Tursell. T. II. p. 190.]

acer. Minus bene Pricaeus per *acrem* hic intelligit *promptum, impigrum* et *expeditum.* Neque enim hoc praedicatum vere et sequens *egregius* ironice est intelligendum, sed utrumque, ut saepius solet Apuleius. Rectius vero Floridus interpretatur *sagax* vel *prudens* potius, et ad ingenium eius hominis stupidi est referendum. Neque tamen cum N. Heins. ad Ovid. Heroid. XVI. 314. substituendum *vafer: Utere non vafri simplicitate viri. Vafer* enim nunquam in laude ponitur, quae hic requiritur, certe ad illusionem. Optime igitur *acer*, cf. Nepos in Alcib. c. 5. *Acerrimi viri praestantem prudentiam cognoscere.* Plura de hac voce profert Barth. Advers. XIX. 15. p. 993., qui nostrum quoque locum tractat. Ita *acetum* pro *acumine* Pers. Sat. V. 86., ubi cf. Intt., praecateris Plum. p. 417. Male tamen

Digitized by Google

ille maritus accensa lucerna: Discede, inquit, frater, et otiosus adsiste, donec probe procuratum istud tibi repraesentem. Et cum dicto nudatus ipse delato
605 lumine scabiem vetustam cariosae testae | occipit exsculpere. At vero adulter,

adiste pro *adsiste* D. *perturatum* d. *jstum* d. *nudatus* D. *esse* pro *ipse* P. *ipse* d. f. *scabiam* ed. pr. Mea collatio nihil emendat. *scabie* Venet. 4. *curiose* G. 1. *ceste* G. 1. *cariosa testa* F. 1. *exculpere* s. *exsculpere* F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. p. d. L. et alii. Colv. Vulc. Elm. Merc. Wower. Florid. In cett. *excalpere* s. *exscalpere.*

Oud. proponit, *vafer* tantum in malam partem dici, quum potius medium sit vocabulum. cf. Plum. ad Pers. Sat. I. 116. Apud Cic. Nat. Deor. I. 15; est prudens, callidus, sollers, artificiosus cf. Isid. Gloss. p. 697. *rabra, vabrum, callidus, artificiosus,* ubi *vafra, vafrum* legendum esse cuique patet. Nihilominus h. l. cum Heinsio non receperim, quia lectio codd. optima est.]

procuratum. Heinsius ad Ovidii l. d. emendabat, *perpurgatum,* ut in Longi Pastoral. L. II. init. *ὁ δὲ πιθοὺς ἐξεκάθαιρεν· ὁ δὲ ἀρύϊχους ἔπλεκεν* non *ἐπαλέιφεν.* Sed nimis abit a Mss. vestigiis. Cum vero cod. d'Orvill. *perturatum* praebeat, Oud. emendat cum Voss. ad Catull. c. 45. *recuratum,* quod esse dicit *perpurgatum* coll. dict. ad Met. VIII. p. 557. *corporaque laniata sedulo recurare.* [Mirum, quomodo ita aberrare potuerint interpretes. *Probe procuratam* Pricaeus optimé illustrat ex loco Plaut. Menaechm. III. 2. 2. *Potine ut quiescas, si ego tibi hanc* (pallam) *hodie probe lepide concinnatam referam temperi. Recurare* non probo, quia in pristinum statum reduci dolium tam vile diuque abiectum, sordibus licet erasis, non poterat. *Procurare* de fabro dicitur, qui curam quantamcunque dolo purgando adhibiturum se esse promittit.]

scabiem. De hoc loco ita disserit Oud.: Et princeps habet *scabiam.* In Glossis Cyrill. p. 665. *ψωρὰ scabia, scabies.* In P. Warnefr. L. IV. de G. Long. c. 47. *clades scabearum.* Sed *alii scabierum.* Isidor. Origg. X. 162. *Leprosus a pruitu nimio scabiae,* ut est in vetustissimo Ms. Leid. [ubi ego *scabie* e cod. Guelf. 2. i. e. *scabiei* legerim.] cf. ad p. 596. *rabies* et *rabia.* Verum non video, qui hic locum possit habere *scabies,* quae est nonnisi morbus pruriginosus, qualis est frequens ovibus et canibus et hominibus. Nec facile persuadent viri docti, intelligi *faecem induratam,* quasi *pustulas ex fera scabie* oriri solitas, sive ipsam aspritudinem. Vide Schultens. ad Iobi II. 8. Apul. Florid. p. 59. *serpentium scabrem,* ubi nonnulli e Mss. legunt *scabiem,* at male cum illic intelligantur pediculi, qui vel Pherecydae cutem scabebant, vel ob quorum arrosiones se scabebat. Verum hoc loco egregie conveniret *scabrem* s. aspritudinem. Ita confunduntur *scabiedo* et *scabredo* apud du Cang. in Gloss. Lat. cf. Voss. in Etym. s. v. *scabo,* unde et verbum *scabrere* apud Pacuvium in Non. quinquies: *Poenitudine squales scabresque incultu vastitudine* [p. 168. s. v. *scabre.* p. 169. s. v. *scabres.* p. 185. s. v. *vastities.* p. 226. s. v. *squalor.* et p. 243. s. v. *alumnos. Scabiem* vero defendi potest ex Virg. Georg. II. 220. *Nec scabie et salsa laedit robigine ferrum* de rebus, quae diutius a usu quotidiano remotae iacebant. Tum ad morbum ipsum referri potest, quem constat ex summis saepissime et nefandis sordibus exoriri; id quod bene nostro loco convenit.]

cariosae testae. Cariosa testa Lindenbrogius notavit in codd. Florent. legi, et unice placuit Pricaeo, ut scilicet fuerit instrumentum, quo sordes deradebat, atque illud ipsum *scabrosum* et asperum, ut tanto melius scabiem dolii destringeret. *Testae* enim vix locum habere posse Pricaeo videtur, ac dolium non *fictile,* quod Iuven. XIV. 311. *testam* vocat, sed ligneum fuisse, quia tam altum fuerit, ut totus vir in illud descenderit, et tamen non maioris ponderis, quam quod idem vir collo gerere potuerit,

bellissimus ille pusio, inclinatam dolio pronam uxorem fabri superincurvatus secure dedolabat. Ast illa capite in dolium demisso, maritum suum astu mere-

vellissimus G. 1. 2. P. D. O. *δ*. *vilissimus* F. 1. L. R. f., unde Elm. coniecit *vinnulissimus* coll. Plaut. Asin. I. 3. 70. *oratione vinnula*, *venustula* coll. Dous. Expiant Plaut. L. I. Sed vulgata recta est. Patet varias lectiones natas modo ex crebra confusione litterarum *b* et *u*, ut innumeris Apulei locis. In eadem fere re VIII. p. 577. *bellum scilicet pullulum*, ubi Mss. item inter *vellum*, *velum* et *bellum* variant. *pronem δ*. *dedolebat δ*. p. *dedolabrat* G. 1. O. *ast illa* F. 3. G. 1. 2. p. in cett. *at. illa* non comparet in *δ*. *dimisso* f. nulla aberratione. *astui* P. *astru* G. 2. D.

quo etiam pertinere videantur praecedentia: *rimis hiantibus quassum*. Oud. vero non capit, quid sibi velit *cariosa*. Ea vox ei videtur non significare hic posse nisi *vetustam*, et quasi carie *exesam* vel obsitam. Nam *dolium* posse vocari *testam*, probat ex Iuven. l. c., de quo perperam dubitabat Pricaeus, quum de dolio Diogenis sermo sit. At Oud. in ablativum inclinat, ne accuratissimus in talibus descriptionibus auctor omiserit scalpendi instrumentum. Unde immutat vocabula: *scabiem* vel *scabrem cariosam vetusta testa*. coll. Met. IX. p. 617. *cervice cariosa vulnerum putredine*. [Cur Oud. de voce *cariosa* dubitaverit hincque totum locum pro mutilato habuerit, vix probabile est. *Cariosum* enim i. e. putrescens nominatur dolium, quod et diutius in angulo stabulaverat, et propter vetustatem, unde eius sordes nominantur *scabies vetusta*. Eadem ratione Ovidius dicit Trist. V. 12. 27. *vertitur in teneram cariem rimisque dehiscit, Si qua diu solitis cymba vacavit aquis*. Instrumentum vero, quo purgaverit maritus dolium, adiiceretur cur in descriptione accurata necessarium fuerit, praeter Oud. vix alius quisquam viderit.]

exsculpere. Diversa ratione inter haec verba, quae ubique fere in codd. confunduntur, viri docti discriminant. Oud. ita discernit, ut *sculpere*, *insculpere*, *exsculpere* significet industriam et accuratam elaborantemque artem; *scalpere*, *excalpere* rudiorem leviorenique sine arte operam et merum laborem coll. dict. ad Suet. Galb. X. et ita perpendi iubet loca a se et Burm. ad Suet. Claud. 1. citata, ac Nep. Paus. 1. Quint. II. c. 19. Minuc. Fel. c. 23. et ter in Apuleio, quibus omnibus locis rectum sit *exsculpere* sive exactissime incidere vel litteras ac figuras faciendo vel eliminando. Quum hic igitur nihil eorum locum habeat, quod non tantum nihil incidatur, nec ulla ars vel accurata fabrica requiratur, sed exteriora modo deradantur rudi opere, legendum esse censet *excalpere* c. Elm. et Scriver. [Aliter distinguit Fea ad Hor. Od. III. 11. 52., qui censet, apud omnes scriptores *sculpo*, derivata et composita substituendum esse verbo *scalpo*, derivatis et compositis, ubicunque sermo sit de operibus, in quibus inscriptiones vel imagines hominum et animalium aut ornatus aliaeve res notentur, sive in aere, marmore, vel in gemmis etc. praeter lineas et merum lapicidae opus mechanicum. cf. ad eiusd. Sat. I. 8. 26. Burm. ad Lact. de Phoen. 153. p. 1513. ed. Buenem. Plura iudicia profert Heind. ad Horat. Sat. II. 3. 22., qui inter haec vocabula utrum discrimen sit necne dubium semper fore existimat. Ego quum certi quid de his vocibus accuratissima quam fieri potuit codd. collatione ex singulis scriptorum locis eruere non potuerim, sequor Mss. auctoritatem, qui h. l. constanter *exsculpere* flagitant.]

inclinatam. [cf. supra ad Met. VIII. p. 586. *supinatum iuvenem*. Martial. XI. 43. *Incurvabat Hylam posito Tirynthius arcu*, ut statim *superincurvatus*. Iuven. X. 224. IX. 26.]

secure dedolabat. [Erat quum equidem pro ablativo sumens *secure* obscoeno sensu intelligerem de hasta virili, quae significatio bene responderet fabri artificio. De forma ablativi cf. ad VIII. p. 588. *secure sua*. Fere omnes vertunt: *nonsollicite nach Herzenslust*. cf. p. 756. *Dedolare* ut *dolare* hic dictum est ut apud Horat. Sat. I. 2. 34. ubi vide Intt.

tricio tractabat ludiere. Hoc et illud et aliud et rursus aliud purgandum demonstrat digito suo: donec utroque opere perfecto, acceptis septem denariis, calamitosus faber collo suo gerens dolium coactus est ad hospitium adulteri perferre.

CAPUT VIII.

Pauculis ibi diebus commorati et munificentia publica saginati, vaticina-
606 tionisque crebris mercedibus suffarcinati, piissimi illi sacerdotes | novum quaestus genus sibi comminiscuntur. Sorte unica per casum pluribus enotata,

ludrice G. 2. D. *hi et id* O. G. 1. *hoc et istud* P. *haec* et *illud* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *ad purgandum* L. (quod ex compendio a^d i. e. *aliud purgandum* subnatum esse puto.) *demonstrat digito suo* F. 3. G. 1. 2. D. P. S. p. f. et edd. ante Colv. In cett. *digito demonstrat suo. demonstrat* G. 1. *frater* pro *faber* O. *cohactus* est G. 1. *ado spitium* G. 1. *deferre* q. p. *proferre* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 1. Ald. In cett. edd. vett. et Colvio posterioribus legitur *perferre*. *Proferre* vero vix latinum est, id quod recte Oud. sensit. *Deferre* est glossema librariorum.

pauculis ibi diebus. Ab his verbis in f. R. et Incert. incipit liber octavus. *et* ante *munificentia* abest a f. *suffarcti* P. *suffracinati* G. 2. D. cf. Met. IX. p. 649. *multisque suffarcinat muneribus*. X. p. 707. *bellule suffarcinatus. purissimi* F. 1. in excerptis ad marginem ed. Colv. (In Lindenbrog. collatione codd. nihil emendatum est, qui cum Vulc. 2. lectione *piissimi* consentire videntur), G. 1. B. edd. vett. usque ad Colvium. In ceteris *piissimi*. Certe in omnibus iis quos equidem conferre potui. Oud. dicit L. et P. accedere, unde in reliquis quos contulit, *purissimi* legi probabile sit. *nonum* G. 2. *tibi* G. 2. D. *quaestum sibi comminiscuntur* Coll. Voss. *quaestus genus cibi reminiscuntur* G. 1. O. *cibi* etiam in P. Pronomen in f. omnino desideratur. *quaestas* habet D. *sorte unica per casum pluribus* F. 3. *sorte unica per casulis* F. 1. ed. pr., sed diffido. *Per* a manu Lindenbrogii additum est, *casulis* vero lectionem Scaligeri esse idem dicit num codicis quoque sit, non affirmat.) *unica sorte casulis pluribus* G. 1. 2. D. nisi quod in G. 1. pro *unica* est *una*. *unica sorte pro casulis* B. p. Beroald. cod. unus et edit. Iunt. 1. 2. Ald. Paris. Pric. Colin. Basil. *unica sorte de casulis* Vicent. Venet. 2. *sorte unica pro capsulis pluribus evocata* Beroald. cod. alius. *pro casibus pluribus evocata* Beroald. cod. tertius. *unica sorte casibus* Elm. Florid. Scriv. *unica sorte casulis* Colv. *enodata* G. 1. O. Scriv. *evocata* edd. vett. ante Colv. *annotata* B.

Ita apud Martial. VII. 67. Pompon. Medic. apud Non. s. v. *rhetorissat* p. 166. *dolasti uxorem nunc ea propter me cupis concidere et iam rhetorissas.* Priap. XLVII. 9. in Anthol. Lat. Burm. T. II. p. 519. *fossas inguinis ut teram dolemque Cunni vermiculos scaturientes.* Ita *caedere* obscoeno sensu usurpatur cf. Iuven. II. 13. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 491. *praecidere puer.* Heins. Advers. III. 15. p. 522. Cic. Verr. II. 3. 66.]

Cap. VIII. *piissimi sacerdotes.* [Recte mea quidem sententia veterem lectionem *purissimi* Colv. immutavit in *piissimi*, licet non consentiente Oud., cui prius spurcitiei illorum sacerdotum convenientius videatur, quam *piissimi* coll. ad Met. VIII. p. 588. *insuper ridicule sacerdotum purissimam laudantis castimoniam.* IX. p. 610. *sacrilegos impudicosque compellantes.* Petron. c. 9. *muliebris patientiae scortum, cuius ne spiritus purus est.* His vero exemplis nihil comprobatur. *Purissimam* enim primo loco bene se habet, quod in detestabili obscoenitate deprehensi sacerdotes spurcitiem suam divulgaverant ipsi. Quae quum ita essent, ironice ita nominari bene poterant. Hic vero de eorum spurcitie atque libidinibus nefandis sermo non est, sed ad eorum in universum respicitur condicionem et animum, unde *piissimi* non solum per Mss. auctoritatem sed etiam per sententiam quam maxime comprobatur. Lucian. dicit δυσσεβεῖς.]

sorte unica per casum pluribus enotata. Inter tantam lectionum farraginem satius duxi, auctoritatem cod. Florent. 3. optimi sequi, qui ita prae se fert, et a quo cod. F. 1. et ed. prima non ita longe distant. Quomodo corruptelae reliquis codd. se insinuaverint, aperte

| consulentes de rebus variis plurimos ad hunc modum cavillantur. Sors haec 607
erat:

Ideo coniuncti terram proscindunt boves,
Ut in futurum laeta germinent sata.

Tum si qui matrimonium sorte coaptantes interrogarent, rem ipsam respon-

plurimas f. *in hunc modum* f. *hic erat* edd. vett. usque ad Colv. praeter Iunt. 2. *cum iuncti* G. 2. D. *cum uici* G. 1. *coniunctim* φ. *prosindunt* G. 1. *laeta* non comparet in O. In Merc. Ed. male *fata*. Hic autem typothetarum culpa Ed. Beroaldi 1501 deficit usque ad *manipulos*, et aversa pagina, quae his repetitur, incipit a *carinea vulnerum putredine*. *germinet* D. *tamen* pro *tum* R. f. *tunc* D. et edd. ante Colv. *coaptantes* F. 3. G. 1. 2. D. φ. B. f. p. P. Iunt. 2. *cooptantes* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. Colin. Basil. *captantes* F. 1. L. δ. O. et edd. post Colv. *cooperantes* Ald. Iunt. 1. *neque ipsam* pro *rem ipsam* L. Terent. Andr. I. 2. 3. *Ita aperte ipsam rem modo locutus, nihil circuitione opus est.*

indicari potest, nec affirmaverim, locum, qualem equidem dedi, omnibus suis numeris perfectum esse. *Casulis* quod aliquot codd. legunt, latinum esse, Oud. perfracte negat, nec etiam *casulis* de parvis casis rusticorum hic sumi posse. Hanc enim sortem enotatam fuisse in usum omnis generis hominum, etiam divitum et praepotentium. In ed. Vicent. aliisque est *de*, quod favet illis, qui ridicule *capsulis* coniecerunt, quasi fingentes Galli, se plures sortes habere, unam tamen semper de capsulis extraxissent, quomodo *arcae* inclusae erant Praenestinae sortes, de quibus cf. Intt. ad Suet. Tiber. c. 63. Unice vera videtur Oud. lectio *casibus*, sive in dativo retines sive mavis in abl. *pro casibus* i. e. prout casus varii se dabant, *nach allerhand Gefallen*, et pro quaestionibus, quas consulentes homines interrogabant, hisce sc. omnibus excogitaverant, sive *enotaverant* unam modo sortem, sive oraculo effatum, quod poterat convenire pluribus casibus, quos mox subiungit, et de quibus praecipue consuli solebant divini. Non ergo opus est cum Oxon. cod. legere *enodata*, quomodo *fata enodare* quidam legunt Met. II. p. 120. [Lectionem meam *sorte unica per casum pluribus enotata* ita explico: *sorte unica*, quae fortuito pluribus rebus erat designata, pluraque significabat, sacerdotes decipiunt plurimos, de variis rebus consulentes. Eandem igitur quam Oud. protulit significationem loci enucleavi, ad Mss. vestigia quam proxime accedens. Atqui lectio *per casum* suspecta mihi semper erit. *Casu* enim hoc factum non erat, sed cogitato. *Pluribus casibus*, quod Oud. praefert, propter sequens *de rebus variis* minus mihi comprobatur. Rodius vertit: *Sie ertheilten einen Orakelspruch und durch künstliche Auslegung passten sie denselben allen möglichen vorgelegten, noch so sehr von einander verschiedenen Fragen an.* De more Gallorum vaticinandi cf. Intt. ad Iuven. VI. 517 sqq.]

cavillantur. [Hoc loco male interpretantur *iocantur, illudunt*, cum potius sit *decipiunt iisque imponunt.* cf. Isid. Gloss. p. 675. *cavillator, mandator, calumniator.* p. 686. *manda, deceptio, fraus.* ibid. *mandatur, cavillatur*, ubi sine ullo dubio legendum est *mantat* i. e. tegit, unde *manticulari* cf. ad Apol. 517. *Mantare* idem, quod tegere esse, probat du Cang. Gloss. s. v. ex Martial. loco XIV. 27. *In Pompeiano tecum spectabo theatro, Mantatus populo vela negare solet.* Et ita explicaverim Plaut. Mostell. I. 1. 34. *usque mantant, neque id faciunt donicum Parietes ruunt.*]

coaptantes. [Ne ad sententiam respiciamus, iam ex utriusque vocabuli *coaptantes* et *captantes* usu intelligi potest, utra lectio praeferenda sit. *Coaptare* est apte componere, et verbum videtur esse Africae latinitatis proprium, praeceteris enim Augustino et Martiano Capellae in usu est, apud quem posteriorem, ut nostro loco, de nuptiis legitur I. §. 6. p. 24. ed. Kopp.: *eam in Pal-*

Digitized by Google

deri aiebant: Iungendos connubio et satis liberûm procreandis. Si possessiones praestinaturus quaereret; merito boves ut et iugum et arva sementis florentia pronuntiari. Si quis de profectione sollicitus divinum caperet auspicium: iunctos iam paratosque quadrupedum cunctorum mansuetissimos, et lucrum
608 promitti de glebae germine. | Si proelium capessiturus quaereret, vel latronum

procreandum Cod. Incert. *scilicet possessionem* B. *et* ante *iugum* carent edd. Iunt. 1. 2. Ald. *at*, quod rectius abesse putat Oud., in mea edit. Vicent. linea obductum est. *pernuntiari* in Ald. teste Roald. sed in ea cum Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. et Paris. est *praenuntiari*. In sola ed. Venet. 4. Invent *pernuntiari*. *si quis* F. 3. G. 1. *si quidem* O. In cett. *si qui*. *caperet* G. 2. P. D. Sed proprium esse quis nescit *auspicium capere? iam* non comparet in ∂. *paratoque* G. 2. P. D. *quadrupedium* G. 1. *quadripedium* G. 2. D. *cunctarum* O. *capessurus* G. 1. O.

ladis iniuriam non placuit coaptari ad quem locum cf. Intt. et ita quoque §. 94. p. 135. et II. p. 141. ex optimis codd. legendum est. Augustini exempla lexica praebent, quae Apuleii locum omnia ignorant. Oud. voluit *captantes* i. e. volentes inire matrimonium ex sortium monitu seu inhiantes quasi matrimonio et scire appetentes, quale sors ipsis donaret. Sed illi non captabant modo matrimonium, sed iam captaverant et in eo erant, ut matrimonium iungerent. Ante nuptias enim sortes et auspicia consulere solebant veteres, ex iis quae futurae essent, auspicaturi. cf. Intt. ad Ovid. Met. VI. 432. Ruhnk. Dict. ad Sueton. Claud. 26. p. 306. Bulleng. de Sort. II. c. 8. (in Graev. Thes. Antiqq. Lat. T. V. p. 436.) qui locum Sixti III. Papae de castitate affert huncce: *Nefandorum idolorum cultura omnis mali caussa est, initium et finis. Haec in matrimoniorum celebratur auspiciis, quando certus auspicatur dies, quando coniunctionis hora signatur, quando ne quid infausti ominis incurrat, sollicita et diligenti cura servatur, et cum scriptum sit: non augurabimini, auguriis et auspiciis omnia digerantur.* Guther. de vet. Iur. Pont. IV. c. 6. ibid. p. 187. Quamquam *captantes* defendere quis possit ex Varronis fragm. de pudicitia apud Serv. ad Aen. IV. 45.]

satis liberûm procreandis. Primus Floridus erat, qui facem huic loco praetulit explicans: *ut producerent segetes liberorum*, ut *satis* dativus sit. Nihilominus scabri quid in oratione nimis abrupta inesse videtur Oud., hincque putat ex cod. Incert. lectione: *satis liberum procreandum* emendandum esse: *iungendos matrimonio et satis liberis procreandis arandum*, [quae coniectura nimium recedit a librorum scriptorum vestigiis. Deinde id solum, quantum video, offensioni est, quod *procreandis* ad *satis* nec ad *liberum* est relatum, id quod indicasse videtur librarius cod. Incert. *procreandum* legens, et ad *liberum* referens. Istam vero scabritiem, quam Oud. sibi videre visus est, equidem agnoscere nequeo. De sententia loci plures egerunt d'Orv. Vann. Crit. p. 209. ad Charit. III. 2. p. 345. *παίδων ἐπ' ἀρότῳ*. Intt. ad Plaut. Asin. II. 2. Meurs. Exerc. Crit. III. 21. Oud. citat Inscript. Montf. Diar. Ital. p. 165. *καὶ εὐτεκνίης ἀροτῆρα τὸν πατέρ' ἡμέτερον* Lips. ad Tac. Ann. XI. 37. Intt. ad Gell. IV. 3. et ad Horat. Epist. I. 2. 44. cf. Athenag. Apol. pro Christ. p. 41. *Γυναῖκα μὲν ἕκαστος ἡμῶν, ἣν ἠγάγετο κατὰ τοὺς ὑφ' ἡμῶν τεθειμένους νόμους, νομίζων καὶ ταύτην μέχρι τοῦ παιδοποιήσασθαι· ὡς ὁ γεωργὸς καταβάλλων εἰς γῆν τὰ σπέρματα ἄμητον περιμένει, οὐκ ἐπισπείρων καὶ ἡμῶν μέτρον ἐπιθυμίας ἡ παιδοποιία.*]

et lucrum promitti de glebae germine. Pricaeus existimat ad iter accingenti nihil esse cum lucro glebae, adeoque ea huc non pertinere, sed retrahenda esse ad praegressa post *pronuntiari*, ut cum *possessionibus et agros praestinaturo* subiungantur. Verum errat. Nihil contra Mss. et Edd. est mutandum. Nam bene advertendum est, Apuleium ita variare orationem, ut tamen utrique membro praecedentis sortis singula iis respondentia aptet. Sic ad *coniuncti proscindant boves* pertinent *iungendi connubio boves et iugum*, *iuncti paratique quadrupedum mitissimi*, *cer-*

factionem persequuturus, utiles nec ne processus sciscitaretur; additam victoriam forti praesagio contendebant, quippe cervices hostium iugo subacturi et praedam de rapinis uberrimam fructuosamque capturi. | Ad istum modum 609
divinationis astu captioso contraxerant non parvas pecunias.

hutiles G. 2. D. *sisciturctur* G. 1. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *addictam* B. Iunt. 2. et edd. post Wower. In cett. *additam*. *sorti*, *praesagio* Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 4. Bas. 1. Colin. In cett. edd. et Mss. omnibus *forti*. *sortis* Florid. edit. *subactu iri* p. *captu iri* p. *eius*, quod ante *divinationis* in nonnullis exemplaribus comparet, non extat in F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. R. f. d. p. O. Iunt. 2. Wow. Pric. Florid. Elm. Scriver. vero uncinis circumclusit. Nec tamen putat Oud. de nihilo hoc vocabulum esse insertum, sed ex littera *s* corruptum, quae significaret *scilicet*. cf. ad Met. III. p. 277. *scilicet pessima sorte*. *captiose* G. 1. O. *contraxerant* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. L. et edd. Colvio posteriores. [cf. Intt. ad Hor. Sat. II. 3. 96. praeceteris Fea.] *corraserant* B. et edd. vett. unque ad Colv. *convaserant* d. p., unde Oud. coniecit *convasarant* i. e. astu et dolo malo paraverant et recondiderant. Terent. Phorm. I. 4. 13. *Aliquid convasassem atque hinc me protinus conicerem in pedes*. *pecuivas* D.

vices hostium iugo subacturi, ad alterum *laeta germinent sata* pertinent *sata liberum procreanda*, *arva sementis florentia*, *lucrum de glebae germine*, et *praeda de rapinis uberrima*. Si igitur hic demas istud *lucrum de glebae germine*, nihil hic habemus, quo explicetur versus sortis secundus et possessionis emtori contra unius illius versus sententia bis inculcabitur. *Lucrum de glebae germine* est quaestus, quem facit mercator, itinera et agros urbesque obiens.

promitti. [Vocabulum prop. de sortilegis, qui omnia promittunt, nihil praestant cf. Intt. ad Iuven. III. 43. Burm. ad Ovid. Heroid. XVI. 144. et Val. Flacc. VI. 117.]

additam victoriam forti praesagio. Colvius emendat: *addictam sortis praesagio contendebant*, verbum *addicendi* perfamiliare fuisse auspiciis demonstrans. [De lectione *sortis* non solum propter codd. auctoritatem dubito, sed quia vix tolerabilem esse dictionem *praesagium sortis* existimo. Nam *praesagium* h. l. ipsa ea sors est, qua divini isti sacerdotes homines decipiebant. *Fortis* vero, quod alii volunt, cum Oud. reiiciendum est, quia *fors* nunquam *sortem* significat, sed fortunam tantummodo, casum fortuitum, licet frequentissima sit utriusque vocabuli in Mss. confusio cf. Intt. ad Horat. Serm. I. 1. 1. *Forti* igitur cum Oud. ad *additam* vel *addictam* refero, et militem dictum ita esse, proelium capessiturum vel latrones persecuturum apparet. Difficilius est iudicium, *additam addictam*ne legendum sit, quum prius magis Mss. fide, alterum sententia comprobari videatur. Sed *addictus* minus ad oraculum referri velim, quum, quantum scio, *addicere* tantum de auspiciis dicatur, nec de alio quovis praesagio, unde apud Ovid. Met. XV. 647. retinendum est: *certas ita dicere sortes*. *Addictus* hic est obnoxius, devinctus, obstrictus, ut ille quasi dominus, victoria vero quasi serva eius et subiecta declaretur. Fortasse ita quoque *additam* potest explicari, ut victoriam intelligas, quae cum forti arctissime coniuncta et eius quasi pedisequa est. Magis tamen ad scripturam *addictam inclino*, praesertim quum in codd. utraque vox frequentissime confundatur. cf. Dr. ad Liv. VI. 15. §. 9., sed *additam* in textu retinui.]

subacturi ... capturi. Bene quaerit Floridus, id quod ceteri ante eum neglexerant, quo hic nominativus pluralis, qui esse prima specie videtur, sit referendus. Sed nimis audacter et temere hinc conflavit lectionem ex cod. Pith. *subactum iri* et *captum iri*. Oud. locum sanare conatur legens: *addictam victoriam fortibus .... subacturis et capturis*, vel potius *editam victoriam fortis praesagio ... subacturi et capturi*, ut sit genitivus singularis. *Edi* vero de oraculis dici demonstrat ex dict. Broukh. ad Tibull. I. 4. 67. *deus edidit ore*. [Facilior erat emendatio *subacturo* et *capturo*. Inter ea tamen exempla referendum esse locum puto, in quibus anacoluthon apud Apuleium statuamus necesse est. cf. ad Met. IV. p. 242.]

itized by Google

CAPUT IX.

Sed assiduis interrogationibus argumenti satietate iam defecti, rursum
610) [221] | ad viam prodeunt, viam totam, quam nocte confeceramus, longe peiorem.

argenti B. et edd. vett. omnes praeter Iunt. 2. Codd. omnes *argumenti*. *satiate* f., quae lectio nimium quantum arridet Reald., qui a voce *satias* repetit, antiquitus saepius obvia. Oud. se eam nusquam vidisse affirmat. *argumenti iam satietate* Florid. *satietatem* O. *refecti* nonnulli codd. Scioppii praebent, alii *referti*, quod tamen Oud. dubitat. *viam totam* F. 3. G. 1. 2. P. O. D. d. p. f. In cett. *via tota*. *periorem* G. 1.

Cap. IX. *argumenti satietate. Argenti satietate*, quod alii male praeferunt, et Beroaldus: *succumbentes viribus in argento ferendo* explicat, non solum a fide Mss., sed a sententia quoque defendi nequit, quia non *satietate argenti* erant defessi, tunc enim furati non fuissent aureum cantharum, ut infra liquet, sed potius *argumenti*, i. e. destituti et exhausti per assiduas interrogationes, quia argumenti sive eiusdem sortis satietas iam ceperat homines, quibus id prae nimis frequenti repetitione fastidiosum et vile erat. Praeterea si *argenti* legitur, inserenda est copula *et*, ut bene vidit Floridus, cum Scioppio hinc *etiam* legente. Sic *argumentum* est carmen Met. XI. p. 772. *Edixerat, quod argumentum referebat interim maiorum ante cantamina votorum.* Plura dabunt Scheffer. et Gronov. ad Phaedr. fab. 38. *Hoc argumento est tuta hominum tenuitas.* Duo iuncti ablativi saepius occurrunt, et *defectus* is dicitur, qui non sufficit amplius ei rei, quam huc usque egit vel agendam sibi sumsit, prae quovis impedimento. cf. ad Met. VI. p. 383. De lectione *satiate*, cf. Dr. ad Sil. VI. 100. [Intt. ad Cic. de Nat. Deor. III. 38. §. 90. Ded. ad Dict. Cret. III. 25. Foertsch. ad Voss. Arist. T. I. p. 527.]

viam totam. [Cum Pricaeo praetuli hanc scripturam alteri *via tota*, quae facilior erat, quam ut a librariis in longe rariorem permutari potuisset. Pricaeus bene explicat per ellipsin pronominis *ea*, quam tamen cum Oud. millies observari posse hoc certe rerum nexu non contenderim. Oud. elegantius putat Lipsium e suo cod. scripsisse: *ad viam prodeunt, viam, tota quam nocte confeceramus, longe peiorem*, per epizeuxin explicans, Apuleio cum poetis et oratoribus frequentissimam coll. ad Met. XI, p. 776. *sequebatur bos, in erectum levata statum, bos omni parentis deae simulacrum.* Sed quidquid est, lectio codd. retinenda, quae multum elegantiae et impedimenti habet, unde etiam librarii facile *via tota* emendabant, ut comparativus haberet, quo referri posset. Praeterea tamen in difficultate haereo, cuius, quantum video, nemo interpretum admonuit. Quae enim ista via est, quam *nocte* confecerat asinus cum Gallis? Interpres Francog. id sensisse videtur vertens: ils continuèrent leur route par un chemin plus mauvais que celui, que nous avions fait la nuit précédente. Rodius vero: *Der Weg, den wir machten, war ärger als alles, was ich die Nacht durch ausgestanden hatte*, qui legisse videtur, *viam, quam confeceramus, tota nocte peiorem.* Sed quid quaeso asinus per noctem perpessus erat, et quis ita dixerit *totam noctem* pro laboribus per noctem toleratis? Neque noctu, sed luce dubia, ut e seqq. patet, profectionem sacerdotes ingressi erant. Praeterea dum asinus apud Gallos est, ab Apuleio nullum commemoratur iter nocturnum idque molestissimum, cf. 586. 589., quamquam pluralis *confeceramus* id aperte innuere videatur. Nisi ad tempus referri possit, quo Lucius inter latrones atque rusticos versabatur, quomodo me explicem nescio, licet non solum pluralis obstet, sed pronominis *illa* vel *ista* vel certi cuiusdam additamenti omissio, quo id tempus significari accuratius indicaretur. Multas easque graves eo tempore vias noctu superavit asinus; cf. Met. III. p. 230. prae ceteris VI. p. 430. Forsitan vulnus altius est.]

| Quidni? lacunosis incilibus voraginosam partim stagnanti palude fluidam et [221]
alibi subluvie coenosa lubricam. Crebris denique offensaculis et assiduis lapsibus iam contusis cruribus meis, vix tandem ad campestres semitas fessus evadere potui. Et ecce, nobis repente de tergo manipulus armati supercurrunt equites, aegreque cohibita equorum curruli rabie Philebum ceterosque comites eius in-

quidni Scipio Gentilis mavult *quippeni* Orig. Lib. Sing. p. 401. Nil muto. *laciniosis* d. et volebat Sopingius. *incilibus* L. *in cubilibus* π. *stagnati* F. 1. B. p. *paludem* B. et teste Elm. etiam in F. 1., in cuius tamen collatione Lindenbrog. equidem nihil adnotatum video, neque in eo legitur, ut idem testatur Elm., *coenasam*, quod B. p. et D. praebent, sed *coenosa*. *subbluviae* Venet. 4. *subluciae* Paris. Inepte Boxhorn. ad Spartian. Hadr. T. III. Hist. Aug. p. 771. quasi e Vet. Ed. legit divisim *sub luvie*, ut *lucies* sit dicta pro *illucies* cf. Pric. Amm. Marc. XV. c. 4. *nec limosa subluvie tardatur properans flumen*. *offensatalis* d. [De hoc vocabulo cf. Buenem. ad Lact. de Opif. c. 1. §. 8. p. 1118.] *lassibus* G. 1. O. *cumulosis* D. *dēa pentres* G. 2. D. *manipulis* F. 3. G. 1. 2. O. R. d. f. D. Incert. *manipuli* F. 1. P. In cett. *manipulus*. *supercurrunt* est in omnibus Mss. praeter B. qui cum Edd. habet *supercurrit*. *equitis* in omnibus invenitur codd. et edd. praeter B. E F. 1. a manu Lindenbrog. nulla scriptura adiecta est. *egregeque* pro *aegregue* G. 2. D. *cohibitas quorum* F. 3. G. 1. *cohibentes* B. p. et edd. vett. usque ad Colvium. Verba *cohibita* usque ad *ceterosque* non comparent in G. 2. D. *equum* Bas. 1. Colin. *equorum* desideratur in P. *currili* d. *curiculi* G. 1. (e sua collat. Oud. citat *cursiculi*, quod etiam in O. et f. legi ait.) *civili* p. *eius* non agnoscit d. evitatis languidam nec necessariam esse vocem autumat Oud.

incilibus. cf. de hoc voc. Graev. ad Cic. Epist. ad Divers. VIII. 5. *incili inhaeserunt*. [Iutt. ad Fest. p. 458. ed. Lindem. Voss. Etymol. s. v. et Doederl. Synonym. T. VI. p. 168. Hunc totum locum citat Heins. Advers. I. 10. p. 104.] *manipulus armati supercurrunt equites*. [Optimi codd. cum aut *manipulis* aut *manipuli* praebeant, latere aliquid Oud. visum est, a captu librariorum longius remotum. Ego singularem *manipulus* retinui, quia non solum ad lectionem codd. *manipulis* quam proxime accedit, syllabaeque *us* et *is* finales per compendia simillima scriptae in Mss. quam saepissime confunduntur; sed quia *manipuli* h. l. de non ita magna hominum copia, quantam persecutam esse latrones verisimile est, stare non posse mihi quidem persuadetur. Porro emendatio esse videtur librarii, qui quomodo *manipulus* et *armati equites* inter se componi possent ignorabat. Recte vero Oud. comparat *een bende gewapende ruiters*: qua eadem ratione nos quoque loquimur, ut *equites* appositio sit, hoc quidem loco necessaria, ne *manipulus* propria sua de peditibus intelligatur significatione cf. Veget. Mil. II. 14. Nec ferri potest emendatio *manipulus equitis* pro *equitum*, quia genio linguae omnino repugnat, qui singularem *eques* pro *equites*, nunquam vero *turma equitis* pro *turma equitum* s. *equitatus* admittere possit, ut recte iam Oud. admonuit. *Manipulus* proprie quaecunque turba et multitudo hominum cf. Non. p. 556. Mercer: *Manipuli sunt manus militum* vel *collecti viri Sisenna Hist. lib. III. Commutus tamen et tempora singula constituit, et sicut steterat, manipulos obverti iussit* (Isidor. Origg. IX. 3. 50. XVII. 9. 107. XVIII. 3. 5. plura profert) Hic igitur non ad milites retulerim, unde cum Oud. non mirandum est, *manipulos* hic ad equites relatos esse, ut *turma* ad pedites coll. Schel. ad Hygin. p. 85. Lips. de Mil. Rom. p. 60. Iutt. ad Front. IV. c. I. §. 26. Erant pagani neque vero iusti milites, qua de causa idem Oud. aliud quid, quo armati hi equites fuerint, hic latere perperam existimat, quia *manipulus* tantum de militibus usurpari sibi persuasit. Bene ita omnia procedunt et lectio certissima est.]

curruli. Pricaeus in voce *curruli* offendens coniecit *currilium* vel *currulium* cit. Gloss. Cyr. p. 438. ὁρομὶς ἵππος *currulis equus* et p. 640. τροχηλάτης ἵππος *currulis equus*. Gloss. Philox. p. 59. *currilis equus* σὺν ἅρματι ἀγωνιζόμενος ἵππος. Recte tamen advertit Oud., poetarum more per hypallagen Apuleium amare rei adscribere, quod

volant avidi, colloque constricto et sacrilegos impurosque compellantes interdum pugnis obverberant, nec non manicis etiam vinctos coartant, et idemtidem
611 | urgenti sermone comprimunt, promerent potius aureum cantharum, promerent auctoramentum illud sui sceleris, quod simulatione solemnium, quae in operto factitaverant, ab ipsis pulvinaribus matris Deum clanculo furati, prorsus quasi possent tanti facinoris evadere supplicium, tacita profectione adhuc luce dubia pomerium pervaserint.

CAPUT X.

Nec defuit, qui manu super dorsum meum iniecta in ipso Deae quam gerebam gremio scrutatus reperiret, atque incoram omnium aureum depromeret cantharum. Nec isto saltem tam nefario scelere impuratissima illa capita con-

sacrilegos G. 1. O. *cunctos* esse in Mss. et Edd. omnibus ante sec. Vulc. qui ex coniectura *vinctos* reposuerit, sequentibus Elm. Scriver. Florido adnotat Oud. In p. est *cuneos* in f. *cuncta*, nec librarius diligentissimus in coll. Flor. S. Elmenh. lectionem *vinctos* correxit. Nihilo tamen minus per errorem esse factum existimo et *cunctos* cum ceteris omnibus codd. retinui. *Vinctos* eos fuisse satis docent verba *collo constricto*, *manicis etiam coartant*. *cohartant* G. 1. *choartant* G. 2. *ad ident.* p. *ac* edd. ante Colv. vett. praeter Iunt. 2., quod ante vocalem vitiosum est, ut saepe monitum. *urgenti* exulat a P. Mss. et Edd. praeter Scriv. *urgenti* sed de Oud. sententia minus orthographice. *comprimut* G. 1. *potius* pro *ocius*, quod recentiores edd. et B. habent, obsidet omnes Mss. et edd. usque ad Colv. *canth. promerunt* f. L. Verba *promerent* usque ad *cantharum* non leguntur in G. 1. 2. D. O. π. et sine dubio etiam in P., in quo solum *potius* desiderari ait Oud. Vitium exortum est, quod librariorum oculi ad sequens *promerent* delabebantur. *auctoratum* P. *de simulatione* O. probabiliter de Pric. et Oud. sententia, qui recepissent, si in pluribus codd. fuisset, coll. ad Met. IV. p. 250. *de tam sera refectione solatium tribues*. *oporto* p. *aperto* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. Colin. *fatitaverant* G. 1. *domini* inepte rursus aliquot Mss. et edd. primae Iunt. 1. Ald. Bas. solita aberratione. In margine Bas. 1. *deorum*. Nec eo convenit hic *dominae*, quod putabat Gangraeus ad Iuven. Sat. VI. 330. legendum esse. *furari* G. 2. P. D. *tāta prof.* L. *professione* P. *pomeriunt* D.

manum super dorsum meum iniectam G. 1. O. f. *meum* abest δ. *die* pro *deae* G. 2. D. *scruptatus* G. 2. D. P. *scurſatus* G. 1. *reperiret* P. abest. *ibi coram* Coll. Voss. *etiam coram* G. 1. *in* abest ab O. *omnium* desideratur in G. 2. P. D. *omnibus* L. cf. VII. p. 488. *ibidem incoram omnium gestiebat inscendere*. *autraum* D. *aurum* G. 1. O.

personarum sit, vel vice versa, ut p. 613. *pervigilem farinam*. p. 627. *ardentem Philesietaeri vigilantiam*. Ipse vero ingenio indulgens si quid hic innovandum foret, alia rem instituendam esse via putat. Scilicet vocem *equorum* a Palat. omissam otiose abundare et pro ea esse *equum* in edd. Colin. et Bas. 2., quumque *cohibentes* legatur in Bert. Pith. et edd. ante Colv., emendari posse existimat *cohibente se curruli rabie*, quam coniecturam neminem spero probaturum esse.

promerent potius. Emendatio Beroaldi *ocius* in omnes edd. abiit, et ab Oud. quoque comprobata est, qui idem vocabulum saepius apud Apuleium corruptum legi asseverat; coll. Met. VI. p. 410. *abiret innoxius*, pro quo emendat *abiret inde ocius*. [Met. V. p. 358. Primum vero *ocius* non ita rarum est vocabulum, quod in *potius* librariis emendare libuerit, tam constanter a codd. retentum. Si quis obiter rem tractarit, ex lexicis significationem particulae probabit, quae fere omnia *potius* per *magis*, *prius*, *citius* explicant, quamquam locis citatis haec notio non conveniat. *Potius* hic sua vi dictum esse existimo de sacerdotibus, qui perfracte negabant, se cantharum furatos esse, nec instantia equitum commoveri poterant, ut confiterentur. Hac tantum de caussa eos pagani coartant et interdum pugnis obverberant, ipsi suadentes, ut *potius* cantharum depromerent, quam ut pessima quaeque paterentur. Ita locum explicanti *potius* recte se habebit.]

futari terrerive potuere, sed *mendoso *risu cavillantes: En, inquiunt, indignae rei scaevitatem! quam plerique insontes periclitantur homines! | propter 612
unicum caliculum, quem Deum mater sorori suae Deae Syriae hospitale munus obtulit, noxios religionis antitistes ad discrimen vocari capitis. Has et alias

confutati Vicent. *terre rive* G. 1. *mdoso* L. *mendaci* Fulv. e coniectura. *hen* G. 1. *eu* p. *indigu* G. 1. *saecitatem* B. δ. et edd. vett. usque ad Colv. solita aberratione cf. ad Met. III. p. 198. *scuritatem* G. 1. *securitatem* P. O. *scenitatem* G. 2. D. *qua* G. 1. 2. O. P. D. R. f. δ. Incert. *plerumque* G. 1. 2. O. P. D. L. R. f. B. p. δ. Iunt. 2. *insoptes* exulat a P. *caliculum* F. 1. p. B. et edd. vett. usque ad Colv. *Cantharum* quamquam etiam in F. 3. contexta invenitur, ut in cett. codd. et edd., in margine tamen ab eadem manu conscriptum est *caliculum*. *quae deum* δ. *domini mater* edd. vett. usque ad Colv. praeter Iunt. 2. *dene* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. δ. D. π. Coll. Voss. Incert. et Elmenh. seqq. iam tacite inseruerunt. In cett. desideratur. *innoxios* Floridus tacite recepit, probantibus id etiam Brantio et Pricaeo. Immo in Coll. Voss. clare ita legitur. In cett. *noxius*. *anthitistes* G. 1. *addisceratim* G. 1. et sine dubio etiam O., quos *disseratum* habere Oud. ex collationibus suis protulit. *vocaritis* B. p. et edd. ante Colvium. In cett. *vocari*. *vocati* δ. *his et aliis similibus afannis frustra ablateratis* F. 3. sed ex correctione, quid vere prius in eo perscriptum fuerit, librarius vel dignoscere non potuit vel adscribere omisit. *has alias similes affanas frustra abblaterantis* F. 1. teste Lindenbrog., *ablatrantes* in excerptis ad marg. ed. Colv., non addita priorum verborum lectione. *has et similes affanias frustra ablaterantis* F. 1. teste Elm. *has et alias similes affanias frustra ablaterantis* teste Oud. F. 1. et p. *his et aliis similibus dramus frustra ablacteratis* G. 1. *his et aliis similibus asannis frustra ablateratis* G. 2. D. *his et al. similibus afanias fr. ablateratis* p. *his et aliis affanniis frustra ablatra-*

Cap. X. *mendoso.* Colv. Florid. et Oud. in ea lectione quum offendant, Colvius *invidioso*, Floridus *mendaci* reponere malunt, quod ab Oud. vehementer vituperatum est, *mendaci* a librario in *mendoso* fuisse depravatum negante, et utramque lectionem in *mendacissimo* perperam conflante. Ipse vero Colvii emendationem *invidioso* probat, donec certius quid alius expiscetur. [Beroaldus *mendoso* explicat *doloso*, unde erat, quum equidem *mantoso* cf. supra p. 607. i. e. *doloso fallaci* legerem, quamquam hoc vocabulum auctoritate scriptoris tueri nequeo. Fortasse etiam legi posset *mentoso* a *miniscor*, veteri forma, quam Festus dicit antiquitus usitatam fuisse pro *reminiscor*, ut *mentum* idem sit, quod *commentum*. Sed mihi ipse his coniecturis non satisfacio. *Mendoso* ferri non posse, vocabulumque substituendum longe rarissimum patet.]

caliculum. Cf. Wass. in Miscell. Observ. Vol. II. T. III. p. 396. Recte Oud. *caliculum* restituit, quem ante vocatum *cantharum* fuisse adleverat glossator quidam, unde in textum irrepsit. Sed eleganter fingit Apuleius, istos nebulones sceleris sui extenuandi caussa *cantharum* sive poculum magnum vocasse nunc *caliculum* s. parvum modo calathum et cyathum. Ipse se auctor illustrat, cum Met. X. p. 708. *aureum cantharum.* p. 709. *grandissimum illum calicem* nominet. cf. Gron. Observ. II. 24. p. 418. (p. 207. ed. Lips.) [Cogitari etiam potest, librarios, quod hoc poculum tota narratione *cantharus* nominetur, hic quoque hanc vocem restituisse. Glossatoris enim manum hic non agnoverim. Dein *caliculus* vox rara est, et inter glossatorum manus non ita trita. Error quomodo exortus sit, optime ostendit scriptor cod. Florent. 3.]

noxios. Hanc lectionem Oud. bene defendit contra istorum temeritatem, qui loco non intellecto *innoxios* reponere tentant. *Noxius* enim hic est reus sacrilegii et laesae seu violatae religionis, ut Tacit. Ann. V. 11. *Ut noxium coniurationis ad disquisitionem trahebat.* Auson. Carm. Pasch. 8. *Noxia quem scelerum plebes tremit.*

has et alias similes assanas frustra adblaterantes eos retrorsus. [Difficillimum est de vera huius loci lectione iudicium, quum quid F. 3. a manu emendatrice, nec vero quid a genuina habeat, compertum sit, et ceteri quique optimi codd. inter accusativum et ablativum mirifice fluctuent. Cum vero ablativum

Digitized by Google

613 similes *assanas* frustra adblaterantes eos | retrorsus abducunt pagani, statimque

tis f. *has et alias similes affanias frustra altercantes* B. teste Scop. (*afaneas* teste Elm.) sed in coll. Mod. *has et alias similes affanias frustra blaterantes. haec et alia similes affanas frustra ablatrantis* ed. pr. Vicent. Venet. 2. itemque ceterae edd. vett. nisi quod Iunt. 1. 2. Venet. 4. et Par. Ald. legunt: *affanias*, et *haec et alias similes* Iunt. 2. Venet. 4. et Paris. In cett. omnibus codd. legi ablativum, testis est Oud., qui accuratius singulorum scripturas non exscripsit. *ablacteratis* O. et al. *alternantes. ablateratis* P. *adlatratis* Incert. *blateratis* s. *blatteratis* R. δ. Colv. Vulc. 2. *has et alias .... adblatteranteis* Elm. Stew. Scriver. *oblatteratis* Wow. Pric. Florid., quae posteriores edd. ablativum praebent. *eos* non comparet in P. *retrorsus* F. 3. G. 2. D. δ. f. In cett. *retrorsum. pagavi* Vicent.

F. 3. a manu correctrice praebeat, F. 1. accusativum aperte tueatur, hunc contra ceterorum codd. auctoritatem contraque Oud., qui praeterea *obblatteratis* commendat, in contextum recepi. Saepius enim animadverti, codices G. 1. et 2., qui alioquin cum Flor. 3. congruant, correctiones manus secundae praetulisse, quia ita melius legi librarii putabant. Corruptelam antiquissimam esse ipse cod. Florent. 3. testis est, quam exortam esse probabile fit, quod pronomen *eos* abundanter positum videbatur librariis, quorum unus Pal. cod. omnino delevit. Et habet pronomen istud ieiuni quid et molesti ex nostra certe sentiendi ratione. Primum dedi *assanas* ex analogia vocis et scriptura optimorum codd. cf. Met. X. p. 697. Buleng. de Theatr. l. c. 42. in Graev. Thes. Antiq. T. IX. p. 905., cuius verba lubet adscribere: *Apinarii* dicti sunt ab Apina, magnae Graeciae urbe prope Argyrippam, quam delevit Diomedes, teste Plinio III. 11. 16. *Diomedes, inquit, delevit Apinam* et *Tricam, quae ansam proverbio dederunt, scilicet ut tricae et apinae dicerentur nugae, affaniae.* Apud Manil. l. V. Vergiliarum exortu generantur vinosi, mulierosi, apinarii, ut ait Iul. Firmic. in Astronom. Aut apinae sunt gerrae, nugae quasi *afanae* aut *afaniae*. Stephanus ἀφάνναι χωρίον Σικελίας ἄσημον, ἀφ' οὗ, εἴ τις ἀφάννας, ἐπὶ τῶν ἀδήλων καὶ ἐκτετοπισμένων, Hesychius *afannas* ponit in Attica: ἀφάνναι χωρίον τῆς ἀμαρτίδος φυλῆς. Vet. Gloss. *Apinae afannae*. Haec Bulenger. Sed apud Plin. l. c. ita legitur: *Diomedes ibi delevit gentes Monadorum Dardorumque et urbes duas, quae in proverbii ludicrum vertere, Apinam et Tricam.* Comprobare enim non possum eorum sententiam, ut Voss. in Etym. Doed. Synonym. T. III. p. 88., qui a voce *affari*, deducunt. Doederl. enim ipse confitetur, *affari*, ut *affabilis*, de blandimentis tantummodo ac mitibus alloquiis usurpari; sed Non. p. 463. s. v. *affari* auctoritate nititur, qui *affari* explicat *respondere*, ut *affaniae* sint verba contradicentia *Widerworte*, quod proprium esse dicit vocabulum de contradictionibus vanis et persuasioni non convenientibus. Ex nostrae vero linguae ingenio ita explicari nequit; utque *affari* idem sit quod respondere, *affaniae* nihil aliud nisi *responsa* significant. Qui vero Apuleii locos accuratius inspexerit, de nugis et falsis praetextis sermonem esse, quibus reus excusare se studeat, probe intelliget, ut potius Gesneri in Thesauro prolatam sententiam probaverim dicentis: *Utroque loco de confuso sermone hominis in scelere deprehensi.* Priusquam vero ad ipsius vocabuli explicationem nos convertamus, necessarium est, Mss. scripturas utroque loco inter se conferantur, quum ex iis tota disputatio pendeat. Florent. 3. h. l. *afanis*, altero *asannas* et in margine *asaunas* habet, Florent. 1. *affanas* et *affannas*, G. 2. et D. *asannis* et *asannas*, quod altero loco etiam P. praebet, *afaniis* et *as amias* L., *affaniis* et *afammas* f., *afamias* altero loco O. *asamus* G. 1. in cuius cod. altero loco lacuna est, a m. s. per *assarinas* in marg. expleta. Deinde de sententia loci exponendum est. Hic sacerdotes praetextis lepidis et iocularibus crimen suum excusare studeat, illic servus, veneficii

vinctos in Tullianum compingunt: cantharoque et ipso simulacro, quod gerebam

adducunt G. 1. *victos* G. 1. Vulc. 1. *impingunt* P. *quo gerebam* G. 1. *gerebam apud* desiderantur in *d*.

reus, describitur: *tunc pedes incertis alternationibus commovere, modo hanc modo illam partem scalpere capitis, et ore semiclauso balbutiens nescio quas affanias effutire;* unde apparet, de reo sermonem esse, qui praetextis quibusdam et pro tempore fictis mendaciis criminis liberare se studet. Optimos quosque codices in lectione *asanna* perseverare, cognoscitur, unde *afannae* vel *afanae* vel *afaniae* vel *affaniae* formas de nihilo esse duxerim, quamquam scio, per glossas et virorum doctorum auctoritatem eas confirmari. Optime ea de voce disseruit Salm. ad Trebell. Pollion. Gall. c. 8. T. II. p. 206 sq. qui *apinae* Graecum ἄφαναι dicit esse, ut *φ* in *p* mutatum sit, veluti *ποφφύρα: purpura; α* in *i*, ut *χατάνη Catina, λεπαστή, lepista; afana* vero explicat ex Suidae glossa *σχινδαψὸς ἀφάνα;* et *σχινδαψὸν* esse rem nihili et nugatoriam. cf. eund. ad Capitol. Anton. Pium. c. 10. T. I. p. 273., ubi fere idem exponit. Gloss. Philox. p. 18. *apinae φάνναι*, quod vel in *σάνναι* vel potius in *ἀφάναι* emendat. Vulc. ad Gloss. p. 12. Scaliger. ad Fest. s. v. *buttubutta* p. 351. Lindem. Ita tota lis absoluta videri posset, nisi alia obstarent impedimenta. Primum enim nego, Apuleium vocabulum mere graecum necdum a latino sermone receptum usurpasse, quum *apinae* latinum eiusdem monetae adsit. Deinde codd. auctoritas, qui in *s* fere omnes consentiunt, plurimi habenda est. Hinc aliud exspecto vocabulum Romanum, ut *adsannae* s. *assamnae*, quod compositum est ex *samna* proprie distortio vultus. Sanni enim erant, qui ridiculis qua dictis qua gestibus in scena risum movebant, nugatores. *Adsamnae* formatum est, ut *admiraculum, adiurgium*, quamquam scio, simplex horum compositorum extare, quod voci *assamnae* deest. Hoc tamen non movet in vocabulo noviter formato. Denique *assamnae* respondet significationi loci, quum de voc. *afaniae* vel *afannae* lis adhuc inter viros doctos sit, aliquot cum Hesychio de rebus remotissimis, aliis de iocosis et nugatoriis explicantibus. Hinc puto, apud Philoxen. Gloss. cit. melius *σάνναι* quam *φάνναι* cum Salm. emendari. Utut res est; id certo constat, interpretum virorumque doctorum vocabulum *affaniae* diutius retinendum non esse, sed mere esse ficticium. Asterisco vocem ut incertam insignivi.]

adblaterantes. Hanc equidem cum Stewech. Elm. et Scriv. retinui scripturam vel potius emendationem, quum omnes codd. inter lectiones *ablaterantes* vel *abblatterantes* varient, unde Brantius *obblateratis* coniecit, Wow. Pric. Florid. comprobatum, nec non Oud. demonstranti, *ob* in deliciis esse Apuleio in compositis, ut paulo ante *obverberat*, eamque praepositionem in codd. saepius in *ab* abiisse. [cf. Intt. ad Ovid. Met. I. 350. Dr. ad Liv. II. 37. §. 9. Nec nego, hoc compositum a me receptum fuisse, nisi consensus codd. in vocali *a* dissuasisset, qui gravior videtur esse. *Abblaterantes*, quod cod. multi habent, defendi posse, non affirmaverim sed *adblaterantes*. Ita *abducere* et *adducere* commutantur; cf. Dr. ad Sil. X. 18. *addere* et *abdere* Heins. ad eund. VI. 394. al. Ad sententiam *adblaterantes* optime convenit, significans, ad prius mendacium plura vana mereque ficticia sacerdotes adiecisse. Forsitan etiam *blaterantes* simplex quis tueri possit, quia *frustra* praecedit, ita ut littera vocabuli praegressi finalis ad sequens transducta fuerit. *Blatero* nec *blattero* scribendum esse, iam demonstratum est ad Met. IV. p. 289. *his et his similibus blateratis.*]

in Tullianum compingunt. Calpurn. Flacc. Declam. 4. p. 386. *video carcerem publicum saxis ingentibus structum, angustis foraminibus tenuem lucis umbram recipientem. In hunc*

apud fani donarium redditis ac consecratis, altera die productum me rursum voce praeconis vaenui subiiciunt, septemque nummis carius, quam prius me comparaverat Philebus, quidam pistor de proximo castello, praestinavit; protinusque frumento etiam coemto affatim onustum, per iter asperum scrupis et huiuscemodi stirpibus infestum, ad pistrinum quod exercebat perducit.

denarium L. p. *δ*. *constratis* f. *δ*. G. 2. (in quo tamen *conseratis* legitur.) *conseer. Altera*. G. 2. D. *alta die* ex compendio *alt'a* F. 1. *producunt me* P. *Venni* maiuscula littera Vicent. quasi nomen proprium. *sociunt* pro *subiiciunt* P. *carius* non comparet in *δ*., cui etiam *me* abest. *filebus. Quidam* G. 1. *fibabus* P. *pistori* D. *pastor* L. p. *etiam frumento* edd. ante Colv. *stramento* φ. *frumento* exulat a P. *etiam* a p. *onustam* O. *concepto* pro *coempto* p. *pariter* G. 1. 2. L. O. a m. pr. ed. pr. Correxit iam Beroald. cum Vicent. *piter* D. *scrupris* G. 2. (nec G. 1. ut Oud. perscribit) D. *huiusmodi* O. G. 1. *cuiuscemodi* Florid. *pristinum* G. 2. D. ed. pr. Vicent. Venet. 2.

coniecti robur Tullianum prospiciunt, et quoties iacentes ferrati postis stridor excitat, exanimantur et alienum supplicium exspectando suum discunt. [cf. Intt. ad Liv. XXIX. 22. §. 10. ad Sall. Cat. LV. §. 4. Bombardin. de Carcere Tract. c. 4. in Polen. Suppl. Antiq. T. III. p. 750. Eadem ratione *lautumiae*, carcer Syracusis publicus, pro quovis alio carcere cf. Plaut. Poen. IV. 2. 5. Capt. III. 5. 65. et de ipso Tulliano dicitur apud Liv. XXXII. §. 17. XXXVII. 3. §. 8. 26. al.]

cantharo. [Cantharos veteres sacrasse diis illustrat Tomasin. de Donar. c. 4. in Graev. Thes. Antiq. T. XII. p. 775. ex nostro loco, cuius verba *apud fani donarium redditis ac consecratis* negligenter omissa sunt, et Inscript. Ferrariae: *T. VIBIUS. | ZOTICUS. VI. | VIR. AUGUSTAL. | LIBERUM. PATREM. | CUM. REDIMICULO. | AURIFIC. ET. THYRSO. | ET. CANTHARO.* |]

apud fani donarium. De vi praepositionis *apud* cf. Barth. Advers. XXXIV. 6. p. 1555, qui nostrum locum excitavit; Hand. Tursell. I. p. 415. Ceterum *donarium* hic non intellige *templum*, ut ait Pricaeus, sed proprie conclave templi et fani, quo reponebantur dona et *ἀναθήματα* cf. Intt. ad Virg. Aen. XII. 199. ibique Serv. ad Lucan. IX. 516. [cf. Foertsch. ad Voss. Arist. T. I. p. 507.]

altera die. [*Alta die* ex codd. Florent. reponendum esse iam Cort. proposuit ad Lucan. IV. 527. Sed Lucian. *τῇ ὑστεραίᾳ* dicit.]

scrupis. [Hic locus a lexicographis mirifice neglectus est. Vocabulum ex Petron. c. 79., ex Cicer. de Republ. III. 16. et Festi auctoritate satis firmatum est, cf. Doed. Synonym. III. p. 191.]

infestum. [De significatione huius adiectivi agit Heins. ad Ovid. Met. IV. 619., nostri loci non immemor.]

perducit. Hanc totam narratiunculam Lucian. breviter ita exponit: c. 41. p. 609. *ἐπειδὴ δὲ ἤδη ὀρθρος ἦν, ἀράμενος τὴν θεὸν αὐθις ἀπῆειν ἅμα τοῖς ἀγγείοις, καὶ ἀφικόμεθα εἰς κώμην ἄλλην μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον, ἐν ᾗ καὶ καινότερόν τι ἐστρατεύσαντο, τὴν θεὸν μὴ μεῖναι ἐν ἀνθρώπου οἰκίᾳ, τῆς δὲ παρ' ἐκείνου μάλιστα τιμωμένης ἐπιχωρίου δαίμονος τὸν ναὸν οἰκῆσαι. οἱ δὲ καὶ μάλα ἄσμενοι τὴν ξένην θεὸν ὑπεδέξαντο, τῇ σφῶν αὐτῶν θεῷ συνοικίσαντες· ἡμῖν δὲ οἰκίαν ἀπέδειξαν ἀνθρώπων πενήτων. ἐνταῦθα συχνὰς ἡμέρας οἱ δεσπόται διατρίψαντες, ἀπιέναι ἤθελον εἰς τὴν πλησίον πόλιν καὶ τὴν θεὸν ἀπῄτουν τοὺς ἀποχωρίους καὶ αὐτοὶ ἐς τὸ τέμενος παρελθόντες ἐκόμιζον αὐτήν· καὶ θέντες ἐπ' ἐμοὶ, ἤλαυνον ἔξω· ἔτυχον δὲ οἱ δυσσεβεῖς εἰς τὸ τέμενος ἐκεῖνο παρελθόντες, ἀνάθημα φιάλην χρυσῆν κλέψαντες, ἣν ὑπὸ τῇ θεῷ ἔφερον. οἱ δὲ κωμῆται αἰσθόμενοι τοῦτο, εὐθὺς ἐδίωκον, εἶτα ὡς πλησίον ἐγένοντο, καταπηδήσαντες ἀπὸ τῶν ἵππων, εἶχοντο αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ καὶ δυσσεβεῖς καὶ ἱεροσύλους ἐκάλουν καὶ ἀπῄτουν τὸ κλαπὲν ἀνάθημα καὶ ἐρευνῶντες πάντα εὗρον αὐτὸ ἐν τῷ κόλπῳ τῆς θεοῦ. δήσαντες οὖν τοὺς γυναικίας ἦγον ὀπίσω καὶ τοὺς μὲν εἰς τὴν εἱρκτὴν ἐμβάλλουσι, τὴν δὲ θεὸν τὴν ἐπ' ἐμοὶ κομιζομένην ἀράμενον ναῷ ἄλλῳ ἔδωκαν, τὸ δὲ χρυ-*

Digitized by G

CAPUT XI.

Ibi complurium iumentorum multivii circuitus intorquebant molas ambage varia, nec die tantum, verum perpeti etiam nocte prorsus instabili machinarum vertigine lucubrabant pervigilem farinam. | Sed dum erudimentum servitii per- 614
horrescerem scilicet, novus dominus loca lautia prolixe praebuit. Nam et diem primum illum feriatum dedit, et cibariis abundanter instruxit praesepium. Nec tamen illa otii saginaeque beatitudo duravit ulterius. Sed die sequenti molae, quae maxima videbatur, matutinus adstituor, et illico velata facie propellor

exercebat : perducit ibi. Ita perperam distinguit Vicent. *complurimum* G. 2. L. D. *multunni* G. 1. *multum* pro *multivii* G. 2. P. D. *d.* *circuiates* O. *intorquebat* P. *etiam torquebant* G. 1. O. a m. p. *moles* in G. 1. O. a m. p. et p. extare, scribit Oud. In G. 1. *molas* inveni, sed in D. *moles.* *perpetim etiam nocte* f. Vir doctus ad marg. ed. Vicent. Oud. *perpeti in nocte* p. *prorsus* non est in p. *in stabuli* G. 1. *pervigilam* B. *ferinam* D. *farinam pervigilem* G. 1. *Sed dum erudimentum* F. 3. G. 1. 2. P. D. L. R. f. Incert. *sed dum rudimentum* O. a m. p. In cett. *sed mihi ne rudimentum.* *perhorrescerem.* *Novus scilicet dominus* in F. 1. et B. legi adnotat Elm. Sed in illis ut in F. 3. vox *scilicet* subiungitur verbo *perhorrescerem*, ut edidit Scriver., sequente Oud., adstipulantibus edd. Vicent. et Venet. 2. *sed* et Iunt. 2.; in qua *s.* l. e. *scilicet.* Illud vocabulum in F. 3. atramento obductum est, unde in ceteris codd. omissum id esse verisimile est. Nam in cett. codd. et edd. non legitur. *loca ac lautia* Elm. Venet. 2. et Florid. *loca et lautia* Wow. Pric. *loca lauticia* f. *d.* et edd. Colvio priores, excepta Iunt. 2., in qua *loca lauta.* cf. quae exposita sunt ad Met. III. p. 223. *diem primum illum* F. 3. *d.* f. edd. vett. G. 1. (cuius librarius prius scripserat *illum primum*, dein *illum* pronomen obductum post *primum* posuit.) In cett. *diem illum primum.* *dedidit d.* *cibarii* B. *habundanter* G. 1. D. G. 2. (in quo *h* littera plane erasa est). *praeastruxit praesepium* p. B. *illo* G. 1. O. a m. p. *habitudo* pro *beatitudo* p. *moleque q̄* G. 2. *que* linea obducto. *matutino* p. cf. ad p. 601. *adistituor* D. *velatu* G. 1.

σίον τῇ πολίτιδι θεῷ πάλιν ἀπέδωκαν. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τά τε σκεύη καμὲ πιπράσκειν ἔγνωσαν καὶ ἀπέδοντό με ξένῳ ἀνθρώπῳ, τὴν πλησίον κώμην οἰκοῦντι, τέχνην ἔχοντι ἵππους πέττειν· οὗτός με παραλαβὼν καὶ πυρῶν μεδίμνους δέκα ὠνησάμενος ἐπιθεὶς μοι τὸν πυρὸν οἰκάδε ἤλαυνεν ὡς ἑαυτὸν ὁδὸν ἀργαλέαν.]

Cap. XI. *iumentorum.* [*Asinos* apud veteres molas circumegisse illustrat Barth. Advers. XXIV. 5. p. 1289.]

intorquebant molas ambage varia. [De dictione conferri potest Auson. Epist. XXI. 33—34. *cui subiugabo de molarum ambagibus qui machinali saxa volvunt pondere* et Mosell. 362., ubi cf. Tross. nostrum locum excitans.]

pervigilem farinam. [cf. Iuv. Sat. XV. 43. *pervigili toro.* Rupert. ad eund. VIII. 158.] In cod. Bert. legitur *pervigilam*, quod aliquot interpretes tueri velint ex Senec. Epist. 83. *brevissimo somno utor et quasi intervigilo.* Sed praeterquam quod ibi potius sit verbi prima persona, quam adiectivum, Lipsius e Mss. legit *interiungo.*

sed dum erudimentum. [Varie hunc locum tentant interpretes. Qui quid sibi velit, non perspiciebant, corrigebant *sed mihi ne rudimentum*, de asino, cui pabula opima praebet dominus, ne timeat molestias molae. Alii volunt *sed tum* i. e. eo die, quum *die sequenti* matutinus molae adstitutus sit, vel ut Oud. *sed mi, ne rud.* pro *mihi.* At bene *dum* potest defendi. *Dum perhorrescerem erudimentum* verti potest *so lange ich scheuen würde den ersten Anfang des Dienstes*, de asino, qui videns tantos labores facile horrore servitii allici poterat. Sed quum sequenti die baculis servorum fatigatus atque convictus esset, diutius illud *erudimentum* non perhorruit eique ita adsuetus erat, ut quemadmodum cetera iumenta istis locis, lautiis allici non deberet. Ita coniunctivum probum esse velim et *erudimentum*, quod voc. Interpres Iren. II. 30. confirmat, cum optimis codd. retinetur.]

molae matutinus adstituor. Pricaeus cum Tollio malebat hic quoque edi *molam*, quia Met, III. p. 175. sit *tri-*

Digitized by

ad incurva spatia flexuosi canalis, ut in orbe termini circumfluentis reciproco gressu, mea recalcans vestigia, vagarer errore certo. Nec tamen sagacitatis ac prudentiae meae prorsus oblitus facilem me tirocinio disciplinae praebui. Sed quamquam frequenter, cum inter homines agerem, machinas similiter
615 circumrotari | vidissem; tamen ut expers et ignarus operis stupore mentito defixus haerebam; quod enim rebar ut minus aptum et huiusmodi ministerio satis inutilem me ad alium quempiam utique leviorem laborem legatum iri vel otiosum certe cibatum iri. Sed frustra solertiam damnosam exercui. Complures enim protinus baculis armati me circumsteterunt, atque, ut eram luminibus obtectis securus etiamnunc, repente signo dato et clamore conferto,

adincurva G. 1. *ad incuria* G. 2. P. D. *ti* pro *termini* G. 2. P. D. *tinini φ.* Ait vero Pricaeus, *termini* mendosum, aut quid velit ignorari. Verum rectissime explicuit Floridus, esse *exterius latus semitae, quod altius exsurgens cohibebat iumentorum pedes, ne extra canalem vagarentur.* Omnia enim dicuntur *termini*, quibus quis circumscriptus exspatiari altius nequit. *mei recalcans δ. vacaret* O. a m. p. *vaccaret* G. 1. *sagitatis* D. *aut* pro *ac* G. 1. O. *prorsus* non comparet in Bas. 1. *oblivius* ex suis G. 1. excerptis enotat Oud. At ego in eo *oblitus* ut in ceteris inveni praeter G. 2. et D., qui *oblicis* aperte scribunt. *cirocinio* G. 2. D. *similes* Iunt. 1. Ald. Colin. Colv. Vulc. Merc. In codd. omnibus et edd. reliquis *similiter. mentitus* G. 1. f. O. a m. p. *defixit* G. 1. *enim* non habet ed. Scriv. *mi* pro *minus* G. 2. D. *huiusecmodi* Elm. Scriver. Florid. *et* pro *ad δ. inutilem adfra quempiam* D. *alium quempiam* F. 3. G. 1. 2. P. f. δ. In cett. *quempiam alium. legatum* in F. 3. est ex correctione. *logatum* D. *cibatu iri* F. 3. G. 2. D. P. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) *atque ut etiam eram* G. 1.; *etiam* abrasum est. *obtectus* O. Ceterum recte Oud. iunxit cum Florido *securus etiam nunc.* In plerisque edd. male distinguebatur: *securus etiam nunc repente. et nunc* f. *confecto* G. 2. D. *conserto δ.* P.

bunal adstituor. Et passim sic auctor aliis etiam compositis iungit accusativum, ut *deferre, adesse* alia cf. Arntz. ad Plin. Paneg. c. 23. Sed contra codd. consensum nihil innovandum est.

velata facie etc. Eleganter Secundus in Anthol. L. I. c. 33. N. 21. de asino: *οὐχ ἅλις ὅτι μύλοιο περίδρομον ἴχνιος ἀνάγκῃ Σπειρηδὸν σκοτόεις κυκλοδίωκτος ἔχω*, ubi cf. Brodaeus.

vagarer errore certo. Pacat. Panegyr. c. 38. *Quin ipsos viae implicabat erroris, et nunc dexter, nunc laevus, nunc vestigiis suis obvius incertumiter ancipiti ambage tenebat. Errore certo* oxymoron esse Apuleio frequentius iam vidit Pric. explicans: *errore* quia in orbem iugiter errabat, *certo* quia machinae alligatus in eodem semper orbe versabatur, nec potuit incerta ponere vestigia et huc illuc ferri. [Eadem ratione dicit Tibull. III. 1. 3. *et vaga nunc certa discurrunt undique pompa*, ubi cf. Huschke. *Vagari* etiam de certo cursu dici illustrant Dr. ad Sil. IX. 242. Cort. ad Lucan. VIII. 182.]

cum inter homines agerem. Sui hic oblitus est auctor. Non enim solum cum homo erat Lucius, viderat tales molas ab asinis circumagi, sed etiam ipse asinus factus similes machinas circumrotaverat. Dixerat enim auctor Met. VII. p. 474. *Namque ordeum meum frictum et sub eadem mola meis quassatum ambagibus venditabat. Mihi vero per diem laboriosae machinae adtrito* cett. Accuratius hanc rem enarravit Lucianus cf. infra.

quod enim rebar. [De particularum *quod enim*, vel ut conici dicebant *quia enim* coniunctione cf. Hand. Tursell. II. p. 378. Reines. ad Petron. c. 71. p. 459. ed. Burm. 2.] Oud. ex Apuleio haec enumerat exempla: IX. p. 641. *quod enim putaret ab ea profectum.* X. p. 723. *quod enim sarcina praegnationis oneratam eam relinquebat.* XI. p. 793. *quod enim sedulo percontaveram.* de Dogm. Plat. p. 244. *quod enim his rebus nocetur.*

legatum. [Casin. I. 1. 12. *quin potius quod legatum tibi est negotium, id curas.* Si tamen codd. aliud quid praeberent, reciperem in contextum, quia ex correctione hoc vocabulum in Florent. 3. scriptum est. Significatio vocis rarissima est.]

clamore conferto. Oud. ex nonnullis

plagas ingerentes acervatim adeo me strepitu turbulentant, ut cunctis consiliis abiectis illico scitissime taeniae sparteae totus iunixus, discursus alacres obirem.

CAPUT XII.

At subita sectae commutatione risum toto coetu commoveram. Iamque maxima diei parte transacta, defectum alioquin me, helcio sparteo dimoto, nexu machinae liberatum applicant praesepio. At ego quamquam eximie fatigatus et refectione virium vehementer indiguus et prorsum fame perditus,

acervati G. 1. O. *et* pro *ut* ante *cunctis* G. 1. *obiectis* pro *abiectis* p. *consiliis abiectis* desiderantur in Iunt. 1. *citissime* δ. et vir doctus in marg. ed. Vicent. meae. *scetissime* G. 2. P. D. *sceptissime* G. 1. *ceniae* φ. *teme* G. 1. *spartem* G. 2. D. P.

at F. 3. G. 1. 2. O. P. *ad* p. *ac* δ. [In cett. *hae*, quod equidem cum Oud. non retineo, quamquam bene coniungere praecedentia videatur. *At* significantius est. Quomodo corruptela exorta sit, indicant ipsi codd.] *scepte* O. a m. p. *facti commutatione* φ. *cōmoui* D. pro *commoveram*. *ipsaque* pro *iamque* G. 2. P. D. *defessum* Wow. Elm. Pric. Florid. In cett. edd. ut in codd. omnibus *defectum*. *heltio* G. 2. P. D., qui habet *e heltio*, *e* littera puncto subscripto obducta. *helsio* G. 1. a m. s. in contextu. *belcio* Vulc. 2. typothetarum errore. *spartee* G. 1. 2. D. L. O. δ. f., quod bene iudicat Oud. ex praegressis male esse repetitum. *eximie* in F. 3. scriptum est, *i* ab eadem manu superaddito. *indignus* F. 1. 3. P. Vulc. 2. Elm. *indigenus* G. 2. D. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Ald. Iunt. 1. et plurimi reliqui codd. *indigus* G. 1. O. B. Venet. 4. Paris. et edd. omnes inde a Beroaldo *indigens* δ. per glossam. *prorsum* F. 3. G. 1. 2. D. f. In cett. *prorsus*. [cf. ad Apol. p. 389. Met. V. p. 319.]

codd. praefert lectionem *conserto*, s. mixto et inter se confuso iunctimque prolato. [*Confertus* vero de denso nec interrupto clamore hic intelligendum esse, quis non videt? Hinc retinenda codd. scriptura est.]

obirem. [Lucian. c. 42. p. 610. ὡς δὲ ἤκομεν, εἰσάγει με εἰς τὸν μυλῶνα καὶ ὁρῶ πολὺ πλῆθος ἔνδον ὁμοδούλων κτηνῶν, καὶ μύλαι πολλαὶ ἦσαν, καὶ πᾶσαι τούτους ἐστρέφοντο καὶ πάντα ἐκεῖνα μιστὰ ἦν ἀλεύρων. καὶ τότε μέν με, οἷα ξένον δοῦλον καὶ φορτίον βωμύτατον ἀρίμενον, καὶ ὁδὸν ἀργαλέαν ἀφεγμένον ἀναπαύεσθαι ἔνδον ἀφῆκαν· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ, ὀθόνῃ τὰ ὅμματά μοι ἐμπετίσαντες ὑποζευγνύουσί με τῇ κώπῃ τῆς μύλης, εἶτα ἤλαυνον. ἐγὼ δὲ ἠπιστάμην, ὅπως χρὴ ἀλεῖν, πολλάκις παθών. προσεποιούμην δὲ ἀγνοεῖν, ἀλλὰ μάτην ἦλπισα. λαβόντες γὰρ πολλοὶ τῶν ἔνδον βακτηρίας, περιίστανταί με καὶ μὴ προδοκήσαντα ὡς οὐχ ὁρῶντα παίουσιν ἀθρόᾳ τῇ χειρὶ, ὥστε μέ ὑπὸ τῆς πληγῆς ὥσπερ στρόμβον ἐξαπίνης στρέφεσθαι καὶ πεῖρα ἔμαθον, ὡς χρὴ τὸν δοῦλον, ἐς τὸ τὰ δέοντα ποιεῖν, μὴ περιμένειν τὴν χεῖρα τοῦ δεσπότου.]

Cap. XII. *sectae.* Hoc vocabulum Beroald. optime ita explicat: Translatio a philosophis, qui ab una secta ad alteram transfugiunt. Lucius, qui prius expers et ignarus operis pistorii videbatur, nox excitatus plagis coepit scienter circumagere rotas pistrinenses, et ita a secta ignaviae ad sectam industriae subito translatus commovit risum circumstantibus. Praeterea *sectae* nomen bene quadrat illi, qui sectatur discursus multivios in mola pistrinensi circumagenda.

helcio sparteo. [De *helcio* cf. Voss. Etymol. s. v. Scheff. de Re Vehic. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. V. p. 1142. Unde *Helciarii*, qui loris et capistris iuncti, adversis fluminibus aut contrario vento naves vel machinas molasque trahebant. cf. Intt. ad Martial. IV. 64. Popma de Operis Serv. in Polen. l. d. T. III. p. 1364.]

indiguus. [*Indigus* lectionem Oud. perperam ea de caussa reiicit, quod quantum sciat iungi hoc vocabulum soleat genitivo, nusquam ablativo, quem errorem iam reprehendit Forbig. ad Lucret. V. 225. *indigus omni vitali auxilio.* Nec adversatur haec constructio

tamen familiari curiositate attonitus et satis anxius, postposito cibo qui copiosus
616 aderat, inoptabilis officinae disciplinam | cum delectatione quadam arbitrabar. Dii boni! quales illic homunculi vibicibus lividinis totam cutem depicti, dorsumque plagosum scissili centunculo magis inumbrati, quam obtecti, nonnulli exiguo tegili tantummodo pubem iniecti, cuncti tamen sic tunicati, ut essent per pannulos manifesti, frontes litterati, et capillum semirasi, et pedes annu-

actonitus D. *anxius* D. *et postposito* δ. *efficinae* G. *disciplinam officinae* (sed signis " " utrique vocabulo appositis indicatum est, vocabula esse transponenda.) G. 2. *deletatione* G. 1. *delectione* Ald. *quale illic* F. 1. P. texte Kim. sed P. habet *quales* in excerptis Oud. *quales illi* f. Colv. Vulc. 2. Merc. Wow. Pric. *illi* omnino non comparet in δ. *in vicibus* F. 3. *invicibus* G. 1. 2. D., quos Oud. dicit *cicicibus* habere, praeterea in F. 1. f. δ. P. p. O. conspicuum. *vicibus* p. *libidinis* F. 1. 3. G. 2. O. D. P. I.. f. δ. p. *libidis* in excerptis G. 1. Oud. erat, sed ibi *libidis* i. e. *libidinis* aperte scribitur. *sciscili* G. 1. *scissibili* O. a m. p. *cicili* δ. ex quo cavet Oud. ne quis effingat *cilicio* vel *cilicino*, de qua vili veste praeter Salm. ad Solin. c. 23. *tentoria cilicia* multi multa collegere [cf. Init. ad Liv. XXXVIII. 7.] *centuculo* G. 2. P. D. δ. Iunt. Ald. Colin. *tantumnio* G. 2. D. ex compendio *tantummio* i. e. *tantummodo*. *tegi* δ. *iniecti* recte Colv. rescripsit cum Lips. Elect. II. 15. confirmantibus Mss. omnibus. Denotat habitum incuriosum et incomtum. cf. Met. II. p. 135. *truncati* δ. *fronte* δ. *litturati* L. *liliterati* D. *semirasci* Vicenz. Venet. 2.

analogiae. Ut enim *indigens* et *indigere* et genitivum et ablativum adsciscunt, ita quoque *indigus* admittere potest utrumque casum, quod ni ita esset, dubitari quoque deberet, an *indiguus*, quod eiusdem non solum originis sed sententiae quoque est, construi ita liceret. *Indiguus*, quod ceterorum codd. lectio *indignus*, loci Paul. Nol. et analogia adiectivorum, ut *adsiduus*, *continuus* al. defendunt, bene ab Oud. in contextum receptum est.]

vibicibus lividinis. Floridus hic hypallagen statuit pro *livedine vibicum*, Salmas. in Plin. Exercit. p. 89. legit *livedineis*, ut saepe *eis* et *iis* contracta reperiuntur in *is*. Oud. ex lectione G. 1., quam *libidis* dicit esse, simpliciter emendat *lividis*. *Lividulis*, quod Markl. ad Stat. Sat. IV. 9. 24. voluit, non videntur corrupturi fuisse librarii. Sed coniecturae hic locum non esse, bene iam vidit Oud., qui *livedinus* adiectivum esse demonstrat ex analogia verbi *lividinare* i. e. *livore laborare* apud Petron. c. 138., de quo videndae N. Heinsii et I. G. Graevii mutuae litterae in Epist. Corp. T. IV. p. 306. 307. [Id unum miror, quod Oud. adiectivum *livedinus* nec *lividinus*, quod codd. optimi flagitant *libidinis* legentes, defenderit, quum forma *lividinare* iam probet, *lividinus* nec *livedinus* esse scribendum.] Sententiam loci Beroald. bene explicat: *vibices* sunt plagarum notae verberumque vestigia in corporibus, dictae quia vi fiunt, *lividinis* quod flagelli plaga livorem facit.

totam cutem depicti. Colvius bene comparat Plaut. Epid. V. 1. 20: *ex tuis verbis meum futurum corium pulerum praedicas, Quem Apelles atque Zeuxis duo pingent pigmentis ulmeis.* [Plura de loci sententia et dictione dabit Cort. ad Lucan. V. 171.]

dorsumque plagosum. [cf. Spanh. ad Iul. Caes. p. 41. et Preuv. p. 26. edit. Gall.]

exiguo tegili. Gulielm. Verisim. II. 5. emendat *exiguo tegillo*, quod Wass. defendit ex Gloss. Vulc. p. 151. *tegeticula* τορμίδιον *tegillum* χαλυμμάτριον et praeterea Plauti Varronisque auctoritas tuetur. Nec Oud. alienus est ab ista coniectura, quamquam contra codd. quidquam mutare non audet. [cf. Taubm. ad Rudent. II. 7. 18. qui idem in nostro loco *tegillo* comprobat. *Tegili* equidem retinui propter formae insolentiam, quae hoc uno Apuleii loco se tuetur. Porro substantivum, non adiectivum esse *tegili* offensioni est.]

tunicati. [De servis *tunicatis* cf. Pignor. de Serv. in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. III. p. 1215., qui memoria falsus legit *ita tunicati*.]

litterati. Servorum nequam frontes inuri inscribique a dominis solebant. [Plures locos Colv. excitat, quos longum

lati, tum lurore deformes, | et fumosis tenebris vaporosae caliginis palpebras 617
adesi, atque adeo male luminati, et in modum pugilum, qui pulvisculo perspersi dimicant, farinulenta cinere sordide candidati.

tum lurore F. 3. φ. Wower. et seqq. *in* G. 1. ?. O. P. D. *cum* F. 1. p. *d.* edd. vett. usque ad Wower. *lucore* F. 1. p. *lutore* Vicent. Wower. inconcinne emendat: *cutim lurore deformes*, quum praecesserit: *cutim depicti*. *famosis d. fumosi* p. *obesi* B. cf. ad Met. VIII. p. 567. *visceribus adesis*. *palpebris adhesi* p. *adhesi* etiam in G. 1. Pricaeus existimat, fortasse melius reponi *ideo*. Sed conf. ad Met. VIII. p. 571. *quare adeo*. *lumiati* D. *et in modum* Mss. et edd. omnes praeter (B?) Colv. Vulc. 2. (in cuius marg. Lindenbrog. e cod. Florent. 1. nihil emendavit) Merc. Wow. ex typothetarum errore. Voces *qui pulvisculo perspersi dimicant* quasi glossam uncinulis inclusit Scriverius. *perspexi* pro *perspersi* G. 1. *farinulenta* F. 1. 3. G. 1. 2. P. R. f. L. *d.* p. *farinulenta* D. In cett. *farinulento*. *ernore* B. pro *cinere*. In *d.* est *curie* unde Oud. emendat *cariei* (?), quia ita scripserint quidam librarii, nescientes, *cinere* feminino genere posse dici. [Sed ipse vidit propter sequens *cervice cariosa*, ubi P. legit *cariosa*, ferri non posse. Praeterea cod. *d.* tam mutilatus et a manu secunda vel tertia corruptus est, ut mirum sit, quod Oud. in huius codicis gratiam tam saepius ingenium exercuerit.]

est describere, quum res hodie notior omnibus sit; cf. Popm. de Oper. Serv. in Pol. l. d. p. 1369 sq. Pignor. d. l. p. 1144. Hanneken. de Cura Domest. Rom. diss. II. c. 2. in Salleng. Nov. Thes. Antiqq. T. I. p. 1268. Lips. Elect. II. c. 15. p. 805. ed. Vessal. Intt. ad Horat. Epist. I. 15. 37. ad Iuven. XIV. 24. ad Petron. 103. p. 623. Burm. *Inscripti* et *scripti* tales servi nominabantur cf. Salm. ad Spart. Hadr. c. 8. T. I. p. 173.]

semirasi. [cf. Lips. Elect. II. c. 15. p. 806. Scal. ad Catull. LVI. 5. Turneb. Advers. XX. 9. 865. Servitia enim, quae in pistrinis et ergastulis, semirasa erant.]

annulati. [cf. Lips. Elect. II. c. 15. p. 803. Spon. Misc. Erud. Antiq. Sect. IX. Statuae. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. IV. p. 1274., qui hunc locum excitat; Kirchm. de Annul. p. 3. Totum locum, ut servorum pistrinariorum condicionem exponeret, descripsit Pignor. de Servis in Polen. l. c. T. III. p. 1142.]

fumosis tenebris vaporosae caliginis. [Miror interpretes, quod in hac verborum copulatione non offenderint, qua abundantiam Afrorum toties ab iis vituperatam illustrarent. *Tenebrae* et *caligo* saepius coniungi exempla indicant, a Doederl. in Synonym. T. III. p. 166. prolata et Apulei alter locus Met. IX. p. 655. *tenebris illunae caliginis*. *Vaporosa caligo* debet explicari: *fumosae tenebrae*, quae vapores emittunt multitudine servorum in ergastulis nascentes subobscuris et ita palpebras eorum anbedunt, unde etiam servi *male luminati* nominantur, quippe qui hebetes oculos habeant aciemque solis propter locorum in quibus habitant tenebrosam obscuritatem tolerare nequeant. *Famosis* in nonnullis codd. male abiit in *famosis*, ut apud Iuvenal. Sat. VIII. 7. 8. *Corvinum posthac multa deluxere* (ita enim legendum est) *virga Fumosos Equitum cum dictatore magistros*.]

in modum pugilum etc. De hoc more Ambros. de Offic. I. fol. 8: *Quoniam qui non subscripserint ad coronam, non tenentur ad laborem certaminis, non se perfundunt oleo, non oblinunt pulvere, quos manet gloria, expectat iniuria*. Tertull. de Pall. c. 4. de Coron. Mil. c. 3. [Intt. ad Petron. c. 126. p. 776. Burm.]

farinulenta cinere. Antiquos *cinis* in femipino genere usurpasse, iam lexica docent quaeque exponit Voss. Arist. T. I. p. 375. Foertsch. Scalig. ad Auson. Parent. 27. Maff. in Mus. Ver. p. 171. *cinis hic adoperta quiescit*. [Barth. Advers. XXXVI. 13. p. 1653.]

Digitized by Google

CAPUT XIII.

Iam de meo iumentario contubernio, quid vel ad quem modum memorem? Quales illi muli senes vel cantheri debiles? circa praesepium capita demersi contruncabant moles palearum: cervice cariosa vulnerum putredine, follicantes
618 nares languidas assiduo | pulsu tussedinis hiulci, pectora copulae sparteae tritura continua exulcerati, costas perpetua castigatione ossium tenus renudati, ungulas multivia circumcursione in enorme vestigium porrecti, totumque corium

iumentorio edd. vett. ante Colv. praeter Iunt. 2. Sed bene Colvius ex codd. *iumentario* restituit ex analogia adiectivorum *momentarius* a *momentum*, *argentarius* ab *argentum*. cf. Intt. ad Suet. Claud. c. 2. [Gloss. Philoxen. p. 127. *iugmentarius κτηνίτης*. Gloss. Cyrill. p. 523. *κτηνοστάσιον iumentarium* et *κτηνοτρόφος iumentarius*.] *vel quemmodum* D. *a quem modum* G. 1. a m. p. *memorie* d. *cantheri* F. 3. G. 1. 2. D. *cantari* O. a m. p. In cett. *cantherii*. *debilis* D. *demensi* G. 1. (neque a m. s., ut in Oud. excerptis erat, sed a m. p. Nam manum secundam in hoc certe vocabulo in codice non deprehendi.) G. 2. et O. a m. p. et pro varia lectione P. in excerptis ad marg. ed. Colv. *contrunchabant* G. 2. D. *mores* pro *moles* d. *pallearum* G. 2. *paleorum* G. 1. et O. a m. p. *curiosa* G. 2. *cervice curiosa, vulnerum* male distinctum est in D., ut tota hac descriptione male interpungunt edd. priscae, inprimis Vicent. Pricaeus pro *vulnerum* maluit *ulcerum*. *follicantes nates* L. *folicantes*. *Nares* G. 1. *folicantes* G. 1. P. cf. Salm. ad Tertull. de Pall. p. 151. *nare* p. *languidas: assiduo pulsu tuss. hiule. pectora*: ita distinguunt edd. vett. unque ad Colv. *tessedinis* Vicent. *inulci* F. 1. *hiulti* G. 2. *huiliti* D. *pectore* O. a m. p. *tectura* L. *spartea* F. 1. (nec *sparta*, ut Oud. in suis excerptis invenit.) et F. 3. *ossum*, quod in utroque G. legi adnotat Oud., ibi non est, sed ut in ceteris *ossium*. De forma *ossum* cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 630. *tenuis* G. 1. 2. D. L. *renndati* Vicent. *in ultima* pro *multivia* G. 2. D. P. L. *multiinga* Elm. Scriver. Florid. *circumcursione* F. 1. 3. Iunt. 2. Scriv. Pric. Florid. *circumcussione* G. 1. In cett. *circumcisione*. Sopingius divinavit *circumpisatione* vel *circumtrusatione*.

Cap. XIII. *demersi*. N. Heins. ad Ovid. Fast. I. 141. et Val. Flacc. VIII. 65. malebat *deversi* vel *diversi* cf. ad Met. IX. p. 598. Sed vide Burm. ad Nason. et Valer. commentarium, docentis, *mergere* saepe nihil aliud esse, nisi omnino declinare, deprimere, cf. Oud. ad Lucan. VII. 183. Stat. Sil. II. 1. *Tollis mersum luctu caput*. Sen. Nat. Quaest. I. 16. Boeth. Cons. Phil. III. pros. XI. *in terras capite demerso*. Eginh. in vit. Carol. Mag. c. 32. *Equus capite deorsum merso decidit*. Intt. ad Sil. X. 78. Apul. Met. X. p. 729. *gravedine somnolenta iam demersus*. Praeterea initio Heins. inculcat *qui*, at contra Apuleii genium cf. ad Met. I. p. 76.

moles. Heins. ad Ovid. Met. V. 450. et Fast. I. 450. substituere conatur, sicut hinc alibi citat, *culmos*. Accedere eius sententiae cum Oud. nequeo. Bene grandes acervi magnique cumuli dicuntur *moles*, ut saepe ab Apuleio aliisque magnum quodcunque corpus vocatur *moles* cf. Met. VI. p. 409. *libratis pinnarum nutantium molibus*. VII. p. 480. *Tanto me premebat pondere, ut sarcinae molem elephanto, non asino paratam putares*.

hiulci. [De voce *hiulcus* cf. Pric. ad Apol. p. 500. *naribus hiulcus*. Isid. Gloss. p. 683. *iulca sissilia* Placid. Gloss. p. 469. *hiulca sunt quae aperiuntur, ab hiando dicitur, hiatus enim apertio est; et sunt rimae in vasis, fula in terra*, (ubi lege *fissura in terra*, quod ex praecedenti syllaba *sis* facile poterat corrumpi) *et quando aes suo candore finditur* (cf. Stat. Theb. I. 26.) *aut si ovum in partes aperias*. (cf. Claudian. Praef. ad III. Consul. Honor. 4.)]

sparteae tritura. [Optime codd. praebent *spartea tritura*, quam lectionem in textu ponere non dubitarem, nisi concinnitas obstaret orationis, quae postulat, ut utrique substantivo addatur adiectivum. Per se enim et Apuleii ingenio valde conveniens per Hypallagen, quam nominant, *copulae spartea tritura* pro *copulae sparteae tritura* dici potest, adeoque illa dictio poeticum quid redolet; at quia *continua* ad *tritura* additum est, non probatur. Unde ceteros codd. quamvis invitissimus secutus sum.]

circumcursione. Haec lectio, quae sine dubio vera est, diverso modo ab

veterno atque scabiosa macie exasperati. Talis familiae funesta mihi etiam metuens exemplum, veterisque Lucii fortunam recordatus, et *ad ultimam salutis metam detrusus merso capite* | moerebam. Nec ullum uspiam crucia- 619

veterana G. 1. O. a m. p. *veterna* R. f. *d.* L. Colv. Vulc. 1. Merc. Wow. Pric. Florid. probavitque Barth. Advers. XXXIII. 5. p. 1517. e Fulgentii *veterna rupe*. *veterrima* P. teste Elm. *uterima* G. 2. D. P. in excerptis ad marg. ed. Colv. In cett. codd. et edd. *veterno*. *veteris* omissa particula *que* d. *exasperatum* f. *ad ultimam salutis metandem tru summisso* F. 3. *ad ultimum salutis meae me tandem trusus* al. *detrux.* in excerptis F. 1. Lindenbrog. legitur. *Trusum* legi in F. testantur excerpta ad marg. ed. Colv. *ad ultimum salutis trusum tandem summisso capite* F. 1. teste Elm. *et ad ultimum salutis meae me tandem trusus* F. 1. teste Oud., qui in altero legi *detruxus* adnotat. *et ad ultimam salutis me tandem trusu misso* G. 2. D. in codd. *ad ultimam salutis me tandem trus summisso* G. 1. Oud. ex G. 1. 2. et *d.* ita enotat: *et ad ultimum salutis meae (me* G. 1. et 2. a m. s. Sed in G. 2. primum *mee* scriptum erat, lineola ab eadem manu *e* obducto.) *tandem trus. ad ultimam salutis tandem trasumisso* P. teste Wower. *et ad ultima salutis me tandem trus.* P. teste Oud. *me tandem trussumisso* P. in excerptis ad marg. ed. Colv. *et ad ultimam salutis meae trusum submisso* R. teste Rondo. *et ad ultimam salutis meae tandem trus summisso* R. f. teste Oud. Al. *transubmisso*. *Et ad ultimum salutis me tandem trusum misso* Q. *ad ultimam salutis me tandem trusum* p. *ad ultimum salutis trusum tandem submisso capite* B. teste Elm. *et ad ultima salutis metam detrusum* B. teste Oud. In excerptis Mod. est: *ad ultima salutis meram detrusum. ad ultima salutis me tandem trusum* edd. vett. usque ad Colv. *et ad ultima salutis iam detrusus* Wow. Pric. Vulc. 2. Elm. *et ad ultima salutis iam detrux* Vulc. 1. Colv. Merc. *et ad ultimam salutis metam detrusus* Scriv. Pric. Florid. Oud. *ultum* p.

Intt. corrumpitur, ut ab Elm. *circumitione s. circuitione* praeferente. [Originem corruptelae *circumcisione* bene explicat Guelf. 1. scriptura *circumcusione*, quae facillime in *circumcisione* per librariorum temeritatem abire poterat.] Contra sententiam huius vocabuli iam Elm. haec bene annotat: Si enim circumcisae ungulae, non porrecti muli in enorme vestigium, sed in exile; imminutae utique ungulae. Sed intelligit ungulas crebro et frequenti circuitu dilatatas. *Circumcursiones* sunt, quas Apuleius supra p. 615. nominat *discursus alacres* et incertus poeta apud Pith. Epigr. IV. p. m. 134. *gyros*: *Linque precor gyros. Poteris pistore ministro Candentis quadrae minus habere sedens. Per te namque terens Cererem, patiere labores, Quos quaerens natam pertulit ipsa Ceres*, ut ille locus ex coniectura Oud. legendus est.

veterno ex optimis codd. cum Oud. edidi; nam *veternus* substantive dixit Apuleius Met. X. p. 695. *qui morbi inextricabilis veterno implicitus.* [cf. Intt. ad Fest. T. II. p. 742. Lindem. Taubm. ad Plaut. Fragm. p. 1462. Intt. ad Virg. Georg. I. 124. ubi cf. Serv. ad Horat. Epist. I. 8. 10. Kopp. ad Mart. Capell. IX. §. 1000. *Testem ergo nostrum, qua veternum prodidit.* Arntz. ad Pac. Panegyr. p. 32. Hic *veternus* de imbecillitate decrepita, quae senectutem laboresque sequi solet, de vieto et flaccido asinorum corpore dictum est, neque vero de phthisi, ut alii volunt, v. c. Scal. ad Fest. l. c. Hanc enim *scabiosa macie* exprimi malo. Ea igitur praeter codd. auctoritatem me movet caussa, cur cum Oud. minus ad lectionem *veterna* inclinem, quam ideo tantum se non recepisse dicit, quod *veternus* adiectivum ei ex Fulgentii auctoritate se non satis comprobaverit. Sed conferantur, quae Munk. ad h. l. p. 606. profert exempla. Recte enim ii agunt, qui *veternus* proprie adiectivum esse proponunt, ita ab *vetustus* diversum, ut potius ad debilitatem segnitiemve senectutis transferatur; unde non probatur *veterna macies.* cf. Prisc. II. 11. p. 100. Krehl. *Vetus praeterea veternus facit non solum veteranus, sed diversas habet significationes* Doed. Synonym. T. IV. p. 85. Librarii igitur, qui *veternus* adiectivum esse putabant, *veterna* corrigebant.]

ad ultimam salutis metam detrusus merso capite moerebam. Quum omnes codd. probam lectionem non praebeant, ad coniecturam fugiendum est. Colvius emendavit: *ad ultima salutis iam de-*

bilis vitae solatium aderat, nisi quod ingenita mihi curiositate recreabar, dum praesentiam meam parvi facientes, libere quae volunt omnes et agunt et loquuntur. Nec immerito priscae poeticae divinus auctor apud Graios, summae prudentiae virum monstrare cupiens, multarum civitatum obitu et variorum populorum cognitu summas adeptum virtutes cecinit. Nam et ipse gratas gratias asino meo memini, quod me suo celatum tegmine variisque fortunis exercitatum, etsi minus prudentem, multiscium reddidit.

nixi G. 1. *hisi quid* Ban. 1. *ingēta* G. 1. *quod colunt d. esse* addit O. *et agunt: loquuntur* Vicent. Venet. 2. *poeticae priscae* G. 1. *actor* G. 2. P. D. *diuinus* Vicent. *ganos* pro *Graios* D. *Grecos Graios* e glossa *d.* cf. ad Met. I. p. 11. In vetustis *aptum* pro *adeptum* a verbo *apiscor*, quod in l. 1. ff. de acquir. possessionib. Sic in marg. Vir doct. f. Toll. ut Ter. Heaut. V. 3. 15. *deorum vitam apti sumus.* At Oud. nec ego in ullo cod. ita scriptum vidimus. Et Apuleius *aptus* passim usurpat passive pro vincto et colligato [cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 407. et Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 833.] *mostrare* G. 1. D. *celatu* G. 2. P. D. *exercitatum. Etsi* G. 1. Wower. et Pricaeus *exercitum* sine ulla caussa. *certe*, quod ante *multiscium* extat, non comparet in F. 1. G. 1. 2. O. D. B. L. P. R. f. *d.* p. Edd. omnes retinent. *multisscium* G. 1. *multiscitum* p.

trux, Stewech. *ad ultimam salutis metam detrusus summisso*, quam coniecturam etiam Oud. amplexus est et Ruhnken. in textu posuit. Quam quin ego quoque comprobem, me impedit constans librorum lectio *tandem tru summisso* vel *trusu misso*, quae evincit, semel tantum syllaba *su* vel *sum* in codd. fuisse, quam propter similitudinem sonorum semel excidisse parum probabiliter exponit Oud. Ita enim *omnes* codd. non aberrassent. Tota loci difficultas sublata esset, si vel per usum vel per analogiam comprobari posset vocabulum *detrux*, quod praeterea cod. Florent. 2. auctoritate stabilitur. Tum ita legendum esset: *et ad ultimam salutis metam detrux summisso capite*, et facile explicaremus, quomodo in Florent. 3. aliisque codd. lectio *tru* et *trussumisso* aliae exortae essent. Ne vero audacior esse videar, hoc vocabulum reieci, quamquam non negandum est, ita optime etiam corruptelam loci explicari posse, quae librariis usitatissima est, sicubi novum quoddam vocabulum deprehendunt. Aliter nisi obstaret particula *et* cum edd. vett. legi posset *ne ad ultimam salutis metam detrusum merso capite moerebam*, ut *moerere*, id quod saepius usu venit, activo sensu dictum esset. At exemplum constructionis *se moerere* in promptu non est. His accuratius consideratis, meam qualemcunque coniecturam in textu posui. Primum enim probo emendationem Stewech. *ad ultimam salutis metam*, cf. Met. III. p. 129. et IV. p. 281. *Quamquam enim vitae ultimas metas obiret.* Ovid. Trist. I. 9. 1. *metam vitae tangere. Metam* enim *detrusus* verba corrupta sunt in *me tam de trusus*, quod quum interpretes non intelligerent, in *me tanden trusus* abiit. *Trusum*, quod optimi codd. constanter praebent, ita exortum puto, ut prius *trusus merso* scriptum fuerit, dein quum *merso* in *misso* depravatum sententiam non praeberet, postrema syllaba voc. *trusus* ad posterius vocabulum tracta sit, itaque *tru summisso*, ut in F. 3. aperte legitur, evaserit. *Misso* si ullo exemplo comprobari posset pro *demerso*, *depresso* dici apud veteres, non sollicitarem, quia vero quae afferri possunt exempla semper adiunctam habent notionem loci inferioris, in quem quis mittitur, ut apud Manil. V. 190. *cacco missa profundo*, *misso* hoc loco stare nequit. Hinc emendavi *merso*, quod quoties cum *misso* in Mss. confundatur, notissimum est. cf. Cort. ad Lucan. III. 748. De dictione *caput mergere* cf. Dr. ad Sil. Ital. X. 79. *Ut canis occultos agitat cum Belgicus apros, Erroresque ferae sollers per devia mersa Nare legit.* Colum. de R. R. III. 18. *Reliqui duo vel tres fructuarii oculi penitus in terram deprimantur, mersique non materias, sed radices creant.*]

multiscium reddidit. [Particulam *certe*, quae in aliquot codd. ante *red-*

CAPUT XIV.

Fabulam denique bonam praeceteris suave comptam | ad aures vestras 620
afferre decrevi, et en occipio. Pistor ille, qui me pretio suum fecerat, bonus alioquin vir et apprime modestus, pessimam et ante cunctas mulieres longe deterrimam sortitus coniugam, poenas extremas tori larisque sustinebat; ut hercules eius vicem ego quoque tacitus frequenter ingemiscerem. Nec enim vel unum vitium nequissimae illi feminae deerat; sed omnia prorsus, ut in quandam coenosam latrinam, in eius animum flagitia confluxerant: saeva, scaeva,

suave compertam L. *suavem compertam* B. p. cod. Beroald. *offerre* G. 1. *et en occipio suum fecerat* D. omissis: *pistor ille, qui me pretio* vocabulis. *ille* non comparet in G. 2. P. *pretio mef. et alioquin* Venet. 4. Bas. 1. *alioquin* exulat a B. In Edd. Bas. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. *alioqui* contra Mss. plerorumque lectionem *alioquin*, quam quidem omnes, quos ego in manibus habui, codd. praebent. *coniugam* F. 1. G. 2. D. P. Q. R. f. p. L. *ô.* cod. Urs. B. Vulc. 2. Scriv. [In Elm. editione legitur *coniugem*, sed legi eum voluisse *coniugam*, probat adnotatio: *coniugam*]; alii *coniugem*. In erratis tamen non positum est, nec librarius cod. F. 3. emendavit. Nisi ille ipse notam Elm. contuleri, satis exclusando errore mendum illud, quod puto, reliquit. *Coniugam* enim hic legendum esse ceteri codd. aperte vindicant. [cf. ad Met. VI. p. 388. *Magni Iovis germana et coniuga.* VIII. p. 364. *famulitio conservam coniugam*, ut aliquot codd. praebent.] In cett. codd. et edd. extat *coniugem*. *sortitus est coniugam* G. 1. *thoris* G. 2. D. *substinebat* G. 1. D. *ingemisserem* G. 1. *ingemescerem* G. 2. *frequenter ingem.* inverso ordine G. 2. P. D. Negligenter contra Mss. et Edd. omnes edi curavit Floridus *illum*, omissa *vel* particula. *de'raat* D. *et in quandam* O. a m. p. *animam ô. animae* Iunt. 1. Aldin. *In eius animae scaeva flagitia confluxerant, saeva, viriosa* Iunt. 2. *confluxerant flagitia* edd. vett. ante Colv. *seva sceva* F. 3. O. p. f. *sceua sceua* G. 2. P. D. *seva scena* G. 1. In cett. *scaeva saeva*. In Venet. 2. *sceva sceva*.

didit legitur, cum Oud. ablegavi, licet per se non mala sit et auctoritas cod. Florent. 3, eam stabilire videatur, in quo nihil a librario diligentissimo emendatum est, ut ille cum ed. Elm. *certe* in suo codice legisse videri possit. Sed quum ceteri optimi quique codd. particulam exterminent, praeterea haec omissio elegantior sit, quam quae librariorum ingenio tribui queat, quos e contrario constat saepius in tali rerum nexu particulas *certe*, *tamen* post *et si*, *licet*, *quamquam* al. addidisse, a fide codicis optimi gravissimis ductus argumentis recessi. De hac elegantia sermonis cf. ad Met. III. p. 222. *Ego vero quamquam perfectus asinus, sensum retinebam.* De *certe* particula post *etsi*, *licet* positum cf. Hand. Tursell. T. II. p. 602. De *etsi* et *si non* nominibus substantivis et adiectivis et participiis adiunctis, sive sequatur *tamen*, vel *at*, vel *certe* sive non sequatur cf. eund. T. II. p. 604.]

Cap. XIV. *suave comptam.* Ex corrupta sui cod. lectione *suave compertam* Pricaeus fabricavit *suavem compertam* i. e. fabulam, quae comperta est, suavem. Oud., qui in scriptura *suave comptam* ideo offendit, quod non ut fictam fabulam, sed veram historiam narraverit auctor, alteram Colvii coniecturam probat *suave conditam*, quod voc. passim de lepore et suavitate orationis dicatur. [At miror Oud., qui ea de caussa *comtam* reiicere potuerit, quum *comere* eadem sententia usurpetur, ut apud Quint. Instit. VIII. 3. §. 42. *non quia comi expolirique non debeat oratio.* X. 1. §. 79. *Isocrates in diverso genere dicendi nitidus et comtus.* Cic. de Senect. c. 9. *compta oratio.* *Suave compta* igitur oratio nominatur, quia bene et lepide Lucio enarrata erat, neque vero, quia commendicia erat, nam quae luminibus orationis distincta est narratiuncula, ideo, ficta nuncupari nequit.]

suum fecerat. [De hac locutione cf. Gron. et Dr. ad Liv. XLI. 8. §. 12. Apul. Met. X. p. 700. *Miles ille qui me nullo vendente comparaverat, et sine pretio suum fecerat.*]

in quandam latrinam ... confluxe-

Digitized by Google

virosa, ebriosa, perviçax, pertinax, in rapinis turpibus avara, in sumti-

viriosa F. 3. G. 1. 2. D. R. f. O. P. p. *d.* edd. vett. *iniuriosa* L. *turgiosa* φ. *virosa* F. 1. Vuic. 2. Wow. Pric. Errat vero Oud., ex B. lectionem *virosa* excitans, quae sola Modii est coniectura pro *viriosa*, quod in Colv. ed. legitur, ad marginem adscribentis: forte *virosa*. *viriosa vinosa* in f. est teste Roald., quam lectionem suis excerptis confirmari negat Oud. *pernicax* G. 1. *pertinax* perperam exulat ab edd. Wow. et Pricaei. *in* ante *rapinis* deest ed. Bas. 1.

rant. Pricaeus de sententia comparat Cic. Verr. II. 3. 9. *Qui ut ipse non solum vita sed etiam corpore atque ore significat, immensa aliqua vorago aut gurges vitiorum turpidinumque omnium:* Arnob. V. 22. *eadem ubique est Iupiter fabula, neque ullum turpitudinis genus est, in quo eius non nomen consociatis libidinibus conferatis* (ita enim legendum est. cf. ad Met. I. p. 3.) *ut videatur miserabilis prorsus nullam non esse causam ob aliam natus, nisi ut esset criminum seges, maledictorum materia, locus quidem expositus, in quem spurcitiae se omnes coenorum colluvionibus derivarent.* Ita saepius dici *in sentinam confluere* idem demonstrat ex Sall. Cát. XXXVII. §. 5. *postremo omnes, quos flagitium aut facinus domo expulerat, hi Romam sicuti in sentinam confluxerunt.* Script. de Excid. Hieros. IV. 6. *ex diversis regionibus principes flagitiorum quasi in sentinam confluxerant.* Salvian. III. 18. *Quid est aliud pene omnis coetus Christianorum quam vitiorum sentina.* IV. 22. *foetebant, ut ita dixerim, cuncti illius cives coeno libidinis, ... unam illic putes fuisse libidinum fornicationumque sentinam, coenum quasi ex omni platearum et cloacarum labe collectum.*

virosa. Mulierem viri appetentem Beroald. existimat dicendam *viriosam*, quia *virosus* a *virus* veniat, de quo ad Met. VII. p. 483. plura dicta sunt. At Oud. putat *viriosus* a *vires* repeti nec quidquam nisi *validum* significare; *virosum* vero prima longa a *virus*, at prima correpta a *vir* descendere coll. Non. p. 21. s. v: *virosae* mulieres dicuntur virorum appetentes vel luxuriosae Lucil. Sat. VII. *dixi: ad principium venio, vetulam atque virosam Uxorem caedam potius, quam castrem egomet me.* Afranius Divortio: *Vigilans ac solers, sicca, sana, sobria: Virosa non sum, et si sum, non desunt mihi, qui ultro dant, aetas integra est, formae satis.* [Hanc Oud. sententiam comprobo, *viriosus* perversa est lectio, forsitan ex ingenio librarii profecta, qui locum Apuleii cit. ante oculos habuit, ubi *viriosas* legendum esse demonstrasse mihi videor. Ceterorum enim adiectivorum ita terminantium analogia, ut *mulierosus*, adversatur. Unice probari posset adiectivo *uxuriosus*, nisi hoc potius a forma *uxorius* derivandum esset, ut *ebriosus* ab *ebrius*. Ea enim adiectiva, quae in *osus* terminant et a substantivis veniunt, eorum radici *osus* terminationem adiiciunt. Est, qui *vitiosa* legere malit, minus idonea sententia. Male vero agunt, qui ad Gloss. Graec. Lat. p. 374. provocant, ubi recte legitur: *ἀνδρεῖς fortis virilis viriosus.* cf. du Cang. Gloss. med. et inf. lat. s. v. *viriosus.* cf. Sciopp. apud Gell. VII. 12. *qui non modo vinosus sed virosus quoque sis*, ex quo loco demonstrare studet Oud., *vinosa*, quod Fux. praebere dicit Roald., sed Oud. excerptis non confirmatur, hic recipiendum esse; ut *ebriosa* glossa sit librarii. Praeterea *vinosus* propter vocum similitudinem et pares exitus, quibus hic ludere Apuleium apertum sit, comprobari. Quam sententiam lubentissime amplecterer, si modo unus codex addiceret.]

pervicax, pertinax. [Eadem ratione dicit Apul. de Deo Socrat. p. 126. *pervicaci audacia, pertinaci spe.* Pessime nonnulli editores *pertinax* omiserunt, de loci concinnitate parum solliciti, quae adiectivum sequatur vocabulo *pervicax* respondens, apertissime postulat. Fortasse isti putabant, idem significare utrumque vocabulum, unde non raro in codd. ea confundi apertum

Digitized by Google

bus foedis profusa, inimica fidei, hostis pudicitiae. Tunc spretis atque calcatis divinis numinibus, in vicem certae religionis mentita sacrilega | praesumtione 621
Dei, quem praedicaret unicum, confictis observationibus vacuis, fallens omnes homines et miserum maritum decipiens, matutino mero et continuo stupro corpus manciparat.

CAPUT XV.

Talis illa mulier miro me persequebatur odio. Nam et antelucio recubans adhuc subiungi machinae novitium clamabat asinum, et statim ut cubiculo

Perverse sequentia G. 1. et D. ita habent: *in sumptibus atque calcatis divinis numinibus fedis profusa, inimica fidei, hostis pudicitiae. tunc sumptis invicem certae* cett. *tumtis* pro *spretis* G. 1. cf. Met. VIII. p. 551. not. crit. *mentibus* pro *numinibus* B. *sacrilegia* G. 1. Venet. 2. *convictis* edd. vett. ante Colv. praeter Iunt. 2. *coniunctis* Bas. 2. In cett. *confictis*. *fallens vacuens fallens*, priore *fallens* minio obducto G. 2. *vacuens* G. 1. D. P. O. *vanis* F. 3. Vulc. 2. Elm. Pric. In cett. *vacuis*. *miserrimum* f. *strupro* G. 2. D. *strupo* G. 1. *proh corpus* φ. *mancipabat* G. 2. P. D. *mancipavit* G. 1. O.

hodio G. 2. D. *recubans et adhuc* G. 2. L. D., unde Brant. ineptissime ex antiqua vel plane inaudita coniectandi prurigine divinabat *exadhuc*. *ante lucem* p. *subingi* G. 1. 2. O. a m. p. D. f. R. Coll. Voss. *subingum* β. *dictabat* G. 2. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. M. O. *ditabat* G. 1. *ductabat* f. R. β. δ. Coll. Voss.

est. cf. ad Met. V. p. 379. De eorum discrimine cf. Doed. Syn. IV. p. 175 sq. Moser. ad Cic. Tusc. IV. 11. §. 26. T. II. p. 316. Ita comungi possunt, ut apud Front. Epist. ad Caes. III. 2. p. 92. ed. Rom.: *De Herode, quod dicis, perge oro te, ut Quintus noster dicit, pervince pertinaci pervicacia.*]

calcatis divinis numinibus. Perperam Sciopp. in Symbol. et Susp. V. 23. praefert lectionem cod. Bert. *mentibus*. Passim enim *divinum numen* et *divina numina* occurrunt, ut infra p. 626. *divina numina*. XI. p. 752. *divino numinis nutu*. Crebro *deorum numina*. cf. ad VI. p. 408. VIII. p. 582. Virg. Aen. IV. 204. Hygin. Fab. CXXV. Christianam hanc pistoris uxorem fuisse magis apparere dicit Pric. ex voce *praesumptione*, quo vocabulo sanam ac veram fidem pagani appellare soliti fuerint; coll. Tertull. in Apol. 22. *Haec sunt quae in nobis solis praesumptione vocantur*. Honor. Ethn. apud Symmach. *obstinationis praesumptionem*. [cf. Las. ad Tertull. de Test. Anim. c. 4. Rig. p. 66. C. qui nostrum locum excitat.]

observationibus. Ita vocat Apuleius notante Pricaeo cerimonias cultui religioso congruentes, ut in Apol. p. 514. *vulgatissima observationum consuetudine* et Met. XI. p. 797. *vir sobriae religionis observatione famosus. Vacuas* autem *observationes* explicat idem hymnos, preces et ἀγάπας illas, quibus horis operabantur matutinis veteres Christiani, et quas identidem diffamabant Idololatrae illi, non tam religiosos ritus, quam crapulae libidinis auctoramenta; cit. Tertull. ad Uxor. II. 4. *Quis coniugem suam ad convivium dominicum illud, quod infamant, sine scaeva suspicione mittet?* Minuc. Fel. c. 9. §. 8 sq.

vacuis. Non possum non hic quoque a lectione cod. Florent. 3. recedere, qui, si fides collationi meae habenda est, *vanis* cum ed. Elm. habet, quum ceteri optimi in *vacuis* vel ei simillimo consentiant. *Vanis* enim potius videtur esse librarii cuiusdam interpretamentum, qui *vacuis* adiectivi significationem ignorabat. Sed cf. ad Met. X. p. 720., ubi identidem Mss. variant. Intt. ad Ovid. Met. VII. p. 786. Barth. ad Calpurn. Ecl. III. 170. Miscell. Observ. Vol. VIII. T. I. p. 205. 235. [Barth. Advers. XVIII. 2. p. 895. Doed. Syn. T. I. p. 99 sq. Intt. ad Tac. Ann. I. 3.]

CAP. XV. *subiungi machinae novitium clamabat.* Merae allucinationes

Digitized by Google

primum processerat, insistens iubebat incoram sui plagas mihi quam plurimas irrogari, et cum tempestivo prandio laxarentur iumenta cetera, longe tardius
622 applicari praesepio iubebat. | Quae saevitia multo mihi magis genuinam curio-

institores iubebat β. *institens iubebat* δ. *insistens iniubebat* f. In cett. *insistens iubebat*, nisi quod in uno cod. p. *iubebat* non comparet, quem Oud. secutus est Ruhnkenio probatus, qui *iubebat* ex contextu exterminavit. *in memoriam* pro *in coram* G. 1. a m. s. in contextu habet, ab altera manu in marg. correctum est *in coram*. *inurgeri* pro *irrogari* p. *lassarentur* G. 2. L. D. *praesepio me iubebat* G. 1. f. β. M. *me praesepio iubebat* G. 2. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) δ. O. Incert. Scriver. (neque vero in B. Nam lectio *me*, quae in marg. adscripta est, non ad B. pertinet, sed ad P.) *iubebar* F. 1. (certe Lindenbrog. nihil correxit) Venet. 4. Vulc. 2. Colv. Merc. Wow. Elm. Pric. Florid. In cett. *iubebat* (quod aperte scribunt F. 1. P. B. in excerptis ad marg. ed. Colv.) *geminam* L. *gemmnam* G. 2. *grumnam* δ. *gemmina* D. *curiositate* G. 2. D.

sunt ceterorum codd. scripturae, quas ne defendere quidem Oud. debebat, licet genuinam lectionem comprobaverit. *Dictabat* esset dicta dabat, et edicebat, ut magistra et dictatrix; cf. Met. XI. p. 812. At *clamabat* est *cum clamore dicebat, poscebat*; cf. ad Met. III. p. 176. *praecone silentium clamante*. Haud necessario igitur Oud. emendabat *subiugum machinae novitium duci vel dari dictabat asinum* ex Met. VII. p. 474. *molae machinariae subiugum me dedit*.

insistens iubebat. Wasse in Miscell. Observ. Vol. II. T. III. p. 397. probabat *institores*, his verbis: „Bembi codex habet *institores*, quod Glossae a Fresnaeo publicatae vertunt per *ἐργαστηριάρχαι* et *institor ἐργοδιώκτης*, quae significatio satis bene loco, quem tractamus, convenit. In iure civili *institor* est homo praepositus cuilibet negotiationi. Et L. V. §. 1. D. de Instit. *Fullonum et Sarcinatorum praepositus*, muliones, stabularii *quoque institorum loco habendi sunt*. In alio loco Glossarium supra laudatum habet *institor ὁ προιστάμενος ἐργαστηρίου*. Arnob. II. 32. utitur verbo diverso plane sensu." Sed bene iam monet vir doctus Burm. in censura huius loci, tum legendum fuisse *irrogare*, ceterum hic *institoribus* locum esse negans, et quamquam hic recte *insistens* capi pro *urgens*, *instans* possit, tamen non tam eo sensu hic Apuleium usum putat, quam ut opponatur praecedenti verbo *recubans*. Nam et electo dedisse iussa illam clamosam, quae ut ex cubiculo processerit, praesens et consistens frui illo spectaculo gavisa sit. Hinc Burm. explicat *insistens* h. l. *consistens* coll. Cic. de Nat. Deor. II. 20. *tum celerius moventur*, tum tardius, tum omnino ne moventur *quidem, sed ad quoddam tempus insistunt* ibid. c. 4. et Curt. VII. 7. Oud., quem ego sequi maluerim, a partibus eorum stat, qui *insistens* explicant *urgens* et *instans*, quippe quod vocabulum in se habeat significationem ardoris, studii maximaeque intentionis; coll. dict. suis ad Caes. B. G. III. 14. Valer. Flacc. III. 486. Veget. III. 17. Virg. Aen. IV. 533. Dict. Cret. IV. 13. Inscript. Afr. apud Shaw. Itin. p. 233. *PELAGI. MERCIB. INSISTEBAM*. [cf. Ded. Gloss. ad Dict. Cret. II. 41. p. 305. Munk. ad Fulgent. Mythol. L. I. praef. p. 596.]

irrogari. [De vi huius vocabuli, quod proprium est latinitatis ecclesiasticae cf. Gron. Monobibl. in Script. Eccl. c. I. p. 15. et P. Baudii de Mort. Pers. Cap. I. p. 13., quos citat Grell. in Add. ad Arnob. T. II. p. 477.]

applicari praesepio iubebat. [Male Oud. contra codd. priore loco *iubebat* expungendum et *me* reponendum esse duxit, quamquam locum, quo *me* collocandum esset, accuratius non significavit. Ruhnken. ante *applicari* intrusit, quum codd. aut ante aut post vocab. *praesepio* interponant. Sed vaga iam illa pronominis *me* sedes monere debebat Oud., ne contra codd. quid immutaret. Librarii enim offenderant in omissione pronominis *me*, quod in antecedentibus non legi viderant; hinc alius alio loco ponit, alii *iubebar* corrigunt. Sed hac ellipsi apud veteres nihil frequentius est, cf. Gronov. ad Rutil. Lup. I. §. 12.

Digitized by

sitatem in suos mores ampliaverat. Nam et assiduo plane commeantem in eius cubiculum quemdam sentiebam iuvenem, cuius et faciem videre cupiebam ex summo studio: si tamen velamentum capitis libertatem tribuisset meis aliquando

sitiebam pro *sentiebam* O. a m. p. *iuvenem* desideratur in O. *aliquando* F. 3. G. 1. O. p. f. et edd. ante Colv. In cett. *alioquin*.

p. 112. Frotscher., qui plures viros doctos addit. In codd. varietate haec lex semper tenenda est, quam Gron. ad h. l. proponit: Cum librarii semper proniores fuerint ad inculcanda quam ad omittenda pronomina, plerisque locis, ubi in aliis codd. reperiantur, in aliis desiderentur, illa deleri malim. Deinde Oud. unius cod. auctoritate nisus perperam delet prius verbum *iubebat*, cuius repetitio ei impedimento erat, quamquam saepius ita veteres locutos esse probant loci Liv. XXVIII. 1. §. 5. *tribunis militum imperavit, ut sarcinas in unum locum coniici iubeant, militem cum armis calloque redire in ordines; factum quod imperavit* et accuratius V. 4. 9. *aut non suscipi bellum oportuit aut geri pro dignitate populi Romani et perfici quam primum oportet* cf. Gron. et Dr. ad Liv. I. 3. §. 9. et quamquam molesti aliquid habet, tamen *iubebat* exstirpandum non est, praesertim quum ceteri codd. omnes tueantur.]

suos mores. Dicendum fuerat *illius.* Non enim *mores saevitiae* sed *mulieris* intelligendi. Quare si vel unus cod. addiceret, Oud. scribendum esse divinavit, *qua*, ut sub *ampliaverat* intelligeretur nominativus personae ipsius mulieris. Et sic video, iam ante eum a Florido et postea ab Harlessio in ed. Altenb. editum esse. [At mutandum *suos* non est, quia ita saepius pro *eius* ponitur cf. Curt. II. 16. *Erat Dario mite ac tractabile ingenium, nisi suam naturam plerumque fortuna corrumperet.* Intt. ad Virg. Aen. IV. 632. Cort. ad Cic. Fam. XI. 11. 2. Dr. ad Sil. XII. 33.]

sentiebam iuvenem. [Suspectam habent Pric. et Oud. vocem *iuvenem*, quam non agnoscit Oxon. Cod. Qui enim, inquiunt, cognoscere quibat esse iuvenem, cum ipse addat, *se* oculis velatum fuisse; neque enim e seqq. scire potuit, quum hic fuerit alius, quam Philesietaerus, eius deinceps adulter. Hinc *ignave* emendat Oud. i. e. tarde et suspensis pedibus; coll. seqq.: *odiosi mariti tui supercilium ignaviter perhorrescit, amoris languidi desidia.* Sed quam egregie erravit Oud. cum Pricaeo, proponente, velamentum hic asini non adulteri esse intelligendum. Provocare possent ad locum p. 614. *velata facie propellor ad incurva spatia flexuosi canalis.* et p. 615. *ut eram luminibus obtectis.* et p. 636. *revelatis luminibus*, at puto, hoc velamentum asinis machinariis non semper obductum fuisse, sed qui nondum adsueti erant molae torquendae, ne in circulum eundo vertigine corriperentur. Dein si tanto velamento caput asini obductum fuisset, quomodo omnino quid tractaret mulier illa perspicere potuisset? quomodo anum illam meretricem cognoscere? quomodo *eundem* hominem *assiduo commeantem* in moechae cubiculum deprehendere? Haec sufficiunt demonstrare, velamentum capitis de adultero esse intelligendum, quod perversum genus hominum ne agnoscerentur faciem obtegere solebant; cf. quae dixi ad Met. I. p. 32. ed. meae, Met. p. 630. *perducit ad domum probeque capite contectum amatorem strenuum infert adusque dominae cubiculum.* Ex tota igitur corporis forma atque filo cognoscere adulterum esse iuvenem Lucius poterat, quamquam eius faciem non videbat, semper probe contectam. Iam particula *et* ante *faciem* ceterum adulteri corpus vidisse Lucium demonstrat, quae si *velamentum* ad *asinum* refertur, iustam explicationem non admittit.]

meis aliquando luminibus. [Hac quam modo vituperavi perversa verborum explicatione factum esse puto, ut Oud. lectionem codd. nonnullorum

Digitized by Google

luminibus. Nec enim mihi solertia defuisset ad detegenda quoquomodo pessimae
[224] feminae flagitia. | Sed anus quaedam, stupri sequestra et adulterorum internuntia, de die quotidie inseparabilis aderat. Cum qua protinus ientaculo ac dehinc vino mero mutuis vicibus velitata, scenas fraudulentas in exitium mi-

solertia defuisset in detegenda G. 1. 2. D. O. a m. p. P. *solertia defuisset detegendo* δ. *solertia defuisset in digerenda* D. *anus* non comparet in p. *strupi* G. 1. *strupri* G. 2. D. cf. p. 621. *sequestret adulterorum* F. 3. *stupri conscia* G. 1. 2. O. P. D. R. f. φ. Coll. Voss. δ. π. Incert. In cett. *stupri sequestra. adulteriorum* cod. Inc., quod ab Sciopp. emendatum perquam placuit Brant. et Oud., contra Mss. quamvis non corrigentl. *inter nunctia* G. 2. *insuperabilis* δ. *lentaculo* Vicent. *iantaculo* p. *ientaculo mutuis ac dehinc vino mero mutuis* G. 2. D. *ac* non comparet in p. *velitata* B. δ. *scenas* p. O. marg. Wow. et sequentes. In cett. omnibus legitur *velitatas cenas* vel *caenas* vel *coenas*.

alioquin praetulerit, quam equidem pro corruptela potius habuerim compendii ᵃ͡ᵍⁿ pro *al'n s. aln* i. e. *aliquando*. De significatione particulae *aliquando*, quae nostrae *irgend einmal, jemals* respondet; cf. Hand. Tursell. II. p. 246.]

stupri sequestra. Sine dubio ex glossemate est scriptura aliquot codd. *conscia*, quod vocabulum multo usitatius est. *Sequestra* est intermedia, internuncia cf. Firmic. Astron. VI. 31. *Aut sequestros aut turpium libidinum ministros faciet*, Apul. Met. VI. p. 444. *virginalis fugae sequestro ministroque*, Oud. ad Frontin. I. 4. 14. *Naves pacis sequestrae.* [Firmic. Astron. III. 13. *sequestres et conscii in quibusdam malis comprehensi maximis periculorum laqueis implicantur*, ex quo loco glossa explicari potest; Taubm. ad Plaut. Rudent. IV. 3. 65. cf. Fest. s. v. p. 261. et Intt. ad h. l. p. 710. Lindem. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 169., qui in L. IV. carm. CCXIV. 7. pro: *Iudicis imperium servans bonitate magistra* legi vult: *bonitate sequestra*, ego tamen malim *ministra*. De forma vide Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 656.]

velitata scenas fraudulentas ... construebat. Diversa ratione huic loco mederi studuerunt viri docti. Colvius emendat: *delicatas coenas fraudulenta in exitium miserrimi mariti*, quam coniecturam Wower. probat, potius tamen Bert. cod. scripturam secutus: *velitata scenas*, quam etiam Elm. praetulit, demonstrans, *scenas* Apuleium non semel pro fraudibus et technis posuisse coll. Met. VIII. p. 538. *Placuit Thrasyllo scena feralium nuptiarum.* p. 588. *turpissimam scenam patefaciunt*; Placid. Gloss. p. 500. *scena vocatur compositio alicuius criminis, quae digna sunt agi in theatro exclamationibus tragicis*, ubi Elm. legi vult *agi in theatro.* [quae glossa hodie ita legitur: *Scena est camera hinc inde composita, quae inumbrat locum in theatro, in quo ludi actitantur. Item scena dicitur arborum in se incumbentium, quasi concamerata densatio, ut subter positos tegere possit. Item scena vocatur compositio alicuius carminis, quod dignum sit agi in theatro exclamationibus tragicis. Tragoedia est enim genus carminis, quo poetae regum casus durissimos et scelera inaudita vel deorum res alto sonitu* (lege *tonitru*) *describunt.* In ea sententia consentit Oud. Sed omnes quos protulit Elm. loci comprobare nequeunt nec unquam comprobari poterit, *scenas* idem esse quod fraudes et technae, sed de loco ad fabularum apparatum et ad externam denique rerum speciem refertur; cf. ad Met. IV. p. 281., ubi accuratius exposui. Ita apud Quint. VI. 1. §. 49. *discutiendae tamen oratione huiuscemodi scenae*, quem locum Oud. excitat, non technas et artificia *scenae* significant oratorum lacrimis iudices moventium, ut Oud. exposuit, sed in universum theatralem istam pompam et apparatum scenicum, quibus auditores decipiuntur. Ego quoque lectionem *scenas* unice probandam puto, ex scriptura *scaenas*

Digitized by Google

serrimi mariti subdolis ambagibus construebat. At ego quamquam graviter succensens | errori Fotidis, quae me dum avem fabricat, perfecit asinum, isto 623
tamen vel unico solatio aerumnabilis deformitatis meae recreabar, quod auribus grandissimis praeditus cuncta longule etiam dissita facillime sentiebam.

CAPUT XVI.

Denique die quadam *tumidae* illius aniculae sermo talis meas adfertur aures: De isto quidem, mi herilis, tecum ipsa videris, quem sine meo consilio

sub dolis G. 1. *subdoli ð. ut ego* B. *graviter* exulat a *ð. f. succensens* O. *succenscens* G. 1. postremo *c* linea obducto. *succensus* G. 2. P. D. f. *photidis* G. 2. D. *fabrica* G. 1. *perfecit* F. 3. G. 2, D. P. *ð. f.* In cett. *perficit. unice* D. *recreabat* G. 1. *cunctae longule* F. 3. In cett. *cuncta longule. et dissita* R. f.

aviculae Vic. *talis quidem meas* φ. *quidem* pro *talis* est in p. *defertur* G. 1. P. B. O. Wow. Elm. Scriv. Pric. Florid. *defert* L. G. 2. D. *afferret* p. *defertur ad* O. *mi hercules* G. 1. (sed ab eadem manu correctum est *mi herculis* cf. ad IV. p. 297. *bono animo sis, mea herilis*, unde perperam legi maluit Roald. *mea heritis. quae sine meo* φ. *ð. f.* Wow. Elm. et seqq. *qm̃* L. In cett. codd. et edd. constanter extat *quem*.

corruptam in *caenas*, prima littera sequentis vocabuli praegresso adhaerente. De *coenis* hic non cogitandum esse, probat voc. *fraudulentas*, praeterea *ientaculo* totusque sententiarum nexus, ex quo non *coenas* exitio fuisse viro miserrimo patet, sed consilia et fraudes, quae moecha et lena conflarunt. *Scenae* igitur *fraudulentae* sunt fraudes, doli mali, quibus marito imponebant, neque vero *scenae* solae, quae hic istos rerum apparatus et species scil. fallaces et dolosas significant. *Velitata ientaculo et vino* dicitur, quae fercula et pocula vicissim cum altera iactat; cf. ad Met. VII. p. 477. *postremis velitatus calcibus.*]

cuncta .... sentiebam. [Ex cod. Florent. 3. lectione *cunctae longule* videtur non ineptum corrigere *cuncta et longule etiam*, ut *et* pro *et quidem* positum sit. Sed quum scripturam pro errore librarii potius habuerim, nihil contra ceteros codd. muto. *Sentire* de auribus audituque cf. Plaut. Curcul. I. 2. 79, ubi cf. Taubm. *tace, tace sentio sonitum.* Truc. II. 2. 29. *sentio aperiri fores.*]

Cap. XVI. *tumidae illius aniculae.* Quia nullibi appareat timor aniculae, Wow. scribendum arbitratur *temulentae*, Sciopp. *uvidae*, Heins. in Advers. I. c. 10. p. 102. *udae* vel *madidae*, Pricaeus *tremulae*, Wasseus, quem Oud. sequitur, *tinnulae* i. e. dicacis et garrulae, qualem et *sermocinatricem immodicam* p. 624. describit. De voce *tinnula* cf. ad Met. I. p. 32., quam nonnulli ibi legunt. [Ego malim *tumidae*, quod loci sententiae et Mss. vestigiis quam proxime accedit. *Tumidus* enim quum ad sermonem refertur, inflatum illud exprimit dicendi genus et vaniloquens, quo videmus hanc anum excelluisse. cf. ad Met. I. p. 32. Quint. XII. 10. §. 12. *M. Tullium suorum hominum temporum incessere audiebant, ut tumidiorem*, ut plane nostro voc. *schwülstig* respondeat, ibid. IX. 4. §. 140. Interpretes, qui *tumidae* absolute ita positum non intellexerunt, in *timidae* mutarunt, de loci sententia parum solliciti, quae *timoris* notionem non admittit, quum e contrario lena ista fortis et audax appareat, adulterum uxori comparando et introducendo. Quoties vero *timidus* et *tumidus* in Mss. confundantur, vix dici potest, ut ubiubi alterutrum legitur, discrepantia lectionis conspicua sit.]

adfertur aures. Nollem optimorum codd. et edd. lectionem *adfertur* temere mutatam esse in *defertur*. Nam Met. V. p. 325. habuimus *multitudinis conserta vox aures eius affertur.* Omnia fere verba, quae motum ad locum significant,

Digitized by Google

pigrum et formidolosum familiarem istum sortita es, qui insuavis et odiosi mariti tui caperatum supercilium ignaviter perhorrescit; ac per hoc amoris languidi desidia tuos volentes amplexus discruciat. Quanto melior Philetaerus,

istum familiarem f. *caperratum* F. 3. G. 1. 2. H *capreatum* O. In cett. *caperatum*. *hac* pro *ac* G. 1. *per hec* G. 1. *volentis* Ms. Beroald., vir doctus in marg. Vicent. meae. Recepit lectionem Ruhnken., sententiae Oud. obsecutus. In cett. codd. et edd. *volentes*. *Philesitaerus* F. 3. *Philesietaerus* F. 1. cum Vulc. 2. hoc quidem loco. In aliis locis aliter. *Philesithaerus* F. 1. teste Klm. *Philesitaerus* F. 1. teste Oud. cum Edd. Colv. Vulc. Merc. *Phylisitteius* G. 2. B. *Philositerus* G. 1. O., qui posterior alibi *Philesiterus* vel *Philisiterus* habet. Plurimi codd. et edd. in lectione *Philesiterus* consentiunt, certe edd. vett. usque ad Vulc. 2.

Apuleius construere solet cum quarto casu, subintellecta praepositione, ut Met. I. p. 24. *si Thessaliam proximam civitatem perveneritis.* VI. p. 443. *extremam loricam pervenerammus.* Alibi *advenire, devenire, revenire civitatem.* cf. ad Met. VII. p. 471. *civitatem revenimus.* IX. p. 673. *civitatem advertat.* p. 667. *viam, quam veneramus.* VII. p. 447. *castra nostra remeastis.* IX. p. 653. *hortum redire* saepius. Perperam Colv. emendat *ferit aures.* [Idem iam exposuit Oud. in Miscell. Vol. III. T. I. p. 137.]

quem sine meo consilio. [Inconsiderate agunt, qui cum Oud. hic *quae* praeferunt, lectionem deterioris notae codicum. Offendebant enim librarii in appositione *familiarem istum*, quae sane quid insolentius habet, neque vero commutari debet.] Dein Heins. ad Ovid. Amor. I. 13. 42. *Num me nupsisti concilianti seni* hic etiam malebat *concilio* pro conciliatione, de quo vocis usu cf. Salm. ad Tertull. de Pall. p. 41. 238. et Conf. Cercoët. p. 24.

caperatum. [Contra Varronis auctoritatem quum agere non ausim, hanc vocem ita scribo, ut nobis ille tradit, quamquam dubius non solum de orthographia eius, sed de origine quoque adhuc haereo. De qua posteriore quam vagas iam antiquitas protulerit sententias, ex Varronis ac Festi testimoniis intelligitur, quorum alter de L. L. VII. §. 107. p. 163. Mueller. *caperata fronte*, inquit, *a caprae fronte in Demetrio*, quocum consentit Non. X. p. 8: *caperare est rugis frontem contrahere et asperare, tractum a caprorum frontibus crispis.* Plaut. Epidic.: *Quid illud est, quod illi caperat frons severitudine?* Varro Eum.: *Quin mihi caperatam tuam frontem Strobile obmittis*, alter p. 37. Lindem.: *caperatum rugosum a caprinorum cornuum similitudine dicitur*, ad quem locum cf. Intt. p. 368. Mirum vero est, quod optimi codd. hic ut Florid. p. 106. *caperratum* duplici r littera scriptum praebent, nec aliter apud Fest., ubi cf. Lindem. adnot. crit., quod de nihilo factum esse negaverim; etsi nescio, unde hoc vocabulum repetendum sit, cuius tamen originem qualis a veteribus ponitur, nemini puto probatum iri; multoque minus eam quam Doederl. Synonym. T. VI. p. 51. profert a *καπρός*, rectius p. 52. *caproneae* et *caperatus* inter se comparans, ut *capronae* sint, quae frontem *caperatam* obtegunt. Idem vocabulum agnoscit Placid. Gloss. p. 450. *caperassere, inrugare, contrahi* et Isid. Gloss. p. 691: *percataprat valde taedet*, ubi emendandum puto: *percaperat valde taedet.* cf. Voss. Etym. s. v. *caper*.]

tuos volentes amplexus. Probat Heins. ad Ovid. Her. V. 45. cum Pricaeo lectionem cod. Beroaldi *volentis*, quam Oud. recipere non dubitavit, coll. Suet. Vesp. c. 5. *ipsos accumbentis pedes*, ad Met. V. p. 378. *meo violentiam perpetraturae pectori*, quem locum eadem ratione Oud. vult explicari. Res est notissima. [Ego tamen cum codd. *volentes* retinui, aut explicans *gratos et acceptos adultero* cf. Intt. ad Sall. Iug. 73. §. 3., quamquam hoc minus probaverim propter dativi defectum, aut *cupientes, desiderantes.* *Amplexus* enim ipsi *desiderantes* nominantur, ut nos

adulescens et formosus et liberalis et strenuus, et contra maritorum inefficaces diligentias constantissimus! dignus hercules solus omnium matronarum deliciis | 624 perfrui: dignus solus coronam auream capite gestare vel ob unicum istud, quod nunc nuper in quemdam zelotypum maritum eximio studio commentus est. Audi denique et amatorum diversum ingenium compara.

CAPUT XVII.

Nosti quemdam Barbarum, nostrae civitatis decurionem, quem Scorpionem prae morum acritudine vulgus appellat. Hic uxorem generosam et eximia

adolescens G. 2. D. *adoloscens* G. 1. *meritorum* Coll. Voss. *solus* ante *omnium* B. delere, Elm. adnotat, unde Scriver. uncinulis inclusit, male, [ut e seqq. patet, quum verborum concinnitas ita disturbetur.] Sed in coll. Modiana prius *solus* non exterminatum est, sed alterum, quod ante *coronam* legitur. Tota enuntiatio inde ab *omnium* usque ad *solus* in G. 1. desideratur ob librarii errorem, cuius oculi ad subsequens *solus* delapsi sunt. *deliciis perfrui* F. 3. G. 2. D. P. R. f. p. Iunt. 2. In cett. *perfrui deliciis*. *portare* pro *gestare* G. 1. π. *gestare capite* f. *unicam* O. D. *nunc quidem* δ. *nuncnuper* Colv. scripsit. *diversorum* B., quod perperam arripuit Sopingius.

primorum rude pro *prae morum acritudine* habet B. *pro morum acritudine* G. 1. 2. O. D. P. f. δ. *aptitudine* δ. *appellas* Venet. 4.

dicimus *begehrlich* in re libidinosa. Nec aliter *volens* explicare possunt, qui *volentis* praeferunt. De *amplexus discruciat* cf. Herald. ad Arnob. III. p. 130. ed. Lugd.]

Philetaerus. [Valde discrepant codd. inter nominis proprii scripturam. Ad mores enim adulteri alludere hoc nomen consentaneum est, quoniam hunc morem in nominibus propriis suis pangendis fere ubique Apuleius retinuit. Quod intelligens Pricaeus maluit *Philositeraerus* i. e. φίλος ἑταῖρος coll. Hesych. φιλέταιρος περιλημένος Oud.: *Philohetaerus* vel *Philosetairos* i. e. amans meretricis ἑταίρας φίλος, ut φιλόστοργος *Philostorgus*. At posteriorem formam ne per analogiam quidem probari posse, mihi persuasum est, alia enim ratio vocis est φιλόστοργος et φιλοσέταιρος. *Philohetaerus*, quae proba formatio est, a codd. vestigiis non ita multum abhorret, qui *Philesi* vel *Philosi* retinent. Quod quum ita sit, vix ausus sum emendare lectionem codd., quamquam errant qui ex analogia vocab. φιλησιστέφανος et φιλησίμολπος pro φιλοστέφανος et φιλόμολπος defendunt *Philesietaerus* i. e. meretricis amans, φιλησιέταιρος. Sed quum p. 624. *Philetaeri* in cod. F. 3. G. 1. 2. D. et sine dubio etiam aliis aperte legatur, ubique hanc formam in textu reposui.]

nunc nuper. [De hac proverbiali dictione, quae Graecorum χθὲς καὶ πρώην respondet, in re haud ita pridem gesta cf. VV. DD., quos excitat Orell. ad Arnob. I. c. 34. T. I. p. 314. *nunc nuper in utero formatus.*]

zelotypus. [cf. Munk. ad Hygin. CXCIX. p. 331. Elm. in indice.]

Cap. XVII. *Scorpionem.* Pricaeus plura enumerat exempla, ex quibus *scorpiones* homines dictos fuisse morosos et iracundos patet. cf. Hieronym. in Apocal. 10. *Scorpiones vocantur qui sunt corde indomabili* vet. Epigr.: θάττον ποιήσει μέλι κάνθαρος, ἢ γάλα κώνωψ Ἢ σὺ τὶ ποιήσεις, σκόρπιος ὤν, ἀγαθόν. Poll. Onom. 6. 29. ἄγριος θηριώδης ἰοὺ γέμων, σκορπιώδης σκόρπιος. Hesych. σκορπιοῦται ἀγριαίνεται. [Suid. v. σκορπιαίνεσθαι, ἀποθηριοῦσθαι, τραχύνεσθαι ἀπανθαδίζεσθαι. Ἐς μέν τοι τὰς συνθηκὰς εἰώθει ἐσαεὶ σκορπαίνεσθαι· βιοκαιλίᾳ γε πολλῇ εἴχετο. Προκόπιος: Ἦν δὲ ἄρα ἡ Θεοδώρα σκορπιώδης (τοῦτο γὰρ πληκτικὴ) καὶ ὀργὴν σκοτεινή· Burm. ad Petron. c. 39. p. 237.]

prae morum acritudine. Pricaeus *pro*, quod in nonnullis codd. ex confusione compendiorum *p* et $\bar{p}$ depravá-

Digitized by Google

formositate praeditam mira custodela munitam domi suae quam cautissime cohibebat. Ad haec ultima pistoris illa uxor subiiciens: Quidni? inquit, novi diligenter. Areten meam condiscipulam memoras. Ergo, inquit anus, nosti totam Philetaeri etiam ipsius fabulam? Minime gentium, inquit, sed nosse valde cupio, et oro, mater, ordine mihi singula retexe. Nec commorata illa sermocinatrix immodica sic anus incipit: Barbarus iste cum necessariam profectionem pararet, pudicitiamque carae coniugis conservare summa diligentia cu-

famositate ed. pr. Vicent. Venet. 2. *praedita* f. *munita* F. 3. G. 1. 2. D. L. In cett. *munitam*. *domui* L. *choibebat* D. *ultima* non comparet in B. *quinni* G. 1. *quid inquit* B. *Areten* F. 3. G. 1. 2. edd. vett. usque ad Venet. 4. *Ar. tam d. artem* Venet. 4. et Paris. Bas. 1. *arceri* L. In cett. *Aretem*, Oud. maluit ex lectione *d*. *Aretam* latina terminatione, de qua vide ad Met. II. p. 96. *Pamphilae*. Sed minus bene. *Areten* ex optimis codd. retinendum est, praesertim quum in his graecis vocabulis Apuleius terminationem graecam praeferat. *condisplicinam* L. f. *cum disciplina* p. *quam memoras* Basil. Edd. inepte scribunt. *Philetaeri* F. 3. *Phyleteri* G. 1. 2. D. *Philesitaeri* F. 1. aperte scribit ex coll. Lindenbrog. Ceterorum codd. lectionem neglexit Oud. Edd. ita semper scribunt, ut primo loco exaratum est. *et ipsius* F. 3. G. 1. 2. O. P. D. B. f. p. *d*. Coll. Voss. In cett. *etiam ipsius*. *minimeque gentium d*. *minime sentio* L. *nosce* Vicent. Venet. 2. *cupido* Venet. 4. Eadem varietas lectionis est Met. VIII. p. 564. *coeptum facinus oppido memorabile narrare cupio*. *ordine* desideratur in B. sed cf. Met. VIII. p. 544. *et enarratis ordine singulis* et saepius. *singula mihi* inverso ordine f. *singulo* D. Verba inde ab *nec* usque ad *incipit* non comparent in p. *Barbarus ille d*. *innecessariam d*. *paret* Venet. 4. Bas. *pudicitiam* non addita *que* particula p. *caro coniugio* cum Colvio receperant Vulc. Merc. Wow. Pric. nec ulla varietas ad ed. Vulc. marg. notata est e Florent. In cett. *carae coniugi*.

tum est, male praetulit, iam ab Oud. vituperatus, qui *prae* bene explicat *propter, ob*; cf. ad Met. V. p. 326. *pro tanta solitudine*, ubi etiam variant codd. aliquot in *prae*. [De voce *acritudo* cf. Barth. Advers. XIX. 15. p. 993. Similiter *acrimonia* de morum et ingenii austeritate in usu est cf. Cic. Verr. I. 17.]

custodela munitam. Hoc, l. lectionem deterioris notae codicum secutus sum, quum altera *munita*, nisi totum locum emendaveris, comprobari nequeat. Nec enim *munita* ad *custodela* unquam referri potest. Quam scripturam ut Pricaeus defenderet, coniecit *munita domu sua*, de qua ablativi forma Oud. comparat Plaut. Mil. II. 1. 48. Vel rectius dici putat *domum munitam*, quam mulierem, quae custodiatur invita. conf. ad Phaedr. II. 6. 1. *contra potentes nemo est munitus satis*. [Ista vero ratiocinatio probare se mihi non potest. *Munita* sane mulier est, quae ab libidinibus virorum bene custoditur. Constructionem *munita domu* non moror. *Domu* enim forma est, quam viri docti sua iniuria saepius exterminant. cf. Plum. ad Pers. Sat. III. 92. Fea ad Horat. Od. I. 3. 29. Intt. ad eiusd. Epist. II. 2. 199. Rath. ad Cic. Tusc. I. 22. T. I. p. 167. Moser., quem cf. de formula *suae domi*. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 658. At quia in codd. nihil frequentius sit confusione ablativi et accusativi primae declinationis, quam ex omissione virgulae litterae *a* superadditae proficisci constat; cf. ad Met. VIII. p. 549., contra sententiam loci et codd. ceteros mutare quicquam nolui.]

etiam ipsius. [Hoc quoque loco scripturam optimorum codd. reliqui, quia nullum exemplum mihi constat, ubi *et ipse* tali verborum nexu usurpetur. Quamquam enim notum est, Livium et recentiores scriptores *et ipse* simpliciter dixisse pro *etiam*, *quoque* in quocunque loco sententiarum, tamen vel relativa enuntiatio vel adiectiva et participia adiuncta iis ubique sunt. cf. Hand. Tursell. T. II. p. 506 sq. Qui vero sciet, quoties *et* atque *etiam* in codd. confundantur, hanc emendationem non morabitur.]

retexe [de dictione cf. Deder. ad Dict. Cret. I. 9. Gloss. p. 251.]

coniugis. [Ex quibus codd. nonnulli editores lectionem *caro coniugio* hauserint, equidem nescio, quum non verisimile sit, Florent. codd., quamquam ad marginem edit. Vulc. 2. Lindenbrogius nihil enotavit, ita habere. Etenim

Digitized by Google

peret; servulum suum Myrmecem, fidelitate praecipua cognitum, secretum commonet suaeque | dominae custodelam omnem permittit: carcerem et perpetua 625
vincula, mortem denique violentam, * defamem * comminatus, si | quisquam 626

sermum f. Mirmicem F. 1. 3. [et sic semper in hoc cod.] *d. f.* et ita etiam G. habere notat Oud. Sed est in G. 1. *mirmicen*, in G. 2. *mumiceri*, quod aperte etiam D. scribit. *Mgrmilem* O. a m. p. In cett. *myrmecem*. Ne longus sim, sufficiat commemorare F. 1. et 3. semper formam *Myrmicis* et cett. habere, nec unquam per *e* in casibus obliquis formare. *secreto* omnes codd. Klm. Scriv. Florid. praeter G. 1. et O., qui *secrete* praebet. In cett. edd. est *secretum*, quod Ruhnken. contra Oud. sententiam e Vulc. 2. in textum recepit. Frustra L. d'Orleans ad Tac. Ann. B. coniecit *secretorum*, ut cum *fidelitate* iungatur. *commovet* G. 1. D. *suamque dominae* G. 1. *custodiam* L. Colv. Merc. Vulc. 2. In cett. *custodelam*. *vincla* G. 1. *violentam defamem* F. 1. (teste Oud. et in excerptis Lind.) F. 3. G. 1. 2. D. *d. f.* O. a m. p. et Elm. Ed., quae quum in contextu *et famem* habeat, in erratis tamen notat, legendum *defamem* esse. *et defamem* F. 1. auctore Elm. Iunt. 2. *de famem* L. Ms. Brant. *et famem* edd. vett. et recentt. Lectionem ceterorum codd. Oud. non adscripsit.

quanta fides Lindenbrogio in hac librorum collatione tribuenda sit, sat superque comprobatum est. Per usum linguae lectio ferri posset, cf. Klock. ad Liv. X. 23. §. 6., qui ita nostrum locum excitat; Intt. ad Plin. Hist. Nat. X. 12. 15., ad Propert. III. 11. 18. Nec melior est Oud. coniectura *coniugae* vel *coniugi*. cf. ad Met. VIII. p. 547.]

Myrmecem. [Edd. lectio est *Myrmecem*, quam ex graeca huius vocabuli terminatione bene receperunt editores. Apuleium enim tantopere a graeca terminatione descivisse, ut *Myrmicis* formaverit, quae negligentia pessimae tantum latinitatis scriptoribus condonari possit, vix crediderim, unde *Myrmecis* hic et simul ubique retinui.]

custodelam omnem. [De custodibus servis, quos pudicitiae conservandae caussa mariti zelotypi uxoribus addere solebant, cf. Intt. Burm. ad Prop. I. 11. 15. III. 10. 17. Heind. ad Horat. Sat. I. 2. 98. Rupert. ad Iuven. VI. 348. T. II. p. 319. not. 93. Triller. Observat. p. 114. Piguor. de Servis in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. III. p. 1284 sq.]

defamem. Ne a codd. auctoritate recederem, lectionem dedi, qualis in codd. fere omnibus invenitur. At diversissima ratione locus a viris doctis tentatus est. Plurimi enim ad coniecturam *de fame* inclinant, demonstrantes, servos olim a dominis fame punitos esse, cum iis scilicet statuta et debita cibaria data non fuerint; de quibus cibariis plurima hic minime apta profert Colvius, cuius exempla repetere a re est alienum; cf. Antonin. in Iustin. Inst. Lib. I. T. VIII: *sed et dominorum interest, ne auxilium contra saevitiam vel famem vel intolerabilem iniuriam denegetur iis, qui iuste deprecantur.* Scioppius in Symbol. et Suspect. V. 23. mavult *infamem* atque intelligit *crucis* supplicium, quo saepius servi improbi a veteribus puniebantur, Brantius retinet *defamem* pro *infamem*, cum Elm., qui ex codd. Florent. addit *et defamem*, quae particula in Lind. collatione non comparet. Oud. vero bene sentit, lectionem vulgatam *et famem* ferri non posse, quia gradatim adscendat auctor, ita ut *famem* ante *mortem*, quae ultima poena est, ponendum esset, id quod ante eum animadvertit etiam Sciopp. in Susp. eamque caussam fuisse verisimile est, cur Wower. pessime interpolarit *famem denique et mortem violentam*, uti est in Pric. Edit. Tum idem Oud. negat, crucis supplicium hic intelligendum esse, quia non conveniat *perpetuis vinculis*. Quod argumentum validius ipsi videtur, quam illud, quod Elmenh. opposuerit Pric., se nunquam legisse, dominis privatim potestatem datam esse, servos cruci affigendi. Nam si ipsi hoc ius non habuerint, id quod demonstrari posse autumat ex Apul. Met. VIII. p. 566. *dominus arreptum servum firmiter alligavit arbori*, curare certe dominos potuisse, ut ista poena, quam servis infligere voluerint, publice exsecutionem acciperet. Quia vero vox *defamis* apud veteres in usu non fuerit, promptus est ad emendationem *de fame*, coll. Met. VII. p. 489. *eiusque mortem*

hominum vel in transitu digito tenus eam contigisset: idque deierans etiam

hominum deletum velle Scioppium, Modius ad marg. ed. Colv. adnotavit. *quispiam hominum δ. f.* Incert., quod Oud. probat et Bahnk. in textum admisit. *dignotenus* G. 1. (nec G. 2., ut Oud. notat, in 2. enim legitur *dig tenus* i. e. *digito tenus*.) *cognorisset* G. 1. O. *cognoviscit* π. *ideoque* pro *idque* G. 1. O. *degerans* F. 3. *deterans* Vicent. *degeratis* G. 1. *deieratis* G. 2. P. D.

de lupo facile mentiemur et Ferrar. ad Cic. Phil. I. 5. Verum quia mors *de fame* non *violenta* sit ex ipsa auctoris sententia Met. VIII. p. 526., eique fere semper opponatur, ista quoque vox admodum suspecta est Oud. fatenti se nescire, quomodo ea refingenda sit. Pricaeus coniiciebat *mortem lentam et famen* per *ἓν διὰ δυοῖν* sive *mortem famis*. Sed unde tunc illae litterae *vio*. Haec considerans Oud. tentavit: *mortem denique vel lentam de fame*, ut *vel* hic pro *maxime* positum sit, [quae significatio ut hic locum habere possit, quamquam nego, loci tamen sententiae minime convenit, quum particula ad *lentam* posita vim enuntiationis vix augere possit; neque enim augetur ita sed minuitur potius sententia, quia *perpetua vincula* praecedunt. Tum vero errat Oud., *defamem mortem* de cruce intelligi non posse autumans, quia in superioribus herus servo *vincula perpetua* comminatus fuerit. *Crux* enim *violentior* sine dubio est poena, ut hac commemorata servo facilius timorem incutere Barbarus potuerit maiorem. At nego *mortem defamem* per se nominari posse crucis poenam. Minus offendo in vocab. *defamis*, quod nusquam alias apud veteres inveniatur; ita enim formata sunt alia, ut *depilis, deprandis, defaecis, definis, delumbis, desomnis*, quae omnia vel semel tantum vel rarissime usurpata sunt. At vero propter loci sententiam *defamis* minus commodum est, quia servus non tantis in honoribus erat apud veteres, ut supplicio vel crudelissimo infamaretur. Deinde desidero particulam *et* vel *ac*, cuius omissio vix tolerari hic potest. Hinc emendo *violentam ac nefantem*, ut copula *ac* praegressa syllaba *am* absorpta fuerit, *nefantem* vero quam facile in *defamem* abire potuerit, sciunt, qui obiter tantum Mss. tractarunt. cf. Non. s. v. *nefantia* p. 489. Merc.: *nefantia pro nefanda. Lucilius Satyr. lib. IV. Tantalus qui poenas ob facta nefantia pendit. Idem lib. XXVIII. Dissociat atque omnia an nefantia. Varro σκιαμαχίᾳ περὶ ἔνφου: Ego, inquit, eam suppetias, qui tunc mihi nec res nec ratio est; dissociat atque omnia ac nefantia.* Eadem ratione *infans* dicitur pro *infandus* cf. Non. p. 56. *infans est quod aut dici non debeat, aut fari non possit.... Accius Athamante: Prinsquam infans facinus oculi vescuntur tui*, quod exemplum commemorat p. 416. s. v. *vesci*. Ita quis coniicere possit, Horat. Carm. 1. 3. 20. legendum *infantes scopulos*, quia d'Orv. cod. habet *nefandos*. *Nefans* igitur *mors* hoc loco est ea, quae tam crudelis ac tetra est, ut exprimi nequeat, et ita bene respondet praegressis, ut nos: *Er drohete ihm mit dem schauderhaftesten Tode, mit unaussprechlicher Todespein*. cf. infra p. 631. *dira comminatur Myrmeci supplicia*. Male vertit interpres Francogallus: qu'il lui ferait souffrir la faim et qu'en suite il le ferait expirer au milieu de tourments, melius Rodius circumscribens: „*Ewiges Gefängniss in Ketten und Banden und bei Wasser und Brod war das Geringste was er demselben androhte, wo er seine Frau von einer Mannsperson auch nur mit dem Finger im Vorbeigehn würde berühren lassen, er schwur bei allen Göttern, das Leben würde er ihm nehmen und das auf die jämmerlichste, schmählichste Art.*“ De voc. *nefans* et *infans* cf. Turneb. Advers. XXIX. 2. p. 1102. et XV. 1. p. 488.]

quisquam. [Scioppius mavult *quisquam omnium*, locutionem nonnullis exemplis muniens. Qua de caussa equidem non video. Nec melius agit Oud., qui *quispiam* ex codd. deterioris notae

confirmat per omnia divina numina. Ergo igitur summo pavore perculsum Myrmecem acerrimum relinquens uxori sequutorem, securam dirigit profectionem. Tunc ob|stinato animo vehementer anxius Myrmex, nec usquam dominam [225]
suam progredi sinebat, et lanificio domestico districtam inseparabilis adsidebat,

divina vulat ab Iunt. 1. 2. Ald. eademque vox Brantio et Elm. purum putum glossema visum est. Sed recte defendit Pric., quem sequitur Oud. cf. ad Met. IX. p. 620. *calcatis divinis numinibus. igitur* non agnovit f. cuius librarius in repetitione particularum *ergo igitur* mirum quantum offendit. *percussum* d. Ruhnk. Oud. edit. *perussum* L. In cett. codd. et edd. *perculsum*. *Myrmicem* V. 1. 3. f. d. *mire urcem* G. 2. D. *mirmecem* G. 1. *Myrmethem* O. *securam miles dirigit* L., unde Lipsius coniiciebat *securam ille dirigit*, non male de Oud. sententia. *secure* D. *Myrmex d. f. mirinex* D. *districtam* L. Iunt. In cett. codd. et edd. *destrictam*. *adsistebat* φ. d. f. Oud. probavit et Ruhnk. in textum admisit. In cett. codd. et edd. *adsidebat*.

recepit, sine dubio ob regulas grammaticas sollicitus, *quisquam* in enuntiatis negativis, *quispiam* in affirmativis poni iubentes. Res hodie secus comperta est. Ita ipse Cicero dicit ad Famil. VI. 14. *si quisquam est, is ego sum* Ter. Eun. Prol. I. *si quisquam est.* Plaut. Capt. IV. 2. 29. cf. de hoc pronominis usu Schmidt. ad Horat. Epist. II. 1. 76. Hase in adnot. 361. ad Reisigii Grammat. Lat. p. 347. E cóntrario *quispiam* pro *quisquam* in sententiis invenitur negativis, unde fere semper his in locis librarii utrumque inter se commutabant, cf. Dr. ad Liv. XXXV. 42. 7. Heind. ad Hor. Sat. I. 4. 35. Hase l. c. ann. 360. p. 347.]

perculsum. [Sola d'Orvill. cod. auctoritate nisus praefert Oud. lectionem *percussum*, caussa omissa, cur ita fecerit. Sciunt hodie viri docti, quid de utroque verbo iudicandum sit, ubique in Mss. commutato cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 847. Nec minus prava est Brantii coniectura *perfusum*, quam ex cod. Lips. scriptura *percusum* fabricatus est. Sed vix capere possum, quomodo Oud. alienam ab hoc loco hanc vocem appellare potuerit, quae de gravioribus animi affectibus saepissime usurpetur non solum de voluptate ac gaudio, ut ille voluit, sed etiam de moestitia ac timore, cf. Cic. ad Att. VIII. 6. §. 3. *Dii immortales, qui me horror perfudit.* cf. Dr. ad Liv. II. 63. §. 4. *nihil aliud, quam perfusis vano timore Romanis*, ubi item variant codd. inter *perculsis* et *perfusis.* Attamen saepius de rebus laetis et suavibus *perfundi* in usu esse constat.]

districtam adsidebat. Hanc lectionem cum Oud. ex solo cod. Lips. et ed. Iunt. 2. dedi, quum *destrictam*, quod plurimi praebent, loci sententiae minime conveniat cf. Intt. ad Lucan. X. 422. Est enim *districtus* occupatus, negotiis distentus. Quoties in Mss. utraque vox confundatur, notum cuique est. Perperam tum Pricaeus volebat *destrictae.* Amat vero Apuleius talibus compositis vi suae praepositionis addere quartum casum; cf. pag. praeced. In ipso verbo *adsidere* occurrit Met. I. p. 70. *adsidebat pedes eius uxor.* IV. p. 290. *adsidens eam solaretur* (quo tamen loco dubium est, utrum ad *solaretur* an ad *adsidens* accusativus *eam* referendus sit.) Met. VIII. p. 539. At praefert Oud. lectionem aliquot codd. *adsistebat*, quia servo videatur esse accommodatius, qui stare ministerio paratus, nec sedere soleat, licet custos hic dominae factus sit. Et hoc quoque verbum quarto casui iungi demonstrat ex Met. II. p. 125. *grabatulum meum adsistit mensula* [cf. Met. V. p. 371. *Ibi commodum Venerem larantem natantemque propter adsistens*, neque vero fusius contra Oud. contenderim num *adsidere* an *adsistere* decorum fuerit servo, qui *semper* custodelam tenebat, conf. velim locus Tibull. I. 3. 84. *At tu casta, precor, maneas; sanctique pudoris Adsideat custos sedula semper anus.* Tum vocis significationem ne premendam quidem esse reor. *Adsidere* enim saepius legitur de eo in universum, qui praesto est, officii vel custodelae caussa, ubi non curamus, stetne ille an sedeat. cf. Heins. ad Ovid.

627 ac | tantum necessario vespertini lavacri progressu affixus atque conglutinatus, extremas manu prehendens lacinias, mira sagacitate commissae provinciae fidem tuebatur.

CAPUT XVIII.

Sed ardentem Philetaeri vigilantiam matronae nobilis pulchritudo latere non potuit. Atque hac ipsa potissimum famosa castitate et insignis tutelae nimietate instinctus atque inflammatus, quidvis facere, quidvis pati paratus, ad expugnandam tenacem domus disciplinam totis accingitur viribus; certusque fragilitatis humanae fidei, et quod pecuniae cunctae sint difficultates perviae, auroque soleant adamantinae etiam perfringi fores, opportune nanctus Myrmecis

insuperabilis Venet. 4. *tantum.* Non caplo Pricaeum, quando ait, fortasse *tam necessario* intelligenda. Apuleii mens flagitat *solummodo.* In f. *tamen. vesperini* G. 2. D. *progressu* G. 1. O. *affixus* f. *affixit* D. tum ab eadem manu correctum *affixus. conglutinatus* D. *manu* O. a m. p. *prendens* F. 1. p. f. *comisse* G. 1. *providentiae fidem* f. *providentia* O. *punice fide* (ex compendio *puicie fide*) P. *tenebat* pro *tuebatur* f.

ardentis Phil. vigilantiam ex B. enotat Elm. [Sed in coll. Modii non *ardentis* sed vitio librarii *ardentes* scribitur. De constructione cf. Met. IX. p. 610. *aegregue cohibita equorum currili rabie.*] *non* ante *potuit* desideratur in G. 1. 2. O. a m. p. P. D. *philesitaeri* G. 1. *atquè ac ipsa* G. 1. 2. D. *at hac* B. *instrictus* R. f. d. O. a m. p. Colv. et seqq. *instintus* D. *instictus* G. 1. In cett. *instinctus. inflammatus. Quidvis.* Ita distinctum est in G. 1. *tenacitatem dom. disciplinam* D. *disiplinam* G. 1. *pecunie caute* (ex scriptura *cunte*) G. 1. *supersit* pro *sint* D. *aureeque* O. a m p. *aureque solearum* G. 1. *solebant* L. *etiam adamantinae* G. 2. P. D. *adamantive* Vicent. *nanctus* F. 3. *noctus* D. *natus* Vicent. Venet. 2. In cett. *nactus* cf. ad Met. V. p. 355. *Myrmicis* F. 3. G. 1. 2. D.

Heroid. XX. 134. Tac. Agricol. 45. *adsidere valetudini.* Cic. pro Planc. XI. §. 28: *qui quum missi sint ob aliam caussam, tamen huius repentino periculo commoti, huic assident, pro hoc laborant.*]

Cap. XVIII. *ardentem.* [*Ardens* hoc loco significat *prae studio flagrantem* et *cupidissimum*, ut *ardere* interdum usurpatur cf. Virg. Aen. VI. 5. Ita explico Arnob. VI. 13: *Itaque artifices omnes, ipsis iisdem qui temporibus extiterunt, quibusque primas dabat exprimendarum similitudinum veritas, omni cura studioque certabant, filum capitis prostituti cytherei in simulacra traducere; ardebant artificum scita, alterque alterum vincere contentiosa aemulatione quaerebant*, quae verba significant: studia artificum flagrabant. *Scitum* enim est quod scitur, ars, scientia, artificium, qua cum explicatione optime congruunt seqq. Orellius male intellexit de formis conceptis in animis artificum: *die Ideale der Künstler.* Ita etiam explicari possit locus Horat. Od. IV. 1. 7. *dum graves Cyclopum Vulcanus ardens urit officinas*, ubi tamen rectius de Vulcani caminis et igne fulgente intelligitur.]

famosa castitate. De hac vocis significatione in bonam partem usurpatae cf. Pric. ad Met. XI. p. 797., ubi plura dicam.

instinctus. [De vocabulorum *instrictus* et *instinctus* confusione et vi accuratius iam dictum est ad Met. VIII. p. 565. *quo dolore pellicatus uxor eius instricta.* Hic alteram lectionem *instinctus* optimi codd. defendunt, pluribusque iam ante Oud. munivit Cort. ad Lucan. V. 149. *Instrictus* scripturam Scalig. ad Catull. LXVII. 11. praetulit.]

adamantinae. [Durissima quaeque dici *adamantina*, probant quae exponunt Cort. ad Lucan. VI. 801. Munk. ad Hygin. XXII. p. 68. Stav. Spanh. ad Iul. Caesar. ed. francog. p. 202. Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 7. p. 33. Peerlk. ad Horat. I. 6. 13. id. III. 24. 5. Prop. IV. 11. 4. Barth. Advers. XXI. 7. p. 1031. qui nostrum locum citat.]

Digitized by Google

solitatem, ei amorem suum aperit; et supplex eum medelam cruciatui deprecatur. Nam sibi statutam decretamque mortem proximare, ni maturius cupito potiatur. | Nec eum tamen quicquam in re facili formidare debere, quippe cum vespera 628
solus, fide tenebrarum contectus atque absconditus, introrepere et intra momentum temporis remeare posset. His et huiuscemodi suadelis validum *addens erat cuneum*, qui rigentem prorsus servi tenacitatem violenter

sollitatem G. 2. D. *solitudinem* p. B. *aperuit* δ. *supplex ei* F. 1. *medela* G. 1. *deprecatur cruciatui* G. 1. *ni* desideratur in O. a m. p. *nisi* pro *ni* G. 1. 2. D. Coll. Voss. δ. P. *nullus* pro *ni* f. (ex confusione compendiorum *nⁱ* i. e. *nisi* et *nⁿ⁹* i. e. *nullus*.) *maturus* G. 1. D. *patiatur* D. *solus* abest ab O. *conteritus* G. 1. (nec *contentus*, uti in excerptis Oud. erat, quamquam utrumque vocabulum saepius commutatur cf. ad Met. IX. p. 603. *intra hospitium contenta*; ubi libri inter *contectus* et *contentus* eadem ratione variant.) *in momentum* δ. *hic* pro *his* P. *huius modi* O. *aculeis* pro *suadelis* in B. legi annotat Scioppius. In coll. Mod. tantum pro varia lectione adscriptum est. *addens ad cuneum* F. 3. G. 2. P. δ. L. f. *addens adcuneum* G. 1. D. *addens acuneum* O. a m. p. *addens cuneum* F. 1. B. et edd. post Colvium. In edd. ante Colv. et p. legitur *aculeum*. *vilenter* D.

eum ... deprecatur. Florent. ex perversa lectione habet *ei*, quod ut defendi queat, Oud. cum voc. *cruciatui* iungit. Sed praecessit *ei*, unde ipse *eum* praefert. [De constructione cf. Munk. et Stav. ad Fulgent. Mythol. I. 27. p. 659.]

decretamque mortem. [De sententia adeatur d'Orv. ad Charit. I. c. 4. p. 226. et Pric.]

cupito. Pricaeo e coniectura placebat *cupita*, quae Oud. non improbabilis videtur esse, quoniam substantive Apuleius semper *cupita* in plurali dixerit; coll. Met. V. p. 330. *cupitis annuat* et p. 363. *cum te scilicet amator aliquis, ut diutius cupitis etiam nocte potiretur*, qui locus Oud. coniecturam *cupitis* videtur adiuvare. [Eadem ratione Apuleius *cupita* de amata ποθουμένῃ dixit Met. VI. p. 401. *ne cum sua cupita conveniret* et *cupitus* de amato III. p. 212. *atque ad suum cupitum sic devolaturam.* Forsitan etiam, id quod vir doctus mihi suasit, *cupita* pro accusativo haberi possit, quae constructio verbi *potiri* non ita rara est apud antiquissimos, cf. Intt. ad Tacit. Annal. I. 5., quamquam id volunt ita sententiam habere non in rei potestatem venire, sed tenere, χραπῆν τι. Nec tamen necessarium est, ut a codd. recedatur; nam singularem etiam Plautus posuit Poen. V. 4. 102. *eveniunt digna dignis. Tandem huic cupitum contigit.*]

addens erat cuneum. Ita ex coniectura scripsi. In omnibus enim Mss., quos equidem et Oud. conferre potuimus, legitur *ad cuneum, accuneum* vel simile quid, quod ante *cuneum* syllabam praecessisse indicat. Hinc Colvius emendat: *his et huiusmodi suadelis validum addens cuneum, qui rigentem prorsus servi tenacitatem violenter diffinderet, porrecta iam manu*, syllabam *ac* vel *ad* bis repetitam fuisse ex voce *addens* existimans, itaque enuntiationes, quae minus cohaerent, melius coniungens. Oud. non improbat lectionem cod. Bert. *aculeis* coll. Cic. Orat. 19. *philosophorum oratio neque nervos neque aculeos oratorios ac forenses habet.* Sed ea non codicis scriptura est, sed potius Scioppii emendatio, quam pro voce *suadelis* substituere voluit. Recte vero quum Colvius vidisset, haec non cohaerere sequentibus, verbo exulante, e quo penderet *addens*, coniecit Oud.: *His aculeis validum addensat cuneum* vel *adigit* coll. Vitruv. I. 5. *uti cuneos ad centrum adigendo.* Colum. IV. 29. *Adactis arundineis cuneolis.* Virg. Aen. VII. 505. *cuneis coactis scindere quercum.* [De dictione cf. Munk. ad Hygin. fab. XIV. p. 40 sq. Apul. Florid. IV. 19. p. 95. *Addensat*, quod codd. vestigiis quam proxime accedit, per sententiam ferri non potest. Quid enim sibi vult locutio *aculeis addensare cuneum?* Hinc equidem conieci *addens erat.* Saepius enim in Mss. ita corruptum vides, ut Met. IX. p. 641. *quod res erat tandem suspicatus*, ubi

Digitized by Google

diffinderet. Porrecta enim manu sua demonstrat ei novitate nimia candentes solidos aureos, quorum viginti quidem puellae destinasset, ipsi vero decem libenter offerret.

CAPUT XIX.

Exhorruit Myrmex inauditum facinus, et occlusis auribus effugit protinus. Nec auri tamen splendor flammeus oculos ipsius exire potuit, sed quam procul semotus et domum celeri gradu provectus, videbat tamen decora illa monetae

diffunderet F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. edd. vett. usque ad Colv. In cett. *diffinderet*. *porreta* G. 2. *prorecta* f. *ei* exulat a B. *candentes* G. 1. *canentes* Vicent. *viginti quinque* G. 2. O. D. f. M. Coll. Voss. XXV. β. δ. et G. 1. in excerptis Oud. [Sed in eo legitur *quorum* 2G. (i. e. 25.) *puellae*.] *viginte quinque quidem* P. teste Oud. (Sed in excerptis ad marg. ed. Colv. inter *quidem* et *viginti* rursum *quidem* interpositum est, quod vitium esse puto librarii.) *offerrent* G. 1.

exoruit G. 1. *exormuit* D. *mirnex* G. 2. D. *aufugit* ed. Scriv. [Quod etiam Oud. placet, quamquam a Mss. lectione non recedenti coll. Met. VIII. p. 571., unde *effugit* ad praecedens *inauditum facinus* referre mavult, id quod minime necessarium est. *Effugere* saepius absolute dicitur]. *oculis* G. 1. O. *quam procul* F. 3. G. 1. 2. D. *quam .... procul* in p. f. O. a m. p. Coll. Voss. legi dicit Oud. In cett. est *quamquam*. *perrectus* G. 1. 2. P. δ. D. In cett. *provectus*. *illa decoram* in G. 1. et O. extare enotat Oud. In G. 1. est *illa decure*, unde verisimile est, in O. etiam idem legi. *decora* non comparet in δ. *nitente* pro *monetae* δ. *monere* p.

in cod. Guelf. 2. legitur *reserat* scriptum *reſat*; ita pro *addens erat* in codd. priscis erat *addenſat*, qua nota omissa facile corrumpi potuit *addens at*, hinc *addens ad* vel *ac*. De constructione verbi, *esse* cum participio nonnulla exposui ad Met. III. p. 220. cf. de Dogm. Plat. III. p. 267. Gell. XIX. 1. §. 7. *atque ipse erat multis corporis animique deliciis affluens*. cf. Vechner. Hellen. II. 9. p. 532 sq. ed Heusing., ubi plurima praeceteris comicorum exempla enumerantur.]

diffinderet. Quoties verba *diffindere, diffundere, diffidere* al. in Mss. et edd. confundantur, longum nimis est ex virorum doctorum adnotationibus demonstrare. Hinc fere semper ex sententiae concinnitate de scripturae veritate diiudicandum est. Hic unice mihi videtur aptum esse *diffinderet* i. e. cuneo in duas partes divideret et plane discerperet. *Diffundere* vocabulo *cuneum*, quae vera lectio est, non convenit. Item excitat h. l. Fea ad Hor. Sat. II. 1. 79. ubi cf.]

puellae. *Puella* non solum ab Apuleio sed ab aliis quoque de nupta dicitur, virum iam experta, sed fere semper ea, quae nondum peperit, rarius de iam enixa. cf. Met. X. p. 724. *qui puellae nuntiaret*. Horat. Od. III. 22. 2. [Gell. XII. 1. §. 4. de puerpera, uxore sectatoris dicit: *atque ubi percontatus est, quam diutinum puerperium et quam laboriosi nixus fuissent, puellamque defessam labore ac vigilia somnum capere cognovit*. §. 5. *sed cum mater puellae parcendum esse ei diceret*. Intt. ad Prop. III. 13. 21. Spanh. ad Iul. Caes. Prob. p. 51. ed. francog. d'Orvill. ad Charit. l. 8. p. 257. Ita *virgo* de nupta. cf. Hand. ad Gron. Diatrib. II. 2. T. I. p. 180. adnot. ** Ovid. Heroid. VI. 133. Virg. Aen. I. 493. Iustin. I. 3. 2.]

Cap. XIX. *quam procul semotus*. [Oud. mirandum est *quamquam* notae intimae codd. lectionem cum reliquis editoribus comprobasse, non considerantem, quanto melior sit altera *quam procul semotus*. *Quam* enim ad positivos poni, ut eorum vim intendat, demonstratum supra est ad Met. III. p. 181. VIII. p. 505. *quam procul* igitur pro *longissime* hic positum est. Nec minus de usu Latinorum exposui, qui particulas *quamquam, etsi, licet*. sequente *tamen*, omittere solent, ad Met. III. p. 214. De *semotus* cf. Cort. ad Lucan. V. 71., qui nostrum locum excitavit.]

provectus. [Hoc quoque loco dete-

Digitized by Google

lumina, et opulentam praedam iam tenebat animo miroque mentis salo et cogi-
tationum | dissensione misellus in diversas sententias carpebatur ac distrahebatur. 629
Illic fides, hic lucrum, illic cruciatus, hic voluptas. Ad postremum tamen
formidinem mortis vicit aurum. Nec saltem spatio cupido formosae pecuniae
lenlebatur, sed nocturnas etiam curas invaserat pestilens avaritia, ut quamvis
herilis eum comminatio domi cohiberet, aurum tamen foras evocaret. Tunc
devorato pudore et dimota contatione, sic ad aures dominae mandatum perfert.
Nec a genuina levitate descivit mulier, sed exsecrando metallo pudicitiam suam
protinus auctorata est. Ita gaudio perfusus ad suae fidei praecipitium Myrmex
non modo capere, | verum saltem contingere, quam exitio suo viderat, pecu- [226]

et ante *opulentum* non conspicitur in Bas. 1. *animo* exulat a f. et d. *cogitationum* F. 3. G. 1. 2. P. (testibus excerptis ad marg. ed. Colv.) f. D. π. δ. Iunt. 2. Wow. sqq. (neque vero in B., teste Oud. Quae enim in marg. ed. Colv. enotata est varia lectio, non *B* sed *p* littera est insignita, unde non ad Bert. cod. sed ad Pal. ut saepius referenda est.) *dissentione* G. 1. *cogitatione dissensione* O. *cogit. discursione* p. Pro *illic*, *hic* mallet Pricaeus *illinc*, *hinc*. Nullam video necessitatem. Quare Mss. sequor. In p. est *hoc*. *vincit* R. *spatio* offendit Pricaeum, qui *diei spatio* corrigit. At cf. p. 643. *quond spatio ferrens mariti sedaretur animus*, ad Met. VI. p. 385. *ira spatio temporis mitigetur*. *cupito* O. a m. p. *auras* pro *curas* d. *eum* non comparet in P. *auri tamen* B. *evocare* P. *eructaret* f. R. *enarraret* d. *timore* pro *pudore* Iunt. 2. In F. 3. textu est *decorato pudore*, sed ab eadem manu in margine *amore*. *diracta* pro *dimota* D. *cuntatione* G. 2. *cunctatione* δ. *inauditum* pro *mandatum* edd. vett. usque ad Colv. praeter Iunt. 2. *praefert* B. (teste Elm.) f. et G. 1. (teste Oud. Sed in G. 1. est *prefert re* syllaba punctis obducta.) *profert* R. teste Oud. et coll. Mod. *perferret* D. *discivit* ed. Colv. et Elm. sine dubio typothetarum errore. *a gaudio* G. 2. P. D. *precium* pro *praecipitium* L. edd. vett. ante Colv. praeter Iunt. 2. *mirmex* G. 2. D. *nec modo* L. P. G. 2. D. *verum etiam saltem* G. 2. (sed compendio ξ i. e. *etiam* a manu prima *iam* erano). *contingere saltem* edd. ante Colvium. *quod* pro *quam* Colf. Voss.

riores libros secutus Oud. dedit lectionem *pervectus*, ut Met. I. p. 65. *usque ad istam civitatis portam pervecto*, ubi tamen vidimus, identidem *provecto* esse legendum. *Pervecto* finem denotaret, quo usque Myrmex pervenisset. De discrimine inter utrumque verbum accuratius ad l. c. egi. Ex Mss. igitur auctoritate hic *provecto* legendum est.]

animo aliquot codd. et edd. perperam omittunt. cf. Intt. ad Sil. VII. 586. Cort. ad Cic. ad Fam. III. 11. Oud. ad Lucan. VIII. 161. Val. Flacc. I. 272. V. 611. Xenoph. p. 159. ἔχειν ἐν ψυχαῖς νίκην.

cogitationum. Recte Oud. ex consensu optimorum codd. pluralem retinuit, qui a librario emendatus videtur esse, loci Met. IV. p. 237. memore, ubi *cogitationis salo fluctuaret* legitur. [Ita Met. XI. p. 815. *Quo me cogitationis aestu fluctuantem*, ad quem locum de vi dictionis videas. Sed eadem ratione Apuleius Met. IV. p. 432. dixit: *talibus cogitationibus fluctuantem*; ubi male corrigunt *agitationibus*.]

ad postremum. Apuleium hic Sallustii imitatorem fuisse in Iug. c. 25. §. 6 sq. sententia Pricaei est: *Commotus metu atque libidine diversus agitabatur; timebat iram Senatus, ni legatis paruisset, porro animus cupidine caecus ad inceptum scelus rapiebat, vicit tandem* (ita enim Pricaeus correxit pro *tamen* propter particulas *ad postremum* nostro loco conspicuas) *in avido ingenio pravum consilium.*

sic ad aures dominae mandatum perfert. Qui quid sibi *mandatum* vellet non intelligebant interpretes, mirum in modum *inauditum* corrumpebant, de scelesto isto, ut Myrmeci videbatur, consilio intelligentes. Recte tamen omnes codd. servant *mandatum* i. e. ipsius Philetaeri amatoris adulteri, quocum servus de pudicitia heraé transigit, tentata nihilominus et explorata prius dominae voluntate. *Sic* non capiens Roaldus emendavit *hic*, Oud. quaedam excidisse post *perfert* potius existimat, nisi quis *ocius* malit. [At bene particula *sic* defenditur, quae hic vim explicandi i. e. *ideo* habet cf. Plaut. Most. II. 2. 20.]

Digitized by Google

niam cupiens, et magnis suis laboribus perfectum desiderium Philetaero laetitia percitus nuntiat, statimque destinatum praemium reposcit, et tenet nummos aureos manus Myrmecis, | quae nec aereos norat.

CAPUT XX.

Iamque nocte promota solum perducit ad domum, probeque capite contectum amatorem strenuum infert adusque dominae cubiculum. Commodum novis amplexibus Amori rudi litabant, commodum prima stipendia Veneri mi-

magnas p., unde vir doctus confecit *imaginans*, male et haud latine Brantius pro *et magnis* legit *ex magnis*, quae coniectura Oud. non displicet, quia hic abundet copula nec ulla sit huic polysyndeto elegantia. *Ex laboribus* dictum affirmat, ut *ex studio*, *ex viribus*, de qua constructione conf. ad Met. VII. p. 493. *ex summo studio*. Ego nihil muto. *laetitiam* L. B. unde Oud. coniecit *laetitia animi* vel *nimia*; Brantius mavult *mancipatus*. *laetitia* abest a G. 2. D. P. *paratus* L. *paracitus* Al. cod. teste Colv. *Philesithaero* F. 3. *nunctiat* G. 2. *praemium* F. 3. G. 1. B. f. R. p. edd. ante Colv. In cett. *pretium*. *deposcit* G. 1. O. B. Scriver. *poscit* δ. *mirmetis* G. 1. 2. D. *qui* pro *quae* f. *hereos* G. 1. *ercos* D. *aureos* L. δ. f. *vorat* G. 1.

adomum G. 1. *amatorium* G. 1. *infer* G. 1. *domini* G. 2. D. *commodum* abest a P. *Amoris* G. 1. δ. *nudi* δ. *litabat* p. *commodum primum prima stipendia* Iunt. 1. Ald. *dispendia* pro *stipendia* D.

praemium. Praefert Oud. lectionem *pretium*, non negans, *praemium* pro *mercede* defendi posse coll. Met. IX. p. 649. *praeter praemii destinatum compendium*, at vetare ita legi ait locos Met. X. p. 695: *venenum praesentarium comparare sollicitus, centumque aureos solidos offerens pretium mecum non olim convenerat*, et p. 700. *Medico sinuntur aurei, opportuni somni pretium.* Solere enim creberrime *praemium* et *pretium* confundi coll. Intt. ad Liv. XXVI. 40. Iustin. I. 7. ad Gell. III. 8. [Spalding. ad Quint. X. 3. §. 17. De voc. *pretium* cf. Intt. ad Ovid. Met. VI. 84. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. p. 39. de discrimine vocis utriusque Doed. Synonym. Tom. IV. p. 140. Donat. ad Terent. V. 9. 27.]

Cap. XX. *contectum.* De more adulterorum, qui ad amicas capite obvelato itabant, ne ab obviis noscerentur, iam dictum est ad Met. I. p. 30., ubi de more capitis obtegendi in universum dixi. His exemplis ex Pricaei adnotatione lubet addere: Horat. Sat. II. 7. 55. *odoratum caput obscurante lacerna*, ubi vetus Schol.: *exit de adulterio, obtecto capite, ne quis illum videat.* Isid. Orig. XIX. 26. *Cum egrediebantur de ludi prostibulo iuvenes .... velamento tegebant caput et faciem, quia solebant erubescere, qui lupanar introiissent.* Senec. de vit. beat. 13. *indulget vitiis suis, non timide nec obscure et luxuriatur, etiam inoperto capite.*

rudi. [*Rudes* et *rudimentum* de iis dicitur amantibus aut qui nunquam Veneris experti sunt delicias et virginitatem deponunt, aut qui primum sese perfruuntur, quamquam saepius iam ab aliis tentati. Ita hoc loco de amantibus, qui primum inter se pugnant, non de intactis, cf. Ovid. Heroid. XVII. 141. *sum rudis ad Veneris furtum.* Met. X. p. 636. *rudis primoque Cupidine tacta.* cf. Gebhard. ad Propert. III. 1. 35. [Apul. Met. VI. p. 392. de Venere, quam Vulcanus primum tangit, ad VIII. p. 511. *furatrinae coniugalis incommodaret rudimentum* de prima coniugalis lecti militia, Burm. ad Phaedr. II. 2. 4. ad Propert. I. 9. 8. Ita *tiro* nominatur *rudis amator* apud Reposian. de concub. Mart. v. 15. *In castris modo tiro tuis.* cf. Anthol. Lat. T. I. p. 42. *Amplexibus* in antecedd. de concubitu dictum est. cf. Dr. ad Sil. Ital. XI. 399. Rup. ad Iuv. VI. 64.]

prima stipendia Veneri militabant nudi milites. [De sententia iam prius

litabant nudi milites, et contra omnium opinionem captata noctis opportunitate improvisus maritus assistit. Suae domus ianuam iam pulsat, iam clamat, iam saxo fores verberat, et ipsa tarditate magis magisque suspectus | dira 631
comminatur Myrmeci supplicia. At ille repentino malo perturbatus, et misera trepidatione ad inopiam consilii deductus, quod solum poterat, nocturnas tenebras sibi causabatur obsistere, quin clavem curiose absconditam reperiret.

novi et, quod ante *nudi* in nonnullis codd. legitur, non comparet in F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. L. f. B. R. p. *π. δ.* Iunt. 2. Florid. *clamat* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. R. *δ.* L. Iunt. 2. Vulc. Merc. Wow. Pric. In cett. legitur *clamitat*, quae mihi emendatio videtur esse librarii, qui prae indignatione saepius clamitasse Barbarum indigitare voluit. Recte Oud. *clamat* ex optimis codd. tuetur. *faxo* G. 1. O. *dura* G. 1. *comminatur* 9*minatur* (his repetitum) D. *minatur* L. p. edd. ante Colv. praeter Iunt. 2. *mirmici* G. 1. 2. *Myrmici* O. f. aliisque teste Oud. *mirmei* D. *perturbatur* f. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. Bas. *et* ante *misera* exulat a G. 2. P. D. *solus* f. *sibi causabatur* F. 3. G. 1. 2. D. *δ.* f. Coll. Voss. In cett. *causabatur sibi*. *clausabatur* L. teste Colvio.

dictum est ad Met. II. p. 131., ubi de comparatione Veneris cum proeliis saepius instituta egi. cf. praeterea Iacob. ad Lucil. Aetn. 217., qui nostrum locum excitat, Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. p. 69. et Caton. Dir. 116. *aut inter varios Veneris stipendia florcs Membra reclinarit*, ubi *dispendia* non corrigendum est, uti nostro loco aberrat cod. Dresd.]

et contra omnium opinionem. Male, uti saepius, hic quoque Stewech. hunc locum tentat, *en contra* scribens, quam particulam, ut *ecce*, perfamiliarem esse adnotat iis, qui magnum aliquod facinus narraturi et velut in scena posituri sint cf. ad Met. VIII. p. 518., ubi demonstratum est, *et* particulam hic bene habere.

clamat. Clamare et *clamitare* indignantis et irascentis est cf. Donat. ad Terent. Andr. I. 1. 117. De more eorum, qui domum intrare vellent, portam pulsandi et foris clamandi cf. Pricaeus, qui excitat Aristaenet. II. 22. *ὁ ταύτης* (adulterae) *ἀνὴρ ἐξ ἀλλοδαπῆς ἀφιγμένος, τὴν θύραν ἅμα βοῶν ἔκοπτε.* Horat. Sat. I. 2. 127 sqq. *Nec metuo, ne dum futuo, vir rure recurrat, Ianua frangatur, latret canis, undique magno Pulsa domus strepitu resonet, vel pallida lecto Desiliat mulier, miseram se conscia clamet.* [cf. Sagittar. de Ianuis Vett. c. 13. nr. 35. in Graev. Thes. Antiq. Tom. VI. p. 467.]

suspectus hic Apuleius pro *suspiciente* vel *suspicace* posuit, quod quum Stewech. non probatum esset, emendabat *et ipsam tarditatem magis magisque suspectans* vel *suspectatus.* Sed bene Pricaeus hanc vocis significationem vindicavit, cuius adnotationem totam liceat describere: *Suspectum* hic pro *suspicientem* vel *suspicacem* posuit, ut [Met. VII. p. 498.] *fleta et lacrimosa*, Virg. [Aen. VIII. 588.] *pictis conspectus in armis*, ubi Servius: *conspicuus vel conspicabilis.* Sic in Gloss. [Philox. p. 159.] *perspectus ἐπιφοόρατος*; Donat. ad Hecyr. V. (2. 11.): *nostras mulieres suspectas fuisse* i. e. in suspicione positas. Nam *esse suspectas* ambiguum est, et nunc eius partem manifestam videmus. Ammian. XVI. (12. §. 27.) *suspectior de obscuris nec referre gradum nec ulterius ire tentavit.* Scholiastes vetus Horat. ad Carm. III. de vit. regia: *quia semper insidiarum metu suspecta sit.* His adde quae ex Glossariis, Euripide, Tertulliano adnotavit ad Catonis disticha (IV. 89.) Ios. Scaliger. E converso vox *suspiciosus* non solum activum sensum sed et passivum recipit id est non *suspicantem* solum, sed et *suspectum* significat. cf. Gell. IX. 12. *homo suspiciosus.* [cf. Salm. ad Script. Hist. Aug. T. I. p. 615., quem excitat Wagn. ad Ammian. XXIX. c. 4. §. 5. *ignium enim crepitu dissonisque clamoribus satellites exciti idque, quod accidere, suspecti* ...]

curiose absconditam. [De his servis clavigeris cf. Sagitt. de Ianuis Vett. c. 16. nr. 24. in Graev. Thes. T. VI. p. 464. qui hunc etiam locum commemoravit.]

Interdum Philetaerus cognito strepitu raptim tunicas iniectus, sed plane prae turbatione pedibus intectis procurrit cubiculo. Tunc Myrmex, tandem clave pessulis subiecta, repandit fores, et recipit etiam tunc fidem deum boantem dominum; eoque propere cubiculum petente, clandestino transcursu dimittit
632 | Philetaerum. Quo iam pro limine liberato, securus sui clausa domo rursum se reddidit quieti.

CAPUT XXI.

Sed dum prima luce Barbarus procedit cubiculo, videt sub lectulo soleas incognitas, quibus inductus Philetaerus irrepserat; suspectisque re nata, quae

interim pro *interdum* legitur in solis Edd. Ber. Iunt. 2. Bas. ac frustra Sopingius coniecit: *interimdum* cf. ad Met. II. p. 158. *repperiret interdum Philesitherus* F. 3. verborum tenore non interrupto. *Philesicherus* D. *tunicas* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. B. L. *f. d.* In cett. *tunicam. iniectas* F. 1. *perturbatione* pro *prae turbatione* G. 1. B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Ald. Iunt. 1. 2. *per turbationem*, quod in G. 2. legi adnotat e suis excerptis Oud., ibi non comparet, sed *prae turbatione*, ut in ceteris codd. *prae trepidatione* cod. Incert., quod Oud. probat, explicans: nimia festinatione. In Venet. 4. et Par. iunctim scriptum est *praeturbatione*. *subtecta* G. 1. 2. D. solita aberratione. *etiamtunc* F. 3. G. 1. 2. D. f. edd. quaedam teste Oud. Ego inveni in Iunt. 2. In cett. *tunc etiam*. *dominum boantem* ed. pr. *domini boantem* G. 2. D. edd. vett. usque ad Colv., praeter Iunt. 2. *philesetherum* G. 2. D. · *qui iam pro lumine* L. *lumine* P. *prae limine* p.

lecto G. 1. 2. D. P. f. *inductus* F. 3. O. In cett. *indutus*. Sed rectius posterior lectio habet cf. ad Met. II. p. 159. *pedesque palmeis buxeis inductum*. *Philesitaerus indutus* inverso ordine f. *irreserat* D. *suspectisque* F. 1. 3. G. 2. P. (etiam in collat. ad marg. ed. Colv.) B. R. Incert. Iunt. 2. Pric. Elm. Scriver. *subspectis* non addita particula *que* D. *suspectuque* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *susceptisque* G. 1. O. In cett. *suspectusque*.

tunicas. Pluralem recepi, quia insolentior et contra usum Romanorum librariis videbatur esse, nescientibus, duas pluresve saepius veteres gestasse tunicas, potissimum frigori defendendo cf. Suet. Aug. 82. Oud. excitat Met. I. p. 31. *unam e duabus luciniis meis exuo*. XI. p. 781. *impigre superiorem exutus tunicam*; Varro apud Non. s. v. *subucula* p. 542.: *Postquam binas tunicas habere coeperunt, instituerunt vocare subucula et indusium*; Liv. VII. 37. Suet. Vitell. c. 2. Heins. ad Ovid. Fast. V. 676. Brod. Miscell. VI. 7. [Ferrar. de Re Vest. III. c. 3. in Graev. Thes. Antiq. T. VI. p. 725 sq.]

quo iam pro limine liberato. Soping. citans Scalig. ad Fest. v. *polimenta* coniecit *polimine*, Brantius: *qui iam prolumine vibrato*, ut *prolumen* esset *lucifer*, quibus emendationibus ex vitio cod. Lips. profectis infeliciorem equidem vidi nullam. Salm. ad Solin. p. 9. legit: *qui intro limine liberato*, ut ad Myrmecem referretur. *Liberare* enim *flurium*, inquit Oud., *montem, terminos* dicitur is, qui eos superat et transit. cf. ad Frontin. I. c. 5. §. 3. *si flumen liberasset*. Verum Myrmex non videtur limen egressus esse. Ad haec durissime *qui* pronomen referretur ad Myrmecem, praecedente *demittit Philesietaerum*. Tunc, quia in cod. Pal. etiam est *lumine*, rectius legeres, *qui iam protinus* vel *porro liberato* s. prolato cf. ad Met. p. 665. Nam hucusque in tenebris cuncta sunt acta. Sed quia sequitur demum *clausa domo*, quam prius claudere, quam lumen petere debuisset, ne haec quidem coniectura placet, et vulgatum retineo. *Quo* id est Philesietaero, egresso iam extra limen, et sic e periculo et quasi e carcere liberato, Myrmex domum clausit et securus reddidit se quieti. Dict. Cret. de Bell. Troi. c. 41. *corpus eius liberatum ex acie*. *Pro limine* dicitur, ut *pro foribus*, *pro curia*, *pro rostris*, *pro aede* similia cf. Abram. ad Cic. pro Sext. c. 15. Gron. Observ. IV. 1. Suet. Oth. c. 3. Vitell. c. 16. Apul. Met. XI. p. 789. *pro foribus assistens*. Vir doctus coniecit *primo limine*.

CAP. XXI. *suspectisque*. [Qui *suspe-*

Digitized by Google

gesta sunt, non uxori, non ulli familiarium cordolio patefacto, sublatis eis et in sinum furtim absconditis, iusso tantum Myrmece per conservos vincto forum

non ulli F. 3. G. 1. 2. D. f. δ. P. β. alii (teste Oud.) edd. ante Bas. 2. Elm. Scriver. Florid. *nec ulli* legitur in Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. et ita forsitan etiam F. 1. B. O. G. esse, probat Oud. De G. 1. et 2. iam vidimus, unde verisimile est, in O. quoque idem extare. Ad Florent. cod. auctoritatem hic propter Lindenbrog. levitatem non respiciendum est. *sublatis eis* F. 3. G. 1. 2. D. β. M. δ. f. In cett. *sublatis his.* Verba *his usque ad absconditis* desiderantur in L. *furtim* F. 1. 3. G. 1. O. *furtim* φ. G. 2. P. D. Vulc. 2. Elm. (sed in indice erratorum emendatum est in *furtim.*) In cett. *furtim*, quod idem in suis F. 1. excerptis invenit Elm. *absconditus* Vicent. Venet. 2. *iusso tamen at* B. *iussit Myrmecem per conservos vinctum* β. *Myremice per conservos vinctum* δ. *Mirmice* G. 1. 2. *mirimice* D. *verso* F. 3. G. 1. 2. D. O. P. f. *uso* L. (ex compendio *uso* depravatum). In cett. *versus.*

ctus lectionem receperunt interpretes praegressis verbis *ipsaque tarditate magis magisque suspectus* decepti sunt. Quid vero Oud. sibi velit, negans, *suspectus* hic activa sententia dici posse ob seqq. *quae gesta sunt* equidem non intelligo. Nam eadem ratione Ammian. Marc. XXIX. 4. §. 5. dicit: *idque quod accidere suspecti.* At ex codd. fide *suspectis* retinendum est.]

cordolio patefacto. [Plurimae extant virorum doctorum ea de voce sententiae. Nonnulli enim, ut Scalig. ad Varr. p. 218., *cordolium* non a *corde* formatum, sed pro *condolium* dictum esse putant, Doederl. novissimis temporibus Synonym. T. VI. p. 81. vel ex *cor* et *dolere* compositum, vel voc. Graecorum *χορθώ* i. e. *βλαβή* teste Hesychio deminutivum esse autumat, Meursius denique Exercit. Crit. P. I. c. 1. p. 92. seiunctim scribendum esse *cor dolium* autumat, ut *dolium* pro *dolor* dictum sit, quam vocem aliis eiusdem analogiae compositis munire conatur. At iam Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 110. et in Add. p. 686. *cordolium* una voce scribendum e per *cordis dolorem* explicandum esse recte pronuntiavit, quum *cor dolere* saepius dicant veteres; cf. Peerlk. ad Horat. Epod. 15. 16. p. 491. Totalis pendet e locis Plaut. Cistell. I. 1. 67. et Poen. I. 2. 86., quippe qui hoc vocabulum formasse videatur. Priore enim loco *cordolium* legi posse negant viri docti, quorum sententiam accuratius exponit Rost. in Comment. Plaut. XIV. p. 152., primum quia Gymnasium, quod ipsa non habeat, id sororem habere non posse argumentaretur; tum quod de mulierum cordolio viros dubitasse nusquam legatur, ipsum vero cor inesse in feminis negarint; denique quod si *cordolium* retinere malueris, obscura maneat vers. 69. sententia. Ipsum enim cordolium non dolere, sed cor, quod dolore afficiatur. Hinc Rostius emendat *At mihi cor dolet?* At puto, viros doctos hunc locum non satis recte intellexisse. Silenium enim meretrix quum usurparit vocabulum *cordolium* i. e. *cordis dolorem*, interrogat Gymnasium, qui ita fieri possit, ut *cordis dolorem* habeat, quum *cor* de virorum sententia in feminis non insit. Neque igitur negat Gymnasium *dolorem* sed *cordis dolorem* habere posse Silenium. Unde vocab. *cor* premendum et voce efferendum est. Haec quum bene intelligat Silenius, respondet *si quid est* etc. Si quid hoc loco mutandum, velim legi *unde tibi est cor? commemora obsecro. Cordolium* igitur formatum est, ut *crurifragium.* Praeter nostrum locum hoc vocabulum tantummodo extare videtur in Epigr. apud Burm. Anthol. Lat. d. l. p. 110. *quae misero moveat flebile cordolium.*]

furtim absconditis. [*Furtim*, quod optimi codd. praebent, nonnisi est orthographiae vitium pro *furtim*, quum in vetustissimis praeceteris codd. litterae *u* et *o* saepenumero confundantur, id quod omnium notissimum est cf. Duk. ad Liv. III. 28. 11. Tum *furtim* melius loci sententiae convenit quam *fartim*, ut bene iam vidit Oud. Duae enim soleae non faciunt sinum. Deinde vix puto dici

Digitized by Google

versus attrahi, tacitos secum mugitus iterans, rapidum dirigit gressum, certus
633 solearum indicio vestigium adulteri posse se | perfacile indipisci. Sed ecce per plateam dum Barbarus vultu turgido subductisque superciliis incedit iratus,

attrahi F. 3. G. 2. P. D. φ. δ. p. f. Coll. Voss. Iunt. 2. *aetrahi* G. 1. *abstrahi* O. π. In cett. *detrahi*. *interans* Venet. 2. Sed error est operarum. *posse per se* G. 2. D. *indepisci* G. 1. *vultu turgido* F. 3. G. 1. 2. O. D. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) δ. p. f. Wow. Elm. Pric. Florid. *vultu turbido* B. et Scriver. magisque probavit Pricaeus cf. Sciopp. Susp. II. 14. *turgidus* F. 1. B. edd. vett. ante Wower. *iratus* abest ab Edd. Iunt. 1. 2. Aldique de industria, ut opinatur Oud., nec male, quod e glossa natam vocem putaverint.

posse *abscondere soleas furtim* i. e. ut sinum efficiant. *Furtim* vero soleas abscondidit Scorpio i. e. clam Myrmece, uxore, ceterisque domesticis, ut isti ne suspicari quidem possent, unde adulterium cognosset. Ita enim impedire voluit, quominus mulier et servus inter se deliberarent de mendacio ac paciscerentur, quo maritum deciperent. Hoc ex seqq. bene intelligitur. Myrmex enim quamquam nescit, cur vinctus fuerit, noxae non prehensus, conscientia tamen pessima vexatur. Haec caussa est, cur unice defendenda lectio sit *tantum*, quae in Bert. in *tamen* corrupta est. *Furtim* vocabulum est ab Apuleio saepius usurpatum. cf. Haml. Tursell. T. II. p. 752.]

forum versus. [Quamquam optimi quique codd. *forum verso attrahi* habent, tamen quum rationem nullam videam, qua defendi ista lectio possit, ex codd. longe deterioris notae cum Oud. recepi scripturam *forum versus*, in eo tantum a viro docto recedens, quod ex consensu librorum *attrahi* retinui. *Forum versus* quomodo explicandum sit patet, mendumque Mss. ita expedio, ut prius *vers' attrahi*, tum *versa attrahi* et quia id ad *Myrmice* pertinere librariis consentaneum esse visum est, *verso* scriptum fuerit. Utut res est, *forum versus* solummodo probatur. Brantii vero coniectura *forinsecus* non propter sententiam refutari potest cum Oud., sed quia plane inutilis est. Oud. enim eo nomine *forinsecus* vituperat, quod Barbarus servum trahi iusserit *non foras*, sed *in forum*, ubi hominum sit frequentia, ut illic solearum indicio vestigia adulteri possit indipisci. At Sidon. Apoll. Epist. I. 2: *si actionem diuturnam, quae est forinsecus exposita, perquiras* et III. 1: *multum voluntates nostras copulaverat decursarum forinsecus actionum similitudo* cf. Hand. Tursell. II. p. 704. *foqinsecus* dicit pro *in foro, publice* de actione publica, unde non improbabile esset, hoc loco particulam, quae saepius de motione in locum pro *foras* ponitur, apud Apuleium, cf. Met. IX. p. 648. *forinsecus abiicit*, pro *in forum*, usurpari potuisse. Sed contra Mss. temere nil mutandum est. *Attrahi* bene dicitur de eo, qui sequi non vult, de renitente, cf. Met. III. p. 191. *me renitentem clementi violentia secum attraxit.* Liv. XXIX. 9. *tribunos attrahi.* In *forum* vero adduxit servulum Scorpio, ut coram iudicibus eum accusaret fraudis et fidei laesae, non id quod Oud. voluit, ut in frequentia hominum ibi versantium indicio solearum vestigium adulteri reperiret.]

vultu turgido. [Contra Oud. mentem Ruhnk. Vulc. 2. intactam reliquit scripturam *turgidus*, quae loci concinnitati omnino adversatur, quum *iratus* ad utrumque pertineat. *Turgido vultu* dictum est, ut Met. V. p. 378. et p. 340. *tumido vultu*, ubi demonstratum est, *tumere* et *turgere* de hominibus graviter affectis, inprimis irascentibus dici. cf. Plaut. Casin. II. 5. 17. Mostell. III. 2. 10. Hinc necessarium non erat, ut Bert. secutus Wower. praeferret *turbidus*, per se quidem probum cf. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. p. 52. et p. 52. De confusione et discrimine utriusque vocabuli, cf. Peerlk. ad Horat. Od. I. 3. 19. Doed. Syn. IV. p. 191.]

vinculis obrutus. [Suspicatur Heins. ad Ovid. Fast. II. 578. *obsutum anuenae torret in igne caput*, legendum esse *obsutus*, qua emendatione vix inconcinnius quid potest cogitari. *Obrui* enim

ac pone eum Myrmex vinculis obrutus, non quidem coram noxae prehensus, conscientia tamen pessima permixtus lacrimis uberibus ac postremis lamentationibus, inefficacem commovet miserationem, opportune Philetaerus occurrens, quamquam diverso quodam negotio destinatus, repentina tamen facie permotus, non enim deterritus, recolens festinationis suae delictum, ut cetera consequenter suspicatus, sagaciter extemplo sumpta familiari | constantia, dimotis servulis {631 [227]

Incoram legendum esse monuit Stewech. Quod arripuit Scriver., et alibi occurrit. Sed non minus saepe *coram* adverbialiter sumit Apuleius cf. ad Met. III. p. 209. *sum namque coram magiae noscendae ardentissimus cupitor.* Nihil ergo contra Mss. innovandum est. *coram quidem* G. 2. P. D. *conoxe* G. 1. pro *coram noxae*. *novae* pro *noxae* Iunt. 1. 2. Ald. *prehensum* F. 3. p. *prehensus* G. 1. 2. P. O. D. f. d. edd. vett. ante Colv. In cett. *deprehensus*. *iam postremis* edd. vett. usque ad Colv., unde Oud. aliquando conficiebat: *lacrimis uberibus iam, postremo lamentationibus. commonet* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. *occurrens Philesiet.* G. 1. *non etiam* pro *nam enim* emendavit Burm. *detintus* pro *deterritus* G. 1. *ac cetera* vel *et cetera* pro *ut cetera* mavult Oud. cum Salmas. *obsequenter* d. *suspiratus* G. 2. D. *extimplo* d. *exemplo* G. 2. D. *ex* i. e. *exemplo* G. 1. [cf. Hand. Tursell. T. II. p. 674.] *demotis* d. *dimotus* Venet. 2.

dicuntur, qui re graviter premuntur et plane obteguntur. cf. Cort. ad Lucan. VI. 793., qui praeter hunc Apuleii locum ex Oros. V. 15. affert: *Iugurtham dolo captum et catenis obrutum.*]

prehensus. [Utrumque et *deprehensus* et *prehensus* dici posse confirmat Oud. Ego optimos codices secutus *prehensus* dedi. cf. Plaut. Bacch. IV. 4. 45. *quem mendacii prehendit manifesto modo,* ad quem locum comparetur Taubm. p. 578; *deprensus* idem dixit Plaut. Bacch. IV. 9. 26. *dolis ego deprensus sum.* De constructione conferri iubet Oud. dict. ad Caes. B. G. VI. 15. et Voss. de Constr. c. 26. cf. Ruddim. T. II. p. 165. n. 36.]

permixtus .., ac postremis lamentationibus. Codd. omnes et edd. habent *permixtus s. permistus.* Stewechius emendat *pervictus,* quod Florid. probat, licet Pricaeus contrarium evincat optime. Ita Apul. Met. XI. p. 767. dicit *pavore et gaudio ac dein sudore nimio permixtus.* IX. p. 667. *moerore permixtus.* Flor. I. 18. *omnia terrore permiscuit.* Male vero post *permixtus* distinctio ponitur. Lacrimabat enim Myrmex prae stimulo conscientiae. [Ac ea de caussa videndum est quam perverse Edd. in *iam* corruperint, a quorum sententia ne Oud. quidem alienus est. *Postremis* hoc loco pro vilissimis nonnulli capiunt, qua significatione apud ipsum Ciceronem saepiuscule legitur. cf. Rosc. Amer. 47. supra Met. p. 600., ut sint lacrimae hominis pessimi ac nefarii. At potius adiectivum hic pro adverbio equidem positum existimem, ut *lacrimae postremae* sint quae postremo proveniunt, qui usus non ita rarus est antiquis, praeceteris in adverbiis tempus significantibus cf. Ruddim. II. p. 373. not. 14. Cort. ad Sall. 38. 1. cf. supra p. 601. Recte tamen inusitati quid habet locutio, quod sentiens Oud. aliquando coniiciebat *postremo.*]

quodam negotio destinatus. [Perperam ostendunt interpretes acumen ingenii, lectionem quae omnium sanissima est allucinationibus depravantes. Ita Colv. maluit *distentus*, Oud. tentavit *distractus* vel *districtus,* vel pro *quodam negotio: quoidam negotio* cf. ad Met. VII. p. 450. Recte vero intellexit Oud., *destinatus* hic idem esse, quod alligatus, vinctus, at *quodam negotio* proprie pro dativo positum esse, mirum in modum pronuntiavit, conferens de hoc usu dict. ad Suet. Oth. c. 12. *maiore miraculo fuerit.* et Met. X. p. 711. *quinquennali magistratui fuerat destinatus.* Sed non consideravit, inter varias huius verbi significationes quam accuratissime esse discernendum. Quum enim *definitus* notat, dativum regit, quum *vinctus, alligatus* ablativum, ut apertissime vindicat locus Met. VI. p. 434. *lorum. quo fuerum destinatus, abrumpo.* De hac significatione vocis cf. ad Met. I. p. 47. Intt. ad Caes. B. G. VII. 22. §. 2.]

invadit cum summo clamore Myrmecem, pugnisque malas eius clementer obtundens: 'At te, inquit, nequissimum et periurum caput, dominus iste tuus et cuncta coeli numina, quae deierando temere devotasti, pessimum pessime perduint! qui de balneis soleas hesterna die mihi furatus es, dignus, hercules, dignus, qui et ista vincula conferas, et insuper carceris etiam tenebras per-

Myrmicem d. *mirmecem*. *Pugnisque*. Ita distinctum est in G. 2. D. *molas* G. 2. P. D. Vulc. 2. *inclementer* L. *ad te inquit* G. 1. 2. O. D. p. f. *periurium* p. In cett. omnibus codd. et edd. legitur *periurum*. Ruhnk. in edit. Oud. habet *perfurum*. *nupmina* D. *devorasti* F. 1. (teste Elm.) 3. L. G. 1. 2. P. O. d. f. p. Incert. Scriver. *deverasti* D. In cett. *devotasti*. *perduint* F. 3. Iunt. 2. In cett. *perdant*. *de* abest D. *solas externa die* G. 1. *mihi* non est in B., unde male in nonnullis edd. uncis inclusum est. *conferas* pro *conteras* G. 1. 2. D. P. d. f. q. L. Verba inde a *et insuper* usque ad *perferas* desiderantur in G. 2. D. P. L. d. propter *conferas* et *perferas* vocum similitudinem, qua librariorum oculi delapsi sunt. *carceris etiam* F. 3. G. 1. f. In cett. *etiam carceris*.

clementer. *Inclementer* ex cod. Lips. omnino probat Pricaeus, sed quod Oud. iam iudicium est, male. Melius enim iste servus de ipso meruerat. Simulanter ei colaphos infringit, cum maximo quidem clamore et conviciis, nec vero serio nec vi, ut bene ceperunt Beroald. et Florid.

periurum caput. [Unde Ruhnken. lectionem *periturum caput* hauserit, falsi est typothetarum error satis memorabilis, equidem nescio, quum in nullo libro nec edito nec scripto eam repererim. Et *periturum* quamquam per sententiam non ita intolerabile est, hic tamen *periurum* praestat propter seqq. De voce *periurum* cf. Taubm. ad Plaut. Pseud. II. 1. 189. *Caput*, ut saepius, hic personae notionem circumscribit, quae vocis significatio praeceteris comicorum est propria cf. Virg. Aen. IV. 613. *infandum caput*. Terent. Andr. II. 2. 34. *ridiculum caput*, ubi Donat.: *Pro toto homine*, ad quem locum cf. Westerhov. Plaut. Mil. III. 1. 129. *caput lepidum*. Asin. II. 4. 89. cf. ad Met. IV. p. 269.]

deierando temere devotasti. [Scriptura *devotasti*, quam deteriores libri praebent, quum sola satisfaciat, lectionem alteram *devorasti* in textum non recepi. Beroaldus, quem plurimi interpretes et Oud. secuti sunt, *devotare* explicat maledicere, exsecrari: coll. Cic. Parad. I. 2. §. 12. *quae vis patrem Decium, quae filium devotavit atque immisit in armatas hostium copias*, ubi item *devorarit* aberratum est, et Orell. bene demonstravit, *devotare* esse *devovere*. Accuratius ad hanc significationem comprobandam facit locus Plaut. Casin. II. 6. 36., ubi Lambinus aliquot codd. secutus *devorabit* edidit, sed cf. ad h. l. Taubm., qui Apul. de Herb. c. 7, exemplum profert: *Si quis devotatus defixusque fuerit*. Et ita *devovere* saepius pro diras alicui imprecari usurpatur cf. ad Petron. Sat. 141. Ovid. Ib. 55. Gloss. *ἀρᾶσθαι scelero, devoveo, devoto*. Hinc intelligitur,] quam perverse Barth. ad Claudian. in Ruf. 351. *devotasti* explicuerit: *pro prosperis inclementes reddidisti deos*, et Heins. ad Ovid. Epist. ex Pont. II. 2. 27. reposuerit, *temerasti*, quod potius interpretamentum sapit. *Devorare*, quod nonnulli interpretes, ut Pricaeus, defendunt explicantes: *numina spernere* et *calcare* hic ferri non potest; aliud enim est *pudorem devorare* ut Apul. dicit Met. II. p. 124. *devorato pudore* i. e. consumto. Commonefacere Pricaeum iam debebat locus, quem ipse adtulit, Iustin. XIV. 4: *At vos, devota capita, respiciant dii periuriorum vindices*. cf. Intt. ad Minuc. Fel. c. 28. §. 8.]

perduint. [Haec forma apud Comicos nihil frequentius potest cogitari. cf. Terent. Eun. II. 3. 10. *Ut illum di deae omnes senium perduint*. Hecyr. III. 4. 27. Intt. ad Plaut. Mostell. II. 2. 33. Poen. III. 4. 29. Amphit. II. 2. 215. al. cf. Met. X. p. 574., ubi pro *caecum reddant* Oud. mavult *redduint*.]

Digitiz

feras. Hac opportuna fallacia vigorati iuvenis inductus, immo sublatus et ad crudelitatem delapsus Barbarus, postliminio domum | regressus, vocato Myr- 635
mece soleas illas offerens et ignovit ex animo, et uti domino redderet, cui subripuerat, suasit.

CAPUT XXII.

Hactenus adhuc anicula garriente, suscipit mulier: Beatam illam, quae tam constantis sodalis libertate fruitur! At ego, misella, molae etiam sonum et ecce illius scabiosi asini faciem timentem familiarem incidi. Ad haec anus: Iam ego tibi probe suasum et confirmatum animi amatorem illum alacrem

opportunitate G. 1. O. *fallaciam* G. 1. *immo vero* G. 2. L. D. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) In cett. *vero* exulat. *os oblitus* pro *sublatus* Scriv. Florid. *sublitus* in O. esse ait Pricaeus. Id non vidit Oud. in Gronov. Excerptis. Quasi e cod. p. margini etiam Salm. adlevit. *et* abest G. 1. O. *crudelitatem* perverse admodum conspicitur in solis Edd. Venet. 4. Bas. Par. Colv. Vulc. 1. Scriver. *reversus* L. *Myrmicé*. aliique codd. teste Oud. In meis praeter F. 3. hic legitur *Myrmece*. *ignovit*. Modius unica voce legit *exanimus* i. e. qui metu fuerat exanimatus.

actenus G. 1. *garriente* G. 1. *libertatem* f. Iunt. 1. 2. Ald. Promiscue usi sunt veteres. Sed a fide optimorum codd. standum est cf. ad Met. VIII. p. 540. *nuptias* non *fruaris*. *et ecce* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. f. In cett. *et caecam*. *egt illius scabiosa as facie* p. corrupte. *tumentem* P. O. G. 2. D. *incidit* G. 1. *incido* π. *ad hoc* p. *iam tibi ego* δ. f. *ego* G. 1. 2. D. P. non habent. *cum amatorem* pro *animi amatorem*, (qua confusione nihil frequentius est ex compendiis *aī* i. e. *animi* et *cū* i. e. *cum*.) *amatorem alium alacrem* Iunt. 1. 2. Aldin. *altiorem* pro *alacrem* G. 1.

immo sublatus. [Multum desudarunt de h. l. viri docti, quum praeter Oud. fere omnes comprobent emendationem Stewechii *os sublitus*, de cuius dictionis vi cf. Taubm. ad Plaut. Epid. Argum. 6. Mil. Glor. II. 1. 32. Poen. V. 4. 23. At recte monet Oud., non laudatum hic esse Barbarum, aut ulla adulatione deceptum, qualis sit cui *os sublini* dicatur.] Apuleius, ut passim, imitatus est Graecos, qui ἐπαίρειν saepius sensu persuadendi ἀναπείθειν usurpant, Hesych. ἐπῆρεν ἀνέπεισεν Eurip. Hecub. 69. αἴρεσθαι δέλεασι, φαντάσμασι. [*Sublatus* porro mutari nequit, quia sequitur *delapsus*, quae vocabula sibi opposita esse aperte sententiarum nexus indicat.]

CAP. XXII. *et ecce illius scabiosi.* Vulgata quidem lectio *caecam illius* satis habet, quo se tueatur, quod tota hac narratione saepius commemorat auctor, faciem suam velamento obtectam fuisse satis levi, quamdiu molam circumagebat, et haec fabula sit narrata illud horae, qua molae sonus audiebatur, adeoque Lucius quasi *caecus* erat. Sicut mox subdit, sibi dein *revelata lumina* fuisse. Multa tamen elegantior Oud., quem sequor, cum Pricaeo videtur lectio *et ecce*, quae mycterismum cum summo fastidio indicet, cf. Met. VI. p. 397. *et ecce nobis turgidi ventris lenocinio commoret miserationem;* Met. X. p. 708. *et, heus, ait, puer, lautum diligenter ecce illum aureum cantharum mulso contemnera.* [cf. Hand. Turs. T. II. p. 349. n. 11., ubi Handius negat, particulam *ecce* unquam servire ironiae aut indignationi, hac sententia potius *en* exspectans. cf. Richter. ad Auson. Popm. p. 224. De Cicerone quamquam hoc dici possit, licet adhuc de loco Fin. II. 30. §. 97. dubitetur, tamen in universum ea vis tolli nequit, id quod Apuleii exempla satis probant. Lipsius coniecit *eccum*, de qua voce cf. Hand. l. c. p. 348.]

suasum. [*Suasus* h. l. significatione dictum est non usitata. *Suasus* enim legitur rarissime idque notione *cui suasum est* cf. Argum. I. incerti auct. Plaut. Aul. v. 6. *Magadorus a sorore suasus dicere*, de qua constructione plura dicam infra ad Met. p. 642. *Suasus* vero *invenis* hic non est cui persuasum est, veniret domum adulterae, sed qui *comprobatus* est et *commendatus* uxori

Digitized by Google

636 vadimonio sistam. Et insuper condicta vespertina re|gressione cubiculo facessit. At pudica uxor statim coenas saliares comparat, vina pretiosa defaecat, pulmenta recentia tuccetis temperat, mensa largiter instructa. Denique ut dei cuiusdam adventus, sic exspectatur adulteri. Nam et opportune maritus foris apud naccam proximum coenitabat. Ergo igitur meridie propinquante, helcio tandem absolutus refectuique secure redditus, non tam hercules laboris liberta-

iam dicta L. *condita* G. 1. π. *ac pudica* f. *coena*, s propter sequens *saliares* omisso G. 1. *desecat* G. 1. π. *deferat* δ. *tuccetis* multi codd. teste Oud. Ego inveni in F. 3. G. 1. 2. D. hanc scripturam, quam probo cf. ad Met. II. p. 103. *tuccetum perquam sapidissimum*. *largitur* G. 1. *dei cuiusdam adventus, sic exspectatur adulteri* F. 1. 3. G. 1. 2. R. f. P. D. p. Elm. Scriv. In cett. codd. et edd. *dei cuiusdam, sic adventus exspectatur adulteri*. *sic* omnino abest δ., rectius ut Oud. opinatur. Saepius enim *sic* post particulas comparativas omittitur, quae res notissima est. Sed contra codd. nihil est innovandum. *et* non comparet in δ. Vulcanius adlevit margini *peropportune*. *naccam* F. 3. Iunt. 2. aliique codd. cum edd. posterioribus Colvio. *vaccam* G. 1. 2. O. D. L. f. (neque *vaccham* ut in Oud. excerptis G. 1. habet.) *nactam* F. 1. B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. *naeam* Ald. Iunt. 1. *nomina* Bas. 1. *apud vicinum proximum* β. δ. *apud vaccam positus proximum* O. G. 1. *Naccam* Ruhnken. in ed. Oud. excudi curavit quasi nomen proprium. *obsolutus* G. 2. O. D. *libertatem* F. 3. p. edd. ante Colvium. In cett. *libertate*.

propter vigorem, qua notione *suadere* cum accusativo rei semper iungunt, ut Suet. Oth. 8. *quietem et concordiam suadentibus;* notissima sunt *legem, rogationem suadere.*]

naccam. Hanc scripturam ex optimis codd. praetuli, quae nisi in antiquissimis Apuleii Mss. fuisset, quomodo *vaccam* lectio exorta esset, intelligi non posset. Diversissima ratione de orthographia huius vocis diiudicant viri docti. Turneb. Advers. LXXIII. 23. ac Schoettgen. de Fullon. praeferunt *nactam*, quasi sit graece *νάκτης* a *νάξαι* vel *νάσσειν, farcire stipare*, unde et *νακτὰ coactilia* teste Hesychio, et *νακτὸν densum, pressum*, et *nactina* iidem infra probant. At non alienus est Turneb. cum Salm. ad Solin. p. 129. a scriptura *nacca*, quum Casaub. ad Pers. p. 248. ubique *nattam* scribi velit. [Necessarium est conferri locos, ubi hoc vocabulum legi dicunt viri docti Iuven. Sat. VIII. 95. Horat. Sat. I 6. 124. Pers. Sat. III. 31., quibus in locis ex consensu Mss. scribi debet *Natta*. Sed discernendum est inter *Nattam*, hominem gulosum atque sordidum, quem pro toto hominum istorum genere Horatium secuti ceteri satirarum auctores usurpant, et inter *naccam*, fullonem, quamquam sunt, qui locis Horatii, Iuvenal. et Persii *naccam* legendum probent pro vili aliquo fullone, ficto nomine, quorum sententiam bene refutat Cruquius ad Hor. Hoc vero loco errat Oud. *Nactam* quidem e Festo scribens, sed maiuscula *N* littera, ut nomen proprium, quod auctor huic homini imposuerit ut fulloni et ab opificio. Quid vero non artificem ipsum significari, sed eius nomen ab opificio ductum volumus? Hac enim tota narratione ipsa nomina personarum Apuleius non protulit, sed eorum tantum opificia. Ita supra p. 613. dicit *quidam pistor*; p. 620. *pistor ille qui me suam fecerat*; infra p. 645. *pistor damno pudicitiae commotus* p. 648. Et ita in narratione Met. X. p. 701. *duobus servis fratribus vendidit..... illorum alter pistor dulciarius.... alter coquus*, non additis nominibus. Ita quoque *apud naccam* hic intelligendum est, ut nostrates quoque dicere solent pagani, quum in vicis fere semper unus opifex eiusdem artificii esse soleat, et accuratissime dicit Apuleius infra p. 639. *fullonis uxor*. Praeterea adversatur locus p. 646. *nec ad exemplum naccinae truculentiae*, ubi minuscula littera scribit Oud. sibi non constans. *Nacca* scribendum esse probant Fest. s. v. *naccae appellantur fullones, quod nauci non sint, id est nullius pretii. Omnia fere opera ex lana nacae dicuntur a Graecis* cf. p. 179. cf. Doederl. Syn. VI. p. 230.]

libertatem. [Accusativum ex optimo codd. Florent. 3. et Pith. recepi, Oud.

Digitized by

tem gratulabar, quam quod revelatis luminibus liber etiam cunctas facinorosae mulieris artes prospectare poteram. Sol ipsum quidem delapsus oceanum subterrenas | orbis plagas illuminabat, et ecce nequissimae anus adhaerens lateri 637
temerarius adulter adventat, puer admodum et adhuc lubrico genarum splendore conspicuus, adhuc adulteros ipse delectans. Hunc multis admodum saviis exceptum mulier coenam iubet paratam accumbere.

CAPUT XXIII.

Sed ut primum occursoriam potionem et inchoatum gustum extremis labiis contingebat adolescens, multo celerius opinione rediens maritus adventat. Tunc uxor egregia, diras devotiones in eum deprecata, et crurum eius fragium ab-

quam quid. Vicent. *liber etiam.* Fulvius coniecit *libere iam cunctas*, quae emendatio iam ante eum extat in Iunt. 2., quomodo ediderunt quoque Vulc. 2. Wower. Pric. Florid. In cett. Mss. et edd. *liber etiam cuncta* p. *facinore se* D. *mulieris* Vicent. *sol quidem ipsum* edd. ante Colvium. *occeanum* G. 1. 2. D. *delaxus* Iunt. 1. *superterrenas* G. 1. *subterraneas* δ. *orbis partes vel plagas* f. ex glossemate. *inluminat* solita aberratione f. δ. *puer admodum.* Brantius coniecit, ut supra *ex adhuc.* Quo nihil ineptius. De sententia cf. d'Orvill. ad Charit. I. 2. *et adhuc adulteros* G. 2. P. D. L., ubi Elm. putat, bene Brantii coniecturam locum habere. *adhec* δ. *delectat* R. f. *admodum multis* edd. ante Bas. 2. sine ulla, quantum scio, codd. auctoritate. *multum admodum* G. 2. D. P. f. L. *sabiis* G. 1. 2. D. δ. *sabii* P. *suaviis* Colv. Scriver., qua in scriptura codd. et edd. ubique variant. cf. ad Met. II. p. 112. *exceptis* B. *coena parata* Venet. 4. Par. Bas. Sed ablativus est contra genium auctoris. cf. ad Met. V. p. 339. *lectum maritus accubans.* Quomodo lectio corrupta sit, intelligi potest ex scriptura cod. G. 1., qui quum *paratum* habeat, *coena* praebet, nec aliter legit Venet. 2. Virgula vero omissa super *a* addenda, quid frequentius in Mss. est. Hinc cum Beroald. lectio non est sollicitanda. *gatam* pro *paratam* typothetarum errore Vicent.

primum occursoriam potionem V. 3. G. 1. 2. O. D. P. π. δ. p. Iunt. 2. Wow. et segq. *primum accursoriam potionem* B. et edd. vett. usque ad Wower. praeter Iunt. 1. et Ald., quae *antecursoriam* ex coniectura Beroaldi habent. *Post occursoriam* habent L. et Ed. Vulc. 2. *petitionem* p. *incohatum* G. 1. *inchoactum* D. *gestum* Coll. Voss.; Pric. corrigebat *gustulum*, ut certe alibi loquitur Apuleius. *contigebat* F. 1. L. R. f. B. Vulc. 2. Colv. [cf. de hoc archaismo quem dicunt Oud. ad Caes. B. C. II. 1. Lips. de cruc. II. 14.] *adulescens* G. 1. *crurum eius fragium* F. 3. G. 1. P. f. δ. B. edd. vett. Colv. *crurium eius fragium* G. 2. D. *crurum ei fragium* Vulc. 2. et reliquae edd. recentiores. *eius* ab ed. Scriv. abest.

etiam probatum, qui tamen ex ceteris codd. ablativum praetulit. Accusativum non raro adsciscit verbum *gratulari*, quod diversa ratione iungit auctor; cf. Met. III. p. 190. VII. p. 497. *serae vindictae gratulabar.* Cogitatione hic addendum est *mihi*, quod tamen facile omitti potest.]

CAP. XXIII. *occursoriam.* Lectionem *antecursoriam* nobis concinnavit Beroaldus et post eum alii receperunt. *Occursoriam* potionem dicit Apul. primam. Nam ante omnem cibum circumferebatur phiala, ex qua omnes hauriebant. Petronius *gustationem* et *promulsidem* nominat. [cf. Intt. ad Petron. c. 24. p. 114 sq. c. 21. p. 100. et c. 31. p. 166.] Laert. Mened. p. 102. τὸ περιαγόμενον ποτήριον οὐ μεῖζον ἦν κοτυλιαίου. cf. Casaub. Animadvers. II. 17. fol. 73. [Buleng. de Conv. L. II. c. 3. in Graev. Thes. Antiqq. T. XII. p. 108. Colv. ad Sidon. Apoll. V. 234.]

crurum eius fragium abominata. Mira est locutio *crurum fragium*, quam omnes fere veteres Intt. in *crurifragium* mutarunt ex Glossa Cyrill. p. 608. σκελοκοπία *crurifragium.* [De voce cf. Voss. Etym. s. v. *crus* Intt. ad Plaut. Poen. IV. 2. 64.] *Ei*, quod nonnulli codd. interponunt, Oud. explicat aut ex more Latinorum, apud quos substantiva nomina derivata non raro adsciscere soleant casum verbi, quum *crura alicui frangere* frequenter legatur, cf. VII. p. 475. *mandatis dominicis serus auscultator:* aut *ei* cum participio *abominata* iungendum pronuntiat. At quia *fragium*

Digitized by Google

638 ominata, exsangui formidine trepidantem | adulterum alveo ligneo, quo frumenta * confusa * purgari consueverant, temere propter iacenti suppositum abscondit, ingenitaque astutia dissimulato tanto flagitio, intrepidum mentita vultum percontatur de marito, cur utique contubernalis artissimi deserta coe-
[228] nula, praematurus afloret. At ille dolenti prorsus animo | suspirans assidue: Nefarium, inquit, et extremum facinus perditae feminae tolerare nequiens

abhominata G. 2. D. *obominata* Wow. Scriv. Pric. Florid. - *ligneo* non comparet in δ. *furmenta* G. 1. *confusa* in omnibus codd. et edd. inveni, nisi quod *confuxa* in G. 1. et B. pro varia lectione scribitur. Male enim nonnulli in B. dicunt legi *confrixa*, ex quo errore copiosa virorum doctorum disceptatio exorta est. *Confuxa* est corrupta scribendi ratio pro *confusa*, quod in nonnullis desideratur edd., ut Colv. et Vulc. 2. *consuerant* Iunt. 2., quod Oud. probatur et a Ruhnk. in textum receptum est. *superiacenti* δ. *supoitum* G. 1. *superpositum* Bas. 1. *a scondit* D. *abstutia* D. *intrepido* p. *vultu* G. 1. *itaque* pro *utique* p., *unde* placebat Salmasio *ita*. *deserta* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. δ. φ. f. π. Coll. Voss. Iunt. 2. et Elm. cum seqq. praeter Pric. in cett. *relicta*. *deserto* D. *illa* D. *suspirat* δ. *nepharum* D.

pro *fragmine* nusquam occurrat, etiam Heins. in Advers. p. 525. emendat *crurifragium*, quod eo magis mirandum est, quum ille antiquitatem redolentes et constructiones et iuncturas tueri amet. Oud. *crurum ei fragium* mutandum esse negat. Hanc dictionem etiam Munk. defendit ad Fulgent. Mythol. I. 18. p. 648. Stav. Fortasse analogiam praebet Tmesis apud Virgil. Georg. III. 381. obvia: *Talis Hyperboreo Septem subiecta trioni;* vox enim *trio* eadem ratione, ut *fragium* in usu non est, quamquam scio, hanc voc. tmesin apud veteres non inusitatam fuisse cf. Cic. de Nat. Deor. II. 41. §. 105. ex Arateis et Ovid. Met. I. 64. Hinc quocunque te vertis, offensionis quid haec lectio habet, nihilominus tamen e contextu verborum non removenda. De forma *crurum* cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 630., de supplicio *crurifragii* cf. Intt. ad Hor. Sat. I. 2. 131. Lips. de Cruce. II. 14. et III. 14., qui idem pro *abominata* legi voluit *adominata*. Sed recte habet *abominata*, quod in *obominata* Oud. cur mutari maluerit equidem non capio. Ego *crurum eius fragium* ex codd. retinui.]

alveo ligneo, quo frumenta confusa purgari consueverant. Pro *ligneo*, quod in cod. d'Orv. desideratur, emendat Heins. l. c. *qualo* aut *vanno iligno* vel *iligneo*, at frustra; nam *alveum* auctor rursus nominat p. 645. *alveum succubabat*. Dein perperam *confusa* legi sententia Oud. est, quippe cui non credibile sit, apud pistorem varia frumenta fuisse confusa, quae etiam sic vanno vel alveo ligneo purgari nequeant. Huc enim locum non pertinere Met. VI. p. 399. *et accepto frumento et hordeo et milio et papavere .... commixtisque acervatim confusisque in unum grumulum*, qui ab Pric. ad hanc lectionem defendendam adlatus sit. Haec igitur erat caussa, cur Wasseus et Heins. d. l. levi mutatione *contusa* emendarent, [quam lectionem ego quoque comprobo; quamquam in contextum contra codd. auctoritatem non recepi, at asteriscis ut spuriam alteram insignivi. Sine dubio vetustissima est corruptio librarii, qui *confusa* propter sequens *purgari* emendandum esse opinabatur. De *tunsum frumentum* cf. Heins. cit. loc. Mirum igitur est, quomodo vox *contusa* Oud. glossam redolere potuerit, ex cod. Bert. lectione *confrixa* reponenti cum eodem Heins. *confresa* s. *confressa* i. e. *confracta* coll. Fest. s. v. *frendere*, et Colum. II. 2. Sed cod. Bert. lectio, quam certe coll. Mod. praebet, est *confuxa* neque *confrixa*, ut etiam G. 1. praebet unde perversam solum hanc esse pro *confusa* scripturam luce clarius apparet. Altera caussa, cur *contusa* librarii emendaverint, ea potest cogitari, quod quid sint *frumenta contusa* non intelligebant, putantes, *tunsa* frumenta iam purgata esse. cf. Georg. III. 133. Aliud vero est. Met. IV. p. 285. *hordeum tunsum minutatim*. cf. Met. VII. p. 474. *hordeum manu frictum*. Est illud quod nos dicimus *ausgedroschenes Getreide*.]

fuga me proripui. Hem qualis, Dii boni, matrona, quam fida quamque sobria turpissimo se dedecore foedavit! Iuro per istam ego sanctam Cererem, me nunc etiam meis oculis de tali muliere minus credere. His instincta verbis mariti audacissima uxor, noscendae rei cupiens, non cessat obtundere, totam prorsus a principio fabulam promeret. Nec destitit, donec eius voluntati succubuit maritus, et sic, | ignarus suorum, domus alienae percenset infortunium. 639

CAPUT XXIV.

Contubernalis mei fullonis uxor, alioquin servati pudoris, ut videbatur, femina, quae secundo rumore gloriosa larem mariti pudice gubernabat, occulta

me abest ab Ed. Bas. 1., quod contingit aliquoties, etiam in Mss. Vide ad Suet. Calig. 35. *Ita se proripuit e spectaculis. heem* G. 1. *quales* D. *dii boni.* Uncinulis has voces inclusit Scriverius. *quam sobria* Bert. cum Edd. Elm. et Scrivef.; bene de Oud. sententia. *turpissima* Vicent. Venet. 2. *sanctam ego d.* Oud. mavult: *iuro per ego istam sanctam Cererem*, quia sic soleat cum optimis scriptoribus Apuleius, conf. Met. IV. p. 305. *per ego te inquit. Instricta* Colvianam coniecturam confirmat *d.* Nihilominus male, neque placet Sopingianum *instructa.* cf. ad Met. VIII. p. 565. et ad IX. p. 627. Verba *nec destitit* usque ad *percenset* non comparent in G. 1. 2. O. P. D. R. f. L. *π. d.*, unde factum est, ut pro *infortunium* omnes isti codices *infortunii* praeter L., qui habet *fortunii*, legant, quia necessarium erat, *fabulam* et *infortunium* accuratius coniungerentur.

contubernialis ed. pr. *Fullonis* quasi nomen proprium Vicent. *fallonis d.* etiamque infra p. 643. *alioqui.* Male ed. Florid. et Paris. *semper*, quod ante *secundo* in nonnullis codd. et edd. omnibus legitur, non comparet in F. 3. G. 1. 2. O. P. D. Coll. Voss. uncisque circumcluserunt Elm. et Scriv. *visore* L. pro *rumore. tumore* G. 1.

matrona. [Quamquam scio, *matronam* fere semper notionem honestatis atque castimoniae in se continere, hoc tamen loco hic usus ab Apuleio minus observatus est. Eadem ratione Met. X. p. 714. *matrona* nominatur mulier opulens ac pollens, quae asininos complexus ardentissime appetebat. His locis nativa significatione dictum est voc. *matrona*, quam exposuit Gell. N. Att. XVIII. 6: *quae in matrimonium cum viro convenit, quoad in matrimonio manet, etiamsi liberi nondum nati sunt* cett.; licet hic defendi possit de muliere, quam sancte pudicam et fidam adhuc pistor habuit. Altero tamen loco probari ita nequit.]

sanctam Cererem. [De iure iurando per Cererem cf. Barth. Advers. XXXV. 14. p. 1613. Pric. ad h. l.]

ne nunc meis oculis de tali muliere minus credere. [De hac dictione cf. d'Orvill. ad Charit. V. 9. p. 497. ed. Lips. Arntz. ad Plin. Panegyr. c. 64. p. 291., qui uterque hunc locum excitant.]

domus alienae. Sciopp. excitat vetus Epigramma: Ἐκτὸς παιδείης Ἡαρίδος κακὰ καὶ Μενελάου, Ἔνδον ἐγὼν πολλοὶς σῆς Ἑλένης Ἡαρίδας et Elm. in Add. ex Hieronymo in Savianum Diaconum 22: *Solemus mala domûs nostrae scire notissimi, ac liberorum et coniugum vitia, vicinis conciomantibus, ignorare.*

CAP. XXIV. *serrati pudoris ... femina.* [De structura cf. Cort. ad Lucan. V. 52. VIII. 158. qui utroque loco h. l. allegavit.]

fullonis. [De vocis origine cl. Voss. Etym. Doed. Synonym. T. VI. p. 140. Plurimi repetunt a πυλῶν i. e. versans vel βυλλῶν densans. cf. Isid. Gloss. p. 680. *fullo decorator*, ubi forsitan legendum est *decoriator*, ut ibid. p. 677. pro *dispeccatis — dispellatis — decoriatis.*]

secundo rumore. De hac dictione, quae significat: *secundis animis, omnibus favent*ibus et *applaudent*ibus Pric. comparat Tertullian. ad Uxor. I. cap. 6. *a malis rumoribus tuta erat*, et Hieronym. contra Iovian. II. 19. *obscoeni rumoris nullam in se fabulam edit.*

Digitized by Google

libidine prorumpit in adulterum quempiam. Cumque furtivos amplexus obiret assidue, ipso illo denique momento, quo nos lavati coenam petebamus, cum eodem illo iuvene miscebatur in Venerem. Ergo nostra repente turbata prae-

prorumpit F. 3. G. 1. 2. P. f. p. [Saepe enim ita variat auctor, id quod librarii quam perferre non possent, fere semper mutabant; cf. ad Met. III. p. 192. *perduxit ... solatur*, ubi etiam *solabatur* corrigunt. Hic error eo facilior erat, quod littera *m* omissa perfectum evasit.] *furtinatos amplexus*, quam priscam scripturam habet Brantius, extat in L., unde ille *furtivatos* vel *furatrivos* pro more suo emendat. *lauti* codd. omnes et edd. vett. usque ad Colv., qui primus *lavati* substituit praeter Elm. et Scriv. monente Oud. [At in Elm. Ed. contextu scriptum est *lanati*, et *lauti* tantummodo adnotationi praefixum, neque vero inter errores typographicos emendatum est. Hinc colligo, etiam in F. 3. *lavati* extare, si quidem librarius alioquin diligentissimus hic non lapsus fuerit. Nam quod in coll. Lindenbrog. nihil emendatum est, plurimi non facio. At ipse Oud. fatetur, ex interpretamento hanc formam in unum alterumque cod., ut f., irrepsisse.] Salmasius quasi n p. adscripsit *loti*. *curvata* F. 3. G. 1. 2. D. P. facillima aberratione.

Virg. Aen. VIII. 90., ibique Serv. Apul. de Dogm. Plat. II. p. 255. *honestiorem tamen et secundi rumoris esse oportet.* Horat. Epist. I. 10. 9. [cf. Deder. ad Dict. Cretens. I. 16. Gloss. p. 258.]

furtivos amplexus. [*Furtum et furtivus* in universum dicuntur, quae clandestino et illicite peragimus; cf. Cort. ad Lucan. IV. 417. Deinde potissimum de amore vetito, de adulterio usurpantur; cf. Arnob. V. 31. *Quis illa furta dulcissima in alienis genialibus perpetrasse?* Lactant. Placid. Navoat. fabul. VI. 1. p. 827. *Apollinis praeterea in eadem contentione amoris furta intexuit* (ubi *contentione* minus placet, ad certamen inter Minervam et Arachnen relatum. Forsitan *contextione* legendum est, ut in praegressis *telae suae intexuit* cf. Cic. de Orat. II. 16. §. 68. *ut in caussa prudenter possit intexere:* Iam Raenerius idem intellexit, *in eadem tela* corrigens.) cf. Intt. ad Ovid. Met. I. 606. Burm. ad Propert. II. 2. 56. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. p. 42. et p. 68. Epigr. Lat. in Anthol. L. I. 10. T. I. p. 4. Burm.: *Carmine dulcis olor dum virginis otia mulcet Texit furta Iovis carmine dulcis olor* et ibid. Epigr. 13., *Humanùm tandem veniam donemus amori, Si tibi summe deum dulcia furta placent* (ita enim emendandus est versus. *Humanùm* enim est *hominum* cf. Lucret. III. 79. *Percipit humanos odium.* Ita optime sic opponuntur *humanùm* et *deùm.*]

lavati. Oud. ex plurimorum codd. consensu praetulit lectionem *lauti*, quam ego quoque retinerem, nisi cod. Florent. 3. adversaretur. Utramque formam in usu fuisse, probant exempla Plauti et Terentii. Apul. Met. X. p. 708. *lautum diligenter ecce illum aureum poculum,* ut Oud. emendare vult apud Dict. Cret. III. 25., ubi codd. consentiunt in scriptura *lotus.* [Sed errat Oud. Nam *lautus* vel *lotus* videtur potius esse correctio librarii cuiusdam, qui *lautus* formam multo usitatiorem esse cognoverat. Participii enim *laratus* exempla lexica proferunt duo, Plaut. Poen. I. 2. 22. et Colum. VII. 2., quo tamen utroque loco lectio adhuc dubia est. Forsitan apud Plautum pro *clavata* legendum est *elavata.* cf. Asin. I. 2. 9. At supinum saepius in usu erat *lavatum* cf. Rudd. Instit. T. I. p. 211 not. Ceterum Plautus cum Terentio ubique *lautus* dixit. Hancque formam inusitatiorem fuisse, iam probat Prisc. auctoritas IX. 3. §. 13. p. 443. Krehl. *exceptis duo: iuvo iuvi, luvo, lavi. Antiqui tamen haec quoque secundum analogiam saepe proferebant. Unde Terentius in Eunucho: Dum haec mecum reputo, accersitur laratum interea virgo, lavatum dixit, quod est a lavari pro lautum vel lotum.* Haec caussa est, cur *lavati* retinuerim.]

miscebatur in Venerem. Pricaeus haec adnotat: Hesych. *μῖξις κοίτη συνουσία.* Gloss. [Cyrill. p. 542.] *μῖξις ἀνδρὸς καὶ γυναικός coitus, coitio.* Iuven. [V. 141.] *Migale*, ubi Schol. *Nomen mulieris, ex ipsa coitione;* idem ad Sat. II. 50. *Hister: Infamis, qui omne patrimonium suum virus donavit uxori, ob hanc*

sentia, subitario ducta consilio, eundem illum subiectum contegit viminea cavea, quae fustium flexu *tereti* in rectum aggregata cumulum, | lacinias circumdatas 640
suffusa candido fumo sulfuris inalbabat; eoque iam, ut sibi videbatur, tutissime

ducta. Heins. citat *adducta.* Sed Met. IV. p. 288. *asinali verecundia ductus.* Et ita alii quoque. *vimina cavea δ. fustium flexu teret in rectum* F. 1. 3. *fustim flexum iri erectum* G. 2. D. P. *fustium flexu iri erectum* G. 1. O., idemque vel *in erectum* habere f. 1. δ. testatur Oud. *fustium flexu intectum* B. *fustium flexu erat in rectum* p. et edd. Colv. priores. In edd. post Colvium legitur *fustium flexu in rectum. aggregata* F. 1. 3. B. et edd. vett. et recentt. praeter Iunt. 2., quae cum G. 1. 2. f. P. O. D. δ. habet *aggerata. tumulum* hic malebat Heinsius; at non praeferendum est, cf. ad Met. II. p. 141. *laciniasque* edd. ante Colv. et F. 1. in excerptis ad marg. ed. Colv. *lacunas* G. 2. D. *suffita* F. 3. φ. δ. f. *suffinsa* G. 2. 1. D. *suffixa* G. 1. π. P. *suffusa* F. 1. B. edd. vett. et recentt. praeter Colin. et Beroald., quae habent *suffusas. sulpuris* F. 3. ut infra. *fimo* G. 2. a m. p. Verba inde ab *inalbabat* usque ad *invenis* desiderantur in G. 1. 2. O. P. D. π.

scilicet caussam, ut simul dormiret is, qui et illam corrumperet et illi misceretur; Arnob. VI. 22. *amatorias et ipsum miscuisse lascivias.*

fustium flexu tereti. Hanc scripturam ex optimis libris conflavi, qui plus minusve corrupti sunt. *Tereti*, quae Oud. coniectura est optima, recipere non dubitavi, sententia omnino apta, quum *teres* dicatur, quicquid oblongum, aequale ac leve est cf. Virg. Ecl. VIII. 16. [cf. Heind. ad Horat. Serm. II. 7. 86. Orell. ad Arnob. VI. 10. in Addend. T. II. p. 475. *Tereti* vero *flexu* dixit Apuleio solita hypallage pro *teretum fustium flexu*, quae altera est Oud. emendatio minus probabilis.] Porro Oud. optime defendit lectionem *fustium*, ab Heins. ad Ovid. Fast. V. 675. perperam in dubium vocatam, negante, de viminibus *fustes* dici hincque: *quae fastigiatim* vel *fastigiatas in erectum* emendante. De *fastigiare* eiusque derivatis Oud. conferri iubet Intt. ad Liv. XLIV. 9. ad Caes. B. G. II. 8. [cf. Munk. ad Fulgent. Mythol. praef. p. 619. Stav.] *Fustes* Oud. recte de viminibus crassioribus explicat, *texere et flexere* hac in re proprium esse vocabulum demonstrans ex Caes. B. G. II. 17. *teneris arboribus inflexis et rubis sentibusque intertextis.*

in rectum aggregata cumulum. [Deceptus ab Elm., male e Florent. quasi *interetum* proferente, N. Heinsius coniecit d. l. *in textum.* Sed *in rectum* sine dubio optima optimorum codd. est lectio, licet Oud. *in erectum* defendat coll. Met. IV. p. 237. *incurvo gradu rursum erectus.* At equidem *erectum* pro interpretamento habuerim librarii, qui *rectus* minus usitatum in longe tritius *erectus* emendabat. Sed cf. de usu huius simplicis accuratissime disserentem Burm. ad Petron. c. 75. p. 467. Ita Perizon. apud Minuc. Fel. c. 17. *quid loquar apte disposita recta montium* male corrigebat *erecta*, id quod Lindn. recte videbat, comparans Lactant. II. 1. §. 14 et 16. Dein unice verum esse *aggerata*, quod auctoritate plurimorum codd. nititur, non argumentis sed exemplis tantum dictionem muniens Oud. opinatur: Met. IV. p. 247. *convalles spinetis aggeratae.* p. 252. *panibus aggeratim ingestis.* et Met. II. p. 140. *aggeratis incumulum.* Nec dubitandum est, quin hoc idem vocabulum apud alios quoque scriptores legatur. Sed *aggregare*, quod teste Festo p. 20. Lind. proprie est *ad gregem ducere*, deinde *cogere, congregare, coniungere*, ad sententiam huius loci quam aptissimum est. Praeterea etiam significantius mihi videtur esse hoc vocabulum.]

suffusa. Quamvis magis ad coniecturam Colv. *suffita* inclinem, nec cum Oud. in eo haeream, quod tum potius *suffitas* dicendum fuisset, quum *cavea* quoque *suffita* bene possit nominari, tamen quia Mss. optimi *s* vel *x*, quae eadem sunt, constanter retinent, alii *suffusa* aperte ostendunt, eam scripturam textui interponere satius duxi. *Suffusa* vero *fumo* recte dicitur cavea, quae eo est oppleta, solitumque esse librariis

Digitized by Google

celato, mensam nobiscum secura participat. Interdum acerrimo gravique odore sulfuris iuvenis inescatus atque obnubilatus, intercluso spiritu, diffluebat, utque est ingenium vivacis metalli, crebras ei sternutationes commovebat.

secure L. f. d. *participabat* L. d. R. Colv. Merc. Vulc. Wow. Pric., propter antecedens *inalbabat* et sequens *diffluebat* a librariis corruptum.* *interdum* commutat Beroaldus hic etiam in *interim*, id quod Edd. ad Colvium usque retinuerunt contra Mss. et Edd. pp. cf. ad Met. III. p. 174. Aberratio solemnis est librariorum. *Interea dum* Heins. d. l., quod vix capio. *gravi odore* d. *inescatus.* Non audio N. Heinsium, ibidem ad Ovid. conlectantem *infestatus* vel *enecatus.* Intelligit saturatum odore, quem hausit, atque inhibit et quasi devoravit iuvenis. cf. Met. VII. p. 472: *rapinis canes inescatos atque distentos.* *obirabulatus* P.

errorem *suffindere* pro *suffundere* scribendi, existimat Salm. ad Tertull. Pall. p. 251. Certe ubique hae syllabae confunduntur. Oud. comparat Ovid. Met. XI. 368, Virg. Aen. II. 210. Sil. IX. 460. XI. 219. ubi cf. Dr. Pomp. Mel. I. 13. Quicquid est, certe nimis audacter Heins. putat *candido fumo* glossema esse, legitque *suffitu sulfuris* ad dictum Ovid. Fast. locum. Per *candidum* autem *fumum* intelligit auctor candentem, lucidum vel similem, cui contrarius est *ater*, crassus et fuliginosus. Ovid. Fast. IV. 739. *Caerulei fiant vivo de sulfure fumi* infra Met. p. 646. *sulfuris letalem fumum.* [De scriptura vocis *sulfur* compara Plum. ad Pers. Sat. II. 25., qui orthographiam *sulpur*, quae in Florent. 3. bis conspicua est, genio latinae linguae minime adversari demonstrat; Bach. ad Ovid. Met. III. 374.]

intercluso spiritu diffluebat. Male haec vulgo iunguntur. Unde Heins. d. l. existimans, non aptum esse verbis *intercluso spiritu* vocabulum *diffluere*, legebat *deficiebatur*, quomodo Floridus in interpretatione explicat ac saepissime legitur *spiritu defici.* Sed contra Mss. tantum non est audendum nec, ut nunc vidimus, opus est. *Diffluebat* prae erumpente sudore in spiritus intercluso meatu et deliquio, ut fieri solet cf. Met. II. p. 166. *frigido sudore diffluens* quod Oud. ibi praefert alteri lectioni *defluens.* [At vix puto, hanc Oud. sententiam probari posse. *Diffluere* enim de sudore erumpente in universum intelligi posse nego, nisi additum sit vocabulum, quo accuratius id cognoscitur, unde quod adtulit Oud. exemplum Apuleii, minime aptum est, quoniam qua re diffluxerit miser ille laceratus indicatur. *Diffluere* h. l. est *extingui*, *dissipari*, ut nullam amplius proferre queat vocem. Ita Lucret. I. 1038. *Nam reluti privata cibo natura animantum, Diffluit, amittens corpus, sic omnia debent dissolvi.* Sic nos quoque de eo, qui morti quasi est proximus prae timore aliisque animi affectibus gravissimis, *auseinandergehen, auseinander sein* dicimus.]

vivacis metalli. [cf. Plin. XXXV. 15 50. Ovid. Fast. IV. 739. Virg. Georg. III. 449. Diversa ratione *sulfur vivum* explicant, vel nativum esse nec manu elaboratum, vel quod facile ignem accipit et difficile exstinguitur; cf. Bach. ad Ovid. Met. l. d. Intt. ad Virg. Aen. I. 167. Optime disserit de hoc sulfure s. ἀπύρῳ Voss. ad Virg. Georg. l. c. De voc. *vivax* cf. Intt. ad Lucan. III. 682.]

ei sternutationes commovebat. [Haec vox, a lexicographis Apuleio tantum tribuitur. Praeterea inveni apud Fronton. ad Caes. Epist. IV. 5. p. 103. *ita me equitatio et sternutatio defetigavit*, qui totus locus ita intelligendus est: Ego, qui alioquin muco narium abundo, hodie maiore narium fluore laboro. Unde oleum in caput infundendum erit, (quod succo lauri perungi solebant, qui perfrictione et fatigatione laborabant. cf. Plin. Hist. Nat. XXIII. 8. 50.) et dormiam propter fatigationem. Fatigatus enim sum per venationem et equitationem et gravedinem, quae sternutationes solet secum ducere frequentissimas et perfrictione saepius indicatur.]

CAPUT XXV.

Atque ut primum ex regione mulieris pone tergum eius maritus acceperat 641
sonum sternutationis, (quod enim putaret ab ea profectum) solito sermone salutem ei fuerat imprecatus, et iterato rursum et frequentato saepius, donec rei nimietate commotus, quod res erat tandem suspicatur. Et impulsa mensa

a regione d. supra scripto e cf. ad Met. III. p. 189. *neque tundentes e regione laterum.* Verba *pone tergum* usque ad *ab ea* inducere B., testatur Elm.; at in coll. Mod. equidem nihil adnotatum esse video. *maritum* G. 1. *quid enim* P. teste Oud. *quod eum* Beroald. Bas. 1. *quodam* Bas. 2. In cett. *quod enim. perfectum* G. 1. 2. D. Enuntiata in G. 2. et D. ita sunt ordinata. Incipiunt verba inde ab *atque ut primum* usque ad *imprecatus.* Sequitur deinde sententia *et impulsa* usque ad *reflantem* et pergitur verbis *et iterato* usque ad *suspicatur*, quibus ceterae enuntiationes ab *inflammatusque* ex ordine, quo in cett. codd. leguntur, sunt adnexae. *fecerat* (neque *fererat*, ut ex hypothetarum sine dubio errore legitur in adnotatione Oud.) G. 2. D. P. pro *fuerat. quod reserat* iunctim scriptum G. 2. D. Ceterum *quod res erat* extat in F. 1. 3. P. G. 1. O. R. f. p. d. π. et edd. Wower. posterioribus, nec vero in B., ut testis est Oud., certe equidem in coll. Mod. ex B. nihil emendatum vidi, quum Colv. edit. *quae res erat* praebeat. In margine *quod* correctum est, sed addita littera P., ut emendatio ad P. nec ad B. pertineat. Verba *et impulsa*

Cap. XXV. *quod enim.* [Plura de hac dictione protuli supra ad Met. p. 615. *quod enim rebar.* Parentheseos signis hanc totam enuntiationem includi curavi, cuius vim quum editores non intelligerent, factum est, ut haec verba tam infeliciter corrumperent.]

salutem ei fuerat imprecatus. De hoc more haec adnotat Elm.: Vetus poeta Ammianus Epigr. Graec. Lib. II. B. *οὐδὲ λέγει, Ζεῦ σῶσον, ἐὰν πταρῇ· οὐ γὰρ ἀκούει τῆς ῥινός.* Tenuit et etiam nunc tenet consuetudo, sternutantibus salutem imprecandi, Petron. c. 98. *Gyton, collectione spiritus plenus, continuo ita sternutavit, ut grabatum concuteret, ad quem motum Eumolpus conversus, salvere Gytona iubet.* Non solum autem ominosum, sed numinis ad instar a paganis cultum sternutamentum. Arist. Probl. Sect. 34. fol. 478. de Hist. Anim. Lib. I. c. 11. Plutarch. de Homer. p. 315. Philem. apud Theodoret. contra Graec. fol. 87. Orat. de Provid. 10. [Saepissime hunc morem veteres attigerunt. cf. Intt. ad Propert. II. 2. 34. *aureus, argutum sternuit omen Amor* ad Petron. l. c. p. 603. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. p. 108. Pro more suo quaecunque compilavit Ouz. ad Minuc. Fel. p. 154 sqq. ed. Lugd.; cf. Augustin. Niphus de Augur. L. I. c. 8. de sternutamentis augurificis in Graev. Thes. Antiq. T. V. p. 329. et Buleng. de Omine L. III. c. 3. ibid. p. 454. Voss. Etymol. s. v. *salus* et *sternuto.* Superstitio in universum erat veterum satis propagata, si pars aliqua corporis sua sponte subsiluisset, adversi quid vel fausti ea palpitatione indicari; cf. Taubm. ad Plaut. I. 1. 105. Rupert. ad Iuven. VI. 578. T. II. adn. 179. et praeceteris Niph. d. l. c. 9: de saltibus, tremoribus cuiusque particulae corporis auguralibus. Isidor. Orig. VIII. 9. 29. *Salisatores vocati sunt, quia dum eis membrorum quaecunque partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste significari praedicunt.*]

imprecatus. [In bonam partem ista vox hic legitur, quum alioquin apud optimos scriptores *mali quippiam alicui precari* significet, ut Met. VII. p. 472. *Sed quas ego condignas Fotidi diras devotiones imprecer* cf. Intt. ad Petron. c. 78. *ut totus mihi populus bene imprecetur*, Burm. p. 501. Alia significatione *imprecari* apud Apuleium est pro simplici *precari* cf. Met. II. p. 162. *incrementa solis augusti tacitus imprecatus.* Gloss. Vulc. p. 66. *imprecor ἐπεύχομαι.*]

quod res erat. [Dictio quum summam offensionem sine ulla dubitatione habeat, editores fere omnes veteres corrigebant *quae res erat* ex illa generis quam dicunt attractione, apud optimos

protenus remotaque cavea, producit hominem crebros anhelitus aegre reflantem, inflammatusque indignatione contumeliae, gladium flagitans iugulare moriturum gestiebat, ni respecto communi periculo, vix eum ab impetu furioso cohibuissem, adseverans, brevi absque noxa nostri suapte inimicum eius vio-

usque ad *reflantem* desiderari in P. testatur Oud. At vix crediderim, sed quia transpositas esse enuntiationes vidimus in G. 2. et D., quibuscum P. quam accuratissime consentit, librarius deceptus est, ut omnino abesse hoc enuntiatum putaret. *protenus* F. 3. Hoc vocabulum abest a *d*. In cett. *protinus*. *reflantem* non *refflantem*, ut edidit Colv. quasi pro *re efflantem*, habent F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. O. *π. δ.* R. f. p. edd. vett. et recentt., praeter Colin. Vulc. 2. Scriver., quae habent *efflantem*. *moriturum*. Fulvius mavult: *iugulare moechum gestiebat*. Male. Significat enim certo vel sic morituram, licet manu sua eum non interficeret, cf. Met. IV. p. 304. *puella moritura*. *re inspectato* pro *ni resp.* Paris. *in respecto* G. 1. 2. D. novam sententiam incipientes. *respectato* B. p. et omnes edd. vett. *periculo* non comparet in D. *vix eam* G. 1. 2. D. *asque* D. *atque noxae* L. *noxia* G. 1. *noxa nostra* B. sed cf. Met. V. p. 323. *fatigationem suî diluit*. *sua parte* G. 2.

scriptores semper obvia. Et unum tantum scio locum, qui speciem habet analogiae Ovid. Met. II. 263. *siccaeque est campus arenae, Quod modo pontus erat*, quamquam hoc nostrum locum satis munire ipse negaverim.]

impulsa mensa. [De *impellere* pro deïicere, evertere, qua significatione hoc vocabulum Lucano est frequentatum, cf. Cort. ad Lucan. I. 149. Ita explicandus est locus Apol. p. 502: *cum ego ruentem Thallum impellerem.* De voce *remota* cf. Burm. ad Ovid. Met. VI. 611, qui nostrum locum commemorat. De voc. *protenus* eiusque significatione cf. Voss., ad Virg. Ecl. I. 13. ibique Serv. et Intt. ad Aen. III. 416. Discrimen inter formas *protenus* et *protinus* non statuo. Orthographiam optimi codd. Florent. 3. secutus sum, qui prius h. l. hanc formam non praebuit.]

reflantem. *Reflare* quum Apuleius semper usurparit de vento, qui aliud quid afflet, ut Met. X. p. 739. *Quam quidem laciniam curiosulus ventus .... reflabat.* cf. ad Met. II. p. 92. *reste reflatum*, Pric. putat legendum esse *proflantem* i. e. emittentem coll. Met. VIII. p. 545, ubi pro *perefflavit proflavit* malebat. [Sed eadem ratione legitur apud Lamprid. Heliogab. 25. *Multis vilioribus amicis folles pro accubitis sternebat; eosque reflabat prandentibus illis..... ad reflandum spiritum solverentur*, ubi *reflare* pro *efflare*, spiritum emittere dictum est. *Reflare spiritum* est proprie spiritum, quem sulfuris odore liberatus iuvenis ex aëre imbiberat, pectore remittere et ita se adhuc inter vivos esse ostendere. Miror Oud., cur *efflantem* edd. lectionem plurimarum non probaverit, quam ex praegressa syllaba vocis *aegre* corruptam facile quis demonstrare possit. *Crebri* erant anhelitus, sulfure suppressi et breves.]

gladium flagitans. Aptissime comparat Pric. locum Cyprian. Epist. 62 *Si superveniens maritus sponsam suam iacentem cum altero videat, nonne indignatur et fremit? et per zeli livorem fortassis et gladium in manum sumit.*

absque noxa. [De significatione particulae, quae posteriore tantum aetate pro *sine* usurpatur, cf. Hand. Turs. Tom. I. p. 69., qui nostri loci memor erat.]

suapte. Contra Scioppium, qui *suapte* absolute pro *sua sponte* usurpatum esse a Catullo LI. et Lucret. VI. 755. cum Voss. ad Catull. l. c. p. 113. et cum Salmas. contenderat, qui idem de Varrone ad Solin. p. 294. exposuit, bene agit Oud., ex multis vett. exemplis demonstrans, *suapte* nunquam dici nisi addito quodam substantivo; quod si unquam factum esset, non intelligendum esse, quidni *meapte, tuapte* veteres item dixissent. Huc accedere, quod Apuleius cum aliis *suapte* semper iungat substantivis, ut Apol. p. 511. *si philosophi suapte doctrina caussas et remedia morborum norerunt*; de Dogm. Plat. p. 227. *Bonum suapte natura adminiculo non indiget*, uti iungenda sint etiam in Varrone de L. L. §. 108. p. 43. Mueller. de caseo: *Deinde posteaquam desierunt esse contenti his, quae suapte*

Digitized by Google

lentia sulfuris peri|turum. Nec suadela mea sed ipsius rei necessitate lenitus, 642
quippe iam semivivum illum in proximum deportat angiportum. Tum uxorem eius tacite suasi ac denique persuasi, secederet paululum, atque ultra limen

sulporis G. 2. *suphuris* D. *lentus* pro *lenitus* G. 2. *letatus* D. *iam quippe semivirum f.* Naturalius, inquit Oud., dixisset *semimortuum*. Quare malim cum Pric.: *Quippeni*, ut saepius. Sed cf. infra ad p. 644. *in proximo δ. deportatum* L. *tum uxorem* F. 3. G. 1. p. et edd. vett. ante Colv. *tamen* B. Scriver. *cum* Vicent. Venet. 4. Ban. *tunc* in cett. Mss. et edd. *diutius* pro *denique f. se cederet* G. 2. *succederet* L. O. *atque* abest a G. 1. 2. O. D. R. *f. β. δ.* Coll. Voss. *lumen* G. 2. P. D.

natura ferebat sine igne. Et ita emendat de Deo Socrat. p. 123: *naturas... aeviternas, corporis contagione suapte natura remotae* [quibus adde ibid. p. 142. *nubes si suapte natura tam spissae ac graves forent* et paulo post: *suopte nisu caducae* et p. 146. *suapte sponte.* p. 164. *suopte corde.*] Cic. de Orat. II. 23. §. 98. *et suapte natura, quod velint, consequantur*; Acc. apud Cic. Tuscul. II. 5. 13: *tamen ipsae suapte natura enitent.* Nizol. quidem e Cic. ad Att. VI. 7. §. 1. citare: *Quintus puer suapte, pie sane, me quidem certe multum hortante, sed currentem*, sed in optimis Edd. sine ullo variationis indicio exhiberi: *Q. filius pie sane.* Solin. c. 7. p. 16. *suopte ingenio inflammat*, ubi mirandum sit in sex Mss. optimis legi *suapte ingenio*, et in Voss. tert. simpliciter *suapte*, c. 17. p. 27. *Suopte ingenio pesti resistunt*, ubi itidem tres Mss. rec. *suapte* exhibeant. His exemplis prolatis Oud. negat *suapte* unquam esse *sua sponte*, sed *pte* habere eandem vim. quam *ipsius* vel *ipsorum* de pluribus, ut Cic. de Orat. III. 3. §. 10. *Crassum suapte interfectum manu.* Nec tamen Oud. hic iungit *suapte violentia sulfuris*, ut Floridus interpretatus *propria vi*, sed subintelligit e praecedentibus *noxa.* Dicere enim Apuleium, *eum absque noxa nostri periturum suapte* sive *sua ipsius noxa et culpa*, quam sponte sibi arcessiverit, caveam illam subiens. Qua in explicatione totus ex Oud. pendere volo.

quippe iam semivirum. [Ratione non habita sententiae Oud., naturalius fuisse si Apuleius pro *semivirum* posuisset *semimortuum*, non possum non mirari virum doctum, qui Pricaeum secutus *quippe* in *quippeni* corrigendum esse censeat. Particula enim per sententiam probari nequit, id quod statim infra p. 644. demonstrabo.]

secederet. Burmann. *secedere* omnino legendum contendit ad Phaedr. Fab. I. 15. 6., ibi quoque pro *suadebat asino fugere* reponens *asinum.* Sic certe Virgil. Aen. XII. 814. *Iuturnam succurrere fratri suasi;* cf. Serv. ad Aen. X. 10. Auson. Epit. in Pat. 53. *Me suasit vitae abitum petere* Apul. Met. V. p. 342. *ut te suadeant meos explorare vultus*, et infra p. 644. *idemtidem suadebat, maritum quieti decedere*, ubi tamen nonnulli codd. variant in *marito* et *decederet*, ut apud Frontin. IV. 5, 7. *Suaserunt commilitonibus stringerent gladios.* Cum dativo vero et infinitivo legitur Met. X. p. 686. *Marito persuadet ad longissime dissitas festinare villulas*, et Virg. Georg. II. 315. *Nec tibi tam prudens quisque persuadeat auctor, Tellurem Borea rigidam spirante movere.* Quare cum varios casus modosque verba *suadere* et *persuadere* admiserint, id quod apertum est vel ex Burm. notis ad Phaedr. l. c. et ad Ovid. Heroid. XVII. 185. ad Petron. 46, codd. auctoritatem respici debere cum Oud. iudicandum est. Sic Met. X. p. 685. et *bonum caperet animum refectionique se ac saluti redderet, impendio suadet.* Similia sunt innumera. cf. Met. IV. p. 241. *atque ad me laniandum rabie perciti ferrent impetum, passim cohortantur.* cf. ad Met. VIII. p. 513. supra p. 638. *obtundere, fabulam promeret.* p. 674. *denuntiant hospiti, nos dedere potius, quam subiret discrimen capitis.* [Deinde observandum est, infinitivum usui loquendi in Apuleii libris obvio

Digitized by Google

643 tabernae ad quampiam tantisper | familiarem sibi mulierem, quoad spatio fervens

aquem piam G. 1. *tansisper* D.

plane adversari. Nusquam enim, video, dictionem Apuleio familiarem *suasi ac denique persuasi* cf. ad Met. IV. p. 262. cum infinitivo, sed semper cum particula *ut* et coniunctivo iunctam esse; cf. Met. VII. p. 454. *eique suasisse ac denique persuasisse, ut manus hebetatas ... referret ... bonoque valetudinis frueretur,* Apol. p. 548. *suasi uxori meae ... suasi, inquam, ac denique persuasi, ut .... redderet.* Ceterum Apuleius *suadere* diversissima ratione construit. Frequentissima iungendi ratio est coniunctivus, adiuncta particula *ut;* vel *ne* I. p. 79. *suadens ut abirem.* V. p. 369. *suasistis ut perimerem.* VII. p. 473. *suadens ut ... discurrerem.* IX. p. 635. *uti redderet suasit;* Apol. p. 421. *suasisse ut contemplarentur;* de Mundo p. 374. *suadeat ne desit;* de Dogm. Plat. II. p. 256. *suadendum ut augeant,* omissa particula Met. VII. p. 453. *suadet ... insisteretur.* X. p. 318. *redderet ... suadet.* Apol. p. 559. *suadet referat;* cum infinitivo: III. p. 193. *statuas reservare suadeo.* VI. p. 419. *molliter assidere et prandium opipare suadeat sumere,* cum accusativo et infinitivo: Met. VI. p. 443. *puellam bestiis obiici suaderet.* IX. p. 644. *suadebat, maritum quieti decedere.* Hic locus eo memorabilior est, quod accusativus personae hic legitur, sequente coniunctivo, cum in ceteris locis sequente coniunctivo personae dativus, vel accusativus cum infinitivo ubique occurrat. Fere eadem ratione dicit Fulgent. Mythol. III. 6. p. 719. *quam persuadet, ne suam faciem videat,* ad quem locum cf. Munk. Hygin. fab. CCXIX. p. 337. *Ille ab amicis dissuasus.* Tertull. de Habit. Mul. 1. *Tu es, quae eum suasisti.*]

atque ultra limen. Hiulca quum oratio Pricaeo visa sit, reformat totam enuntiationem translato *atque* in alium locum et addito in fine *diverteret*, legens: *secederet paululum ultra limen tabernae atque ad quampiam tantisper familiarem sibi mulierem diverteret, quoad* cett., quam lectionem Floridus interpretatione sua expressit. At Pricaei lectio niniae interpolationis est suspecta. Oud., qui particulam *atque* recte explicat *et quidem*, eos vituperans, qui pro *statim, celeriter* dictam eam esse volunt, simpliciter legendum censet *secederet paululum iretque* vel pro *tantisper* coniicit *latitaret. Atque* particula ei videtur ab ingenio profecta esse librariorum, qui putarint, *paululum* et *tantisper* requirere hanc copulam. Verum duo adverbia eiusdem fere sententiae ab Apuleio aliisque saepius iungi notum esse coll. Met. I. p. 58. [At vellem exemplum Apuleii nobis protulisset Oud., ubi adverbia eiusdem fere significationis in eadem enuntiatione copulata non iuncta sed divisa *multis vocabulis* leguntur, quamquam scio, apud alios hoc factum esse; cf. Terent. Eun. II. 2. 15. Omnia enim quae adscripta sunt ad l. d. exempla contrarium plane comprobant, ac ratio usus loquendi docet, ita rarissime fieri posse, nec nisi in sermone quotidiano. Hoc comprobat, particulam *atque* omitti non posse, quia hac omissa *paululum* et *tantisper* iustam explicationem non admittunt. *Atque* Oud. intelligit hic esse *et quidem*, quae particula usurpatur, ubi addita alia notione ea, quae praecedit, pressius magis defenditur, cf. Hand. Tursell. I. p. 467. Intt. ad Horat. Epist. I. 10. 40. De *atque* pro *statim* dicam ad de Mundo p. 354. cf. Met. I. p. 60. Locus igitur vernaculo sermone ita interpretandus est: *Schweigend redete ich der Frau zu und überredete sie endlich, sich ein wenig zu entfernen, und zwar auf so lange ausserhalb des Hauses bei einer ihr befreundeten Frau, bis* cett. *Atque* omittebant ii librarii, qui verbum subsequi debere putabant, quibusque tota enuntiatio, quippe vim particulae *atque* non percipientibus, hiulca videretur esse.]

Digitized by Google

mariti sedaretur animus, qui tanto calore tantaque rabie perculsus non erat dubius aliquid etiam de se suaque coniuge tristius profecto cogitare aliud. Contubernalis epularum taedio fugatus larem reveni meum.

percussus ∂. B. cf. Met. p. 626. *summo pavore percussum.* *erat* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. L. B. p. f. ∂. Scriv. In ceteris *eram.* *dubium* G. 1. O. ∂. *tristium* L. D. G. 2. *cogitare* G. 1. 2. P. D. O. ∂. p. In cett. *cogitaret.* *fatigatus* O. L.

qui non erat dubius aliquid ... tristius profecto cogitare aliud. Ita hunc locum ex optimorum codd. auctoritate restitui. Primum Stewech. putavit, alterutrum vocabulorum *tristius* aut *aliud* esse obducendum, quia *aliud, aliter, alienus, alter* poneretur saepius pro malo, sequiore, infelici, infausto, coll. Met. I. p. 42. *si qui aliud cogitarit;* Fest. p. 6. Lindem. *alter et pro non bono dicitur, ut in auguriis altera quum appellatur avis, quae utique prospera non est. Sic aliter interdum pro adverso dicitur et malo:* quam sententiam etiam Floridus amplexatus est. Casaubonus, cui tota oratio minus latina videbatur esse, legens *dubius eram,* quod edd. vett. omnes praebent, inter *dubius* et *aliquid* interserendam esse pronuntiavit particulam *quin.* Pricaeus in capite notae praefixo exhibuit: *non eram dubius alioquin de se suaque.* Non latinam esse constructionem etiam Oud. sententia est, si legatur *qui non eram dubius cogitaret,* hincque anacoluthon statuit pro *quem non eram dubius,* vel *qui, non eram dubius, quin cogitaret.* Quum vero in codd. diversissima ratione locus corrumpatur, coniicit *non dubio* auctorem dedisse, quod a librariis ignoratum ansam corruptelae praebuerit. [Sed monendum est, *dubio* formam esse hucusque non satis confirmatam; nam praeter locum Met. IX. p. 596. *nec dubio me lanceis,* ubi optimi codd. in ea lectione perseverant, nullus quantum scio, locus afferri potest, ubi Mss. et edd. optimis ea forma stabiliatur. Nam Liv. III. 24. §. 3. et XXXIV. 2. §. 6. omnes ad unum codd. et edd. meliores praebent *haud dubie.* Unde Met. d. l. *nec dubio* non esse adverbium, sed verbi inusitati primam personam defendere quis possit, quod antiquitus extitisse probat Fest. p. 51. *dubiat — dubitat,* uti optimi codd. legunt, Lindem. vero *dubat* praetulit. Ita explicari queat, cur Guelf. 2. d. l. pro varia lectione *dubito* habeat. Constructio non est inusitata, si *non dubio* pro parenthesi habeatur. Sed ut *dubio* adverbium esse possit, analogia aliorum defensum, quae Apuleius cum aliis in *o* formare amat, cf. ad Met. V. p. 339., hic tamen non video, qui *non dubio* in *non eram* vel *erat dubius* commutari potuerit. Veram loci constructionem odoratus est Oud., quamquam mirifice sibi non perstitit. Est enim graeca ista dicendi ratio, cuius etsi alterum exemplum afferre non habeo, analogia tamen defenditur, ut Tac. Dial. de Orat. c. 16. *et ipse satis manifestus est iam dudum in contrarium accingi, nec aequo animo perferre hanc nostram pro antiquorum laude concordiam.* Ann. II. 57. *atrox ac dissentire manifestus.* Mela III. 5. *Araxes manifestus est neque in utram partem fluat,* qua cum constructione non commutanda est altera plane diversa, ex qua adiectiva cum infinitivo coniunguntur, ut *paratus decernere, suspectus fovisse* alia, uti miscet Rupert. in ind. Latinit. Tacit. p. 803; nec usus Latinorum, qui passivis nominativum addere amant, ubi accusativum cum infinitivo exspectaveris, de quo usu accuratius dicam ad Apolog. p. 416., *ut nunciatus est adesse* similia. *Non dubius* idem est quod *manifestus,* et ex graeco more, ut δῆλος, φανερὸς cum participio iunguntur ut ita dicam personaliter, ita quoque *non dubius* hic infinitivum adsciscit aeque ac δίκαιος, ἄξιος apud Graecos. Hinc necessarium erat, ut ex ceteris codicibus h. l. *cogitare* reciperetur. Tota constructio loci igitur est: *qui non dubium erat quin .... cogitaret,* pro qua Apuleius

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

Haec recensente pistore, iam dudum procax et temeraria mulier verbis exsecrantibus fullonis illius detestabatur uxorem, illam perfidam, illam impudicam, denique universi sexus grande dedecus, quae suo pudore postposito
644 | torique genialis calcato foedere, larem mariti lupanari maculasset infamia; iamque perdita nuptae dignitate, prostitutae sibi nomen adsciverit. Addebat et tales oportere vivas exuri feminas. Et tamen taciti vulneris et suae sordidae conscientiae commonita, quo maturius stupratorem suum tegminis cruciatu liberaret, idemtidem suadebat, maritum temperius quieti recedere. At ille, utpote intercepta

illius fullonis f. *postposito* non agnoscunt G. 1. 2. O. P. D. *lupanaris* G. 1. 2. O. P. D. sed cf. ad Met. IV. p. 256. *fortunas inquirebamus populares. notam* pro *nomen* legi in G. P. L. Colv. Vulc. Wow. Pric. adnotat Oud. (At in G. utroque *nomen* aperte legitur, unde verisimile est, idem in P. extare. Colvius, qui in suo cod. *notam* invenerat, primus dein in textum intrusit.) *adscruit* pro *adsciverit* G. 1. *et* ante *tales* non comparet in δ. *adhuri* G. 1. O. δ. *at ta* pro *et tamen* L. *quae maturius* G. 1. 2. P. D. *strupatorem* G. 1. 2. D. *stipatorem* δ. f. Incert. *temperius* F. 3. p. B. f. et edd. vett. usque ad Colv. *tempŏris* al. *temporius* L. teste Colv. *temporis* G. 2. D. *tempori* B. teste Elm. In cett. *temporius*. *decedere* F. 1. 2. G. 1. 2. O. D. R. f. Wow. Pric. In cett. *recedere*.

dixit *qui non dubius erat cogitare. Dubius eram*, quod alii codd. praebent, ita potest ferri, ut parenthesis vicem sustineat.] In seqq. vero auctore Oud. nihil mutandum est, licet etiam Lipsius coniecerit: *cogitaret. Talium contubernalis epularum*, et Salm. *cogitare. Talium.* Atqui *aliquid tristius aliud* recte copulari, uti *quispiam alius levior labor.* Met. p. 615. et X. p. 698. *ab aliquo quopiam.* Cic. pro Sext. c. 24. *expulsus non alio aliquo crimine.* [cf. Mueller. ad Varron. V. §. 170. p. 67. Quamquam non negandum est, *aliquid* sufficere, quod saepius *aliud quid* vel *aliud aliquid* significat cf. Wagn. ad Virg. Aen. II. 48. Goerenz. ad Cic. Acad. II. 10. 30. p. 61. Ruhnk. ad Vellei. I. 17. §. 7. De vocab. *aliud*, *aliter* in malam partem usurpatis cf. Taubm. ad Plaut. Merc. II. 4. 20. Oud. ad Hist. B. Afr. c. 52. et praeceteris Hand. Tursell. T. I. p. 273.]

Cap. XXVI. *tori genialis calcato foedere.* [Hunc locum explicat Stewech. ad Arnob. IV. c. 20. T. II. p. 219. Orell.]

prostitutae nomen adsciverit. Male agunt qui cum edd. priscis *notam* praeferunt interpretes. *Nomen prostitutae adscivit* est meretrix et adultera facta est, ut *vocari et nominari* passim pro *esse* sumitur. cf. infra p. 648. *nomen adulteri.* Frequens quoque est *adsciscere nomen.* cf. Liv. XXXIII. 21. Sil. Ital. XIV. 36. [*Prostituta* vero est meretrix, ut Pric. his exemplis illustrat: Gloss. (Cyrill. p. 476.) *ἑταίρα prostituta, meretrix* et (p. 591. *προστασμαι ἐπὶ πόρης prosto* et (p. 596.) *προστᾶσα ἐπὶ πορνείᾳ prostituta.* Firmic. V. 26. *prostituto pudore publicae meretrices.* c. 25. *passivis libidinum cupiditatibus prostituta;* VI. 30. *In publicis meritoriis prostituta;* quibus adde Tertull. de Cult. Femin. II. c. 12. *prostituto corpori* et paulo post *prostitutae* (civitatis) *appellationem a deo meruit;* de Resurrect. Carn. c. 63. Apolog. c. 25. *prostitutissima lupa.* Lactant. Institt. V. 10. §. 15. ibique Buenem. p. 620. Ita *prostare* de scortis publicis ac venalibus, quae corpore quaestum faciunt cf. Lips. ad Tac. Ann. XV. 37. Wernsd. ad Poet. Min. T. III. p. 69. Rupert. ad Iuven. VI. 123. Hinc *prostibula* cf. ad Apol. p. 557.]

suadebat maritum temperius. [*Temperius* formam utpote antiquiorem ex codd. optimis recepi contra Oud., qui *temporius* probat cum Voss. de Vitiis Sermon. II. 1. p. 170. cf. Burm. ad Ovid. Met. IV. 198. quosque VV. DD. praeterea affert Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 976.]

Digitized by Google

coena* profugerat,* prorsus ieiunus mensam potius comiter postulabat. Apponebat ei propere quamvis invita, mulier, quippini destinatam alii. Sed mihi penitus

coena profugeret F. 3. *coena ne profugeret* p. B. edd. vett. usque ad Colv. *profugaret* δ. In cett. *profugerat*. *coena* abest a G. 1. 2. O. a m. p. P. D. *mensam potius* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. f. B. edd. vett. In cett. *mensam poni*, unde Modius utrumque coniungi voluit. [Praeter codd., quos ego nominavi, alios lectionem *potius* habere persuasum est, quum non accurate in iis enumerandis vel sua vel excerptorum culpa Oud. egerit. Nam codd. Guelf. inter eos, qui *potius* habeant, non refert, unde non tantum fidei in cett. ipsi tribuendum est.] *communiter* G. 1. O. *prope* solita aberratione p. *quippe* δ. *quidni* Incert. *quippium* D. *destinata* δ. *destinavitum* D. *penitus* in F. 3. contexta scriptum est, sed in marg. ab eadem manu *penita*.

quieti recedere. [*Recedere*, quod optimus cod. Florent. 3. scribit, ex arbitrio librariorum emendatum est, qui *decedere* hac in re usitatum esse vocabulum non ignorabant. cf. ad Met. V. p. 328, ubi Pric. ex nostro loco substituere voluit *recessit*. Utrumque enim *decedere* et *recedere* de somnum capturis dici potest, sed ita ut *recedere* dicatur de eo, qui in interiorem aedium partem regreditur, uti etiam de locis abditis et remotis usurpatur, cf. Heyn. ad Virg. Aen. II. 300; Ovid. Met. VIII. 589. Eadem ratione loquitur Apuleius Met. I. p. 43. *quieti nos reponamus*. Oud. *decedere* et *recedere* pro simplici *cedere* positum esse putat ex more Romanorum, qui compositum pro simplici saepius usurparint. Hoc certe videndum est, *recedere* difficilius esse explicatu, quam *decedere*, unde librarii mutabant.]

utpote intercepta coena profugerat. Hic locus valde dubius est, quum intelligi nequeat, unde coniunctivus *profugeret* explicandus sit, quem optimi quique codd. praebent, ita ut indicativus *profugerat* videatur esse librarii correctio. Quod obstat accurate iam Oud. indigitavit. Est enim usus Apuleii, qui particulam *utpote* nunquam cum pronomine *qui*, nunquam cum verbo, sed semper cum participio vel adiectivo iungit, unde perperam egerunt, qui addito pronomine *qui* loco mederi cogitabant. Hinc Oud. vel parenthesi includenda videntur verba *profugerat prorsus ieiunus*, vel scribendum: *utpote inceptae coenae profugus et prorsus ieiunus*, coll. Duk. ad Flor. III. c. 22. Aliquando cogitavit, num ex illo *ne*, quod vett. edd. praebent, refingendum esset *nam* vel potius *enim*, quam coniunctionem saepe praeponit Apuleius. [At omnia haec non satisfaciunt. Ulcus altius sedet, sed quomodo sanandum sit, nescio, nisi coniecturis minus aptis locum tentare velim.]

mensam potius comiter postulabat. Quamvis *poni mensam* optima et propria hac in re sit locutio, cui respondent seqq. *Adparebat ei propere*, et Apuleius ita alibi dixerit Met. X. p. 707. *mensaque posita fercula iussit apponi* (cf. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. XVI. 207. ad Suet. Caes. c. 43. p. 72. Burm. ad Anthol. T. I. p. 66: hinc *imponenta* cf. Fest. p. 80. Lindem.) tamen cum Oud. auctoritatem codd. sequi maluerim, qui hic *potius postulabat* praeferunt. Ita *postulare* absolute dicitur Met. II. p. 166. *dumque bibones salutaria sibi postulant*, uti legendum esse conieci, et ita saepius apud Suet.: *postulare missionem, abolitionem, veniam, gladiatores* al. [*Postulare* hic pro velle, cupere dictum esse puto, qua significatione etiam *poscere* non inusitatum est cf. Gron. ad Gell. IV. 1. Ruhnk. ad Rutil. Lup. II. 19. p. 181. Frotsch. et *mensa* hoc loco per synecdochen ipsi cibi sunt; cf. Cort. ad Lucan. I. 163.]

quippini. [Quid hoc loco particula *quippini* sibi velit, nemo interpretum intellexit. Exempla enim si accuratius contuleris Plauti, apud quem saepius hoc legitur vocabulum, ubique significare videbis *quidni*, *cur non* et adverbium esse affirmandi, ita quidem, ut ad antecedens quoddam vocabulum accuratissime referendum sit, cf. Plaut. Poen. III. 4. 29. sqq., ubi ter legitur. Hic vero si sanam efficere debeat sententiam, unice ad *invita* referri potest; at ita con-

Digitized by Google

carpebantur praecordia, et praecedens facinus et praesentem deterrimae femi-
645 nae | constantiam cogitanti; mecumque sedulo deliberabam, si quo modo possem detectis ac revelatis fraudibus auxilium meo perhibere domino, illumque, qui ad instar testudinis alveum succubabat, depulso tegmine cunctis palam facere.

CAPUT XXVII.

Sic herili contumelia me cruciatum tandem coelestis respexit providentia. Nam senex claudus, cui nostra tutela permissa fuerat, universa nos iumenta, id hora iam postulante, ad lacum proximum bibendi caussa gregatim prominabat. Quae res optatissimam mihi vindictae subministravit occasionem. Namque praetergrediens observatos extremos adulteri digitos, qui per angustias

capiebantur δ. et praesentem F. 3. G. 1. 2. B. *δ.* f. Coll. Voss. Iunt. 2. In cett. *ac. ad praesentem δ.* Colvius legi mavult: *mecumque quoque sedulo deliberanti, si quo modo possem.* Citra necessitatem et elegantiam. Sed forsitan Colvium suspicatur Oud. scribi voluisse: *quoquo modo possem. atque revelatis δ. praebere* L. *δ.* D. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. Sed cf. Met. VI. p. 442. *adinstar* F. 1. 3. G. 1. 2. L. D. B. O. P. *δ.* p. f. Elm. Scriv. In cett. *ad* desideratur cf. ad Met. I. p. 78. *adinstar solitudinis.*

me abest a *δ.* haud eleganter monente Oud. *prospexit* f. *universarios* L. (al. *univēsa nos*) G. 2. D. *univĕrsarios et hora* P. *ad hora* D. *adlatum* f. P. in excerptis ad marg. ed. Colv. *allatum* G. 1. 2. D. R. *ad locum* typothetarum errore frequentissimo in Edd. Beroaldi et Bas. peccatur, quas secuti sunt Colv. Vulc. Merc., quem errorem etiam librarii passim commiserunt, ut hic O. Gruterus etiam monuerat *ad lacum* esse rescribendum. Multis hanc lectionem probat Pricaeus. *prominebat* G. 1. 2. D. P. L. f. *δ.* cf. Met. VIII. p. 563. *optatissimam* F. 3. B. edd. vett. usque ad Colv. f. p. et alii codd. In G. 2. D. equidem inveni *oportunissimum*. G. 1. habet *optatissima* virgula omissa. Ab Colv. inde edd. praeter Scriver. et Pric. legunt *opportunissimam*; cf. Met. II. p. 100. *subministrabat* p. *praeter gradiens* G. 1. *observator* Paris. *adulteri digitos* F. 3. G. 1. 2. D. P. f. p. *δ.* In cett. *digitos adulteri*, quod minus concinnum esse dicit Oud.

fitendum est orationem plane fieri hiulcam. Hinc quamquam invitus, ab eorum sententia stare cogor, qui *quippini* hic pro *quippe, utpote, nempe* significatione ironica dictum autumant, quamquam alterum exemplum afferri eius notionis non liceat. De ironica vi particulae *quippe* cf. Heindorf. ad Horat. Sat. I. 2. 4. At forsitan analogia particulae *quidni* nos adiuvat, quam in nonnullis locis scimus significationem habere ut ita dicam affirmativam *vehementer admirantis*, ut *quomodo* cf. Sciopp. ad Petron. c. 127. p. 786., qui plura Apuleii exempla enumerat; IV. p. 290. VI. p. 412. al. IX. p. 610. Ita igitur, ut *quidni : quid* notat, s. *quomodo; quippeni quippe* potest significare, et graviter admirantis et asseverantis vel ironice loquentis est. Nec aliter *Sicin'* particula modo affirmativam modo negativam vim habet. cf. Lexic. Hinc videndum est, quam prave Pricaeus, quem Oud. sequitur, supra Met. p. 642. pro *quippe iam semivirum, quippeni* conlecerit, quod per sententiam ferri h. l. nequeat.]

penitus. [Nisi a manu secunda Florent. 3. *penita* lectionem haberet, in textum eam recipere non dubitarem, quippe longe rariorem. At Met. I. p. 48. iam vidimus, saepius hanc adiectivi formam librariorum temeraria perversitate esse intrusam, qui quum saepius usurpatam eam esse apud Apuleium viderent, hanc qualemcunque elegantiam ubique affectabant.]

CAP. XXVII. *adulteri digitos.* Cum Oud. intelligo *pedum* adulteri digitos, etiamsi non clare dicat; sed loci sententia eos flagitat. Sic Quint. Inst. II. 3. §. 8. *statura breves in digitos eriguntur.* Ovid. Met. VIII. 398. *institerat digitis, primos suspensus in artus.* [Virg. Aen. V. 426. Quint. XI. 3. §. 125. *dexter pes summis digitis suspenditur.* Suet. Dom. 18. Caes. c. 61.]

Digitized by Google

cavi tegminis prominebant, obliquata atque infesta ungula compressos usque ad summam minutiem contero, donec intolerabili dolore commotus, sublato flebili clamore, repulsoque et abiecto alveo, conspectui profano redditus scenam propudiosae mulieris patefecit. Nec tamen pistor damno pudicitiae magnopere commotus, | exsangui pallore trepidantem puerum serena fronte et propitiata 646
facie commulcens, incipit: Nihil triste de me tibi, fili, metuas. Non sum barbarus, nec agresti morum squalore praeditus, nec ad exemplum naccinae truculentiae sulfuris te letali fumo necabo, ac ne iuris quidem severitate lege de adulteriis ad discrimen vocabo capitis tam venustum tamque pulchellum puellum, sed plane cum uxore mea partiario tractabo. Nec hercisciundae fa-

tavi G. 2. P. *chavi* G. 1. (non *kavi*, ut in Oud. excerptis erat.) *oppressos* Coll. Voss. *summam* delet B. *munitiem* G. 1. *contecto* G. 1. 2. D. *conterto* P. *contorto* O. a m. p. *et* ante *abiecto* non agnoscunt G. 1. 2. D. *repulsoque obiecto alveo* P. O. d. nec male de Oud. sententia. Repulit enim alveum, qui sibi fuerat obiectus. *profario* d. *proscenio* aut *in proscenio* Florid. *sceeam* G. 1. *coenam* ed. pr., Vicent. Venet. 2. 4. errore satis frequenter obvio. *magno opere* G. 1. *colmacens* pro *commulcens* G. 2. P. D. *nil* F. 1. *tibi* non comparet in d. *nec sum barbarus* G. 1. O. *Barbarus* quasi nomen proprium scriptum est in Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 2. *morum* abest a p. dante *perditus*. *ut ad exemplum* L. *naccinae truculentiae* F. 1. 3. *naccine truculente* G. 2. D. *naccine turculente* G. 1. At prius vocabulum in marg. a m. sec. scriptum est; in contextu litura erat. *nactinae* φ. *matronae* d. *votivo* B. teste Scioppio. Sed in coll. Mod. est *cativo*. *machinae* P. teste Elm. et edd. vett. Colv. *naptinae* O. *naene* P. teste Oud. *raccinae* Z. p. *morchae* Vulc. Scriver. Pric. ex Scaligeri emendatione. *truculentae* s. *truculente* omnes codd. praeter F. 1. 3. p. et edd. *te* abest a f. *fulfuris* G. 2. D. *letami* G. 2. P. *secerritatem* F. 3. *vocabo* pro *necubo* G. 1. *viri* pro *iuris* G. 1. *capitis*. *Nam venustum* G. 2. D. *vetustum* G. 1. *atque pulcellum* F. 1. edd. vett. usque ad Wowerium. In cett. *tamque*, quod etiam G. 1. 2. habent, quorum excerpta Oud. legunt *atque*. *puellum* abesse ab B. dicit Elm. | Sed in coll. Mod. nil adnotatum est. At potius in sequentibus *puerum* delet B.] *partiaria* R. f. Male L. d'Orleans ad Tacit. Ann. XII. p. 652. legit *partiario iure*, cf. ad Met. VIII. p. 578. *hirciscundae* F. 3. G. 1. d. *hyrciscundae* G. 2. D. *hercicundae* edd. vett. cum plerisque Mss. cf. ad Met. VI. p. 441.

conspectui profano. Floridus haec adnotat: Lepide dictum, quasi adulter ille sacrum quid fuisset, quod oculis hominum ac praesertim mariti, utpote profanis, nefas esset adhibere. Alludit ad Orgia Bacchi et mysteria Eleusinae Cereris, quae cistis condita subtrahebantur profanorum conspectui, ne eorum visu polluerentur.

naccinae truculentiae. Varie de hoc loco sentiunt interpretes. Nonnulli, ut Colvius, scribi volunt *moechae truculentae*, ut de sua ipsius uxore pistor intelligat, quae tamen explicatio ferri non potest, quum illa minime crudeliter consuluerit in adulterum, et vocabula *ad exemplum* indicent, ad priorem de fullone narrationem haec verba referenda esse. Quod perspiciens Wower. emendavit *naccae* vel *nactinae*, quod pro naccae uxore dici potuisse iudicavit vel *moechae*, quod ad uxorem fullonis retulit, quam tamen recte sensit invitam necasse adulterum, quum machina potius eum occidisset viminea scilicet cavea. Scioppius per voc. *nactina* naccam ipsum intellexit; d'Orleans ad Tac. Ann. II. p. 258. *in machina truculenta* coniecit, Schoetgen. p. 3. de fullonia *naccinam* s. potius *nactinam* truculentiam explicavit talem, quali fullo tractat pannos suos, cum certo certius respiciat auctor ad moechum, per naccae uxorem alveo sulfurato absconditum. Quum vero plurimi codd. in lectione *truculentae* consentiant et fullonis uxori magis adscribenda sit illius moechi mors quam ipsi fulloni, Oud. non alienus est a lectione *nactinae truculentae* cum Wower. et Sciopp., quem vide in Epist. Corp. T. II. p. 52. et Ferrar. Ll. c. 15. Attamen ipse servat *naccinae truculentiae* pro fullonicae, sive quod fullo moechum sic siverit perire sive quod eius in domo res gesta sit. *Machinae*, quod habent omnes edd. vett., nullius assis est, *moechae* et *matronae* lectiones aperte librariorum et edd. glossae sunt.

miliae, sed communi dividundo formula dimicabo, ut sine ulla controversia
[230] 647 vel | dissensione tribus nobis in uno | conveniat lectulo. Nam et ipse semper cum mea coniuge tam concorditer vixi, ut ex secta prudentium eadem nobis ambobus placerent. Sed nec aequitas ipsa patitur, habere plus auctoritatis uxorem quam maritum.

CAPUT XXVIII.

Talis sermonis blanditie cavillatum deducebat ad torum nolentem puerum, sequentem tamen, et pudicissima illa uxore altrorsus disclusa, solus ipse cum puero cubans gratissima corruptarum nuptiarum vindicta perfruebatur. Sed cum primum rota solis lucida diem peperit, vocatis duobus e familia validissi-

dividendo G. 2. δ. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. Basil. *dimitenda* G. 2. *dividenda* O. *dimidiabo* Ms. Urs. *contraversia* G. 1. *nobis tribus* inverso ordine p. *in uno* non comparet in G. 1. *conveniant* G. 1. 2. D. O. P. *cum me* D. *execta* P. *vobis ambobus placeret* G. 1. *autoristatis* D. a m. p. *patietur* p.

blanditia edd. Basil. *blanditiae* Vicent. Venet. 2. Paris. *puerum* non comparet in B. *sequente* edd. Bas. *altrosus* G. 2. *altrossus* f. *altrorsus* inde a Wowèr. in edd. receptum est, quum in priscis edd. legatur *alterorsus*. [cf. Haud. Turnell. T. I. p. 284.] *discussa* f. B. δ. *discolu* L. *disclosa* emendat Brunt. a *claudo*. Sed recte optimi codd. *disclusa* retinent. cf. Met. I. p. 56. *spiritus officia discluderet*. Cerd. ad Virg. Ecl. VI. 35. *discludere Nerea ponto*. *nuptarum nutiarum* pro *corruptarum nuptiarum* G. 1. *perfueretur* D. *lucidam* O. *die* G. 1. *duabus* D. *de familia* G. 1.

communi dividundo. [De *iudicio communi dividundo* cf. Dig. X. 3. Cic. Epist. ad Famil. VII. 12. §. 2. *sed quonam modo ius civile defendes, quum omnia tua caussa facias, non civium? .... Quod ius statuis communi dividundo, quum commune nihil possit esse apud eos, qui omnia voluptate sua metiuntur?*]

ex secta prudentium. Colvius non incommode legi posse dicit: *ut et secta prudentium eadem nobis ambobus placeret*, ut *prudentes* hic non iureconsultos, sed philosophos significent, quo etiam *placendi* vox spectet. [At vix puto, *prudens* absolute dici posse de philosophis, qui potius *sapientes* a latinis nominantur, quum praesertim nativa vocabuli *prudens* significatio adversari mihi videatur; cf. Beier. ad Cic. de Offic. I. 40. §. 143. et prae ceteris ad 43. §. 153. Excurs. IX. T. I. p. 328. Intt. ad Cic. de Legg. III. 9. Ita errare videtur Turneb. ad Cic. de Legg. I. 21. p. 587. Creuz. *prudens* de *Antiocho* dici philosopho, quum Cicero aliter dicat Brut. c. 91. §. 315. *cum Antiocho, veteris Academiae nobilissimo et prudentissimo philosopho*, et *acutus* priore loco additum indicet, quid *prudens* sibi velit. *Prudentes* nostro loco nominantur iuris *prudentes*, de qua vocis significatione cf. Intt. ad Cic. de Rep. I. 12. Ritterh. Commentt. ad Institt. Lib. I. Tit. II. ad §. responsa. *Secta* vero non modo ad scholas placitaque philosophorum refertur, sed ad qualiacunque vitae civilis et publicae praecepta, uti etiam *placere* non solum de philosophis ponitur.]

CAP. XXVIII. *solus cum puero cubans.* [De dictione cf. Burm. ad Ovid. Met. III. 363. De re Pric., qui ad h. l demonstrat, maritos ita molliores uxorum moechos tractasse; coll. Catull. 57. Martial. II. 47. Petron. c. 95. *Ego nactus occasionem vindictae Eumolpum excludo; redditaque scordalo vice sine aemulo scilicet et cella utor et nocte.*]

rota Solis lucida. Oxon. habet *lucidam* et fortasse melius iudice Pricaeo, coll. X. p. 698. *remeabit ad diem. lucidam.* Sed nihil temere mutandum esse recte iudicat Oud. Quia solis rota (sive orbis, de quo cf. Broukh. et Vulp. ad Tibull. I. 9. 52. *Luciferi rota*) est *lucida*, ideo parit diem. Et sine adie

Digitized by

mis, quam altissime sublato puero, ferula nates eius obverberans: Tu autem, inquit, tam mollis | ac tener et admodum puer, defraudatis amatoribus aetatis 618
tuae flore, mulieres appetis atque eas liberas, et connubia lege sociata corrumpis, et intempestivum tibi nomen adulter vindicas? His et pluribus verbis com-

obverberāto D. *tūa* D. *et tener* G. 2. P. D. *pueri* G. 1. *defrauditis* P. Venet. 4. Verba *atque eas* usque ad *corrumpis* non leguntur in G. 1. 2. O. P. D. π. *easque* temere Floridus contra Mss. et Edd. omnes dedit. *eam* p. *atque eas libans* φ. *sociata* non comparet in L. *sociata* habent F. 3. L. R. f. p. δ. edd. vett. usque ad Colv. In cett. *sociatas*. *leges* R. *corrumpis* non agnoscunt L. δ. p. *adulter vindicas* F. 3. In cett. *aduiteri*.

ctivo *dies* ita saepe usurpatur ab Apuleio. Sic init. Lib. II.: *Sol novus diem fecit*, ubi paulo post p. 83. Pricaeus mavult: *iubaris orbe lucido*. Ac *sol, luna, stellae, sidera* sexcenties *lucida* poetis dicuntur. [cf. Peerlk. ad Hor. Od. I. 3. 2.]

ferula nates eius obverberans. Ferula obverberatur moechulus iste, ut tenellae aetatis, de qua puerorum poena Elm. plura exempla affert, Prudent. praef. Cathem. *aetas prima crepantibus Flevit sub ferulis*, Iuvenal. I. 15, ubi cf. Intt. Augustin. de Civit. D. XXII. 22. Confess. I. 14. Sidon. Apollin. II. 10. Nates etiam nec solum manus ludimagistros cecidisse docet ex Plaut. Bacch. III. 3. 27 seqq. Tzetz. Chil. Hist. 9. 258. *Σχῖνος τὸ παῖον τὰς πυγὰς παίδων τῶν μανθανόντων.* [Adde Kopp. ad Martian. III. §. 224. p. 258. Ceterum adulterorum poenae deprehensorum magis in maritorum vel magistratuum arbitrio positae quam ex legibus constitutae videntur fuisse; cf. Intt. ad Iuvenal. X. 312 sqq.: *Fuit adulter Publicus et poenas metuet quascunque mariti Exigere irati, nec erit felicior astro Martis, ut in laqueos nunquam incidat. Exigit autem Interdum ille dolor plus, quam lex ulla dolori Concessit. Necat hic ferro, secat ille cruentis Verberibus, quosdam moechos et mugilis intrat.* Ita alii pecunias extorquebant. cf. ad Apolog. p. 553., vel nares adultero abscindebant; cf. Turneb. Advers. XXVIII. 46. p. 1095. vel depilabant vel necabant. Taubm. ad Plaut. Amphit. II. 2. 222.]

mollis. [Hic intelligendum de puello nondum adulto; Colv. comparat Glossas Cyrill. p. 640. *τρυφερός: tener, mollis*; Hesych. *ἁπαλός, μικρός, τρυφερός*. Quamquam *mollis* et *mollities*, ut alii explicant, etiam de libidine dici bene possunt; cf. Iuvenal. II. 48. 164., potissimum de pathicis cf. Intt. ad Catull. XXV. 1. Petron. Sat. 23. Ita legendum puto in Anthol. Lat. Burm. T. I. p. 628: *Hanc foret amplexu mollis, vulvamque caballae.*]

aetatis tuae flore. [cf. Intt. ad Sil. I. 61. III. 84. Klotz. ad Tyrt. p. 68. Rupert. ad Iuven. V. 56.]

liberas et connubia lege sociata. Non ceperunt huius loci elegantiam plerique interpretum. Certe non intellexit Gruterus, qui Susp. VII. 1. suspicabatur legendum esse: *neque eas liberas, sed connubia lege sociatas*, quasi per *liberas* Apuleius designasset feminas, coniugali vinculo non copulatas. Nihil minus. Ingenuas significat, in quibus peccare per adulterium plus esse criminis, quam in ancillis, libertinis et togatis cuique notum est. Tales vero intelligi patet e seqq. *connubia lege sociata.* Sic enim legendum esse recte vidit Floridus. Si enim *sociatas* legitur, *connubia* necessario est adiectivum, quod tamen Latini habuisse non videntur. *Connubia* vero sunt ipsae matronae, iustis nuptiis et legitimo connubio vinctae. Ita Apuleius de Cupidine dixit Met. IV. p. 304. *omnium matrimonia corrumpis.* Distinguendus autem locus hoc modo est: *mulieres appetis atque eas liberas; et connubia lege sociata corrumpis.*

adulter vindicas. [Hanc lectionem ex solo cod. Florent. 3. vindicavi, quippe quae sine dubio difficilior sit, etsi non ignarus sum, nominativum bene potuisse oriri, littera *i* omissa, a qua sequens vocabulum *vindicas* incipit. Sed e con-

Digitized by Google

pellatum et insuper affatim plagis castigatum forinsecus abiicit. At ille adulterorum omnium fortissimus, insperata potitus salute, tamen nates candidas illas noctu diuque diruptus moerens profugit. Nec secius pistor ille nuntium remisit uxori, eamque protinus de sua proturbavit domo.

abiicit i. e. sive medium eum sublatum e domo in plateam provolvit, ut apud Terent. Andr. IV. 5. 37. Quare non audiendum est N. Heinsius, qui ad Ovid. Met. V. 430. legendum autumat *abigit*, licet in Mss. ut G. 1. 2. de more scribatur *abicit*. *obicit* D. *formosissimus* F. 1. in excerptis ad marg. ed. Colv. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. cf. ad Met. VIII. p. 556. *potius* G. 1. (a m. p.) 2. D. *illa* Elm. *dieque* δ. Iunt. Ald. *dirruptus* F. 3. G. 2. D. i. e. *disruptus* cf. Met. III. p. 175. *diruptu* L. In cett. *diruptus* Gruter. malebat: *diruptas moerens*. *inherens* pro *moerens* G. 2. D. δ. *sectius* G. 1. p. *socius* D. *vinctum* pro *nuntium* G. 2. P. D. *remisit* G. 1. *misit* δ. *proturbavit* F. 1. 3. G. 1. R. P. δ. Colv. Vulc. Merc. Elm. Scriver. In cett. *perturbavit* idemque legi in F., testantur excerpta ad marg. ed. Colv. *perturbone ẽ domo* D. vitiose.

trario demonstrari potest, ita in codd. genitivum *adulteri* esse profectum, i sequentis vocabuli ad prius adposito, praesertim quum haec constructio tritior fuerit librariis. De priore cf. ad Met. II. p. 122. *cui est Trisgnotus nomen*; Suet. Claud. XXIV. *Claudius Gabinio, Chaucis superatis, cognomen Chaucius usurpare concessit.*]

candidas. [*Candidae nates* cur nominatae fuerint, dubitari potest, quum et *pulchrae* esse possint cf. Intt. ad Virg. Ecl. II. 46. Serv. ad Aen. VIII. 138. et *depiles*, levigatae, ut Iuven. IX. 15. dicit: *Sed fruticante pilo neglecta et squalida crura.* Homines enim molles et delicati solebant olim aut cutem pumice levigare, aut barbam pilosque pudendis, pedibus et aliis corporis partibus a natura obductos radere et tondere, ut exponit Rupert. ad Iuven. II. 12: *Hispida membra quidem et durae per brachia setae Promittunt atrocem animum, sed podice levi Caedantur tumidae ... mariscae.* Iul. Firm. adv. Math. VIII. 7. *hi etiam demtis pilis corpus suum in feminei corporis imaginem transferent.* Intt. ad Arnob. II. 41. Kopp. ad Mart. Capell. VI. §. 704. p. 567 sqq. Schmidt. ad Horat. Epist. I. 20. 2. Barth. Advers. XXXVIII. 9. p. 1735. Prae ceteris cf. Pers. IV. 35 sqq.: *despuat in mores penemque arcanaque lumbi Runcantem, populo marcentes pandere vulvas: Tu cum maxillis balanatum gausape pectas, Inguinibus quare detonsus gurgulio extat? Quinque palaestritae licet haec plantaria vellant, Elixasque nates labefactent forcipe aduncа etc.*; cf. Met. II. p. 130. Mart. VI. 56. *Teque pilare tuas testificare nates*; Gloss. Cyrill. p. 438. δροπακισής *dropacista, colipilarius, depilator,* quod aut in *cutipilarius* aut *coleipilarius* emendandum est ex Mart. IX. 28. *depilati colei. Pilare* enim est idem quod *depilare* cf. Gloss. ibid. δροπακίζω *pilo. Candidus* dictum est, ut Iuven. IX. 13. *nullus tota nitor in cute, qualem Bruttia praestabat calidi tibi fascia visci.* Pice enim inprimis Bruttia abundabat eaque calefacta utebantur in cute depilanda.]

noctu diuque. cf. de Mundo p. 354. *nocte diuque.* Apol. p. 390. *diu noctuque.* Falster. Supplem. L. Lat. s. v. *diu* Sall. apud Charis. II. p. 185. [Voss. Arist. T. II. p. 618.]

diruptus. [i. e. *noctu* postico vulnere pistoris subactoris, *diu* ferulae ictibus concaesus. *Diruptus* dictum est in re obscoena, ut *perforare* cf. Scalig. ad Priap. 78. 3. in Anthol. Lat. T. II. p. 552. ibique Burm. *scindere podices* ibid. v. 13. *furum scindere podices solebam*; *fodere.* cf. Intt. ad Iuv. IX. 45, unde *fossa* cf. eosd. ad II. 9. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 554; *dividere.* Plaut. Aul. II. 4. 4. et 7. Intt. ad Petron, c. 11. p. 62. Burm. Poenam vero fuisse apud veteres adulterorum, ut a maritis in re deprehensi turpissima paterentur, demonstrat Barth. Advers. XXXVIII. 9. p. 1734.]

proturbavit domo. Scioppius in Symbolis et in Susp. II. 14. acriter alteram

Digitized by Google

CAPUT XXIX.

At illa praeter genuinam nequitiam contumelia etiam quamvis iusta tamen altius commota atque exasperata, ad armillum revertitur, | et ad familiares 649
feminarum artes accenditur; maguaque cura requisitam veteratricem quamdam

continentia pro *contumelia* D. *iuxta* G. 2. P. D. *armilum d. alius armile.* cf. ad Met. VI. p. 423. *revertitur* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. R. f. d. Coll. Voss. In cett. *revertit. arteles* B. *attenditur* O. *nequisitam* G. 2. *veratricem* ed. pr. Vic. Iunt. 1. Ald. Vulc. 2. Wow. Oud. Theod. Marcil. not. Grammat. ad 1. Florid. Apulei, cum Pricaeo, qui tamen probavit etiam *veteratricem* cum Scaligero ibid. p. 76. et Broukh. ad Tibull. I. 2. 41. *vilatricem* f. In cett. *veteratricem.*

lectionem *perturbavit* ex Ciceronis, Caesaris, Valerii Maximi locis asseruit. Revocavit dein tacite Wower., unde etiam remansit in textu Pricaei, propugnantis alterum. *Proturbare*, inquit Oud., omnino scribendum est; ubi agitur de aliquo, qui suo loco detruditur vel foras vel humi; *perturbare*, quando de simplici corporis vel animi commotione agitur, manente tamen persona suo loco vel statu. cf. Met. II. p. 156. [Huic sententiae ego quoque subscribo, cum in codd. confusione praepp. *per* et *pro* nihil frequentius sit. Ceterum cf. de hoc voc. eiusque significatione Intt. ad Cic. ad Herenn. IV. 8. Caes. B. G. VII. 81. et Heins. ad Ovid. Met. III. 80.]

Cap. XXIX. *revertitur.* [Inconsulte hic egit Ruhnkenius, qui, quamquam Oud. lectionem *revertit* in edd. conspicuam refutavit, tamen in textum eam recipi iussit. In eo tamen mihi errasse videtur Oud., quod *revertit* praeteritum esse existimat, quippe quod cum praesenti forma *revertitur* saepius confundatur, coll. Dr. ad Liv. VI. 29. §. 8. (ubi sine dubio *revertitur* praeferendum est.) Heusing. in Diss. ad Nep. Them. c. 5; dict. ad Caes. B. G. VII. 5. quum potius praesens esse videatur. Quamquam enim apud optimos quosque scriptores haec semper tenetur regula, ut in praesenti non alia quam passiva utantur forma, in praeterito terminatione activa cf. Voss. Arist. T. II. p. 771. ibique Eckst., tamen inveniuntur exempla quae contrarium comprobant; cf. Lucret. IV. 1074, ubi tamen cum optimis codd. *reventat* legendum est. Certum est Pomponii Maiali exemplum apud Non. p. 476. *caenam quaeritat; Si eum nemo vocat, revortit moestus ad mensam miseri.* Hinc si plures codd. Apulei iique meliores *rerertit* lectionem probarent, recipere eam non dubitarem. cf. Oud. ad Met. I. p. 33.]

ad familiares feminarum artes. Colvius emendat: *ad fam. fem. artes accingitur* coll. Met. IX. p. 627.: *ad expugnandam domus tenacem disciplinam totis accingitur viribus*; et Virg. Aen. IV. 493. *magicas invitum accingier artes.* Idem censent Pricaeus et Wasseus, cf. ad Met. VIII. p. 508. *sceleri accingitur.* [Quamvis probetur haec emendatio, tamen contra codd. auctoritatem in scriptura *accenditur* consentientium quidquam mutari posse nego. Porro usitatissima est huius vocis significatio stimulandi, irritandi, ut coniecturae ne locus quidem sit. De sententia cf. quae Pricaeus protulit exempla et d'Orvill. ad Charit. II. 8. p. 324 sq. ed. Lips.]

veteratricem. [Hanc quoque lectionem, quae optimorum codd. fide defenditur, contra mentem Oud. postponens Ruhnken. in textu posuit *veratricem*, quae scriptura ab Edd. tantum recepta videtur fuisse. Nec Scaliger., qui *veratrix* vocabulum ad Virg. Cir. p. 75. illustravit, ipse ita legit, sed probavit *veteratricem*, i. e. feminam, quae in arte magica et devotionibus versata est, astutam, callidam; cf. Intt. ad Fest. s. v. *veteratores* p. 158. Lindem. *veteratores* callidi dicti a multa rerum agendarum vetustate. Gannius: *mulieri non astu-*

Digitized by Google

feminam, quae devotionibus ac maleficiis quidvis efficere posse credebatur, multis exorat precibus, multisque suffarcinat muneribus, alterum de duobus postulans: vel rursum mitigato conciliari marito, vel si id nequiverit, certe larva vel aliquo diro numine immisso violenter eius expugnari spiritum. Tunc

videbatur pro *credebatur* P. B. *credatur* O. a m. p. G. 1. *suffracinat* G. 1. *multis suffarcinatur muneribus* O. Verba *conciliari marito* desiderantur in G. 2. D. P. *consiliari* f. *reconciliari* δ. Sed monente Oud. simplex magis amare videtur Apuleius. Huc accedit, quod *rursum* etiam ad *conciliari* debet referri. *lania* f., unde Roaldus coniecit *lamia*. Sed improvide; nam in seqq. dicit: *larvatus ad inferos demeavit maritus*. cf. ad Met. I. p. 29. *laroale simulacrum*. *alique* P. *aliquid* G. 2. D.

tae facile veterator persuasit. Vetus enim est exercitatus, versutus in re; cf. Cic. Tuscul. II. 16. 38. *Cur tantum interest inter novum et veterem exercitum, quantum experti sumus? Aetas tironum plerumque melior, sed ferre laborem, contemnere vulnus consuetudo docet. Quin etiam videmus ex acie efferri saepe saucios. et quidem rudem illum et inexercitatum, quamvis levi ictu, ploratus turpissimos edere. At vero ille exercitatus et vetus ob eamque rem fortior medicum modo requirens....* Ita Tac. Ann. I. 20. *vetus operis ac laboris et eo immitior, quia toleravit*, quod non iu *intentus* emendo. Ii enim non persuadent, qui *vetus laboris* et *quia toleravit* idem esse iudicant. *Veratricem*, quod alii volunt, a *verare* verbum repetunt, cuius unum tantum extat exemplum Enn. apud Gell. XVIII. 2., nec vero *verator* et *veratrix* in usu sunt; cf. Voss. Etym. s. v. *verare*. Forsitan emendarunt, qui ad *divini potens* respexerunt. At ne per sententiam quidem hic *veratricem* probari posse autumo, quum uxor relegata minus curet mulierem veridicam et divinam, cui hac in re nullus locus est, sed potius incantatricem veneficamque, quae exercitatissima sit in arte magica hincque famosa; quam sententiam seqq. apertissime illustrant.]

certe larva vel diro aliquo numine immisso. [De larvis, quibus utebantur veneficae ad hominum animos stimulandos cf. Guther. de Iur. Man. II. 16. in Graev. Thes. Antiq. T. XII. p. 1201. *Dira numina* puto dici *Lemures, Manes, Umbras* cf. Apol. p. 635: *At tibi, Aemiliane, pro isto mendacio deus iste Superum et Inferum commeator, utrorumque deorum malam gratiam semper obvias specus mortuorum, quicquid Umbrarum est usquam, quicquid Lemurum, quicquid Manium, quicquid Larvarum oculis tuis oggerat, omnia noctium occursacula, omnia bustorum formidamina, omnia sepulcrorum terriculamenta*, ubi mea cf. De hominum defixionibus et excantationibus cf. Guther. de iure Pontif. IV. c. 10. in Graev. Thes. T. XI. p. 195. Tac. Ann. II. 69. *Saevam vim morbi augebat persuasio veneni a Pisone accepti; et reperiebantur solo ac parietibus erutae humanorum corporum reliquiae, carmina ac devotiones et nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semusti cineres ac tabe obliti aliaque maleficia, quis creditur animas numinibus infernis sacrari*, ad quem locum cf. Intt. Ista vero larva erat mulieris violenter peremtae umbra, ut supra dicit, quum *larva* sit, *quae ob adversae vitae merita, nullis bonis sedibus, incerta vagatione, ceu quodam exilio punitur*, et incerto loco violenter trucidati vagentur, cf. Serv. ad Aen. IV. 385: *Omnibus umbra locis adero dabis, improbe, poenas* et Tertull. de Anim. c. 56: *Creditum est insepultos non ante ad inferos rediqi, quam iusta perceperint, secundum Homericum Patroclum, funus in somnis ab Achille flagitantem, quod non alias portas adire inferum posset, arcentibus eum longe animabus sepultorum;* et addit: *Aiunt et immatura morte praeventos eo usque vagari istic, donec reliquatio compleatur aetatis, qua cum perrixissent, si non intempestive obiissent. Deinde extorres inferum habebantur, quas vi ereptas arbitrantur.*]

Digitized by

saga illa et divini potens primis adhuc armis facinorosae disciplinae suae velitatur, et vehementer offensum mariti flectere atque in amorem impellere conatur animum. Quae res cum ei sequius ac rata fuerat proveniret, indignata numinibus, et praeter praemii destinatum compendium contemptione etiam stimulata, ipsi iam miserrimi mariti incipit imminere capiti, umbramque violenter peremtae mulieris ad exi|tium eius instigare. 650

CAPUT XXX.

Sed forsitan lector scrupulosus reprehendens narratum meum sic argumentaberis: Unde autem tu, astutule asine, intra terminos pistrini contentus,

plus adhuc L. *adhaec* G. 1. *disipline* G. 1. *velictatur* G. 1. *maritum flectere* G. 1. 2. O. P. (etiam in excerptis ad marginem edit. Colv.) D. *δ.* f. R. Coll. Voss. *compellere* G. 1. 2. O. P. *δ.* P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) *eis* D. *sequius* F. 1. 3. G. 2. D. p. *δ.* Elm. Scriv. Florid. *sepius* G. 1. *sequens* f. In cett. *secius.* cf. ad Apol. p. 574., *ac rata ei fuerat δ. et post praemiō praedestinatum compendium* L. *etiam* ante *praeter* pro *et* G. 1. 2. O. P. D. f. *δ. primum* pro *praemii* G. 2. P. D. (neque *praemium*, ut excerpta Oud. G. 2. praebebant.) *pretii* solita aberratione B. *contentione* G. 1. 2. D. *simulata* O. *ipsius* B. Elm. Scriv. Florid. Minus bene. Nam etiam ante de *ipso marito* agebat. *ipsi tam misterium mariti* G. 2. *ipsi tum ministerium mariti* D.

scupulosus G. 1. (neque in G. 2. ut Oud. ex suis excerptis protulit, unde verisimile est, etiam in P. quem idem habere Oud. testatur, non extare.) *reprendens* G. 1. *argumentaceris* p. et edd. vett. usque ad Colv. *stultule* L. Colv. et seqq. praeter Elm., qui *astutule* recte revocavit ex F. 1. 3. B., qui tamen *autem* omittit. *astutile* f. *astutute* p. *astultule* e P. et G. 2. enotavit Oud., sed in G. 2. legitur *tua stultule*, quod idem etiam D. praebet et excerpta P. in marg. ed. Colv. habent: *tuā stultule.* Idem Oud. errat, dicens in G. 1. et O. esse *astulle*, quum certe prior aperte *tua stulte* legat, unde O. idem habere probabile est. Etiam R. lectioni *stultule* favere videri sententia est Oud., quamquam ex eo nihil adnotatum sit. *astutelle δ.* deminutivum deminutivi. In cett. sine dubio *astutule.* *contectus* F. 3. G. 1. 2. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. L. p. f. O. edd. ante Colv. *tectus δ.* In cett. *contentus.*

arma. *Arma* exponit Pricaeus ex Serv. Aen. XII. 6. *arma sunt uniuscunque rei possibilitas*, et ad Aen. II. 99. *arma modo fraudes vel dolos; nam arma sunt instrumenta cuiuslibet rei, unde et insidiantis fraudes arma nominavit.* [Sed hic sua vi voc. dici potest de telis, quae quasi iniicit ei venefica, quibusque eum vulnerare studet, quum praesertim *velitari* ad rem militarem spectet.]

mariti flectere. [Nonnulli codd. praebent *maritum*, sine dubio quia non adtenderunt librarii genitivum pendere e seq. *animum.* Oud. coniicit *mariti inflectere* coll. Dict. Cret. I. 19. Virg. Aen. IV. 22. De superstitione veterum, sagas amores artius vincire posse, vel emortuum iterum incendere cf. Intt. ad Tibull. I. 1. 21. praeceteris Burm. Becker. Chariel. T. II. p. 296.]

Cap. XXX. *argumentaberis.* [Lectionem *argumentaveris* explicare frustra conatus est Beroaldus, multa veterum exempla proferens, ubi verba deponèntis formae activa quoque terminatione exhibentur. Licet concedatur, *b* et *v* litterarum confusionem in Mss. esse frequentissimam, tamen cum nullus locus extet, quo *argumento* probetur, ex perverso antiquata amplexandi studio *argumentaveris* non praetulerim. *Argumentatus* passive protulisse Aufusium testis est Prisc. VIII. 4. p. 371. Krehl.: *omnia argumentata nomina*, argumentata passive *πιστωθέντα.*]

astutule. [Qui ironiam huius vocabuli non capiebant interpretes *astule* emendabant in *stultule. Astutulus* deminutivum probat Oud. ex locis Met. VI. p. 434. *astutulae anus*, ubi ibidem codd. variant et *acutulae* legendum est, Met. IX. p. 600. *et ad huiusmodi flagitia perastutula.* Si quid mutandum esset, emendarem *nasutula. Nasutus* enim est *sagax, acutus* in aliorum vitiis de-

Digitized by Google

quid secreto ut affirmas mulieres gesserint scire potuisti? Accipe igitur, quemadmodum homo curiosus, iumenti faciem sustinens, cuncta quae in perniciem
[231] | pistoris mei gesta sunt cognovi. Diem ferme circa mediam repente intra pistrinum mulier reatu miraque tristitie deformis apparuit, flebili centunculo semiamicta, nudis et intectis pedibus, lurore buxeo macieque foedata; et
651 discerptae | comae semicanae, sordentes inspersu cineris, pleramque eius anteventulae contegebant faciem. Haec talis, manu pistori clementer iniecta,

egerint B., quod Oud. dicit se probaturum fuisse, si alii codd. addixissent, quia sequatur *gesta sunt*. At haec non persuadent. *tristitiae* Vicent. *tristitia* G. 2. D. *d.* Iunt. 2. *flebili* desideratur in G. 1. *centuculo* G. 2. P. in excerptis ad marg. ed. Colv. *centaculo* D. *semiameta* D. *intetis* D. *buseo* D. *busseo* G. 1. *discerte* D. *discepte* G. 1. *inspersa* G. 1. *inspersae* O. *pleraque* P. Coll. Voss. *plerusque* R. f. *anxeventule* G. 1. 2. P. D. R. f. *axeventule* O. cf. ad Florid. p. 14. *crines eius remulsis antiis et promulsis capronеis anteventuli et propenduli. anxe ventate* P. in excerptis ad marg. ed. Colv. *hic* f. *hoc* p. *pistoris* F. 3. G. 1. 2. O. D. L. f. et edd. ante Beroald. In cett. *pistori. quispiam* G. 1.

prehendendis, unde facile potest formari *nasutulus*, quod voc. falso in lexico Forcell. ex Apuleii libris citatur.]

contentus. [Contra optimos codd. hic egi, qui constanter lectionem *contectus* tuentur, quum *contentus* melior lectio mihi videatur esse. cf. ad Met. IX. p. 603. *intra hospitium contenta*, ubi codd. item discrepant. *Contectus* i. e. *tectus* probam sententiam efficere mihi non persuadetur, ad asinum si respicis, qui detentus est, atque impeditur intra pistrinum, quominus quae extrinsecus gesta sunt comperiret. *Contectus* magis ad eum pertineret, qui defendi et a periculo sustentari debet. De indicativo *cognovi* cf. ad Met. I. p. 78. *quemadmodum mali debent coerceri*.]

flebili centunculo semiamicta. [De reatu accusatorum, qui barbam capillumque promittebant sordidamque togam induebant, ut iudicum misericordiam commoverent cf. Ruhnk. Dict. ad Suet. Aug. 32. p. 149. Lips. Elect. I. 13. Apul. Met. III. p. 185. *mulier ... lacrimosa et flebilis, atra veste contecta ... ac pone eam anus alia pannis horridis obsita.* Ferrar. de Re Vest. I. 21. in Graev. Thes. Antiq. T. VI. p. 659. Tum haerent Intt. in scriptura *flebili*, quam Wower. emendari vult in *scissili*, morem veterum in luctu et re anxia scindendi vestes respiciens, cf. Met. IV. p. 289. *moerentem et crines cum veste sua lacerantem*, VIII. p. 529. *adhuc vestes lacerantem;* Ovid. Met. IV. 544., idemque probat Pricaeus. Oud. coniicit *sutili* ῥακιώδῃ vel *futili* πολυθύρῳ, de quibus voc. videndum est ad Met. I. p. 29. *sutili centunculo ... obtexit;* et quamquam ipse lectionem *flebili* probam esse putat, rationem tamen qua id fieri possit, non addit. *Flebili centunculo* explico *centunculo flebilis* i. e. *flentis* cf. ad Met. III. p. 185., ut adiectivum loco genitivi substantivi appositum sit cf. ad Met. I. p. 67. II. p. 129. *Flebilis* vero pro lugenti hic dictum esse probatur. Erat quum ego *flebilis, centunculo semiamicta* emendarem, ut Met. III. p. 185. *mulier flebilis ... atra veste contecta*, et VIII. p. 498. *fleta ... fuscaque veste contecta*, quum *centunculus* iam sit vestis multis iisque diversi coloris centonibus consuta, *pannis horridis obsita*, ut Apul. dicit Met. d. l. Saepe enim in codd. *s* ante vocalem a *c* littera incipientem praecedenti aut annectitur, ut statim videbimus in seqq., aut obducitur. Sed nunc me impedit verborum concinnitas, quae ut cuique substantivo addatur adiectivum apertissime postulat.]

sordentes inspersu cineris. Longus est Stewechius, hunc morem lugentium exemplis munire, de quo dixi ad Met. VIII. p. 498. *ambabus manibus trahens cinerosam canitiem.* Praeterea idem pro *pleramque* Apuleium *pleram* scripsisse arbitratur, quae archaismi captatio nulli bono est. At vide de eo Torrent. ad Suet. Tib. c. 75. [Förtsch. ad Voss. Arist. T. I. p. 481.]

manu pistori clementer iniecta. [In-

quasi quippiam secreto collocutura, in suum cubiculum deducit eum, et adducta fore quam diutissime demoratur. Sed cum esset iam confectum omne frumentum, quod inter manus opifices tractaverant, necessarioque peti deberet aliud, servuli cubiculum propter astantes dominum vocabant, operique supplementum postulabant. Atque ut illis saepicule et intervocaliter clamantibus nullus respondit dominus, iam forem pulsare validius, et quod diligentissime fuerat

collocutum G. 2. P. D. *collocutiva* f. *collucutuia* L. *seducit* Elm. Scriv. Florid. Pric. In meis codd. inveni *deducit*. *Seducit* etiam in F. 1. legi, adnotat Oud. Sed Lindenbrogii excerpta id non testantur. Nam linea, qua varia lectio in marg. adscripta indicatur, litteris *cu* vocis *cubiculum* supposita est, et ad marg. posita syllaba *si*, ut legendum sit *sibiculum*. Quamquam puto Lindenbrogium errasse, qui forsitan emendare voluit *deducit* in *seducit*. *illum* pro *eum* f. d. *furmentum* G. 1. *opificis* F. 1. L. d. O. In cett. *opifices*? *tractaverat* d. G. 1. (a m. s. ut videtur.) *adiit* pro *aliud* p. *propter* desideratur in G. 2. P. D. f. Coll. Voss. *astantem* p. *postulantibus* B. et edd. vett. usque ad Colvium praeter Iunt. 2., quae *clamantibus* retinet. Sed praecessit iam *postulabant*. *nullus respondit*, *domini* L. B. p. et edd. ante Colvium. *fores* G. 1. 2. O. P. D. p. *quod* ante *diligentissime* non comparet in D. *fuerat* omittit d.

epte plurimi codd. et edd. ante Beroald. legunt *manu pistoris clementer iniecta*, quoniam non pistor anus manum prehendit, sed anus pistoris, quasi quippiam secreto collocutura. *Manum* enim alicui *iniicere*, quae loquendi ratio propria iuris est, dicitur is, qui manum alterius prehendit *ἐμβάλλει χεῖρα*, quod quum fere semper violenter fiat, *clementer* Apuleius addit. *S* littera ex sequenti vocabulo adhaesit cf. supra. De dictione comparetur Petron. c. 115. *iniicio phrenetico manum* et Pric. ad h. l., qui excitat Met. XI. p. 803. *arrepta manu, sacerdos deducit ad ipsius sacrarii penetralia* Act. XXIII. 19. *ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς αὐτοῦ ὁ χιλίαρχος καὶ ἀναχωρήσας κατ' ἰδίαν, ἐπυνθάνετο.*]

deducit. Frequentem hanc esse locutionem de amantibus et venereo furto vel nuptiis operam daturis ex dict. ad Met. II. p. 101. *et in cubiculum te deduxit comiter*, probat Oud. Is vero sensus quum huic loco minime conveniat, licet nusquam *seducere* Apuleius usurpaverit, hic tamen mavult *seducit*, probatum ante eum iam Pricaeo, i. e. solum et seorsum ducit. Frequentem in his esse varietatem demonstrat ex dict. ad Caes. B. C. I. 7. [Dr. ad Liv. VI. 15. §. 9. Errat Oud. *Deduci* enim omnes dicuntur, qui ab loco, in quo consederant, in alium quendam abducuntur, ut Caes. B. G. IV. 30. *suos clam exagris deducere coeperunt*. Broukh. ad Prop. II. 19. 45. Ita Apuleius Met. XI. p. 803. *arrepta manu sacerdos deducit ad ipsius sacrarii penetralia*, ubi cod. d'Orv. depravat *adducit*, et qui Oud. mentem probaverit, *seducit* praeferet. Sed fere ubique ita *deducere* ab Apuleio usurpatur, ut vim simplicis verbi *ducere* vel *comitari* habeat. Deinde *seducit* ne per unum quidem codicem comprobari videtur, quamquam si optimi haberent, ego lubenter amplecterer. *Seduci* enim dicuntur, quos seorsum ducimus, quasi de aliqua re locuturi. cf. Plaut. Curc. II. 3. 60. *prehendit dexterum, seducit, rogat, quid veniam Cariam.* Asin. II. 2. 95. Westerh. ad Terent. Hecyr. I. 2. 69. Burm. ad Phaedr. III. 10. 11. Intt. ad Lucan. II. 294. et V. 77. Cort. ad Cic. ad Divers. X. 28. 2.]

nullus respondit dominus. Soli rursus Bert. et Pith. ostentant illud, quod est in vulgatis ante Colvium: *respondit, domini iam.* Sed *vocaverant dominum*, ideo ille debebat respondere. Et *nullus respondit* pro *non* cf. Met. VII. p. 480. *nullus tamen desinebat puer.* [cf. Intt. ad Virg. Aen. IV. 232. ubi *nullum esse* pro *non esse* extat; Moser. ad Cic. Tuscul. I. 22. §. 51. T. I. p. 169. ibid. 36, §. 87. p. 298. Apul. Met. VIII. p. 560. *an nulli scitis.*]

oppessulata, maius peiusque aliquid opinantes, nisu valido reducto vel diffracto cardine, tandem patefaciunt aditum. Nec uspiam reperta illa muliere, vident
652 e quodam tigillo constrictum iamque exani|mem pendere dominum. Eumque nodo cervicis absolutum detractumque, summis plangoribus summisque lamentationibus atque ultimo lavacro procurant, peractisque feralibus officiis, frequenti prosequente comitatu, tradunt sepulturae.

CAPUT XXXI.

Die sequenti filia eius accurrit e proxumo castello, in quo pridem denupserat, moesta atque crines pendulos quatiens, et interdum pugnis obtundens ubera,

oppessulato D. *malum peiusque* B. p. et edd. ante Colv. *peiusque* D. *maius peius* ∂., unde Oud. coniicit, ultimum e glossis natum, sed ibidem deest etiam *aliquid*, unde codici, qui alioquin spuriae est auctoritatis, nulla fides habenda. *nisi* F. 3. G. 1. (qui posterior ita aperte scribit, non *ni*, quod ex suis excerptis Oud. protulit. *ṅ* i. e. *ni* s. *nisi* G. 2. *ṅ valido reddeto* vitiosissime D. *nixu* O. Iunt. 1. Ald. Col. In cett. *nisu*. Ex vitiosa Elmenhorstii notula, qui pro *reducto* in B. esse *distracto* affirmat, deceptus Scriver. Ed. Lugd. *distructo cardine* et in Amstel. legit *distracto vel diffracto cardine*. Non enim pro *reducto* in cod. B. est *distracto*, sed exhibet ille *reducto vel distracto*. *patefecit* vitiosissime edd. Merc. Wow. Pric. *reparata* G. 1. *mulier* O. *ticillo* G. 1. *agilo* G. 2. P. D. *constrictam* ∂. *atque exanimem* B. ∂. f. edd. ante Colv. et Scriver. Amstel. Idem error etiam alibi conspicuus est. *et absolutum* D. *obsolutum* G. 1. O. *detentumque* pro *detractumque* D. *summis lamentationibus* omissa copula ∂. *peractis* copula non addita ∂. Iunt. 1. 2. Ald. *paratisque* P. G. 2. D. at quum scribatur *patis*, quod scio etiam *paratis* esse posse, malim legi *peratis* pro *peractis*, *c* littera ante *t* omissa, id quod saepius usu venit. *frequenti* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. R. f. ∂. In cett. *frequentique*.

accurrit F. 1. 3. G. 2. D. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) L. Inc. et a Vulcanio Ed. 2. et seqq. est receptum, ut coniecerat etiam Sopingius. In cett. *occurrit*. *e* exulat a G. 1. 2. O. P. D. *proxumo* F. 3. et ita semper legi in hoc codice adnotat librarius meus. In cett. omnibus codd. et edd. *proximo*. *in quod* codd. fere omnes, et edd. ante Colvium. *In quo* praebet F. 3. et D. Oud. negat, ullum codicem ita habere. *pridie* pro *pridem* legitur in B. et p. et edd. ante Colv. praeter Iunt. 2. Sed in excerptis Mudii nihil emendatum est, ita ut ille cum Colvio *pridem* legisse videatur. *denuserat* D. *moestaque* L. B. p. ed. pr. Vicent. Venet. 2.

nisu valido reducto vel diffracto cardine. [Optimos codices deserens equidem non dedi lectionem *nisi*, quam probabile est etiam in ceteris codicibus perhiberi, sed *nisu*, licet ipse confirmem, difficilius de ea esse iudicium, quum facilius *nisi* et *nisu* inter se potuerint commutari. *Nisi* esset laborantes corpore, et *valido* referendum ad *cardine*. Alteram tamen lectionem tuentur loci Met. IV. p. 259. *nisu fortissimo*; V. p. 357. *nisu quam valido*, ubi ed. Vic. item *nisi* corrumpit, al. cf. p. 665. *magnoque nisu ferro librato*. Ne *nisi* comprobem praeterea impedit, quod non habet quo pertineat.]

peractisque feralibus officiis. [cf. Deder. ad Dict. Cret. IV. 2. Gloss. p. 340.]

Cap. XXXI. *accurrit*. Defendit Oud. lectionem *occurrit*, cui obsecutus Ruhnk. in textu recepit. *Occurrit* enim ei est subito venit, conf. Met. II. p. 157. *occurrit ad latus quidam senex*, [qui tamen locus hanc significationem minime confirmat, ab Oud., ut credo, temere propositam. Quantum sit inter utrumque vocabulum discrimen, si ad usum scriptorum respexeris, vix poterit constitui, quum eadem significatione utrumque dici videatur; cf. quae lexica praebent exempla Plaut. Prol. 43. al. cf. Intt. ad Suet. Calig. 39. Gron. ad Sen. Controv. II. 11. Virg. Aen. V. 451. Hinc optimos codd. secutus sum.]

in quo pridem denupserat. Varie disputant viri docti de vera huius loci lectione, quae inter accusativum *quod* et ablativum *quo* vacillat. Oud. ex locis Tac. Ann. VI. 37. *denupsit in domum Rubelli Blandi* et Ovid. Met. XII. 196

Digitized by Google

quae, nullo quidem domus infortunium nuntiante, cuncta cognorat, sed ei per quietem obtulit sese flebilis patris sui facies, adhuc nodo revincta cervice, eique totum novercae scelus aperuit, de adulterio, de maleficio et quemadmodum larvatus ad Inferos demeasset. Ea cum se diutino plangore cruciasset, concursu familiarium cohibita, tandem pausam luctui fecit. Iamque nono die rite completis apud tumulum solemnibus, familiam supellectilemque et omnia iumenta ad hereditariam deducit auctionem. Tunc unum larem varie dispergit venditionis incertae licentiosa fortuna. Me denique ipsum pauperculus quidam

infortunium exulat a δ. *qua* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *cognorat* F. 3. G. 2. p. *cognovit* G. 1. O. In cett. *cognoverat*. *adhoc* G. 2. D. *adhec* δ. *devincta* p. *revicta* G. 1. *atque* pro *eique* O. *apparuit* G. 1. *laniatus* pro *larvatus* D. *ea cum se* alii codd. monente Colv. Equidem inveni in F. 3. B. et p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. In cett. *et cum*. *conciasset* pro *cruciasset* δ. *occursu* B., quod Oud. ex praegressis defendit: *filia occurrit*, ubi optimi codd. *accurrit* praebent, unde Scriverius edidit *accursu*. Sic etiam Pricaeus in notis ut p. 663. *accurrunt moesti suppetias*; p. 665. *ut accurrentium etiam familiarium manu se liberaret*. *familiarum* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *facere* edd. vett. praeter Iunt. 2. usque ad Colvium. *supeletilem* G. 1. *actionem* δ. p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *auctionem vel emptionem* G. 1. ex glossa. *lacentiosa* D. *licentia* f. *virum* pro *unum* L. δ. *ipsum* non comparet in O. *quidem* Iunt. 1. Ald.

nec Caenis in ullos Denupsit thalamos scribendum esse arbitrabatur *in quod*, quam sententiam ante eum probaverant Heins. ad Ovid. Met. VII. 856. Burm. ad XII. 196. et ad Quint. Decl. 338. p. 701. Cic. pro Coel. c. 14. Oud. ad Lucan. III. 23. [cf. Deder. ad Dict. Cret. VI. 3. Gloss. p. 372., qui praeterea Plaut. Trin. V. 2. 9. affert: *sororem despondisse in tam fortem familiam*. Nihilominus equidem retineo lectionem *in quo*, quae non solum difficilior sed ad loci sententiam aptior est. *In familiam* vel *in domum nubere* s. *denubere* ii bene dicuntur, qui in familiam quasi introeunt, et eius fiunt membra, ita ut dici nequeat *in familia denubere* femina, quae matrimonio cum familia quadam coniungitur, ut nos quoque dicimus: *sich in eine Familie verheirathen*. Sed bene ferri potest ablativus, si de loco sermo est; quamquam hic quoque accusativus non improbatur, ut nos: *sich in einer Stadt verheirathen* et *sich in eine Stadt verheirathen*. Ita puto hic vertendum esse: *aus dem nächsten Castell, in welchem sie sich vor langer Zeit verheirathet hatte*; et ita defendendum locum Quint. Decl. 338., ubi codd. firmant scripturam: *Haec enim quamvis maritum habere desiisset, atque esset ea domo, in qua virgo nupserat, pulsa*, ubi Gronov. et Burm. *in quam* sine ulla caussa emendarunt. Nam caussae patronus id praeceteris monere vult, ne hoc quidem, quod e domo tam diu et inde ab nuptiis possessa vidua fuerit eiecta, tantummodo ei detrimento esse, quam quod filio morte sit orbata. *Denubere* ut *nubere* hic absolute positum est, quem usum lexica satis firmant.]

per quietem obtulit. [Pric. comparat Quint. Decl. 315: *stabat ante oculos laceratus et adhuc cruentus pater ostendebatque effusa vitalia*, qui locus cum nostro defendit locum Met. p. 530. *sanie cruentam*.]

larvatus. [i. e. a larvis expugnatus et stimulatus. cf. Firmic. adv. Math. III. 14. *Faseinantes mulieres, quae etiam ipsos artus larvari ac fascinari faciant*. Pric. excitat veterem Inscript.: *Nec luctu nec lacrimis misera ac larvata nostra defleatis fumera* et Gloss. Cyrill. p. 420. δαιμονισμός *larvatus*, ubi *larvatio* mavult Pric. vel potius δαιμονιζόμενος. Ego *larvatus* pro substantivo habuerim.]

nono die rite completis. Glossae Philox. p. 144: ἔννατα ἐπὶ νεκροῦ ἀγόμενα; Donat. ad Terent. Phorm. I. 16: *In nuptiis etiam septimus dies instaurationem voti habet, ut in funere nonus dies, quo parentalia concludantur*. [Intt. ad Hor. Epod. XVII. 48. Serv. ad Virg. Aen. V. 64. Voss. Etym. s. v. *novem*.]

Digitized by Google

653 hortulanus comparat | quinquaginta nummis, magno ut aiebat: sed ut communi labore victum sibi quaereret.

CAPUT XXXII.

Res ipsa mihi poscere videtur, ut huius quoque servitii mei disciplinam exponam. Matutino me multis olcribus onustum proxumam civitatem deducere

hortolanus Vicent. Venet. 2. *ortolanus* δ. *ortulanus* pro more G. 1. 2. P. D. p. f. *nummis scilicet magno* φ. *nummis sed magno* multi libri habent editi et scripti. *Sed* ante *magno* exulat in F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) M. R. f. δ. Elm. Scriver. Pric. Florid. *ut cum communi labore* L. G. 1. ultima verba ita interpungit: *Sed ut communi labore victum sibi quaereret*, *res ipsa* cett.

Nos ipsa D. *disiplinam* G. 1. *holeribus* G. 1. 2. *honustum* G. 1. 2. D. *non multis oneribus* Barth. coniecit Advers. XXXIII. 5. caussa cur ita fecerit non addita, forsitan quia copiam paupertati hortulani non convenire putavit. At *multis* equidem comprobo, quia ita quantae fuerint asini calamitates ac miseriae accuratius exponitur. *proxumam* F. 3., ut in seqq. ubique. *exitatem* pro *civitatem* D.

comparat quinquaginta nummis magno seqq. Fulvius coniecit *scilicet ut communi*, quod Sciopp. non displicet. Facile enim, inquit, ex *scil.*, quod est *scilicet*, fieri potuit *sed*. Colvius aliis locis similiter *scilicet* reponit, aitque in suo libro *scil.* scribi solitum, quod utrumque significet *sed* et *scilicet*. Oud. particulam *sed*, quae in nonnullis codd. et edd. longe plurimis ante *magno* legitur, eam tantummodo ob caussam exulare iubet, quia in codd. optimis non legatur, quamquam bene retineri queat ex usu latinorum, qui haud raro bis eam posuerint, coll. dict. ad Lucan. I. 143. X. 161. Cic. Epist. ad Divers. VI. 12. §. 5. Nepot. Paus. 4. Val. Max. I. 8. 7. Miscell. Observatt. Vol. I. p. 428; Met. VIII. p. 552. *Sed illa pernicitas non erat alacritatis meae, sed formidinis indicium.* XI. p. 776. *effigiem ... ac ne hominis quidem consimilem, sed solerti repertu, etiam ipsa novitate reverendam, altioris utcunque et magno silentio tegendae religionis argumentum ineffabile, sed et ad istum plane modum fulgente auro figuratum*; de Deo Socrat. p. 126. *sed nunc non de errorum disputatione, sed de naturae distributione disseremus.* [Sed qui accuratius hos omnes locos inter se comparaverit, plane aliam quam quae ab Oud. profertur rationem inveniet. Repetitur, ubi repetenda necessario est particula fere ita, ut prius *sed* ad enuntiatum antecedens pertineat, alterum ad sententiam hanc, cui prius *sed* praefixum erat, contrarium indicantem. H. l. *sed* ferri nisi moleste nequit, hincque glossema habuerim librariorum, qui *quinquaginta nummis* cum vocabulo *magno* arctius coniungere volentes, ex sua mente particulam adversativam exspectabant. Ita locus Arnob. I. 53. afferri potest, ubi modico intervallo interiecto *sed* particula ter repetitur: *Desistite o nescii in maledicta convertere res tantas nihil ei nocitura qui fecit, periculum allatura sed vobis, periculum, inquam, non parvulum sed in rebus eximiis, sed in praecipuis constitutum*, ubi *sed* per emphasin repetitum est. De *comparare* cf. Cort. ad Lucan. I. 34. De asino hortulani ministro Pignor. de Serv. in Polen. Thes. Suppl. T. III. p. 1303. de sententia Pric. ad h. l.]

CAP. XXXII. *multis oneribus onustum.* [Iam in adnotatione critica exposui. Barthii coniecturam *non multis* ferendam non esse. Hortulani enim asinis utebantur, ut graviter onusti olera multa in urbem vendenda portarent; cf. Virg. Moret. 79 sq. *nonisque diebus Venales olerum fasces portabat in Urbem*, ubi tamen alii volunt *humero fasces*. Intt. ad Hor. Epist. I. 18. 36. *Threx erit*

Digitized by Google

consuerat dominus, atque ibi venditoribus tradita mercede, dorsum insidens meum sic | hortum redire. Ac dum fodiens, dum irrigans ceteroque incurvus [232] labore deservit, ego tantisper otiosus placita quiete recreabar. Sed ecce

consuerat F. 3. Iunt. 2. In cett. codd. et edd. *consueverat*. *merce* O. in marg. Scriv. Florid. Elm. vero, quem Oud. in edit. *merce* scripsisse dicit, praetulit ex codd. *mercede*. *incidens* d. *ortum* G. 1. 2. D. P. d. p. f. *ad hortum* O. *rediere* G. 2. *redirere* D. *ac dum* F. 3. G. 2. P. D. p. f. edd. vett. usque ad Colv. praeter Iunt. 2. In cett. legitur *at dum* solita aberratione. *incuuus* pro *incurvus* L. *labor* O. sed in marg. *labori*, quod idem vir doctus in marg. ed. Vicent. meae emendat. *deservit*. *Ego*. Ita distinguit G. 1. Quid Piccart. Peric. Crit. c. 13. voluerit *desiit* pro *deservit* corrigens bene capi non potest. Coniectura tantum mentem eius assequi mihi videor. Legerat enim ille pro *deservit* e codd. *deseruit*, quod cum neutraliter dici non posse vidisset, emendabat *desiit*. *tacita* R. B. edd. vett. et pleraeque recentt. Sed praeter aliorum codd. auctoritatem *placita* defenditur F. 1. 3. O. d. G. 2. D., ut recte ediderunt Vulc. 2. Elm. ac Scriv., quod frustra mutare in *placida* tentant P. Faber, Pric., Florid., Wasse; quia saepissime dicatur *placida quies*. Immo et firmat G. 1. *recrebar* D.

aut olitoris aget mercede caballum. Virg. Georg. I. 273. *Saepe oleo tardi costas agitator aselli Vitibus aut onerat pomis.* Scheff. de Re Vehic. c. 2. in Pol. Suppl. Thes. T. V. p. 1261.]

atque ibi venditoribus tradita mercede. Non modo permittente sed etiam postulante sententia scribendum putavit Fulv.: *venditoribus tradita merce*, sc. herbis, quas vendebat hortulanus, eademque coniectura Wower. Stewech. et Sciopp. probata est, qui omnes per *venditores* intelligunt *institores*, propolas, *παλεγκαπήλους* vel *magnarios*, qui simul emta aliis per partes vendunt. Barth. Advers. XXXIII. 5. p. 1513. statuit etiam *venditores καταχρηστικῶς* poni pro *emtoribus*, ut prave nonnemo reponendum suspicatus est e Lucian. c. 43. *παραδοὺς τοῖς ταῦτα πιπράσκουσιν*. Solus Beroaldus *mercedem* capit pro *pecunia ipsi pro oleribus a venditoribus tradita*. Sed eo sensu nimis abruptam et insolentem esse dictionem quum suspicatus esset Oud., ipse cogitavit aliquando, num maius hic haereret ulcus ac rescribendum foret: *venditis oleribus sibi tradita* vel *contracta* vel *nacta mercede*. [Nulla vero emendationum satisfacit. *Merces* enim nominativus quamquam pro *merx* formatione in usu erat, cf. Sallust. Fragm. apud Charis. I. 27. Gloss. Cyrill. p. 654. *φορτίον onus, fascis, merces, merx, sarcina*, tamen ne genitivum *mercedis* eadem sententia comprobemus, impediunt Gloss. Vulc. p. 90. *merces, cis. ἐμπορία, merces, mercedis μισθός*. *Venditoribus* retinendum esse probant Luciani verba modo apposita, unde Beroaldi explicatio omnium est optima: *Sobald er das Geld von den Grosshändlern empfangen hatte.* At non negandum est, dativum *venditoribus* pro *a venditoribus* hic offensionis multum habere. Sed aliter expedire me non potui.]

hortum redire. Ms. Barthii, ipso lectionem hanc probante Advers. XXXIII. 5. p. 1513., *horsum*, ut adludat ad sonum praecedentis vocabuli *dorsum*. Sed hic non placet frigidissima illa paronomasia. [Nec Barthio tantum fidei habeo, ut quam cod. sui scripturam dicit, ego potius ipsius figmentum dixerim.]

ceteroque incurvus labore deservit. [Oud. probat lectionem cod. Oxon. marginalem *labori*. Qui dativum potius exspectant, *labore* pro *labori* defendere possint ex antiqua illa forma, quam pluribus exemplis defendit Burm. ad Propert. III. 9. 40. cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 590. Sed *labore* non cum voc. *deservit* coniungendum est, quod absolute hic dici praecedentia participia et particula *que* indicant, sed cum adiectivo *incurvus* de eo, cuius opera talis est, ut curvet corpus inter laborandum. De re cf. Pric.]

placita quiete. Optime ita scribit Oud. non *placida*. Lucio egregie *placebat* quies, quia tunc se non fatigabat, sed recreabatur cf. Heins. ad Ovid. Met. I. 702. Dr. ad Sil. I. 11. Eadem confusio supra Met. V. p. 318. VI. p. 436. ubi vide.

654 | siderum ordinatis ambagibus, per numeros dierum ac mensium remeans annus post mustulentas autumni delicias ad hibernas Capricorni pruinas deflexerat, et assiduis pluviis nocturnisque rorationibus sub dio et intecto conclusus stabulo, continuo discruciabar frigore, quippe cum meus dominus prae nimia paupertate ne sibi quidem nedum mihi posset stramen aliquod vel exiguum tegimen parare; sed frondoso casulae contectus umbraculo degeret. Ad hoc

syderium D. *ambaginus* D. *atque mensium* G. 1. *mensuum* F. 3. *matulentas* p. *auptumpni* G. 2.; priore *p* littera linea obducta. *auptumni δ. autumpni* G. 1. D. *delicies* G. 1. O. cf. ad Apol. p. 401. et infra ad p. 734. *adhybrēnas* D. *capricornii* G. 1. 2. D. *ruarationibus δ. sub dio* F. 1. 3. in quo posteriore *u* a manu recentiore litterae *o* superadditum est Iunt. 2. *sub divio* P. etiam in excerptis ad marg. ed. Colv. In G. 2. D. autem non *sub divio*, sed aperto sub *clinio* legitur. *sub divo* G. 1. O. p. f. *δ.* edd., vett. et recentt. *et* ante *continuo* male inserit Iunt. 1., unde Brant. legi maluit *ex continuo*. *discluciabar* D. *regimen* G. 1. *tegmen δ. contectus* F. 1. G. 1. *β. δ.* vir doctus emendavit in marg. ed. Vic. meae. In cett. *contentus*. *ad hec* G. 1. 2. O. D. *δ. adhuc* p.

per numeros. [cf. Cort. ad Lucan. I. 91.]

Capricorni pruinas. [cf. Cic. de Nat. D. II. 44: *Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans, Corpore semifero magno Capricornus in orbe,* ubi cf. Intt., et Hor. Carm. II. 17. 20. *Pruinae* hic sunt *nives.* Heyn. ad Virg. Georg. III. 368.]

sub dio. [Errare mihi videntur, qui proponunt, Latinos nunquam, *sub dio,* sed semper *sub divo* dixisse, quamquam scio rarius illud per Mss. confirmari. Extitisse vero apud veteres dictionem *sub dio* apertissime probat Ascon. in Verr. II. 1. c. 19. §. 51. p. 151. Orell. *sub dio* i. e. *sub coelo. Coelum Graeci τὸν Δία dicunt, sed ita declinatur: Hoc dium, huius dii, huic dio, hoc dium, o dium, ab hoc dio.* Formas *dius* et *divus* firmat Varro L. L. V. §. 66. Muell., licet ex eius observatione veteres semper *sub divo* dixisse coniiciendum esse videatur. Ita Afranius apud Non. p. 207. *sub dio aperto capite,* Columell. VI. 3. §. 13. Mss. quantum video, omnes praebent: *idque optime fit sub dio, sole fervente,* Cicero apud eund. XII. praef. §. 2. *foris et sub dio esse.* Contra variant codd. apud Pallad. IV. 10. §. 7. *sub dio nocte non maneant,* et Veget. IV. 12. §. 3. *sub divo* omnes codd. agnoscunt. cf. Intt. ad Suet. Caes. 72., ibique Ruhnk. Dict. p. 100. Heyn. ad Virg. Georg. III. 435. Ita *screno* dictum est cf. Oud. ad Iul. Obs. p. 64. ubi *crebro* non mutandum est. De graeco *ὑπὸ τῆς αἰθρίας* cf. d'Orv. ad Charit. VII 6. p. 587. ed. Lips. et Pric.]

tegimen. Hanc formam probat Oud. ex dict. Barth. ad Stat. Theb. II. 541., suis ad Caes. B. G. II. 21. et ad Aen. III. 594. VII. 666., ubi *tegumen* Mss. praebent. Ita variant codd. Met. X. p. 716. cf. Met. X. p. 734. *dirupto spineo tegmine,* ita ut optimis Mss. obtemperandum sit. [cf. Moser. ad Cic. Tusc. V. 32. T. III. p. 197.]

contectus. Contectus recte praefert Oud. ita ratiocinans: Non enim continémur umbraculo, sed tegimur. Neque hic hortulanum videtur voluisse laudare ab animi plura non desiderantis continentia, sed simpliciter eius humilem condicionem descripsisse, ut inde tanto magis appareret, quam miserum suus asinus hospitium hic nactus esset. Probant hanc lectionem loci a Pric. prolati Senec. Epist. 90. §. 9. et §. 40. *Illi quos aliquod nemus densum a sole protexerat, qui adversus saevitiam hiemis aut imbris vili receptaculo tuti sub fronde vivebant,* et Hieronym. ad Heliodor. 18., *Frondoso arboris tectus umbraculo.* [*Umbraculum* pro *taberna* dictum, ut Hor. Epist. I. 7. 54. Quoties *contentus* et *contectus* confundantur, patet ex Met. IX. p. 603. X. p. 650.]

Digitized by Google

matutino lutum nimis frigidum gelusque praeacuta frusta nudis invadens pedibus enitebar, ac ne suetis saltem cibariis ventrem meum replere poteram. Namque et mihi et ipsi domino coena par ac similis, oppido tamen tenuis aderat; lactucae veteres et insuaves illae, quae seminis enormi senecta ad instar scoparum in amaram | coenosi sucus cariem exolescunt. 65.

luto P. a m. p. teste Elm. *lunium* G. 1. *gelusque* F. 3. p. *gelique* Vulc. 2. et ex cod. F. 1. nihil enotatum est. In ceteris *geluque*, quod idem in P. extare testatur Elm., Oud. contra *gelumque* in eo legi adnotante. *frustra* G. 2. D. *enitabar* F. 3. G. 1. 2. P. O. *enitabat* D. In cett. *enitebar*. *repellere* pro *replere* p. *implere* D.* *et* ante *mihi* non comparet in δ. *enna* pro *coena* Vic. Venet. 2. *par ac similis oppido tamen tenuis* F. 3. G. 1. 2. O. P. D. δ. p. B. φ. *par ac similis oppido sed* F. 1. R. edd. vett. usque ad Wower. *par ac similis sed oppido tenuis* Wow. et seqq. *similis oppido et tamen tenuis* δ. f. teste Oud., quum Roald. ex f. enotet: *et tamen ad. adderat* G. 1. *et* ante *insuaves* desideratur in G. 1. O. *illoque* O. a m. p. *enormis* G. 1. O. *senecto* G. 1. *separum* pro *scoparum* δ. *sucus* F. 3. G. 1. 2. B. D. et plerique codd. et edd. *sutuis* p. *succi* Vulc. 2. Elm. Scriv. Florid. nec quicquam varietatis ex cod. F. 1. est notatum. *scariem* P. teste Elm. G. 1. 2 O. D, littera *s* finali sequenti vocabulo adhaerente.

gelusque praeacuta frusta. [*Gelus* et *gelum* quum veteribus in usu fuerit, non mirum est, quod in his terminationibus codd. variant, de quibus cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 642., qui enumerat exempla Afran. in Epist. apud Non. p. 207. *silices quum findat gelus*, et Att. in Prometh. apud eund. p. 208. et Prisc. VI. p. 232. Krehl.... *Tum profusus flumine hiberno gelus* et p. 644. ubi de forma *gelum* accuratius disserit. cf. Intt. ad Lucret. V. 206. praeceteris Forbiger. et VI. 156. Ita *tonitrus* in usu erat cf. ad Met. VIII. p. 529. et de Deo Socrat. p. 143. *fretus* pro *fretum* apud Lucret. I. 721., ubi vid. Intt. Oud. tamen genitivum *gelus* vel *geli* eo hic ferre nequit, quod non *frustra geli* coniungenda sint, i. e. *glaciei crusta*, ut interpretatur Floridus, sed *frusta praeacuta gelu* i. e. glebas asperas frigore glaciali et luti frusta dura, quae sententia ei probabilis videtur ex Luciani verbis: *ἀνυπόδητος πηλὸν ὑγρὸν καὶ πάλιν σκληρὸν καὶ ὀξὺν ἐπάτουν*. *Frusta* vero inusitata significatione quum hic eadem sint, quae alias *crustae* nominantur, non glebas terrae intelligo, sed *partes gelus praeaculas spitze Eisstücken*; *glebas* indicat lutum nimis frigidum. cf. Serv. ad Aen. VII. 115. et ad Georg. III. 160. Sidon. Epist. IV. 6. *cumulis nivium crustisque glacierum.*]

sucus. [Hanc lectionem licet Oud. comprobet, Ruhnk. tamen non obsecutus est, *succi* cum vulgata praebens; de declinatione *sucus, us* cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 662., qui minus bene *succi* praetulit, Met. X. p. 701. Otto ad Isid. Orig. XVII. §. 28. p. 547. Ita *colus*; cf. ad Met. I. p. 21., *sonus* Met. VIII. p. 589. Florid. p. 79., *susurrus* Florid. p. 80. De scriptura *sucus* cf. ad Met. II. p. 136. Dr. ad Sil. Ital. VII. 169.]

exolescunt. [Totam narrationem inde ab eo tempore, quo molae torquendae assuefactus erat asinus, omittit Lucian. c. 43. ita pergens: *Λεπτὸς οὖν πάνυ γίγνομαι καὶ ἀσθενὴς τῷ σώματι, ὥστε ἔγνω με ὁ δεσπότης πωλῆσαι καὶ ἀποδίδοταί με ἀνθρώπῳ κηπουρῷ τὴν τέχνην· οὗτος γὰρ εἶχε κῆπον λαβὼν γεωργεῖν. Καὶ τοῦτο εἴχομεν ἔργον· ὁ δεσπότης ἔωθεν ἐπιθείς μοι τὰ λάχανα ἐκόμιζεν εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ παραδοὺς τοῖς ταῦτα πιπράσκουσιν ἦγέ με πάλιν εἰς τὸν κῆπον. εἶτα ἐκεῖνος μὲν καὶ ἔσκαπτε καὶ ἐφύτευε καὶ τὸ ὕδωρ τοῖς φύτοις ἐπῆγεν, ἐγὼ δὲ ἐν τούτῳ εἱστήκειν ἀργός. ἦν δέ μοι δεινῶς ἀλγεινὸς ὁ τότε βίος. πρῶτον μὲν ἐπεὶ χειμὼν ἤδη ἦν κακεῖνος οὐδὲ αὐτῷ στρῶμα εἶχεν ἀγοράσαι, οὐχ ὅπως ἐμοί. καὶ ἀνυπόδητος πηλὸν ὑγρὸν καὶ πάλιν σκληρόν, καὶ ὀξὺν ἐπάτουν καὶ φαγεῖν τοῦτο μόνον ἀμφοτέροις ἦν θρίδακας πικρὰς καὶ σκληράς.*]

Digitized by Google

CAPUT XXXIII.

Nocte quadam paterfamilias quidam de pago proxumo, tenebris illuniae caliginis impeditus et imbre nimio madefactus atque ob id ab itinere directo cohibitus, ad hortulum nostrum iam fesso equo deverterat, receptusque comiter pro tempore, licet non delicato, necessario tamen quietis subsidio remunerari benignum
656 hospitem cupiens promittit ei, de praediis suis sese daturum et | frumenti et

quadam paterfamilias quidam de pago F. 3. G. 2. O. P. [etiam in excerptis ad marg. edd. Colv. *qui pago* p. edd. vett. ante Colv. *qui me pago* F. 1. B. in excerptis Oud. Sed in Mod. collatione nihil emendatum est, quae cum edit. Colv. habet *pater familias de pago proximo*, quam lectionem cett. libri et scripti et editi praebent. *in luniae* F. 3. *illunie* G. 2. B. *ilunie* G. 1. *illimie* D. *in lumine* O. In cett. *illunae*. *Illuniae* terminationem rectam esse demonstratum est ad Met. IV. p. 278. *servato noctis illunio tempore*. *nimis* D. *madefactus* F. 1. 3. G. 1. L. B. *madescens* L. teste Oud. G. 2. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. *madens* D. Ceteri codd. omnes et edd. vett. aliquotque recentiores in lectione *madefactus* consentiunt, certe de cett. codd. nihil varietatis attulit Oud. *ab* ante *itinere* non comparet in D. *abstinere* pro *ab itinere* F. 1., pro quo B. habet *ab hyeme*. *ad hortulum* F. 1. 3. G. 1. 2. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) O. D. *d. f.* Elm. Scriv. Florid. *horreum* p. In cett. *hortum*. Priorem lectionem quamquam Oud. probavit, Ruhnk. tamen pro sua quadam levitate *hortum* in textu retinuit. *fesso* G. 1. *deverterat* F. 1. 3. Edd. vett. quarum aliquot *diverterat* ex solito Edd. errore praebent, Elm. Scriv. *devertit* G. 2. P. O. D. R. *d. divertit* G. 1. f. Vulc. 2. Merc. Wow. seqq. *revertatur* p. *comite* G. 2. P. D. *communiter* π. Sed certo argumento, *communis* quotiescunque pro *comis* in Mss. reperitur, reperitur autem saepissime, non tamen ubivis veram esse scripturam. *quivitis* G. 1. O. *promittens* p. *de praesidiis suis* F. 1. f. G. 2. D. *d.* p. L. edd. vett. ante Bas. 2. In cett. *de praediis suis*.

Cap. XXXIII. *paterfamilias quidam.* [Quum codd. in loci scriptura tam varie fluctuent, Oud. ad coniecturam *equitans e pago* confugit, ad seqq. *equo iam fesso* respiciens. Ego contra ex repetitione pronominis *quidam* lectionis varietatem profectam esse confirmaverim, id quod ii codd. et Edd. apertissime demonstrant, quae posteriore loco *quidam* omittunt. Optimos codd. secutus *quidam* ego retinui, quum per se intolerabile non sit.]

tenebris caliginis. [cf. Doed. Synonym. T. III. p. 166.]

madefactus. Lectioni codd. *madescens* favet admodum locus Ovid. Met. I. 65: *pluvioque madescit ab Austro.* Caussam vero, qua commotus Oud. alteram scripturam praetulit, quippe quod nusquam alibi Apuleius *madescere*, sed semper *madefactus* et *madefacere* dixisset, equidem probare nequeo, ut si plures iidemque optimi codd. *madescens* legerent, id recipere neutiquam dubitarem.]

deverterat. [Oud. ex plurimis codd. defendit lectionem *devertit*, quae ad seqq. *promittit* magis accedere videatur, et latinitatis ingenio esse magis conveniens. Plusquamperfecti enim et praesentis offendit coniunctio. Hinc erat, quum pro *deverterat* legere vellem *devertebat*, quae imperfecti et praesentis temporum variatio non ita rara est. cf. ad Met. III. p. 192. Sed Apuleium me ita non emendasse sed maculasse potius putandum est, quippe qui potissimum in temporum usu fere singularis sit. *Devertere* nec *divertere* scribi debere, saepius a me monitum est.]

de praediis suis. Alii, qui *de praesidiis suis* lectionem defendunt ut Roaldus, intelligunt de *pecunia*, quae *praesidium* cuiuscunque rei bene nominari queat, quaeque occultata et iacens alio etiam nomine *peculium* appellata fuerit celebri illo rusticorum dicto apud Celsum I. 79. §. 1. de leg. 3. pecuniam sine peculio fragilem esse; aliis *praesidia* explicantur omnia ad vitam sustentandam necessaria et in his pecunia coll. Burm. ad Phaedr. IV. 21. 12. *hi zonas, illi res pretiosas colligunt, subsidium vitae*, [cf. idem ad Petron. 75.] Heusing.

Digitize

olivi aliquid et amplius duos vini cados. Nec moratus meus, sacculo et utribus vacuis secum apportatis, nudae spinae meae residens, ad sexagesimum stadium profectionem comparat. Eo iam confecto viae spatio pervenimus ad praedictos agros, ibique statim meum dominum comis hospes opipari prandio participat. Iamque iis poculis mutuis altercantibus mirabile prorsus evenit ostentum. Una de cetera cohorte gallina per mediam cursitans aream, clangore genuino velut ovum parere gestiens personabat. Eam suus dominus intuens, O bona,

olivi cum glossa interlineari *olei* G. 1. *olei aliquid* β. δ. *meus* abest a G. 1. 2. D. P. O. *dominus* exulat in F. 3. *cf.* ad Met. IX. p. 667. In cett. *meus dominus*. *et veribus vacuis* B. (neque vero *et verubus meis vacuis*, ut Sciopp. in Symbol.) *et* non conspicitur ante *utribus* in G. 1. 2. O. D. *intribus* G. 2. P. (in excerptis ad marg. ed. Colv. P. habet *in utribus*.) *in tribus* separatim D. *vitreis* f. *unde* nihil nisi typothetarum Venet. 4. Bas. error est, quare de emendatione *nudae* Roaldus non ita gloriari debebat. *ue residens* G. 2. D. *gradum* pro *stadium* L. f. R. Vulc. 2. Ita etiam Scaliger. ut Graeci βῆμα. Sed βῆμα non est Graecis *stadium*, sed passus, quinta et vicesima stadii pars. Hic vero turbarunt librarii, ut patet e seqq. *studium* Venet. 4. *et* pro *eo* G. 1. δ. *conecto* p. *gradus* pro *agros* R. f. δ., qui codd. iidem in praegressis aberrarunt. *ibi* omissa *que* particula δ. *iamque* F. 3. G. 1. 2. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) O. B. D. f. p. δ. Coll. Voss. Iunt. 2. In cett. *iam*. *in* ante *poculis* legitur in F. 1. G. 1. 2. D. P. (etiam in collat. ad marg. ed. Colv.) D. et edd. Colv. posterioribus. In cett. abest. *iis* F. 3. Iunt. 2. *iis* non comparet in G. 1. 2. P. D. O. B., *his* in cett. est. *altricantibus* f. Modius et Groslot. coniecerunt *altermantibus*, cf. ad Met. II. p. 90. *venit* δ. *per mediam* exstant a p. *clangore* F. 1. 3. G. 1. 2. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. f. φ. β. M. et omnes Oud. ceteri codd. Iunt. 2. Wow. et seqq.. In cett. *clamore*. cf. ad Florid. p. 80. *genino* D. *ipabat* pro *personabat* L. *parabat* f. δ. *cum* pro *eam* B.

Diss. ad Nep. Them. 8. Solin. c. 52. Hac tamen lectione comprobata, Oud. recte monet, non habere, quo referantur sequentia: *praedicti agri*. Quare omnino praestat legi cum optimis codd. *de praediis*. Nec infrequentem esse earum vocum confusionem, Oud. demonstrat ex dict. ad Caes. B. G. VI. 32. Dr. ad Liv. V. 55. §. 1. XXXIV. 51. §. 1.

olivi. [*Olivum* pro *oleo* poetis tantum usurpatum fuisse et inter prosarios scriptores praeter Apuleium neminem dixisse videri, iam ante me observavit Forbig. ad Virg. Ecl. V. 68.]

Iamque iis poculis mutuis altercantibus. [Haud necessaria est Modii et Groslotii emendatio *alternantibus*, qui dictionem *altercari poculis* non capiebant. *Altercari* vero quum proprie sit iurgium habere, disputare, ad sermocinantes primum refertur, qui mutuo verba conferunt, et ita saepius apud Apuleium legitur; tum est adversari, pugnare cum aliquo cf. Heind. ad Horat. Sat. II. 7. 57. sed ita, ut qui pugnant, victoriam reportare, contendant. Ita *poculis altercari* dicuntur, qui pocula certantes alternatim hauriunt, cf. Met. X. p. 705. *his et similibus altercati conviciis*, quo loco item *altercati* intelligendum est de pistore et coquo, qui conviciis inter se certant. Bene Vulg. Sirach. IX. 13. *in vino altercari*, ut supra p. 622. *vino mutuis vicibus velitari*. Pollux VI. 2. *ἐν πότῳ διαμιλλᾶσθαι*. Praepositionem *in* si plures codd. haberent, nec locus Met. X. cit. refragaretur, non exstirparem.]

personabat. Ex vitiosa Colv. cod. lectione *ipabat* Brantius ingeniose enucleavit *pipitabat* aut *pipabat*, quod gallinis proprium est [teste Non. p. 156. *pipare proprie gallinae dicuntur*. Varro Aboriginibus *περὶ ἀνθρώπων φύσεως*: *Mugit bovis, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat*. et p. 450: *Varro asinus rudere, canes ganire, pullos pipare dixit. Pipare* in universum sonum crocitantem videtur exprimere, ut milvi et accipitris cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 426. et 435 sq.] Sopingius ex eadem corruptione coniecit *glocitabat* [cf. Fest. s. v. *glocire* p. 73. et p. 443. Colum. VIII. 5. §. 4.] Sed *personabat* recte dictum est de eo, qui magnum sonum edit.

Digitized by Google

inquit, aucilla et satis fecunda, quae multo iam tempore quotidianis nos
657 partibus saginasti! nunc etiam cogitas, ut video, gustulum nobis | praeparare.

aucilla F. 1. ex collat. Lindenbrog. Vulc. 2. Elm. In cett. *ancilla*. In F. 3. a manu antiqua lectioni *ancilla* superaddita est glossa interlinearis *gallina*. *quam multo t.*, quod Oud. per exclamationem probavit et Rubnk. in textu posuit. Ceteri omnes libri et editi et scripti habent *quae*. *nos quotidianis* edd. vett. ante Colvium. *partibus* F. 3. (*i* litterae *u* superadditum est a manu recenti) G. 1. 2. *parcibus* D. Et verisimile est in aliis quoque codd. *partibus* legi. In cett. *partubus*. *videas* G. 1. *gastulum* G. 1. Vir doctus in marg. ed. meae Vicent. explicuit: *ientaculum*. *nobis* non comparet in D.

aucilla. *Aucilla* quod olim coniecerat Meurs. Exerc. Crit. III. 8. Cr. Arnob. II. 3. etiam expresserat Vulc. Ed. sec., idem probavit postea Lindenbrog. in adnotatione ed. Vulc. marginali his verbis: „*aucilla*. Ita Ms. emendatum; in aliis perperam *ancilla*. *Auca* est *πτηνὸν* in Glossis (Philox. p. 25. Adde Gloss. Arab. Lat. p. 701. *Auca Anser*. Isidor. p. 669. *aucella ortygometra*), inde *aucellus στρουθίον* ibid. Et hic *aucilla*. *Στρουθία* vero vocabant *πάντα τὰ μικρὰ τῶν ὀρνίθων* Moschop. 178. [cf. Hom. Il. II. 311. Rectius vindicare sibi videtur Pricaeus lectionem *ancillam*, licet quod affert exemplum minime conveniat Met. VI. p. 396. *ancilla nequissima*, ex quo mirifice argumentatur, Apuleio, quum *nequissima ancilla* dixerit, licuisse etiam *bona* dicere. Idque iam Oud. vidit, qui tamen erravit addens: Sed longe alia in his ratio est, quam ut gallinam paterfamilias vocet *ancillam*, quia parit ova, nisi habuerit eam quasi in coquis et de familia culinaria. Omnium optime *ancillam* defendit Taubmann., qui demonstrat aliquot exemplis, *ancillas* nominari saepius animales quasdam et terram, quae hominibus usui sint ac serviant, ad Plaut. Merc. II. 6. 26. *Ovem tibi ancillam dabo natam annos sexaginta peculiarem*, nostrum quoque exemplum excitans. Quid vero sibi velit Barth. non capio, pro recondita sua atque inepta eruditione hunc locum Advers. XXXIII. 22. p. 1543. his verbis explicans: Hispani quum hominem excordem minimeque magnanimum dicere volunt, hodie *gallinam* aut *gallinulam* appellant praeclaro suo idiotismo. Non abludit inde quod *ancillam* dicit Gallinam Apuleius l. IX., ut arbitrer idem cum ancilla aliqua fuisse Hispanis gallinulam suam. Ut meam denique sententiam proferam, intelligitur, lectionem *ancillam* non solum propter vocis insolentiam et significationem, sed propter morem etiam Apuleii, ponendi deminutiva et codd. optimorum auctoritatem valde probari, unde cum reliquis editoribus *aucilla* praetuli. Unice mirandum est, quod codd. in forma *aucilla* perseverent, quum *aucella* in usu ceteris fuisse videatur, si quidem sana est lectio in locis, quos lexica praeter h. l. afferunt.]

partibus. [Hanc ablativi formam, quam Oud. silentio transit, in textu reposui, quum optimi codd. in ea consentiant, genuinamque hanc esse scripturam, manus emendatrix comprobet, quae in cod. Florent. 3. conspicua est. Magnopere discrepant viri docti in his terminationibus, partim secuti Diomed. I. p. 205. et Prisc. VII. p. 353. Krehl. Caper. de Verb. Dub. p. 2247. et 2249. alios, partim Vel. Long. p. 2229. et Terent. Scaur. p. 2259. Voss. Arist. T. II. p. 649. Eckst. Nec ignoro apud Horat. Epod. V. 5. codd. constanter *partubus* retinere. Quantopere *u* et *i* vocales correptae iam apud veteres inter se fluctuaverint, intelligi potest ex formis *tegimentum* et *tegumentum*; *existimo* et *existumo*, al., in quibus *i* vocalem servandam esse Caesar pronuntiavit apud Vel. de Orthogr. p. 2228.. Cassiodor. ex Annaeo Cornut. de Orthogr. p. 22. 84. cf. Intt. ad Quint. Inst. I. 7. §. 20. Certe formas non ex discrimine illo vocabulorum ut *pars* et *partus* mere ficticio, sed ex orationis numero sonique suavitate a veteribus electas esse, persuasum mihi est.]

gustulum. [*Gustus* significat antecoenia Martial. XI. 32. *gustu protinus has aedes in ipso prima feres alterare*

Et heus, inquit, puer, calathum fetui gallinaceo destinatum angulo solito collocato. Ita, uti fuerat iussum, procurante puero, gallina consuetae lecticulae spreto cubili ante ipsos pedes domini praematurum sed magno prorsus futurum scrupulo prodidit partum. Non enim ovum, quod scimus illud, sed pinnis et unguibus et oculis et voce etiam perfectum edidit pullum, qui matrem suam | coepit continuo comitari. [233]

heus tu inquit puerum P., etiam in excerptis ad marg. ed. Colv., unde facile *tu* inserunt Wowerius cum Pricaeo. *galathum* F. 1. *collocatum* p. D. a m. p., a qua eadem in *collocato* videtur esse correctum. *iam uti* f. *visum* pro *iussum* solita aberratione L. D. *adsuetae* B. Scriver. *lecticae* δ. *leticule* D. *laticule* p *sumpto* pro *spretô* P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) *cubuli* Vicent. et Venet. 4. *cubiculi* L. *cubuculi* Venet. 2. *magne prorsus* G. 1. *quo* p. *quod scimus illud* expungunt G. 1. 2. O. P. (etiam in coll. ad marg. ed. Colv.) D. L. f. R. π., uncinulis inclusa ab Elm. et Scriver. Haec verba manus posterior in F. 3. atramento obduxit, sed legi etiamnum possunt. *voce et oculis* P. *coepit continuo* F. 3. G. 1. 2. D. P. f. In cett. *continuo coepit*. *comitare* B.

mensa, cf. ad Met. II. p. 113., ex quo loco patet, formam *gustulum* nec *gustulus* Apuleium usurpasse. De *ovo* coenae initio cf. Intt. ad Horat. I. 3. 6, ubi Schol. Acron explicuit: *Ab initio coenae usque ad finem. Ovum enim initium coenae erat, quippe quod in gustu statim a balneis offerebatur. Gustus* in universum pransorium, promulsidarium est, hincque potissimum de ientaculo usurpatur, cf. Buleng. de Conviv. I. c. 23. in Graev. Thes. T. XII. p. 76; Gloss. Phil. p. 105. *gustare βουκκίσαι, gustarium βουκκισμί, Gloss. Cyrill. p. 412. βουκκισμός ientaculum.*]

et heus inquit. [Non male Wow. et Pricaeus auctoritatem cod. Palat. secuti inserunt particulam *et*, quae saepius cum *heus* coniuncta apud Apuleium legitur. cf. Met. I. p. 17. *heus tu, inquam, qui sermonem ieceras;* p. 49. *heus tu, inquit spongia;* p. 53. *et heus tu, ubi es;* p. 68. *heus tu, inquit, qui tam fortiter fores verberasti;* II. p. 113. *heus tu scholastice, ait;* II. p. 133. *sed heus tu, inquit, cave;* VII. p. 489. *heus tu puer inquit;* VIII. p. 537. *Sed heus tu, inquit, Charite.* Sed plurimis codd. obsecutus addere pronomen nolui, quod aliquoties etiam omittitur: cf. II. p. 146. *sed heus invenis.* X. p. 708. *Et heus, ait, puer.* Plaut. Curc. I. 3. 29. *heus tu mulier.* Certam huius usus regulam observare non potui, ut sine ullo discrimine et omisisse et addidisse pronomen veteres crediderim. Saepius adiectum videtur, ubi persona, quam quis alloquitur, non apposita est, id quod exempla Apuleii probant, quamquam duo sunt, quae huic observationi repugnant. Idem confirmant loci, quos Hand. Turs. III. p. 71 sqq. cumulavit, recte pronuntians, nomine proprio non adiecto dici *heus tu.*]

calathum. [cf. Iacobs. ad Anthol. Gr. Vol. I. P. II. p. 68. Spanhem. ad Callim. H. in Cerer. 1.]

quod scimus illud. [Multis librariis quum hoc enuntiatum glossema videretur esse, expunxerunt, uti etiam Elm. Scriver. et Oud. visum est. Priscos vero codd. haec verba retinuisse, eadem comprobat manus secunda in cod. Florent. 3., quae atramento ea obduxit obiter. Attamen male Pric. conferri iubet, quae ad Met. II. p. 138. de *quod sciam* congessit, quum haec minime conveniant, hincque insulse pro more suo descripsit Ouzel. ad Minuc. Fel. p. 60. 'Est enim ovum notissimae formae, ovum solitum, quae sententia necessario requiritur, quo sequens miraculum magis efferatur. Nos: *nicht unser gewöhnliches Ei, sondern ein vollständiges Junge.*]

matrem suam. [*Matres* saepius dici gallinas, probat Argol. ad Onuphr. Panvin. de Lud. Circ. I. in Graev. Thes. Antiq. T. IX. p. 161. not. 69. cf. Martial. III. 58. *et dum matrum dona vimineo ferunt texto* (i. e. calatho) *Grandes proborum virgines colonorum;* Iuvenal. XI. 71.]

comitari. Lectionem Bert. *comitare* probavit Heins. ad Ovid. Trist. I. 9. 31.

CAPUT XXXIV.

Nec eo secius longe maius ostentum, et quod omnes merito perhorrescerent, exoritur. Sub ipsa enim mensa, quae reliquias prandii gerebat, terra *dehiscens* imitus, largissimus emicuit sanguinis fons. Hinc resultantes uberrimae guttae mensam cruore perspergunt. Ipsoque illo momento, quo stupore defixi mirantur ac trepidant divina praesagia, concurrit unus e cella vinaria, nuntians omne vinum, quod olim diffusum fuerat, in omnibus doliis ferventi calore et prorsus ut igne copioso subdito rebullire. Visae interea mustelae

socius D. *sectius* p. *ostensum* G. 2. D. L. *et* ante *quod* abest in O. *quod omnes merito* Mss. fere omnes, ut F. 1. 3. G. 2. B. D. Iunt. 2. Wow. Pric. *merito omnes* Elm. Scriv. Florid. *omnes maxime* G. 1. π. In cett. *quod merito perhorrescerent*. *exhorrui* pro *exoritur* p. *dehiscens* F. 1. 3. p. B. edd. ante Colv. In cett. *dehiscente*. *unicus* pro *imitus* L. *largissimi* L. *largissime* f. *emanavit* G. 1. O. e glossa cf. Oud. ad Lucan. V. 71. in curis secund. *sanguinis fons* F. 3. G. 1. 2. P. f. D. p. *sanguis factus* B. In cett. *fons sanguinis*, quod etiam Ruhnk. in edit. Oud. retinuit, quum ille *sanguinis fons* probari sibi monuisset. *permensam cruore* D. *aspergunt* R. f. *ipsaque* G. 1. *illo* exulat a B. *ē ē vinum* L. *doliis* non comparet in G. 2. P. D. *igne* F. 3. G. 1. 2. D. δ. f. Vicent. Iunt. Ald. In cett. *igni*. *copiose* δ., ut notae praeposuit Brantius, qui ad *subdito* retulit. *subito* G. 1. 2. D. P. p. f. L. Ms. Brantii. In cett. *subdito*. *ebullire* G. 1. π. *visae interea mustelae etiam* F. 1. 3. *visae etiam* exulare in L. F. 1. P. testis est Elm. Sed erravit sine dubio,

et Met. VIII. 692. Ibidem vero pro *qui* citatur *quae*, operarum vel memoriae errore. [cf. Eckst. ad Voss. Aristarch. T. II. p. 763.]

Cap. XXXIV. *maius ostentum.* [Plura id genus prodigia enumerat Buleng. de Prodig. IV. 11. in Graev. Thes. T. V. p. 472.]

terra dehiscens. [Apertum est *dehiscente* emendationem esse librariorum, qui nominativum in hoc sententiarum nexu ferri non posse intelligebant. *Dehiscens* igitur participium hic absolute positum esset, verbo substantivo non addito, licet huius usus exemplum me fugiat. Loci difficultatem quum solvere nesciam, in medio eum reliqui, asteriscis spurium esse significans. Alia enim sunt graeca exempla, ut Soph. Antig. 259 sq. λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐρρόθουν κακοὶ, φύλαξ ἐλέγχων φύλακα. Fortasse etiam in voce *imitus* vitium latere posset. Oud., qui optimorum librorum lectionem noverat, de ea nihil addit, *dehiscente* ex deterioris notae codd. comprobans.]

concurrit. [*Concurrere* hic de uno dictum est, ut aliquoties apud posteriores cf. Deder. ad Dict. Cretens. Gloss. p. 303. Ernest. Clav. Cic. s. v. docet, dici *concurrere* de uno cum anxietatis, studii notione, cf. Intt. ad Cic. pro Quint. 16. Ita *conferre* pro *afferre* usurpasse videtur Apuleius cf. ad Met. VI. p. 411. *tunc conferes pyxidem Proserpinae* quem locum hic munit; ita Met. VI. p. 426 *et ad Venerem collata facie* de uno Iove, ubi cf.]

diffusum. [Hunc locum excitat Cort. ad Lucan. IV. 379. De voc. *diffundere* hac in re proprio cf. Lambin. ad Horat. Epist. I. 5. 4: *Solebant veteres e doliis vinum in cados, testas et similia vasa diffundere in multos annos*, Burm. ad Ovid. Heroid. VIII. 61. Intt. ad Iuvenal. V. 30. Voss. ad Virg. Georg. II. 96.]

igne copioso subdito. [*Igne* contra Oud. e codd. optimis restitui, licet altera quoque in *i* terminatio non improbetur; cf. Dr. ad Liv. I. 41. 3. Bentl. ad Horat. Sat. I. 5. 72. Burm. ad Virg. Aen. II. 649. Iahn. ad Georg. I. 233. Apuleium in utraque forma sibi non constitisse, si quidem codd. est auctoritas, ex locorum comparatione potest intelligi, qui modo hanc modo illam prae se ferunt terminationem. Ita Met. X. p. 680. sine ulla codd. dissensione legitur *igne vesano*, item de Dogm. Plat. p. 196. *igne, terra, igni* contra Met. V. p. 369. *ferro et igni*, de Dogm. I. p. 196. *toloque igni*,

itized by Google

etiam mortuum serpentem forinsecus mordicus attrahentes, et de ore pastoricii canis virens | exsiliit ranula, ipsumque canem qui proximus consistebat aries 658
appetitum unico morsu strangulavit. Haec tot ac talia ingenti pavore domini illius et familiae totius ad extremum stuporem deiecerant animos: quid prius

significare potius volens, *etiam* loco, ubi lectio vulg. habet, non extare. *visa est interea mustela...attrahens* p. Edd. vett. usque ad Colv. In cett. *visae etiam interea mustelae. Mustelle* habet G. 1.; *visa interea mustela attrahens* B. *pastorici* G. 2. D. *exiliit* F. 3. G. 1. 2. D. L. p. *exiliret* O. In cett. *exilinit. ranasnuia* D. *que* post *ipsum* non habent Iunt. 1. Ald. *transgulavit* G. 1. 2. D. f. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) *toti* G. 2. P. D. *tot et talia* G. 1. O. p. f. edd. ante Colv. *toti ac talia* G. 2. P. D. *illius* pro *totius* p. *pavorem* pro *stuporem* R. *deiecerant* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. δ. p. Edd. vett. usque ad Colv. *deiectant* R. f. Incert. In cett. *deiecerunt.*

Apol. p. 407. *igni deussit*, p. 508. *inimico igni colliquescit*, de Mund. p. 326. *igni;* variant inter *igne* et *igni* codd. de Dogm. I. p. 196., ubi paulo post *igni* extat, p. 215. et de Deo Socrat. p. 138. *in igni versari* et *in igni flammida.* Hinc puto, ex codd. auctoritate suam cuique loco lectionem esse adiudicandam, quum Oud. potius pro arbitrio inter utramque elegisse videatur, magis tamen ad formam *igni* inclinans, quam quantum observare potui, retinuit, ubi unus alterve codex non habita ratione auctoritatis eam ostendebat. Ego consensum Mss. utique secutus sum optimorum. *Subito*, quod nonnulli codd. h. l. legunt, Brantius mirifice a *subeundo* petendum esse proponit. *Subdito* unice servandum est.]

mustelae. [*Mustelae*, ut feles apud Romanos et Graecos inter omina praetereuntibus erant; cf. Intt. ad Plaut. Stich. III. 2. 7. 43. Plura exempla dabit Buleng. de Prodig. IV. 38. in Graev. Thes. Antiq. T. V. p. 498 sq. Pluralem *mustelae* corruperunt recentiores librarii, quod putarunt, unam mustelam sufficere serpenti trahendo. Sed prodigium hoc videtur significasse eius viri morituri et per plures efferendi.]

pastoricii canis. [cf. Pausan. X. 38. §. 1. Ὀρεσθεῖ τῷ Δευκαλίωνος βασιλεύοντι ἐν τῇ χώρᾳ κύων ἔτεκεν ἀντὶ σκύλακος ξύλον. Plin. Hist. Nat. VIII. 41. *canem locutum in prodigiis accepimus.* cf. Bulenger. d. l. p. 498.]

exsiliit. [Scio, quam difficile de huius verbi forma perfecti sit iudicium, quum codd. ubique varient. Diversas eius terminationes antiquitus extitisse probat Prisc. X. 9. p. 509. Krehl.: *Salio salivi vel salii et salui. Idem praeteritum in secundo Georgicon.* [384.] *Mollibus in pratis unctos saliere per lutris.* [cf. Arusian. Messus. Exempla locut. p. 262. Lindem.] *In quibusdam tamen invenitur codicibus etiam saluere scriptum.... Stat. tamen in IX Thebaidos: Excussi salierunt cuspide dentes. In eodem: Insiliere vadis* et p. 513. *Salio quoque salivi vel salii saltum facit.* Diomed. I. p. 371. cf. Intt. ad Virg. l. c. Heins. ad Ovid. Met. IX. 314. et prae ceteris Dr. ad Sil. VII. 46., qui uterque de perfecto *exsilii* et *exsilui* accuratissime agunt. Cum igitur nullum extet neque aetatis nec usus discrimen, ex codd. auctoritate ubique standum est. *Exsilii* forma quod rarior est, mihi eo magis genuina videtur h. l. esse, *exsilui* librariorum emendatio.]

strangulavit. [Codd. nonnulli habent *transgulavit*, quod nonnulli Intt. probasse videntur, sine dubio putantes, ita prodigium augeri, si aries canem transvorasset. Sed primum vocabulum ipsum obstat, quod antiquitati non in usu erat, deinde significatio. Apuleius enim eo prodigio naturam rerum plane commutatam esse vult exprimere, ita ut aries, qui a cane strangulandus esset, contra rerum naturam canem suffocaret. Canis vero arietem non devorat, sed strangulat tantum morsu, unde *strangulavit* tantummodo retinendum est.]

quidve posterius, quid magis quid minus numinum coelestium leniendis minis, quot et qualibus procuraretur hostiis.

CAPUT XXXV.

Adhuc omnibus exspectatione teterrimae formidinis torpidis accurrit quidam servulus, magnas et postremas domino illi fundorum clades annuntians. Namque is adultis iam tribus liberis doctrina instructis et verecundia praeditis vivebat gloriosus. His adulescentibus erat cum quodam paupere modicae casulae domino vetus familiaritas. At enim casulae parvulae conterminos magnos et beatos agros possidebat vicinus potens et dives et iuvenis, et prosapiae maiorum gloria male utens, pollensque factionibus, et cuncta facile faciens in civitate, hostili modo vicini tenuis incursabat pauperiem, pecua trucidando, boves abigendo, fruges adhuc immaturas obterendo. Iamque

leviendis D. *militiis* in G. 1. extare Oud. e suis excerptis protulit. Sed in cod. aperte legitur *initiis mimis* Vicent. Venet. 2. *qualibet* G. 1. *qualꝫ* D. *procurarent* p. B. *(procurentur* Elm. ex hoc cod. enotavit, et Scriv. edidit. Modius voluit *procurarentur*.)

deterrimae G. 1. Bas. 1. 2. *terrimae* O. solita variatione cf. ad Met. V. p. 344. *trepidis* pro *torpidis* O. π., quae variatio mihi ex interpretatione librariorum profecta videtur. Eadem conspicua est Liv. XXII. 53. §. 6. *stupore et miraculo torpidis*. *accurrunt* in G. 2. a m. p. est, sed ab eadem manu correctum in *accurrit*. *quidam* exulat ab O. *quidem* ed. Beroald. *fandorum* G. 1. 2. D. O., in quo postremo *filiorum*. a m. s. supra additum est. *namque hiis* G. 2. D. *namque hys* G. 1. *namque ibi* δ. *adtis* pro *adultis* D. *iam* abest a δ. Ed. Beroald. et Bas. 2. *adulescentibus* F. 3. et edd. recentiores inde ab Colv. *adulescentulis* G. 1. O. *vera familia* L. D. *vẽa* P. in excerptis ad marginem ed. Colv. *vẽa* G. 2. *verus familia* cod. Al. teste Colv. *cum t͂os* G. 2. D. *banthos* pro *beatos* G. 1. cf. ad Met. IV. p. 312. *et invenis factio* typographico errore apparet in ed. Bas. 2. *glorie* δ. *faciens* D. *hostili. modo*. Ita interpungunt G. 2. et D. *vicini* non comparet in δ. et O. a m. p. *theins* pro *tenuis* aperte scribit G. 1. (nec *thetriis*, quod excerpta Oud. praebebant). *pauperie* δ. *pecua* non comparet in B. *pecuda* optime scribunt G. 1. et O., quod recipere non dubitarem, si plures codd. addicerent; cf. ad Met. VI. p. 403. Quod certo memorandum erat, quum lectio propter formae insolentiam arrideat; et fortasse erit, qui nimiae me insimulabit anxietatis, lectionem optimorum codd. servandi. *boves* expungit B. *abitiendo* G. 1. *adhaec* G. 1.

minis. [Oud. hanc brevem dicendi rationem non intelligens, *idoneum*, vel *aptum*, *natum* aut simile quid excidisse putavit, licet simplex verbum substantivum desideretur, quae omissio etsi insolens quid habeat, tam ieiuna tamen ratione, qua voluit Oud., supplenda non erat. Notum vero est, in oratione obliqua saepius omitti coniunctivos verbi substantivi, cf. Beier. ad Cic. de Off. I. 17. 58. Intt. ad Sall. Iug. 88. §. 6., ut Cic. de Off. I. 43. §. 152. *Potest incidere comparatio, de duobus utrum honestius. Esse* cum dativo rei pro *idoneum esse* ad aliquid, satis nota est locutio, ut *aeri solvendo esse, oneri ferundo esse* similia. Eadem ratione dicebat Liv. XXX. 9. §. 4. *et pro se quisque, quae dintinae obsidioni tolerandae sunt*, ubi male *necessaria* corrupti codd. addunt. cf. Rhen. ad h. l.]

Cap. XXXV. *pollens factionibus. Pollere factionibus* divitum esse explicat Pric. ex Plaut. Aulul. II. 2. 49: *te hominem esse divitem, factiosum*; Cistell. II. 1. 17. *Neque nos factione tanta quanta tu summus; Nec opes nostrae tam sunt validae quam tuae.* Idem in Trin. II. 4. 89. *factiones* et *opulentiam* iunxit. cf. v. 66. Caecil. Comic. apud Gell. II. 23. §. 21. *Opulenta famam facile occultat factio.* cf. Non. in voc. *factio* p. 304.

immaturas. [Hunc totum locum excitat Heins. ad Ovid. Met. VIII. 291. pro *pecua* scribens *pecus*, quam lectionem potius memoriae vitio quam cod. cuiusdam auctoritati tribuerim. Negligentior enim est, ut saepius videmus, Heins. in locis Apuleii describendis.]

obterendo. [Hoc verbum vindicat Cort. ex hoc loco Lucan. VI. 82.]

Digitized by Google

tota frugalitate spoliatum | ipsis etiam glebulis exterminare gestiebat, finiumque 659
inani commota quaestione, terram totam sibi vindicabat. Tunc agrestis verecundus alioquin, avaritia divitis iam spoliatus, ut suo saltem sepulcro paternum retineret solum, amicos plurimos ad demonstrationem finium trepidans eximie corrogarat. Aderant inter alios tres illi fratres, cladibus amici quantulum quantulum ferentes auxilium.

CAPUT XXXVI.

Nec tamen ille vesanus tantillum praesentia multorum civium territus vel etiam confusus, licet non rapinis saltem verbis temperare noluit: sed illis cle-

totum irrepsit nescio qui in ed. Colv. tacentis certe, et secuti sunt eum posteriores Edd. Si vero in G. 2. legi *totum* ex suis excerptis affirmat Oud., errat, quum cod. *tota* cum ceff. omnibus recte ostendat. Adiectivum plane abest a R. et f. *fragilitate* ∂. [cf. Quint. Institt. X. 3. §. 26.] *spatiatum* pro *spoliatum* G. 2. D. *spatium* P. *spoliate* O. *grebulis* G. 1. O. *finiumque manu commota* G. 1. 2. P. D. O. (a m. p.) *finiumque niarum* L. *finiumque viarum commota* Al. cod. teste Wower. *finiumque et viarum*. Al. codd. teste Elm. *finiumque in eum* β. *vendicabat* G. 1. 2. D. et plures fortasse codd. pro more solito ed. pr. Iunt. 1. 2. Ald. *venditabat* Vic. Venet. 2. 4. Par. Beroald. *sibi testari vindicabat* f. *retinere* ∂. *solium* G. 2. D. *exumie* F. 3., sed ab eadem manu *i* supra additum est. *corrogavit* ∂. p. *adderant* G. 1. *intra aliquos* G. 2. P. D. *illi tres* inverso ordine sed male propter vim pronominis f. *quantulum quantulum* F. 1. teste Elm. et Lindenbrog. F. 3. Iunt. 2. Elm. *quantillum* Ed. Scriv. qui *quantillum* ob lectionem *quantulum quantulum* videtur emendavisse. In ceff. *quantulum* semel tantum legitur.

vexanus G. 1. 2. O. D. solito more. *voluit* F. 1. ex coll. Lindenbrog. B. p. f. ∂. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Venet. 4. Paris. Wow. Pric. In ceff. *noluit*, ut in F. 3. G. 1. 2. D.

frugalitate. [Duplice ratione explicant viri docti hoc vocabulum. Oud. cum aliis frugalem agrorum reique rusticae reditum interpretatur, Pricaeus, quem Forcell. in lexico secutus est, intelligit ipsas fruges, nec aliter vir doctus in ed. Vicent. voci *frugalitate* supra appinxit *frugibus*. Posterior explicatio magis probatur propter locum Quint. Decl. CCXCVIII. p. 573. Burm.: *Mihi rus paternum erga labores gratissimum non frugalitate tantum suffecturum, sed et delectatione, si coleretur a dominis duobus.* Ita *venalitas* pro *venalibus* dici apud Cassiod. VII. 32. testis est idem Colvius.]

quantulum quantulum. Recte Oud. hanc geminationem ex cod. Florent. 1, cui nunc accedit 3. auctoritas, defendit. Miror, Pricaeum vulgatae lectioni patronum extitisse, qui tamen Met. V. p. 351. Ritterhusii coniecturae: *quorum utrum utrum* faveret. Plaut. Poen. III. 4. 28: *quantum quantum ad eum erit delatum.* Terent. Adelph. III. 3. 40. *quantus quantus nihil nisi sapientia es.* Phorm. V. 8. 10. *quanta quanta haec mea paupertas est.* cf. ad Met. II. p. 91. *quaqua pennis.* p. 107. *cuiuscuius eximiae*, ut aliquot Intt. emendant; V. p. 376. *solatium unde unde spernendum est.*

Cap. XXXVI. *temperare noluit.* [Repugnant sibi codd., quorum alii *voluit* alii *noluit* praebent, itidemque interpretes in utramque partem abeunt. Oud. putat *noluit* ferri tantummodo posse, si duae negationes Graecorum et antiquorum more pro una statuantur, cf. ad Met. V. p. 335. *ullo pacto temerat.* Equidem plane aliter sentio. *Nec* aut ad *territus* et *confusus* aut ad *voluit* referri potest. Si ad *territus* pertinet, quod mihi unice probatur, *voluit* ferri non potest. Qui enim ita *voluit* defendunt, totius loci sententiam mihi videntur non intellexisse. *Voluit* enim significaret, domino illi superbo in mente fuisse, verbis et maledictis temperare in vicinum modestum, neque vero rapinis, quum mihi potius Apuleius significasse videatur, iuvenem arrogantem

Digitized by Google

menter expostulantibus fervidosque eius mores blanditiis permulcentibus, repente suam suorumque carorum salutem quam sanctissime adiurans adseverat,

blanditie Oud. emendare mavult, conferens Met. IX. p. 647, *talis sermonis blandittie cavillatum*. Causam cur ita voluerit, non addita est; puto, ut oratio planior foret; quum *blanditiis* primo aspectu quis ad *permulcentibus* referri possit. *permulscentibus* G. 1. *permulcescentibus* O., quod inchoativum si plures codd. praeberent, ego libenter defenderem. *repente* deest f. *sororumque* ed. Beroald. vitiose. *salutem carorum*. Oud. vox *carorum* suspecta est. *adiunctis* pro *adiurans* O.

et insolentem non solum acerbis dictis sed etiam rapinis lacerasse praesentes. Haec apertissime seqq. indicant. Etenim quum mitibus verbis atque ipsis blanditiis allocuti sint mediatores iuvenem, statim in eos invehit arroganter et pessima quaeque iis minatur. Ita superbia iuvenis augetur, qui quum noxii tacere soleant, eo progressus est vecordiae, ut iniuriam, quam pauperi adtulerat, verbis etiam amplificaret. *Nec* igitur qui ad *voluit* referrent, quam maxime errarent; referendum est ad *territus* et *confusus*, ut sit *interritus* et *non confusus*. Nam si ad *voluit* pertineret, indicaretur, eum territum atque confusum quamvis praesentia multorum civium, verbis tamen temperare noluisse, quae sententia mihi moribus iuvenis et vocabulo *vesanus* adversari videtur. Hoc tantum offensioni est, quod *nec* in seqq. non est repetitum, quum potius dicendum esset, *nec etiam confusus*, pro quo affirmative *vel etiam* Apul. posuit. Sed saepius usu venit, ut in negativis enuntiationibus apud Latinos et Graecos altera negatio per affirmativam copulam vel disiunctivam exprimatur cf. Goer. ad Cic. de Legg. I. 15. 42. et quos laudant Intt. ad Virg. Aen. XII. 801. IV. 236., et vice versa cf. Dr. ad Liv. XXVII. 41. §. 4. Bene vertit Rohdius: *Der hochadlige Tollkopf liess sich durch die Gegenwart so vieler Bürger weder furchtsam noch irre machen. Nicht ein Haar breit wollt' er von seinen Anmassungen ablassen. Dabei mässigte er sich nicht einmal mit Worten.* *Saltem* cum negatione coniunctum significationem habere particularum *ne-quidem* docet Spalding. ad Quint. I. 1. §. 24. cf. infra p. 662. *nec fugientibus saltem compescunt* et p 671. *nec hortulum suum saltem*; Met. III. p. 188. *quod integro saltem mihi mori non licuerit*; IV. p. 309. *nec quisquam, non rex, nec de plebe saltem*; V. p. 370. *nec tamen ad illum locum vel saltem mortua venire potuit*; VI. p. 404. *nec tamen apud dominam saltem*; VI. p. 445. *nec suis saltem liberis manibus*; p. 474. *nec mihi misero statuta saltem cibaria pro tantis praestabantur laboribus*; p. 498. *nec tamen tantillum saltem gratulationi meae ... datum*; IX. p. 594. *nec postremum saltem*. p. 611. *nec isto saltem tam nefario scelere*; p. 629. *nec saltem spatio cupido leniebatur*. Apol. p. 395. *neque saltem communi aqua perfuat*; de Dogm. Plat. II. p. 243. *nec saltem coloratos sole*. Hinc Apuleius *ne-saltem* habet pro *ne-quidem*; Met. VIII. p. 553. *ac ne procul saltem ulli comparuerant*; IX. p. 654. *ac ne suetis saltem*; Florid. p. 110. *ut ne istoc saltem olori concederet*. Nostro loco optime convenit Apol. p. 519: *Negant vidisse se, qui fuere, unum saltem in finibus eius aut lapidem unctum*.]

suorumque carorum. [Pricaeus opinans per *caros* suos hic *liberos* denotari, minus recte provocat ad locum Met. III. p. 184. *per pignorum caritatem*, ex quo loco intelligi potest, veteres per liberos eorumque genios iurasse. *Cari esse liberi* iam pronuntiavit Gallaeus ad Lact. VI. 12. §. 23. duce Turneb. Advers. XVIII. 14: *quum sciat, se caros suos deo relinquere, nec his unquam praesidium defuturum*. At bene sententiam eorum refutat Buenem. ad h. l. demonstrans, latius patere significationem huius vocabuli, et de omnibus dici, quae cordi nobis sunt. Hinc Salmas. puto errasse dicentem ad Gallican. Avid. Cass. c. 7. T. I. p. 457. *liberos aut affectus* eosdem esse, quum potius sint

parvi se | pendere tot mediatorum praesentiam, | denique vicinum illum auriculis [234] per suos servulos sublatum de casula longissime statimque proiectum iri. Quo 660

sanctissimi p. *parvis pendere* G. 1., quod ex negligentia librariorum ortum est, qui *parvisependere* uno tenore scripserunt, ut librarii cod. G. 2. et D. *meditatorum* F. 3. G. 1. 2. f. D. Iunt. 2. *tot emediatorum* F. 1. teste Lindenbrogio, Elm. e cod. Flor. enotat: *tot emeditorum emediatorum. tot meditatū* L. Al. *meditatorum* teste Colv. *tot meditatum* cod. Wower. Ms. Brant. Al. *meditatorum* teste Brantio. *tot metatorum* Al. cod. teste Elm. Miror hinc Oud., qui *mediatorum* pleroque codd. praebere affirmat; de suis excerptis codd. nihil protulit, unde probabile est, eum aut *mediatorum* aut nihil enotatum invenisse. *totam mediatorum* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 1. Ald. Paris. In edd. inde ab Colvio legitur *tot mediatorum praesentiam. illum* abest a ∂. *anniculis* Cod. Wow. idemque coniecit Mod. ad marg. ed. Colv. *añiculis* L. *avinculis* cod. Brant. *amiculis* Wow. et Pric. *famulos* pro *servulos* ex glossa B. *servos* G. 1. f. *de causa* pro de *casula* Venet. 4. Bas. *stratumque* pro *statimque* ineptissime coniecit Brantius. *statimque proiecit inde* ∂. male, ut e seqq. apparet. Puto ex confusione compendiorum lectionem natam esse, *ĩs*, i. e. *iri* et *ĩñ* i. e. *inde*. cf. Dr. ad Liv. I. 54. §. 1. Eadem ratione peccatum est in D., qui *proiectum is* habet.

necessitudines omnesque li quos amavit. Locus quem ille innuit ex Amm. Marcell., quo *caritates* sint *liberi*, est sine dubio XXIV. 1. §. 9. *Reliqui vero cum caritatibus suis et supellectile*, sed hic quoque de tota familia explicare maluerim, quam de solis liberis, uti nostro quoque loco. Nos: per *allem, was ihm theuer ist.* De re cf. Hansen. de iure Iur. vett. c. 15. in Graev. Thes. T. V. p. 840., qui idem putat *caros* dici *liberos*. Horat. Epod. V. 5.]

mediatorum. Wower. et Brantius praeferunt nonnullorum codd. lectionem *metatorum*, quod voc. *mensorum* explicant, quia quaestio finium mota fuerit. Idemque maxime arridet Oud. cum Tollio, et Voss. de vitiis Serm. p. 76., quamquam Oud. ipse coniicit: *totam mediorum praesentiam*, ut *medii* sint sequestri, quos depravata latinitate dicit nominari *mediatores* coll. Passerat. ad Prop. IV. 4. 58. Heins. ad Claud. in Ruf. II. 309. [Cort. ad Lucan. I. 100. 118. Dr. ad Sil. XVI. 222.] Pricaeus emendat *mendicorum* i. e. pauperum, quod minime convenit, quum tres filii inter eos minime possint referri nec minus propter latinitatem Oud. improbatur Brantii coniectura *metitor*, [quae tamen loco Frontin. Aquaed. 79. *a metitoribus reliquae quinariae intra Urbem dividebantur* et forma perfecti *metitus* confirmatur. Nec in textum *metator* vel *metitor* recipere dubitarem, nisi recederent nimium lectiones a codd. vestigiis, qui optimi fere in *meditatores* consentiunt. *Meditatores* si quis defendere velit, *meditari* idem significare ponat, quod consulere, in consilium adhibere, ut *meditatores* sint, qui adsistunt vicino in hac re consideranda et perpendenda. Quae quidem significatio quum altius mihi repetita videatur esse, praefero alteram lectionem *mediatores* i. e. *medii* et *sequestres*, quod vocabulum a Tertulliano, Lactantio aliis, prae ceteris Augustino usurpatur, ut Confess. X. 42. *Mediator inter deum et homines*, sed semper de Christo. cf. Gloss. Cyrill. p. 537. *μεσίτης sequester, arbitrator, mediator.* Hinc barbarum vocabulum non appellaverim, quamquam prius hoc Apuleii exemplo invenire non potui. cf. du Cang. Gloss. s. v. De *metator* cf. Voss. Etymol. s. v. Cort. et Mart. Lag. ad Lucan. VI. 32. Doed. Synonym. T. II. p. 169. Intt. ad Arnob. II. 57. T. II. p. 84. ed. Orell.]

auriculis. Wower. corrigit *amiculis* i. e. vestibus, Brantius: *maniculis* i. e. *manicis.* Verum prior lectio non convenit participio *sublatum*, multo minus Brantii *maniculis* s. *χειροδέσμοις*, quod etiam Sopingio e Glossis [cf. Vulc. p. 85.] *manicula χεῖριον* in mentem venit, qui praeterea frustra coniecit: *manniculis tendiculis, inter manus.* Sciebat enim satis ille potens quamvis et dives, privatus tamen sibi non licere, alii homini libero manicas iniicere. Neque iis opus erat ad vindicationem possessionis istius

dicto insignis indignatio totos audientium pertentavit animos. Tunc unus e tribus fratribus incontanter et paulo liberius respondit: Frustra eum suis opibus confisum tyrannica superbia comminari, cum alioquin pauperes etiam liberali legum praesidio de insolentia locupletium consueverint vindicari. Quod oleum flammae, quod sulfur incendio, quod flagellum Furiae, hoc et iste sermo truculentiae hominis nutrimento fuit. Iamque ad extremam insaniam vecors
661 suspendium sese et totis illis et ipsis legibus mandare | proclamans, canes

audientium indignatio totos δ. *unus* exulat ab edd. Iunt. 1. 2. Ald. et P. *peruntanter* G. 1. O. *incuntanter* D. *incunctanter* G. 2. P. *in suis opibus* D. *operibus* G. 2. P. δ: D. *tyrannica superbia* F. 1. 3. G. 1. 2. (qui scribit *tyrrampnica*) P. O. D. L. δ. f. Vulc. 2. Elm. Scriv. In cett. *tyrannicam superbiam. comminare* δ. *liberari* p. *locupletum* F. 1. G. 1. *locuplectium* L. In cett. *locupletium. consueverit* G. 1. 2. D. *consuerit* δ. *consueverunt* δ. *iudicari* G. 1. 2. P. D. *ditari* p. *quod oleum flammeque sulphur incendioque flagellum furie* G. 2. D. Oud. e suis excerptis enotavit: *quodque flagellum. hic* G. 1. O. f. *truculenti* δ. *fuit* L. *se et omnibus* δ. f., quod natum de interpretatione. *mandate* G. 1. *mandari* O. *mandate. proclamans canes.* Ita interpungit G. 1.

agri, sed tantum, ut inde vi et manu protruderetur. Pricaeus comparat Anglorum loquendi genus: to pull out by the eares, Oud. Belgicum: by de Ooren vatten.

pertentavit animos. [De hac dictione cf. Deder. in Introd. ad Dict. Cret. p. LII.]

tyrannica superbia comminari. Hanc optimorum codd. lectionem contra alteram *tyrannicam superbiam* Oud. his verbis bene defendit: Certum est *minari* cum compositis et derivatis saepe sibi iungere casum quartum, significantem illud malum, cuius minas quis intendit, ut Hist. B. Afr. 71. *comminarenturque impetum.* Suet. Tib. c. 75. *Uncum et Gemonias cadaveri minarentur.* Lambin. ad Hor. Od. I. 28. 25. Bentl. ad Od. IV. 14. 28. Immo sic apud nostrum, ut docet Pric. ad Met. X. p. 689. *sibi eumdem illum gladio comminari.* Sed hic iste accusativus mihi displicet. Non *comminabatur illis superbiam,* sed *comminabatur malum* tumide ac potenter ac superbi tyranni more.

locupletium. [Aliquot codd. habent *locupletum*, de qua utraque terminatione plura dicam ad de Dogm. Plat. II. p. 260, ubi itidem codd. variant: Ex plurium optimorumque codd. consensu *locupletium* dedi scripturam.]

flagellum. [*Flagellum* veteres tribuebant Furiis, ut malae conscientiae verberantes quasi et torquentes significarent cruciatus cf. Heins. Advers. I. 11. p. 118. Intt. ad Iuv. XIII. 194; ad Aesch. Eumenid. 150 sq.]

nutrimento fuit. [Ex diversa huius loci scriptura Oud. coniecturam fecit, hic latere aliquid, quod praesertim vox *nutrimento* abundaret, ex glossemate adiecta. Hinc putavit legendum: *truculenti hominis furori*, sive omisso verbo sive adiecto. Vir doctus in marg. ed. Colv. meae nescio quis graece *quod* et *hoc* interpretatus est *τόσον-ὅσον*, ut mens eius fuisse videatur: quantum (*in wie weit*) oleo sulfur nutrimento est, tantum sermo iste truculentiae hominis. Melius sententiam explicabis, si *truculentiae* non dativum, sed genitivum esse existimaveris eo sensu: *Was Oel für die Flamme, was Schwefel für den Brand, was die Geissel für die Furie, das wirkte jene Rede für die Steigerung der Wuth des Menschen.* At non negandum est, molesti aliquid habere hunc dativum *nutrimento*, quem tamen eiicere non audeo.]

suspendium mandare. [*Mandare laqueum et suspendium* dicuntur, qui aliquem ita despiciunt, ut suspendio dignum esse censeant, de eius vita minime solliciti; cf. Intt. ad Iuvenal. X. 52. et Rupert. in Append. ad h. l. T. II. p. 787. Pricaeus de dictione comparat Horat. Sat. II. 1. 47. *Cervius iratus leges minitatur et urnam.*]

Digitized by Goo

pastoritios, villaticos, feros atque immanes, adsuetos abiecta per agros esitare cadavera, praeterea etiam transeuntium viatorum *passivis* morsibus alumnatos laxari, atque in eorum exitium | inhortatos immitti praecepit. Qui simul signo solito 662

pastoritos P. *pastoraticos* π. *feras* ed. Merc. vitiose. *obiecta* p. *adusta* δ. Perperam omnino, cf. ad Suet. Ner. 34. 48. *Equo odore abiecti in viam cadaveris consternata. essitare* F. 3. *exsiccare* F. 1. testibus Elm. et Lind. β. p. *exiccare* R. f. Edd. ante Colv. *essiccare* G. 2. P. etiam in excerptis ad marg. Colv. ed. et teste Sciopp. Vulc. 2. *essiccare* P. teste Elm. et D. *exsicare* δ. G. 1. (Oud. ex suis excerptis *esicare* protulit.) *exicare* O, *esitare* φ. Wow. et seqq. *cadavere. Praeterea.* ita distinguunt G. 2. D. *et praeterea* Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 2. *passibus* Mss. omnes teste Elm. et edd. vett. Certe ita scriptum est in F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. *passim* Paris. Colin. Wow. Pric. et vir doctus in marg. ed. Vic. meae. *Passivis* cum Colv. Florid. recepit Oud. *annulatos* L. Vulc. 2. Merc. Elm. Colv. *anulatos* G. 2. D. In cett. *alumnatos. hortatos* G. 2. D. P. *inortatos* G. 1. *praecepit* G. 1. 2. P. O. D. f. p. δ. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Col. Bas. In cett. *praecipit* F. 3. in contextu habet *praecipit*, sed ab eadem manu *e* correctum est unde in textum recepi. *quod simul* G. 1. O. *quo simul* Elm.

pastoritios. Discrepant aliquot codd. in hac lectione, quae loco p. 657. *de ore pastoritii canis* confirmatur. Sed utroque loco Barthius ad Calpurn. Ecl. V. 105. *pastoria virtus* ait in veteri fragmento membraneo scribi *pastorii* et *pastorios.* At *pastoritius* adiectivum satis firmant loci, quos lexica ex Cicerone et Varrone *enumerant.* Quanta in his Barthio fides haberi debeat, saepius monitum est.

esitare. [Mirifice corrumpitur hoc vocabulum, quod cum Oud. unice probare potui. Unum modo me offendit, quod omnes corruptelae duplici *s* littera scriptum fuisse verbum evincunt, etsi ponas, *s* in *x* ut saepissime ex negligentia librariorum Italorum abiisse. cf. Sciopp. in Epist. Corp. T. II. p. 52. Hoc eo magis mirum est, quod Flor. 3. altero quoque loco eandem consonantis repetitionem habet. cf. Met. I. p. 60., ubi pro *esitantem* legitur *essitantem*, *s* a m. eadem supra addito, Dresd. *exitantem.* Item peccant aliquot codd. Met. VII. p. 499. in *exertando*, *escitando* et *hescitando* pro *esitando* ubi Florent. 3. aperte *esitando* praebet; item Met. X. p. 707. Erat igitur quum *estitare* emendarem a supino *estum* derivandum, cf. Prisc. X. 5. p. 495. Krehl.: *Supinum eius tam esum, ut supra dictum est, quam estum usus exigit, ut possit dici.* Sed nunc potius arbitror hanc scribendi rationem ex negligentia librariorum, quam ex ipsa manu Apuleii esse profectam. Nam si ita esset, ubique scribendum erat *essitare. Exsiccare,* quod alii interpretantur exsugere quasi medullas, propter ipsam canum naturam non probatur.]

passivis morsibus alumnatos. Plurimus est Colv. in defendenda sua emendatione *annulatos* i. e. vinctos, compeditos ac colligatos. Neque vero coniungi possunt *morsibus annulati*, nec *morsibus laxari* pro *ad morsus* hic locum habere. Quippe nunc non praecipit eos laxari in morsus *transeuntium viatorum*, sed horum fratrum et sociorum. Recte igitur *alumnatos*, ut est in Mss., sive canes edoctos mordere transeuntes quoscunque nunc immitti iubet in fratres. De passivo usu participii *alumnatus* cf. ad Met. VI. p. 425. [De *annulatus* cf. Barth. Advers. XXXIII. 22. p. 1543. Taubm. ad Plaut. Menaech. I. 1. 9. et ad Met. IX. p. 616. *pedes annulati. Passibus* quod codd. praebent quum neutiquam probari queat, secutus sum Colvii emendationem *passivis*, quae ad Mss. vestigia quam proxime accedit. De voc. *passivus* et *passivitas*, quae Africanis potissimum in usu sunt, dixi ad Met. VI. p. 399.]

inhortatos. [*Hortari* cum compositis et derivatis saepe de canibus dicitur, qui in furorem instigantur; cf. Met. IV. p. 241. *cuncti enim pagani fletibus eius exciti statim conclamant canes, utque ad me laniandum rabie ferrent impetum passim cohortantur*; p. 281. *nec secus canes omnes etiam venaticos ... ad comprimendam bestiam cohortantur*, VIII. p. 553. *canes rabidos... vocibus nobis inhortantur.* Petron. dicit *instigare* cf. Intt. ad c. XCV. p. 593. ed. Burm. De *hortari* vid. Heins. ad

pastorum incensi atque inflammati sunt, furiosa rabie conciti et latratibus etiam absonis horribiles eunt in homines, eosque variis aggressi vulneribus distrahunt ac lacerant, nec fugientibus saltem compescunt, sed eo magis irritatiores sequuntur.

CAPUT XXXVII.

Tunc inter confertam trepidae multitudinis stragem e tribus iunior offenso

labe conciti δ. contiti D. *adsonis* G. 1. *orribiles* G. 1. *in* non comparet in G. 1. *distrahunt sai ac lacerant* p. *nec* exulat a p. *compercunt* Florid. et adsentitur Wass. *eo* non est in L. *compescunt. Sed.* Ita interpungit G. 1. *irritatores* O. *iritatores* G. 1.

confertam deest in p. *confectam* G. 2. D. L. cf. ad Met. VIII. p. 551. *et inter conferta inmenta. e* non comparet in *δ*.

Ovid. Met. III. 242. et Bach. ad X. 537. Heins. et Burm. ad Heroid. IV. 42. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 614. Ita *hortari* etiam de gladiatoribus usurpatur, quorum certamina plebs spectatrix vocibus instigat, quosque plausibus in furorem mittit. cf. Tertull. ad Martyr. c. 1. *Verumtamen et gladiatores perfectissimos non tantum magistri et praepositi sui, sed etiam idiotae et supervacui* (ita enim emendandum est) *quique adhortantur de longinquo.*]

homines. Stewechius emendat *in omnes*, quod non hominibus solis canes illos imposuerint atque inhortati fuerint rustici sed etiam iumentis, quae varia sint in illo latronum comitatu. Sed aliud agit Stewech. confundens historiam canum per rusticos immissorum in transeuntes pastores cf. ad Met. VIII. p. 553. cum his canibus a divite in hos fratres ceterosque vicini socios, qui sine iumentis erant, incitatis.

variis aggressi vulneribus. [De dictione vid. Deder. Glossar. ad Dict. Cret. IV. 19. p. 352.]

compescunt. Diversa sentiunt de hoc loco interpretes, quorum alii *compescunt* pro *compercunt* dictum esse volunt, ut Roald. et Colv. (cf. Taubm. ad Plaut. Bacch. III. 3. 59.) *S* littera pro *R* ἀρχαϊκῶς posita, ut *asa* pro *ara*, *Valesius*, *Valerius*; alii ab *compescere* i. e. sedare repetunt. Sed hanc antiquitatem in Apuleii libris non defenderim. Rectius accipiunt Sciopp. et Brantius *compescunt* neutrorum more hic pro *compescuntur*, *temperant*. Oud. comparat Plaut. l. d. Gloss. *compescit temperat* cf. Salm. Exercit. Plin. p. 562. De eiusmodi neutris cf. ad Met. I. p. 60. Roaldus emendavit *compercunt.*

Cap. XXXVII. *iunior.* [De vocis significatione iam dictum est ad Met. IV. p. 300., quo loco nonnulli codd. *minor* perperam scribunt. Hic locus inter eos refertur, quibus comparativum pro superlativo positum esse existimant, ut *iunior* hic pro *minimo natu* dictum sit. De hoc usu equidem plane aliter sentio. Omnia enim, quae conferre poteram exempla quaeque fusius enumerat Rudd. Inst. T. II. p. 85., quamquam plures res inter se componuntur, ita suut comparata, ut cetera quaeque, quae in comparationem vocantur, in unam quasi notionem conflari debeant, itaque summa tantum, ut ita dicam, istarum rerum uni alteri opponatur. Hinc suo iure locum obtinet comparativus. Ita Apul. Met. IV. d. l. *maiores sorores ... iunior*; cf. Munk. ad Hygin. 24. p. 71. Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 6. p. 25. Arntz. Misc. p. 198. 199.]

offenso lapide. Insolentiorem paulo locutionem esse bene advertit Pricaeus, pro *offenso pede ad lapidem.* Similis aliquantum est Ciceronis locus pro Rosc. Amer. c. 29. *offendis scopulum.* [At mirum est, quod fere omnes qui de prodigiis exposuere viri docti hunc locum adtulerunt, demonstraturi, inauspicatum apud veteres fuisse, si e domo exeuntes pedem in limine offenderent, quum Apuleium iuvenem pedum offensione ceci disse et humi prostratum fuisse indicasse tantummodo perspicuum sit. cf. Buleng

Digitized by Google

lapide atque | obtunsis digitis terrae prosternitur, saevisque illis ac ferocissimis 663
canibus instruit nefariam dapem. Protinus enim nacti praedam iacentem, miserum illum adulescentem frustatim discerpunt. Atque ut eius letalem ululatum cognovere ceteri fratres, accurrunt moesti suppetias, obvolutisque lacinia laevis manibus lapidum crebris iactibus propugnare fratri atque abigere canes

obtusis G. 1. O. *obtussis* δ *dicitis* G. 1. *atque ferocissimis* f. *et ferocissimis* G. 1. 2. δ. D. *casibus* D. *adulescentem* inveni in F. 1. 3. G. 1. Colv. Elm. Vulc. 2. Scriv. In cett. *adolescentem*, quam scripturae diversitatem Oud. ne commemoravit quidem. *sic*, quod ante *frustatim* in nonnullis codd. et inde a Colvio in recentioribus Edd. legitur, desideratur in F. 1. 3. G. 1. O. B. f. δ. p. et omnibus edd. vett. usque ad Colv. *frustratim* F. 1. G. 2. D. δ. Vulc. 2. *discerpiunt* G. 2., puncto litterae *i* supposito. *agnovere* F. 1. G. 2. D. P. etiam in excerptis ad marg. ed. Colv. Wow. et seqq. *agnoverunt* G. 1. O. In cett. *cognovere*. Oud. praetulit *agnovere;* at Ruhnk. in textum non admisit. *super petias* G. 1. *laciniam* G. 1. *lanitio* f. *leci* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Ald. Iun. 1. 2. Colin. vitiose. *lapide* p. cf. ad Horat. Od. I. 26. 2. *ictibus* G. 1. O. p. D. creberrima variatione, ut pag. seq. *longo lapidis ictu*.

de Prodig. IV. 13. in Graev. Thes. Antiqq. T. V. p. 474.]

obtunsis. [Formationes *obtunsus* et *detunsus* cf. Met. II. p. 168. *digitis pedum detunsis ob lapides* ex codd. consensu probabile fit Apul. praetulisse. Eadem restituenda est Virg. Georg. I. 262. III. 135. 433. quum ita constanter Medic. et Romani codd. optimi praebeant. Alia ratio est Georg. IV. 240., ubi Gud. tantum et duo Moret. codd. *contunsos* scribunt, quod dixisse veteres nego. Ubique enim codd. optimi *contusus* scripturam praeterunt; certe Apuleius semper ita locutus est, quod codd. eius locupletissimi sat confirmant. Hanc formam apud antiquos in usu fuisse probat Servius ad Georg. I. 262: *Antiqui litteram* **n** *addebant, quod propter euphoniam in aliquibus detraximus, ut obtusus, in aliquibus* **n** *remansit*, ut in *tunsus*. Hanc vero rationem quum nemini satisfacturam esse existimem, auctoritatem codd. sequendam esse duxi. Identidem optimi codd. apud Gell. XIII. 24. §. 21. praebent: *Ceterum quis tam obtunso ingenio sit*, Isidor. p. 689. *obtunsus obcoecatus* et *obtunsa — stulta vel stolida*, ubi cum aliis *obtusa* emendandum non est. Gloss. Arab. Lat. p. 708. *obtunsus stolidus.*]

terrae prosternitur. [*Terrae* lectionem munit Cort. ad Lucan. V. 360. aliquot Apuleii exemplis.]

cognovere. Agnovere, quod codd. quique optimi praeter F. 3. et p. legunt et Oud. probatum est, Pricaeus expulit, quasi nusquam ea voce Apuleius usus esset. Sed cf. Met. I. p. 223: *agnitione ac miseratione;* III. p. 226. *agnito salutari praesidio*, al. Altera lectio ex ingenio librariorum, qui *agnoscere* de iis dici rebus sciebant, quas in memoriam nobis revocamus, profecta est: cf. ad Met. I. p. 28. *et summe cognitum.* ubi F. 1. item corrumpit *agnitum.* Promiscue enim utrumque vocabulum cum aliis scriptoribus etiam Apuleius usurpavit, *agnoscere* praesertim significatione intelligendi, perspiciendi; cf. Florid. p. 30. *agnosco difficultatem meam*, de Mund. p. 358. de Dogm. Plat. III. p. 268. 271.]

obvolutis lacinia laevis manibus. [Habitus est ad pugnam se componentium; cf. Polluc. V. 3. de venatore: ἢν χλαμύδα δεῖ τῇ λευῇ χειρὶ περιλίττειν, ὁπότε μεταθέοι ἢ προσμάχοιτο τοῖς θηρίοις. cf. Heins. ad Petron. c. 63. p. 416. Burm.: *Hic audacter stricto gladio extra ostium praecucurrit, involuta manu sinistra curiose;* et Burm. ad c. 80. p. 511. *et intorto circa brachium pallio, composui ad proeliandum gradum.* Talem nobis repraesentat imaginem Montfaucon. in Antiqq. Tab. XI. Fig. 4. compendii Schatziani, Vulcani scil. libera dextra manu, sinistra autem obvoluta pilo.]

iactibus. [*Iactus* sensu activo cf. Bach. ad Ovid. Met. XIII. 566. Lachm. ad Propert. IV. 13. 5.]

propugnare fratri. [Heins. ad Petron. c. 63. existimat legendum *propul-*

Digitized by Google

aggrediuntur. Nec tamen eorum ferociam vel conterere vel expugnare potuere, quippe cum miserrimus adulescens, ultima voce prolata, vindicarent de pollutissimo divite mortem fratris iunioris, illico laniatus interisset. Tunc reliqui fratres, non tam hercules desperata quam ultro neglecta sua salute, contendunt ad divitem, atque ardentibus animis impetuque vesano lapidibus crebris in eum velitantur. At ille cruentus et multis ante flagitiis similibus exercitatus percussor iniecta lancea duorum alterum per pectus medium transadegit. Nec tamen peremtus ac prorsum exanimatus adolescens ille terrae concidit. Nam
664 telum transvectum atque ex maxima | parte pone tergum elapsum soloque

ferocina G. 1. O. *conterere* F. 1. 3. G. 1. 2. D. f. edd. vett. usque ad Colvium, qui maluit *conterrere*. Eumque secuti sunt posteriores praeter Scriverium, qui cum Elm. *conterere* revocavit. Est enim *deminuere*. In *d.* est *contergere*. *potuerunt* D. *adulescens* hic quoque inveni in F. 1. 3. Elm. Vulc. 2. Colv. Scriver. Oud. lectionem silentio, ut supra, plane transiit. *opulentissimo* pro *pollutissimo* prave habent G. 1. O. *interisset* F. 1. 3. B. f. p. edd. ante Colv. Elm. Vulc. 2. Scriv. Florid. *interiisset* L. et Mss. Elm. nescio qui. In cett. *interiit*. Flagitat coniunctivum particula *quum*, quod miror Colvium non advertisse. *ut hercules* L. *ad invicem* pro *ad divitem* G. 1. *rexano* G. 1. *in eum vindicant* B. pro *in eum velitantur*. Videtur id Sciopp. in Susp. Lect. II. Ep. 14. probare. Sed male. cf. ad Met. VIII. p. 575. *contra me velitaris iocis*. Passim autem usu venit *velitari telis*, *eminus* al. *transedegit* G. 1. *transedegit* d. Stewech. mavult *transadiit*, quomodo idem Met. IV. p. 262. *per medium pectus ictu fortissimo transadiit* scribendum esse censet. Sed vide dict. ad h. l. cf. praeterea Ded. Gloss. ad Dict. Cret. IV. 19. p. 352. *prorsum* F. 3. G. 2. D. In cett. *prorsus*, quae scripturae diversitas Oud. plane effugit. [cf. Met. III. p. 175. et V. p. 342.] *adulescens* G. 2. inter codd. et edd., quae mihi ad manum erant, solus habet. In cett. *adolescens*, nisi quod G. 1. habet *adolessens*. *concedit* R. f. *cecidit* B. ex scriptura *cõcidit*, virgula omissa corruptum. *transiectum* B. f. L. O. d. Incert. (neque vero in G. 1., ut ex suis excerptis Oud. protulit, unde idem in O. legi non probabile est) et edd. ante Colv. In cett. *transvectum* praeter p., qui *transactum* scribit.

sare; sed nec Oud. nec mihi persuasit. Sic enim fere eadem ratione Met. VII. p. 494. *propugnare pedibus et arcere misello puero potueris*. Item Amm. Marc. XVIII. 8. §. 6. *propugnans miseriis meis*. cf. Voss. de Construct. c. 37. et Stephan. ad Saxon. Gramm. p. 51. *partibus eius propugnaturus*. [Hodie res dubia esse nequit. *Propugnare* enim Ammianum nunquam cum accusativo, sed semper cum dativo iunxisse, observavit iam Vales. ad Amm. XXI. 13. §. 4. idemque Prisc. probat XVIII. 21. T. II. p. 185 Krehl.: *Huic simile est propugno tibi et te*.]

vindicarent. Minus recte vir doctus ad marg. Ed. post. Oud. coniecit *vindicate*. Ellipsis enim est particulae *ut* creberrima post verba rogandi, concedendi, hortandi, iubendi, suadendi, quam habuimus iam saepissime. Sic etiam omittitur post verba *clamandi*, cf. Oud. ad Front. II. 4. 1. ad Met. I. p. 81.

pollutissimo. Prave Guelf. 1. et Oxon. ex librariorum ingenio habent *opulentissimo*; cf. Met. X. p. 749. *scelestae pollutaeque feminae*; Cort. ad Sall. Iug. c. 15. [Intt. ad Plaut. Rudent. II. 4. 11. Gloss. Cyrill. p. 536. μεμολυσμένος *pollutus, maculosus*; Isidor. Gloss. p. 689. *obsolitatus pollutus inquinatus*, ubi corrigendum *obsoletatus* et Gloss. Arab. Lat. p. 708. *obsolito obtero vel inquino*. cf. Tertull. Scorp. c. 6. p. 492. Rigalt.: *qui vestitum obsoletassent nuptialem*, et ita nonnulli legunt Apol. c. 15. *maiestatis vestigia obsoletant*, et advers. Nat. 1. 10., quo tamen utroque loco sensus flagitat ut legatur: *si honorem inquinant divinitatis* (cf. supra *divinitas constupratur*) *et maiestatis fastigium adsolant* (cf. supra *maiestas violatur*.) Stewech. ad Arnob. IV. p. 98. ed. Lugd. Bat. legi vult nostro loco eodem errore *polentissimo*, quam lectionem etiam Forcell. s. v. *pollutus* commemorat nec improbare videtur.]

transvectum. Recte Oud. Pricaeo duce defendit hanc lectionem, quae mihi quoque non solum propter codd. aucto-

nisus violentia defixum rigore librato suspenderat corpus. Sed et quidam de servulis procerus et validus, | sicario illi ferens auxilium, lapide contorto tertii [235]
iuvenis dexterum brachium longo iactu petierat, sed impetu casso per extremos digitos transcurrens lapis contra omnium opinionem deciderat innoxius.

CAPUT XXXVIII.

Nonnullam tamen sagacissimo iuveni proventus humanior vindictae speculam subministravit. Ficta namque manus suae debilitate sic crudelissimum

nixus P. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. Bas. 1. *visus* G. 1. *defixit δ. corpus* exulat a B. *ut carlo* pro *sicario* vitiose *δ. fratres ferens auxilium* G. 1. primo vocabulo linea obducto. *illius*, quod in meis codd. omnibus inveni et in suis quoque extare dicit Oud., in solis Edd. Elm. et Scriver. non comparet, nescio quibus Mss. nitentium. Nec tamen lacunam cod. Florent. 3. librarius supplevit; quod magis ex negligentia quadam satis excusanda quam ex cod. auctoritate factum esse autumo. Nam si revera codicis scriptura ita ferret, ne unum quidem codicem consentire mirum esset. Hinc typothetarum tantum errore pronomen excidisse in Elm. Ed. putandum est, quem prave secutus videtur esse Scriver. *dextrum δ.*, quod vocabulum non habet G. 1. *ictu* G. 1. O. cf. pag. praec. nec melius margini Ed. Iunt. 2., quam Oud. possidebat, vir doctus adlevit *longe*. *petiverat* lectionem, quam a cod. G. 1. profert Oud., in cod. non extat, sed ut in ceteris *petierat*.

speculum G. 1. *speluncam* Iunt. 1. Vir doctus in Vicent. mea superaddidit *speculationem*. *subministrat* G. 2. P. D. *crudelissimus δ. crudelissime* G. 1

ritatem, sed significationis etiam insolentiam praeferenda videtur. Pricaeus comparat Gloss. Cyrill. p. 216. *transvehi διὰπλεῦσαι διαχομισθῆναι*, et Vulcan. p. 150. *transveho διαχομίζω*. Ita *transvehi* de volatu dicitur apud Claud. Laud. Stil. II. 272. Ceterum crebram esse in his vocibus confusionem docent Intt., quos Oud. adlegavit Lucan. IV. 127. Duk. ad Flor. IV. 12. 22. Dr. ad Sil. IV. 489.

rigore librato i. e. firmo corporis statu retento quasi in aequilibrio cf. de Mund. p. 331. *cum directi tamen statum rigoris retinent.* Talis figurae est *rigida et obstipa cervix* Suetonio in Tiber. c. 68. Adi Frontin. de Agr. Qualit. et Serv. ad Virg. Aen. IV. 254. notantem, *rigorem* etiam pro directione poni [cf. Cort. ad Lucan. V. 94.]

innoxius. Innoxius more Plautino, inquit Sciopp., pro eo, qui nihil nocet *ἀβλαβής*, ut p. 667. *nec innoxius ei saltem regressus evenit.* At ibi potius passive intelligendum est, cf. ad Met. VI. p. 410. Intt. ad Phaedr. II. 1. 4., ad Suet. Calig. 3. [Minuc. Fel. 33. §. 4. *Quamdiu enim eum caste, innoxie religioseque coluerunt.* Plaut. Capt. III. 5. 7. Pseud. I. 5. 45. Rud. I. 3. 13.]

Cap. XXXVIII. *proventus humanior.* Miram esse hanc locutionem pro casu et eventu leniore, feliciore, fortunatiore monet Oud.

speculam. [Vir doctus, qui in ed. Vicent. mea *specula* explicuit *speculationem*, sine dubio derivandum esse vocabulum putat a *specula* i. e. loco edito de quo prospicimus, quum equidem referendum esse putaverim ad *specula* deminutivum i. e. parva spes, qua voce Apuleius saepius utitur; cf. Met. VI. p. 391. *et cassae specula renuntians*; X. p. 734. *tenui specula solabar clades.* Alterum legitur Met. II. p. 117. *de specula candelabri* et alibi. *Nonnullam* quos offendit, ii considerent, Apuleium cum ceteris aliquoties ad diminutivum adiectiva ponere, quae vim sententiae eius imminuunt.

crudelissimum iuvenem compellat. Pricaei coniecturam *divitem* sibi de more vindicavit Floridus et in textum recepit. Ille enim discriminandi caussa mavult ita scribi, quum ante versiculum unum vox *iuvenis* de tertio fratre praecesserit. [Oud. qui quam prave egerit Pricaeus cum Florido exponit, eadem tamen inepta coniectandi prurigine abreptus totam vocem *iuvenem* exterminat, comparans Met. IX. p. 622. *quemdam sentiebam iuvenem*, ubi *iuvenem* additum ex glossemate esse sibi persuasit idem Oud. Immo

Digitized by Google

iuvenem compellat: Fruere exitio totius nostrae familiae, et sanguine trium fratrum insatiabilem tuam crudelitatem pasce, et de prostratis tuis civibus
665 gloriose *triumpha; dum* scias, licet | privato suis possessionibus paupere fines usque et usque proterminaveris, habiturum te tamen vicinum aliquem. Nam haec etiam dextera, quae tuum prorsus amputasset caput, iniquitate fati contusa decidit. Quo sermone alioquin exasperatus furiosus latro rapto gladio sua miserrimum iuvenem manu peremturus invadit avidus. Nec tamen sui mollio-

divitem pro *iuvenem* Florid. *fur fruere* O. *meae* pro *nostrae* ex interpretamento *δ*. *idem* pro *et de* P. *insatiabilem* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. *δ*. *f.* aliique teste Oud. Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 4. Paris. et edd. inde a Wow. In cett. *insatiabilis*. *triumphatum scias* B. p. edd. vett. usque ad Colv. In cett. omnibus codd. esse *triumphandum* testis est Oud. (Certe equidem inveni in F. 1. 3. G. 1. 2. Colv. Vulc. 2. Merc. Scriv. In solo cod. D. est *triumphando*. Elm. editio quamquam in contextu habet *triumphandum*, tamen inter errores typographicos adnotatum est corrigendum esse *triumpha dum scias*, quod etiam Wow. Pric. et Florid. receperunt, et Oud. quum probatum sit, a Ruhnk. In textu positum est.) *primo* pro *privato* in G. 1. esse, eius ex-
vato
cerpta Oud. indicant. Sed in codice ipso legitur *primo*, *mo* syllaba lineola obducta, et *vato* litteris ab eadem manu suprascriptis. Si *primo* haberet, facile *prico* inde coniectari liceret. cf. Met. III. p. 184. *et usque* desideratur in D. *iterum* pro *habiturum* p. *te* non comparet in Bas. 1. *re* habet G. 1. *non* pro *tamen* *δ*. *etiam* non comparet in G. 2. P. D., qui pro eo habent *in dext.* *dextera* F. 3. G. 1. 2. D. *δ*. edd. vett. et Scriver. Oud. in his edd. et cod. *δ*. tantummodo legi *dextera* adnotat, unde probabile est eum in cett. omnibus *dextra* legi putasse. Sed quum mei quoque codd. *dextera* praebeant, alios praeterea eandem lectionem ostendere verisimile est. Quoties in utraque terminatione codd. varient, cuique notum satis est. *in iquitate* seorsim scriptum G. 1. *in iniquitate* G. 2. P. D. *facti* solita aberratione G. 2. P. D. *arrepto gladio β*. *δ*. *aeide* Coll. Voss. Vulgatum stilo auctoris est convenientius. Verba *nec tamen* usque ad *provocaverat* exulant a G. 1. 2. P. O. D. R. *f.* L. p. *δ*. Perperam omnino. Siue his enim non constat sibi orationis nexus. *molliore* F. 3, ut saepius virgula omissa.

cum in Oxon. cod. mox scribatur: *fur fruere*, emendat: *crudelissimum compellat furem: Fruere*, qua coniectura ieiunius nil potest excogitari. Quidni, si tanti habuit illum codicem, retinuit *fur* casu vocandi? Sed hae non emendationes sed alucinationes potius nominandae sunt.]

gloriose triumpha; dum scias. Optimam hanc Pricaei Sciopp. in Symb. et Putean. Cent. I. Epist. 97. coniecturam, quam etiam Elm. amplexatus est, eo minus dubitavi in textu ponere, quod non solum ad codd. vestigia quam proxime accedit, sed etiam ob sententiarum nexum commendatur, qui imperativus sequatur postulat. Frustra igitur aliud quid hic molitur Stewech. corrigens: *gloriosus triumphator cluas* vel *gloriose triumphatum eas, licet privato suis possessionibus paupere fines usque proterminaveris, habiturus tamen vicinum aliquem. Habiturum* enim iudicio Stewechii mendo non caret. Originem vitiatae scripturae a more librariorum deducit, qui sine ullo discrimine *us, uu; as. am; es. em* similia scripserint. Optimo suo iure vindicat Oud. scripturam ex librariorum consuetudine *triumphādū* scribentium. *Dum* est *dummodo*. De enuntiationis ratione cf. Hand. Tursell. T. II. p. 324. Oud. mavult scribi *triumphato*.

privato suis possessionibus. Hae pauperibus et parvis agris minus congruae videntur Pricaeo, quare legit *possessiunculis*, coll. Salv. V. 18: *exturbas possessiunculis suis vicinos tuos;* quia teste Fest. (p. 209. Lindem.) *possessio* dicatur de agro late patente. Id vero non perpetuo observasse scriptores Oud. probat ex Quint. Decl. XIII. 2. de apibus pauperis: *non late pauperi casae circumiecta possessio.* [*Possessio* hic nominatur ager, quia non mancipatione sed usu tenebatur cf. Fest. l. c. et supra p. 658. *modicae casulae domino.*] De sententia verborum: *habiturum te tamen vicinum aliquem* cf. Pric. et Elm.

alioquin. [De particulae significatione, quae per vocabula *praeterea ausserdem* latine et germanice reddi potest cf. Hand. Tursell. T. II. p. 665.]

sui molliorem. cf. ad Met. III. p. 193. et Rudd. T. II. p. 105.

by Google

rem provocaverat, quippe insperato et longe contra eius opinionem resistens iuvenis complexu fortissimo arripit eius dexteram, magnoque nisu ferro librato, multis et crebris ictibus impuram elidit divitis animam, et ut accurrentium etiam familiarium manu se liberaret, confestim adhuc inimici sanguine delibuto mucrone gulam sibi prorsus exsecuit. Haec erant, quae prodigiosa praesagaverant

insistens δ., haud male; cf. ad Met. IX. p. 621. *insistens iubebat.* *amplexu* p. edd. vett. ante Colv. excepta Iunt. 2. *complexu* G. 2. D. *arripit* F. 3. G. 1. 2. O. P. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) δ. B. p. edd. vett. usque ad Colv. In cett. *arripuit. accipit* f. *dextram* f. *nixu* G. 1. O. Iunt. 1. Ald. *risu* G. 2. P. *ferro librante* L. B. edd. vett. praeter Iunt. 2. quae habet *liberato*, *ferro vibrato* p. Colv. Vulc. 1. Merc. Wow. seqq. *vibrato* etiam in G. nescio utrum legi adnotat Oud. Sed in utroque inveni, ut in cett. *librato.* Oud. maluit *liberato*, at Ruhnk. non recepit. *divitias* D. *et* ante *ut* desideratur in G. 1. 2. O. D. *occurentium* D. *se manu* P. *adhuc* G. 1. δ. *exercuit* Iunt. 1. *exsecuit* aperte F. 3. et G. 1. scribunt. cf. ad VII. p. 490. not. crit. In cett. *execuit. prodigia* L. *praesaguterant* F. 3. G. 1. 2. O. P. D. f. p. *praesagiecerant* δ. In cett. *praesagicerant.*

librato. *Vibrato*, quod substituit vulgato *librante* Colvius, merito damnat Pricaeus, praeferens *librato*, quod de iaculis, telis, gladiis cett. dici non est, quod pluribus demonstrem; eique applaudit Wopken. in Miscell. Observ. Nov. V. 1. Dict. Cret. IV. 11., *quoad Alexander librato gladio procurrens .... transfigit* (ubi cf. Ded. not. crit. p. 167.) Utroque tamen loco Oud. servandam esse censet lectionem *liberato*, quam hoc quidem loco sola Iunt. 2. praebet i. e. erepto de manu inimici per magnam vim. Ipsum enim non habuisse gladium, quem suo sinu liberare potuerit; sicque Apuleium dicere Met. II. p. 170. *statim denique gladium sinu liberatum arripio*, V. p. 357. *caecae tenebrae custodia liberata lucerna*; Vitruv. VII. 3. *purum ferrum e mortario liberetur.* Sic dici *expedire iaculum* ab Horat. Od. I. 8. 12. Ovid. Met. XI. 158. cf. Burm. ad Ovid. Met. VI. 551. ad Fast. II. 793. [Heins. ad Petron, c. 136. p. 842. At contra hanc Oud. lectionem adversari videtur usus Latinorum, qui, quantum video, absolute nunquam ita dicebant, sed ubique cui rei vel unde res liberata esset addebant. Certe *de manu divitis* vel aliud quid quisque exspectaret. *Ferro*, quod Oud. prave negavit, non est divitis sed ipsius iuvenis irruentis; cur enim ferro ille armatus non fuerit, cum Oud. equidem non video, qui suam coniecturam muniturus tale quid excogitavit. Tota res ita est explicanda: Tertius frater quum per extremos tantum digitos vulneratus se manu debilitatum esse simulasset, dives icto gladio in eum irruit, sperans, ita facile iuvenem vinci posse, quod brachio dextero vulneratus arma gerere non posset. Sed ille postquam hostis appropinquavit, dexteram eius sinistra sua arripuit ac firmiter amplexus est, ne furiosus latro gladio uti posset, et fortissimo nisu eum suo ipsius gladio interfecit. Armatum fuisse iuvenem evincit, quod brachio dextero eius vulnerato, dives ausus est contra eum irruere; nam si inarmatus fuisset, prius iam fieri poterat. Tum qui complexu fortissimo alterius arripit manum, sibi ipsi impedimento est, gladium e manu protracturus et liberaturus. Haec me movent, ne a scripta omnium codd. lectione recedam. Ruhnken. quoque Oud. non obsecutus est, quum *librato* in textu retinuerit.]

prorsus. Hanc vocem Pricaeus suspectam habet, coniiciens *prae* vel *prosecuit.* Non audio. *Prorsus* valet omnino, neque leviter modo perstrinxit [cf. Arnob. II. 4. Doed. Syn. V. p. 260. Exprimitur ita violentia ictus.] *Exsecare* verbum saepius Apul. usurpavit; cf. Met. IV. p. 273 *gula, qua cervix bestiae erat exsecta*; VII. p. 490. *exsectis genitalibus.* Florid. p. 16. *corio exsecto*, Met. VIII. p. 549. *exsectorem virilitatis meae.*

prodigiosa ostenta. [Quum *ostentum* sit quodcunque signum divinitus datum hominibus, unde futurum quid atque imminens sive bonum est sive malum

666 ostenta, haec quae miserrimo domino fuerant | nuntiata. Nec ullum verbum ac ne tacitum quidem fletum tot malis circumventus senex quivit emittere, sed arrepto ferro, quo commodum inter suos epulones caseum atque alias prandii partes diviserat, ipse quoque ad instar infelicissimi sui filii iugulum sibi multis ictibus contrucidat: quoad super mensam cernulus corruens portentuosi cruoris maculas novi sanguinis fluvio proluit.

obstencta G. 1. *ne tacitum quidem* F. 3. G. 2. D. δ. Scriv. Oud. In cett. *nec tacitum*. *flectum* D. *erecto ferro* f. *ferrum quo commode* G. 1. *modicum* pro *commodum* δ. f. *filii sui* G. 2. P. D. δ. Oud. exterminare mavult pronomen. *iugulam* F. 3. G. 1. *iugulari* p. In cett. *iugulum*. *multibus* f. *cernulus* F. 1. 3. M. f. Iunt. 2. Vulc. 2. *cerculus* G. 1. β. *cerul'us* G. 2. *caeruleus* P. D. L. Colv. Vulc. 1. Merc. *serpulus* δ. *tremulus* p. O. B. edd. vett. ante Colv. In cett. *cernuus*. *irruens* δ. f. *portentuosi* F. 3. G. 1. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) f. δ. p. edd. vett. ante Colvium praeter Venet. 4. et Paris.; Scriv. *potentuosi* G. 2. D. *Portentuosi* etiam in F. 1. extare dicit Oud. At nec Elm. nec Lindenbrog. diversae lectionis quid adnotavit. In cett. *portentosi*. cf. ad Met. V p. 350. *maculis* O. *protulit* Scriver.

praesagiant, *prodigium* vero quod vi sua mirifica et naturae rerum quodammodo repugnante homines futuri quid ostentari commonefacit, bene utrumque coniungi potest; cf. Cic. de N. D. II. 3. Ita *monstrum* et *portentum* iuxtim posita leguntur apud Cic. de Div. I. 41. §. 92. Quint. I. 1. §. 2. *prodigiosa corpora et monstris insignia.* Amat praeterea Apuleius adiectivum a substantivo deductum synonymo eius adiungere; ut *caecae tenebrae* al.]

praesagaverant. [Miror Oud., qui sicco pede hanc lectionem praeterire potuerit, quam locus Apolog. p. 498. muniit, ubi codd. Florent. 3. Pith. d'Orv. et edd. vett. constanter *praesagare* scribunt. Hinc commotus sum, ut *praesagare* verbum Apuleio vindicarem, cuius participium legitur apud Hieronym. Epist. III. n. 4. *Bonosus scalam praesagatam Iacob somniante iam ascendit*, quodque Glossae confirmant Cyrill. p. 593. προμαντεύομαι *praesago.* Ut a *nuntius nuntiare* ita a *sagus: sagare* formatur.]

ne quidem. [Frustra nonnulli codd. clamant lectionem *nec*, quae plurimis editoribus male arrisit et Oud. bene improbata est. *Necquidem* enim particulas apud Apuleium observavi ibi tantummodo pro *ne quidem* usurpari, ubi enuntiatum copula omissa incipiunt, nec dubito quin ceteris scriptorum locis idem confirmari queat.]

epulones. [Apuleius ea voce semper usus est significatione *convivae*, quum proprie de epularum praebitore dicatur. Fest. p. 59. *Epulones dicebant antiqui, quos nunc epulones dicimus. Datum est autem his nomen, quod epulas indicendi Iovi ceterisque diis potestatem haberent.* Sed cf. Isid. Gloss. p. 445. *epulones* διανεμόντες; Met. II. p. 134. *Frequens ibi numerus epulonum;* X. p. 709. *ingens exin oborta est epulonum exspectatio.*]

iugulum. [Invitus hanc lectionem in textum recepi, quum Florent. 3. et G. 1. mirifice lectionem *iugulam* praebeant, eaque adiuvetur scriptura cod. p. *iugulari. Iugula* vero terminationem pro *iugulus* s. *iugulum* quamquam inde probare noluerim, tamen latere hic aliquid vitii statuo. Forsitan legendum est *iugula* plurali numero, quem de una gula aliquoties usurparunt veteres; cf. Cic. de Fat. 5., ubi cf. Intt.: *Zopyrus stupidum esse Socratem dixit, quod iugula concava non haberet.* Certe explicari ita possit, qui lectionis diversitas exorta sit.]

cernulus. [Male probat Colv. *caeruleus* lectionem aliquot codd., qui color recte dicatur morte morientis violenta, qua sententia ineptius quid et putidius cogitari nil potest, cf. Burm. Syllog. Epist. T. I. p. 212. nec minus improbatur *tremulus*, quam librariorum emendationem esse *cernulus* adiectivum plane ignorantium cuique patet. *Cernulus* equidem tantum probare possum, ad analo-

CAPUT XXXIX.

Ad istum modum puncto brevissimo dilapsae domus fortunam hortulanus ille miseratus suosque casus graviter ingemescens, deprensis pro prandio

At istum G. 2. *pē to* D. pro *puncto*. *ortulanus* G. 1. 2. P. D, uti semper in his codd. scriptum inveni. *ortolanus δ*. *ingemescens* F. 3. G. 1. In cett. *ingemiscens*. *deprensis* F. 3. Scriver. *deprehensis* G. 1. O. *depransis* F. 1. G. 2. P. D. L. *f. δ*. Incert. Vulc. 2. Elm. In cett. *depensis*. *de prandio δ*. *pro pransis lacrimis* in G. 2. esse, e suis excerptis prodit Oud. At in cod. ipso ut in D. legitur *proprandis* uno tenore scriptum.

giam adiectivorum *tremulus*, *querulus*, *garrulus*, *pendulus*, *credulus* al. formatum existimans, unde errare mihi videtur Gronov. ad Sen. Epist. 8., qui formationem reiicit, defensam a Salm. Plin. Exercit. p. 149. et Lips. ad Sen. d. l. Huc accedit Gloss. auctoritas Philox. p. 37. *cernuli πεταυριστοί cernulus πεταυριστής cernulat κυβιστᾷ*; Isid. p. 676. *cernulus in capite ruens*. Plura dabit du Cang. Gloss. s. v. *cernuo*, Dac. ad Fest. p. 379. Lindem. Voss. Etym. v. *cernuus*. *Cernulo* eadem ratione formatum est, ut *garrulo*, a *garrulus*, cuius tamen participium tantum, quantum scio, in usu est; cf. Fulg. praef. Mythol. *Nec puellas inquirimus Hero atque Psychen, poeticas garrulantes ineptias*. Alii Intt. maluerunt *cernuus*, alii, ut Sciopp., *cernuatus* cf. ad Met. I. p. 63. Quid Scioppii altera sibi velit coniectura *cornutus* capere nequeo.]

proluit. Edd. Scriv. *protulit* s. *protrusit*, ursit, ut defluerent maculae una cum novo cruoris fluvio. Sed male; cf. Met. VIII. p. 532. *vulnera, quorum sanguinem tuae lacrimae proluerunt*, ad I. p. 49. ad Caes. B. C. I. 48.

Cap. XXXIX. *suosque casus*. Floridus explicat: quod amico suo orbatus erat simulque vino, oleo, quae secum reportaturum se speraverat. Pricaei de sententia depravatus est locus proque *suos casus* legendum *scaevos* aut *saevos casus* nimirum collapsae puncto temporis domus. *Suos casus* legendum esse patet ex loci nexu. Huc enim pertinent *vacuae manus*, sicut *miserationi fortunae* respondent *lacrimae*, [prae ceteris vero verba: *nec innoxius ei saltem regressus evenit*, unde hortulano quicquid aggressus est, semper secus cecidisse infortunioque quasi subiectum fuisse eum apertissime elucet. cf. supra p. 653. *dum fodiens* seqq. Male Floridus haec verba etiam ad domus hospitalis interitum refert, quae sententia praegressis iam exposita est.]

ingemescens. [Dubius diu haesi, haec scribendi ratio utrum huic loco supponi deberet, quum Apuleius ceteris ubique locis, quibus hoc verbo usus est, cf. ad Met. VII. p. 449., sine ulla codd. discrepantia *ingemiscere* scripserit; praeter locum Met. II. p. 124., ubi codd. Guelf. 1. et 2. eandem formationem tuentur; sed Florent. 3. *ingemiscebam* praefert. Hic vero quum idem cod. optimus et ad orthographiam accuratissimus *ingemescens* praebeat adiutus cod. Guelf. 1., a me impetrare non potui, ne in textu hanc scripturam ponerem, quae forsitan in aliorum quoque scriptorum libros admittenda est. Ita cod. S. Gall. sec. IX., qui antiquam quam imitatur Dict. Cret. scribendi rationem optime servat, V. 5. habet *ingemesceret*, et c. 15. *ingemescerent* quod utroque loco restituendum est. Eadem scripturae diversitas conspicua est apud Cic. Tusc. II. 9. §. 21. Moser. p. 469. in interpretatione versuum e Philocteta Sophocl. depromptorum. Hae enim inchoativorum terminationes variant, ut *lucesco* et *lucisco*, de quibus adeatur Dr. ad Liv. IV. 28. §. 1., *conticesco* et *conticisco*, *contremesco* et *contremisco*. Ex codd. igitur fide inter utramque formam eligendum esse mihi persuasum est. De constructione cf. Burm. ad Virg. Ecl. V. 27. IV. 692.]

deprensis pro prandio lacrimis,

Digitized by Google

667 lacrimis, vacuasque | manus complodens saepicule protinus inscenso me retro quam veneramus viam capessit. Nec innoxius ei saltem regressus evenit. Nam quidam procerus et ut indicabat habitus atque habitudo, miles e legione factus

complaudens G. 1. Burm. ad Ovid. Met. V. 21 ç. hunc locum excitavit. *inscenso me* F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. R. f. 1. ç. alter Incert. Iunt. 2. Colv. Vulc. et seqq. cf. Oud. ad Suet. Ner. c. 48. *insesso* φ. P. Venet. 4. et Paris. *insenso* δ. In cett. *infesso*. *qua* P. teste Wow. et in excerptis ad marg. ed. Colv. G. 2. D. Elm. edit. typothetarum errore *quam* in textu habet, quum *qua* legendum esse Editor inter sphalmata operarum iubeat. cf. de *venire* c. Acc. ad Met. IX. p. 633. *indicat* G. 1. O. *milex* G. 1. *militis* G. 2. *i* litterae puncto subscripto.

|Locus est omnium difficillimus quique accuratius consideretur dignissimus. Plurimi codd. quum *depransis* habeant, quòrum librarii seq. voce *prandio* decepti videntur esse, explicant aliquot Intt. pro *pransis*, ut ederit hortulanus pro prandio lacrimas, i. e. loco prandii. Huic vero lectioni multa adversantur. Primum enim *depransus* inauditum plane est vocabulum, quod si aliud comprobari potest, temere Apuleio intrudere non e ratione est; deinde ille coenam iam sumserat, id quod apertissime evincunt verba: *ferro, quo commodum inter suos epulones caseum atque alias prandii partes diviserat*. *Caseus* etenim ad mensas pertinebat secundarias, cf. Buleng. de Conviviis cap. 50. in Graev. Thes. Antiq. T. XII. p. 143. et Becker. Charicles, T. I. p. 449. Inter irritamenta potandi referebatur, unde isti epulones eum ederant, poculis iam altercantes, cf. p. 656. *iamque his in poculis mutuis altercantibus*, quod poculorum certamen post prandium fiebat. Oud. vero caussae, *depransis* falsum esse, quod *deprandere lacrimas* non dici possit is, qui lacrimet, sed qui lacrimas inhibeat easque devoret, subscribere nequeo. Oud. vero lectionem *deprensus* intelligi posse negans cum aliis probat *depensis*, i. e. solvit et dedit lacrimas quasi mercedem et pretium prandii; coll. Florid. 18. p. 91. *mercedem dependo*; dict. ad Caes. B. C. I. 44. Sed vix puto, talem sententiam totius loci nexui convenire. Lacrimas enim non fudit rusticus, ut gratum pro coena accepta animum ostentaret, cuius vix in tali rerum perturbatione meminisse poterat, sed quia amicum periisse eiusque cum interitu spem sportulae quam ille promiserat accipiendae evanuisse intellexit. *Prandium* igitur hic de sportula, de munisculis interpretor, quae prius dives hospes hortulano pauperi erat pollicitus; cf. p. 656. *de praediis sese daturum frumenti et olivi aliquid et amplius duo vini cados; prandium* vero pro sportula in universum dici prae ceteris imperatorum temporibus probat locus Mart. V. 49. *tunc cum prandia misit imperator, cum panariolis tribus redisti*, et *prandium* propter frumentum et vinum dixisse Apuleium verisimile est. Quod si ponis, *prandium* bene respondit sententiarum nexui; *suosque casus graviter ingemescens ... vacuasque manus complodens*. *Deprehendere lacrimas* vero paulum inusitata ratione dictum est de eo, qui quum congiarium accepturum se esse speraverat, inopinato lacrimas pro eo quasi invenit. Non ita dissimilis est locus Quint. VI. 3. §. 36. *ut me non lacrimae solum deprehenderent*; III. 6. §. 1: *quorum inscitiam res ipsa deprehendet*. Lectionem genuinam codd. *deprensis* fuisse probat corruptela codd. G. 1. et O. *deprehensis*, qua nil frequentius est. De contractione *deprensus* cf. Cort. ad Lucan. VI. 505.]

manus complodens. *Complodere manus* dolentium est adspectuque vel auditione rei gravioris commotorum; Heliod. I. 10. *βαρύ τι ἀνοιμώξας ... καὶ τὸ χεῖρε διατρίψας*, Plat. Axioch. p. 365. A. *στεναγμοὺς ἵεντα σὺν δακρύοις καὶ κροτήσασι χειρῶν*. [Prae ceteris ira effervescente affectorum est; cf. Intt. ad Petron. c. 136. p. 843. Burm., ubi Pith. nostrum locum affert, *depensis* legens; Bourdelot. ad eiusd. c. 18. p. 90. c. 20. p. 95. de gaudibundo, et in risum effuso.]

nobis obvius superbo atque arroganti sermone percontatur, quorsum vacuum duceret asinum? At meus adhuc moerore permixtus et alias latini sermonis ignarus tacitus praeteribat. Nec miles ille familiarem cohibere quivit insolentiam; sed indignatus silentio eius, ut convicio, viti quam tenebat | obtundens eum | dorso meo proturbat. Tunc hortulanus supplicue respondit, [236] 668

corroganto, quod excerpta G. 2. Oud. praebebant, in cod. non est, sed ut in cett. omnibus *arroganto*. *percunctatus est* p. et edd. ante Colv. In cett. *percunctatur* vel *percontatur*. *vacuum* G. 2. D. P. non habent. *at meus adhuc* F. 3. P. in excerptis ad marg. ed. Colv. Iunt. 2. *at ille adhuc* G. 1. 2. O. R. f. π. P. teste Oud. In cett. *at meus dominus*, quod contra Oud. mentem Ruhnk. retinuit. *adhuc δ. latino sermone* G. 1. O. Huius constructionis desidero exemplum. *milex* G. 1. *familiare* G. 1. *opnfitio* ed. pr. Vic. Venet. 2. *Confirior* vel *conficio*, quod in priscis edd. inveniri Oud. dicit, in nulla conspicuum est. *viti* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. f. R. *δ. vici* L. O. In cett. *vite* praeter Vicent. et Venet. 2., quae solito more habent *vitae*. Saepius enim commemoravi, Vicent. uno alteroque loco pro simplici *e* scribere *ae*, et vice versa pro diphthongo *ae* fere semper *e*. *baculo quem tenebat* f. ex glossemate et contra stilum Apulei, quem nunquam *baculus* sed *baculum* genere neutro dixisse demonstratum est ad Met. VI. p. 442. *qua* G. 2. P. D. *quem* O. & L. *tenebar* G. 2. P. *perturbat* B. p. *δ*. edd. vett. praeter Iunt. 2. *protrahat* D. *supplicue* Soping. ex Saliari carmine apud Varron. VII. §. 27. ed. Mueller. citat: *supplice canite*. At *supplice cante* lectio tantummodo est edit. princ., quam tamen restituendam esse Muellero non improbabile est. Quae antiquata forma ut satis tueri possit, contra codd. tamen mira prisca restituendi prurigine quicquam mutari vetamur. Dein obstat Apulei auctoritas, qui Met. XI. p. 806. *supplicue gratiis persolutis* dicit.

meus adhuc moerore permixtus. [Iam Oud. corrupisse hic aliquid librarios sentiens *at meus ille* scribendum esse putavit, quippe quem lectio *at meus adhuc* fugisse videatur. *Meus* enim cum contra usum loquendi familiarem dici opinarentur librarii, *ille* pronomen eius loco posuere, non considerantes, ita minus bene sibi respondere *ille* et *miles ille*, quod idem vituperium etiam in Oud. cadit explicationem. Nec me quoque haesitaturum fuisse negandum est de hac lectione recipienda, nisi consimilis locus afforet, ubi eadem ratione peccant librarii et solus cod. Florent. 3. veram lectionem nobis servat. Est ille Met. IX. p. 656. *Nec moratus meus*, ubi G. 1. 2. aliique codd. pro *meus, dominus* legunt, pronominis possessivi interpretamentum, longe plurimi *meus dominus* glossemate cum genuina lectione coniuncto, ut saepius, scribunt. Frustra tamen quaesivi locum, quo *meus* vel aliud pronomen possessivum eadem significatione usurpatum sit.]

viti. Recte monuit Floridus, militem hunc fuisse gregarium, sed eum fortasse, quod huic hominum generi satis familiari fuisset, insigne usurpasse muneris quod non gessisset, quo maiori esset rusticis formidini. *Vitem* enim centurionum fuisse insigne, qui milites ea castigabat probant Lips. de Mil. Rom. V. 18. Casaubon. ad Spart. Hadr. 10. Ruder. ad Martial. X. 26. 1. Intt. ad Iuven. VIII. 247. et ad Sil. VI. 43. Infra dicit Apul. *inversa vite de vastiore nodulo*, ut Iuvenal. l. c. *nodosam post haec frangebat vertice vitem.* Infra nominat *baculum* p. 673., unde glossa cod. Fux. profecta videtur esse. De ablativi terminatione *viti* pro *vite*, ut *igni, fusti, parti, ovi, orbi* simil. cf. Taubm. ad Plaut. Menaechm. III. 2. 14. Dr. ad Sil. VII. 368. Forbig. ad Lucret. I. 977. qui plurima eius usus exempla profert, Cort. ad Lucan. III. 667. V. 173., ubi lectionem huius loci vindicat, Burm. ad Propert. I. 9. 17. et praeceteris Voss. de Analog. II. 12. p. 612 sqq., qui *viti* terminationem ignorasse videtur; forsitan hoc unum est exemplum.]

proturbat. cf. ad Met. IX. p. 648., ubi eadem est lectionis varietas. Hic Oud. eandem sententiam exponens addit auctores Intt. ad Frontin. II. 2. Virg. Aen. IX. 441., ibique Burm. et Serv. Stat. Theb. V. 664. [Arnob. II. 50. *proturbare, pellere.* Ita Dict. Cret. IV. 3. dicit *deturbat equo.*]

Digitized by Google

sermonis ignorantia se quid ille diceret scire non posse. Ergo igitur graece subiiciens miles: Ubi, inquit, ducis asinum istum? Respondit hortulanus, petere se civitatem proximam. Sed mihi, inquit, operae eius opus est; nam de proximo castello sarcinas praesidis nostri cum ceteris iumentis debet advehere. Et iniecta statim manu loro me quo ducebar arreptum incipit trahere. Sed hortulanus prioris plagae vulnere prolapsum capite sanguinem detergens rursus deprecatur,

ignorantiam p. *aegre* p. et edd. vett. praeter Iunt. 2. Sed qui latinis non responderat, graecis postea interrogatus est. *milex* G. 1. *istum* non comparet in *δ*. *proximam civitatem* p. edd. vett. ante Colv. inverso ordine. *opus* a P., *est* a R. exsulare testis est Oud. At in G. 2. D. et P. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) *opus est* desiderantur. *opera δ*. *opere* quod in nonnullis codd. ut G. 1. O. et edd. vett. ut ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. legitur nihil est nisi *operae*, ut assolet, simplici *e* pro *ae* diphthongo scripto. *pressidis* G. 1. *ave here* Mss. aliquot teste Colv. *et* abesse ante *iniecta* monet Oud. in P. et O. Pro ea particula inveni *cum* in G. 2. D. *loro* non agnoscit *δ*. *quo dicebat* B. teste Elm. et coll. Mod. *dicebar* teste Oud. *quo me ducebat* G. 1. 2. P. O. D. *δ*. *loro me quo ducebat* Wow. Pric. *prolatum* G. 2. P. D. Scriver. Non adsentior. E superiore capitis vulnerata parte prolabebatur s. defluebat sanguis. Cur vero meliore ordine cum cod. *δ*. *prolapsum sanguinem capite detergens* legi debere Oud. censuerit, non assequor. *sanguine* P. *deprecatur* F. 1. (in coll. Lindenbrog.) 3. G. 1. O. f. p. B. edd. vett. usque ad Colv. *precatur* G. 2. R. *δ*. D. L. Colv. et seqq.

ubi ducis. Beroaldus, Floridus aliique putant *ubi* pro *quo* hic dictum esse ad denotandam militarem imperitiam. Quod locum fortassis habere posset, inquit Oud., si adhuc latine loqui pergeret miles. Atqui iam haec *graece* subiecit et *ποῦ* scilicet pro *ποῖ* dixit. Sabin. in Thes. Crit. T. I. p. 1092. [Sed haec non faciunt ad dictionis latinae explicationem, quae ex graeca militis interrogatione explicari nequit. At apud posterioris potissimum aetatis scriptores non raro ex graeca dicendi consuetudine adverbia quietis in loco pro adverbiis motionis in locum dicta esse illustrant exempla Munk. ad Fulgent. Myth. p. 685. ad Lact. Planc. p. 804. et p. 880. *Mercurius ibi venit*; Barth. Advers. XXXIII. 5. p. 1512. Salm. ad Gallic. Avid. Cass. c. 9. T. I. p. 460. *evagandi ubi vellent potestatem dedit.* Intt. ad Tac. Ann. I. 22. Ita vice versa *quo* pro *ubi* cf. Munk. ad Hygin. Fab. p. 116. Hand. Tursell. T. III. p. 165. ad Met. VII. p. 485. *ibi memet proripio.*]

operae eius opus est. Difficile de constructione loci est iudicium, quia utrum *operae* an *opere* legatur, ex arbitrio pendet editoris, quum in Mss. utrumque per litterarum formas disiungi nequeat. *Opus esse* quin genitivo iungatur nemo est nostris temporibus qui dubitet cf. Dr. ad Liv. XXIII. 21. §. 5. XXII. 51. §. 3. Voss. Aristarch. T. III. p. 1056 sq. ibique Eckst. Oud. vero quum de hac constructione nondum satis constiterit, pronior est in lectionem *opera*, quam ex glossemate cod. d'Orv. habet. At vero *opere* non minus probari potest, quod utrumque vocabulum *opus* et *opera* saepius promiscue apud veteres usurpantur, et si quid veri vidit Doederl. Synonym. T. I. p. 113. ita inter se discrepant, ut *opus* de eo tantum labore dicatur, quem animal, servus, miles ex aliorum arbitrio et consilio perficiat, *opera* vero semper liberae voluntatis sit. In cett. quae inveniuntur apud Apuleium locis ubique aut cum ablativo rei non adiuncta persona, aut dativo personae addito construitur. Sed omnes hos locos in minoribus scriptis legi considerandum est, quae usitatiorem dicendi rationem magis sequuntur, quam Metamorphoseon libri. In his nullus praeter nostrum locus est, quo *opus est* legitur. Equidem ad lectionem *operae* magis inclino et hoc ipsum, ut repetitionem vocis *opus* evitem.]

deprecatur. Sunt qui *precatur* simplex praeferant, sed *deprecatur*, quod optimis codd. confirmatur, est valde precatur. Uti enim in multis compositis, sic in hoc quoque verbo *de* praepositio auget significationis vim, sive sensu averruncationis sive accipiendi; cf. ad

civilius atque | mansuetius versari commilitonem, idque per spes prosperas 669
eius orabat adiurans. Nam et hic ipse, aiebat, iners asellus et nihilominus morbo detestabili caducus vix etiam paucos olerum manipulos de proximo hortulo solet anhelitu languido fatigatus subvehere; nedum ut rebus amplioribus idoneus videatur gerulus.

consultius pro *mansuetius* f. teste Roaldo; Oud. in excerptis invenit *consuetius*. *per spes et prosperas* G. 1. O. *per spes proximas* f., quod Roald. defendit explicans: significat *liberos*, per quorum capita et salutem adiurabat. Sed nimis contorte. *prosperias* p. *prospera* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. *haec ipse* L. et edd. ante Colv. *hoc* J. Citra necessitatem Pricaeus malebat *iste*. *nichilo* *morbo* G. 2. D. *morbaque* p. *virque* pro *vir etiam* P. *maniculos* F. 1. in coll. Lind. F. 3. G. 1. 2. P. D. In cett. *manipulos*. *de* non esse in B. dicit Elm. At in coll. Mod. praepositio non exulat. *hortulo* P. non agnoscit teste Elm. cum edd. vett. ante Colv. praeter Iunt. 2., etiam Oud. omissionem praetulit, sed Ruhnk. non obsecutus est. *subruere* G. 2. P. D. *ut* in B. non est. *nedȳ* pro *nedum* *ut* D. *ut a rebus* p. *videat* P.

Met. V. p. 342. ut Hirt. B. Afr. X. c. 32. §. 3. *qua supplices dominantem deprecati sunt*, Afr. 85. §. 9. *deprecante, eis uti parceret*; Suet. Caes. 29. *Senatum litteris deprecatus est*; Dict. Cret. II. 6. *ut viriliter incommodum ferret, deprecabantur* cf. Dav. ad Caes. B. G. I. 9. Miscell. a. 1741. p. 63. [Ac sic prae ceteris Apuleius loquitur: Met. II. p. 161. *vitae spatium deprecamur*. p. 184; III. p. 219. IV. p. 264. p. 305. VI. p. 385. VIII. p. 534. 536. 562. IX. p. 627. X. p. 651. XI. p. 752. p. 808. Apol. p. 528. *deprecatoribus*, p. 549. p. 598. p. 602. Florid. p. 30. Uno tantum Met. IX. p. 637. loco habet significationem devovendi et imprecandi: *diras devotiones deprecata*. cf. Ded. Gloss. ad Dict. Cret. II. 6. p. 274. Bach. ad Ovid. Met. II. 98. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. II. 18. p. 11. ad Suet. Caes. 29. p. 51.]

versari. [Hoc vocabulo utuntur veteres pro *agere se, gerere*, praeceteris sequior latinitas cf. Ded. ad Dict. Cret. II. 5. Gloss. p. 273. Met. II. p. 138. *quam commode versaris in nostra patria*.]

nihilominus. [Haec particula saepius est affirmantis cf. Munk. ad Fulgent. p. 690. p. 675. et 722. ed. Stav. Ita explico Met. VII. p. 494: *moriturus equidem nihilominus, sed moriturus integer*.]

caducus. [cf. Barth. Advers. VII. 19. p. 350. qui de vocis significatione, et de totius loci metrica ratione sc. iambica fusius disserit. Prius enim enuntiatum: *iners asellus et nihilominus morbo* esse Choriambum; alterum: *de proximo hortulo solet anhelitu* esse Senarium; cetera trochaeos alludere.]

de proximo hortulo. *Hortulo* carent edd. Colv. priores praeter Iunt. 2., quacum Mss. ducibus ille et seqq. eam vocem addiderunt. Sed multo rectius, inquit Oud., abesse mihi videtur, ne sibi ipse obloquatur hortulanus, qui ne sciret miles ipsum ad suos ire hortos finxerat, se proximam civitatem petere. Inepte nunc igitur meminisset hortuli sui, quem miles iste non debebat scire a se possideri. Bene itaque Elm. et Scriver. uncinulis incluserunt a nasutulis e praecedenti insutam vocem. Absolute, ut alia, saepe *de proximo* solent efferre veteres cf. Burm. ad Suet. Iul. c. 8. Dr. ad Liv. III. 9. Cort. ad Plin. Epist. IX. 39. Apul. Met. II. p. 92. *de proximo latratus ingruerit*; IV. p. 78. *de proximo congerunt*. [Sed totum locum interpretes non capiebant. *Proximus* enim *hortulus* est, quia via, quam conficere debet asinus olera ad urbem portans, minimum spatii habet. *Proximus* igitur est valde propinquus, non qui omnium hortulorum qui circumiacent ad militem est proximus. *Hortulanum* vero esse hunc rusticanum ex eo miles, quod olerum manipulos commemoravit, poterat intelligere. *Proxima* vero *civitas* est, ubi hortulanus degit. cf. p. 671.]

nedum ut. Bertin. omittit *ut* particulam; attamen Apuleius *ut* addidit etiam Met. V. p. 341, *nedum ut genitoribus ... differamus praeconium*. cf. ad Florid. p. 76.

Digitized by Google

CAPUT XL.

Sed ubi nullis precibus mitigari militem magisque in suam perniciem advertit efferari, iamque inversa vite de vastiore nodulo cerebrum suum diffindere, currit ad extrema subsidia, simulansque *e re* ad commovendam miserationem
670 genua eius velle contingere, | summissus atque incurvatus arreptis eius utrisque pedibus sublimem elatum terrae graviter applodit, et statim qua pugnis, qua

efferatum δ. indiversa vite G. 2. P. D. *vice* ut supra G. 1. O. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *de* exulat a B. *devastiore* iunctim scribunt G. 1. D. L., unde Colv. *devastus* noviter dictum esse suspicatus est. Sed cf. ad Met. IV. p. 186.; *de* habet vim praepositionis *per* vel ablativi quem dicunt instrumentali, unde nonnulli superfluam esse eam existimant. Ita etiam Elm. et Vulc. 2. edd. *devastiore* legunt, nec librarius meus in F. 3. seiuncta legi haec vocabula adnotavit, quae res non tanti momenti est. *nudulo* G. 1. 2. O. P. *nulodulo*, punctis syllabae *lo* ab eadem manu subscriptis D. *crebrum* G. 1. Venet. 4. *diffundere* G. 2. L. D. *diffidere* in G. 1. et O. extare scribit Oud. Certe in G. 1. aperte *diffindere* legitur, ut de scriptura etiam O. haesitare nos consentaneum sit. *simulans quaerere ad* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. L. *δ. π.* edd. vett. *simulae quaerere* B. teste Elm., sed ex Mod. collat. habet *simulans querere. simulansque* Beroald. Colin. et Ruhnk. suo periculo recepit, quum Oud. *simulansque e re* probasset. *Simulansque* etiam in R. *f. φ. β.* M. legi Oud. inde fit probabile, quod horum codd. nulla enotata sit lectionis diversitas. *movendam* P. *velle* non comparet in G. 1. 2. O. P. D. *tangere* G. 1. 2. O. P. D. R. f. L. *δ.* Verba *submissus atque incurvatus* non comparent in G. 1. 2. O. L. D. *arteptis* G. 2. *utrisque pedibus* F. 3. G. 1. 2. P. D. *δ. f.* In cett. *pedibus utrisque. sublime δ.*, quod Oud. probatum Ruhnken. in textum admisit. In cett. codd. et edd. omnibus *sublimem. certe* pro *terrae* p.

Cap. XL. *de vastiore nodulo.* Colvius est, nonnullas editiones occupavit, postqui praepositionem *de* aegre ferebat, *devastiore*, quod ad analogiam vocis *deparcus* formatum esset, iunctim scribi voluit, ab Oud. iam vituperatus, qui hic ut aliis locis quibus hanc praepositionem explicare sua ratione non potuit, abundare eam pronuntiavit. [Sed cf. ad Met. VIII. p. 528. *de nomine ipso temerarius.* Lipsius de Milit. V. dial. 18. Colvii coniecturam amplexus est, *nodosas* demonstrans vites elegisse centuriones ad ictum validiorem.]

diffindere. Intelligit caput ita verberatum iri, ut cerebrum quoque dissecetur vel ex eo diffundatur, unde sunt, qui lectionem nonnullorum codd. *diffundere* comprobent; sed cf. ad Met. IV. 266. Forsitan huc retrahendum esse verbum, quod versu sequenti satis otiosum sit, sententia est Oud., licet concedentis, crebro verba *volo, possum, debeo* per ellipsin solere omitti. [Qua ellipsi ne opus quidem est. Tam vehementer enim verberavit miles gregarius, ut hortulanus caput iam vulneratum esse sentiret.]

simulansque e re. Simulansque, quod inde a Beroaldo, cuius mera coniectura est, nonnullas editiones occupavit, postposui emendationi Stewechii *simulansque e re*, quae omnium maxime vestigiis optimorum codd. respondet, et ad loci quoque sententiam aptissima est. Cum Oud. enim facere nequeo, qui quod nulla e codd. Reg. Fux. aliis enotata esset varia lectio, *simulansque* codd. istorum esse lectionem pronuntiavit. Oud. vero Stewechii emendationem comprobavit, licet ipse *quaerere* stare hic posse affirmaverit, dummodo *velle* eiiceretur; ut *quaerere* tum pro *conari* dictum esset. Levi mutatione etiam *simulansque sese*, quae coniectura est Ger. Vossii et Salmas. constitui posse. Sed quam frigidae sint hae emendandi rationes quisque intelligit. De significatione dictionis *e re* cf. supra p. 602. De more deprecantium, contingendi genua fusius exponit Stewech.; cuius exempla enumerare longum est. Res enim hodie est notissima. [cf. Intt. ad Arnob. VI. 16. T. II. p. 379. Orell. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. p. 37. ad Sueton. Tiber. 27. p. 228. Intt. ad Ovid. Met. IX. 606.]

sublimem elatum. Male Sopingius sui libri orae adscripsit *elisum.* Terent.

cubitis, qua morsibus, etiam de via lapide correcto totam faciem manusque eius et latera converberat. Nec ille | ut primum humi supinatus est, vel repugnare 671
vel omnino munire se potuit, sed plane identidem comminabatur, si surrexisset, sese concisurum eum machaera sua frustatim. Quo sermone eius commonefactus hortulanus eripit ei spatham, eaque longissime abiecta rursum saeviori-

etiam de vico F. 1. in excerptis Lindenbrogii. *tñ faciem* P. *tn faciem* G. 1. 2. D. *tum faciem eius manus eius* O. *magnusque* D. *et* ante *latera* non habent Iunt. 1. 2. Ald. *glaterat et converterat et lacerat* ex P. cod. excerptis ad marg. edit. Colv. eruo. Sed primum et ultimum tantummodo vocabulum aperte a me legi poterant, secundum tam obscure est perscriptum, ut ex vestigiis tantum ductus calami ita enotare liceret. Manus est Putschii. Non *laterat et converberat* est in G. 2. sed *et laterat converberat*, unde verisimile est, non prius at posterius in P. scribi. Gruter. marg. adlevit *lacerat et converberat*. *ut primo* coll. Voss. *resurrexisset* F. 1. in coll. Lind. G. 2. P. D. p. Klm. Scriv. Florid. In cett. *surrexisset*, quod quum probasset Oud., Ruhnk. tamen non correxit. *surrexirset* G. 1. *sua* non habent B. p. et edd. ante Colv., qui tacite addidit e L. *frustratim* G. 2. P. D. *frustratum* δ. *comune factus* G. 1. *commovens* D. *arripit* G. 1. a m. eadem in *eripit* correctum. *spatam* nec *spathum*, scriptum inveni in G. 1. 2. D. δ. Vicent. Venet. 2., ut semper in iis libris. *abieta* Venet. 4. *rursum* F. 3. G. 1. 2. D. f. In cett. *rursis*. *senioribus* D.

Andr. V. 3. 19. *sublimem hunc intra cape*. Optime vero in cod. d'Orvill. legi *sublime*, opinio est Oud., quam his exemplis munit: Virg. Georg. I. 320. III. 108. Val. Max. VI. in fin., conf. sua dict. ad Iul. Obseq. c. 101. ad Sil. Ital. IV. 144., idque saepius in Apuleii libris corruptum esse sibi persuasit, de quibus locis monebimus, sicubi ad eos perventum fuerit. [Sed male. Quum enim utrumque ferri queat, ex codd. auctoritate de alterutra lectione diiudicandum est, quod confiteri debemus eo difficilius esse, quum omissione vel additione virgulae, qua *m* finale indicatur, nihil sit frequentius. *Sublime* idem Oud. coniecerat Met. III. p. 176. pro *sublimi suggestu*; cf. Ruhnk. dict. ad Ovid. Heroid. p. 125. Moser. ad Cic. Tuscul. I. 43. p. 439. II. 10. p. 478. In cett. omnibus Apuleii locis, quantum video et ex codd. potest intelligi, *sublime* neutrum legitur, quae caussa est, cur *sublimem* hic eo magis retineam, nam difficilior lectio est atque inusitatior; cf. de Dogm. Plat. I. p. 208., de Mundo p. 143., qui versus ex Lucretio deprompti sunt, et Florid. p. 109. Eandem de hoc loco sententiam Oud. iam in Miscell. Observ. Vol. III. T. I. p. 139. exposuerat.]

qua. [Elm. in indice explicat *qua — tam* coll. Tertull. de Anim. c. 9. *qua immortalem et ineffigiatam, qua indissolubilem*, ita enim legendum esse, neque *quam*, quam lectionem in omnibus edd. expressam vidi. At potius *cum — tum* significat adverbium et apud optimos quosque scriptores in usu est. Plaut. Mil. Gl. IV. 3. 20. *qui consectare qua mares, qua feminas*; IV. 9. 15. *eum odere qua viri, qua mulieres*; Trin. IV. 3. 37. *qua sacrum, qua publicum*; Fronto ad Aurel. Epist. II. 1. p. 37. ed. Mai: *vale et me, obsecro, omnimodo ames qua ioco qua serio*: Gronov. Observ. p. 535.]

surrexisset. Auctoritate aliquot codd. eorumque bonorum Elm. cum Florid. et Scriv. rescripsit *resurrexisset*, quod multis Apuleii locis defendi potest, nec per se difficultatis quid habet. Sed bene admonet Oud., in hoc quidem sententiarum nexu plane eadem esse, excitans Suet. exemplum Vespas. c. 5. et Domit. 1., quorum uno loco eadem arbor eversa dicatur *surrexisse*, altero *resurrexisse*. [Ego fidem optimorum codd. secutus restitui genuinam lectionem, alteram pro interpolatione librariorum habens. Hunc totum locum commemoravit Heins. Advers. III. 1. p. 398.]

machaera sua. [De *machaera* cf. Donat. ad Liv. VII. 24. §. 3; qui hunc locum excitavit. *Sua* ex optimis Mss. addendum est, ex more Apuleii, a librariis perquam neglecto, pronomina apponendi possessiva eo rerum nexu, quo abesse ea malunt alii; cf. ad Met. I. p. 19. *mea gula*.]

Digitized by Google

bus eum plagis aggreditur. Nec ille prostratus et praeventus vulneribus ullum reperire saluti quiens subsidium, quod solum restabat, simulat sese mortuum. Tunc spatham illam secum asportans hortulanus inscenso me concito gradu recta festinat ad civitatem, nec hortulum suum saltem curans invisere, ad quempiam sibi devertit familiarem. Cunctisque enarratis deprecatur periclitanti sibi terret auxilium, seque cum suo sibi asino tantisper occultaret, quoad celatus spatio bidui triduive capitalem causam evaderet. Nec oblitus ille veteris amicitiae prompte suscipit, meque per scalas complicitis pedibus in superius
672 coenaculum attracto, | hortulanus deorsus in ipsa tabernula derepit in quamdam cistulam, supergesto *delitiscentem lorificio.*

cum plagis L. *et praeventus* F. 3. G. 1. 2. *δ*. In cett. *ac praeventus*. *ac praemovens vulneribus* B. *saluti quiens subsid.* F. 3. *δ. f. salutis quiens* G. 1. *quiens salutis* F. 1. in coll. Lind. O. In cett. *quiens saluti*. *simulans* G. 1. *asportans* Mss. omnes habere testis est Oud. Certe inveni in F. 3. G. 1. 2. D. *adportans* vel *apportans* edd. ante Colv. *adsportans* ed. pr. Vic. Venet. 2. *absportans* quod Oud. scribi iussit, Ruhnk. dedit. *insceno me* G. 1. *insenso me δ. incenso me* Scriver. cf. supra p. 667. *me* abest ab Edd. Iunt. 1. Ald. *recta* F. 3. G. 1. 2. P. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) p. φ. Iunt. 2. Wow. et seqq. In cett. *recte*. cf. Met. VI. p. 412. *saltem* non comparet in O. *etiam visere* G. 2. D. *inviscere* G. 1. *divertit* f. et edd. recentt. contra sententiam. *vertit* G. 1. *cunctisque enarratis* F. 1. 3. φ. *δ*. f. Elm. Florid. et probatum Oud., quamquam a Ruhnk. non receptum. cf. Met. VII. p. 449. ubi itidem variant codd. *etiam narratis* P. *deprecatum* p. *referret δ. quo adcelatus* G. 1. *triduique* O. G. 1. *triduave* D. *pronte* G. 1. *suscepit* Scriver. *superius* exulat a f. *actracto* G. 1. *deorsus*. Scipio Gentilis commentario suo in huius auctoris Apol. p. 290. hunc locum sic legebat: *H. detorsus in ipsam tabernam clam direpsit*. *tabernacula* G. 1. 2. D. R. f. *δ*. edd. inde a Beroald. usque ad Wow. A Lindenbrog. nil emendatum est. *tabernula* aperte F. 3. B. p. φ. *β*. edd. vett. et recentt. inde a Wower. *diripit* O. *direpit* Mss. omnes et edd. vett. Colv. Vulc. 2. habere dicit Oud. Certe inveni in G. 1. 2. D. *derepit* Sciopp. Pric. Elm. Scriv. Florid. *et* quod ante *supergesto* legunt aliquot codd. et omnes edd. non est in F. 3. G. 1. 2. O. P. D. *superiecto* emendat Pric. et Ruhnk. contra Oud. *delitiscenti lorificio* F. 3. *delitescenti lorifitio* G. 1. O. *delicti scenici torrificio* G. 2. D. *delicti scevo terrificio* P. *torrificio* Coll. Voss. *torificio* ex F. 1. enotat Elm. sed in coll. Lind. nil emendatum est. Ceteri codd. et edd. omnes *et supergesto delitescit orificio.*

praeventus vulneribus. Mirum quomodo corrupta Bert. cod. lectio tot VV. DD. emendationes provocare potuerit. Sciopp. in Symb. emendavit: *ac paene moriens*, Brant. *cruentus vulneribus*, Pontan. Analect. II. 15. *praemeniens.* Omnes male, ut liquido ostendit Pric. Nam *praeventum* Apuleius *occupatum* vel *impeditum* vocat; cf. Met. X. p. 722: *insit matribus pietate praeventa descivit ab obsequio mariti;* et p. 699: *Si vero peremptus, si morte praeventus est;* Firm. advers. Mathem. VIII. 26: *Multarum mulierum amore praeventos.*

superius coenaculum. Multis ad loci nostri explicationem minime aptis verbis quid sit *coenaculum* exponit Roaldus. Ea enim magis ad earum rationem diversisque temporibus diversam aedificationem pertinent, quibus omnibus demonstrare studet, *coenacula*, *moeniana*, et *pergulas* eadem fuisse. *Superius coenaculum* est *ὑπερῷον*, *ἀνώγειον*. cf. Salm. ad Solin. p. 708. Wessel. Observ. I. 18 Comment. ad Caes. B. C. VII. 28.

deorsus. Gentilis in commentario in Apol. p. 290. *detorsus* hic pro *deorsus* scribit, quod nempe in cistas et talia correpentes comprimere se soleant et contorquere. Sed nimis quam putide et nugaciter.

supergesto delitiscentem lorificio. [Ita scripsi ex optima Bernhardyi emendatione, cuius doctrinam de loco dubius in consilium vocavi. Quum enim optimi codd. *et* ante *supergesto* omittentes, *delitiscenti* vel *delitescenti* scribant, ex ceterorumque corruptelis fere idem eruatur, non dubitat *delitiscentem* corrigere, quod *delitiscentē* scriptum propter ablativi vicinitatem virgula omissa in *delitiscente*, tum in *delitiscenti* abierit. *Orificium* vero, quod omnes interpretes probant, cistulae operculum significare non posse, cuique patet, qui huius vocabuli vim accuratius pernovit. Est enim ubique vel angustus aditus.

CAPUT XLI.

At miles ille, ut postea | didici, tandem velut emersus gravi crapula, 672
nutabundus tamen et tot plagarum dolore saucius, baculoque se vix sustinens civitatem adventat, confususque de impotentia deque inertia sua quicquam ad

milex G. 1. *dediti* pro *didici* δ. *emersus e graci* φ. p. Wow. Prie. Sed lib. II. init.: *et somno simul emersus et lectulo. mirabundus* L., unde Brantius fabricavit *maerebundus. vitabundus* G. 1. *que* post *baculo* non comparet in B. p. et edd. vett. usque ad Colv. *se* in G. 1. super contexiu, ut videtur, ab eadem manu scriptum est. *in*, quod ante *civitatem* in edd. inde a Colv. qui primus intrudit comparet, in F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. O. p. f. p. δ. Coll. Voss. desideratur, et verisimile mihi quidem est, in nullo codice ita legi, sed emendationem potius hanc esse Colvii, qui mirum est, quomodo contra Apulei genium ita agere potuerit. Saepius enim observari Apuleium potest ad verba quae motum significant omissa praepositione ponere simplicem accusativum; cf. Met. I. p. 24. *si Thessaliam proximam civitatem perveneritis.*

vel lagenae et urnulae quasi rostrum s. myxa. *Opificio*, quod prius Bernhardyo in mentem venerat, quia *r* et *p* litterae in Mss. saepius confunderentur, ideo ipsi non sufficit, quod ita qui *t* littera in *torificio* exorta sit, non explicetur. Hinc emendat *lorificio* de cistula, quae superiniectis loris aliisque id genus utensilibus abdita erat. Ita optime totius loci sententia restituitur. *Delitiscentem* nec *delitescentem* scripsi ex auctoritate optimi cod. F. 3. cf. Beier. ad orat. pro Tull. §. 33. Ita *aduliscere* habent Gloss. Lat. Graec. p. 240. *aduliscens aduliscentula*, nec aliter *longisco* et similia.]

lorificio. [Lucianus hanc totam narrationem ita exponit; omissis omnibus iis, quae de viro divite, hortulani hospite, eiusque familiae interitu misero Apuleius exposuit c. 44: *καὶ πότε ἐξιόντων ἡμῶν ἐς τὸν κῆπον ἐντυγχάνει ἀνὴρ γενναῖος στρατιώτου στολὴν ἠμφιεσμένος καὶ τὰ μὲν πρῶτα λαλεῖ πρὸς ἡμᾶς τῇ Ἰταλῶν φωνῇ, καὶ ἤρετο τὸν κηπουρὸν, ὅποι* (ὅπου hic praefero) *ἀπάγει τὸν ὄνον ἐμέ· ὁ δὲ, οἶμαι, τῆς φωνῆς ἀνόητος ὢν, οὐδὲν ἀπεκρίνατο· ὁ δὲ ὀργιζόμενος, ὡς ὑπερορώμενος, παίει τῇ μάστιγι τὸν κηπουρόν. κακεῖνος συμπλέκεται αὐτῷ καὶ ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν ὁδὸν ὑποσπάσας ἐκτείνει, καὶ κείμενον ἔπαιεν οὕτω καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ καὶ λίθῳ τῷ ἐκ τῆς ὁδοῦ· ὁ δὲ τὰ πρῶτα καὶ ἀντεμάχετο καὶ ἠπείλει, εἰ ἀναστείλῃ, ἀποκτενεῖν τῇ μαχαίρᾳ· ὁ δὲ ὥσπερ ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου διδαχθεὶς τὸ ἀκινδυνότατον, ἁπᾶ τὴν μάχαιραν αὐτοῦ καὶ ῥίπτει πόρρω, εἶτα αὖθις ἔπαιε κείμενον· ὁ δὲ τὸ κακὸν ὁρῶν ἤδη ἀφόρητον ψεύδεται ὡς τεθνηκὼς ἐν ταῖς πληγαῖς· ὁ δὲ δείσας ἐπὶ τούτῳ τὸν μὲν αὐτοῦ, ὡς εἶχε, κείμενον ἀπολείπει, τὴν δὲ μάχαιραν βασταάσας ἐπ' ἐμοὶ ἤλαυνεν ἐς τὴν πόλιν.* [c. 45.] *Ὡς δὲ ἤλθομεν, τὸν μὲν κῆπον αὐτοῦ συνεργῷ τινι ἐπέδωκε γεωργεῖν· αὐτὸς δὲ τὸν κίνδυνον τὸν ἐκ τῆς ὁδοῦ δεδιὼς κρύπτεται ἅμα ἐμοὶ πρός τινος τῶν ἐν ἄστει συνήθων· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ δόξαν αὐτοῖς οὕτω ποιοῦσι· τὸν μὲν ἐμὸν δεσπότην κιβωτῷ ἐνέκρυψαν, ἐμὲ δὲ ἀράμενοι ἐκ τῶν ποδῶν κομίζουσιν ἄνω τῇ κλίμακι ἐς οἴκημα ὑπερῷον, κἀκεῖ μὲ ἄνω συγκλείουσιν.*]

Cap. XLI. *inertia.* [*Iners* quum proprie significet eum, in quo nulla ars est, non solum ineptum notat et stolidum sed si ad animum et vires retuleris, etiam impotentem atque imbellem. cf. Iutt. ad Horat. Epist. I. 1. 33. I. 5. 17. *ad proelia tradit inertem.* Sat. II. 6. 61. De tota vero enuntiationis explicatione fere omnes interpretes ne verbum quidem proferunt. Unus Beroaldus explicat idque male *impotentiam* de imbecillitate, de infirmitate, qua interpretatione se totum locum non intellexisse apertissime confirmat. Opponuntur vero sibi *impotentia*, quae hic est effrenata illa libido militis et inhumana crudelitas, quae temperare sibi nequit, cf. Barth. Advers. XXXIV. 15. p. 1572., et *inertia*, quae est *ignavia*. *Confusus*

Digitized by Google

quemquam referre popularium, sed tacitus iniuriam devorans, quosdam commilitones nanctus tum clades enarrat suas. Placuit, ut ipse quidem contubernio se tantisper absconderet; nam praeter propriam contumeliam militaris etiam sacramenti genium ob amissam spatham verebatur; ipsi autem signis nostris enotatis investigationi vindictaeque sedulam darent operam. Nec defuit vicinus perfidus, qui nos illico occultari nuntiaret. Tum commilitones accersitis ma-

iuriam pro *iniuriam* Vicent. vitiose. *devorans* Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. (Sed in Iunt. 2. inter typothetarum errores correctum est.) *nanctus* F. 3. ex quo scripturam meam dedi. In cett. omnibus *nactus*. *istas*, quod ante *tum* in multis codd. et edd. legitur, non comparet in F. 3. G. 1. 2. O. P. D. unde pro interpretamento potius librarii habuerim. *tum* F. 3. ed. Scriv. *cum* pro *tum* solita aberratione G. 2. P. D. *tamen* pro *tum* (*tñ* et *tm̃*) G. 1. R. f. d. *istam tamen cladem suam* φ. p. *istam tunc cladem enarrat suam* edd. vett. Pluralem praeferunt edd. inde a Colv. et fere omnes codd. *se* non comparet in P. *praeter* a P. exulat. *saera genium* L. *sacrari genium* R. f. cf. Barth. Advers. XXXII. 6. (quae corruptela ex compendio scribendi *sac̃mti* nata est.) *sacramenti gremnti* G. 1. *admissam d. missam* p. *verberat* L. *ne* Venet. 4. *desinit* Bas. *definit* Venet. 4. *fuit* Vulc. 2. *illic* Wow. Pric. Florid. *nuntiaret occultari* f. *tunc* Iunt. 1. Ald. D. *commilitiones* Scriver. *accersitis* Ruhnk. dedit.

dein significat eum, qui pudore perturbatus est, ut aliquoties legitur apud veteres scriptores, cf. Liv. XXX. 15. §. 1. *Masinissa ex praetorio in tabernaculum suum confusus concessit*, Sulpic. Sever. de vit. D. Mart. 16. *Qua ille voce confusus obstupuit*; ita explicari etiam possunt loci Met. II. p. 141. *qui cunctorum obstinatione confusus.* et Met. IX. p. 659. *multorum praesentia territus vel etiam confusus.* Hinc consentaneum est, quam recte Florid. hunc locum his verbis circumscripserit: et veritus ulli civium narrare quidpiam de sua violentia et simul ignavia; et Rohdius: *Allein da er sich schämte, von seiner Impertinenz und Bärenhäuterei irgend Jemand von den Stadtleuten etwas merken zu lassen.*]

tum clades enarrat suas. Singularem numerum, qui ante Colvium circumferebatur, e similibus Apuleii exemplis praefert Pric. existimans, etiam sic in Mss. legi. Verum soli Ursini et Pithoei Codd. ita habent: In cett. est pluralis, qui aliquoties in simili re ab Apuleio usurpatur, cf. Met. VII. p. 481. *post tantas clades meas.* IX. p. 658. *magnas et postremas domino illi fundorum clades annuntians* et saepius. [Oud. minus eleganter hanc numerorum permutationem ita explicat, ut *istis* ab auctore scriptum fuerit, quod quum abierit postea in *istas*, librarios hinc *cladem suam* etiam in pluralem commutasse. Ego potius ita velim: Quia *clades* plurali numero librarii et interpretes putabant tantummodo de pluribus dici, neque vero de una ista militis calamitate, textum pro more suo corruperunt. Sed hic pluralis de una iactura et damno etiam apud alios saepissime in usu est, cf. Lex. et Intt. ad Ovid. Met. IX. 176. *Istas* quoque, quod in optimis codd. omittitur, librarii additamentum est.]

sacramenti genium i. e. genium imperatoris, per quem miles iuraverat; cf. infra.

ob amissam spatham. Floridus haec adnotat: Paulus L. *Qui commeatus* 14 ff. de Re Militari §. 1.: *Arma alienasse grave crimen est et ea culpa desertioni exaequatur; utique si tota alienavit, sed et si partem eorum, nisi quod interest, nam si tibiale vel humerale alienavit, castigari verberibus debet, si vero loricam, scutum, galeam, gladium, desertori similis est.* Unde non male inferas armorum amissione, quae desertioni est similis, violari militare sacramentum, quo iurant milites, se nunquam militiam deserturos. [cf. Barth. Advers. LIII. 9. p. 2494.]

illico. [Haec particula hoc loco nativa sua dictum est significatione pro: in eo ipso loco cf. Hand. Tursell. T. III. p. 208. unde male Wow. et Pric. *illico* in *illic* commutarunt. Exempla, quae huc faciunt, ab Handio ad l. c. quantum scio omnia sunt enumerata.]

gistratibus mentiuntur, sése multi pretii vasculum argenteum praesidis in via perdidisse, idque hortulanum quemdam reperisse, nec velle restituere, sed apud familiarem quemdam sibi delitescere. Tunc magistratus cum damno praesidis nomine cognito veniunt ad deversorii nostri fores, claraque voce
| denuntiant hospiti nostro, nos quos occultaret apud se certo certius dedere 674
potius, quam discrimen proprii subiret capitis. Nec ille tantillum conterritus salutique studens eius quem in suam receperat fidem, quicquam de nobis fatetur, ac diebus plusculis nec vidisse quidem illum hortulanum contendit. Contra commilitones ibi nec uspiam illum delitescere adiurantes genium principis con-

sese non comparet in *δ*. *vasculum argentrum* G. 1. *argentum* P. *p̄tii* (non *pretiā* ut in Oud. excerptis erat) pro *praesidis* G. 1. *in viam* G. 1. *deperdidisse δ*. cf. Oud. ad Caes. B. G. III. 28. *atque* G. 1. O. pro *idque*. *reddere* pro *reperisse δ*. Verba inde a *reperisse* usque ad *sibi* non comparent in p. *quemdam* exstat a G. 1. 2. P. O. D., quod Oud. probat, quia sequatur *familiarem quemdam*. (Sed cf. p. 655. *nocte quadam pater familias quidam*. Forsitan *quemdam* etiam errore librariorum omitti poterat, quia idem pronomen in duabus his lineis fere infra se positum facilius eos decipere potuit. Haec certe viri docti est sententia, at multo improbabilior. Ita enim quae inter utrumque pronomen interposita leguntur verba omisisse librarios verisimilius esset.) *et damno praesidis nomine cognito* F. 3. aliique codd. cum edd. *et damno praesidis et nomine cognito* G. 2. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. *eondamno praesidis nomine cognito* G. 1. *δ*., quod Oud. probatum ab Ruhnk. in textum admissum est. *nōn* pro *nomine* O. (ex vitiosa compendii scriptura *nōe s. noīe* pro *nomine*.) *diversoris* F. 1. testibus Klm. et Lindenbrog. *diversorium* (nec *diversorum*, ut in Oud. excerptis erat) G. 1. *deversorii* G. 2. P. D. et sine dubio etiam alii. *caraque* Vicent. Venet. 2. *nos* G. 1. *occultare* Iunt. 2. Ald. *reddere* Coll. Voss. *dederet* ed. Scriver. *tantulum* irrepsit in ed. Wow. et hinc in Pric. cf. ad Met. III. p. 170. *ac ne praesentia quidem nostra tantillum conterritus*. *saluti studens* D. *receperit* R. f. *at diebus δ*. *nec vidisse* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) p. *δ*. f. D. edd. vett. usque ad Colvium, qui *non* restituit, quemque secuti sunt Vulc. Merc. Wow. Pric. Oud. quamquam lectionem optimorum codd. *nec* unice probaverat, Ruhnk. tamen in contextu stare *non* ex Vulc. 2. pro negligentia sua passus est. *quidem* abest G. 1. *commilitones* F. 1. 3. G. 1. 2. P. O. D. f. *δ*. p. Coll. Voss. Iunt. 2. *commilitiones* ed. Scriv. ut supra. In cett. *militones*. Primus Edd. *commilitones* restituit Wow., quem ceteri secuti sunt. *ubi* G. 2. D. *usquam iam* pro *uspiam* B. In coll. Mod. Klm. excitat *usque iam*. *gericum* pro *genium* G. 2. D. *genium* in G. 1. contextu non perscriptum sed lacuna unius vocabuli est. At vero in margine ab eadem manu *genium* suppletum est.

cum damno praesidis nomine cognito. Quum optimorum codd. lectio: *et damno praesidis nomine cognito* sana ratione explicari nequeat, Pricaeus coniicit legendum: *et damno et praesidis nomine cognito*, quam coniecturam postea Floridus pro more suam fecit. Hinc igitur inter lectiones codd. *et damno praesidis et nomine cognito*, et *cum damno praesidis nomine cognito* eligendum est. Ego posteriorem cum Oud. praetuli.

dedere. [Editio Scriver. praebet *dederet*, quae emendatio huius viri docti est, utramque lectionem *dedere* et *subiret* inter se componere volentis. Offendebat enim in variatione infinitivi et coniunctivi, quam Oud. ne commemoravit quidem, quamquam utramque dicendi rationem accuratissime vindicans. Nemo enim dubitabit, et infinitivus et coniunctivus verbo denuntiandi quin iungi possit. Frequentior est activi et passivi infinitivorum permutatio, rarior infinitivi et coniunctivi; cf. Liv. XXV. 15. §. 20. *Tib. Gracchum ex Lucanis cum equitatu ac levi armatura Beneventum venire iubent; legionibus stativisque ad obtinendas res in Lucanis aliquem praeficeret*, ad quem locum cf. Dr. Plura huius constructionis variatae apud Livium exempla praebet idem ad XXXIX. 14. §. 9.]

adiurantes genium principis. [Per genium Principis iurari coeptum est oppressa republica atque adeo post Iulii Caesaris caedem senatus decrevit *τὴν αὐτὴν ψυχὴν ὀμνύναι*. Huius formulae meminit Ulpian. Dig. XII. de Iure Iurando: *Si quis iuraverit in re pecuniaria per genium Principis dare se non oportere, vel intra certum tempus*

Digitized by Google

tendebant. Postremum magistratibus placuit, obstinate denegantem scrutinio detegere. Immissis itaque lictoribus ceterisque publicis ministeriis, angulatim cuncta sedulo perlustrari iubent; nec quisquam mortalium ac ne ipse quidem asinus intra limen comparere nuntiatur.

CAPUT XLII.

Tunc gliscit violentior utrimquesecus contentio militum, pro comperto de nobis asseverantium fidemque Caesaris idemtidem implorantium, ad illius

denegantes B. *denegante* f. *scruptinio* G. 1. 2. P. D.°*d. lictoribus* G. 2. aperte. *publice* G. 1. 2. D. *ministris* p. *d.* edd. vett. usque ad Colv. praeter Iunt. 2. quae habet *ministeris*, idemque habet B. in coll. Mod., quum Elm. ex eo *ministris* enotaverit. *compare* p. *apparere* L.

violenter G. 1. p. Iunt. 1. Ald. *utriusque secus d.* ed. pr. Vic. Venet. 2. 4. *utrumque secus* G. 1. p. N. Heins. malit *utrimsecus*. Sed cf. ad Met. II. p. 92. *canes utrimque secus deae latera muniunt. de* desideratur in p. *ad illius* F. 3. G. 1. 2. P. D. f. *d.* p. L. Colv. Merc. ed. pr. Wow. et Pric. *at illius* est vulgata lectio. Colvii emendatio est *ac illius*, quomodo N. Heins. etiam voluit ad Ovid. Met. V. 431. eandemque coniecturam proposuit vir doctus ad marg. ed. Vic. mrae. *ullius* L. f.

iuraverit soluturum nec solvit, Imperator noster cum patri rescripsit fustibus eum castigatum dimitti, et ita ei superindici προπετῶς μὴ ὄμνυε temere ne iura. Praeterea plura dabunt Putean. de Iureiur. Antiq. Iud. in Graev. Thes. T. V. p. 896. Hansen. de Iureiur. vett. c. 16. ibid. p. 841. Tomasin. de Donar. Vett. c. 8. in eiusd. l. c. T. XII. p. 793. Barth. Advers. XXXII. 6. p. 1472. Intt. ad Minuc. Fel. c. 29. §. 6. Lindenb. ad Cens. de D. N. c. 3. p. 18. Intt. ad Tert. Apol. c. 35. p. 29. C. Rigalt. Arntz. ad Plin. Paneg. c. 52. §. 6. p. 244. et Hartung. in libro: *Relig. der Röm.* T. I. p. 37. ann. ***]

obstinate denegantem scrutinio detegere. [Insolens est haec locutio, quae miror quod ne uni quidem interpretum offensioni esse potuerit. *Obstinate denegans* enim est hospes, qui hortulanum in fidem suam receperat, at quomodo ille detegi poterat, quum absconditus non esset? *Detegere* hic igitur necessarium est interpretemur *convincere*, vel *mendacia aperire*, qua quidem significatione vix alias reperies. Ita etiam Florid. in paraphrasi circumscripsit. Hinc itaque minime convenit coniectura, quam suasit vir doctus *obstinate denegatum.* De *scrutinio* cf. Intt. ad Petron. c. 47. Pith. Subs. II. 17.]

lictores. [Apuleius hoc loco eodem nomine ministros graeci magistratus *lictores* nominat, quo Dict. Cret. Troianos ministros et praecones, de quibus cf. Ded. ad eiusd. l. II. 33. Gloss. p. 298.]

nuntiatur. [Lucian. c. 45. *ὁ δὲ στρατιώτης ἐκ τῆς ὁδοῦ τότε μόλις ἐξαναστὰς, ὡς ἔφασαν, κεφηβαρῶν ταῖς πληγαῖς, ἦκεν εἰς τὴν πόλιν καὶ τοῖς στρατιώταις τοῖς σὺν αὐτῷ συντυχὼν λέγει τὴν ἀπόνοιαν τοῦ κηπουροῦ. οἱ δὲ σὺν αὐτῷ συνελθόντες μανθάνουσιν, ἔνθα ἦμεν κεκρυμμένοι καὶ παραλαμβάνουσι τοὺς τῆς πόλεως ἄρχοντας· οἱ δὲ εἴσω τινὰ πέμπουσιν τῶν ὑπηρετῶν καὶ τοὺς ἔνδον ἅπαντας προελθεῖν ἔξω κελεύουσιν· ὡς δὲ προῆλθον ὁ κηπουρὸς οὐδαμοῦ ἐφαίνετο, οἱ μὲν οὖν στρατιῶται ἔνδον ἔφασαν εἶναι τὸν κηπουρὸν, καμὲ τὸν ἐκείνου ὄνον· οἱ δὲ οὐδὲν ἄλλο ὑπολελεῖφθαι ἔλεγον, οὔτε ἄνθρωπον οὔτε ὄνον.*]

Cap. XLII. *ad illius.* [Plurimum de huius loci interpretatione desudarunt viri docti. Optimi codd. praebent *ad*, quod Colv., Vulc. ed. pr. Merc., et Pric. receperunt, quamquam caussam cur ita fecerint non addentes, hincque ab Oud. vituperati, qui capere non potest, quo sensu quave constructione ita ediderint. Ipse *at* legi mavult cum aliis de more librariorum, passim pro *ad: at*, uti *set* pro *sed*, *haut* pro *haud* scribentium. At ipse Oud. quomodo illud *at* hic stare possit, minime exponit, nec habet, quo hic defendi queat. Praeterea huic emendationi quamvis facillimae obstat libro-

negantis | assidueque deum numen obtestantis. Qua contentione et clamoso strepitu cognito, curiosus alioquin et inquieti procacitate praeditus asinus, dum obliquata cervice per quandam fenestrulam quidnam sibi vellet tumultus ille prospicere gestio, unus e commilitonibus, casu fortuito collimatis oculis ad umbram meam, cunctos testatur incoram. Magnus denique continuo clamor exortus est; et emensis protinus scalis iniecta manu quidam me velut captivum detrahunt. Iamque omni sublata contatione scrupulosius contemplantes singula, cista etiam illa revelata, repertum productumque et oblatum magistratibus miserum hortulanum poenas scilicet capite pensurum in publicum deducunt carcerem, summoque risu meum prospectum cavillari non | desinunt. Unde etiam de prospectu et umbra asini natum est frequens proverbium. 675

que post *assidue* non est in O. et δ. *domini* pro *deum* inepte edd. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. *obstentantis* G. 1. a m. p. *contione* pro *contatione* F. 3. *et* non comparet in O. *cognito* exulat a G. 1. *asinus praedictus obliquata* G. 1. *fenestratulam* δ. *fenestramulam* D. Alii dicunt *fenestrillam* et *fenestrellam*, quod etiam in Glossis. *collimatis*. Quibus in codd. Sciopp. invenerit *collineatis* nescio. Mei omnes, uti etiam Oud., codd. cum edd. vett. et vulgaribus dant *collimatis*, nisi quod in δ. sit *combinatis*, ex lectione aliquot codd. *conlimatis* corruptum. *magenus* D. *extortus* Vicent. Vix erat, quod Oud. tot exemplis hanc typothetarum errore, quibus scatet illa editio, profectam scripturam refutaret. Dictio est notissima. *continuo* abeat f. *et remensis* B. Scriv. contra scriptoris sententiam. Nam si antea milites scalas adscendissent, videntur iam in superiore coenaculo inventuri fuisse asinum. *emersis* G. 1. ed. pr. Vic. Venet. 2. 4. Paris. *quidem velut me* p. *velut ac captivum* Venet. 2. Iunt. 1, 2. Ald. *trahunt* φ. *Iam* omissa *que* particula δ. *fistula* pro *cista* δ. f. *cuncta* pro *cista* G. 1. *cista et illa* Venet. Iunt. 1. 2. Ald. *illa* non legitur in B. *revelatum oblatum* priore vocabulo lineola obducto G. 1. *capite* desideratur in edd. usque ad Colv. *capitis* δ. *nixu* pro *risu* O. habet pro varia lectione. *meum* omittitur in D. *meum prospectum* F. 1. 3. G. 1. 2. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) O. R. f. L. δ. D. In cett. *de meo prospectu*. *unde et* Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald.

rum auctoritas, qui h. l. in *ad* consentiunt, quique, quantum equidem omnes meos perscrutatus sum, numquam has particulas tam constanter inter se commutant, ut mirum esset, si ad unum omnes ita aberrarent. Nec melius est *ac*, quomodo N. Heins. etiam voluit ad Ovid. Met. V. 451. *Ac* enim satis latine non dici ante vocalem saepissime post alios iam a me monitum est. Hinc igitur retinenda est lectio *ad*, cuius constructionem ut intelligas, cogitatione necessarium est addatur ex praegressis substantivum *contentionem*, ut proprie ita dicendum fuisset: *Contentio militum asseverantium gliscit ad contentionem illius negantis. Ad* duplici ratione explicari potest aut ita, ut sit *adversus, contra*, quam vim frustra negavit Hand. Tursell. T. I. p. 84 sqq., aut ut graecorum πρὸς respondeat in rerum comparatione vel collocatione cum aliis rebus vel exemplis facta cf. Hand. ibid. p. 104 sqq. *Gliscit* enim sententiam continet comparativam et insuper vox *violentior*.]

collimatis. Scioppius in Symbolis putat legendum esse *collineatis* auctoritate codd. vetustissimorum, de quibus quid habendum sit, in adnot. crit. iam dictum est. Hanc lectionem his verbis defendit: *Collineare* est iaculum ad scopum aliquem dirigere, non autem tangere propositum, ut perperam non vulgi tantum putant, sed docti etiam viri, quorum Muretus fuit. cf. Gell. IX. 1. ubi cf. Gronov. Cic. de Fin. III. 6., cf. Vorst. de Lat. mer. susp. c. 23. Qui *collimare* probant, recte repetunt a substantivo *limus* s. a *limis* i. e. obliquis oculis: nam Glossae Vulc. p. 27. quamquam habent *collimare* στοχάζεσθαι, tamen ibi potius *collineare* s. *colliniare* legendum est. Haec enim vocabula fere semper inter se commutantur; ita in Florid. n. 7. p. 25. *delinearet* in cod. Lips. et nonnullis edd. abiit in *delimaret*. *Collimare* igitur est oculis limis aliquid intueri *von der Seite schauen*. Ita melius sententiae loci convenit.

de prospectu et umbra asini natum est frequens proverbium. Haec e glossa irrepsisse arbitratur Scriver,, cui ad-

sensum praebet Floridus. Oud. mavult Stewechii sententiam sequi, *de prospectu, ut de umbra asini* legentis, vel *et umbra* tanquam e glossa et veteri proverbio natum simpliciter delere, quia diserte Lucianus proverbium *ὄνου παρακύψεως* hinc ortum scribat. [Hoc mihi plane secus videtur, utrumque enim proverbium toti narrationi optime convenit, unum de curiositate asini, qui de coenaculo despexerat, alterum de umbra asini, ex qua deprehensus erat. Qui enim alterutro proverbio prolato, alterum statim in memoriam sibi revocare potuerint librarii, quorum ne unus quidem omittit, cogitari non potest. Nunc de sententia horum proverbiorum agatur. Beroaldus fusius ita explicat: Ex prospectu et umbra asini significat, ex re insperata saepe magnas res prodi atque manifestari adducique in discrimen, sicut ex prospectu asini detectus est et proditus hortulanus delitescens. Interpres Luciani proverbium hoc *ἐξ ὄνου παρακύψεως* parum eleganter interpretatur ex asino conspecto, cum fuerit dicendum ex asini prospectu, et docet Lucianus noster, apud Graecos celebre esse hoc proverbium de his qui ridicule calumniantur. Ferunt enim asinum fregisse vasa fictilia in figuli officina per fenestram prospicientem, unde asinus in ius vocatus a domino tabernae interrogatus cuius criminis insimularetur dixit: *ὄνου παρακύψεως*. Alii tradunt quod asino prospiciente aves evolarunt disruperuntque telam. Quapropter dominus telae asinarium in ius vocavit, qui rogatus quam ob caussam reus fieret dixit ex asini prospectu, unde natum est adagium. Haec prodit Beroaldus de hoc proverbio, de altero ita pergit: Alludit Apuleius ad proverbium alterum graecum *ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς*, quo uti solemus de iis, qui desiderant noscere futilia et frivola, cuius meminit Menander, Plato et alii. Ductum autem est proverbium ex fabula, qua traditur iuvenem conduxisse mercede asinum, et cum sub umbra asini per meridianum aestum quiescere vellet, exturbatum esse ab asinario asserente, se illi asinum tantum locasse non umbram, ex hoc ventum est in iudicium ab utroque; quod cum olim in iudicio caussae capitalis coram iudicibus fastidiosis recitasset Demosthenes, et illi mox expergefacti fabellae lepiditate cuperent noscere quis fuisset rei exitus, subiunxit orator oppido quam tempestiviter et scite: *ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς ἀκούειν, ὦ ἄνδρες, ἐπιθυμεῖτε, ἀνθρώπου δὲ κινδυνεύοντος ὑπὲρ ψυχῆς οὐδὲ τῆς φωνῆς ἀνέχεσθε.* Has easdem narrationes protulit Erasm. in Adag. Cent. III. p. 120. ed. Basil. 1551. et Floridus, pro more suo non addens Commentt. unde depromsit, ad verbum compilavit Beroaldum; cf. Scheffer. de Re Vehic. II. c. 2. in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. V. p. 1245. Intt. ad Petron. c. 63. p. 414; ubi in seqq. ex cod. lectione *cacritus* emendandum puto *practicus*.]

proverbium. [Lucian. c. 45. *θορύβου δὲ ἐν τῷ στενωπῷ καὶ πολλῆς βοῆς ἐκ τούτου γενομένης ὁ ἀγέρωχος καὶ πάντα περίεργος ἐγὼ βουλόμενος μαθεῖν, τίνες εἶεν οἱ βοῶντες διακύπτω ἄνωθεν κάτω διὰ τῆς θυρίδος· οἱ δέ με ἰδόντες εὐθὺς ἀνέκραγον· οἱ δὲ ἐαλώκεσαν ψευδῆ λέγοντες· καὶ οἱ ἄρχοντες εἴσω ἐλθόντες καὶ πάντα ἀνερευνῶντες εὑρίσκουσι τὸν ἐμὸν δεσπότην τῇ κιβωτῷ ἐγκείμενον καὶ λαβόντες τὸν μὲν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἔπεμψαν, λόγον τῶν τετολμημένων ὑφέξοντα· ἐμὲ δὲ κάτω βαστάσαντες τοῖς στρατιώταις παρέδωκαν· πάντες δὲ ἄσβεστον ἐγέλων ἐπὶ τῷ μηνύσαντι ἐκ τῶν ὑπερῴων καὶ προδόντι τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην, κἄκτοτε ἐξ ἐμοῦ πρώτου ἦλθεν εἰς ἀνθρώπους ὁ λόγος οὗτος· ἐξ ὄνου παρακύψεως.*]

LIBER X.

CAPUT I.

Die sequenti meus quidem dominus hortulanus quid egerit nescio: me 677
tamen miles ille, qui propter eximiam impotentiam pulcherrime vapularat, ab illo praesepio, nullo equidem contradicente, deductum abducit, atque a suo con-

hortulanus abest a L. idque recte de Colvii sententia, cui ex glossemate videtur fuisse exortum. Hinc Scriverius uncinulis inclusit. Ac repetita vox e praecedentis libri fine ad explicationem videri possit. Verum eodem modo Lucian. in eadem re c. 46: *τί μὲν ἔπαθεν ὁ κηπουρὸς ὁ ἡμὰς δεσπότης.* [Deinde mihi quidem probabilius videtur, eiecisse librarium hoc substantivum, quippe quod superfluum ei videretur esse, quam ex studio interpretationis additum ab aliis esse, quum hoc quidem loco quis ille esset dominus nemo librariorum dubitare, nec lectorem dubitaturum esse coniicere posset.] Ceterum sine libri novi distinctione uno tenore pergit f. *die quidem sequente dominus meus hortulanus* p. *milex* G. 1. pro more suo et D. *per* pro *propter* G. 2. D. P. Coll. Voss. *contradicentem* P. *deductum* F. 1. 3. ∂. Klm. Scriv. Florid. In cett. est *diductum*. *ductum* G. 1.

Cap. I. *impotentiam.* Scripsit olim Colvius *insolentiam*, ut libro praecedenti p. 667. *nec miles ille familiarem cohibere quivit insolentiam.* Sed monuit ipsum postea libri sui scriptura, nihil innovandum esse. Nec est, quod dubitet Beroaldus et cum eo Floridus, an *impotentia* hic sumi debeat pro debilitate, qua sententia Beroaldus locutum esse auctorem perperam proposuerat Met. IX. p. 673: *confususque de impotentia deque inertia sua*, ubi vide. Hic ut illic recte explicat Oud. per insolentiam et vehementis animi arrogantiam, ut p. 691. *ad instar barbaricae feritatis vel tyrannicae impotentiae.* [Altera imbecillitatis significatione hoc vocabulum in Apuleii libris, quantum equidem scio, nunquam legitur. Ceteri loci sunt: De Dogm. Plat. II. p. 256. *aestimandas putat cum vecordia impotentiaque;* p. 262. *cum inopes paucorum divitum impotentiae subiacentes;* Apol. p. 433. *neminem impotentia depravavit, neminem tyrannide efferavit.* Florid. enim p. 77. n. 17. *non impotentia linguae* sed *impatientia* legendum esse, suo loco comprobabitur. De vocis usu cf. Spanh. ad Iul. Caes. ed. fr. Prob. p. 102.. Buen. ad Lact. Epit. c. 54. §. 1. p. 1298. Gronov. ad Sen. Const. Sap. 5. p. 399. Intt. ad Petron. c. 5. p. 29. Dr. ad Liv. XXX. 16. XXXVIII. 48.]

deductum. Ita neque *diductum* legendum esse probat sententiarum nexus, quia praesepe, a quo et e stabulo eum protractum quasi furto abegit, est elevatum, sicut etiam locus, quo ad praesepe stant iumenta. Die superiore ex coenaculo iam erat deductus s. detractus asinus.

Digitized by Google

tubernio (hoc enim mihi videbatur) sarcinis propriis onustum et prorsum exornatum armatumque militariter producit ad viam. Nam et galeam nitore
678 praemicantem, et | scutum * cetera longiorem lucens: * sed et lanceam longis-

hic G. 1. O. P. δ. Verba *hoc* usque ad *videbatur* non comparent in Coll. Voss. *proximis* pro *propriis* G. 1. *prorsum* F. 1. 3. p. In cett. *prorsus*. [*Proxime* quod excerpta G. 1. Oud. praebebant, equidem non inveni, sed legitur ut in reliquis codd. *prorsus*. At suspicor, *proxime* minus accuratam esse lectionem antecedentis vocab. *propriis*, ubi vide.] *militaliter* G. 1. O. D. Venet. 2. *advia* δ. *promicantem* G. 1. O. *permicantem* Ban. 1. *cetera longiorem lucens* F. 2. 3. φ. L. R. f. δ. *cetera longiorem lucentem* G. 1. 2. O. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. π. *ceteris his longius lucens* edd. vett. et recentt. praeter Vulc. 2., quae habet *cetra his longius lucens*. Ceterorum codd. lectionem quum Oud. non enotaverit, de iis dicendum non est. Hoc certe monebat, in omnibus legi *cetera*, et *his* abesse. *lucens* in f. non comparere testis est Roaldus, cui tamen fidem non habeo. *sed etiam* F. 2. 3. G. 2. (qui in Oud. excerptis *sed et* habet) D. et edd. vett. et recentt. *sed et* P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) G. 1. O. π. B. *sic etiam* in edd. Colv. Vulc. et Elm. et Ruhnk. contra Oud. mentem. *lognissimo* O.

et scutum cetera longiorem lucens. Locus quum difficillimus sit propter codd. inconstantiam, diversissima ratione sanare eum viri docti studuerunt. Roaldus emendat *scutum cetra longiorem, cetram* explicans esse breve scutum Hispanicum, [quod saepius a scriptoribus commemoratur, ut apud Tac. Agr. 36., ubi vide Intt. Heins. ad Sil. X. 231. Lips. de Milit. Rom. III. 2. p. 122. ed. Ves.] Porro vero promiscue dixisse veteres *scutus* et *scutum*, ut *clypeus* et *clypeum* [*iugulus* et *iugulum* cf. ad Met. I. p. 59., quae duplex formatio prae ceteris apud Afros in usu erat; ita apud Fronton. Epist. ad Caes. III. 13. p. 78. *ne fluctus, ne vadus, ne piscis aliquo noxit* cf. Voss. de Analog. T. II. p. 644. Eckst.] Sciopp. ex lectione cod. Lips. *cetera longiorem lucens* divinavit: *cetera longe relucens* vel *ceteris longe praelucens*, Wower.: *caeteris longe relucens* vel *cetris his longius relucens*. At primum nulli bono sunt *ceteris his*. Si ista valerent, debuit Apuleius simul monstrasse illa scuta cetera. Quare abeat pronomen *his*, quod ne in codd. quidem reperitur. Verum nec convenit vox *ceteris*. Nam scutum hic aliud erat nullum praeter unius militis, sicut galea et lancea. In Mss. ad unum omnibus est *cetera*. Quare etiam Modius coniiciebat vel *scutum et cetram longius lucentem* vel *scutum cetra longiore lucens*. Posterius non intelligitur, prius valere nequit. Cui enim bono uni militi *scutum* et *cetra*? Neque vero *cetera* sententiam praebet. Quae quum bene intellexerit Oud., in ratiocinatione ita pergit: Sed miror, viros doctos non advertisse, deesse verbum, e quo pendeant accusativi, vel abundare mox pronomen relativum *quae* vel *quam*, cui nunc iungi debet *composuerat*. Hinc in interpretatione interpolavit Floridus: *imposuerat mihi galeam et clypeum, qui longius emicabat reliquis illis*. Ex codd. igitur lectione suspicor litteram *n* loco suo excidisse et hinc natam corruptelam, dum dederat Apuleius aliquod verbum sive *ceperam* sc. dorso meo, vel *gerebam*. Frequens enim confusio est *C* et *G* litterarum [cf. Heins. Advers. III. 7. p. 452. Cort. ad Lucan. I. 575. Orell. ad Arnob. III. 32. T. II. p. 162. Varr. de L. L. V. §. 64. Mueller. cf. Placid. Gloss. p. 454. Mai. *dispercite separate* (i. e. *dispergite)*]. Hinc ex *longiore lucens* facillima est coniectura *longius lucens*, vel *longius relucens*, ut Elmenhorst. ac sequentes ediderunt. Nam masculinum genus dederunt sine dubio quidam librarii existimantes convenire debere cum *longiorem*, licet *scutus* olim dixerit masculine Turpil. in Demiurgo, teste Non. de Indiscr. Gen. p. 226. ed. Merc. Virg. Aen. VIII. 93. *fulgentia longe scuta*; 623. *longeque refulget*. Si tamen cui magis placet, *cetra longius relucens* eliciat omnino pronomen, quod nonnihil ob varietatem numeri mihi suspectum est. [Haec argumenta, quae probavit Oud., hunc locum corruptum esse satis evincunt; verbum ego

simo hastili conspicuam, quae scilicet non disciplinae tunc quidem causa sed propter terrendos miseros | viatores in summo atque edito sarcinarum cumulo 679
adinstar exercitus sedulo composuerat. Confecta campestri nec adeo difficili via ad quamdam civitatulam pervenimus, nec in stabulo sed in domo cuiusdam decurionis devertimus. Statimque me commendato cuidam servulo ipse ad praepositum suum, qui mille armatorum ducatum sustinebat, sollicite proficiscitur.

hastisti L. *conspicuum* G. 1. *quae* F. 3. G. 1. 2. O. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) *n. f.* edd. vett. usque ad Colv. In cett. *quam*. *portè terendos* G. 1. *divertimus* male in codd. nonnullis et edd. praesertim novitiis, sollo errore. *ipsa* p. *mille armorum ducens* G. 1. O. p.

quoque desidero, e quo pendent accusativi *galeam, scutum, lanceam*, quum pronomen *quae* suo loco moveri non debeat, quod quomodo a librariis additum sit, intelligi nulla ratione potest. Nam ad anacoluthiam confugere, quae sententia est viri docti, hic non solum ineptum sed plane contra naturam est huius figurae. Minus tamen probaverim, *ceperam* hoc loco legendum esse vel *gerebam*, quod prius ne dici quidem de asino posse arbitror, sed potius *ceperat*, quae ultima *t* littera propter sequens *l* facillime omitti poterat, quamquam confiteor, me mihi ipsi hac coniectura minime satisfacere, unde in textum eam recipere non ausus sum. *Longiore* forsitan ex compendio *longi*^{s} *relucens* ortum est; certe probam efficit sententiam. Bernhardyus, cuius doctrinam eo de loco in consilium vocavi, quo est ingenii acumine correxit omissa particula *nam* enunciationis initio, quam probabile est ob praecedens *viam* et ob hiulcam, quae librariis videbatur esse, orationem facilius intrudi potuisse: *scutum cetra longiorem ingerens*, quae omnium adhuc optima emendatio est. Interpres francogallus vertit: car il me mit par dessus cela un casque fort brillant, un bouclier qui l'étoit encore davantage avec une lance extrêmement longue, le tout en manière de trophée comme on a coutumé de faire à l'armée, et Rohdius: *Nachdem er mich allda mit seiner Bagage bepackt und recht militärisch aufgeputzt und ausgerüstet hatte — nemlich alle seine Waffen, wie es bei der Armee gehalten wird, überm Gepäcke oben sehr zierlich angebracht, den blitzenden Helm, den spiegelnden Schild, ja sogar auch eine baumlange Lanze.*]

sed et: Oud. praefert *sed et*, quas particulas *praeterea* explicat, coll. p. 690. *tantaque indignatione curiam sed et plebem inflammaverat*, et dict. ad Suet. Tiber. c. 59. [De vocum *non solum* omissione sequentibus *sed etiam* vel *sed et* Ruhnk. addit ex Suet. Aug. 31. *sacerdotum dignitatem, sed et commoda auxit.* Tiber. 50. *ut commercio hominum frui vetuerit, sed et peculio fraudarit.* cf. Baumg. Crus. Clav. Suet. p. 337.] Ego quoque contra optimos codd. hic *sed et* dare coactus sum, quia quot ego perlustrare poteram exempla, ubique eas particulas inveni, ubi praesertim *et, et*, ut hoc loco, praecedunt cf. Met. X. p. 715. *sed et stragula.* Hoc certe omnia Suetonii loca probant, qua in sententia me firmat Apuleii locus p. 690, ubi *et* omnes codd. praebent. Ubi unum tantum praecedit, omissis *non modo* aliquoties *sed etiam* subiicitur cf. Cic. ad Att. III. 15. §. 5. ubi vid. Orell.]

propter terrendos. Male Pricaeus cogitavit *ad proterrendos.* Terrere quidem viatores, sed non simul fugare volebat miles. Eam tamen vim inesse in verbo *proterrere* satis notum est. Ceterum perperam Beroaldus lanceam interpretatur sarissam, aiens, Lucianum hunc hominem in Macedonia militem fuisse describere. Minus sane intente inspexit Lucianum, qui p. 611. scribit, eum appellasse hortulanum τῇ Ἰταλῶν φωνῇ. Sed p. 613. ait militem, de quo nihil hic amplius, vendidisse asinum famulo viri ditissimi ex Macedonia urbe Thessalonicę, eiusque conservo fratri, ut refert Apuleius demum p. 700., pro more alias fabulas interserens.

Digitized by Google

CAPUT II.

Post dies plusculos ibidem designatum scelestum ac nefarium facinus memini: sed ut vos etiam legatis, ad librum profero. Dominus aedium habebat invenem filium probe litteratum atque ob id consequenter pietate, modestia praecipuum, quem tibi quoque provenisse cuperes vel talem. Huius matre multo ante defuncta rursum matrimonium sibi reparaverat, ductaque alia filium procreaverat alium, qui adaeque iam duodecimum annum aetatis *supercesserat*.

post dies plusculos Fux. *Lucii Apulei Madaurensis Metamorphoseos* (coll. Roaldi *Metamorphoseon*) lib. 8. *explicit*, *incipit liber nonus eiusdem.* Regio et Foxensi in titulo numeroque libri accedit Cod. Franc. Petrarchae, in quo *Metamorphosis.* *dissignatum* F. 3. *destinatum* δ. Cave ne *destinatum* inde legas cf. ad Met. VIII. p. 583. *quasi contra fas sanctae religionis designasset aliquid.* *et nefarium* L. et edd. usque ad Colvium, qui ex consensu ceterorum codd. *ac* restituit, quemque ceteri Edd. secuti sunt. *et vos* δ. *vos* exulat a P. *nos* Vicent. Venet. 2. *ad liberum* f. *adque obid* D. *pietate modestia* F. 3. *modestia pietate* f. teste Roaldi (qui fortasse errore lapsus est, ut inverso ordine lectionem descripserit) sed teste Oud. *modesta pietate.* *sequenter pietate et modesta* L. *pietate modesta* G. 1. 2. P. D. O. δ. π. Coll. Voss. Scriver. exhibuit *pietate et modestia.* In plurimis codd. *et* desiderari testatur Oud. In cett. codd. (?) et edd. *pietate modestiaque*, nisi quod Venet. 2. habet *et modestiaque.* *pervenisse* G. 2. P. D. *cupere* Bas. 1. *matri multo* Venet. 2. *reperaverat* Vicent. Venet. 2. (quae eaedem p. 686. habent *comperat* et p. 695. *comperare* et p. 806. *compero.)* *reciperaverat* f. *ductaque alium* p. *iam adaeque* ex Florent. dudum bene Iunt. 2. exhibuisse, et consentire in ea lectione G. 1. O. L. alios adnotat Oud. (Sed monendum est minus esse auctoritatis Flor. 1. et 2., quod Lindenbr. non ita accurate eos contulit: e contrario G. 1. et hinc etiam probabiliter O. *adaeque iam* scribit, quibuscum congruit Florent. 3. Iam praeterea G. 2. P. (in excerptis ad marginem ed. Colv.) et D. ad hanc scripturam accedunt *adeoque iam* ex solito errore praebentes, et hic quoque iterum a suis excerptis G. 2. deceptus est Oud., quippe qui *iam adeoque* legerent.) *adaeque* in B. et edd. vett. usque ad Colv. plane omittitur. *annum aetatis* F. 3. G. 1. 2. D. δ. In cett. *aetatis annum.* *supergesserat* F. 1. 3. G. 1. P. (etiam in collat. ad marg. ed. Colv.) B. et edd. vett. usque ad Colv. *supergressus erat* L. In cett. *supergresserat.*

Cap. II. *ob id consequenter.* Pric. haec verba contra eos acriter defendit, quibus *consequenter* post *ob id* abundare videatur, nonnullos Apuleii locos excitans, in quibus *ob id* reperitur cf. Met. I. p. 39. *cauponem vicinum atque ob id aemulum*: p. 42. *in summo montis exasperati vertice sitam et ob id ad aquas sterilem*; Met. VIII. p. 507. *diurnis potationibus exercitatus atque ob id factionibus latronum male sociatus.* IX. p. 655. *imbre nimio madefactus atque ob id ab itinere directo cohibitus.* Putat enim *consequenter* hic διαχριτικῶς positum. Excultos studiis *consequenter* bonos esse, neque autem *necessario.*

pietate, modestia. [Solam hanc Florent. 3. et Fux. codd. lectionem veram esse existimo, quum ceterae plus minusve emendationes sint librariorum, qui particulam omitti posse inter duo substantiva copulativam nesciebant. Hinc aliquot *et*, alii *que* intruserunt, alii *modestia*, quod sane facillimum erat, in *modesta* emendarunt. Sed quae ista est quaeso *modesta pietas?* Quae utraque notio hoc quidem sententiarum nexu ita comparata est, ut coniungi ea ratione nequeat. Optime vero dicitur *pietate, modestia.* De usu Latinorum, qui vel duo tantum substantiva non addita copula iuxta sese ponunt, iam actum est ad Met. IV. p. 254, ubi lectionem *vi, virtute* nonnullis exemplis vindicavi.]

vel talem. [Salm. ad Capitol. Ant. Philos. c. 28: *fertur illum mori voluisse quum filium talem videret futurum qualis extitit post eius mortem, quem talem* nostro loco coniungit explicans pro *qualem vel tibi provenisse cuperes.* Sed discrimen est inter utramque dicendi rationem. *Qualem* enim si positum esset, significaret tantummodo filium, qui fistius domini aedium filio par ac similis esset, *quem* vero indicat ipsum istum filium nec vero alium quemdam, quem habere talem, qualis erat, cupere quisque poterat. *Vel* significationem pronominis auget.]

supercesserat. [Hic ab omnium codd.

Digitized by Google

Sed poverca forma magis quam moribus in domo mariti praepollens, seu naturaliter impudica, seu fato ad extremum impulsa flagitium, oculos ad privignum adiecit. Iam ergo, lector optime, scito te tragoediam non fabulam legere, et a socco ad cothurnum ascendere. Sed mulier illa, quamdiu | primis elementis Cupido 680

magis forma δ. facto D. *impulsi* Vicent. et Venet. 2. errore typothetarum. *Iam ego* G. 1. D. *scitote* G. 1. iunctim scriptum. *ad socco* G. 2. D. *ad cuternum* G. 2. O. D. [In G. 1. verba *a socco ad cuternum* a manu secunda ad marginem sunt adpicta, quum in contextu lacuna conspicua sit, quae postea a manu tertia verbis *a socco ad coturnum* supplota est.] *primis cultis* O. [ex compendio *el'tis*.]

lectione recedens coniecturam Dousae in textum reponere non dubitavi, quae sola mihi videtur probanda esse. Codices variant inter *supergesserat* et *supergresserat*, quae utraque lectio per se ponderata eandem habet auctoritatem, quum neutrum vocabulorum, quod sciam, apud Latinos in usu sit; a priore enim tantum participium *supergestus* extitisse videtur. *Supergesserat* dein codd. optimorum fide comprobatur et pro meo captu facilior erat commutatio huius lectionis in *supergresserat*, quod sententia loci flagitare videbatur, quam vice versa. Denique si provocant interpretes ad verbi *congredio* analogiam, cf. Voss. Aristarch. T. II. p. 764. hinc tamen non consequitur, etiam *supergredio* dixisse veteres, quod ut dixerint semper dubia restat forma *supergressi*, quae non ad arbitrium cuiusque terminari potest. *Supergesserat*, quod Oud. emendatione *annum aetati supergesserat* ieiuna satis atque infelici sustentare studuit, nullam sententiam praebet, unde acquiescendum est in *supercesserat*. Amat Apuleius composita in *super*, ut *superincurvatus*, *superruo*, *superstrictus*. Alterum praeterea defendit Falster. in Supplem. Ling. Lat. Ceterum de dictione *supergredi annos*, *aetatem* similia dubitari nequit.]

forma magis quam moribus. [*Mores* hic pudicitiam esse et castitatem praeter Pric., qui nonnullos locos affert, optime probavit Burm. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 631., demonstrans ita *mores* et *formam* saepius iungi vel opponi. Hunc locum Burm. praeterea excitat ibid. p. 695.]

seu naturaliter impudica seu fato impulsa. Pric. haec adnotat: Donat. ad Andr. I. 1. *mala mens malus animus. Argumentum a natura, et an aliquis sine causa malus, an ab impulsione.* Serv. ad Aen. IX. 184. *Apud Plotinum philosophum et alios quaeritur, utrum mentis nostrae acies per se ad cupiditates et consilia moveatur, an impulsu alicuius numinis. Et primo dixerunt mentes humanas moveri sua sponte; deprehenderunt tamen ad omnia honesta nos impelli genio et numine quodam familiari, quod nobis nascentibus datur, prava vero nostra mente nos cupere ac desiderare; nec enim fieri posse, ut prava numinum voluntate cupiamus, quibus nihil malum constat placere.* [Plura de ethnicorum superstitione homines ad pessima quaecunque fato impelli dabit Elm. ad Minuc. Fel. p. XVIII. ed. ann. 1612.]

primis elementis. Colvius, quem Elm. sequitur, *alimentis* potius scribendum esse censet. Magis tamen mirandum est, vel summum Casaubonum *alimentis* praetulisse, probatum item Passerat. ad Propert. III. 21. p. 528. Sed bene sit Brantio et Pricaeo, qui *elementis* defenderunt pro doctiore et exquisitiore scriptura. [*Elementum* enim est primaria cuiuscunque rei materies, ex qua fit, subolet ac crescit, cf. Voss. in Etym. s. v. et Barth. ad Claudian. in Rufin. I. 6. Sil. Ital. III. 77. *irarum mearum elementa.* Ita Fulgentius Mythol. I. p. 608. *vestem subtilis elementi* nominat, quem locum Heins. coniectura *filamenti* sollicitare non debebat. Crebro vero iunguntur *prima elementa* cf. sched. inedit. inter Periz. Bibl. publ. ad Quint. Decl. XI.]

parvulus nutriebatur, imbecillis adhuc eius viribus, facile ruborem tenuem d
[239] primens silentio resistebat. At ubi | completis igne vesano totis praecordiis
immodice bacchatus Amor exaestuabat, saevienti Deo iam succubuit, ac
681 languore simulato vulnus animi mentitur in corporis *valetudinem*. Iam | cetera

eius adhuc p. *facili* f. *facilem* G. 2. *verano* G. 1. *debacchatus* φ. Non male, ut Oud. opinatur, hanc lectionem Scriver. amplexus est. Passim enim et praesertim apud Apuleium praepositionem *de* significationem intendere, atque in hac ipsa voce apud Terentium atque Horatium. Haec tamen caussa non est, cur contra cett. codd. consensum quid mutes. *aestuabat* L. *extuabat* G. 1. O. frequenti errore cf. ad Met. VIII. p. 510. *sed fomento consuetudinis exaestuans amor. deo* abest a*d*. Et voci particulam *iam* praeponendam concinnius iudicavit Pric., quem Oud. secutus est, Ruhnk. licet textum non mutante. *ex languore simulato vulnus eum* L. *et lang.* G. 2. D. *d*. Iunt. 2. *langore* G. 1. 2. D. *vulnus iam* Al. cod. teste Colv. et f., (quod nescio cur praetulerit Colvius, quamquam etiam Oud. non improbatum. Uterque enim corruptelam cod. non intellexerunt, quam ex compendio *ai* vitiose scripto exortam esse luce clarius est.) *mentititur* Vicent. Venet. 2. *mentitur corporis invaletudine* ed. Scriver.

facile ruborem tenuem deprimens. Ex Lips. cod. lectione *facili* emendabat Brantius *in facili;* Oud. legebat distinguebatque *facile, ruborem tenuem deprimens silentio, resistebat*, quum crebro dicatur *premere quid silentio*, pro quo simplici verbo auctor, ut saepius, hic compositum usurpaverit. [At minime necessarium est, id quod Ruhnk. quoque sensisse videtur, contextus distinctionem de Oud. sententia non commutans. Opponuntur enim Amoris principia, quae quamquam hominem aggrediuntur, tamen tam invalida sunt, ut ignem reprimere ille et silentio eius impetus restinguere possit, sed quum totam mentem aestus penetravit et occupavit, tum erumpit illa vis atque silentio arceri nequit, sed, ut in seqq. videmus, amans ardorem suum prodit eoque auget. Ut enim ignis occultus quamdiu ad lucem non emittitur, parvus est et reprimi adhuc potest, nec raro in se exstinguitur, emissus vero omnia pervagatur ac devorat, ita quoque parvo amori silentio resisti potest. *Rubor* hoc loco non est *verecundia*, unde *vaporem* Wasseus, *ardorem* Leunepius in Animadverss. Colutho iunctis p. 147. coniecit, sed ipse *ardor*, per sanguinem effervescens et in genis conspicuus, ut per notam metonymiam effectus pro caussa sit positus. Bene vertit Rohdius: *und sanft ihre Wangen röthete.* Qui vero ruborem genarum ex amore effervescentem deprimit, ipsum amorem compescit.]

at ubi igne vesano. [De sententia loci compara Sen. Hippol. 640: *pectus insanum vapor Ardorque torret intimas saevus vorat penitus medullas atque per venas meas Visceribus ignis mersus et venis latens.* cf. Broukh. ad Propert. I. 9. 21.]

vulnus animi mentitur in corporis valetudinem. Varie hunc locum interpolarunt interpretes. Stewechius primum emendabat *mentitur corporis invaletudine*, Brantio *in corporis valetudine* per tmesin dictum ineptissime videbatur. Pricaeus denique *mentiri* non intelligens corrigebat: *vulnus animi mentitur corporis invalitudinem* i. e. fingit morbum suum non esse morbum animi, sed corporis. Cui Floridus ita adversatur: Verum arbitror, nihil hic mutatione aut emendatione esse opus. Satis planus erit locus, si *mentitur* non intelligas *simulat* sed *celat* et *tegit* et *valetudinem* hic pro languore et morbo sumas, ut sententia sit: celavit aegritudinem animi languore corporis. At offendit Oud. in ea explicatione, *mentiri* apud Apuleium esse *celare, dissimulare* et ficta fraude abscondere denegans. Etenim ubique verbum habere significationem simulandi et rem personamve fictam induendi coll. Tennul. ad Frontin. III. 10. §. 7. Dr. ad Sil. II. 637. [cf. Gronov. Diatr. ad Stat. I. 1. T. I. p. 73. ed. Hand., quem in adnot. adeas, Munk. ad Hygin. fab. XCIX. p. 187. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 236. Buenem. ad Lact. Institt. VI. 20. §. 29. p. 819. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. p. 117. ad Suet. Aug. 70. p. 185. Apul. Met. XI. p. 769. *in-*

Digitized

salutis vultusque detrimenta et aegris et amantibus examussim convenire nemo qui nesciat. Pallor *est* deformis, marcentes oculi, lassa genua, quies tur|bida 682

vultisque Vicent. Venet. 2. *iguis* pro *aegris* f. *nemo qui nesciat* F. 3. G. 1. 2. P. O. f. p. *δ*. D. et edd. vett. usque ad Colv., qui primus tacite *est* addidit. Etiam Ruhnk. expressit contra mentem ut videtur Oud. *pallore deformis* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. f. p. *π. δ*. B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. In cett. *pallor deformis*. *de foris* φ. *lapia genua* O. ed. Scriver. Amstel. *lassa ier genua* D.

cessu superfluo feminam menticbatur. cf. ad Met. V. p. 347. *sorores nomine mentientes*. Sic *mentiri* cum dativo apud Sil. VII. 160. *nunquam tellus mentita colono*, Claud. Cons. Prob. et Olyb. 108. *geminis fidem mentita tyrannis*. Et sic graece *ψεύδεσθαί τινι*. Nostro autem loco difficultas nequaquam tollitur emendatione Stewechii, quam pro sua quoque protulit Piccart. Per. Crit. c. 13. et Scriver. expressit. Pricaei coniecturam probavit Abresch. in Lect. Aristaen. p. 70. Oud. aut *vulnus animi mentitur in corpore valetudinem* aut *languore mentito dissimulat vulnus animi in corporis valetudine* correxit, quae posterior coniectura quam nimium a codd. vestigiis recedit ac potius interpretatio loci quam emendatio nominanda est. Loci difficultatem Bernhardyus, quem de h. l. consului, dissolvit. Pro *in valetudine* legendum esse putat *in valetudinem*, ut *mentiri in valetudinem* sit celare in valetudine et vulnus animi fraudulenter quasi involvere corporis morbo, qua sententia quid aptius et elegantius cogitari possit nescio. Sane recedit constructio a quotidiano usu loquendi sed Apuleio est dignissima.]

pallor est deformis. [Ita hunc locum constitui, qui in omnibus fere codd. perverse legitur *pallore* praebentibus, quod Oud. defendere non debebat, ut iungerentur *nesciat pallore deformis*, quum non solum amantes hoc sciant, sed etiam qui non amant. Deinde totius loci concinnitas postulat, ut post *nesciat* signum interpunctionis ponatur, quia enumerantur detrimenta salutis vultusque, quae aegris et amantibus examussim convenire dicuntur. Denique *pallore* ex eadem concinnitatis caussa ferri nequit, quia quae sequuntur singula amoris signa nominativo, cui adiectivum additum est, expressa sunt. Hinc putavit Oud. *est*, quod post *nemo* in plurimis codd. omittitur, transpositum esse per errorem librariorum et ita ex *pallor ē* exortum *pallore*. Quam sententiam licet non comprobem, quum haec transpositio mirifici quid habeat nec explicari bene possit, *pallore* tamen eadem ratione exortum esse existimo, ut *pallor ē deformis* prius scriptum fuerit, deinde in *pallore* corruptum. Ita tantummodo locus a me sanari poterat, quamquam mihi omnino non satisfacio. *Est* h. l. ieiuni et molesti quid habet, certe principio enuntiationis positum magis placeret.]

pallor. Elm. haec adnotat: Schol. vet. ad Horat. Epod. II. *Ex amoris impatientia nascitur tristitia, ex qua languor, ex languore pallor, silentium et suspiria, ex quibus ut adiunctis signis certo cognoscitur amor*. Plaut. Pers. I. 1. 23 seqq. *satin' tu usque valuisti?* To. *haud probe*. Sa. *Ergo edepol palles*. To. *Saucius factus sum in Veneris proelio Sagitta Cupido cor meum transfixit*. Lucian. de Dea Syr. p. 414. *Ἔρωτος δὲ ἀμυσὸς πολλὰ σημεῖα· ὀφθαλμοί τε ἀσθενέες καὶ φωνὴ καὶ χροιὴ καὶ δάκρυα*. cf. Aristaen. L. I. Ep. 13. p. 53 sq. Avicenna L. III. Tract. 4. fol. 206. [cf. Spalding. ad Quint. Orat. I. 2. 18. Intt. ad Ovid. Art. I. 729 sq. ad Horat. Od. III. 10. 14. ad Prop. I. 1. 22. Ita etiam *macies* signum amoris est cf. Intt. ad Iuven. VI. 138. ad Propert. I. 9. 29. Fere iisdem verbis describit Psychem amore Cupidinis pereuntem Apul. Met. V. p. 367: *Verum si recte coniecto, quod profecto prudentes viri divinationem autumant, ab isto titubante et saepius vacillante vestigio deque nimio pallore corporis et assiduo suspiritu immo et ipsis moerentibus oculis tuis amore nimio laboras*.]

lassa genua. Colvii coniecturam, quae

et suspiritus cruciatus tarditate vehementior. Crederes et illam fluctuare tantum vaporibus febrium; nisi quod et flebat. Heu medicorum ignarae mentes! quid venae pulsus, quid caloris intemperantia, quid fatigatus anhelitus et utrimque-secus iactatae crebriter laterum mutuae vicissitudines? Dii boni! quam facilis, licet non artifici medico, cuivis tamen docto Venereae cupidinis comprehensio; cum videas aliquem sine corporis calore flagrantem.

suspirius δ. *vehementius* p. *vaporibus* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. L. f. π. δ. Iunt. 2. Elm. Scriv. Pric. Florid. In cett. *vapore*. *haec medicorum* Vicent. Venet. 2. *ingratae* O. G. 1. (in cuius contextu quum minus accurate et distincte scriptum ita fuerit, litterae *ra* ab eadem manu super additae sunt.) *ne ve pulsus* Vic. *nece pulsus* Venet. 2. *coloris* G. 1. 2. P. D. O. L. p. solita aberratione. *hanelitus* G. 1. *utrumque secus* p. Vir doctus ad oram ed. Vic. Oud. et N. Heins. rursus volunt *utrimsecus*. Sed cf. ad Met. II. p. 92. *ranes utrimque secus*. *crebiter* F. 1. in Elm. excerptis. At Lindenbrog. distincte adnotat, non *crebiter* sed *crebriter* in eo legi, scripturam Vulc. 2., quae *crebiter* habet, emendans. Colvius et Vulc. in Ed. 2. soli mutarunt in *crebiter*, quod in L. f. G. 1. O. esse Oud. affirmat. Sed vide ad Met. I. p. 67. *iactare* f. *ac crebriter tante* G. 2. P. D. *facilis est* p. *facile* O. *faciles* G. 1. *libet* P. G. 2. (in quo tamen ut in D. *liber* est.) *artificia* D. *modico* G. 2. *tam docto* L. P. G. 2. *tanta docte* D. *tamen* non comparet in F. 1. testibus Elm. et Lindenbr. *venerine* f. δ. edd. vett. usque ad Colv. ut passim. *Cupidinis* non est in δ. *comprensio* G. 1. Venet. 4. *aliquem* F. 1. (teste Elm.) 3. O. Elm. Soping. et edd. vett. In cett. *aliquam*. *fragrantem* G. 2. D.

cod. Oxon. auctoritate confirmatur, *lapsa genua* Wowerius etiam ac Pricaeus probant; titubantia et lapsabunda explicantes. Huc facit praeterea vehementer locus Met. V. p. 367., quem modo excitavi, et Heliod. Aethiop. IV. p. 172. ed. Paris. Verum illic ceterisque in locis, inquit Oud., quos Pricaeus excitat, agitur de muliere incedente vel stante, cui labi possunt genua, hic vero de muliere lecto affixa et decumbente, ut bene ipse Pricaeus advertit, hincque legit: *lapsae genae*, quod nuper quasi ex ingenio suo repetivit Iac. du Rhoer. in Fer. Dav. p. 227., de quibus multa vide in Commentt. ad Suet. Aug. c. 99. *ac malas labentes corrigi praecipit*. Et sane mulieris genua sub pallio latentia videri non poterant a medico. Non igitur ex illis, sed ex genarum flaccitate, uti ex ceteris faciei et somni suspiritusque indiciis debebat colligere mulieris amorem. Si tamen vel sic *genua* quis retinere velit, omnino is *lassa* retineat quoque sive *languida*. Omnia enim, quae languent et flaccescunt, *lassa* dicuntur. Vixque ulla superest eius vocis hoc sensu sumtae memoria, in qua non quidam librarii *lapsus* reposuerunt cf. ad Met. V. p. 361. Arcus, cuius nervus prae diutina intensione languet, *renatibus lassatus* dicitur Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 187: *lassa terra* et *lassa natura* utrique Plinio XVII. Hist. Nat. 15. et Epist. VI. 21., ubi vide Buechn. Immo *lassum collum*. Virg. Aen. IX. 436. et *viscera lassa* apud Lucan. II. 340. ubi vid. Commentt. [Quisque tamen intelligit, hanc Oud. ratiocinationem subtiliorem quam probabiliorem esse, praesertim quum nusquam legatur, mulierem lecto affixam fuisse. His igitur nugis potius relictis ego lectionem *genua lassa* retinui, qua totum mulieris corpus quasi obtorpuisse et flaccuisse indicatur, ita ut vix se movere potuerit. De *genis lapsis* cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 516., ubi forte pro *extantes* legendum est *lapsantes genae*.]

vaporibus. Pluralem recte reposuerunt Edd. novitii cf. Met. VI. p. 445. *solis ardentis vaporibus tradere*, de Mund. p. 338. *aestivos vapores revolventes* cf. Oud. ad Lucan. IX. 587.

caloris intemperantia. Quia nonnulli codd. *coloris* praebent, non reiicienda haec lectio videtur esse Oud., ad nimium faciei nunc ruborem nunc pallorem referenti. Attamen ipse nihil mutandum censet, quia aliam tunc vocem, quam *intemperantiam* auctor usurpasset. Innuit vero *vesanum Amoris ignem totis praecordiis immodice exaestuantem*, ut ait paullo superius cuique infra p. seq. opponit *corporis calorem*, sine quo tamen flagrabat.

aliquem. [Miror Oud., quod *aliquam* hoc loco protulit, quia de feminino tan-

Digitized by Google

CAPUT III.

Ergo igitur impatientia furoris altius agitata diutinum rupit silentium, et ad se vocari praecipit filium. | Quod nomen in eo *scilicet* ipso sed ne ruboris 683
admoneretur libenter eraderet. Nec adulescens aegrae parentis moratus im-

alterius ed. pr. Vicent. Venet., quam lectionem miror Klm. in adnotatione praetulisse, quamvis in textu ponere eam non conatus sit, eumque secutus est Scriver. Primus Beroaldus scripturam omnium codd. reposuit, conticiens praeterea *alternis*. Locum hic habere nequit *alterius* sc. ut opponatur morbo naturali. Is enim dici nequit *furor*. *Amor* itaque non *alter furor*, sed *altus* s. vehemens. cf. Pric. et ad Met. IV. p. 244. *in altioris vindictae vicem*, ubi eadem est aberratio. *rupit* F. 1. 3. B. edd. vett. usque ad Colv., tum Klm. Scriver. Florid. *rumpit* p. In cett. *dirupit*. *ad se* codd. omnes et edd. inde a Colv. c. Iunt. 2. In cett. omittitur. *praecepit* δ. Sed eo tempore non opus est cf. ad Met. II. p. 154. *introrupit et recognoscit*. *in eos ipsos* F. 1. 3. G. 1. 2. (qui in *inuos* habet) O. P. D. L. f. π. δ. *quod nomen ipsum* Scriver. In cett. *in eo ipso*. *sed* s. *set* plerique codd. et edd. vett. usque ad Colv. qui primus *scilicet* substituit. Ea voce carent edd. Beroald. *admoneret* δ. *admoveretur* Coll. Voss. *eraderet* B. *adulescens* inveni in edd. Colv. Klm. Pric. Vulc. 2. nec in excerptis codd. his editt. adscriptis quicquam mutatum est. Codd. mei G. et D. praebent *adolescens*, nisi quod G. 1. habet *adoloscens*. Idem in seqq. quoque observavi. Equidem ex Florent. 3. lectionem *adulescens* restitui. Oud. de ea nihil adnotavit. *aegre parentis* Colvius dicit plurimas vulg. edd. habere. Sed nihil est nisi *ae* diphthongi frequentissima scribendi ratio, quam ne commemorare quidem debebat.

tum sexu agatur. Sed Apuleius non in hac sola re imperitiam medicorum dignosci potuisse, quippe qui ad corporis valetudinem haec signa retulerint, vult indicare, sed in universum ad qualemcunque amoris nimii furorem, quem dicit melius a docto cupidinis venereae pernosci posse, quam a medicis, animi humani eiusque libidinum quam saepissime imperitissimis. Hinc *aliquem* retinui, in universum de quocunque homine sive mas est sive femina dictum. Nos: *Wenn man Jemanden ohne körperliche Hitze brennen sieht.*]

flagrantem. [Ita *flagrare* et *furor* et *furia*, ut in seqq. saepius de amore dicuntur. Sic emendandi versus Anthol. Lat. T. I. p. 16: *In furias ignesque trahor, licet orbe superno Iupiter, et altis undis Neptune flagraris* (vel *ligaris*.) *Abdita flammarum fert vinclum in Tartara Pluton.*]

Cap. III. *impatientia.* [De significatione voc. cf. Ded. ad Dict. Cret. I. 13. Gloss. p. 255. a quo hic locus commemoratus est.]

rupit. Oud., qui *rumpere silentium* frequentissimam esse dicendi rationem agnoscat, tamen quia auctor composita a *de* et *di* verborum impense amet, non audet *dirupit* lectionem damnare, [quae nisi ceteri codd. obstarent, eo potius recipi posset, quod longe rarissima est locutio. De *rumpere vocem*, *silentia* etc., quae de iis dicuntur, qui vel post longum silentium properanter in verba erumpunt vel inviti verba ac querelas effundunt cf. Intt. ad Ovid. Met. X. 147. Dr. ad Sil. IV. 528.]

in eo scilicet ipso sed ne. [Plurimi codd. quum habeant *in eos ipsos sed*, meo periculo hanc qualemcunque emendationem in textu posui. Quod enim in codd. vetustissimis scriptum fuit *in eo s. ipso sed*, fieri facilius potuit, ut *s.* quae nota scribendi voc. *scilicet* est, priori vocabulo adhaereret, quo facto *ipsos* librarii aut commutabant necessario, aut sequentis vocabuli *sed* prima littera cum *ipso* in codd. arctissime coniungebatur. Oud. e contrario putat scriptum fuisse *in eo ipso scilicet*, et primum *ipsos* corruptum et postea *eos* a librariis correctum esse. Ut *sed* neque *scilicet* cum Colv. et seqq. scriberem me hortata est codd. auctoritas, quamquam scio compendia particularum *sed* et *scilicet* inter se commutari. Sententia est apertissima.]

admoneretur. [*Admonere* eleganti

perium, senili tristitie striatam gerens frontem, cubiculum petit uxoris patris matrisque fratris, utcumque debitum sistens obsequium. Sed illa cruciabili silentio diutissime fatigata, et ut in quodam vado dubitationis haerens, omne verbum, quod praesenti sermoni putabat aptissimum, rursum improbans, nutante etiamnunc pudore, unde potissimum caperet exordium decontatur. At iuvenis nihil etiamtunc sequius suspicatus, summisso vultu rogat ultro praesentis caussas aegritudinis. Tunc illa nacta solitudinis damnosam occasionem

Ita statim *tristitiae* habet Vicent., quam observari licet inter *ae* diphthongum et *e* litteram ita variare, ut ubi *e* ponendum erat, *ae* scripserit ac vice versa quia *e* longum in vetustissimis Mss. et edd. saepe per *ae* scribitur. *senilis tristitie* F. 1. *tristitia* Colin. Bas. et Scriver. Solum forsan O. habere *tristitia* suspicatur Oud., quod mihi propter G. 1. lectionem non ita probabile est. *strictam* φ. p. *stritam* D. *stratam* G. 1. O. π. *ꝗicit* pro *petit* p. *utrumque* edd. vett. praeter Iunt. 2., quae *ut eum* habet. *ut* ante *in* desideratur in Edd. Beroald. et Iunt. 2. *in* non est in D. *sermone* O. G. 1. *apertissimum* O. *unum potissimum* ed. pr. Vic. Venet. 2. *capet* L. (*capèt.*) *caperet* omittit D. *decuntatur* G. 2. D. *percontatur* G. 1. O. *nihil etiam sequius* B. *secus* R. f. *secius* edd. ante Colv. *suspicatur* R. δ. *ultra* G. 1. O. *caussam* p. et edd. vett. ante Colv. *sollicitudinis* G. 2. P. D. L. *dapnosam* D.

significatione dici omne id quod aliquo cum aculeo ac telo alicui in memoriam redit, demonstrat ex multis VV. notatis Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 226. De sententia cf. Ovid. Met. IX. 466 sq.: *Iam dominum appellat, iam nomina sanguinis edit, Byblida iam mavult, quam se vocet ille sororem.* Senec. Hippolyt. 610. *Matris superbum est nomen et nimium potens, Nostros humilius nomen affectus decet; Me vel sororem, Hippolyte vel famulam voca, Famulamque potius, omne servitium feram.*]

striatam. Miror Salmas., qui ad Tertull. de Pall. p. 61. ac 334. et ad l. Capitol. Maxim. et Pupen. c. 6. amplexus est cum aliis *strictam.* Verum multo elegantius reliqui codd. servant *striatam* seu rugis distinctam, locutione ducta vel a columnis per *strias* incisis, quas nos vocamus *gerillt*, de quibus cf. Beroald. et Burm. ad Serv. Aen. VIII. 660. sive a *striis aratoris*, quibus frontis rugas, uti etiam *sulcis*, passim comparant Ovidius aliique poetae. [Haec vox praeterea apud Apuleium legitur XI. p. 778. *aspis squameae cervicis striato tumore sublimis*, ubi eadem est lectionis varietas. Apol. p. 474. *conchulam striatam.* De *striis* cf. ad Florid. p. 53.. Gloss. Philox. p. 203. *striata* ξυστρωτά, ubi cf. Vulcan. p. 65. Gron. ad Senec. Quaest. Nat. I. 7. §. 1., qui ex Mss. lectione *stricta* bene *striata* emendat, probante Schneidero in Adnott. ad Ecl. phys. p. 254.]

uxoris patris matrisque fratris. Vehementer offendunt Oud. quatuor illi genitivi, quare cum Lipsio ad marg. *petit, uxori patris matrique fratris sistens obsequium* legendum putat. [Qua in re non consentio. *Cubiculum* enim non addito genitivo dictum minime placet, ac praeterea *utcunque* particulae positus ita summo mihi impedimento est. Has vero multiplices pro *matre* notiones eam ob caussam cumulavit Apuleius, ut indicaret, iuvenem in cubiculum matris decedentem tale quid suspicatum non fuisse, quia illa mulier non solum erat patris uxor sed fratris quoque sui mater, hinc eo magis venerabilis ac pia mente colenda. Ita igitur dedecus, quo se mulier maculavit, magis augetur.]

nutante etiamnunc pudore. [cf. Ovid. Met. X. v. 369 sqq. *At virgo Cinyreia pervigil igni Carpitur indomito furiosaque vota retractat. Et modo desperat, modo vult tentare puletque Et cupit et quid agat, non invenit: utque securi Saucia trabs ingens, ubi plaga novissima restat, Quo cadat in dubio est, omnique a parte timetur, Sic animus vario labefactus vulnere nutat Huc levis atque illuc, momentaque sumit utroque.*]

etiamtunc. [De hoc loco agit Haud. Tursell. T. II. p. 598.]

prorumpit in audaciam, et ubertim adlacrimans | laciniaque contegens faciem, 684
voce trepida sic eum breviter affatur: Caussa omnis et origo praesentis doloris et etiam medela ipsa et salus unica mihi tute ipse es. Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi praecordia meis medullis acerrimum commovent incendium. Ergo miserere tua caussa pereuntis, nec te religio patris omnino

prorupit G. 1. O. L. *allacrimas* O. Beroald. Colin. Bas. (*allacrimãs*) *delacrimans* δ. *lacrimaque* pro *laciniaque* G. 1. 2. O. P. D. L. π. *contingens* G. 1. O. et ante *etiam* desideratur in G. 1. 2. O. D. L. *ipsa etiam medela ipsa* G. 2. priore *etiam* minio obducto. *nihil vite tute ipse es* L. *vitae* quod in aliquot codd. et edd. ante *tute* legitur, non est in F. 1. 3. G. 1. B. et edd. usque ad Colvium, qui primus substituit. Oud. emendat *salutis via*. *dilapsi* f. *miserrime* p. *mixi* f. unde effingi posse putat Oud. *miserere mei*. *tua causa parentis* δ. R. f. L. *tuae carae parentis* Colv. Vulc. 2. *tua caussa pereuntis* in B. P. et F. 1. legi adnotant excerpta ad marg. ed. Colv. *parentis* pro *patris* f. Vitiose ed. Lugd. Rouldi notam huc detrusit, pertinentem ad participium *pereuntis*. *deterreas* Vicent. *animo* pro *omnino* p.

adlacrimans. Hanc scripturam Oud. praefert alteri *delacrimans* exemplo Virg. Aen. X. 628. *Et Iuno adlacrimans*, ut correxit Heins., quem ibidem vide etiam de *delacrimans*. [*Adlacrimans*, quod a Virgilio formatum videtur esse, defenditur analogia aliorum compositorum, quae eadem ratione ἅπαξ λεγόμενα sunt apud Virg., ut *adtorquere*, *advelare*, cf. Wagn. ad Virg. Aen. IX. 52. Ceterum *delacrimans* per sententiam hic bene probaretur, de quibus compositis cf. Loers. ad Ovid. Trist. V. 4. 40. IV. 6. 30.]

laciniaque contegens. cf. ad Met. I. p. 30.

et etiam. [Qui *et etiam* particulas coniunctas ferre non poterant interpretes, alterutram eiiciendam esse putabant, unde *et* e medio isti tollere conabantur. Oud. qui hunc usum agnoscat, cit. not. ad Suet. Caes. 76. Ner. 45., tamen *sed* vel *at etiam* temerarie coniicit. Optime de harum particularum usu exponit Hand. Tursell. T. II. p. 521., quem triplicem esse statuit. *Etiam* enim aut simplici copulae addi, ut rem praeter ceteras accedere significetur, aut duplex praecedere *et* in formulis *et — et quoque, et etiam*, denique *et — etiam* fere unam habere significationem *auch noch dazu;* cf. Lamprid. Commod. 1. *Commodum Marcus et suis praeceptis et etiam magnorum atque optimorum virorum erudire conatus est*. Noster locus praeterea commemorandus est, quod post particulas *et etiam* sequitur altera enuntiatio *et salus unica*, quem usum in ceteris exemplis non observavi, in quibus post *et etiam* nihil amplius adiicitur. Qui de usu particularum *et etiam* disseruere viros doctos largissima manu enumerat Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 1009. cf. Met. X. p. 709. *et etiam saltare*.]

tua caussa pereuntis. Colvius ex Ms. Lipsiano ponebat *tuae carae parentis*, quem Floridus his verbis bene refutat: Quomodo enim, quae nomen filii in privigno libenter eraderet, ne illud pronuntians pudoris admoneretur, ut supra dixit Apuleius, quomodo, inquam, illa eum ad incestam Venerem exhortans nomen matris adhiberet, quod procul dubio tanti flagitii horrorem in eo deberet augere. De significatione vocis *perire* cf. Burm. ad Quint. Decl. XV. 8. et Pric., qui haec exempla profert: Met. II. p. 114. *pereo, inquam, iam dudum perii*, ubi me cf. Virg. Ecl. VIII. 41. *ut vidi, ut perii* et fragm. veteris poetae: *saeva non cernis quod ego langueo. Sic me destituis iam seminortuum*, ubi male Pric. emendat: *saeva ah non cernis quantum ego langueo.*

religio patris. *Religionem* hic *verecundiam* vocat s. *religiosum respectum*, ut Pric. bene docet ex Gloss. Cyrill. p. 478. *εὐλάβεια reverentia, verecundia, religio*. Gloss. Philox. p. 184. *religio θρησκεία, εὐσέβεια, διάθεσις καὶ αἰδώ* [*religione ἀκριβείας ἢ αἰδοῦς*. cf. Cic. pro Rosc. Amer. 24. §. 66. *magnam vim, magnam necessitatem, magnam posidet religionem paternus maternusque sanguis.*]

deterreat, cui morituram prorsus servabis uxorem. Illius enim recognoscens imaginem in tua facie merito te diligo. Habes solitudinis plenam fiduciam, habes capax necessarii facinoris otium. Nam quod nemo novit, paene non fit.

CAPUT IV.

685 Repentino malo perturbatus adulescens quamquam tale facinus | protinus exhorruisset, non tamen negationis intempestiva severitate putavit exasperan-

enim pro *cui* G. 1. O. *servabunt* p. *mutua facie* edd. vett. praeter Iunt. 2. usque ad Colv. *cf.* ad Met. V. p. 345. *in hoc saltem parvulo recognoscam faciem tuam. te diligo merito* | *te diligo* G. 1. prioribus vocabulis linea obductis. *heres* pro *habes* B. *habere* edd. vett. ante Beroald. *sollicitudinis* G. 2. D. *habes* altero loco non comparet in G. 2. D. *necessarium* p. *namque nemo novit* G. 2. P. D. L. *namque quod nemo* G. 1. O. *penitus* G. 2. O. D. L. δ. (neque vero in G. 1. ut Oud. praebent excerpta, quae eadem errant scribentia, in G. 2. legi *paene.*) *penitus paene non fit* Ms. Wass. *non infit* G. 2. D. L. Ms. Brant., qui inde *naevum fit* ineptissime coniecit.

adulescens F. 3. B. et edd. aliquot cf. cap. sup. *putavit severitate* G. 1. *exasperandam* B. edd. vett. usque ad Colv. *exaspectandum* G. 1. O.

illius recognoscens. De sententia Pric. haec comparat: Virg. Aen. IV. 84. *gremio Ascanium genitoris imagine capta detinet.* Apud Senecam Hippol. Phaedra ad privignum 658: *genitor in te totus*, Andromache apud eundem Troad. 645 seqq.: *Testor immites deos Non aliud Hector in meo nato mihi Placere quam te: vivat, ut possit tuos Referre cultus.* Arnoldus Abbas de Operibus sex dier. p. 39: *Sicut exterior facies paternae generositatis praetendit indicium, et ibi vel pulchritudo vel deformitas genitoris traiecta est, ut et ex vultu intelligas, utrum naturalis an adulterinus sit filius.* [cf. d'Orv. ad Charit. II. 9. p. 328. ed. Lips.]

necessarii. Pricaeus huius epitheti rationem se non assequi fatetur. Intelligit Beroaldus facinus, quod cum persona *necessaria* sive necessitudinis vinculo copulata committitur; inepte ob eandem rationem, ob quam vidimus paullo ante *parentis* non valere. Verissime interpretatus est Floridus *facinus meae saluti necessarium*, quia *morituram* alioquin sic *servabis.* Attamen mavult Oud. totam enuntiationem invertere hoc pacto: *Cui morituram prorsus servabis uxorem. Illius enim recognoscens imaginem in tua facie merito te diligo. Habes capax necessarii facinoris otium, habes solitudinis plenam fiduciam. Nam* etc., quia sic rectius cohaereant singula singulis argumentis. [Quod secus mihi videtur. Arctissime enim utrumque copulatum est: qui enim in amore furtivo atque adulterino solitudinem non habet, otium quoque non habet adulterii perpetrandi et vice versa, ita ut utrum praeponas idem sit. Deinde non placet verborum coniunctio: *plenam fiduciam nam*, quae aures quam maxime offendit.]

Cap. IV. *negationis intempestiva severitate.* Ob seqq. *cautae promissionis dilatione* Pricaeus existimavit, hic me lius lectum iri *intempestivae.* Sed aeque dici potest, ibi *cauta* rescribendum esse. Talia si ad cuiuscunque interpretis gustum in Apuleio, ut in ceteris, essent semper constituenda, quis finis foret commutandi?

exasperandum. Primus erat Colvius, qui ex codd. restituit genus neutrum, quum priores Edd. cum Bert. cod. praetulissent femininum, eumque posteriores excepto Florido secuti sunt. Neutrum vero putavit Oud. ita esse profectum, quia librarii existimassent, haec verba ad *facinus* referenda esse. Ipse femininum legi maluit capiens de *nocerca*, quam hortatus esset, ut *bonum caperet animum.* [Qua de lectionum diversitate equidem aliter sentio. Femininum enim emendationem arbitror esse librarii, qui

Digitized by Google

dum, sed cautae promissionis dilatione leniendum. Ergo prolixe pollicetur, et bonum caperet animum, refectionique se ac saluti redderet impendio | suadet, [240]
donec patris aliqua profectione liberum voluptati concederetur spatium: statimque se refert a noxio conspectu novercae. Et magnam domus eladem ratus indigere consilio pleniore, ad quemdam compertae gravitatis educatorem senem

leniendam B. edd. vett. usque ad Colv. *polliceretur* F. 3. *pollic. et bonum* F. 1. 3. f. O. ∂. Scriver. *pollicetur ut bonum* G. 2. D. Colv. et seqq. *poll. et ut bonum* G. 1. p. Iunt. 2. *pollicetur ut et bonum* B. et edd. vett. usque ad Colv. *caperet* ∂. *reduceret* pro *redderet* f. ∂. *suadet* non comparet in p. *prostitutione* L. *liberum* non est in L. *voluptati* exulat a R. f. *referunt* p. *a noxio a noxio* D. *conspectu* non habet ∂. *etiam magnam* F. 1. *etiam magnus* p. *et magnas* f. Pricaeus coniecit *et tam magnam*. *magno et altiore consilio* B. *magno et ampliore consilio* edd. vett. praeter Iunt. 2. *plenire* D. Mox transponit verba *senem educatorem* Meurs. ad Lycophr. 211.

quo referendum hoc sententiarum nexu neutrum sit, non perspexit, bene intelligens, ad *facinus* contorta tantum ratione id fieri posse. Hinc quia paullo ante noverca locuta erat, melius participium ad eam pertinere sibi persuasit. Tum femininum ideo ferri non posse, mihi quidem constat, quod Apuleius sine dubio *novercam* vel *eam* vel aliud quid apposuisset, quia nimis remotum est substantivum, quo pertinere vult *exasperandam* Oud. Tertio denique loco neutrum difficillimum esse explicatu patet, atque in universum accipiendum, cogitatione addito *id* vel *propositum* vel *malum* aliis, quae ex sententiarum nexu bene possunt substitui.] *Exasperari* res, bestiae atque homines dicuntur, qui iam irati sunt. cf. Met. IX. p. 648. *mulier altius commota atque exasperata.* p. 665. *quo sermone exasperatus inrenis.* Solin. c. 55. Ita etiam e contrario *lenire aliquam.* Met. V. p. 367. *clementer ad se vocatam permulcet verbis lenientibus.* VI. p. 382. *iratum licet non uxoris blanditiis lenire.* [Saepius de rebus dicitur, ut *fauces*, *fretum*, *corpus exasperare* cf. Lexica, itemque *lenire.* Hinc in constructione loci non offendendum est. De *lenire* cf. Deder. ad Dict. Cretens. I. 19. Gloss. p. 262.]

pollicetur, et bonum caperet animum. [Qui construebant *pollicetur, ut caperet*, ii *et* ante *bonum* eiicientes, *ut* particulam satis ieiune supponebant. Hoc vero tolerari neutiquam potest. Quum enim *polliceri* semper sit *promittere*, *promissum dare*, insana plane esset dicendi ratio, *invenis pollicetur, ut novercа bonum caperet animum.* Coniungenda potius sunt *et suadet*, *bonum caperet animum* etc., unde videndum est, quam male Colvius et seqq. *et* particulam eiecerint. *Suadet* in cod. Pith. omittitur, quod Oud. minus recte ita explicuit, quia librarium offendisset tempus praesens pro praeterito coll. de hoc usu not. ad Caes. B. G. I. 8. B. C. I. 18. Suet. Caes. 56. Aen. VI. 534. Quod si ita esset, in *pollicetur* quoque offendere debuisse eum apparet. Equidem hanc omissionem ex perversa ista librarii opinione interpretor, qua coniunctivos e verbo *pollicetur* pendere voluit, ut ita *suadet* superfluum videretur esse.]

consilio pleniore. De significatione vocis Oud. comparat Cic. Tusc. V. 67. *plena gaudia.* XX. 141. *plenior aura.* Claudian. in Rufin. I. 12. Frontin. III. 3. 1. Vell. II. 16. Apul. Met. p. 690. *plenis operabatur affectibus.* p. 703. *At ubi fiducia latendi pleniore capta.* p. 724. *plena cum sanctimonia.* Hinc Bert. cod. lectionem *magno et ampliore consilio* nihil nisi librarii interpretamentum esse iudico. [cf. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. XX. 141. p. 112.]

educatorem senem. [De his servis *nutriciis*, qui et *educatores* et *paedagogi* nominabantur, quique Caesarum vel patriciorum et equitum pueros a iuventute educabant et instruebant cf. Popm. de Oper. Serv. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. III. p. 1331. Claud. de Nutricib. et Paedagog. c. 7. ibid. p. 439 seqq.]

686 protinus refert. Nec quicquam diutina deliberatione tam salubre visum, quam fuga celeri procellam fortunae saevientis evadere. Sed impatiens vel exiguae dilationis mulier, ficta qualibet caussa, confestim marito miris persuadet artibus ad longissime dissitas festinare villulas. Quo facto maturatae spei vesania praeceps promissae libidinis flagitat vadimonium. Sed iuvenis modo istud modo aliud caussae faciens, exsecrabilem frustratur eius conspectum, quoad illa

gratulatis Vicent. Venet. 2. 4. *liberatione* f. *ne quicquam* F. 3. *visum est* G. 2. D. *celerem* D. *saeclentis fortunae* f. ò. *dilectionis* p. *quamlibet* mavult Oud. conf. Suet. Vesp. 5. *quamlibet magnum* N. Heins. ad Ovid. Heroid. VI. 140. *quamlibet iratis iusta dat arma dolor. desitas* O. *villas* ed. Bas. 1. *maturitate spei* L. f. *vexamina* G. 1. *praeces* D. *fagitat* D. Piccart. Peric. Crit. c. 13. malit *promissum*. Frustra. Verbum *flagitat* deest ò. *modo istud modo aliud* V. 1. 3. G. 2. P. D. L. R. f. p. ò. B. Iunt. 2. In cett. *modo illud*. In G. 1. et O. prius *modo istud* plane omittitur, sequitur *modo aliud*, nisi quod G. 1. habet *modo ad* ex errore librarii *ad* pro a^d scribentis. *caussae faciens*. Pravo iudicio Brantius locutionem elegantissimam vitii suspectam habet, *caussificans* corrigens, ut infra p. 695. *atque inconcinne caussificantem*. *frustratus* G. 1. f. L. *conspectum* V. 1. 3. G. 1. 2. O. D. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) L. π. Elm. Scriv. In cett. *aspectum* perpetua variatione.

sed impatiens. De re comparat Pric. Sen. Hippol. 583. *Sed Phaedra praeceps gradilur, impatiens morae* Iul. Firm. de errore prof. relig. p. 7. *nullo genere muliebris impatientiae tormenta curantur*. Idem advers. Math. VI. 30. *ista mulier circa omnem libidinem vitio prostituti pudoris impatiens*. Virg. Aen. VI. 445. *His Phaedram Procinque locis*, ubi Servius: *Feminarum tantum posuit exempla, non quod desint viri, sed elegit sexum impatientem ad amandum*.

modo istud, modo aliud. Dixisse etiam potuit Apuleius, ut Oud. monet, *modo hoc, modo istud, modo aliud*, ut Met. IX. p. 605. *hoc et illud et aliud et rursus aliud*. III. p. 206. *hic — illic — alibi*. cf. ad Met. XI. p. 763. *alii — alii — isti — illi*. Unde saepius commutatae sunt voces *illa, alia, illud, aliud, illi, alii* cf. Dr. ad Liv. XXIII. 7. [cf. d'Orv. ad Charit. II. 7. p. 319. ed. Lips.]

transtulisset odium. Solent libidinosae mulieres, quorum amores ipsae ultro appetiverunt, si ab illis contemni ac repudiari se videant, illico illos calumniari et modis habere pessimis. Exempla aliqua commemorat Muret. Var. Lect. I. 12. Pric. haec adnotat: Iuven. X. 328 sq. *mulier saevissima tunc est, Cum stimulos odio pudor admovet*. Heliod. VII. p. 263. *φιλόνεοι γυναῖκες ἀμείλικτοι γίνονται καὶ βαρυμήνιδες ἀποστυγάνουσαι καὶ τοὺς ὑπερόπτας ὡς ὑβριστὰς ἀμύνονται·* VIII. p. 290. *ἀπελπισθεὶς ὁ ἔρως οὐδεμίαν ἔχει φειδὼ τοῦ ἐρωμένου, τρέπει καὶ φιλεῖ τὴν ἀπογνῶσιν εἰς τιμωρίαν*. [Longe gravior est quaestio de modorum varietate *transtulit* et *transtulisset*. Omnia enim quum Apuleii exempla perlustraverim, vix puto per usum *transtulit* tolerari posse. Duplex enim vocis *quoad* significatio est discernenda, prior qua idem est quod *donec* et temporis indicat momentum, ex quo actio quaedam fieri coepta est, altera, qua temporis spatium significat, intra quod aliquid factum esse describitur. Priorem quum habet notionem, aut cum indicativo praesentis ubique coniungitur: Met. III. p. 196. *moestus recordabar, quoad ... advenit*. IV. p. 246. *tentavit exsurgere, quoad popletes eius totos amputant*. V. p. 332. *sororem ciebant, quoad procurrit e domo; pergit imurgere, quoad Charite suscipit*. IX. p. 666. *ingulum sibi contrucidat, quoad maculas ... proluit*: aut cum coniunctivo imperfecti: Met. I. p. 13. *proceho ... quoad praesidium eliquaret*. p. 42. *perquiverint perforari, quoad consone clamitarent*; p. 49. *vesicam exonerant, quoad madore perlucerent*; V. p. 332. *plangebant ubertim, quoad saxa sonum resulturent*; VII. p. 472. *meminisse non destitit, quoad summos promitterent honores*; p. 481. *cauda sublevare, quoad resurgerem saltem*. p. 497. *vinctum*

nuntiorum varietate pollicitationem sibi denegatam manifesto perspiciens, mobilitate lubrica nefarium amorem ad longe deterius transtulisset odium. Et assumpto statim nequissimo et ad omne facinus emancipato quodam dotali servulo, perfidiae suae consilia communicat, nec quicquam melius videtur, quam vita miserum privare iuvenem. Ergo missus continuo furcifer venenum

nuntiorum varietate. Scribit Lipsius *mendaciorum varietate* e compendio *mdaciorum* natum ratus errorem. At frustra ita coniecit Lipsius. Quia iuvenis vitabat novercae conspectum, per internuntios modo hoc modo illud caussabatur, quare promissum ei praestare nequiret. *pollicitationum* Iunt. 1. 2. Ald. *negatam* Florid. vitiose. *prospiciens* B. *mobilitate* D. *ad* non comparet in p. *transtulisset* F. 1. 3. G. 1. O. π. p. aliique. *transtulit* G. 2. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv. L. B. δ. Iunt. Ald. Wow. Scriv. Pric. Ceterae edd. habent *transtulisset*. Mirum est, quod excerpta F. 1. ad marg. ed. Colv. testantur in eo cod. legi *transtulit*. *et* post *nequissimo* abest in p. et δ. qui idem *nequissimo* omittit. Certe *ad omne facinus emancipatus* est *nequissimus*; Apulei tamen dictionis copia vulgatum abunde vindicat. *de tali* pro *dotali* G. 2. P. D. *furtifer* Vicent. Venet. 2.

perducunt, quoad poenae redderetur; IX. p. 596. *obsidebant locum, quoad peresus absumerer.* IX. p. 599. *patiebar, quoad modestiam approbarem;* p. 642. *secederet, quoad .... sedaretur animus:* aut perfecti coniunctivus ponitur, ut Met. II. p. 171. *demergo, quoad spiritum efflarerint.* Aliter considerandos esse locos Met. VI. p. 385. *delitescam, quoad saeviens ira mitigetur;* VIII. p. 535. *concesseris tempus, quoad spatium compleatur anni;* p. 536. *persentiscat, quoad dies reliquos metiatur annus*, cuique patet, quum hic ex sententiarum nexu coniunctivus necessario requiratur. Unus quo indicativus perfecti ab omnibus Mss. firmatur locus est Met. X. p. 707. *esitabam, quoad duci me iussit.* In Apol. p. 513. *quoad habitavit* et Florid. p. 47. *quoad vixit* particula alteram habet significationem. Quamquam igitur *transtulit* forsitan defendi potest, *transtulisset* tamen unice probatur.]

emancipato quodam dotali servulo. [De *emancipato* cf. Barth. Advers. XLIII. cap. 13. p. 1953. de *dotali servo* Taubm. ad Plaut. Asin. I. 1. 72. Intt. ad Prop. I. 8. 35. p. 95. ed. Santen. et Beroald. ad h. l. *Servo* recte iudicat Oud. non dativum, sed ablativum esse absolutum; et in verbis *consilia communicat* rursus subintelligenda *cum eo*. Quae enim afferunt exempla VV. DD., quibus hanc constructionem tueri velint, aut plane aliter sunt intelligenda, aut vitiose scripta. Restant tantummodo loci Mamert. Panegyr. 10. §. 1: *minus mirum fuisset, exiguam sibi communicasse regionem*, et Ascon. in Pison. 39. §. 94. T. V. 2. p. 16. Orell. *Legem iudiciariam ... tulit Aurelius Cotta praetor, qua communicata sunt iudicia senatui et equitibus Romanis et tribunis aerariis*, nisi quis hic pro *et* legere malit *cum*. cf. de vocab. construct. Rud. Inst. II. p. 197 sq. Ruhnk. ad Muret. I. p. 661. Cort. ad Cic. Epist. ad Divers. I. 7. §. 6. Intt. ad Caes. B. Civ. III. 18. Dr. ad Liv. VI. 4. Altero quo Apuleius usus est hoc vocabulo loco *cum* praepositionem recte adiungit cf. de Deo Socrat. p. 132. *se deum cum homine communicare.*]

furcifer. [Isidor. X. 108. *Furcifer dicebatur olim, qui ob leve delictum cogebatur ad nominis ignominium magis quam supplicii caussa, furcam circa viam ferre, praedicans peccatum suum, et monere ceteros, ne quid simile peccarent.* Plutarch. Coriolan. p. 225 C: Ἦν καὶ μεγάλη κόλασις οἰκέτου πλημμελήσαντος, εἰ ξύλον ἁμάξης, ᾧ τὸν ὦμὸν ὑπερειδουσιν, ἀράμενος διεξέλθοι παρὰ τὴν γειτνίασιν, ὁ γὰρ τοῦτο πεισθὼν καὶ ὀφθεὶς παρὰ τῶν συνοίκων καὶ γειτόνων, οὐκέτι πίστιν εἶχεν, ἐκαλεῖτο δὲ φουρκίφερ. Deinde de quodam servo malo atque extremi flagitii dictum est. cf. Popm. de Oper. Serv. in Polen. Suppl. Thes. T. III. p. 1366 sq. cf. Met. X. p. 695.]

Digitized by Google

687 praesentarium comparat, idque vino diligenter dilutum | insontis privigni praeparat exitio.

CAPUT V.

Ac dum de oblationis opportunitate secum noxii deliberant homines, forte-fortuna puer ille iunior, proprius pessimae feminae filius, post matutinum laborem studiorum domum se recipiens, prandio iam capto siticus, repertum vini poculum, in quo venenum latebat inclusum, nescius fraudis occultae continuo perduxit haustu; atque ubi fratri suo paratam mortem ebibit, exanimis terrae

praesentaneum π. O., qui teste Pricaeo habet *peremptorium* e glossa, ut patet ex π. et G. 1. qui habent *peremptorium praesentaneum* vel *praesentarium* (ut G. 1.) *comperat* edd. vett. praeter Iunt. 2. cf. supra. *praeparat* pro *comparat* δ. *atque vino* D. *atque ulno* pro *idque vino* G. 2. P. *insortis* G. 1.

at δ. *dum* non est in δ. *oblactionis* G. 1. *deliberant noxii* p. et edd. vett. usque ad Colv. *ferte* pro *forte* D. *prius* pro *proprius* G. 1. 2. O. P. D. π. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *propius* Paris. *pendio iam cepto* mirifice habent edd. ante Beroald. qui *prandio iam coepto* legit. *silens* D. *latebat* F. 1. 3. G. 1. 2. D. O. f. B. δ. p. edd. vett. Colvius e I.. et Wower. ex P. tacite substituerunt frequentativum *latitabat*. Habent etiam Vulc. 2. et Pric. *fradis* D. *haustu* F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. B. (certe in Mod. collect. nihil mutatum est.) *haustum* L. P. p: B. teste Oud. et edd. vett. usque ad Colv., ex quo *haustu* scribi coeptum est. *adhaustum* R. f. δ. φ. *qui ubi* G. 2. D. P. I.. φ. δ. et in F. 3. ex correctione, at manus prima dignosci hodie nequit, edd. inde a Colv. *quod ubi* G. 1. O. *atque ubi* F. 1. B. p. edd. vett. usque ad Colv. Elm. Scriver. Ceteros codd. Oud. non commemorat. Verba *qui* usque ad *illico* desunt f. *ut* pro *ubi* φ. δ. *peratam* Vicent. Venet. 2.

praesentarium. [Idem, quod de terminationibus *momentaneus* et *momentarius* ad Met. II. p. 162 dixi, in hoc quoque adiectivum cadere persuasum est. Est sine dubio *praesentarius* forma unice vera, quam codd. optimi firmant, altera vitiosa et ex solita aberratione profecta. De voc. cf. Doed. Synonym. T. I. p. 140. 141.]

Cap. V. *proprius.* Colvius ex lectione aliquot codd. *prius* emendabat *privus*, de quo vocabulo egi ad Met. III. p. 184. *privas inimicitias.* At vero nequaquam hoc loco valet. *Privignus* potius erat privus mariti filius, et alter puer ille iunior non erat *privus* feminae filius, sed cum marito communis. *Proprius* est *suus*, qui in oppositionem alterius filii sibi erat proprius cf. Borrich. in Vind. Lat. p. 192. Tibull. I. 6. 69. Sil. XII. 717. infra p. 691. *metu periculi proprii.* [Minus tamen placet altera Oud. explicatio, *proprium* hic *naturalem* significare filium in oppositionem *privigni* coll. Met. X. p. 748. *capillae canitiem propriam luteo colore mutant.* Res enim eodem redit, semper significat *proprius*, quod alicui rei est, a ceteris non possessum; cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 388. Deder. ad Dict. Cret. III. 5. Gloss. p. 318.]

continuo perduxit haustu. Cogitarat prius Oud. simpliciter *adhaustu* vel *exhaustu* pro *haustum* corrigendum esse ac retinendam particulam *atque*, sed propter *m* litteram et varietatem vocalarum *atque* et *qui* postea ei placuit *exhaustu moxque*, [qua emendatione nihil dici potest esse infelicius. Vocabulum enim formavit Oud., quod alias nuspiam legitur, nec ut librorum inde constantiam explicaret, sed ut libris longe deterioris notae se accommodaret. Dein qui obiter tantum in codd. versatus est, quoties ablativi et accusativi in *a* et *am*, *e* et *em*, *u* et *um* confundantur cognitum habet, ut in ea quidem re neque haerendum, nec ob eam solam caussam locus corrigendus sit. Recte igitur coniungunt *continuo haustu*, quod referri debet ad praegressa: *prandio iam capto sitiens. Atque* ex codd. F. 1. et B. retinui, quam genuinam esse lectionem cod. Florent. 3. probat, in quo *qui* e correctrice manu est, unde prius aliud quid extitisse apertissime patet. De

Digitized by Google

procumbit. Illicoque repentina pueri pernicie paedagogus commotus ululabili clamore matrem totamque ciet familiam. Iamque cognito casu noxiae potionis, varie quisque praesentium auctores insimulabant extremi facinoris. Sed dira illa femina et malitiae novercalis exemplar unicum non acerba | filii morte, non 688 parricidii conscientia, non infortunio domus, non luctu mariti vel aerumna funeris commota, clade familiae vindictae compendium traxit, missoque protinus cursore,

procubit δ. D. ***procubuit*** p. cf. p. 682. ***rupit et praecipit.*** ***illicoque*** F. 1. 3. Iunt. 2. Elm. Scriver., quod Oud. praetulit, sed a Ruhnken. in contextu non receptum est, cum Vulc 2. per negligentiam ***illico*** legente. ***illius quoque*** edd. vett. In cett. ***illico.*** ***Illoico*** habet D. ***pernicie pueri*** δ. ***totam quatiet*** G. 1. ***ciet*** non comparet in δ. ***namque*** δ. ***cognitio*** Vulc. 2. ex typothetarum errore. ***quisquis*** f. ***clade*** F. 1. 3. G. 1. O. p. Vulc. 2. Wow. Elm. Pric. Florid. In cett. ***cladem.*** ***tracxit*** G. 1. ***tranxit*** G. 2. D. ***transit*** P. ***missoque protinus cursore*** F. 1. 3. B. edd. vett. usque ad Colv. Elm. In cett. ***misitque protinus cursorem.*** ***missaque cursorem*** Scriver. vitiose.

ducere eiusque compositis cf. Lambi. ad Horat. Od. I. 17. 22. Heins. ad Ovi l. Met. XII. 316. Barth. Advers. XXXIII. 12. p. 1525., qui nostrum locum indigitat, Iuven. VI. 428. XII. 9. Orell. ad Arnob. V. 26. T. II, p. 322. Intt. ad Cic. Tusc. I. 40. §. 96. Ita graeci ἄγειν cf. Boissonad. ad Eunap. p. 293. et ad Nicet. p. 236.]

mortem. [***Mors*** perquam venuste saepius de instrumento et caussa mortis dicitur, ut nostro loco citato Cort. pluribus demonstrat ad Lucan. VII. 517.]

malitiae novercalis. [Novercarum fraudes ac malitia in proverbium quasi abierunt. cf. Horat. Od. III. 24. 17 sq. Ovid. Met. I. 147. Heyn. ad Virg. Georg. II. 129. Ita dicit Horat. Epod. V. 9. ***quid ut noverca me intueris.*** Serv. ad Virg. Ecl. III. 33. ad Georg. III. 283: ***exprimit augmenta malitiae novercarum, quae virus herbis et cantibus herbarum armant venena.*** Firmic. de Error. p. 9. ed. Lugd. ***Iuno novercalis animi furore commota.*** Euripid. Alcest. 628. ἐχθρὰ γὰρ ἡ θνήσασα μητρυιὰ τέκνοις τοῖς πρόσθ' ἐχίδνης οὐδὲν ἡπιωτέρα. cf. Intt. ad Iuven. VI. 134. praeceteris Rupert. Notissima est Phaedrae fabula, quae eadem ratione ob denegatum amorem in Hippolytum saeviisse dicitur, et Phinei uxoris; cf. Serv. ad Aen. III. 209: ***Phineus habuit uxorem et ex ea duos filios, quibus superinduxit novercam, quos noverca ad patrem tamquam stupri adfectatores detulit, ob quam rem Phineus eos caecavit.*** Plura exempla ***novercalium odiorum*** enumerat Marcell. Donat. ad Tac. Ann. I. 3.]

exemplar. [cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 122. et Barth. Advers. XXXV. 14. p. 1611., qui ex hoc loco aliisque demonstrat, ***exemplum*** in malam partem saepius dici et ita ***exemplum*** videtur legisse.]

non acerba. [Hunc locum citat Barth. Advers. XIX. 15. p. 993.]

luctu mariti. [cf. Deder. ad Dict. Cret. III. 21. Gloss. p. 331.]

clade. Loci huius sententia satis est clara, sive mulier illa ex strage familiae suique filii morte traxit, sive cepit sibi breviorem viam ultionis, et ad vindictam de privigno sumendam. Nonnulli libri scripti et editi exhibent ***cladem*** per adpositionem, sed tum praestaret cum viro docto (Modium puto) legere: ***Cladem familiae in vindictae compendium traxit.***

missoque protinus cursore. Minus bene Elm. revocasse hanc lectionem putat Oud., quia ita dubium nimis evadat, quo pertineat ***eodem***, utrum ad ***cursorem*** an ad ***maritum***, qui hic necessario sit intelligendus. Suspicatur tamen ab Apulei manu fuisse, ***missusque protinus cursor***, cui quum lector vel librarius apposuerit ***e*** i. e. ***est***, abiisse ***cursor*** in ***cursore***, unde alii ***misso cursore*** alii ***misit cursorem*** fabricaverint. [Ego plane aliter sentio. Lectionem quam dedi unice veram iudico, de Oud. dubitatione minus sollicitus, quia quisquis recte sapit ***eodem*** ad nullum alium nisi ad ***maritum*** posse referri videt. Deinde,

Digitized by Google

qui vianti marito domus expugnationem nuntiaret, ac mox eodem ocius ab itinere regresso, personata nimia temeritate insimulat privigni veneno filium suum interceptum. Et hoc quidem non adeo mentiebatur, quod iam destinatam iuveni mortem praevenisset puer; sed fratrem iuniorem fingebat ideo privigni
[241] scelere peremtum, quod eius probrosae libidini, qua se | comprimere tentaverat,

sisitque pro *misitque* D. *qui* desideratur in R. f. *pervianti* R. f. *nunctiaret* D. *at mox* δ. *ocius* non est in δ. *suum* non comparet in δ. *interceptum* F. 3. Iunt. 2. *superemtum* D. In cett. *interemptum*. *et hoc quidem* F. 1. (teste Lindenbrog.) 3. G. 1. 2. O. B. p. Elm. Scriv. Florid. *haec* L. In cett. *hic*. *et hoc non adeo quidem* D. *praevenisset puer sed fratrem iuniorem* desunt G. 1. π. *fratrum* p. *ei* O. P. G. 1. 2. D. (*ei*^{3}). *probosae* F. 3. G. 1. 2. D. Forsitan etiam in aliis. *comprimeni* G. 1. *comprimu* O. a m. p.

non intelligo, qui lectione *misitque cursorem* evitetur illa quam dicit Oud. sententiae ambiguitas. Est istud glossema librarii, qui cum verbis *ac mox eodem* novam enuntiationem incipere opinatus prioris enuntiati verbum finitum desiderabat, vel cui tota enuntiatio nimis longa videbatur esse. Hinc post *nuntiaret* commate distinguendum est.]

cursore. De servis cursoribus cf. Beroald. ad h. l. Intt. ad Suet. 29. 49. Tit. 9. Murat. Inscriptt. p. 2046., 7. fuitque in Palatina domo *Cursorum praepositus* Grut. Inscriptt. p. 600, 15. [Pignor. de Serv. in Polen. Suppl. Thesaur. Antiq. T. III. p. 1211. Popm. de Oper. Serv. ibid. p. 1347.]

domus expugnationem. [De hac voce cf. d'Orv. ad Charit. I. 5. p. 233. ed. Lips. multis exemplis demonstrantem, domus calamitatem saepius urbis victae expugnationi comparari.]

personata nimia temeritate. Forte scribendum esse *personata mimo temeritate* Colvii sententia est, *mimus* saepe in *nimius* apud vett. corruptum esse proponentis, ut Suet. Cal. c. 45. Sed praeterquam quod vis mimicae actionis expressa iam sit participio *personata*, probare debebat Colvius, ita *mimus* adiective usurpari pro *mimicus*. cf. Intt. ad Petron. 19. p. 90. Burm. Rectius divinavit Pricaeus *mira* ex Met. VIII. p. 534. *astuque miro personata.* Atqui quicquam mutandum esse nego. *Nimius* enim est maximus, mirus et fere incredibilis cf. Met. V. p. 362. *splendore nimio.* IX. p. 628. *novitate nimia candentes aureos.* [Ita velim corrigi apud Petron. l. c. *nimio* ex codd., quum *mimico* emendatio sit, qua sequentia volunt accuratius explicare. Sed per se iam patet, *nimium* hic quoque esse *mimicum.*]

interceptum. Bene odoratus est Oud. ex sola Iunt. 2. veram huius loci scripturam, quam mirum est praeter Florent. 3. nullum codicem prae se ferre. *Interceptum* est quasi *occupatum* s. morte praeventum, cuius glossa frequens est *interemptus.* cf. ad Suet. Caes. c. 20. *Intercepisse veneno iudicem creditur*; Claud. c. 1. *interceptus veneno.* Ac passim *intercipi* dicitur, qui morte immatura abripitur. [cf. Boettich. Lex. Tac. p. 283. Ovid. Met. X. 476. Gronov. Observ. II. 19. Ruhnk. Dict. ad Suet. Caes. I. p. 38.]

et hoc quidem. Hic, quae lectio est aliquot codd. et edd. vett., non mutandum esse Oud. voluit, quum *hic* esset *hac in re* coll. Met. I. p. 23. *Ego tibi solus hic pro isto credam*, V. p. 354. *At hic iam tua est existimatio*, quamquam variare semper in iis locis codd. ipse professus est. [Quae mea sit de his locis sententia ad Met. V. l. c. exposui. Difficillimum ubique erit iudicium, quod *hic*, *haec*, *hoc* per unum idemque compendium *h'* omnia in codd. exprimuntur.]

probrosae. [*Probosae*, quod mirifice optimi quique codd. praebent, suasit vir doctus ut defenderem per ironiam Apuleio solitam. At duo obstant, quominus ita faciam, primum quod, quantum sentio, hac in mulieris oratione ironiae locus esse nequit, dein quod *probosus* vocabulum est latinitati adhuc incognitum. Neque raro in codd. *probus* et *probrus* inter se commutantur.]

Digitized by Google

noluisset succumbere. | Nec tam immanibus contenta mendaciis, addebat sibi 689
quoque ob detectum flagitium eumdem illum gladium comminari. Tunc infelix duplici filiorum morte percussus magnis aerumnarum procellis aestuat. Nam

noluisse F. 3. p. *nec tamen immanibus* F. 1. G. 1. 2. P. p. f. *δ*. edd. vett. Nisi hae vocalae, inquit Oud., millies confunderentur, posset videri *tam enormibus*. Sed cf. ad Met. I. p. 15. *tamque immanin mentiendo. contempta* D. *quoque obiectum flagitium* G. 1. O. *gladium comminari* F. 3. G. 2. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. O. L. f. *δ*. Wow. Pric. In cett. *gladio. percursus f. perculsus β. f. δ.* solita confusione. *extuat* G. 1. O. *exaestuat* Coll. Voss. ut alibi cf. ad VIII. p. 510.

se comprimere tentaverat. Beroaldus docet, alios pronomen *se* ad iuniorem fratrem retulisse, et Pricaeum miror, qui in hunc gravissimum errorem incidere potuerit. Mulier enim illa accusabat privignum, quod is occidisset fratrem, ipsius filium in vindictam repulsae, quod noluisset eius libidinibus morem gerere. Id non tantum ex verbis quae Floridus affert: *illum incertum paterno thalamo*, sed etiam clarius patet ex p. 693: *quod se vocasset indignatus fastidio novercae iuvenis, quod ulciscens iniuriam filii eius mandaverit necem.* [*Comprimere* mulieres dicuntur libidinosi cf. Plaut. Epid. IV. 1. 3. Truc. II. 2. 7. Parei Lex. Plaut. s. v. Terent. Phorm. V. 8. 29. Liv. I. 4. §. 1. August. de Civ. D. VI. 9. §. 2. Perfamiliare est hoc vocabulum sensu obscoeno Hygino et Lactant. Placiad., qui una fabula octies ea voce usus est cf. LVI. Hygin. 89. p. 168.]

gladium comminari. Accusativum bene receperunt ex optimis codd. Wow. et Pric., quum *comminari* cum dativo personae et accusativo rei iungere non secus atque alii amet Apuleius, ut docet Pric. [Met. III. p. 202. *ipsi soli nubilam caliginem et perpetuas tenebras comminantem.* VI. p. 411. *maiora atque peiora flagitia comminans*; VI. p. 405. *ei graviora comminata.* p. 433. *comminatae mortis*; IX. p. 625. *mortem violentam comminatus*; p. 631. *dira comminatur Myrmeci supplicia.* X. p. 690. *in comminata nece.* p. 693. *recusanti mortem sit comminatus*; de Deo Socrat. p. 135. *ut Hannibali somnia orbitatem oculi comminentur.* Ceteri loci quibus idem vocabulum legitur sunt: Met. V. p. 330. *se morituram comminatur*; VII. p. 483. *idque iurans etiam ne quicquam comminabatur*; IX. p. 660. *eum tyrannica superbia comminari*; p. 671. *identidem comminabatur, se concisurum*, X. p. 745. *oculis acre comminantibus*; Apol. p. 596. *divisurum me comminatus sum.* Ex his igitur quae modo enumeravi exemplis aperte intelligitur, Apuleium *comminari* aut absolute posuisse, aut sequente accusativo cum infinitivo, aut denique, quoties casum addidit, cum accusativo rei et dativo personae iunxisse, quae nonnumquam ex sententiarum nexu cogitatione addenda est. Quae exempla si Oud. accuratius considerasset, non probasset lectionem *gladio comminari*, quam ob praecedentes accusativos *eumdem illum* probabiliorem esse affirmat. Quam prave enim egerit Met. IX. p. 660. *eum tyrannica superbia comminari* comparans, quisque intelligit, cum *tyrannica superbia* ibi ablativi sint et adverbialem, ut ita dicam, significationem habeant. Tum quod Oud. dicit: *minari alicui* cum compositis absolute inveniri, hoc quidem non moror, sed dici posse *minitari alicui aliquare* perfracte nego. In eo enim quod protulit Sall. Cat. 49. §. 3. exemplo: *ut equites Romani ... Caesari gladio minitarentur, gladio* est ablativus instrumentalis; apud Cic. Catil. II. 1. §. 1. et Cic. Philipp. XI. 14. §. 37. XIII. 20. §. 47. *ferro flammaque minitantem* et *ferro ignique minitantur* ablativum duco ex proverbiali locutione dictum esse, in aliis tamen dictionibus minime usurpandum. Hinc puto *gladium* unice probari licere.]

Digitized by Google

et iuniorem incoram sui funerari videbat, et alterum ob incestum parricidiumque capitis scilicet damnatum iri certo sciebat. Ad hoc uxoris dilectae nimium mentitis lamentationibus ad extremum sobolis implebatur odium.

CAPUT VI.

690 Vixdum | pompae funebres et sepultura filii fuerat explicata, et statim ab ipso eius rogo senex infelix ora sua recentibus adhuc rigans lacrimis, trahens-

minorem pro *iuniorem* B. *d.* quod Oud. perperam placet, cf. ad Met. IV. p. 300. Recte igitur Ruhnk. in textum hanc glossam non recepit. *etiam coram* p. *in eo tan* G. 1. *funerari sui* P. *inbebat* pro *videbat* G. 2. P. D. L. *fratricidioque* G. 1. ex interpretamento. *scil. damnat*) *iri* L., unde Colv. scribit: *ilicet damnatum iri.* Idem coniecit Meurs. Exercitt. Crit. p. 223. Sed alterum magis ait Oud. fore Apuleianum, nisi potius duae voces *capitis scilicet* suspectae essent, praesertim quia in *d.* exaratur *caput.* Haec tamen ne audias velim. *dampnum iri* G. 2. D. (neque *dampnum iri* quod in G. 2. et P. legi adnotat Oud.) *iri certo* desunt G. 1. O. *ad haec* G. 1. f. Coll. Voss. cod. Petrarch., et malebant Meursius et Pric. *ad huius d. adhuc* edd. vett. Colv. Vulc. 2. *Ad hoc e* P. tacite Wow. iam expresserat ante Elm., quem reliqui secuti sunt. *dilecta* Iunt. 1. 2. Ald. *implebatur* F. 1. teste Elm. 3. G. 1. 2. P. D. L. f. *d.* p. edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris. ac placuit Gruter. Susp. VIII. 3. *impellebatur* in cett. *odiis* f. p. Petrarch. cod.

vixdum pompae funebres et sepultura filii fuerat explicata F. 1. 3. G. 1. O. *d.* f. Iunt. 2. Scriver. *vix dum pompae funebris sepultura filii fuerant explicata* G. 2. D. P. Elm. *vixdum pompae funebres ex sepultura filii fuerant explicatae* F. 1. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) edd. vett. *vixdum pompae funebres sepulturae filii erant explicatae* edd. recentt. inde a Colv. *funebris* G. 1. *filii* non comparet in O. *d.* G. 1. *infelix senex* f. *adhuc d.*

ad hoc. Haec locutio hic significat *insuper, praeterea,* ut passim apud Apuleium; nam *ad* passim ponitur pro *praeter* cf. Dr. ad Liv. XXIV. 25. §. 3. [Hand. Tursell. T. I. p. 96. De *ad hoc* dictione Arntz. ad Plin. Panegyr. 4. §. 7. p. 25. Burm. ad Ovid. Met. VI. 459. Ruhnk. Dict. ad Suet. Aug. 25. p. 142. Hand. ad Tursell. T. I. p. 123 sq.]

ad extremum sobolis implebatur odium. Implebatur ad extremum odium latine dici posse Oud. negat; quare vel excidere debuisse putat vocem *ira* aut similem vel cum nonnullis codd. admittendum *odiis* aut potius *odii,* ut iste genitivus turbarum caussa fuerit, et *ad extremum* ponatur pro *postremo, tandem.* Verum quum iste verborum sensus minime conveniat et optimi codd. servent *odium, impellebatur* mavult retinere coll. Met. II. p. 158. *facti verisimilitudine ad criminis credulitatem impelli,* VIII. p. 511. *ad hoc ipsum impellitur.* IX. p. 649: *offensum mariti flectere atque in amorem impellere conatur animum.* [Bernhardyus V. D. hanc dictionem mihi probavit comparans: *vela inflare, cutem implere* simil., ut *implebatur* esset distendebatur, inflabatur. Propius accedit locutio *implere se* vel *impleri* cf. Colum. III. 2. §. 14. *vites se frequenter implent.* Id tantum offensioni est, id quod rei est, referri ad personam. Sed redolet locutio genus dicendi Apuleianum. Simile illud Cypr. Epist. 1. *Impletur in sucum cibis corpus.*]

Cap. VI. *pompae funebres et sepultura filii fuerat explicata.* [Ceterae quae in codd. vel edd. exhibentur scripturae allucinationes sunt librariorum, qui quomodo pluralis *pompae* et singularis *fuerat explicata* inter se componi possint non videbant. Hinc alii *fuerant explicata* neutro genere, alii *fuerant explicatae* corrumpebant. Quomodo vero Oud. pronuntiare potuerit, talem numeri quasi permutationem creberrime observari posse, vix credibile est. Locum quamquam pro corrupto non habeam, tamen memorandum censeo. Consimile exemplum adhuc frustra quaesivi. Porro *et* cum Oud. explicativum hic esse nego, discrimen inter pompas funebres et sepulturam statuens.]

ab ipso eius rogo. Atqui puer hic non est crematus, sed totum eius corpus sepulcro conditum et humatum, unde

Digitized by Google

que cinere sordentem canitiem foro se festinus immittit. Atque ibi tum fletu tum precibus genua etiam decurionum contingens, nescius fraudium pessimae mulieris in exitium reliqui filii plenis operabatur affectibus, illum incestum paterno thalamo, illum parricidam fraterno exitio et in comminata novercae nece sicarium. Tanta denique miseratione tantaque indignatione curiam sed et plebem moerens inflammaverat, ut remoto iudicandi taedio et accusationis manifestis probationibus et responsionis meditatis ambagibus, cuncti conclamaverint: *Lapidibus obrutum publicum malum publice vindicari.*

fradium D. *fraudum* O. δ. Sed cf. ad Met. V. p. 349. *fraudium pedicam. perime* p. *operabar* P. *paricidam* in G. l. a m. s. est. *incominato* D. *in cominata* G. 2. Vicent. *caedé* pro *nece* G. 1. B. p. R. f. edd. ante Colv. praeter Iunt. 2. *fide* δ. in marg. *caede. tanta indignatione* B. *tanta denique indign.* f. *manifestis accusationis* δ. *accusationibus* Bas. *per probationibus* G. 1. *responsionibus* Vicent. Venet. 2. Bas. 1. *mediatis* f. Margini adlevit Sopingius *ineditis* sive non redditis. Prave. Nam *meditatas responsionis ambages* opponit auctor *manifestis accusationis probationibus*, et sub utrisque ἀπὸ κοινοῦ intelligit *remotis. conclamaverint* F. 3. Elm. Scriv. Florid. *conclamarint* G. 2. D. edd. vett. et cett. recentt. *conclamant* δ. *conclamarent* δ. *iudicari* D.

etiam mox post longum de eo habitum iudicium repertus est non mortem occubuisse, sed arto somno devinctus fuisse p. 699. *pater, cooperculo capuli remoto, surgentem deprehendit filium, eumque producit ad populum, ut erat adhuc feralibus amiculis obstrictus*, ubi male per *sepulcrum* et *capulum* Floridus intelligit feretrum, quo inclusus delatus fuerit ad rogum, his scilicet deceptus. *Capulus* non est ibi feretrum, sed arca, in qua reconduntur humandi, non sepeliendi, ut clare Met. IV. p. 277: *monumentum conspicamur procul a via ... Ibi capulos carie et vetustate senitectos, quis inhabitabant pulverei et iam cineroti mortui.* Atque alibi pro conditorio seu sarcophago occurrit. cf. ad Met. VIII. p. 544. *capulum Tlepolemi propter adsistens.* Nunquam enim omnes omnino Graeci et Romani suorum cadavera comburebant, sed multi ea humabant, quod sepulturae genus praesertim rursus invaluit post Christianismum toto Romano orbe receptum, donec tandem combustio est abolita. Humatio patet ex innumeris repertis sarcophagis veterumque auctorum locis cf. Cic. de Legg. II. 22. §. 56. Plin. II. 63. VII. 16. 54. Fabrett. Inscriptt. cl. Gor. ad Columb. Lib. Liv. p. 38. Macrob. Sat. VII. 7. Commentt. ad L. VI. Cod. Theod. de sepulcro violato. *Rogus* igitur hic contra usum ponitur pro *sepulcro* et *arca*, ut passim *sepulcrum* pro *rogo*. [cf. Intt. ad Minuc. Fel. XI. 3. *Inde videlicet et exsecrantur rogos et damnant ignium sepulturas.* Ita Hygin. c. 62. p. 145. dicere poterat: *in pyra sepulti* de Eteocle et Polynice. *Rogum* pro *sepulcro* dici probat Inscript. apud Don. cl. 5. n. 189: *Hic collegio suo centonariorum legavit HS.ↃↃ, ex cuius reditu quotannis die parentalium ne minus homines XII ad rogum suum vescerentur.*]

in comminata. Recte distinguit Oud. haec verba in multis codd. et edd. iunctim scripta, explicans: Sicarius erat in eo, quod comminatus erat necem novercae. [Tum Pricaeus provocare non debebat ad monstra vocabulorum, qualia sunt *incognoscere, incomcupiscere* quaeque in Apuleio reperiri dicunt; videbimus enim ex vitiosa tantum librorum scriptura has voces profectas esse. Forsitan etiam decepit librarios, quod in praegressis simplex ubique positus est ablativus.]

lapidibus obrutum publicum malum. [cf. ad Met. I. p. 41. Hic quoque locus, quem ibi adscribere omisi, probat, lapidationem apud Graecos et Romanos non ex legibus esse constitutam, sed potius ex populi voluntate pependisse, de facinore nefario et inaudito iratissimi, qui in talem scelestum statim vindicare voluit inauditum atque indefensum.

Digitized by Google

691 Magistratus interim metu periculi | proprii, ne de parvis indignationis elementis ad exitium disciplinae civitatisque seditio procederet, partim decuriones deprecari, partim populares compescere, ut rite et more maiorum iudicio reddito et utrimque secus allegationibus examinatis, civiliter sententia promeretur, nec adinstar barbaricae feritatis vel tyrannicae impotentiae damnaretur aliquis inauditus, et in pace placida tam dirum seculo proderetur exemplum.

CAPUT VII.

Placuit salubre consilium; et illico iussus praeco pronuntiat: *Patres in curiam convenirent.* Quibus protinus dignitatis iure consueta loca residentibus, rursum praeconis vocatu primus accusator incedit. Tunc demum clamatus in-

meta' periculi L. *parvis* F. 1. 3. G. 1. 2. f. aliique codd. et edd. vett. praeter Venet. 4. Paris. quae habent *pravis* solita aberratione. *indignationibus* δ. *celerantis* G. 1. a m. s. in contextu. *civitatisque* F. 3. G. 1. *civitatisset* D. *populariter* edd. vett. praeter Iunt. 2. usque ad Colv, *populareis* Elm. *in more maiorum* G. 2. P. D. cf. ad Met. V. p. 344. *in morem Sirenum.* *utrinque secum* G. 2. P. D. δ. *utrumque secus* p. *utrinsque secum* f. Heins. cum viro docto ad marg. ed. Vicent. *utrimsecus*, qui ubique ita emendabat cf. ad Met. II. p. 92. *promoveretur* D. *ferocitatis* f. R. *tyrannicae* p. *placita* G. 2. P. D. L. *in* non comparet in δ. L. *proderet* p. [*pdẽ t*ª].

illo G. 2. habet in verborum contextu, *illico* in marg. ab eadem manu perscriptum est. *visus* G. 1. *pro eo* G. 1. in textu, *preco* a m. s. inter lineas. *convenire* δ. Male cf. Oud. ad Suet. Calig. 27. *cure* pro *iure* G. 1., *i* littera ab eadem manu superscripta, ut *curie* evadat. *consueta longa* G. 2. D. *praeconis p'catu* L. *precatu* δ. f. *boatu* β. In cett. *vocatu*, quod vocabulum desideratur in G. 2. D. P. *incendit* F. 1. *intendit* R. δ. f. p. Colv. Vale. 2. (neque vero in G. 1. 2., uti Oud. adnotavit). In cett. *incedit*, quod idem F. 1. habet in excerptis ad marg. ed. Colv.

cf. Barth. Advers. X. 22. p. 500. De parricidarum poenis cf. d'Orv. ad Charit. I. 5. p. 237. ed. Lips.]

tyrannicae impotentiae. [De dictione quasi proverbiali cf. Barth. Advers. XXXIII. 5. p. 1512. et d'Orv. ad Charit. IV. 4. p. 437.]

Cap. VII. *vocatu.* Unice verum esse putat Oud. *boatu*, pro quo vitiose de more fuerit scriptum *voatu*, cf. Met. V. p. 374. *iam inde a foribus quam maxime boans.* IX. p. 631. *fidem deum boantem.* Ovid. Art. III. 450. *toto voce boante foro;* Auson. Idyll. XX. 2. *tragico proclamant moesta boatu;* Martian. Capell. II. p. 98. *Virginis interea trepidas perlabitur aures Fama, foris magno dum complet tecta boatu* [ubi vide Kopp. *boatu* nostro loco probantem, et ad II. §. 121. p. 169. Hemsterh. ad Lucian. T. I. Dial. Mort. n. 10. cf. Met. III. p. 177. *praeconis amplo boatu.* At contra codd. hoc loco nihil mutandum puto. De lectione ipsa nisi ex codd. auctoritate diiudicari nequit, quum utraque dictio optime se comprobet.] Ex *p' catu*, quod cod. L. habet, cuique *precatu* aliorum codd. respondere videtur, Colv. emendabat *procalatu* ex Festo p. 130. Lind.: *procalato, provocato;* et p. 31. *calatores dicebantur ἀπὸ τοῦ καλεῖν quod est vocare, quia semper vocari possent ob necessitatem servitutis.* Sopingius faciebat *provocatu.*

incedit. Male Colvius *intendit*, Vulcan. *incendit* probant. Nam, ut bene monet Sciopp., quem vide Susp. I. 18., e sequentibus patet, eo nondum perventum esse, sed adhuc modo intro vocatum progredi accusatorem moxque reum. Frustra Sopingius sui libri orae adlevit *prius.* Constructio enim est *primus incedit.*

clamatus. Ineptit Brantius, pro *clamatus* antiquatum verbum *calatus* intrudens. *Clamatus* est *vocatus, citatus;* cf. Salm. ad Solin. p. 891. De *inducitur* cf. Met. III. p. 185. *reus capitis inducor.* Plin. Epist. II. 11. *Marcianus inductus est, absente prisco,* ubi idem vitium olim exprimebatur.

Digitized by Google

ducitur etiam rèus, | et exemplo legis Atticae Martiique iudicii caussae patronis 691
denuntiat praeco, neque principia dicere neque miserationem commovere. Haec ad istum modum gesta compluribus mutuo sermocinantibus cognovi. Quibus autem verbis accusator urserit, quibus rebus diluerit reus, ac prorsus orationes altercationesque neque ipse absens apud praesepium scire, neque ad vos quae ignoravi possum enuntiare: sed quae | plane comperi ad istas lit- [242]
teras proferam. Simul enim finita est dicentium contentio, veritatem criminum fidemque probationibus certis instrui, nec suspicionibus tantam | coniecturam 693

introducitur edd. vett. usque ad Colv. *aetice* G. 1. *atrice* G. 2. P. D. *maritique* G. 1. 2. D. (non *Martique*, quod in G. 1. 2. P. O. legi Ond. ait). *paternis* G. 1. *praeconemque* pro *praeco neque* F. 3. G. 1. 2. D. *nec* d. D. *miseratione* d. *hoc* p. *et* O. *sermocinationibus* L. G. 1. 2. D. *mutuo sermocinantibus* ex Vulc. Wow. Pric. incuria operarum exsulant. *sermocinator* pro *accusator* d. *orserit* F. 3. G. 1. O. q. *oreserit* G. 2. D. idemque vel *oresserit* in L. d. R. f. P. (teste Ond.) *reum urserit* F. 1. Scriver. *reum vexaverit* P. teste Elm. *vexerat* B. *vixerit* p. *vexerit* ed. pr. Vicent. (in cuius marg. vir doctus corrigebat *invexerit*) *invexerit* Iunt. 1. 2. Ald. Colin. *vexaverit* Venet. 4. Paris. *egerit* Colv. Vulc. *urserit* (omisso *reum* Elm. et neqq.) *quibus reus diluerit reus* L. *quibus verbis diluerit* G. 1. O. *altricationesque* L. f. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *ipse absens* F. 3. G. 1. 2. P. D. d. f. Iunt. 2. In cett. *absens ipse*. *neque autem ipse* Bas. 1. *quae ignoravi*. Conlicit Piccart. Per. Crit. c. 13. *quae ignara mihi*. De *ignoro* pro *ignoto* cf. ad Met. VII. p. 494. Sed haud opus est. *Ignoravi* idem est, quod *haud cognovi*, ut *ignoratus* passim dicitur *non cognitus*. *praenuntiare* B. Hinc divinabat vir doctus (Modius). *pronuntiare*. At cf. Met. II. p. 118. *et ipsum scire et nobis enuntiare*; XI. p. 801. *ad profanorum intelligentias enuntiari* et alibi. *concepi* Colv. Vulc. 2. Bas. 2. *comperii* G. 1. *dicentissimum* P. *Simul enim finita contentio est dicentium* D. *probationibus ceteris* d. *suspicationibus* B. (et F. 1. in excerptis ad marg. ed. Colv.) edd. vett. ante Colv. praeter Iunt. 2.

legis Atticae. cf. Meurs. Attic. Lectt. V. 4. Carol. Sigon. de Rep. Athen. V. 4. [Noctu habitum esse Areopagitarum iudicium quomodo Crus. de Noct. c. 6. in Salleng. Thes. Nov. Antiq. T. II. p. 843. et 870. ex h. l. comprobare potuerit, vix credi potest. Quamquam enim verba illic non descripsit, sed ex hoc libro X. id apparere tantummodo dixit, tamen quum praeter hunc locum de Areopago in h. libro nullus sermo sit, hunc locum in mente habuisse probabile est.]

principia dicere. ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν, quod apud Areopagitas vetitum fuisse testatur Pollux. VIII. 125. Pric. haec profert: Quint. VI. 1. §. 7. *Athenis affectus movere per praeconem etiam prohibetur orator* et II. 16. 4. *Athenis quoque ubi actor movere affectus retabatur.* Themist. Orat. 16. τάχα οὖν οὐδέ μοι ἐπιτρέψετε πλέον παροιμιάζεσθαι. Gell. IX. 15. §. 9. *Incipit mira celeritate in eandem hanc controversiam principia nescio quae dicere.* Huiusmodi quaedam extant hodieque sub Demosthenis nomine. Pompon. L. I. ff. de Orig. iur. *praefationes* dixit. Habebant etiam citharoedi *principia* sua, quae peragebant; cf. Intt. ad Suet. Neron. 21.

accusator urserit. Diversissime de h. l. viri docti diiudicant. Beroaldus, Piccart. Peric. Crit. B. aliisque probantibus, coniecit *invexerit* pro *invectus sit*; *orsus sit* placebat Grutero, *orserit* Fulv. et Sciopp. Ex omnibus librorum corruptelis patet, lectionem F. 1. *urserit* verissimam esse cf. Cic. de Orat. II. 74. *orat reus, urgent advocati*, pro Ligar. 3. *nimis urgeo, commoveri videtur adolescens*, ut *premere* cf. ad Suet. Ner. 7. Crus. Prob. Crit. p. 92. [Cic. ad Quint. III. 9. §. 1. *Feci summa cum lenitate quae feci, illum neque ursi, neque levavi testis, vehemens fui, praeterea quievi. Urserit* enim ut pro *orsus sit* defendi queat, probam tamen sententiam non efficit, quia opponuntur sibi *urserit* et *diluerit*. Praeterea ex glossemate in F. 1. additum est *reum*, quia librarius *urserit* absolute ita dici posse non credidit; at *urgere* et *diluere* hic casu non addito posita sunt, quia ex sententiarum nexu personae accusativi facilius possunt cogitatione substitui.]

permitti placuit, atque illum potissimum servum, qui solus haec ita gesta esse scire diceretur, sisti modis omnibus oportere. Nec tantillum cruciarius ille vel fortuna tam magni iudicii vel confertae conspectu curiae vel certe noxia conscientia sua deterritus, quae ipse finxerat, quasi vera adseverare atque adserere incipit. Quod se vocasset indignatus fastidio novercae iuvenis, quod ulciscens iniuriam filii eius mandaverit necem, quod promisisset grande silentii praemium, quod recusanti mortem sit comminatus, quod venenum sua manu temperatum dandum fratri reddiderit, quod ad criminis probationem reservatum poculum neglexisse suspicatus sua postremum manu porrexerit puero. Haec eximia enim ad veritatis imaginem verberone illo simulata *cum* trepidatione
694 perferente, | finitum est iudicium.

placum pro *placuit* p. (fortasse pro *placitum.)* *illum* exulat a p. *potissimum* F. 3. G. 1. 2. O. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) φ. Iunt. 2. In cett. codd. *promptissimum*, quod edd. habent usque ad Wow., veram lectionem restituentem. *est* pro *haec* G. 2. P. D. *est haec* L., unde G. Vossius non male coniecit *istaec*. *esse* non comparet in δ., recte, ut Oud. putat. *scistis* p. pro *sisti*. *emaciatus* L. *crutiarius* G. 1. *crucinritus* Vicent. Venet. 2. *fortunatam* D. Brant. coniecit *vel forma* male. Aleam enim iudicii incertam intelligit. *velle* pro *vel* L. p. f. unde Brantius ineptissime faciebat *vel econfartae*, ut supra *edeformis*. *conferre* G. 2. D. p. f. *aspectu curiae vel certe noxialis* B. teste Elm. idemque legitur in coll. Mod. Oud. *a conspectu* in sua collat. legi ait. *vel cetera* O. *certa* G. 1. Ex lectione B. *noxialis* Scriver. edidit *noxiali*, qua voce usum fuisse Prudentium monent lexica. *detentus* δ. *fecerat* pro *finxerat* δ. *fuerat* f. *adseverationе* B. *vacasset* G. 2. L. P. *vacasse* D. *noverchae* G. 1. *quae ulciscens* G. 1. *eius* non comparet in R. f. *mandaverit* F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) R. L. f. π. δ. Wow. Pric. Verissime. Sequitur enim et praecedit subiunctivus. *mandarit* Scriv. In cett. *mandaverat*. Oud., qui *mandaverit* lectionem probaverat, Ruhnkenius non obsecutus est, ex Vulc. 2. *mandaverat* retinens. *criminis perturbationem* Iunt. 1. 2. Ald. *neglesisse* D. *porrexit* G. 1. 2. D. (ex compendio *porrexit.)* *Verberone* Vic. quasi nomen proprium. *verberatione* D. *simulatum trepidatione* F. 1. 3. p. unde Elm. *simulata tum trepidatione* coniecit, quod Scriv. in textu habet. *perferentem* G. 2. D. δ.

suspicionibus. Suspicationibus Apuleio non indignam esse vocem, putat Sciopp. in Susp. I. 18., sed sine auctore. Oud. nisi codd. omnes praeter Bert. *suspicionibus* haberent, alienus non esset a *suspectationibus*, quam vocem occurrere dicit in Ms. Erfurt. Cic. I. 16. ubi vide Graev. ac Mss. aliquot Frontin. I. 8. §. 5. De *suspectionibus*, quod vir doctus emendabat, cf. Burm. ad Quint. Decl. I. 2. Oud. ad Caes. B. Gall. VI. 7. §. 8. [Orell. ad Arnob. V. 27. T. II. p. 322. ad Met. V. p. 232.]

cruciarius. [Isid. X. 49. *cruciarius eo quod sit cruce dignus.* Petron. c. 112. *itaque cruciarii illius, parentes ut viderunt laxatam custodiam, detraxere nocte pendentem*, ad quem locum cf. Intt. p. 674., qui e pluribus locis hoc vocabulum comprobant. Duplicem igitur *cruciarius* habet significationem aut eius, qui cruci est affixus, aut qui tam malus est, ut cruce dignus sit, quem Apuleius Met. I., p. 50. nominat: *destinatae crucis candidatum.* Tertull. denique advers. Haeret. c. 2. *cruciarios exitus* nominat quos in cruce affixus habere solet, vehementes, dolore plenissimos. Colv. voluit *mastigiatus*, Lindenbrog. *emaciatus.*]

simulata cum trepidatione. Hanc Oud. emendationem sine dubio optimam in textum recepi. Quam facile enim *simulata cum* per compendium scriptum in *simulatum* abire potuerit, apparet. *Simulata* est librariorum emendatio, qui *simulatum* hic locum habere non posse intelligebant. Elm. voluit *simulata tum trepidatione*, quod minus placet. Ceterum idem errat, ita in F. 1. legi pronuntians. Habet ille *simulatum trepidatione.*

Digitized by Google

CAPUT VIII.

Nec quisquam decurionum tam aequus remanserat iuveni, quin eum evidenter noxae compertum insui culeo pronuntiaret. Cum iam sententiae pares, cunctorum stilis ad unum sermonem congruentibus, ex more perpetuo in urnam aeneam deberent coniici, quo semel conditis calculis, iam cum rei fortuna transacto nihil postea commutari licebat, sed mancipabatur potestas capitis in manum carnificis: unus e curia senior praeceteris compertae fidei atque

equus ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Bas. 1. *equo* L. d. *noxa* prave ed. Pric. · *aculeo* O. *culeo* d. et edd. quaedam (*i*) teste Oud. *stimulis* pro *stiliis* O. *simul* d. *aeneam* F. 3. G. 2. D. Colv. et seqq.*hāneam* G. 1. *aereum* F. 1. p. d. et edd. ante Colv. De cett. codd. Oud. nihil protulit. Certo certius *aeneam* habent. *coici* G. 1. 2. O. P. D. *coïci* Vicent. *quod* D. Wow. Pric. male. Est enim *in quam* cf. Oud. ad Caes. B. G. V. 14. *ecalculis* D. *transacta* B. p. Petrarch. cod. cf. ad Met. VIII. p. 526. *iam cum luce transegerat. immutare* O. et G. 1. (neque *commutare*, quod in G. 1. esse dicit Oud.) *mancipatur* R. f. D. *in manu* G. 1. O. d. *manus* p. *manci* Vicent. Venet. 2. *unus et curia* Venet. 2. *compertae* non est in d.

Cap. VIII. *noxae compertum.* [Hunc locum excitavit Klock. ad Liv. VII. 4. §. 4. cf. ad Apol. p. 592.]

insui culeo. De hac poena, quae in parricidas vindicari solebat, cf. Modest. II. Dig. ad leg. Pompeian. de parricidiis: *Poena parricidis more maiorum haec instituta est, ut parricida virgis sanguineis verberatus, deinde culeo insuatur cum cane, gallo gallinaceo, et vipera et simia, deinde in mare profundum culeus iactetur, hoc ita si mare proximum sit, alioquin bestiis obiiciatur secundum D. Hadriani constitutionem*, quem locum Elm. adtulit. Pricaeus haec profert: Iuven. XIII. 155. *et deducendum corio bovis in mare*, ubi vetus Schol.: *culeo enim insui* (ita cum Pric. legendum est pro *inseri) consueverant, qui haec scelera tentarent.* et ad Sat. VIII. 214. *cuius supplicio non debuit una parari Simia nec serpens unus nec culeus unus: Hoc ideo, quia parricidis in culeo clausis ad poenam simia et serpentes iungi solebant.* [cf. Casaubon. ad Suet. Aug. 33. Lips. ad Sen. Epist. 40. Cannegiet. Observ. iur. III. 12. Arntz. in Act. litt. societ. Rheno-Traiect. 1793. T. I. p. 106 sq., quos excitat Rup. ad Iuvenal. VIII. l. c. d'Orv. ad Charit. I. 5. p. 238. De origine poenae cf Val. Max. IV. 1. 13. Heinecc. Antiqq. Rom. IV. 18. 39. p. 790. ed. Haub. Intt. ad Cic. pro Rosc. Amer. 25. §. 70. Isidor. Gloss. p. 673: *culeus tunica ex spartho in modum cruminae facta, quae linebatur a populo pice et bitumine, in qua includebantur parricidae cum simia, serpente et gallo insuta in mare mittebantur, et contendentibus inter se animantibus homo maioribus poenis afficiebatur.* Excerpta ex vet. Lex. Graecol. p. 305. Vulc. *ἐγένετο νόμος τις τοιοῦτον τοῦ τρόπου ἀνθρώποις, ὅπως ὅστις πατροκτόνιον πεποιήκοι δημοσίως εἰς μολγὸν πεμφθεὶς συραφῇ μετὰ ἐχίδνης καὶ κυνὸς καὶ πιθήκου καὶ ἀλέκτορος, ἀσεβῶν ζώων ἀσεβὴς ἄνθρωπος· καὶ ἐπὶ ἁμάξης ἐζευγμένης μελανοῖς βουσὶν κατενεχθῇ εἰς θάλασσαν καὶ ῥιφθῇ εἰς βυθόν.*]

in urnam aeneam. Perpetua est confusio in scriptura *aereus* et *aeneus*, quae utraque terminatio quum in usu sit, ex optimorum librorum consensu retinui *aeneam* contra Oud., qui *aeream* praefert. cf. Intt. ad Liv. VI. 1. Markl. ad Stat. Silv. I. 1. 51. [Heinrich. ad Iuven. III. 285. p. 164., qui excitat Gell. II. 3. Iuven. VIII. 86. XIV. 115. Dr. ad Sil. V. 606. VII. 642. Intt. ad Hor. Od. I. 33. 11. Quomodo novissimis temporibus Doederl. inter formas: *aereus*, *aeneus* et *aheneus* distinxerit, vide in eius Synonym. T. VI. p. 11. De *urna* cf. Spanh. Iul. Caes. ed. fr. Prob. p. 119. Cort. ad Lucan. V. 394.]

Digitized by Google

auctoritatis praecipuae medicus, orificium urnae manu contegens, ne quis mitteret calculum temere, haec ad ordinem pertulit: Quod aetatis sum, vobis approbatum me vixisse gaudeo, nec patiar, falsis criminibus petito reo manifestum
695 | homicidium perpetrari, nec vos, qui iureiurando adstricti iudicatis, inductos servuli mendacio peierare. Ipse non possum, calcata numinum religione, conscientiam meam fallens perperam pronuntiare. Ergo ut res est, de me cognoscite.

CAPUT IX.

Furcifer iste venenum praesentarium comparare sollicitus, centumque aureos solidos offerens pretium me non olim convenerat, quod aegroto cuidam

teme D. pro *temere*. *haec ad ordinem* F. 3. G. 1. 2. B. f. d. Iunt. 2. Colv. Wower. *hanc ad ordinem* L. *h'* D. In cett. *hoc ad ordinem*. *protulit* φ. δ. In cett. *pertulit*. Oud. praetulit prius. At cf. ad Met. VII. p. 464. *causam pertulit*. *quot d*. *approbatum* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. L. p. f. π. d. In cett. *approbatus*. *dixisse* F. 1. G. 1. 2. O. P. D. L. p. f. π. d. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. In cett. *vixisse*. *me dixisse semper scilicet gaudeo f*. *qui* non comparet in d. *iure iure* p. *inducto* G. 1. *servili mendacio* G. 1. O. *peiorare* G. 1. *ut de me est cognoscite* p. *cognosite* G. 1.

furtifer Vicent. Venet. 2. *presentaneum* Pric. *comperare* Vicent. Venet. 2. *precum* pro *pretium* D. *me non olim convenerat* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. p. d. edd. usque ad Colv. *me nunc olim* O. In cett. edd. *mecum olim*; Ruhnken. *mecum non olim* contra Oud. mentem, qui *me non olim* probaverat. *cognoverat convenerat* D., priore vocabulo punctis subpositis expuncto.

Quod aetatis sum, vobis approbatum me vixisse. Monet Pricaeus, melius forte esse: *quod ad hoc aetatis sum vobis approbatus*, i. e. ad hanc usque aetatem [de qua dictione cf. Hand. Turscll. T. I. p. 125. quaeque infra ad Apol. p. 390. *ad hoc aevi* exponam. Vulgatam lectionem *quod aetatis .... approbatus* defendit Oud. his verbis: *quod a vobis* per grandiorem aetatem meam sum probatus ac propter eam maiorem auctoritatem apud vos habeo, ut genitivus *aetatis* absolute positus sit, subintellecto *gratia*, *ergo*, de quo conferri vult Oud. ad Met. VIII. p. 507. *morum improbatus*. [Verum, id quod recte monet Oud., tunc videtur Apuleius scripturus fuisse *vivere*. Tum vix puto, *approbatus aetatis* et *morum* inter se conferri posse, quum plane alia sit constructionis ratio, si quis *morum improbatus* dicat, quam quae alterius dictionis est *aetatis probatus*, immo ne dici quidem ita posse persuasum est.] Recte igitur Oud. hunc locum ita constituit: *quod aetatis sum, vobis approbatum me vixisse gaudeo* i. e. laetor, me semper per tantum temporis spatium, quantum vixi, vixisse vobis probatum, et per compertam meam fidem apud vos auctoritate valere. Nam *quod aetatis sum* significat *quantae aetatis sum*, ut dicitur *hoc aetatis est* vel *id aetatis est* pro hac aetate. [*Vixisse* neque *dixisse* legendum esse cetera probant narrationis momenta, quia quae refert ad eius vitae probitatem ac fidem spectant, neque vero ad facundiam. In praegressis auctor iam dixerat: *praeceteris compertae fidei atque auctoritatis praecipuae*, ut audere posset, tot iudicum sententias sistere.]

Cap. IX. *aureos solidos*. Putabat Groslotius, alterutram vocem abundare ac delebat *solidos*. Male omnino. Addidit *solidos*, quae vox frequenter de auro adhibetur etiam substantive, ne quis intelligeret de aureo *semisse*, quales eo tempore erant nummi, deinde etiam *tremisses*. Adi Casaubon. et Salmas. ad Lamprid. in Alex. Sever. c. 39. Errant enim illi, ut vel ex hoc loco patet, qui *semisses aureos* etiam demum Alexandro Severo tribuunt, in quibus videtur esse summus Gronov. de Pec. Vet. IV. 15. *Solidi* igitur *aurei* sunt toti, integri, ut *solidum stipendium* est integrum et annuum Livio V. 4. in oppositionem *semestris* stipendii. Veget. II 7. Virg. Aen. II. 793. [cf. Heindorf. ad Horat. Sat. II. 3. 240.]

me non olim convenerat. Mirum est, quomodo Ruhnk. Oud. adnotatione admoneri non potuerit, lectionem *mecum*

Digitized by Google

dicebat necessarium, qui morbi inextricabilis veterno vehementer implicatus vitae se cruciatui subtrahere gestiret. At ego perspiciens malum istum verberonem blaterantem atque inconcinne caussificantem, certusque aliquod moliri flagitium, | dedi quidem potionem, dedi, sed futurae quaestioni praecavens, non 696
statim pretium quod offerebatur | accepi. Sed ne forte aliquis, inquam, istorum [243]

morbo L. *inextricabili* G. 2. P. D. *inetricabili veneno* O. *implicitus* G. 1. 2. P. D. *δ. f.* Iunt. 2. Pric. In F. 3. scriptum est *implicitus*, *a* ab eadem manu superscripto. In cett. codd. et edd. est *implicatus*. *veterno* G. 1. in textu a m. s, u superaddito ab eadem manu, ut *veterano* evadat. *interim* pro *vitae* B. Scriver. Oud. mavult hinc conlicere, *citae aerumnosae* vel *aerumnabilis*, vel simile adiectivum, quod hic deesse ei videtur, id quod ante eum iam Pricaeus advertit, excitans Met. VIII. p. 534. *aerumnabili vitae sese subtrahere decernit.* [Ne vero ad difficultatem coniecturae respiciam, quae ex litterarum vestigiis oritur a Mss. ductu longe remotissimis, iam per subsequens *cruciatui* sat superque aerumnabilem esse aegroti vitam exprimitur.] *aita* Bas. 1. *vitae suae* G. 1. O. *prospiciens* B. f. *iustum* pro *istum* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *umberonem* F. 1. et in seqq. etiam F. 3., quam vocem corruptelam esse iudico compendii *ŭberonem*, quod facilius *ũbronem* i. e. *umbronem* scribi poterat. Hinc cum viris doctis ad coniecturas confugere minime est necessarium. *clausificantem* f. *clausicantem* δ. *balierantem* G. 1. *blacerantem* D. *aliquid* Vic. Venet. 2. Iunt. 1. Ald., quod probari tantum posset, si *flagitii* legeretur. *muniri* pro *moliri*, quod defendit Colvius, conf. Met. VIII. p 556.. *quas praedas munitis.* Brantius inde coniecit *iniri*. *dedi quidem potionem dedi* F. 3. G. 1. 2. D. (qui habet *dedi potionem quidem, dedi*) et ita persuasum est, etiam in P. p. et δ, legi, in quibus *dedi quidem potionem* esse Oud. adnotat. In cett. *potionem quidem dedi.* cf. Met. X. p. 728. *non prius, inquit, non prius. quandam* pro *quidem* B. *offerebat* B. idque recepit Scriver. *adferebat* δ. *accipi* L.. *aliquid* D.

conveneram per latinitatem ne ferri quidem posse, quum explicet cum aliis: *mecum ille pepigerat.* Nemo enim Latinorum dicit: *ille convenit mecum* pro pactus est, sed *res convenit inter nos*, vel *convenit mecum illi. Me non olim convenerat* optime explicuerat Beroaldus *non ita pridem, non diu, modo* ad me venerat et collocutus erat, ut p. 726. *medicum convenit quemdam notae perfidiae* et XI. p. 797. *summis precibus sacerdotem conveneram.* Neque enim magnum temporis spatium inter emtionem veneni et hoc iudicium intercesserat. [De significatione *olim* adverbii cf. ad Met. IX. p. 603.]

implicatus. [Contra Oud., qui *implicitus* praetulit, ego *implicatus* cod. Florent. 3. auctoritatem secutus retinui, quamquam scio, esse interpretes, qui in dictione *morbo* vel in *morbum implicitus* hanc participii formam unice servandam esse proponant; cf. Burm. ad Val. Flacc. I. 264. Lucan. III. 694. Buechner. ad Plin. Epist. IX. 13. p. 660. ed. Cort. Dr. ad Liv. V. 31. §. 7. VII. 23. §. 2. XXIII. c. 34. §. 1. Ex usu Apuleii haec lis non potest dirimi, quum utramque terminationem usurpasse videatur. *Implicitus* Met. IV. p. 240. V. p. 357. sine ulla codd. discrepantia scriptum reperio, quum e contrario de Mund. p. 336. ex omnium codd. consensu *implicatam* legatur. Hoc quidem loco emendationem librarii Flor. 3. secutus sum, ita ratiocinatus: Librario quum formula dicendi *morbo implicitus* longe tritissima innotuisset, codicis de quo descripsit suos libros ratione non habita, *implicitus* dedit: at vero in eo *implicatŭs* legi videns, deinde se correxit. Aliter enim intelligi nequit, quomodo in emendationem *implicatus* incidere potuerit, quae quidem formatio longe rarior est. Nec minus in aliis quoque locis fere semper poni potest emendationem eiusdem veteris manus esse sinceram lectionem; cf. ad Met. V. p. 339.]

caussificantem. [Hunc locum excitabat Barth. Advers. X. 23. p. 502.]

moliri. [Passiva significatione hic usurpatum est *molior*, ut Met. XI. p. 770. *pompa moliebatur.* cf. Oud. ad de Deo Socrat. p. 141. Quem afferunt lexica Lucilii locus apud Non. p. 139. *muginamur, molimur, subducimur* huc referri posse non videtur, uti etiam Caecilii apud eund. p. 346., ubi *moliri* idem esse quod retinere, morari ac repigrare esse Non. exponit. De his locis et de significatione vocabuli accuratius dicam ad Met. XI. p. 770., ubi me vide.]

Digitized by Google

quos offers aurcorum nequam vel adulter reperiatur, in hoc ipso sacculo conditos eos annulo tuo praenota, donec altera die nummulario praesente comprobentur. Sic inductus signavit pecuniam, quam exinde, ut iste repraesentatus est iudicio, iussi de meis aliquem curriculo taberna promtam afferre: et en ecce perlatam coram exhibeo. Videat et suum sigillum recognoscat. Nam quemadmodum eius veneni frater insimulari potest, quod iste comparaverit?

CAPUT X.

Ingens exinde verberonem corripit trepidatio, et in vicem humani coloris succedit pallor infernus; perque universa membra frigidus sudor emanabat.

offeres p. *repetiatur* vitiosa lectio est solius ed. Bas. *condito eos* L. *praenotata* D. *altero die* G. 1. O. *numularie* D. *adprobetur* δ. *indutus* D. *ipse* F. 1. f. δ. In cett. *iste*. *iudicio* exulat a p. *aliquem* absent δ. *tabernam* G. 1. O. f. δ. *hen ecce* G. 1. *prolatum* P. *perlatum* G. 2. D. *perlatam* F. 3. R. f. G. 1. δ. In cett. *prolatam*. *incoram* Stewech. *cognoscat* R. f. *alter* coniecturam Beroaldi, qui *frater* pueri defuncti recte explicat, male praetulerunt Iunt. 1. Ald. Colin. Bas. 2., licet etiam videatur esse in cod. B., ut ait Oud. [Sed in coll. Mod. lectio Vulc. 2. *frater* emendata non est.]

Verberonem Vicent. littera maiuscula, ut supra. *rerberonem* F. 3. hic et infra habet quidem in contextu, sed in margine ab manu vetustissima scribitur *rnberonem*, quam corrupteiam cod. genuinam lectionem esse existimo, de qua re supra exposui in adnot. c. 9. *implicatus*. Quomodo hoc vitium exortum sit, supra exposui. *rerberatorem* D. *corripere* edd. vett. ante Colv. praeter Iunt. 2. quod Oud. ex Mss. haustum videtur, quodque ellipsi verbi *coepit* satis frequentissima defendit, licet sequatur indicativus modus *succedit* cf. ad Met. VII. p. 461. Sed contra codd. nihil mutandum est. *in* ante *vicem* uncinis Scriver. inclusit. Sed vide ad Met. I. p. 46. *pallor in facie* L. e glossa marginali cf. Met. I. p. 60. *per quae* Vic. Venet. 2.

adulter. [cf. Ovid. Met. III. 643. Salm. ad Solin. 27. Barth. Advers. XXXI. 15. p. 1492. Hieron. Epist. Paul. ad Ephes. III. 4. fol. 184. Rarior est huius vocis significatio adiective pro *adulterinus* usurpatae.]

in hoc sacculo conditos. Mos vetus erat, ut Elm. adnotat, pecuniam in sacculo conditam annulis obsignandi; cf. Scaevol. L. VIII. de lege Commiss.: *die statuto emptor testatus est, se pecuniam omnem reliquam paratum fuisse exsolvere, et sacculum cum pecunia signatorum signis obsignavit.* Caesar. ad Pison. Fragm. apud Charis. I. p. 60. *Locillum tibi signatum remisi.* [d'Orvill. ad Charit. IV. 5. p. 448. ed. Lips. De annulo signatorio cf. Turneb. Advers. XXVII. 1. p. 1005. Kirchm. de Annul. p. 57. Intt. ad Ovid. Met. IX. 566. Taubm. ad Plaut. Casin. II. 1. 1. Intt. ad Iuven. I. 68.]

nummulario praesente. Solebant obsignatas pecunias nummulariis probandas dare, ut Elm. demonstrat ex Afric. leg. 39. Dig. de Solut.: *Si soluturus pecuniam tibi iusso tuo signatam eam apud nummularium quoad probaretur deposuerim, tui periculi eam fore, Mela l. X. scribit.* Hieronym. in Epist. Paul. ad Ephes. III. 4. fol. 184: *omni studio legendae nobis scripturae sunt et in lege domini meditandum die ac nocte, ut probati trapezitae sciamus quis nummus probus sit quis adulter.* Herald. Digr. 132.

CAP. X. *pallor infernus.* [De dictione cf. Cort. ad Lucan. Phars. I. 450., qui docet, *pallere* omnia dici inferorum, et ad V. 628, ubi hic locus commemoratur. Priap. XXXII. 12. *et affert pallorem larvialemque maciem.* ubi vide Intt. Met. I. p. 29. *larvale simulacrum.* de Socrate pallore et macie deformato: Apol. p. 533. *erisceratam formam diri cadaveris fabricatam prorsus horribilem et larvalem.* Plura dabit Pric. ad h. l. Sidon. Epist. III. 13. *facies veluti umbris moestificata larvalibus.*]

frigidus sudor. [cf. d'Orvill. ad Charit. IV. 2. p. 431. Met. I. p. 47. *sudore frigido miser perfluo.*]

Digitized by Google

Tunc pedes incertis alternationibus commovere, modo hanc modo illam capitis partem scalpere | et ore semiclauso balbutiens nescio quas *affanias* effutire, 697
ut eum nemo prorsus a culpa vacuum merito crederet. Sed revalescente rursus astutia, constantissime negare et arcessere mendacii, non desinit medicum. Qui praeter iudicii religionem cum fidem suam coram lacerari videret, multiplicato studio verberonem illum contendit redarguere, donec iussu magistratuum ministeria publica, contrectatis nequissimi servi manibus, annulum ferreum deprehensum cum signo sacculi conferunt: quae comparatio praecedentem roboravit suspicionem. Nec rota vel equuleus more Graecorum tormentis eius

inex. certis Bas. 1. vitiose. *modo hinc* G. 1. *capitis partem scalpere* F. 3. G. 1. 2. P. f. *δ*. Iunt. 2., quod quamquam Oud. probaverat, Ruhnken. tamen in textu non posuit. *partem capitis scalpere* D. p. In cett. *partem scalpere capitis. aure δ. semicluso* vir doctus in marg. ed. Vicent. pleae. *asannas* F. 3. G. 2. P. D. (F. 3. in marg. *asunas.*) *affannas* F. 1. *assarinas* G. 1. a m. s. in margine, in contextu lacuna est unius vocabuli. *asaṁias* L. *affamias* f. *afamias* O. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *insanias* cod. Petrarch. *affamias* Colin. *effamias* Venet. 4. Paris. In cett. *affanias* cf. ad Met. IX. p. 612. *affutire* Venet. 4. *effutetur* f. *non enm* p. *vacari* pro *vacuum* L. *prorsus astutia* B. p. edd. ante Colv. male repetitum e praeced. versu. *austutia* G. 1. *accersere* G. 1. 2. O. D. Venet. 4. Paris. *accersire* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *accensire* p. *accrescere* L. In cett. *arcessere. medicam δ. non desinit medicum* F. 3. G. 1. 2. P. D. R. f. In cett. *medicum non desinit. propter* B. edd. vett. usque ad Colv. contra loci sententiam pro *praeter. qui fidem* f. *Verberonem* Vicent. *contundit* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *contractatis* G. 1. O. *π. δ.* f. cf. ad Met. VIII. p. 525. *servi* non est in *δ*. *computatio* pro *comparatio δ. aculeus* G. 1. *more Graecorum.* Haec verba uncis inclusit Scriver. Sed cf. Met. III. p. 188. *cum ritu graecensi ignis et rota tum omne flagrorum genus.*

balbutiens. Sidon. Epist. IV. 12. *Quamquam esset trepidus et sternax et pro reatu balbutiret.* Dig. X. §. 5. de quaest. *ex sermone et ex eo qua quis constantia. qua trepidatione quid dicat, .. quaedam ad illuminandum veritatem in lucem emergunt.* Tacit. Ann. XV. 66. *non vox adversum ea Fenio, non silentium, sed verba praepediens et pavoris manifestus,* quae exempla Pricaeus profert.

vacuum. Prudent. V. 10. *pallor in ore conscius audacis facti, dat signa reatus,* Schol. Horat. ad Epod. 7, 15: *ora pallor albus inficit: veluti qui conscientiam peccati monstraret.* Cic. in Part. XI. §. 39. *est etiam genus argumentorum aliud, quod ex facti vestigiis sumitur, ut telum, clamor editus, titubatio, permutatio coloris, oratio inconstans, tremor.* Catil. III. 5. §. 13. *ac mihi quidem cum illa certissima visa sunt argumenta atque indicia sceleris, tabellae, signa, manus, denique uniuscuiusque confessio, tum multo certiora illa, color, oculi, vultus, taciturnitas;* pro Cluent. c. 19. §. 54: *timor eius, perturbatio, suspensus incertusque vultus, crebra coloris mutatio, quae erant antea suspiciosa, haec aperta ac manifesta faciebant,* quae exempla a Pric. enumerantur, cf. Intt. ad Cic. Catil. l. c.

annulum ferreum. [Utebantur eo servi cf. Kirchm. de annul. p. 96. Lips. Elect. II. 8. p. 782. ed. Vesal.]

rota vel equuleus. [De rota eiusque diverso usu egi ad Met. III. p. 188. De equuleo eiusque forma diversissimae extant virorum doctorum sententiae, quas fusius pertractavit Hieronymus Magius de Equuleo in Saleng. Thes. Nov. Antiqq. T. III. p. 1211. seqq. Eius sententia haecce probabilissima est: Equuleus erat ligneum scamnum sive lignea arca pedibus quatuor ligneis consistens, quae utrinque capiebat tympana et funes, quibus manus pedesque sontium torquendorumque obligarentur et protraherentur, non sine magno doloro totius corporis. Sigon. de Iudd. Vett. III. 18. Intt. ad Cic. pro Reg. Deiot. I. §. 3. et pro Milon. 21. §. 57. Videtur fuisse Persarum poena cf. Gloss. Placid. p. 465. *fidiculae sunt ungulae* (cf. Prudent. *περὶ στεφ.* I. 44.), *quibus torquentur rei in equleo apud Persas.* Ita enim legendum est pro *torquentur in equuleo*

Digitized by Google

apparata iam deerant: sed obfirmatus mira praesumptione nullis verberibus ac ne ipso quidem succumbit igni.

CAPUT XI.

Tum medicus: Non patiar, inquit, hercules non patiar, vel contra fas de innocente isto iuvene supplicium vos sumere, vel hunc ludificato nostro iudicio poenam noxii facinoris evadere. Dabo enim rei praesentis evidens argumentum. Nam cum venenum peremptorium comparare pessimus iste gestiret, nec
698 meae sectae crederem convenire, caussas | ulli praebere mortis, nec exitio sed

obffirmatus G. 2. *obinfirmatus* D. *obfirmatam mirabiliter praesumptionem* L. *affirmatam mira praesumptione* Al. teste Colv. cf. ad VII. p. 489. *obfirmatis* Vicent. Faber. rursus coniecit *Myrrhae* cf. ad Met. VIII. p. 584. *ullis* Venet. 4. *ipse* G. 1. *succumbit* F. 3. G. 1. O. d. In cett. *succubuit.*

tum F. 3. G. 2. edd. vett. ante Colv. In B. vero non est *tum*, uti Oud. e suis excerptis protulit, sed *cum*, ex coll. Mod. In cett. *tunc*. . *non patria inquit hercules non patria* G. 1. a m. p. Sed a m. s. prius *patria* correctum est in *patiar*, alterum eadem manus intactum reliquit. Verba *non patiar inquit hercules* exulant a d. *non patiar* a p. Oud. superfluum hic existimat verbum *inquit*, cuius ellipsis scilicet frequentissima sit. At vero a codd. standum est. *vobis* pro *vel* G. 1. 2. O. D. *vel* non comparet in L. *circa fas* pro contra *fas* habent ed. pr, Vicent. Venet. 2. 4. Paris., solita aberratione, quam mirum est P. Fabrum comprobasse *vos supplicium sumere* p. *vestro iudicio* d., quod Oud. omnino praeferendum opinatur. At Ruhnken. non obsecutus est. *facinoris evadere noxii* G. 1. *comparere* d. *surserit* pro *sectae* G. 2. P. D., quod quid sibi velit nescio. *crederem me caussas* d. *illi* G. 1. d. *exitium* G. 1. O.

Arntz. ad Pacat. Panegyr. Theodos. 42., parat Donat. ad Terent. Andr. IV. 1. 32. *ignem, laminas, crucem, culleum*, ubi praeferendum est cum codd. *eculeum.* Eadem ratione Val. Maxim. III. 3. Ext. 5. *Theodorus rupit verbera, fidiculas laxavit, solvit equuleum, laminas extinxit.* Quint. Decl. IX. 6. p. 195. Buenem. ad Lact. Instt. II. 4. §. 21. p. 188. De scriptura *equuleus* an *eculeus* cf. Intt. ad Cic. de Nat. D. II. 14. ad Tusc. V. 5. Mos. T. III. p. 31 et 35.]

apparata. *Apparari* et *apparatus* de suppliciis potissimum dici, demonstrat Pric. ex Ovid. Met. III. 698. *instrumenta necis ferrumque ignes parantur*; Ammian. Marcell. XIV. *intendebantur equulei uncosque parabat carnifex et tormenta.* Quint. Decl. IX. 6. p. 194. *fremebant omnia apparatu mortis:* Cyprian. de duplici martyrio 6. *candentes laminas, ferrum et ignem reliquumque carnificinae apparatum*; Hegesipp. de excid. Hierosolym. V. 53. *mortis apparatus*; Senec. Controv. II. 5. *Explicantur tyrannicae crudelitatis adversus infelicem feminam apparatus.* De dativo *tormentis*, quem emphasin suam habere idem dicit, commodum est *apparari cum dativo casu semper cladem et perniciem significat.* IV. 2. 7. *apparari ad horrorem et timorem refertur; et casui dativo subiunctum cladem et perniciem significat.* [cf. Peerlk. ad Horat. Od. I. 16. 2. p. 85.]

igni. [cf. ad Met. III. p. 188. Herald. ad Arnob. p. 26. ed. Lugd.]

Cap. XI. *nec meae sectae crederem.* Elm. haec adnotat: Hoc dicit ex decreto Hippocratis, qui iuramento constrinxit suos discipulos, ne unquam scilicet pretio vel precibus adducti pharmacum calamitosum propinarent cuiquam. *Non enim nocendi sed sanandi scientia est medicina*, ut scite ait Cels. Epist. ad Callistum fol. 68. Hippocratis verba sunt: *διαιτήμασί σε χρήσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν ἐπὶ δηλήσει τε καὶ ἀδικίῃ εἴρξειν. Οὐ δώσω τε οὐδὲ φάρμακον οὐδενὶ αἰτηθεὶς θανέσιμον, οὐδὲ ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην τοιήνδε.* Alia praebet Pric., quem vide.

inchoatum. [De scriptura *incohare* cf. Verr. Flacc. apud Diomed. I. Fea ad Horat. Od. I. 4. 13. Creuz. ad Cic. de Nat. Deor. II. 12. p. 257. Intt. ad Fest.

saluti hominum medicinam quaesitam esse didicissem, verens, ne si daturum me negassem, intempestiva repulsa viam sceleri subministrarem, et ab alio quopiam exitiabilem mercatus hic potionem, vel postremum gladio vel quovis telo nefas inchoatum perficeret, dedi venenum, sed somniferum, mandragoram, illud gravedinis compertae famosum et morti simillimi soporis efficax. Nec

saluti non comparet in *δ*. *esse quaesitam* f. *didicisse* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *dedissem f. veteres* veterem lectionem esse Brant. adnotat, unde ipse *veritus* emendabat. [At *veteres* sine dubio est hypothetarum error pro *vereres*, quod ed. pr. Vicent. et Venet. 2. praebeant, a Beroaldo iam correctum. *intempestivam repulsam* B. *id tempestiva* Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *mea sceleri* pro *viam* P. D. [ex commutatione compendiorum *niã* et *mia*]. *viam* non comparet in *f*. *ab aliquo* P. *copiam* (ut infra *cucus* pro *coquus*) G. 2. D. P. *capium* (non *caopiam*) G. 1. *ab alio capiat* O. *nescis* pro *nefas* f. *incohatum* G. 1. P. *non*, quod ante *venenum* nonnulli codd. et omnes edd. habent, non comparet in F. 1. 3. G. 1. 2. O. (a m. p.) D. *f. δ*. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) *mandragoram* F. 1. 3. G. 1. 2. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) O. D. R. *f. φ. π. δ*. In cett. *mandragorae*. *illud* F. 3. G. 1. 2. P. O. D. R. *f. φ. δ. π.* Iunt. 2. edd. inde a Colv. In cett. *illum*. *istud*, quod in G. P. O. *δ.* esse adnotat Oud., certe in G. 1. 2. non inveni, unde probabile fit, etiam in P. et O. ita non legi. Eadem ratione ii codices, qui *illud* praebent, exhibent *efficax*, qui *illum*: *efficacem*; eosque sequuntur edd. *gravedinis* cf. Met. X. p. 729. *gravedine somnolenta iam demersus*. *morte* L. et edd. ante Colv.

T. II. p. 459. Lindem. Mai. ad Fronton. Epist. ad Anton. I. 5. p. 155. Doed. Synonym. T. VI. p. 168.]

dedi venenum. Qui elegantiam huius loci non capiebant interpretes, intrudebant *non* ante *venenum*. At mandragora *venenum* quidem est, sed somniferum, non mortiferum. Ita medicus Antiae dat apud Xenoph. Ephes. III. p. 46. *φάρμακον θανάσιμον οὐχ, ὑπνωτικὸν δέ.* [*Venenum* vocem esse mediam atque in utramque partem accipi, probat praeceteris Gaius Dig. 50, 16, 236: *Qui venenum dicit adiicere debet, malum an bonum sit, nam et medicamenta venena sunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum eius naturam, cui adhibitum est, mutat, cum id quod nos venenum appellamus, Graeci φάρμακον dicunt. Venenum* istud medicamentum soporiferum nominat Apuleius, quod eandem quam venenum malum vim habere videbatur.]

mandragoram, illud graved. — famosum — efficax. [Ita legendum et interpungendum ex optimis codd. esse duxi, lectiones codd. *mandragoram illum ... efficacem* vel *mandragorae illud ... efficax* pro interpolationibus librariorum habens. Nam quomodo accusativus *mandragoram* et *illud* inter se componi possit, ii ne suspicati quidem sunt. *Mandragoram* vero est appositio ad vocem *venenum* pertinens, *illud* vero quaeque sequuntur referri debet ad *venenum*, quae construendi ratio quamquam aliquid offensionis habet, tamen falsam esse eam cave ne dicas. Erant qui *somniferum mandragoram* coniungere vellent, quod mea quidem sententia propter seqq. verborum rationem fieri nequit. Vix tamen credibile est, quomodo Oud., in glossis investigandis tam cautus ac providens, putare potuerit, *mandragoram* vel *mandragorae* a margine, cui diversis illis casibus a variis fuerit adlita, in textum irrepsisse. Qui talia profert, consuetudinem ignorat librariorum, qui tritissima quaeque margini adscribunt, neque vero tam remota atque docta. Aliena enim sunt quae Oud. profert exempla Met. VII. p. 469. *soporiferum quoddam venenum* et VIII. p. 539. *quod soporiferum gerebam vinum.* In priore enim exemplo ne potuit quidem addi veneni nomen, quia *quoddam* adiicitur, in altero quidni addiderit Apuleius, nescimus, nec adderetur necessarium erat. Hoc vero loco nomen posuisse veneni Apuleium probat pronomen *illud*. *Mandragorae* vim indigitat Colum. X. 19., ubi cf. Intt. Elm., qui Lindenbrog. scrinia compilavit, excitat Eustath. in Basil. M. Homil. 5. Hexaemer. *Ex mandragora somnifera medicamina componuntur, gravissimis mem-*

Digitized by Google

mirum, desperatissimum istum latronem certum extremae poenae, quae more
[244] maiorum in eum competit, cruciatus | istos ut leviores facile tolerare. Sed si vere puer meis temperatam manibus sumpsit potionem, vivit et quiescit et dormit, et protinus marcido sopore discusso remeabit ad diem lucidam: quod si
699 vere peremptus est, si morte praeventus est, | quaeratis licet caussas mortis eius alias.

CAPUT XII.

Ad istum modum seniore adorante, placuit; et itur confestim magna cum festinatione ad illud sepulcrum, quo corpus pueri depositum iacebat. Nemo

mirum non est in *d*. *disperatissimum* G. 2. L. D. Vicent. Venet. 2. *illum* pro *istum* F. 1. *latrones* P. *certe* f. *leniores* f. *leviore* G. 2. P. D. *toleret* L. *meus* Vicent. *et* ante *quiescit* omittunt Colv. et seqq. usque ad Elm. *quod sive peremptus est* G. 1. 2. P. D. *d. f.* (quam corruptelam ex compendio *vē* omissa virgula exortam esse patet.) *quod peremptus est* lunt. 2. *quod sive peremptus* omisso *est* R. f. *si morte* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. *sive morte* f. *d.* in cett. *si vere morte*. *vere* posteriore loco Scriver. et Elm. uncis incluserunt. *eius* non est in *d*.

at G. 2. P. *iter* G. 1. f. *ire* O. *eunt d*. *confestim magna* desunt G. 1. *illud* non comparet in *d*. *istud* P. Verum autem erat *sepulcrum*, sive monumentum conditorium, non feretrum, in quo cadaver erat deportatum ad rogum, ut censet Florid. e p. 690., ubi vide.

brorum doloribus profutura. Athen. p. 504. Pollux, 5. 27. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 96. Diversissima miscet Beroaldus de *mandragora.*]

gravedinis compertae. [Gravedinem constrictiorem somnum explicat Barth. Advers. LVI. 13. p. 2656. cf. infra p. 729. *gravedine somnolenta iam demersus.*]

extrema poena. [Est poena crucis, ut bene demonstrat Lips. de cruc. II. 1. p. 1175. ed. Vess., quem cf.]

si vere peremptus est, si morte praeventus. [Ita cum optimis codd. legendum est. *Vere* enim neque *sive* scribendum esse non solum probat sententiarum nexus, sed quod utrumque sibi accuratissime opponitur enuntiatum: *sed si vere* et *quod si vere*. *Sive* corruptela qui exorta sit in adnot. crit. demonstratum est. Quod vocabulum corruptum quum in textum irrepsisset, librarii necessarium erat alterum *sive*, quod priori responderet, adsuerent, hincque codd. aliquot lectio nata est *sive morte praeventus*, quod qui *si vere* in priore enuntiato legendum esse intelligebant, in *si vere* corrigebant. Ita quam Ruhnken. cum aliis habet scriptura *si vere peremptus est, si vere morte praeventus est* fabricata est. Oud. verba *si vere peremptus est*, partim e glossa, partim e supplemento esse intrusa videntur, quae sententia minime placet. Nam quum optimi codd. *si morte praerentus est* praebeant, *vere* desideramus, quod priori respondeat, hincque prius enuntiatum defenditur, cui istud adverbium optimi quique libri vindicant. Potius altera enuntiatio pro glossemate haberi posset, nisi loquendi ratio *morte praerentus* adversaretur, id quod sentiens priorem Oud. glossematis nomine accusabat. Ceterum Pricaeus ab intempestiva Brantii coniectura: *praeversus est* recte vindicavit participium *praeventus* cf. ad Met. IX. p. 671. *nec ille prostratus ac praeventus vulneribus.*]

Cap. XII. *ad istum modum seniore adorante placuit.* Erat quum Oud. coniiceret *placuit iretur*, ut haberet *placuit*, quo referri posset; forsitan verbis accommodatior foret emendatio *placuit ut iretur*, quae corruptela ex compendio *itur* facilius exoriri potuisset. Ipse tamen Oud. intelligens, difficultatem loci iugulari, neque vero tolli corruptionem, sententiam deinde retraxit, graecissare auctorem autumans, ablativum cum participio pro nominativo ponentem, quem usum fusius exposuit ad Suet. Tiber. 31. *iterum censente obtinere non potuit.*

Digitized by Google

de curia, de optimatibus nemo ac ne de ipso quidem populo quisquam, qui non illuc curiose confluxerit. Ecce pater suis ipse manibus cooperculo capuli remoto, commodum discusso mortifero sopore, surgentem postliminio mortis deprehendit filium, eumque complexus artissime, verbis impar praesenti gaudio producit ad populum. Atque ut erat adhuc feralibus amiculis instrictus atque obditus,

decurio F. 1. in excerptis ad marg. ed. Colv. G. 2. P. D. L. *quispiam f. d.* cod. Petrarch. *qui nunc* G. 1. 2. (ex compendiorum *n̄c* et *n̄* commutatione.) *et ecce* G. 2. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv. Wow. Pric.) *cooperculo* Ms. aliquot teste Oud. Equidem inveni in G. 1. 2. et edd. vett. praeter Iunt. 2. *compercolo* D. cf. ad Met. IV. p. 277. *commode* p. *compressus* G. 1. O. *complexum* p. *praesente* p. edd. vett. ante Colv., ac recte se revocavit Pricaeus, qui aliquando *viribus* coniecerat. *perducit* typothetarum errore in ed. Scriv. Amstelod. est. *obstinctus* G. 1. *instrictus* F. 3. p. edd. vett. ante Colv. Pric. Elm. *astrictus d. instructus* in B. legi adnotat Oud. At coll. Modii habet *instrictus*, quod probabilius est. In cett. *obstrictus.*

[Burm. ad Quint. II. 1. Graev. ad Cic. pro Sest. 24. p. 26. Wopkens. Miscell. Observ. T. II. P. 1. p. 26. Deder. ad Dict. Cret. II. 12. Gloss. p. 277 sq. Quamquam vero non negandum est, inveniri ablativos, quos dicunt absolutos, ubi idem est subiectum vel obiectum, certa tamen ubique potest intelligi caussa, scriptor cur ita fecerit; cf. quae disputavit Haas. ad Reisig. Grammat. Lat. p. 759 sqq. Nam ex libidine cuiuscunque scriptoris hoc factum esse, ut antea placuit viris doctis, cuiuscunque generis exempla eaque non raro corrupta librorum lectione contaminata miscentibus, persuaderi mihi neutiquam poterit. Certe apud Apuleium huius licentiae, si ita nominari potest, alterum exemplum non invenitur, nam quem afferunt Met. XI. p. 699. locus ita corruptus est, ut dubitari de eo possit. Sed ut Apuleius hunc liberiorem ablativorum usum non respuerit, hic tamen poni istos non licuit. *Placuit* igitur absolute est dictum, et ad dicta factaque referendum senis medici, quae modo exposuerat. Singularis est dicendi ratio, sed in Apuleii libris minime sollicitanda. De *adorare* variisque eius vocabuli significationibus optime egit Brouer. de vett. ac recentt. adoratt. c. 1. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. II. p. 928 sq.]

de curia. [Sunt qui *decurio*, quod aliquot codd. praebent, defendere malint, sed praeter quod sententia obstat loci, quae per *curiam* ut intelligantur *decuriones et magistratus* postulat, per *optimates* vero reliquos senatores, totius enuntiati ratio adversatur, quia sequitur *de optimatibus nemo, de ipso populo quisquam.*]

complexus. [Habet cod. Pith. *complexum*, quod certo probarem, nisi ceterorum codd. obstaret auctoritas. Passive enim dictum esset, uti *amplexus*, *implexus* apud optimos quosque scriptores et apud ipsum Apuleium eadem ratione usurpata inveniuntur. cf. Eckst. ad Voss. Aristarch. T. II. p. 749. et p. 751. T. III. p. 951. Heins. Advers. II p. 86. Intt. ad Ovid. Heroid. IV. 139. Sil. XVII. 312. Nam *complectere* in usu fuisse forma activa, testis est Non. p. 472. cf. Eckst. ad l. c. p. 763. et Cramer. ad Schol. Iuv. VI. 527. p. 251., ubi legendum esse puto: *Iupiter Iononem amplexat, petit indulserit pellici, et reversa Io in suam figuram recepta est inter deos.*]

verbis impar. Putarat Pricaeus *viribus* hic scribendum ob Alcimi Aviti locum: *Par est decrescat facultas virium, crescente materia gaudiorum*, sed re maturius perpensa nihil postea mutavit.

feralibus amiculis instrictus atque obditus. Obstricta mihi videtur esse librariorum interpolatio, qui hoc vocabulum, quo solus Apuleius usus videtur esse, prorsus ignorabant. *Instrictus* praeterea legitur VIII. p. 565. *quo dolore pellicatus uxor eius instricta*, ubi codd. aliquot corrumpunt *instincta. Obstrictus* sane usitatius est vocabulum, cf. Plaut. Curc. V. 3. 15. 29. *collum obstringe homini*, Amphit. III. 2. 72.

Digitized by Google

700 | deportatus ad iudicium puer. Iamque liquido servi nequissimi atque mulieris nequioris patefactis sceleribus; procedit in medium nuda veritas, et novercae quidem perpetuum indicitur exilium, servus vero patibulo suffigitur; et omnium consensu bono medico sinuntur aurei, opportuni somnii pretium. Et illius quidem senis famosa atque fabulosa fortuna providentiae divinae

portatur G. 2. P. D. L. Colv. Vulc. 2. Wow. Pric. Sed compositum vindicant reliqui codd. omnes, unde id cum Elm. et Scriv. reposui. *inducitur* O. f. π. *indicatur* G. 1. *sussigitur* G. 2. *sufficitur* G. 1. *summuntur* pro *sinuntur* G. 2. D. *sumuntur* L. P. Bas. *auri* L. *optimi* pro *oportuni* φ. (ex compendio *optuni* nata confusione.) *somnii* F. 3. G. 1. 2. P. D. Elm. Scriv. Florid. et Bas. 1. In cett. *somni*. *famosa atque favosa* G. 1. 2. O. P. D. L.

collo hinc obstricto truham; Horat. Od. I. 3. 4. *Ventorumque regat pater. obstrictis aliis praeter Iapyga*; Val. Flacc. VII. 602. *Utque dedit vinclis, validoque obstrixit aratro.* Paronomasia, quam vidit Colvius, verbb. *obstrictus* et *obditus* me minime movet. Hoc certe quisquis concedet, *obstrictus* magis, quam *instrictus* librariorum emendationem sapere. De *feralibus amiculis* cf. Kirchm. de Funer. p. 51.]

obditus. [Hac significatione hoc vocabulum, quod sciam, tantum apud Apuleium legitur, cf. Met. III. p. 206. *Sic illos capillos in mutuos nexus obditos*, Met. V. p. 339. *cunctam domum seris et catenis obditam custodientem.* Nisi velis hanc eandem vocem Tertull. vindicare ad Martyr. c. 4. p. 138. Rigalt.: *Heraclitus qui se bubulo stercore obditum exussit*, pro *oblitum*, quod Mss. et Edd. praebent.]

opportuni. Ex vitiosa Ms. Sciopp. lectione *optimi*, fabricavit Heins. ad Ovid. Heroid. XII. 70. *opimi s.* pinguis. Sic *obesus somnus* Sulpiciae Sat. 56. et hinc *somno opimior glis* Auson. Technopol. per interrog. et respons. 9. At quam maxime displicet coniectura, quum vulgata lectio multo efficacior sit. Somnus enim ille tam opportuno tempore caussa fuit, qua detectum est mulieris et servi scelus. Frequenter *opportunus* et *optimus* confunduntur in Mss., cf. Dr. ad Liv. XXXVII. 7. §. 10. [De *pingui somno* cf. ad Ovid. Amor. I. 13. 7. et Lucan. X. 354. Ovid. Remed. Amor. 206. *Somnii*, licet optimi quique praebeant libri, in textum tamen cum Elm. aliisque interpretibus recipere vix ausus sum, quia adhuc viris doctis suspiciosum est, *somnium* pro somno ac vice versa dici. *Somnia* aperte pro *somno* dicit Virg. Aen. V. 840, ubi vide Heyn. et Serv.: *Bene autem ista discernit Virgilius, ut Somnum ipsum deum dicat, Somnium, quod dormimus et Insomnium, quod videmus in somniis, ut* v. 897. *sed falsa ad coelum mittunt insomnia manes.* Ita puto Gloss. Cyrill. p. 646. legendum esse ὕπνος *somnus*, *somnium* pro *somnum*, quamquam iis non adversor, qui duplicem formam hanc esse statuant eiusdem substantivi, ut *scutus, scutum* alia. Ita *insomnia* pro *insomnias* dixisse videtur Plin. H. N. XX. 9. 33: *Insomnia etiam vigiliasque decoctam, si ieiuni edant* cf. Ponteder. Op. posth. T. I. p. 290. E contrario *somnus* dicitur pro *somnio* cf. Gloss. Graeco Lat. p. 343. Vulc. *somnus* ὄνειρος ὕπνος. cf. Fronto. Epist. ad M. Caesar. III. 9. *qui vel somnis vel mysteriis*, ubi prior manus, ita habet, altera *somniis* emendat. Nec aliter apud eundem variat scriptura de Fer. Alsiens. p. 214, ubi cod. habet: *milites somno vincerent*; sed in seqq. semper *somnio* legitur.]

famosa atque fabulosa. [Ex vitiosa codd. lectione *favosa* eruebat Brantius pro frigido suo atque inepto ingenio: *favosa et fellosa* i. e. fortuna, quae cum nimia mellis dulcedine fellis dulcedinem commiscere soleret. *Favosa* vero mihi ex solita litterarum *b* et *v* commutatione ita videtur exorta, ut primum *favl'osa* scriptum, *l* deinde omissum fuerit.]

Digitized by Google

condignum excipit exitum, qui momento modico, immo puncto exiguo post orbitatis periculum adulescentium duorum pater repente factus est.

CAPUT XIII.

At ego tunc temporis talibus fatorum fluctibus volutabar. Miles ille, qui me nullo vendente comparaverat et sine pretio suum fecerat, tribuni sui praecepto debitum sustinens obsequium, litteras ad magnum scriptas principem Romam versus perlaturus, vicinis me quibusdam duobus servis fratribus undecim denariis vendidit. His erat dives | admodum dominus. At illorum alter pistor 701
dulciarius, qui panes et mellita concinnabat edulia, alter coquus, qui sapidissimis intrimentis suculum pulmenta condita vapore mollibat. Unico illi contubernio

cognitum Vicent. *exitium* G. 1. p. P. Iunt. 1. 2. Ald. *adulescentium*. Ita inveni in F. 3. G. 2. D. Colv. Vulc. 2. Pric. Elm. *adoloscentium* pro more G. 1. Utrum idem in cett. codd. legatur, Oud. non adnotat, hanc diversam scribendi rationem fere ubique negligens. *momento exiguo* P. ex glossa. *repente* non comparet in B. *effectus* O. *effectus est repente* G. 1.

factorum G. 1. 2. O. P. D. L. solita aberratione. *voluptabar* G. 2. P. O. L. de more, ut saepius iam monitum est. cf. ad Met. IV. p. 264. IX. p. 601. *voluctabar* D. *milex* G. 1. pro more. *sui* f. non habet. *substinens* legi in P. hic adnotat Oud., quod cur ita fecerit assequi equidem nequeo, quum ubique ita G. 1. 2. et D. praebeant. *me vicinis d. f.* *duobus* non comparet in *d*, quod consulto omisisse librarium est probabile, quia alterutram vocem: *duobus* et *quibusdam* superfluam esse putabat. Sed cf. ad Met. II. p. 148. *introductis quibusdam septem testibus*. *fratribus* abest a *d*. *uilis decendidit* pro *denariis vendidit* D. negligentia librarii, qui *de*, quod ad *uiliis* ponendum erat, posteriori voci adnexuit. *hiis* G. 2. D. *is* P. *pannos* G. 1. *mellata* B. *molita* G. 1. *edilia* G. 2. P. D. male cf. ad Met. V. p. 324. *edulionumque variorum fercula*. In G. 1. prius *edultia* scriptum erat, tum *t* littera ab eadem manu linea obducta est. *cocus* inveni in F. 3. G. 2. D. *d.* edd. vett. ante Bas. 2. *ccous* G. 1. *istrimentis* G. 2. P. *instrimentis* D. *intricentis* Bas. 1. *nutrimentis* edd. ante Colvium praeter Iunt. 2. In cett. recte *intrimentis*. *suculum* G. 1. 2. D. et ita codd. sine dubio plurimi. *succum* Iunt. 2. Ald., quod Oud. contractum putat ex *succorum*. De scriptura *sucus* cf. Met. II. p. 88. [Ita apud Fronton. in palimps. semper scribitur, ut de Feriis Alsiens. p. 213., de Oratt. p. 241. *sucino*.] *pulmento* G. 2. P. D. a m. p. *mollichat* p. *mallibat* f. cf. ad Met. IV. p. 247. *scaturibat*. *illo* G. 1. O.

condignum. [De adiectivi constructione cf. ad Met. IV. p. 267. *digno suae fortunae splendore*. Vocabulum *condignus* mere est Plautinum.]

Cap. XIII. *nullo vendente*. [Hunc locum commemorat Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 498.]

pistor dulciarius. Colvius adnotat: Isidor. Origg. XX. 2. 18. *dulcia sunt genera pistorii operis a sopore dicta, melle enim adsperso sumuntur*; cf. Met. IV. p. 298. ubi vide *dulciolis ventrem saginare*. Gloss. Cyrill. p. 417. *Γλυκεροπράτης dulciarius*. et p. 580. *πλακουντάριος placentarius, dulciarius*. [ibid. p. 417. *γλυκεροπράτιον dulciarium*. Firmic. adv. Mathes. 8. 11. *pistores dulciarios*. cf. Hannęken. de cura domest. Rom. Diss. II. in Salleng. Thes. Antiqq. T. I. p. 1265.] Male ad vocem *intrimentis* Stewechius voc. *pistor* pro glossemate habet, ut patet ex loco Firmici. Ille nititur in loco Veget. I. 7. *piscatores, aucupes, dulciarios, linteones*.

intrimentis. [*Nutrimentis* emendabant interpretes, quibus hoc vocabulum, cuius auctor Apuleius videtur esse, plane ignotum erat. At defenditur analogia voc. eiusdem radicis, ut *protrimenta*, quod apud eundem Apuleium solum legitur Met. VIII. p. 591. *in protrimentis sapidissime percoctum; retrimenta* etc. Ita *intritum* extat Met. XI. p. 788. *intritum lacte confectum*. Gloss. Philox. p. 124. *intritum ἐμβροχή*· et Vulcan. p. 74. intritum *μυττωτός*. cf. Buleng. de Conviv. II. c. 39. in Graev. Thes. T. XII. p. 138. Donat. et Intt. ad Ter. Phorm. II. 2. 4. Burm. ad Phaedr. I. 26. 7.]

Digitized by Google

communem vitam sustinebant, meque ad vasa illa compluria gestanda praedestinarant, quae dominis regiones plusculas pererrantibus variis usibus erant
702 necessaria. | Adsciscor itaque inter duos illos fratres tertius contubernalis, haud ullo tempore tam benivolam fortunam expertus. Nam vespera post opiparas coenas earumque splendidissimos apparatus multas numero partes in cellulam suam mei solebant reportare domini: ille porcorum, pullorum, piscium

compluria F. 1. 3. G. 1. 2. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. p. edd. ante Colv. *complurima* f. In cett. *complura*. *praedestinarant* F. 1. 3. G. 1. 2. P. L. B. f. d. Iunt. 2. cf. ad Met. IV. p. 273. In cett. *praestinarant*. *praedestinarent* D. *domini pererrantis* F. 1. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) B. p. edd. vett. usque ad Colv. *dominus* O. *dicimus* π. *assistor* Θ. *assiscitor* G. 1. (non *assuiscitor*, ut Oud. in suis excerptis legit.) *illos duos* G. 2. P. D. p. f. d. *benignam* L. Colv. Vulc. 2. Wow. Pric. pro *benivolam*, quod G. 2. quoque habet, quem alteram scripturam habere Oud. dicit. *benivolam* in F. 1. et P. esse testantur excerpta ad marg. ed. Colv. Equidem pro glossemate habeo. *opiperas* edd. vett. praeter Iunt. 2. *eorumque* F. 1. O. d., unde Oud. coniecit *convivii*que. *eramque* D. *cellam* G. 1. π. *repre* L. *deportare* F. 1. teste Lindenbrog. Elm. Scriv. Florid. In cett. *reportare*.

compluria. [De hac terminatione cf. Donat. ad Terent. Phorm. IV. 3, 6. et Grammaticos, quos ibi citat Lindenbrog. Oud. in Miscell. Observatt. Vol. III. T. III. p. 423. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 621.]

dominis regiones plusculas pererrantibus. Male, inquit Oud., Colv. hanc lectionem contextui intrusit, existimans, intelligi servos, asini dominos, quos mox etiam auctor *suos dominos* vocat. Sed si eos hic innuisset, omnino dicere debuerat *sibi*, ne viderentur alii, quam qui *praedestinarant*. Quare revocavit Oud. scripturam codd. alteram: *domini pererrantis*. Duos enim istos fratres habuisse unum eundemque dominum divitem. [Idem scrupulus pupugisse videtur animos librariorum, qui hanc sine dubio emendatam lectionem textui inserebant. Ego quoque confiteor, me in voc. *dominis* paululum haerere, si quidem ad servos istos referatur, licet forsitan defendi possit contra eos qui *sibi* potius exspectant. Attamen non incommode explicare potueris de *domino* ac *domina*, qui uterque non raro *domini* nominantur cf. ad Met. II. p. 102. *suis dominis parabat*; VII. p. 489. *dominis referemus*. Male vero Pricaeus intelligere videtur Thiasum fuisse negotiatorem, cuius fuerit, regiones permeare, ut merces sibi compararet, excit. Met. I. p. 24. *Aeginensis sum* etc. Verumtamen proclivior sum ad sententiam eorum, qui *dominis* de servis explicant, quia sequuntur verba: *variis usibus erant necessaria*. Vix enim puto, horum servorum fuisse, vasa, quae dominis suis erant necessaria, portare, sed potius ea, quae ipsis opus erant ad suas artes conficiendas. Rodius vertit: *welche sie auf der Reise ihres Herrn durch verschiedene Länder nöthig hatten*.]

opiparas. [Utraque forma et *opiparus* et *opiparis* Apuleius utitur, posteriore tamen saepius; cf. Met. I. p. 73. *piscatum opiparem*. II. p. 135. *opiparis lecti*. IX. p. 656. *opipari prandio*. V. p. 350. *opiparis muneribus*; VI. p. 419. *prandium opipare*. VII. p. 466. *prandium fabricatur opipare*. De deo Socr. p. 171. *opiparam supellectilem*.]

reportare. Non male *deportare* rescripsere Elm. Scriv. Florid. Ante coenam obsonia non erant in servorum cellula, solito eorum habitaculo (cf. Suet. Calig. c. 57.) sed vel in cella penuaria vel in culina. Verum *reportare* saepe idem significat, quod *portare*, *deportare*. Unde non raro usurpatur *reportare victoriam*; cf. Duk. ad Flor. III. 11. Menken. in Nov. Misc. Lips. V. T. III. p. 320. Immo Apuleio *reportare* aliquoties idem est, quod *ferre*, *portare*, *deportare* cf. Met. VI. p. 404. *furatrina facili auri mollitie congestum gremium Veneri reportat*; p. 423. *Veneri munus reportat Proserpinae*. Et sic *meritum*, *praemium reportare* pro accipere et auferre, cf. Met. VIII. p. 583. XI. p. 782.

et cuiuscemodi pulmentorum largissimas reliquias, hic | panes, crustula, lucun- [245]
culos, hamos, lacertulos | et plura scitamenta mellita. Qui cum se refecturi 703
clausa cellula balneas petissent, oblatis ego divinitus dapibus affatim saginabar.

et ante *cuiusmodi* deest in Iunt. 1. 2. Ald. *cuiuscemodi* F. 3. Iunt. 2. *huiuscemdi* G. 2. P. (etiam in excerptis ad marginem ed. Colv.) D. p. δ. *huiusmodi* G. 1. O. Oud. iam probavit *cuiuscemodi*, quod virum doctum adscripsisse dicit. At Ruhnk. *eiuscemodi*, quod cett. codd. et edd. praebent, retinuit. cf. ad Met. VIII. p. 554. *pulmenta* coll. Voss. *panis crustula* F. 1. Elm. Scriver. *crustulas* G. 1. O. *crustella* δ. *lucunculos* F. 1. 3. f. δ. L. Colv. et seqq. *iucunculos* G. 2. D. edd. vett. aliique sine dubio Mss. vel etiam *vicunculos*. *meunculos* G. 1. *amos* p. *latereulos* Colvii coniecturam probarunt Soping. Vulc. 2. Elm. Scriv. qui tres tacite in textum receperunt, nec varietatis quid e F. 1. notatum est, quasi in eo *latereulos* scriberetur. Quod tamen Lindenbrog. negligentiae potius tribuerim. In cett. *lacertulos*. *et* ante *plura* non comparet in edd. ante Colvium. *plura* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. p. f. δ. B. et edd. vett. usque ad Colv. In cett. *complura*. *sitamenta* vitiose editur in Edd. Colin. et Bas. 2. *sciramenta* G. 1. *quod* G. 1. O. *et oblatis* O. *ablatis* P. *ego* ante *divinitus* non comparet in G. 1. 2. O. P. D. f. R. L. *divinitus ego* δ. *signabar* G. 2. D. *saginabat* G. 1. P. L.

panes. [cf. Bulleng. de Conv. II. c. 55. l. c. p. 146 sq. III. 18. p. 230 sqq.]

crustula. [cf. Bulleng. II. 54. p. 145. Isidor. Gloss. XX. 2. 18. *Crustula diminutivum est a crusta, panis oleo conspersus, in medio concavus et tortus*, unde *crustulas*, si plures codd. defenderent, quis recipere posset, nisi h. l. utrumque est pluralis, Serv. ad Virg. Georg. III. 360. et VII. 115. *discriminat crustum et crusta neutraliter dicimus de his, quae comedi possunt, feminino autem genere, quae comesse non possumus.* Schol. Iuven. ad Sat. IX. 5. *crustari crustula solus*, ubi vide Intt. et ad Horat. Sat. II. 4. 47. ad Sat. I. 1. 25. Epist. I. 1. 78. Barth. Advers. XXXV. 14. p. 1612.]

lucunculos. Ita diu emendabant Scalig. ad Festum. [cf. p. 478. ed. Lindem.] Turneb. Advers. XVIII. 20. cf. Gloss. Benedicti *lucunculus τηγανίτης* Non. s. v. *Lucuns* p. 131. Merc. quem cf. [Bulleng. II. 39. p. 138. Taffin. de Ann. Secul. et Lud. Secul. c. 9. in Graev. Thes. Antiqq. T. VIII. p. 512., qui nostrum citat locum. Idem perperam emendant apud Petron. c. 66. p. 429. In Mss. extat *saucunculum*, quod est *savunculum*. *Savillum* est genus placenti a voc. *savium*, cuius alterum deminutivum est *saviunculum*. Apud Stat. Sil. 1. 6. 17. potius legendum est *lagunculi* cum codd. cf. Doederl. Synonym. VI. p. 187. Ita forsitan emendandus est locus Tertull. de Spect. c. 27. *ac stillicidia mellis de lagunculo venenato* vel *laguncula venenata*, ubi cod. Wow. habet *ranunculo*. Ex lectione *iucunculos* coniiciebat vir doctus: *icunculas* s. imagunculas, factas ex opere triticeo et dulciario, de qua voce vide ad Suet. Ner. 56. *lunculos* volebat Beroald.]

lacertulos. Mavult Colv. *laterculos* ex Plaut. Poen. I. 2. 112. *nihil nisi laterculos, sesamum, papaverem, triticum et frictas nuces*, ubi vid. Intt. et Voss. Etym. s. v. *later*. Probarunt Colvii coniecturam Soping. Vulc. Elm. ac Scriv. At non multum iuvat Plauti locus. Nam cum ibi *intrimenta* sucorum memorentur, potius referendi essent *laterculi* ad coquum, quam ad pistorem. Cato tamen c. 109. *laterculos* fieri vult e vino, farina et sapa, de quibus agit Turneb. Advers. XXIX. 6., non citans Apuleium, ut quasi ex illo Lib. VIII. Advers. c. 8. legunt in Fabri Thesauro. Sed ibi de eo nihil, et *lacertulos* citat XVIII. 14. 20. Restituit igitur Oud. suo iure antiquam lectionem, intelligens panes dulciarios in formam *lacertorum* vel *lacertarum* forsan ad *hamos* pendentium factos. Lindenbrog. provocat ad Martyrologium. Beroaldus putat, a *lacertis* genere piscium deminutivum peti debere vel a *lacertis* i. e. brachiis, ut sint scitamenta a brachiorum forma ita dicta. [De his *operibus dulciariis* cf. Burm. ad Petron. c. 69. p. 449. Nec tamen putaverim cum Oud., hos lacertulos ex hamis pependisse.]

scitamenta. *Scitamenta* neque *sitamenta* scribendum esse, probant loci

Digitized by Google

Nec enim tam stultus eram tamque vere asinus, ut dulcissimis illis relictis cibis coenarem asperrimum foenum.

CAPUT XIV.

Et diu quidem pulcherrime mihi furatrinae procedebat artificium, quippe adhuc timide et satis parce subripienti de tam multis pauciora, nec illis fraudes ullas in asino suspicantibus. At ubi fiducia latendi pleniore capta partes opimas quasque devorabam, et iucundiora eligens abligurribam dulcia, suspicio non exilis

inde stultus O. *eram* non est in G. 1. *et dulcissimis* O. *dulcimo is* P. *coenare* P.

et ante *diu* non comparet in G. 1. 2. O. P. D. *furatrine* Mss. aliquot. *adhuc d.* *de subripienti de tam* D. *latenti d.* *oppimas* G. 1. 2. *optimas* D. *iucundiora eligens* codd. omnes et edd. vett. praeter L. et Edd. post Colv., qui *rancidiora seligens* legunt, quod etiam Ruhnk. probavit. *Seligens*, quod Oud. in F. 1. extare suspicatur, ibi non est, sed Lindenbrog. manus aperte corrigebat *iucundiora eligens*. *iocundiora* habent G. 1. B. *abligurribam* in optimis quibusque inveni codd. praeter G. 1. et P., qui praebent *abliguribam*. *obligurribam* B. *abligurabam* π. *abliguriebam* p. edd. vett. ante Colv., quod perperam Floridus reposuit. *suspicio. Non.* Ita distinguit G. 1. *suspicio enim ex illis* d. (ex compendiorum $\bar{n}$ i. e. *non* et $\bar{n}$. i. e. *nam* commutatione; $\bar{n}$. vero non solum *nam* sed *enim* quoque significat.)

Mattii apud Gell. XX. 19. Symmach. I. 17., ubi vide Iuret., Gell. XVIII. 7. Macrob. Satur. VII. 17. Plaut. Menaech. I. 3. 26.

asperrimum foenum. [*Asperum* nominat Apuleius *foenum*, quod molestias ei parat fastidiumque; cf. Heins. ad Iuven. Sat. IV. 4. p. 170. Ita Plaut. Captiv. I. 2. 79. et IV. 2. 106. *asper meus victus sane est* et III. 1. 37. *ad coenam asperam.*]

foenum. [cf. Lucian., qui fabulam, quae ab Apuleio inde ab initio libri interposita est, non agnoscit, ita in narratione pergens c. 46. p. 613. *τῇ δὲ ὑστεραίᾳ, τί μὲν ἔπαθεν ὁ ληπουρὸς ὁ ἐμὸς δεσπότης οὐκ οἶδα· ὁ δὲ στρατιώτης πωλήσειν με ἔγνω καὶ πιπράσκει με πέντε καὶ εἴκοσιν Ἀττικῶν· ὁ δὲ ὠνησάμενος θεράπων ἦν ἀνδρὸς σφόδρα πλουσίου, πόλεως τῶν ἐν Μακεδονίᾳ τῆς μεγίστης Θεσσαλονίκης. οὗτος τέχνην εἶχε ταύτην· τὰ ὄψια τῷ δεσπότῃ ἐσκεύαζε καὶ εἶχε καὶ ἀδελφὸν σύνδουλον, ἄρτους πέττειν καὶ μελίπηκτα χειρῶν ἐπιστάμενον. οὗτοι οἱ ἀδελφοὶ, συναγροί τε ἀεὶ ἦσαν ἀλλήλοις καὶ κατέλυον ἐν ταὐτῷ καὶ τὰ σκεύη τῶν τεχνῶν εἶχον ἀναμεμιγμένα καὶ μετὰ ταῦτα κἀμὲ ἵστασαν, ἔνθα κατέλυον, καὶ οὗτοι μετὰ τὸ δεῖπνον τοῦ δεσπότου πολλὰ λείψανα ἄμφω εἴσω ἐκόμιζον, ὁ μὲν κρεῶν καὶ ἰχθύων, ὁ δὲ ἄρτων καὶ πλακούντων. οἱ δὲ καταλείσαντες ἔνθα ἐμὲ μετὰ τούτων καὶ φυλακὴν ἐμοὶ γλυκυτάτην περιστήσαντες ἀπῆσαν, ὥστε ἀπολούσασθαι.*]

Cap. XIV. *et iucundiora eligens abligurribam dulcia. Rancidiora* solus habet Lipsii codex, quod sequentes Colvium editores receperunt. Sed Oud. haud secus ac Wasseo non placent illa *rancidiora* in divite domo, nec tamen *iucundiora dulcia*, quod servant ceteri codd., iunctim stare posse iis videntur, unde Oud. coniicit: *iucundiora eligens abligurribam dulciter*; coll. Met. II. p. 128. *meque respiciens sorbillat dulciter* et X. p. 745. *dulciter consonant.* Si quis vero praeferat *seligens*, per Oud. licet, modo capiat pro *eligens*, *mihique excerpens.* [*Rancidiora* mea quidem sententia non eo improbandum est, quod non conveniant domus divitis conditioni, in qua ut in pauperrima cibi diutius asservati putrescere et corrumpi possunt, sed servorum istorum commodis, qui cibos surreptos inter se dividere quosque ipsi comedere non poterant, vendere solebant cf. p. 704., unde apertum est, edulia eos tamdiu non asservasse, donec putida fierent. Nec probo Oud. coniecturam *dulciter*, quae non solum codd. vestigiis adversatur, sed sententiae quoque vocis *abligurribam*,

Digitized by Google

fratrum pupugit animos. Et quamquam de me nihil etiam tum tale crederent, tamen quotidiani damni studiose vestigabant reum: illi vero postremo etiam mutuo sese rapinae turpissimae criminabantur. Iamque curam diligentiorem et acriorem custodelam et dinumerationem adhibebant partium. Tandem denique rupta verecundia sic | alter alterum compellat: At istud iam neque aequum ac ne 704
humanum quidem, quotidie ac partes electiores surripere, atque his divenditis

fratrem edd. pp. *pepugit* Vicent. Venet. 2. *animo* Vulc. 2. *etiam tum* F. 3. G. 1. p. d. edd. vett. ante Colv. *etiam cum* f. *et tunc* G. 2. In cett. *etiam tunc. dapni (dāpni)* β. M. *cominabantur* O. a m. p. *custodebam* Vic. Venet. 2. *cura diligentiore et acriore custodiebant* M. *custodiebam* V. C. teste Grosiot. *custodiam* Marg. Bas. 1. cf. ad Met. IX. p. 625. *custodelam dominae* et saepius. *diminutionem* (ex compendio *diiutionem*) Bas. 1. *partium* non comparet in R. f. *alter ad alterum compellat* δ. *ad istud* F. 3. G. 1. 2. D. P. d. edd. vett. ante Colv. praeter Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 4. Bas. 1. In cett. *at istud. fidem minuere*, quod post *humanum* aliquot codd. et edd. omnes intrudunt, non legitur in F. 1. 3. G. 1. 2. O. B. D. *n.* d. f. Florid., Elm. et Scriv. uncinulis incluserunt. Pricaeus haec verba olim delenda censuit, sed in Add. sententiam mutavit. *fidem* exulare dicit Oud. in P. Petrarch. et L., qui praeterea habet: *ac ne humanum quidem minuere quotidie. fidem quidem* non addito *minuere* p. *cotidie* pro more F. 3. G. 1. pro *ac* in F. 1. est *te*, quod Elm. ac Scriver. tacite receperunt. *iis* pro *his* F. 1. notante Lindenbrog. *dividentis* L.

ut mihi quidem videtur. Puto *dulcia* bene coniungi cum *iucundiora*, si modo substantive pro dulciolis accipiantur, cf. Isidor. Origg. XX. 2. 18. *dulcia sunt genera pistorii operis.* Hinc *iucundiora dulcia* sunt u dulciolis suaviora et gratiora asino, qui inter tantam copiam liberrimam optionem haberet. *Iocundiora*, quod nonnulli codd. habent, scribendi ratio est in aliis libris et lapidibus ipsis conspicua, ut apud Gruter. 331, 7 et 871, 2, minime tamen comprobanda. *Abligurrire* nec *abligurire* scribi debere, optimi quique codices probant cf. Cellar. de Orthogr. p. 157, quamquam contrarium docere videtur Donat. ad Ter. Eun. V. 4. 12., *ligurrire* ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ repetens. At cf. Horat. Sat. II. 4. 79. Cic. Epist. ad Divers. XI. 21. et ita omnes codd. et priscae edd. scribunt Apol. p. 526. cf. ad Met. IV. p. 247. Lectionem *rancidiora seligens* probat etiam Forcell. in Lex. s. v. *rancidus*, ubi per typothetarum errorem scriptum est *religens. Seligens* emendatio est interpretum, qui *rancidiora* probabant.]

pupugit. [*Pungere* ut *mordere* de iniuriis, quae altius animum dilacerant, dicitur. cf. Munk. ad Fulgent. p. 625. Intt. ad Horat. Epist. I. 16. 38. Wolf. ad Liban. ep. 67. p. 35. Uster. ad Plutarch. de Consol. p. 6. Heyler. ad Iulian. p. 457.]

at istud. [Est qui *ad*, constantem optimorum codd. lectionem defendat, ut significet, *quod attinet ad.* cf. Intt. ad Horat. Epist. I. 10. 3. Minus tamen apte ita dixisset auctor, quia infinitivus non haberet, unde penderet. Hinc *at* retinui.]

ne humanum quidem quotidie ac partes. Fere omnes Edd. et codd. aliquot ante *quidem* inserunt verba: *fidem minuere*, alii *fidem*, alii *minuere* omittunt, unde Oud. arbitratur, *fidem* abiisse in *quidem*, atque ideo ab aliis utrumque admissum, ab aliis contra etiam deletum, *te* pro *ac* supposito, cum Apuleius scripserit: *ac ne humanum fidem minuere quotidie ac partes.* Fraudi enim fuisse librariis *ne* simpliciter positum pro *ne quidem* cf. ad Met. I. p. 70. *nulla sessibula ac ne sufficientem supellectilem nobis comparare licet.* [Ego de hoc loco aliter plane sentio. Ex vaga verborum *minuere fidem* sede, quodque alterutrum in nonnullis codd., utrumque in plurimis omissum est, Oud. intelligere poterat, a manu Apulei haec minime profecta esse. *Fidem minuere* equidem duco esse librariorum interpretamentum, qui *ac ne humanum quidem quotidie ac partes electiores surripere* non intelligebant, quippe vim particulae *ac* ignorantes ideoque omissum esse infinitivum perperam putantes. *Ac* hic habet aut explicativam quam dicunt significationem et pro *et — quidem* positum est

peculium latenter augere, de reliquis aequam vindicare divisionem. Si tibi denique societas ista displicet, possumus omnia quidem cetera fratres manere, ab isto tamen nexu communionis discedere. Nam video, in immensum damni procedentem querelam nutrire nobis immanem discordiam. Subiicit alius: Laudo istam tuam mehercules et ipse constantiam, quod quotidie furatis clanculo partibus praevenisti querimoniam, quam diutissime sustinens tacitus ingemiscebam,
705 ne viderer rapinae sordidae meum fratrem arguere. Sed bene, | quod utrimque secus sermone prolato iacturae remedium quaeritur, ne silentio procedens simultas Eteocleas nobis *contentiunculas* pariat.

lactenter G. 1. *de reliquiis* R. f. *sed tibi* pro *si tibi* G. 2. P. D. *omnia* exulat a G. 1. 2. O. P. etiam in excerptis ad marginem ed. Colv.) L. D. π. (In F. 3. *omnia* abrasum est, sed e vestigiis eruitur.) *ad omnia* f. *fratribus* p. *manere* abest a B., ut mox in eodem *tamen*. *deacedere* G. 1. *in* ante *immensum* non agnoscit δ. cf. ad Met. IV. p. 301. *immensum procedit opinio* Hand. Tursell. T. III. p. 332. *damni* deest Beroald. Bas. *ne* non comparet in δ., ut alibi. *conscientiam* O. a m. p. *quod quotidie* abest ab edd. vett. excepta Iunt. 2. ac bene revocavit primus Wower. Contra Oud. sententiam Ruhnk. e textu omisit. *furatus* G. 1. *et querimoniam* L. Pro *sordidae* in codd. G. 2. D. L. est *substinens*, quod corruptum eo esse puto, quod ad priorem lineam oculi librariorum lapsi sunt, ut in duabus lineis infra se positum bis hoc vocabulum legatur. Haec vero caussa est, cur verba inde a *tacitus* usque ad *meum* in G. 1. et π. plane desiderentur. Nam denuo hi librarii decepti sunt, a priore *substinens* statim in altero oculos figentes. Verba *sustinens* usque ad *meum* non comparent in R. f. π. Hinc patet, in antiquioribus codd. haec admodum luxata fuisse. *quod* non legitur in Bas. 1. Coniecit rursus N. Heins. cum viro docto ad oram Ed. Vicent. Oud. *utrimsecus*. *iactare* Vicent. Venet. 2. *medium* G. 1. 2. O. P. f. L. p. δ. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. barbare pro *remedio*. Excidit scilicet *re* syllaba ob praecedens *iacturae*. *nec* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Bas. vitiose, ut bene iam monuit Beroald. *procedenti* L. *simulatas* F. 3. G. 1. 2. O. P. D. L. p. f. δ. *similatas* F. 1. In cett. *simultas*. *erthocleas* G. 1. *othoeclias* G. 2. *othoedias* D. *Oetocleas* O. *Ethocleas* Scriver. *Aethocleas* Elm. in notis. *contentionibus* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. L. f. *contātionibus* δ. In cett. *contentiones*.

de quo particulae usu accuratius egi ad Met. I. p. 35. aut pro *atque adeo* et *immo* dictum est, cf. Hand. Tursell. T. I. p. 467. Terent. Heaut. IV. 5. 15.]

partes electiores. [cf. Intt. ad Petron. c. 36. p. 209.]

omnia quidem cetera. Nequaquam praepositionis additione, quae in cod. Fux. conspicitur, opus est, quum iste accusativus absolute positus in hisce frequens sit Apuleio et aliis cf. ad Met. VIII. p. 584. Florid. p. 11. *Phryx cetera* [cf. Hand. Tursell. T. II. p. 41. Intt. ad Horat. Epist. I. 10. 3.] Perperam nonnulli codd. *omnia* omittunt; cf. ad Met. VII. p. 489. *ceteram carnem omnem*. [De re cf. quae exponunt Intt. ad Petron. 10. p. 57. 12. p. 63. et 79. p. 510.]

furatis. [cf. Eckst. ad Voss. Aristarch. Tom. II. p. 755.]

simultas Eteocleas nobis contentiunculas pariat. [Ita emendavi locum, qui in omnibus codd. perverse legitur. Oud. coniecit: *ne silentio procedente* (vel *procedenti*) *simulata Eteocleas nobis contentiones lis pariat* vel *simulatio Eteocleae nobis contentionis lites pariat*. Sed quaeso, quae ista *lis* est procedente *silentio simulata? Lis* enim inter duos tum demum exoritur, quum res in ambiguo est; sed quamdiu silentium uterque obtinuit, res iis dubia non erat, quia alter alteri culpam tribuebat. Ex eo vero tempore, quo uterque de alterius perfidia questus erat, uter esset reus, dubitabatur. Hinc *lis silentio procedente simulata* nulla est. Praeterea *simulata* vix probari posset, quum *dissimulata* potius exspectares. Bene vero habet lectio *simultas silentio procedens* i. e. latens illud odium, quod augetur tantopere ut in acerrimas inimicitias convertatur eo, quod neuter de suspicione sua loquitur, et in dies furta maiora perpetrari videns, uterque alterum acerbius odisse incipit. *Eteocleae* nominantur istae *contentiones* s. inimicitiae, quodet inter fratres exercebantur et tam istis Thebanis graves erant, ut ne flammae quidem rogorum coirent; cf. Hyg. LXXII. Cyprian. V. §. 2. p. 139. *Contentiuncula* deminutivum ab Apuleio noviter forma-

Digitized by Google

CAPUT XV.

His et similibus altercati conviciis, deierantur utrique, nullam se prorsus fraudem, nullam denique subreptionem factitasse, sed plane debere cunctis artibus communis dispendii latronem inquiri. Nam neque asinum qui solus interesset talibus cibis affici posse, et tamen quotidie partes electiles compa-

altricati L. f. ed. pr. Vicent. Venet. 2. cf. ad Met. II. p. 90. et alibi. *altercate* δ. *deierantur* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. R. f. p. δ. In cett. *deierant*. *uterque* φ. R. Wow. Scriver. Pric. Florid., sed bene monuit Pric: male id fieri. cf. ad Met. I. p. 65. *comites utrique* et XI. p. 814. *subtretionem* G. 1. *faticasse* G. 1. *dispendiis* δ. Iunt. 1. Ald. Hinc, inquit Oud., fingi possnet *communem dispendiis*, quamquam sibi ipsi non satisfacit. *inquirere* O., quod sane corruptum miror a Pricaeo praeferri. *inter cetera* pro *interesset* O., cuius corruptelae origo ex cod. G. 1. bene potest investigari. In eo enim seiunctim scriptum est *inter ĕet.*, unde O. corrupit inter *ea* i. e. *inter cetera*. *cibis* exulat a δ. *et tam* pro *et tamen* G. 1. *pastis* F. 1. (i. e. *partis*) teste Elm. *pastus* B. p. edd. vett. ante Colvium. *electiles* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. f. B. edd. vett. usque ad Colv. *electibiles* dare G. 1. O. L. δ. p. et edd. inde a Colv. adnotat Oud. At certe in G. 1. *electiles* aperte scribitur, unde etiam in O. ita scribi probabile fit. Oud. ipse suspicatur, operarum esse erratum in nota Scioppii, Ursini codicem etiam praebere *electibiles* dicentis, et Plaut. Mostell. III. 2. 41. citantis, ubi non *electibili* sed *electili* legatur. Oud. quamquam *electibilis* scripturam improbaverat, Ruhnk. tamen eam in textu intactam reliquit, Vulc. 2. secutus.

tum corruptelae ansam facilius praebuit. Mirifice Bourdelot. ad Petron. c. 80. p. 512. *Eteocleas dapes* dixisse Apuleium affirmat has Thebanorum fratrum contentiones.]

pariat. [Lucian. c. 46. p. 614. *κἀγὼ τοῖς παρακειμένοις κριδίδιος μακρὰ χαίρειν λέγων, τυῖς τέττιξι καὶ τοῖς κέρδεσι τῶν δεσποτῶν ἐδίδουν ἐμαυτὸν, καὶ διὰ μακροῦ πάνυ ἐγεμιζόμην ἀνθρωπείου τροφῆς· οἱ δὲ ἀπατρέψαντες εἴασω, τὰ μὲν πρῶτα οὐδὲν ἠσθάνοντο τῆς ὀψοφαγίας τῆς ἐμῆς ἐκ τοῦ πλήθους τῶν παρακειμένων, κἀμοῦ ἔτι ἐν φόβῳ καὶ φειδοῖ κλέπτοντος τὸ ἄριστον· ἐπεὶ δὲ καὶ τέλεον ἦμην αὐτῶν κατιγνοὺς ἄνοιαν, τὰς καλλίστας τῶν μερίδων καὶ ἄλλα πόλλα κατέτρωγον. καὶ ἐπειδὴ ἤσθοντο ἤδη τῆς ζημίας, τὰ μὲν πρῶτα ἄμφω ὕποπτον εἰς ἀλλήλους ἔβλεπον καὶ κλέπτην ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον καὶ ἅρπαγα τῶν κοινῶν καὶ ἀναίσχυντον ἔλεγον καὶ ἦσαν ἀκριβῶς λοιπὸν ἄμφω, καὶ τῶν μερίδων ἀριθμὸς ἐγένετο.*]

Cap. XV. *deierantur.* Oud., qui persuadere sibi non potuit, Apuleium hanc formam usurpasse deponentialem, quippe quae alias non legeretur, *deieraret* suasit ut retineretur, in *ur* syllaba adverbium aliquod latere existimans. Quod eo magis mirandum est, quod ad usum participiorum *iuratus* et *coniuratus* ipse provocat, et *iuratum esse* pro *iurasse* veteres aliquoties dixisse ex Plauti et Hygin. exemplis demonstrat. [cf. Parei lex. crit. p. 651. Broukh. ad Prop. II. 21. 20. Burm. ad Ovid. XIII. 50. quosque praeterea excitat Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 746. et 828. Quo accedit, quod Apuleius in his formis deponentialibus nimius est, et ipse novas fabricavit, ut Met. VIII. p. 544. *punita sum.* Florid. p. 65. *tarditatem poetae murmurari*, Met. III. p. 212. *sese perlita*, ubi tamen *perlinit* legendum est, ad quem locum cf. notat. mea. Ita Apuleio Met. IV. p. 235. *culeretur* ex optimo cod. Florent. 3. vindicandum est.]

dispendii latronem. Debuit Apul. dicere *auctorem* vel *compendii latronem.* Non enim *latro* erat dispendii seu damni, sed quaestus eorum communis, et sic auctor utriusque iacturae. Nisi ergo locus corruptus est, quod tamen minus crediderim, per breviloquium auctor duas cogitationes in unam commiscuit; ut de Dogm. Plat. II. p. 245: *Ne nihil profutura curatio doloribus spatia promulget*, ubi Wass. ad Sallust. B. Iug. 29. coniecit *promicet* e Non. pro *extendat*, ad quem locum vid. nota Vell. II. 25. *post victoriam, qua concurrerat* i. e. *post pugnam, qua vicerat.* Wopkens. Misc. Observ. Vol. VIII. p. 38.

cibis affici. [Si sana est lectio, *af-*

Digitized by Google

706 rere nusquam, nec utique | cellulam suam tam immanes involare muscas, ut olim Harpyiae fuere, quae diripiebant Phineias dapes. Interea liberalibus coenis inesecatus et humanis affatim cibis saginatus, corpus obesa pinguitie compleveram, corium arvina suculenta molliveram, pilum liberali nitore nutri-
[246] veram. Sed iste corporis mei decor pudori | peperit grande dedecus. Insolita namque tergoris vastitate commoti, foenum prorsus intactum quotidie remanere cernentes, iam totos ad me dirigunt animos. Et hora consueta velut balneas

cellulam F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. f. *d.* Elm. Scriv. Florid., ut supra. In cett. *cellam*. *tam* non comparet in Beroald. Bas. 1. *mures vel muscas* p. Coll. Lips. B. edd. ante Colv. nec non Scriverii. *Mures* volatiles sive vespertiliones de Oud. sententia intelligere deberes. *arpile* G. 2. *arpilae* G. 1. D. *Arpiale* D. *Arpie d.* *ficelas* G. 2. *finelas* L. D. f. *finetas* P. *funellas* G. 1. *finicias* p. *Phineas* O. [G. 1. in margine haec habet ab eadem manu, ut mihi quidem videtur: *hic tangit de arpibus scilicet quando eneas produxit naves in terram quumodo arpie tres aparuerunt irradentes cibaria discumbentium et viscera animalium mortuorum proicientes super mensa et scilicet hoc est, quod dicit in textu scilicet, ut olim arpilae fuere.*] *in tam* pro *interea (intâ)* G. 1. O. *et inesecatus* G. 1. *in* supra addito ab eadem manu. *humanis* deest f. *affatim* desideratur in *d.* *pinguedine* O. f. p. *d.* cod. Petrarch., quae vox non inusitata est. Si quid mutandum sit, Oud. mavult *pinguitudine*, qua voce passim utatur Plautus. *suculenta* in F. 3. scribi adnotat librarius. *mollulam (mollium)* p. *liberal (liberal')* G. 2. *comieti* G. 1. *comitti* O. pro *commoti*. *totos dirigunt ad me omnes animos* est vulgata lectio edd. ante Colv. et p. *totos ad me dirigunt omnes animos*. Scriptura ex glossemate librarii corrupta est, qui *totos* per *omnes* exposuit in margine cf. ad Met. III. p. 201. Hinc in textum *omnes* abiit, et diversis locis intrusum est. *valde* pro *velut* P. *balneu* p. edd. ante Colv. praeter Iunt. 2., sed contra Apulei morem, *balneas* dicere amantis.

ficere verbum Apuleius usurpavit significatione, qua alibi id legisse me vix memini. *Afficere* enim quamquam scio absolute dici de iis rebus, quae animum corpusque movent, et sensibus se insinuant, ita ut *affici* non raro pro *morbo debilitari* dicatur, tamen *cibis affici* pro delectari dici posse vix crediderim. Nisi contrarium demonstrare videretur locus Plin. Epist. III. 1. *Sunt in usu et Corinthia, quibus delectatur nec afficitur*, non dubitarem *allici*, quae emendatio facillima est, in textum recipere. De locutione satis mira nullus interpretum admonuit.]

partes electiles. Licet etiam in Pithoeano sit *pastus*, recte tamen cum Oud. putem viros doctos correxisse *partes*, quod dant cett. libri. *Pastus*, quod hinc alienum est, ortum apparet esse ex corruptela *pastis* pro *partis*, quae in F. 1. conspicitur. De cibis ita loquitur Apuleius non solum in hac narratione, sed etiam Met. II. p. 130. ubi vid. not. VII. p. 467. XI. p. 794. *Electibiles*, quod nonnulli codd. et edd. recentt. dant, barbarici insimulat Burm. ad Petron. c. 36.

Harpyiae. [cf. Intt. ad Virg. Aen. III. 216. 226. ad Hyg in. fab. XIX. p. 63. ad Ovid. Met. VII. 4. Heins. Advers. I. 4. 37, qui hunc locum excitat, Voss. Mythol. Br. I. 31 — 34.]

pinguitie. [De hac terminatione cf. Voss. Aristarch. T. I. p. 415. Förtsch.]

arvina. Pricaeus haec adnotat: Cyprian. Epist. 1: *Impletur in sucum cibis fortioribus corpus* et *arvinae toris membrorum moles robusta pinguescit.* Prudent. Cath. VII. 9. *Luxus vorandi carnis arvinam foret.* Gloss. Vulc. p. 14, *arvina λῖπος.* Gloss. Isid. p. 668. *arvinulis adipibus.* [du Cang. Lexic. s. v. *arvinare.* Intt. ad Virg. Aen. VII. 627.]

nitor. [Non raro *nitor, nitere, nitidus* de eo dicuntur, qui pinguis, bene pastus et curatus est; cf. Intt. ad Petron. c. 2. p. 18. ad Horat. Epist. I. 4. 15. ad Virg. Aen. III. 20. *me pinguem et nitidum bene curata cute vises.* Hinc de herbis quae luxuriant ob fertilitatem atque de agris; cf. Intt. ad Horat. Epist. I. 10. 19.]

hora consueta. Plin. Epist. III. 1. *ubi hora balnei nuntiata est (est autem hieme nona, aestate octava)*, Martial. X. 48. *Nuntiat octavam Phariae sua turba iuvencae. Temperat haec ther-*

Digitized by Google

petituri, clausis ex more foribus, per quamdam modicam cavernam rimantur me passim expositis epulis inhaerentem. Nec ulla cura iam damni sui habita, mirati monstruosas asini delicias risu maximo dirumpuntur, vocatoque uno et altero ac dein pluribus conservis, demonstrant infandam memoratu hebetis iumenti gulam. Tantus denique ac tam liberalis cachinnus cunctos invaserat, | ut ad aures quoque praetereuntis perveniret domini. 707

petituri G. 1. *o* ab eadem manu emendato. *cavernulam* L. Vulc. Wow. Pric. Sed cett. codd. et edd. *cavernam*, quod hic praeferendum est, exhibent. Idem probat Merc. ad Non. p. 698. ed. Lips. nostrum locum citans. *mirati* non comparet in f. *monstrosas* cod. Petrarch. Iunt. 1. 2. Ald. cf. ad Met. V. p. 350. *monstrosas* pro more G. 1. *risu* D. *vocatoque uno ab altero* f. *vocatoque etiam altero* p. *vocato unoque et altero* Iunt. 2. In edd. ante Colv. cett.: *vocatoque et altero. dein* F. 3. p. et edd. ante Colv. *de impluribus* G. 1. *ñ in*, quod pro *dein* ex suis excerptis G. 2. et P. Oud. protulit, certe in G. 2. non legitur, sed *ind'*. *in* est in D. *denique* B. *demonstravit* G. 1. 2. O. L. D. *asini* pro *iumenti* ∂. e glossa. *atque* G. 1. O. *tam* non est in p. *liberalis cachinnus* F. 1. 3. B. et edd. omnes praeter Colv. Vulc. Wow. Pric., qui coniecit etiam *iocularis* vel *iocundus* perperam et nimis a Ms. abiens. In iis edd. est *liber cachinnus*, quod etiam Ruhnken. contra Oud. sententiam, qui *ioci* probat, exhibuit. *liber ioeis cach.* P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) *liberi ioci cach.* R. f. nec vero in G. 1. et 2., ut enotavit Oud.; qui cum O. ∂. Coll. Voss. habent *liber ioci cachinnus. cachinnus* G. 1. *praeveniret* male p. *ad* praepositionem non agnoscit ∂., quam ellipsin Oud. probat ex Met. I. p. 24. *proximam civitatem perveneritis. praetercunctis* G. 1. *praeter cunctos* pro *praetereuntis* ∂.

mas, nimios prior hora vapores Halat. Tertull. de Ieiun. 169: *Apud quasdam vero colonias praeterea annuo ritu saccis veluti et cinere conspersi idolis suis invidiam supplicem obiiciunt. Balnea et tabernacula in nonam usque cludantur.* Cic. ad Attic. XIII. 52. Martial. IV. 8.

cavernam. [Rarius hoc vocabulum pro *rimis* usurpatur. cf. Gell. XV. 16. *dimissis in cavernas arboris digitis.* Hunc morem per rimas ostiorum scrutandi fusius pertractat Sagittar. de Ian. vett. c. 24. 13. in Graev. Thes. Antiqq. T. VI. p. 491.]

hebetis. [i. e. obtusi atque stupidi cf. Barth. Advers. XXIII. 10. p. 1133., qui hunc locum excitat.]

liberalis cachinnus. Oud. vox *ioci* non improba videtur, unde excludere eam non vult; coll. Met. II. p. 138. *liberales ioci et cachinnus hinc inde.* Plin. Panegyr. 49. §. 8. *benigna invitatio et liberales ioci.* Illi tamen hic minus ei videntur convenire, quia adsit dominus, cuius dignitatem ita laedant epulones. Placet igitur *liber ioci cachinnus* pro effuso in iocos cachinno, sive per iocos libere vagante; quem genitivum, quum a librariis non intellectus sit, corruptioni ansam praebuisse existimat. De hac constructione conferre iubet Plin. Panegyr. c. 36. §. 5. ubi vid. Arntz. *liberum discriminis.* Ovid. Heroid. I. 80. (ubi vide Burm. et Ruhnk. Dict. p. 8.) Sil. Ital. II. 44. *liber campi.* Vel ipsum Apuleium dixisse *liber omnium* Florid. p. 47. [Intt. ad Virg. Aen. X. 154. At minus placet Oud. sententia, quum non intelligatur, quid sibi velit *cachinnus liber ioci, ein Gelächter für jeden Scherz frei.* Nam non de iocis Apuleius hic agit, sed de risu tam immenso atque liberali, ut ad domini aures perveniret. *Liber ioci* nihil est nisi corruptio vocis *liberalis*, vel interpretamentum vocis *cachinnus.* Dictionem *liber ioci cachinnus* Oud. ex loco Met. II. p. 140. *inter haec convivium totum in licentiosos cachinnos effunditur* defendit, quae tamen sententia omnino nihil probat, sed idem exprimit, quod hoc loco *liberalis cachinnus.*]

domini. [Lucian. c. 47. p. 615. *ἐγὼ δὲ τὸν βίον εἶχον ἐν ἡδονῇ καὶ τρυφῇ καὶ τὸ σῶμά μου ἐκ τῆς συνήθους τροφῆς πάλιν καλὸν ἐγεγόνει καὶ τὸ δέρμα ἐπανθούσῃ τῇ τροχὶ ἀπέστιλβεν· οἱ δὲ γενναιότατοι μέγαν τέ με καὶ πίονα ὁρῶντες καὶ τὰ χριθίδια μὴ δαπανώμενα ἀλλ' ἐν ταὐτῷ μέτρῳ ὄντα εἰς ὑπόνοιαν ἔρχονται τῶν τολμημάτων τῶν ἐμῶν, καὶ προσελθόντες,*

Digitized by Google

CAPUT XVI.

Sciscitatus denique, quid, bonum! rideret familia, cognito quod res erat, ipse quoque per idem prospiciens foramen delectatur eximie. Ac dehinc risu ipse quoque latissimo adusque intestinorum dolorem redactus, iam patefacto cubiculo proxime consistens coram arbitratur. Nam et ego tandem ex aliqua parte mollius mihi renidentis fortunae contemplatus faciem, gaudio praesentium fiduciam mihi subministrante, nec tantillum commotus, securus esitabam, quoad novitate spectaculi laetus dominus aedium duci me iussit, immo vero suis etiam ipse manibus ad triclinium perduxit, mensaque posita omne genus edulium solidorum et illibata fercula iussit apponi. At ego quamquam iam bellule suffar-
708 cinatus, gratiosum commendationemque me tamen ei facere cupiens | esurienter

siscitatus G. 1. *scisciians* O. *n.* *quod bonum* ed. pr. cf. ad Met. IV. p. 282. *quid, malum! fleret* et ita hic quoque distinguendum est. *ipse quoque ipse quoque* D. *conspiciens* Iunt. 2. *delectabatur* f. *ac dehinc* F. 3. G. 1. 2. O. D. f. *d.* *ac deiñ* p. *ad dehinc* L. In cett. *ac dein* [cf. Bentl. ad Hor. Epod. 16. 35. Burm. ad Propert. III. 8. 15.] *dolore* p. *redactus* non comparet in f. *tam* pro *iam* p. *arbitrabatur* G. 1. O. *et* non est in P. ante *ego*. *melius* G. 1. *facie* F. 3. G. 1. 2. D. *hesitabam* G. 1. f. Iunt. 1. Ald. *haesitabam* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *excitabam* p. *hedificabam* G. 2. P. D. cf. ad Met. IX. p. 661. *esitare cadavera.* *novitatem* G. 2. D. *d.* *novi spectaculi laetus* f. *suis etiam* F. 1. in coll. Lind. 3. G. 1. Iunt. 2. Elm. Scriv. Florid. In cett. idem esse codd. praeter G. 2. et p., quibus accedit e meis D., sententia est Oud. Hi enim cum reliquis edd. habent *et ipse.* At in prioribus dixerat his *ipse quoque triclinium* G. 1. *et libata fercula* L. *tamquam* D. *iam* abest ab O. P. G. 2. D. *vellule* F. 3. G. 2. D. solita aberratione. *velule* O. *velula*, quod ex G. 1. enotat Oud., ibi non est, sed *vetule* cf. ad Met. IV. p. 380. *gratiosum* F. 1. (teste Lindenbrog.) 3. G. 1. 2. D. P. [etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.] f. L. φ. B et omnes praeterea Oud. codd. Iunt. 2. Elm. Scriver. Oud. suspicatur, omnes omnino codd. ita habere praeter G. 1, et O., qua in re erravit; quum enim G. 1. *gratiosum* aperte scribat, etiam O. id habere probabile sit. In cett. *gratiorem*, quod Rubnk. quoque retinuit, quamquam Oud. *gratiosiorem* mallt. Quaenam vero Aldi editio exhibeat *gratum*, ut ait Elm., nescio. Quas ego vidi, *gratiorem* cum ceteris praebent. *commendationemque d.* *tamen* F. 3. G. 2. D. L. f. p. Colv. Vulc. Wow. Pric. et Rubnk., qui contra Oud. sententiam ita habet. In cett. *tum.* *ei* non comparet in *d.* *exurienter* G. 1. L. B. Venet. 2. *petebam* P. teste Elm. In Oud. collatione Pal. nihil varietatis adnotatum est.

ὡς εἰς βαλανεῖον ἀπιόντες, ἔπειτα τὰς θύρας συγκλείσαντες, προσβαλόντες ὀπῇ τινι τὰ ὄμματα τῆς θύρας, ἐσκοποῦντο τἄνδον· κἀγὼ τότε τοῦ δόλου μηδὲν εἰδὼς ἡρίστων προσελθών. οἱ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἐγέλων, ὁρῶντες ἄριστον ἄπιστον· εἶτα δὲ τοὺς ὁμοδούλους ἐκάλουν ἐπὶ τὴν ἐμὴν θέαν, καὶ γέλως πολὺς ἦν, ὥστε καὶ ὁ δεσπότης αὐτῶν ἔσχε τοῦ γέλωτος, θορύβου ὄντος ἔξωθεν.]

Cap. XVI. *novitate spectaculi.* Sunt codd., qui non ineleganter *novi spectaculi laetus* praebent. Saepe enim *laetus* cum genitivo rei construitur cf. Burm. et Heins. ad Virg. Aen. I. 441. et ad Vell. II. 42. [Tross. ad Auson. Mosell. 162. *laeta operum plebes;* Peerlk. ad Horat. Od. II. 16. 25. p. 218.]

solidorum. Sidon. Epist. VII. 8. *omnia censurae tuae salva. illibata solida servantur,* Arnob. VII. 34. *si illibata, si solida concremari animalium,* [ad quem locum cf. Orell. qui Taubm. ad Virg. Aen. VI. p. 502. Salm. ad Solin. p. 90. excitat.] Ambros. Institt. Virg. Cap. XVI. *perfectorum autem est solida esca,* Paulum interpretans ad Hebr. c. 5. τελείων ἐστὶ ἡ στερεὰ τροφή. *Solida, illibata edulia, fercula,* id est, integra quibusque nihil detractum, tota. Favorin. apud Gell. XV. 8: *Quid relinquitur, nisi ut delibari sibi coenas iubeant, ne edendo defetigentur.* Iungit haec auctor Met. II. p. 149. *illibatae labiae mentum solidum. Solidus* pro toto, illibato sexcenties in usu est. cf. Burm. ad Petron. c. 43.

gratiosum. Qui *gratiorem* defendunt, provocant ad locum p. 707. *et quo se gratiorem locupleti feminae faceret.*

Digitized by Google

exhibitas escas appetebam. Nam et quod potissimum abhorreret asino excogitantes scrupulose, ad explorandam mansuetudinem id offerebant mihi, carnes

quid F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. p. cod. Wass. edd. ante Colv. *quod* B. In cett. *quicquid*. *asino* F. 1. (in excerpt. Lindenbrog.) 3. G. 1. 2. O. P. (etiam in excerpt. ad marg. ed. Colv.) D. R. f. Iunt. 2. In cett. *asinus*. *excogitationes* P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) *ad* non comparet in O. *explorandum* F. 1. teste Elm., quem errasse ait Oud., quum ita non in hoc cod. sed in B. scribatur. [Ex collat. Mod. certi quid non potest erui. Colvii enim editio quum *explorandam* habeat, *a* abducto *a* littera super addita est, codicem vero, in quo ita legatur, manus emendatrix non designat, unde ad F. 1., B. et P. aeque referri lectio potest; vel emendatio tantum est Modii, qui in vetustissimis edd. *explorandum* legi viderat. Posterius mihi quidem probabilius est. Itaque *explorandum* pro certo p. tantum affirmat cum edd. usque ad Colv. In meis codd. omnibus *explorandam* inveni.] *offerunt* inveni in G. 2. D. Colv. Vulc. 2. Pric. Florid. In cett. *offerebant*. Utrum in aliis praeterea codd. ita legatur, ex Oud. adnotatione erui nequit, qui tantummodo *offerebant* se reposuisse dicit, nec codice nec edd., ubi *offerunt* legatur, adscitis.

Oud. consensu Mss. commotus *gratiosum* quidem tuetur, sed ob sequentem comparativum mavult *gratiosiorem*, quae emendatio a vestigiis scriptae lectionis nimium recedit. [Comparativos et positivos aliquoties iungi, Dr. ad Liv. XXXVI. 35. 5. probare vult ex l. 43. 2. *Seniores .... ut praesto essent, iuvenes, ut foris bella gererent*, quod exemplum ad nostrum locum comprobandum nihil facit. Propius accedit alterum XXXVI. l. c., quod tamen ex coniectura Gronovii ita compositum est. Quum enim libri habeant *adversantibus asper ira*, ille emendat: *sicut adversantibus asperior, ita idem placabilis*. De coniunctione positivi et superlativi cf. Davis. ad Cic. de Nat. Deor. I. 31., de Graecorum usu Bernhardy. Synt. Gr. p. 435 sq. Contra optimos codd. mutare quicquam non ausus sum; at memorandus est locus.]

Nam et quod potissimum abhorreret asino. Oud. latinum non videtur esse *illa res abhorret mihi* vel *me* pro: alienus sum ab aliqua re, vel illa res mihi non convenit, cum significet ea constructione *differt*, sed potius autumat hominem abhorrere non tantum *re* et *a re*, verum etiam *rem*, quam vitet, apud optimos quosque scriptores dici coll. Wopk. Misc. Nov. Observ. T. II. p. 31. ad Dict. Cret. de B. Troian. II 25., ubi vid. Deder. p. 80. Ex scriptura igitur *asinos* eam lectionem natam esse. [Haec explicatio mihi neutiquam probatur; ita dixisse Apuleium mihi persuasum est, licet exemplum in promtu non sit, ex quo hanc constructionem defendere possim, nec analogia ea defendatur. *Quid*, quod plurimi codd. praebent vix puto h. l. servari posse, quum sequatur in seqq. demonstrativum *quod*. Hinc satius esse duxi, *quod* lectionem cod. Bert. in textu reponere, quum altera scriptura *quicquid* nihil nisi interpretum sit emendatio. Nam quae afferunt Plauti exempla: in quibus, *quid* pro *quod* positum sit Capt. V. 3. 6. Menaech. III. 2. 33. V. 9. 71. Trin. IV. 2. 94. Pers. IV. 4. 71. omnia ad interrogationem quam dicunt directam pertinent, nullo sequente demonstrativo pronomine. Quoties *quid* et *quod* propter compendiorum similitudinem in codd. confundatur, notum est. cf. Dr. ad Liv. XXXVIII. 10. §. 1. Nec rarior est pronominum *quid* et *quicquid*, *quae* et *quaequae* inter sese commutatio; cf. Dr. ad Liv. III. 47. §. 2. VII. 5. §. 1.]

ad explorandam mansuetudinem. Sunt codd. qui *explorandum* legunt: de quo gerundio cum feminini generis substantivo iuncto cf. Oud. ad Suet. Claud. 26. Heins. ad Vell. II. 59. Cort. ad Sall. B. I. 15. [Munk. ad Hygin. 29. p. 79. Intt. ad Lucret. I. 112. ad Cic. Tuscul. V. 24. T. III. p. 145. Moser. Oud. ad Caes. B. G. III. 14. Deder. ad Dict. Cret. V. 13. Glossar. p. 367., quo tamen loco cum optimis codd. *coacercandam* retineo. Plures qui desiderat viros doctos adeat. Eckst. ad Vorst. Arist. T. II. p. 780. cf. Florid. p. 6.]

Digitized by Google

lasere infectas, altilia plpere inspersa, pisces exotico iure perfusos. Interim convivium summo risu personabat. Quidam denique praesens scurrula: Date, inquit, sodali huic quippiam meri. Quod dictum dominus secutus: Non adeo, respondit, absurde locutus es furcifer; valde enim fieri potest, ut contubernalis noster poculum quoque mulsi libenter appetat. Et: Heus, ait, puer, lautum
709 diligenter ecce illum aureum cantharum mulso contempera, et offer | parasito meo, simul quod ei praebiberim commoneto. Ingens exin oborta est epulonum exspectatio. Nec ulla tamen ego ratione conterritus, otiose ac satis genialiter contorta in modum linguae postrema labia, grandissimum illum calicem uno

laserem ∂. *lassece* G. 2. (Oud. excerpta praebebant *lassere)* D. *lassere* p. *lassace* P. *lasete* L. *iure estu perfusos* L. *vie estu* G. 2. P. D. unde Oud. emendat *astu* vel *iuris pastu*, qua posteriore emendatione infelicius nihil potest excogitari. *infusos* Wow. Pric. *parabat* pro *personabat* f. *strutila* pro *scurrula* ∂. *huic* non comparet in ∂. *merum* Coll. Voss., nec male de Oud. sententia. *domini* F. 1. *assurde* G. 1. *locutus es* F. 3. B. p. edd. vett. ante Wow. excepta Iunt. 2. Colv. Vulc. 2. Elm. In cett. *locatus*, ut F. 1. in excerptis Lind. et coll. ad marg. edit. Colv. G. 2. P. aliis. *locatus est* G. 1. O. et sic edidit Scriver. *furtifer* Vicent. *furtiter* Venet. 2. *valde inquit* f. *paululum* P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. f. L. ∂. B. *paulum* G. 1. 2. In cett. *poculum*. *nobis multi* F. 1. teste Lindenbrog. *adpetebat* Scriver. vitiosissime. *Hemus* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. et Marg. Bas. 1. cf. ad Met. I. p. 52. et IX. p. 657. *chantarum* G. 1. *crateram* O. *mulso et multo contempera* L. Colv. Vulc. 2. Wow. Pric. Florid. *canth. multo contempera* G. 2. *mulso multo contempera* D. *contempera mulso* G. 1. (nam lectio, quam ex hoc cod. enotat *conta mulso* Oud., sine dubio error est operarum, quum ille scripserit *conte* per compendium indicans, ordinem horum verborum mutatum esse.) *affer* Venet. 4. Bas. Colv. Vulc. 2. vitiose. *offeres* p. *offert* D. *pasito* F. 3. G. 2. *(pasito*, ut G. 1. scribit.) *pastco* D. *moda* pro *meo* G. 1. O. *ei* non comparet in G. 1. 2. O. P. D. *praebiberit* p. *praebiberius* p. *commoveto* p. *commoneo* in π. nec in G. 1. ut Oud. adnotat, nam in eo extat *commoveo*. *inde exui oborta* cum emendatione eiusdem manus *exui* interlineari G. 1. Oud. enotavit ex hoc codice *inde exin*. *exinde* F. 1. in coll. Lind. G. 2. D. ∂. In cett. *exin*. *aborta* L. p. f. *orbata* G. 1. 2. O. D. *spectatio* ∂. *et satis* f. *generaliter* Venet. 4. Bas. 1. *postrema labia* F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. ∂. Coll. Voss. Iunt. 2. Scriver. Elm. In cett. *extrema*.

scurrula. [cf. Vulc. ad Gloss. p. 62. Hic habet significationem *parasiti* cf. Doed. Synonym. T. III. p. 83. Plaut. Poen. III. 2. 35. Postea demum *copream* et fatuum hominem notat. cf. Isidor. Gloss. p. 694. *Scorio stultus, fatuus*, ubi *scurro* forsitan vel *scurrio* legendum est.]

poculum. Ex corruptelis codd. *paulum* et *paululum* corrigit Oud. *pauculum*, quod facilius abire potuerit ob soni *au* et *o* vicinitatem, de qua saepius dictum est, in *poculum*. Crebro enim voce adiectiva *pauculus* usum fuisse Apuleium, coll. Met. XI. p. 814. *pauculum tempus*. [Met. VI. p. 385. *pauculos dies*; X. p. 736. *capellae pauculae* et saepius]. Sic *paucus* pro parvo dicere Hor. Art. Poet. 203. Vitruv. I. 1. Hist. B. Afr. c. 67. cf. Heins. ad Ovid. Met. VIII. 647. Fast. III. 66. [At obstat sequens *cantharum*, quod genus poculorum est capacissimum, cf. ad Met. VII. p. 469. Fortasse etiam librarii in voc. *poculum* et *cantharum* brevi post intervallo sequentibus offenderunt. Lectionem *paululum* defendisse qui postea *et multo* probant interpretes, magis mirandum est.]

mulso. Si verba *mulso et multo* Apuleiana sunt, poterunt significare *et quidem multo*. Perperam Scioppius coniicit *et mero*. Pontan. ad Macrob. Saturn. VII. 12. et *mustum*, quum *mulsum* vinum sit melle mixtum, et peius Brantius *exmulto*. [Bene vero intelligi potest ex corruptela G. 2., quomodo haec lectio exorta sit. Is enim quum *multo* habeat, utrumque conflarunt librarii, *et*, quod ad sententiam loci iis necessarium videretur esse, interponentes. *Mulso et multo* tuetur Cort. ad Lucan. V. 580. De significatione particulae *et* pro *et quidem* cf. eund. ad l. 637. quaeque protuli ad Met. I. p. 71.]

praebiberim. [De hoc more cf. Ursin. ad Ciaconn. de tricl. p. 329. Intt. ad Cic. Tuscul. I. 40. §. 96. T. III. p. 296. Moser. Intt. ad Iuven. V. 128.]

Digitized by Google

haustu perhausi. Clamor exsurgit consona voce cunctorum salute me prosequentium.

CAPUT XVII.

Magno denique delibutus gaudio dominus, vocatis servis suis emtoribus [meis, iubet quadruplum restitui pretium; meque cuidam acceptissimo liberto [248] suo et satis peculiato, magna praefatus diligentia tradidit, qui me satis humane satisque comiter nutriebat, et quo se patrono commendatiorem faceret, studiosissime voluptates eius per meas argutias instruebat. Et primum me quidem

hausto B. *peraxi* F. 2. Vir doctus male coniecit *perduxi*. *et clamor* p. d. edd. vett. usque ad Colv. *salute me prosequentium* non agnoscunt G. 1. 2. P. O. D. L. π. Tota enuntiatio inde a *clamor* usque ad *prosequentium* deest f. *salutem* p.

magnoque O. non ed. Vicent., ut ait Pric. *delibus* L. *servis suis* pronomen restituit Oud. auctoritate Mss. septem vel plurimum edd. vett. usque ad Colv., item Elm. et Scriver. Excidit primum ab Ed. Colvii, *sequentis* tacite L., cui consentiunt P. et G. 2. *Suis* equidem inveni in F. 1. 3. G. 1. B., desideravi in G. 2. D. Facilius omitti poterat propter antecedens vocabulum *meis*. *emtoribus* G. 1. in contextu, inter lineas *emtoribus* ab eadem manu. *aptissimo* B. *magnaque praefatus* D. *comuniter* G. 1. solita aberratione. *paterno* Vicent. et G. 1. a pr. m. *er* litterae deinde sunt lineis deletae, et *o* super additum, unde *patronum* corrigere voluisse librarium apparet.

salute me prosequentium. [Apud veteres in usu fuit, ut in fine coenae vel prandii ζήσεως dicerent, salutemque sibi adprecarentur; cf. Ursin. ad Ciacon. de Tricl. p. 371. Dio Cass. LXXII. p. 823. *Ἔπιον κύλικι ῥοπαλωτῇ πιρὰ γυναικὸς γλυκὺν οἶνον ἐψυγμένον λιβὸν, ἀμυστὶ ἐφ' ᾧ καὶ ὁ δῆμος καὶ ἡμεῖς παραχρῆμα πάντες τοῦτο δὴ τὸ ἐν τοῖς συμποσίοις εἰωθὸς λέγεσθαι ἐξεβοήσαμεν· ζήσεως*, cf. Buleng. de Conviv. III. 14. in Graev. Thes. Antiqq. T. XII. p. 173.]

prosequentium. [Lucian. c. 47. *ὁ δεσπότης ἤρετό τινα, ἐφ' ᾧ τοσοῦτον οἱ ἔξω γελῶσιν. ἐπεὶ δὲ ἤκουσε, ἐξανίσταται τοῦ συμποσίου καὶ διακύψας εἰσω, ὁρᾷ με σὺς ἀγρίου μερίδα καταπίνοντα, καὶ μέγα ἐν γέλωτι ἀναβοήσας εἰστρέχει εἴσω. κἀγὼ σφόδρα ἠχθόμην ἐπὶ τοῦ δεσπότου κλέπτης ἅμα καὶ λίχνος ἁλωκώς· ὁ δὲ πολὺν εἶχεν ἐπ' ἐμοὶ γέλωτα καὶ τὰ μὲν πρῶτα κελεύει με εἴσω ἄγεσθαι εἰς τὸ ἐκείνου συμπόσιον, ἔπειτα τράπεζάν μοι παραθεῖναι εἶπε, καὶ εἶναι ἐπ' αὐτῇ πολλὰ τῶν ὅσα μὴ δυνατὸν ἄλλῳ ὄνῳ καταφαγεῖν, κρέα, λοπάδας, ζωμοὺς, ἰχθῦς, τοῦτο μὲν χάρῳ καὶ ἐλαίῳ κατακειμένους, τοῦτο δὲ τάπυϊ ἐπικεχυμένους· κἀγὼ τὴν τύχην ὁρῶν ἤδη ἁπαλόν μοι προσμειδιῶσαν, καὶ μαθὼν, ὅτι με τοῦτο μόνον τὸ παίγνιον ἀνασώσει, καίτοι ἤδη ἐμπεπλησμένος, ὅμως ἠρίστων τῇ τραπέζῃ παραστάς. τὸ δὲ συμπόσιον ἐκλοιδορεῖτο τῷ γέλωτι. καί τις εἶπε, καὶ πίεται οἶνον οὗτος ὁ ὄνος, ἢν τις αὐτῷ ἐγκεραύνῃ ἐπιδῷ· καὶ ὁ δεσπότης ἐκέλευε, κἀγὼ τὸ προσενεχθὲν ἔπιον.*]

Cap. XVII. *satis peculiato.* [cf. Heyn. ad Virg. Ecl. I. 28. Hunc enim locum sine dubio in mente habuit, quum libr. VIII. 43. excitaverit, quo toto libro ea de re nunquam dissertum est. De *peculiatis* servis cf. quae disputat Popm. de oper. serv. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. III. p. 1334.]

magna praefatus diligentia. Intellige: servandum vel curandum me, elliptica locutione, ut censet Pric., conf. Met. VII. p. 473. *evocato armentario equisone magna cum praefatione deducendus assignor.* Si tamen Mss. addicerent, mallet Oud. cum Groslotio *magnam praefatus diligentiam*, sive monens, antequam me traderet ei, ut adhiberet mihi magnam diligentiam ut Met. I. p. 9. *praefamur veniam* et XI. p. 789: *De litteris fausta vota praefatus.* Nisi *magna diligentia* sit ipsius domini, qui diligenter valde praefatus est liberto, quid fieri me velit, quam posteriorem sententiam equidem comprobo.

mensam accumbere suffixo cubito, dein adluctari et etiam saltare sublatis
710 | primoribus pedibus perdocuit, quodque esset apprime mirabile, verbis nutum commodare, ut quod nollem relato, quod vellem deiecto capite monstrarem, sitiensque pocillatore respecto ciliis alterna connivens bibere flagitarem. Atque haec omnia perfacile obediebam, quae nullo etiam monstrante scilicet

mensa accumbere F. 1. f. unde Wass. *mensae* fabricavit. Sed cf. Met. V. p. 320. *lectum accubans. deinde* G. 1. 2. O. P. D. p. In cett. *dein. adluctari et etiam saltare* F. 3. G. 1. O. B. p. f. edd. vett. ante Colv. Elm. Florid. *adluct. et etiam salytare* δ. *et saltare etiam* Scriver. *adluct. etiam insaltare* G. 2. (nec *et insaltare* ut Oud. e G. 2. P. L. citat.) *et insaltare* D. *adluctari etiam saltare* F. 1. P. teste Elm., quod probat Lindenbrog. collat. *adluct. et insultare* Colv. Vulc. 2. Wower. Pric. *sublatis* non est in G. 1. 2. P. D. *primoribus* habent Oud. Mss. plerique. Ego inveni in F. 1. 3. G. 2. D. cum Iunt. 2. et Colv. et seqq. *promoribus* G. 1. In cett. *prioribus. praedocuit* G. 2. P. D. *quoque esset* F. 1. *nutum commodarem* L. f. P. δ. D. L. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *nutu commendarem* G. 1. O. p. In cett. *nutum commodare. ut quod nollem relato, quod vellem deiecto* F. 1. (in Lindenbrog. coll.) 3. G. 1. O. p. f. π. δ. Coll. Lips. *ut quod vellem relato quod nollem deiecto* F. 1. teste Elm. et P. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) *ut quod vellem relato quod vellem deiecto capite* G. 2. P. (teste Oud.) D. *ut quod nollem relato quod vellem reiecto capite* edd. vett. Colv. Vulc. 2. Pric. et Gruter. probat. *ut quod vellem relato, quod nollem deiecto capite* Elm. Scriv. Florid. *ut quód vellem relato, quod nollem reiecto* L. teste Colv. *conibens* G. 1. 2. D. p. f. *libere* G. 1. 2. P. D. L. *at haec* R. *adque* Florid. invitis Gratis. *mostrante* D. et ita semper hoc capite D., G. 1. ubique pro more suo habet. *immonstrante* pro *etiam monstrante* p.

et etiam saltare. Ita cum optimis codd. lego, *insultare* reiiciens, quod vim et vituperium significat, et per Colv. perperam u lectione codd. *insaltare* corruptum in textum edd. recentt. abiit. Oud. videtur scribendum esse *adluctari ei et iam saltare* ex Lucian. c. 48. εἶτα προσπαλαίειν αὐτῷ καὶ μὴν καὶ ὀρχεῖσθαι. Hinc enim sequi verba: *conviva, luctans, saltans* asinus. [Cum dativo construitur Met. XI. p. 778. *adluctantem mihi. Et etiam* propter ipsa Luciani verba καὶ μὴν καὶ non reiecerim. *Etiam* hic vim habet particulae *vel, adeo.* cf. Hand. Tursell. T. II. p. 560. cf. ad Met. p. 684.]

nutum commodare. Non alienus est Oud. a scriptura codd. *commodarem*, quam modorum variationem non infrequentem Latinis esse dicit conf. not. ad Suet. Galb. 10. p. 756. ad Met. I. p. 52. [Sed mirum est, qui Oud. tam diversa inter se componere potuerit. Haec enim quam dicunt modorum variatio ibi tantummodo locum habere potest, ubi unum idemque verbum duplici ratione aut cum infinitivo aut cum coniunctivo construitur. Eius generis sunt exempla, quae ad Met. l. c. protuli, unde hoc loco coniunctivum ferri non posse efficitur.]

ut quod nollem relato, quod vellem deiecto capite. Turpiter se dant interpretes, qui contra sensum communem *reiecto* legant, quum *relatum caput* et *reiectum* nihil differant. *Deiecto* vero est *capite declinato* et *prono*, s. proiecto, quo adsensum suum asinus declaravit. cf. Oud. ad Suet. Caes. 9. et ad Vespas. c. 8. Hunc locum tractant Sciopp. in Susp. I. 18. et Taubm. ad Plaut. Mil. Glor. II. 2. 52.

alterna. [De *alterna* cf. Hand. Tursell. T. I. p. 281.]

atque haec omnia obediebam. Notis suis praefixit Pricaeus *obaudiebam*, nihil praeterea moneus, nisi Wower. (Stewech.) legere *obibam.* De *obaudire* cf. ad Met. III. p. 200. Non displicet Oud. *obibam*, quod Soping. quoque sui exemplaris margini adlevit et crebro abiit in *obedire*, cf. ad Met. IV. p. 272. *Obediebam* hoc loco non sustuli, (quamquam facilior emendatio est *obiebam*, quum haec corruptela in Apuleio frequentior sit), quia neutra adiectiva hic leguntur, quibus addi posse accusativum ex analogia probatur et demonstrat locus Fronton. Epist. ad Ver. Imper. 7. p. 190. Mai. *neque me puderet ea illum oboedire mihi, quae clientes, quae liberti fideles ac laboriosi obsecuntur*, qui locus praeterea *obsequi* accusativo iungi docet. Ita Plaut. Asin. I. 1. 61. *et id ego*

facerem. Sed verebar, ne si forte sine magistro humano ritu ederem, pleraque rati scaevum praesagium portendere, velut monstrum ostentumque me obtruncatum | vulturiis opimum pabulum redderent. Iamque rumor publice cre- 711
bruerat, quo conspectum atque famigerabilem meis miris artibus effeceram dominum. Hic est, qui sodalem convivamque possidet asinum, luctantem asinum, saltantem asinum, voces humanas intelligentem, sensum nutibus exprimentem.

hoc, quod ante *ederem* in nonnullis codd. et edd. longe plurimis legitur non est in F. 1. 3. G. 1. 2. P. O. D. δ. Iunt. 3. *Haec* adscripsit Salmas. *heredem* p. *pleraque* F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. f. *pleri* δ. In cett. *plerique*. *saevum* B. et edd. ante Colvium. *scenum* G. 2. D. *portendere* non comparet in B. *portenderem* f. *portentumque* pro *ostentumque* F. 1., quod efficacius putat esse Oud., si supra deleatur vocab. *portendere*. Ego pro glossemate habeo. *obstentumque* G. 1. *vulturiis* F. 3. G. 1. O. R. L. p. δ. B. edd. ante Colv. et Scriver. In cett. *vulturibus*. *optimum* Bas. 1. frequenti errore. *crebruerat* F. 1. 3. f. O. δ. edd. vett. usque ad Colv. In cett. *crebuerat*. *conspectu* p. *feceram* G. 2. a p. m. (ut dicit Oud., sed e ab eadem manu adpictum est.) *convivam sodalemque* p. *possidet luctantem asinum, saltantem asinum, voces humanas intelligentem, sensum nutibus exprimentem. Sed* F. 3. *possidet luctantem asinum, saltantem asinum, iocantem asinum voces humanas intelligentem asinum, sensum nutibus exprimentem asinum* F. 1. Elm. Scriv. Florid. *possidet asinum, voces humanas intelligentem, sentum nutibus exprimentem. Sed* G. 1. 2. D. P. O. L. R. f. *possidet luctantem asinum, saltantem asinum, voces humanas intelligentem, sensum nutibus exprimentem* edd. vett. Colv. Vulc. 2. Pric. *possidet luctantem asinum, saltantem asinum, iocantem, voces humanas intelligentem, sensum nutibus exprimentem asinum* φ. *iacentem asinum* habet δ. *intelligentem asinum* δ. *exhibentem* pro *exprimentem* negligentissime Florid. edidit.

percupio obsequi gnato meo, Gell. II. 7. *et ea, quae obsequi non oportet*. His exemplis commotus sum, ut ubi certum additur substantivum, *obire* restituerim, ut Met. IV. p. 272. et VIII. p. 527., hoc tamen loco accusativum retinuerim. De loco de Deo Socrat. p. 135. infra disseram. Hinc probare nequeo emendationem Floridi *Adque*, quod initio positum nullas veneres habet, quamquam probata ea est Hand. Tursell. T. I. p. 98.]

pleraque. [*Plerique* mihi videtur esse librariorum corruptela, qui quo referre deberent *rati* nesciebant. Dein non omnia quae agitabat asinus ita mirabilia erant, ut pro ostentis a plebe credula haberentur, sed tantum *pleraque*. Tum *plerique* indicaret, maximam hominum partem his artibus obstupuisse, quum omnes omnino pro monstris duxisse eas Apuleius exprimere velit. Haec enim captum superabant humanum. Oud. e contrario *pleraque* glossam librariorum opinatur esse.]

vulturiis. [*Vulturibus*, quod nonnulli codd. praebent, non solum impugnat auctoritas Mss., sed usus etiam Apuleii, quem ubique *vulturius* formam usurpasse observavi. cf. ad Met. IV. p. 245. *lupis et vulturiis praedam reiecturus*; VI. p. 430. *vulturiis gratissimum pabulum futurus*; Met. X. p. 746. *togati vulturii*; Apol. p. 522. *canes et vulturios. Cui enim cani, cui vulturio*. Uno Met. VI. p. 445. loco *vultures* praetulit Apuleius: *cum canes et vultures intima protraherent viscera*. Forsitan molesta i litterae repetitio obstitit, ne alteram formam hic usurparet. Antiquioribus usitatior fuisse videtur *vulturius*, ut Plauto et Lucretio.]

conspectum. [De hac vocis significatione cf. Wagn. ad Virg. Aen. VIII. 588., ad quem loc. cf. Serv. Gronov. ad Liv. IV. 13. 3. et Forbig. Virg. Aen. III. 275.]

qui sodalem . . . . exprimentem. [Qui intrudunt *iocantem asinum*, loci concinnitatem plane evertunt; quum singula verba ita sibi respondeant; *sodalem atque convivam* pertinet ad verba p. 709.: *mensam accumbere, luctantem asinum* ad *adluctari: saltantem asinum* ad *saltare, voces humanas intelligentem* ad: *verbis nutum commodare, sensum nutibus exprimentem* ad: *ut quod nollem* etc. Ita quoque repetitio voc. *asinum: intelligentem asinum, exprimentem asinum* librariorum

CAPUT XVIII.

Sed prius est, ut vobis, quod initio facere debueram, vel nunc saltem referam, quis iste vel unde fuerit Thiasus; (hoc enim nomine meus nuncupa-

nobis G. 2. D. *saltem nunc* G. 2. P. D. *quis est vel unde* G. 1. a m. ꝑ. sed tum a m. s. in *iste* correctum. Verba *vel* usque ad *fuerit* desunt P., teste Elm. At quum in G. 2. et D. legantur, haec omitti in eo mihi quidem verisimile non est. *unum* pro *unde* ed. pr. Vicent. Venet. 2. solita aberratione. *fuerat* G. 1. p. f. Plurimi codd. et edd. quae vidi distinguunt post *Thiasus*, verbis *hoc enim* usque ad *dominus* parenthesi interpositis, ita ut ab *oriundus* nova periodus incipiat. Solus Oud. mavult distinguere *fuerit. Thiasus (hoc e. n. m. n. dominus) oriundus*, argumentis non additis, quam quidem distinctionem ego non probo. Hinc ceteros editores secutus sum. *Frausus* B. teste Elm. *Fratys* B. teste Oud. idemque ego quoque inveni. *fiasus* p. *hic* pro *hoc* G. 1. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 2. *nuncupatur* G. 1. 2. D. p. f. d. cf. supra p. 707. *delectatur*, et ibid. *arbitratur*. p. 708. *offerunt*, pro quibus lectionibus optimi codd. imperfecta praebent.

est figmentum, qui quum prioribus semper addi substantivum vidissent, ad reliqua quoque idem flagitari opinabantur.] Eleganter dicitur asinus *exprimere sensus nutibus*, sc. quod homines faciunt voce et oratione quam *expromunt*. *Exprimere* vocem est alteri extorquere. cf. ad Vell. II. 19. Phaedr. V. 5. 33. sive imitatione fingere et sic declarare cf. Lucan. IX. 1040. Cic. de Orat. I. 34. Senec. Epist. 56. Ovid. Met. XI. 635. Solin. p. 37. *Addiscit vocamen, quod exprimere possit imitatione vocis humanae.*

exprimentem. [Lucian. c. 48.: ἃ δὲ, οἷον εἰκὸς, ὁρῶν με χτῆμα παράδοξον, τὴν μὲν τιμὴν τὴν ἐμὴν κελεύει τῶν διοικητῶν τινὶ παραβαλεῖν τῷ ἐμὲ ὠνησαμένῳ καὶ ἄλλο τοσοῦτον· ἐμὲ δὲ παρέδωκεν ἀπελευθέρῳ τῶν αὐτοῦ τινι νεανίσκῳ, καὶ εἶπε κατιχεῖν, ὅσα ποιῶν μάλιστα ψυχαγωγεῖν αὐτὸν δυναίμην, τῷ δὲ ῥᾴδια ἦν πάντα· ὑπήκουον γὰρ εὐθὺς εἰς ἅπαντα διδασκόμενος. καὶ πρῶτον μὲν κατακλίνεσθαί με ἐπὶ κλίνης, ὥσπερ ἄνθρωπον, ἐκ ἀγκῶνος ἐποίησεν, εἶτα καὶ προσπαλαίειν αὐτῷ, καὶ μὴν καὶ ὀρχεῖσθαι ἐπὶ τοὺς δύο ἐπανιστάμενον ὀρθὸν καὶ πάνθ' ὅσα ἐδυνάμην μὲν καὶ δίχα τοῦ μανθάνειν ποιεῖν. καὶ τὸ πρᾶγμα περιβόητον ἦν, ὄνος ὁ τοῦ δεσπότου οἰνοπότης, παλαίων, ὀρχούμενος, τὸ δὲ μέγιστον ὅτι πρὸς τὰς φωνὰς ἀνένευον ἐν καιρῷ καὶ κατένευον. καὶ πιεῖν δὲ, ὁπότε θελήσαιμι, ἤτουν τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸν οἰνοχόον κινήσας· καὶ οἱ μὲν ἐθαύμαζον τὸ πρᾶγμα ὡς παράδοξον, ἀγνοοῦντες ἄνθρωπον ἐν τῷ ὄνῳ κείμενον· ἐγὼ δὲ τρυφὴν ἐποιούμην τὴν ἐκείνου ἄγνοιαν, καὶ μὴν καὶ βαδίζειν ἐμάνθανον, καὶ κομίζειν τὸν δεσπότην ἐπὶ τοῦ νώτου καὶ τρέχειν δρόμον ἀλυπότατον καὶ τῷ ἀναβάτῃ ἀναίσθητον. καὶ σκεύη μοι ἦν πολυτελῆς καὶ στρώματα πορφυρᾶ ἐπιβάλλομαι καὶ χαλινοὺς εἰσεδεχόμην ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ πεποικιλμένους· καὶ κώδωνες ἐξήπτοντό μου μέλος μουσικώτατον ἐκφωνοῦντες.]

Cap. XVIII. *Thiasus.* Multi codd. et edd. omnes *Thyasus*, quod cum Oud. improbandum est. Nam Graecorum illa Baccho sacra saltatio vocatur non θύασος, ut Beroaldus prodidit et secure ex eo transcripsit pro more suo Floridus, sed θίασος; cf. Serv. ad Ecl. V. 30. Huc accedit, quod hoc Thiasi proprium nomen non raro in Inscriptionibus extat. [cf. Gruter. p. 541. 4.: *THIASO. SERVO. INCOMPARABILI.* p. 834. 4.: *M. TIBURTIUS. THIASUS. SIBI. ET. PRIMAE. DULCISSIMAE. SUAE.* p. 961. 1.: *A. APPULEIUS. A. I. BITUS. SIBI. ET. SUIS. ..... THIASUS.* p. 965. 5. cett. cf. Inscript. apud Rosin. Dissert. isagog. tab. 16. col. 3.]

hoc enim nomine. Eadem ratione dixit Apul. Met. VIII. p. 575. *tradidit Philebo (hoc enim nomine censebatur iam meus dominus)* quae verba Oud. nova enuntiatione, neque parenthesi comprehendit.

Digitized by Google

batur dominus). Oriundus patria Corintho, quod caput est totius Achaiae provinciae, ut eius prosapia atque dignitas postulabat, gradatim permensis honoribus quinquennali magistratu fuerat destinatus, et ut splendori capessendorum responderet fascium, munus gladiatorium triduani spectaculi pollicitus, latius munificentiam suam porrigebat. Denique | gloriae publicae studio tunc Thes- 712
saliam etiam accesserat, nobilissimas feras et famosos inde gladiatores comparaturus. Iamque ex arbitrio dispositis coemptisque omnibus domuitionem parabat, spretis luculentis illis suis vehiculis, ac posthabitis decoris *redarum* carpentis, quae partim contecta, partim revelata frustra novissimis trahebantur

Oriundus p̄rortam pro *patria* habet G. 1. a m. s. nam in contextu prius lacuna videtur fuisse. Quid sibi voluerit, qui lacunam supplevit, assequi ego non possum. *chorintho* G. 2. D. *post ualabat* D. *perinmensis* p. *quinquennali* G. 1. *quinquemali* G. 2. *quinque mali* D. *splendor* R. *gladiatorum* Iunt. Ald. perpetuo errore. *triduani spectaculi* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) R. f. d. φ. Wow. In cett. *tridnanis spectaculis*. *lautius* G. 2. a m. p. ab eadem manu in *latius* correctum. *munificentiam* G. 1. a m. p. *publico* δ. *et famulos inde* pro *famosos* Venet. 4. Paris. *compaturus* G. 1. *comparatos* G. 2. *praeterhabitis* B. Scriver., quod etiam Sciopp. placuit in Symbol. et Susp. I. 18. Sed cum praeter auctoritatem sit, non video, cur reliquorum codicum scripturam postponamus. *enim spretis* O. teste Pricaeo pro *enim vero*. Sed in Gronoviana coll. *spretis enim*. De *enim* particula enuntiatione praefixa cf. ad Met. IV. p. 254. *sūptis* P. frequentissimo errore. *rhedarum carpentis*, probat Pric., secutus Woweril editionem, qui tacite ante Elm. exhibuit hanc Modianam vel Schickeradi coniecturam, quam putat Oud. incidisse etiam Rosaldo. Iste vero voluit *cedarum*, quod quid sibi velit Oud. nescit. Eam coniecturam probavit etiam Sciopp. in Susp. I. 18. Ineptissime Scriver. *praeclarum*, nisi est typothetarum error. *praedarii* G. 2. P. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. In cett. omnibus *praedarum*. *quae partim* exulant a G. 1. 2. O. D. *novis* f. perperam. Ultima et in extremo agmine quasi appendices comitatus vacua domino trahebantur cf. Met. VIII. p. 562. *puerumque illum novissimum successionis meae* et saepius.

quinquennali magistratui. Brantius cum Lips. Saturnal. II. 10. intelligit aediles quinquennales, quorum sententias Oud. recte refutat, *duumviros quinquennales* hos esse monens. *Aediles* enim fuisse annuos, in municipiis et colonis cf. Met. I. p. 75. et ex iis creatos esse gradatim *duumviros quinquennales*. Fuisse etiam *sexviros Augustales quinquennales*, sed *duumviris* honore inferiores; cf. Otton. de Aedil. c. 7. p. 185. [cf. Gruter. Inscriptt. p. 394. 5.: *T. COMINIUS. C. F. PO. DUUMVIR. AEDILIS. INTERREX.* p. 168. 6.: *GALLUS. DUOVIR. QUINQ.* p. 445. 5.: *C. OFILLIO. SEX. F. GAL. DUO. VIR. ITERUM. QUINQUENNALI.* Omnia, quae ad hunc locum explicandum pertinent, contulit Chimentell. in Marm. Pisan. de Honor. Bisell. c. 5., ubi nostri loci meminit, nomen viri *Thialus* proferens, in Graev. Thes. Antiqq. T. VII. p. 2041 sqq. cf. Intt. ad Petron. c. 30. p. 152.]

munificentiam. [Hoc vocabulum saepius ad munera gladiatoria refertur, ut exemplis demonstrat Mazoch. Comment. in mutil. Camp. Amphith. titul. c. 5. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. V. p. 628., perverse hunc locum ita citans: *Et ut splendori capessendarum responderet fascium, munus gladiatorium triduanis spectaculis pollicitus, latius munificentiam protendebat,* cf. Gloss. Philox. p. 141. *munificentia* δωρεά, φιλοτιμία. Cyrill. p. 653. φιλοτιμία *munificentia, liberalitas, munus.* Isidor. p. 686. *munificentia publicum opus.*]

redarum carpentis. Haec lectio Oud. proba videtur esse, reiiciens temeritatem eorum, qui *rhedarum carpentis* emendaverint, quum aliud sit *carpentum*, aliud *rheda*, licet utrumque currus. Ipse igitur *carpenta praedarum* explicat currus, qui tracti fuerint a *praedis* i. e. feris nobilissimis, quae ipsae a poetis aliisque saepius *praedae* vocentur, coll. Burm. ad Phaedr. II. 1. 2. *praedator intervenit.* Virg. Georg. I. 130., ubi male dubitet Ser-

Digitized by Google

consequiis: equis etiam Thessalicis et aliis iumentis Gallicanis, quibus generosa
713 soboles perhibet pretiosam dignitatem: me phaleris aureis | et fucatis ephippiis et purpureis tapetis et frenis argenteis et pictilibus balteis et tintinnabulis per-

equis et Thessalicis G. 2. D. *perhibetur* F. 1. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) Iunt. 1. 2. Ald. *paribus* pro *perhibet* π. *ephippeis* G. 2. D. *purpuris* δ. *capitis* B. *pithilibus* O.

vius, qua sententia *praedari lupos* capiendum sit. Solin. c. 53.: *Nec plebeias agunt praedas; Tigres et elephanti requiruntur.* Similem esse dictionem ait *currus equorum* Ovid. Met. V. 360. Frontin. I. 11. 10. Gell. XIX. 8. Suet. Calig. 19. Claud. 11. Xenoph. Cyrop. VI. p. 169. Apollodor. I. 6. et 65. [Sed huic lectioni multa obstant. Primum non intolerabilis est locutio, quam, etsi noster locus eum fugisse videatur, Scheffer. de re vehicul. c. 30. in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. V. p. 1485. hisce verbis defendit: „Haec *rheda* sic ab aliis diversa quandoque etiam *carpentum* vocabatur. Ideo quod Iuven. Sat. VIII. 147. est carpentum, veteri eius Scholiastae est *rheda*. Et in codice Theodosiano VIII. 18. lig. 30. hac de caussa sunt *carpenta rhedarum*, sicut alibi iam dixi (c. 17. p. 1379.) *perspicue sanxeramus, ut in carpentis redarum mensuram subditam nullus excederet.* Apuleii locum memorat Scheffer. l. c. c. 17. p. 1380., *praedarum* tamen legens, cuius vocis explicationem non profert. Eadem ratione Cic. Verr. II. 7. 77. dixit *vehiculis tensarum. Praedae* vero ut hic ferae nobilissimae dici possint, quod hoc sententiarum nexu valde dubito, tamen quis unquam sibi persuadebit, a feris, quas in usum muneris gladiatorii Thiasus undique comparaverat nobilissimis haec carpenta tracta fuisse? Hac explicatione nihil potest infelicius dici. Hinc igitur, donec meliora doceor, lectionem *redarum carpentis* retineo. *Reda* vero neque *rheda* scribendum esse probant Rupert. et Heinrich. ad Iuven. III. 10.]

Thessalici. Passim *equi Thessalici* laudantur, cf. Lactant. ad Stat. IV. p. 120. *optimae naturae equi Thessalici per orbem feruntur.* Oppian. Cyneg. I. 170 sq. [cf. Varr. de R. R. II. 7. §. 6. Lucan. VI. 396. ibique Cort. Buleng. Tract. de Equis c. 5. in Graev. Thes. Antiqq. T. IX. p. 733.]

Gallicanis. Mirum est Elmenhorstio, qui ad verbum Lindenbrog. notam descripsit, Apuleium hic laudare iumenta *Gallicana*, quae alias vilis fuerint pretii, ut in proverbium abierit: *vilior Gallico cantherio.* Idem iam ante eum Beroald. probavit, quem pro more suo Floridus accurate compilavit. [cf. Intt. ad Plaut. Aulul. III. 5. 21.] Recte vero monet Oud., errasse viros doctos. Nam hic non equos intelligit auctor, sed per *alia iumenta* exprimit mulos mulasve, quas carpentis, redis, aliisque curribus trahendis adhibitas passim fuisse, docent Intt. ad Suet. Caes. c. 31. Varr. R. R. III. 17. §. 7. Epigr. Claudian. de Mulab. Gallicis. Plutarch. in divitum pompa *περὶ φιλοπλουτίας* T. II. p. 524. ed. Par. nominat *ἡμιόνους Γαλατικὰς* [cf. Schneider. in Ind. ad Scriptt. R. R. voc. *mula.*]

fucatis. [cf. Intt. ad Ovid. Met. VI. 122. Fea ad Horat. Sat. I. 4. 100.]

purpureis tapetis. Modius faciebat *purpureis capistris*, nam in Bert. est *capitis*, pro quo forte rectius legatur *capitiis. Capitia* enim sunt pectori tegendo, non capiti, quod capiant pectus, cf. Varr. L. L. V. 30. Idem legebat cum Sciopp. Pontan. Anal. I. 12. probante Putschio. Vide simul de *tapetibus* et *capitiis* Non. p. 229. et 542. ed. Mere. Iuvat hanc lectionem, quod *tapetia s. tapeta* non multum differre videantur ab *ephipiis*, cum utraque sint *dorsi*, non capitis aut pectoris tegimenta. Sed nihil contra ceteros codd. est mutandum. *Capitis* enim nihil aliud est nisi corruptela voc. *tapetis*; nam quoties in Mss. *C* et *T* litterae inter se confundantur notissimum est. Ob oculos Apuleius habuit Virg. Aen. VII. 277.

argutis exornatum, ipse residens amantissime nonnunquam comissimis affatur sermonibus. Atque inter alia pleraque summe se delectari profitebatur, quod haberet in | me simul et convivam et vectorem. [249]

peracutis R. f. *affatus* G. 2. P. D.

instratos ostro alipedes pictisque tapetis. [ad quem loc. vide Heyn. et Sil. Ital. XVII. 64. Burm. ad Ovid. Met. VIII. 32. Bulenger. de Circ. Rom. Tract. de Equis c. 15. in Graev. Thes. Antiqq. T. IX. p. 742.]

tintinnabulis perargutis. [De *tintinnabulis*, equorum ornamentis, accuratissime agit Scheffer. de R. Vehic. I. c. 14. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. V. p. 1170 sq. et II. c. 2. p. 1259., qui totum hunc locum pertractat, *phaleras aureas* explicans clypeolos orbiculosve, quales hodieque in fronte ac temporibus ornamenti caussa ex aere inaurato vel aurichalco habere equites consuerint, *tapetes* vero tegimina, quae summis insternantur sarcinis, partim ut tegant, partim ut ornent. Ideo varias habere picturas intextas, quandoque nomina et insignia illius, ad quem sarcinae spectent. Sed *pictiles baltei* dubitat num sint quibus praecingantur pectora, taeniis versicoloribus ornati aut vittis ex lana sericove, ut *pictile* signet *pictum*, sicut *fictile*, *fictum*, quamquam quomodo aliter illi intelligi queant ipse non habet. De *tintinnabulis* praeterea cf. Taubm. ad Plaut. Poen. I. 3. 98. Intt. ad Phaedr. II. 7. 5. ad Petron. 45. p. 319. De Regii cod. lectione *peracutis* Oud. exponit hisce verbis: Quomodo passim chordis lituis, item cymbalis et tympanis al. tribuitur *tinnitus acutus*; cf. Burm. ad Val. Flacc. VI. 107. Dr. ad Sil. XII. 182. Horat. Sat. I. 8. 41. Art. Poet. 348. Od. I. 16. 8. Ovid. Fast. IV. 189. Apul. Met. X. p. 741. *tinnitus acutos*, Florid. p. 11. *acuto tinnitu.* Sed vel sic mera est glossa vulgatae vocis *perargutis*, quae elegantissimo canorum quid et sonorum ac garrulum significat. Vide Serv. ad Aen. VII. 14. Met. XI. p. 759. *aereum crepitaculum, cuius virgulae reddebant argutum sonorem.* p. 773. *aereis sistris argutum tinnitum constrepentes.* Sil. Ital. XVII. 18. XIII. 436.

exornatum. Eadem fere equorum ornamenta describit Apul. de Deo Socrat. p. 172.: *Neque enim in emendis equis phaleras consideramus, et baltei polimina inspicimus et ornatissimae cervicis divitias contemplamur, si ex argento et auro monilia variae gazae dependent, si plena artis ornamenta capiti et collo circumiacent, si frena celata, si ephippia fucata, cingula aurata sunt.* Gell. de Antioch. V. 5. *Inducebat etiam ... equitatum, frenis, ephippiis, monilibus, phaleris praefulgentem.* Philostrat. I. 20. φαλάροις ἵππον κοσμήσας ὥσπερ εἰς πομπήν· Achill. Tat. I. 10. ἐκαλλώπιζον τὸ πονηρὸν θηρίον προστερνιδίοις, προμετωπιδίοις, φαλάροις ἀργυροῖς, χρυσαῖς ἡνίαις. Basil. in Homil. εἰς τοὺς πλουτοῦντας. χαλινοὶ καὶ ζῶναι καὶ περιδέραια πάντα ἀργυρᾶ, πάντα χρυσόπαστα, τάπητες ἀλουργοί, κοσμοῦντες ἵππους ὥσπερ νυμφίους. Haec exempla protulit Pric.

vectorem. [Lucian. c. 49. ὁ δὲ Μενελῆς ὁ δεσπότης ἡμῶν, ὥσπερ ἔφην, ἐκ τῆς Θεσσαλονίκης δεῦρο ἐληλύθει ἐπ' αἰτίᾳ τοιαύτῃ· ὑπέσχετο τῇ πατρίδι θέαν παρέξειν ἀνδρῶν, ὅπλοις πρὸς ἀλλήλους μονομαχεῖν εἰδότων· καὶ οἱ μὲν ἄνδρες τῆς μάχης ἤδη ἦσαν ἐν παρασκευῇ καὶ ἀφῖκτο ἡ πορεία ἐξελαύνομεν ἔωθεν, κἀγὼ τὸν δεσπότην ἔφερον, εἴ ποτε χωρίον εἴη τῆς ὁδοῦ τραχὺ καὶ τοῖς ἁμάξαις ἐπιβαίνειν χαλεπόν.]

Digitized by Google

CAPUT XIX.

At ubi partim terrestri, partim maritimo itinere confecto Corinthum accessimus, magnae civium turbae confluebant, ut mihi videbatur, non tantum Thiasi dantes honori, quam mei conspectus cupientes. Nam tanta etiam ibidem de me fama pervaserat, ut non mediocri quaestui praeposito illi meo fuerim. Qui cum multos videret nimio favore lusus meos spectare gestientes, obserata fore atque singulis eorum seorsus admissis, stipes acceptans non parvas, sum-
714 mulas diurnas | corradere consueverat. Fuit in illo conventiculo matrona quaedam pollens et opulens, quae more ceterorum visum meum mercata, ac dehinc multiformibus ludicris delectata, per admirationem assiduam paulatim in admirabilem mei cupidinem incidit, nec ullam vesanae libidini medelam capiens ad-

matutino D. pro *maritimo*. *non tam Thiasi* ∂. Florid., probatum Wasseo; *tamen* Wow. Pric. *divitis dantes honorem* P. teste Elm. *divites dantes honorem* P. teste Oud. In excerptis ad marg. ed. Colv. P. habet: *divites honorem*. *divitiis dantes honorem* Scriver. *honorem* F. 1. G. 2. D. f. π. ∂. In cett. *honori*. In Venet. 2. est *dante*. *tam* pro *tantum* ∂. Florid. *aspectus* B. *etiam ibidem* F. 3. G. 1. 2. P. D. p. f. ∂. edd. ante Colv., qui cum seqq. invertit voculas. *proposito* Vicent. *modo* pro *meo* frequentissimo errore ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 1. Ald. *luxus* B. cf. ad Met. II. p. 84. et V. p. 378. de hac verborum confusione. *observata* D. *ac singulis* G. 1. O. *sorsus* F. 3. G. 1. *seorsum* O. ∂. In cett. *seorsus*. *amissis* G. 1. O. *stipes acceptans, non parvas*. Ita distinguit Iunt. 2. male. Nam ita duo adiectiva uni substantivo contra enuntiationis concinnitatem iunguntur. *contradere* G. 1. 2. O. D. quasi voluisset *contrahere*, de quo vide ad Met. II. p. 122. *contradens*, quod e G. 2. enotat Oud., ibi non est, neque in B. teste eodem *cõcidere* sed *cõcidens*. *consuerat* F. 1. G. 1. 2. p. f. edd. vett. usque ad Colv. In cett. *consueverat*. *fuit etiam in illo* ∂. *fuit et in illo* ed. Florid. *pollens et* non comparent in G. 1. 2. O. P. D. L. *merchata* G. 1. *ammirationem* Vicent. Venet. 2. uti *ammirabilem* paullo post. *mici cupidinem* G. 2. *nec ulla* Iunt. 2. Forsan non male pro *nequa quam*; cf. ad IX. p. 651. *vexans* G. 1. ut assolet. *cupiens* G. 1. 2. O. P. D.

Cap. XIX. *non tantum Thiasi dantes honori, quam.* Wasseus *tam* corruptelam cod. d'Orvill., quem Florid. male secutus est, probare non debebat, quum saepius particulis *non tantum* in seqq. *quam* pro *quantum* respondeat. cf. Dr. ad Liv. XXXVII. 51. Tum Oud. lectionem *honori* bene defendit contra librarios, qui *honorem* perperam mutabant, locutionem *dare tantum honori* non intelligentes. Sententia enim est: Confluxerunt homines non ideo, quia id faciebant honoris caussa meo domino praestandi, quam cupidine mei conspectus. cf. Gronov. Observatt. II. 15. Burm. ad Lucan. IV. 688. Cort. ad Cic. Epist. ad Divers. IV. 5. [cf. ad Lucan. I. 132.]

seorsus. [Optimos codd. secutus lectionem *sorsus* lubenter dedissem, quam ante me iam probarunt Intt. ad Catull. XX. 16. *manumque sorsum habebis*, si in cett. locis, ubi eadem particula legitur, ut Met. XI. p. 798. *seorsum iubente domina* cod. Florent. 3. hanc scribendi rationem prae se ferret. *Seorsus*, quod fere semper in *seorsum* mutant librarii, defenditur locis ad de Deo Socrat. p. 158.]

pollens. Gruter. in exemplari ab Oud. excerpto notaverat, in Pal. deesse *pollens et*, quae librariorum negligentia in pluribus praeterea codd. deprehenditur. Cave vero, quicquam deleas. *Pollens* erat dignitate, *opulens* divitiis cf. Met. VIII. p. 549. Ita *pollens* et *potens* saepius iunguntur.

in admirabilem. Lindenbrog. ad marg. ed. Vulc. 2. haec adnotat: „Similis historia accidit Parisiis Anno Christi CIↃIↃCI mense Octobri. Inventa enim mulier, quae cum cane rem habuerat. Facinus abominandum. Ideoque leges citavere, ut vindicarentur, exque communi sententia senatus mulier adultera canisque maritus vivi combusti periere. Sic Herod. II. p. 121. scribit, hircum cum muliere nuptias fecisse. Hinc as-

instar asinariae Pasiphaae complexus meos ardenter exspectabat, grandi

boariae pro *asinariae* φ. *Pasiphae* F. 3. O. P. *phasiphae* G. 2. D. *pasiphe* G. 1. p. f. *pasiphes* d. Vicent. In cett. *Pasiphaes*. *exspectabat* codd. omnes et vett. edd. praeter Beroald. Ed. et seqq., quae habent *expetebat*.

seritur id, quod Aelian. de Animal. VII. 19.“ Levior quam pro re videtur Oud. voc. *admirabilis*. Mavult igitur *extricabilem* vel *inamabilem* i. e. diram exsecrandam, de qua voc. adiri iubet Gell. II. 6. Apul. Met. V. p. 375. *Nugo, corruptor et inamabilis*. Ovid. ex Pont. I. 6. 5. Heins. ad Aen. VI. 438. Ex praecedenti *admiratione* et ignorantia potestatis compositi *incidere*, accusativum vi additae praepositionis adsciscentis, librariorum natam videri mutationem existimat. Nam licet nonnunquam repetat praepositionem Apuleius, ut Met. I. p. 32.: *in has aerumnas incidi*, V. p. 363. *in Amoris incidit amorem*, saepius tamen eam neglexisse autorem, ut Met. II. p. 119. *fortunam scaevam incidit*, p. 121. *Ulixeam peregrinationem incidant;* VI. p. 396. *meas potissimum manus incidisti;* p. 406. *proximam convallem incidebant;* IX. p. 635. *familiarem incidi*, cf. Dr. ad Liv. II. 30. Intt. ad Nep. Att. 5. Burm. ad Suet. c. 40. in Addend. [Buenem. ad Lact. Epit. 27. §. 1. p. 1247. Munk. ad Lact. Placiad. Enarr. I. 10. et XIV. 1. p. 793. et 878. Stav. Sed *admirabilem* bene tuetur usus loquendi, quum voc. saepius in malam partem de re incredibili et modum superante dicatur, cf. Cic. de Fat. 16. *o admirabilem licentiam et miserabilem inscientiam disserendi;* Phil. III. 7. §. 18. *admirabilis impudentia;* Iuven. XIII. 53. Intt. ad Sall. Iug. 2. p. 12.]

asinariae Pasiphaae complexus meos ardenter exspectabat. Atqui Pasiphae non ardebat asino sed tauro, unde *boariae* glossema explicari debet cod. Fulv., quippe cuius librarius in ea voce propter historiam offenderit. Sed dubitat Oud. an Latine dici possit *asinaria* et *boaria*, quae asini vel bovis cupidine flagret, hincque latere aliquid existimans ieiune emendat *bovis adulterae*. [Sed *asinariae* probum esse puto, quod a quotidiano loquendi usu plane recedit, quodque Pasiphaen scimus, priusquam rem cum bove habuit, eum curasse et vices quasi bubulci sustinuisse. *Asinariam* vero *Pasiphaen* dixit Apuleius, ratione habita concubitus matronae cum *asino* exercitati et horrendi sceleris, quod cum Pasiphaeae adulterio mirando comparari posset. Ita istam latronum hospitem nominavit *asino dependentem Dircen aniculam*, Met. VI. p. 435., quamquam non ad asinum sed ad taurum devinctam Dircen fuisse constat. De re cf. quae proferunt Intt. ad Iuvenal. VI. 334. Plin. Hist. Nat. VIII. 42. Boettig. Sabin. T. II. p. 205. ed. nov. De *Pasiphaes* fabula eiusque significatu cf. Apollod. III. 1. 4. Hygin. Fab. 40. Diod. IV. 79. Ovid. Art. I. 295 sqq. Heyn. ad Apoll. l. c. p. 217 sqq. in: *Antiq. Aufsätz.* I. p. 20. Boettig. Vasengem. III. p. 25. Creuz. Symbol. IV. p. 10 sqq. 83 sqq. Hoeck. Cret. II. p. 57 sqq.] *Pasiphaae* formam ex optimis codd. cum Oud. restitui; cf. adnot. ad Met. I. p. 96., quam praebent etiam Hygin. codd. l. c. et Cic. de Divin. I. 43. §. 96., ubi vide Intt. *Expetebat*, quod interpretes aliquot praeferebant, merum glossema est genuinae lectionis *exspectabat*, quae vox alterius illius vim et efficaciam continet, nam quae exspectamus, ea expetimus et desideramus; cf. Arntz. ad Plin. Panegyr. 10. §. 1., qui plura de utriusque vocabuli confusione et potestate exponit. *Ardenter* de cupitis saepius dicitur cf. Cic. Tusc. IV. 17. V. 6. Sic puto lacunam apud Fronton. Epist. ad Caes. III. 13. supplendam esse: *ita ardentius gaudeo.*]

715 denique praemio cum altore meo depecta est noctis unius | concubitum. At ille nequam, *quum* posset de me suave *promerere*, lucro suo tantum **adscensum* annuit.

autore pro *altore* O. *authore* π. *depecta* F. 3. G. 1. *deꝑcata* G. 2. D. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) L. In cett. *depacta*. *depacta est cum altore meo* f. *cupitum* B. *cubitum* p. et edd. vett. praeter Iunt. 2. *nequaquam* F. 1. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Verba inde ab *At* usque ad *annuit* non habet p. *ut*, quod ante *posset* plerique codd. et omnes edd. habent, non comparet in F. 1. 3. *lucto* G. 1. 2. P. D. *tantum* omnes codd. et edd. praeter Wower. Pric. Florid., qui male *tandem* reposuere. *consensum* F. 3. G. 1. 2. O. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) R. f. L. *d.* π. *consensu* P. teste Wower. In cett. *contentus*. *admisit* D. pro *annuit*.

altore. [*Autore* s. *authore*, quod in codd. perverse extat, corruptela videtur esse formae *alitore;* de hac confusione videas ad Cic. de Nat. Deor. II. 34., ubi eadem est lectionum varietas.]

depecta. Vitiose in nonnullis codd. legitur *deprecata*, quod Brantius inepte in *depreciata* mutabat. *Depecta* vero ex locupletissimis legendum est codd. cf. infra V. p. 726. *quo compecto.* [Quae huc pertinent collegit Voss. Etym. s. v. *pango.* cf. Intt. ad Terent. Phorm. I. 3. 14. Cic. ad Attic. IX. 7. Ita Apul. Apol. p. 550. *depector litium.* De dictione cf. Heins. ad Ovid. Met. VII. 739.]

at ille nequam quum posset de me suave promerere, lucro suo tantum adscensum annuit. [Locum quem omnes codd. corruptissime legunt *at ille nequam posset de me suave provenire, lucro suo tantum assensum annuit,* ex ingeniosissima Bernhardyi V. C. coniectura, ut in fronte adnotationis scriptum est, dedi. Oud. emendat: *at ille nequaquam curans, possetne de me suave provenire.* Nam apud Plautum quem imitari soleat Apuleius, aliquoties ipsum hominem dici *bene* vel *male provenire,* cui res suscepta pulchre succedat vel secus cadat, coll. Taubm. ad Truc. II. 4. 33.; quamquam et construi possit *annuit ut* (sc. illa) posset de me suave provenire. At prius mavult Oud.; de liberto ipso qui hic nihil aggrediatur ipse, minus capi posse autumans. Deinde legit *lucro intentus,* vel *tantum intentus consensum adnuit.* Crebro enim *adnuere* cum quarto casu construi; Cic. Verr. I. 61. Virg. Aen. I. 25. IX. 104. Val. Flacc. II. 95. 578. V. 259. Tibull. II. 2. 9. Primum offendit Bernhardyus in dictione *assensum adnuit,* quae ne Apuleio quidem condonari queat, hincque *tantum adscensum adnuit* corrigit, quod non solum rei tam atroci et scelestae sed etiam generi dicendi Apuleiano quam maxime convenit. *Adscensus* enim obscoene dictum est, ut *salire* et *inscensus* cf. Met. VII. p. 473. de concubitu asini cum matrona. *Promerere* emendationem etiam in textum admisi, quamquam *provenire* cum Oud. iure defendi queat. *Lucro suo* et ad *promerere* et ad *adnuit* aeque referri potest.]

annuit. [Lucian. c. 49. ὡς δὲ κατέβημεν ἐπὶ Θεσσαλονίκην, οὐκ ἦν ὅστις ἐπὶ θέαν οὐκ ἐπείγετο καὶ τὴν ὄψιν τὴν ἐμήν· ἡ γὰρ ἐμὴ δόξα προεληλύθει ἐκ μακροῦ καὶ τὸ πολυπρόσωπον καὶ τὸ ἀνθρώπινον τῶν ἐμῶν ὀρχημάτων καὶ παλαισμάτων. ἀλλ' ὁ μὲν δεσπότης τοῖς ἐνδοξοτάτοις τῶν αὐτοῦ πολιτῶν παρὰ τὸν πότον ἐδείκνυέ με, καὶ τὰ παράδοξα ἐκεῖνα τὰ ἐν ἐμοὶ παίγνια ἐν τῷ δείπνῳ παρετίθει. [c. 50.] ὁ δὲ ἐμὸς ἐπιστάτης πρόσοδον εὗρεν ἐξ ἐμοῦ πολλῶν πάνυ δραχμῶν· κατακλείσας γάρ με ἐνδον εἶχεν ἑστῶτα καὶ τοῖς βουλομένοις ἰδεῖν ἐμὲ καὶ τἀμὰ παράδοξα ἔργα, μισθοῦ τὴν θύραν ἤνοιγεν. οἱ δ' εἰκόμιζον ἄλλος ἄλλο τι τῶν ἐδωδίμων, μάλιστα τὸ ἐχθρὸν εἶναι ὄνου γαστρὶ δοκοῦν. ἐγὼ δὲ ἤσθιον. ὥστε ὀλίγων ἡμερῶν τῷ δεσπότῃ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει συναριστῶσι μέγας τε καὶ πίων δεινῶς ἤδη ἐγεγόνειν. καί ποτε γυνὴ ξένη οὐ μέτρια κεκτημένη, τὴν ὄψιν ἰκανή, παρελθοῦσα εἴσω ἰδεῖν ἐμὲ ἀριστῶντα, εἰς ἔρωτά μου θερμὸν ἐμπίπτει· τοῦτο μὲν τὸ κάλλος ἰδοῦσα τοῦ ὄνου, τοῦτο δὲ, τῷ παραδόξῳ τῶν ἐμῶν ἐπιτηδευμάτων εἰς ἐπιθυμίαν

CAPUT XX.

Iam denique coenati e triclinio domini decesseramus, et iam dudum praestolantem cubiculo meo matronam offendimus. Dii boni! qualis ille quamque praeclarus apparatus! Quatuor eunuchi confestim pulvillis compluribus ventose tumentibus pluma delicata terrestrem nobis cubitum praestruunt, sed et stra-

iamque p. *ex triclinio* L. D. *et triclinio* G. 1. *recesseramus* D. Coll. Voss. *discesseramus* p. *d.* non male de Oud. sententia. Sed comparat Met. V. p. 329. *decessit ad somnum. etiam dudum* E. 1. *et iamdudum* B. p. *d.* edd. vett. ante Colv. In cett. *et dudum. ille* non comparet in p. *quamquam* f. *eunci* G. 1. *enuchi* D. *plumam* D. *delicatam* G. 2. D. *dedicata* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *terrestre* F. 1. p. *d.* L. et edd. post Colv. Scioppius erravit scribens, in B. esse *terrestre*, quum potius Fulvianum codicem in mente haberet. In cett. *terresterem. praesternunt* B. P. Wow. et seqq.

συνουσίας προελθοῦσα. καὶ διαλέγεται πρὸς τὸν ἐπιστάτην τὸν ἐμὸν, καὶ μισθὸν ἀδρὸν αὐτῷ ὑπίσχετο, εἰ συγχωρήσειεν αὐτῇ σὺν ἐμοὶ τὴν νύκτα ἀναπαύεσθαι· κἀκεῖνος οὐδὲν φροντίσας, εἴτε καὶ ἀνύσει τι ἐκείνη ἐξ ἐμοῦ, εἴτε καὶ μὴ λαμβάνει τὸν μισθόν.]

Cap. XX. *Eunuchi.* Eunuchos in comitatu suo habebant matronae delicatiores mollioresque scilicet ad furtivam, securam et longam libidinem. [Hieronym. in vita Hilarion. p. 78. ed. Bened. Paris. *Vadit comitata eunuchis et ancillulis,* et paullo post: *Procurator calamistratus et in longam et in securam libidinem factus spado.* Martial. VI. 67. *Cur tantum Eunuchos habeat tua Gellia quaeris? Panice cult futui, Gellia nec parere.* Iuvenal. VI. 366. *Sunt, quas Eunuchi imbelles ac mollia semper Oscula delectent, et desperatio barbae. Et quid abortivo non opus est,* ad quem locum cf. Intt. Muret. Var. Lect. X. 11. Brod. Miscell. IV. 21. Papias Gloss.: *Eunuchorum quidam coeunt, et etiam virus emittunt, sed ad gignendum vanum et invalidum.* Firmic. Astron. III. 7.: *Facit eunuchos, abscissos, archigallos aut hermaphroditos, et qui semper haec non agunt, sed patiuntur, quae mulieres puti consueverunt, praeposteris libidinum ardoribus vulvae tentigine concitati,* et c. 11.: *facit eunuchos sed viros sine semine et qui coire non possunt, infames, impudicos, cinaedos.* De muneribus Eunuchorum cf. Pignor. de Serv. in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. III. p. 1252 sq.]

pulvillis. [cf. Ciac. de triclin. p. 14.]

terrestrem nobis cubitum. Praefert Sciopp. *terrestre cubitum,* quod in suo cod. invenerat, comparans vocab. *peditum,* quod Gloss. Philox. p. 155. explicant *ποφδή.* cf. Catull. 54. 3. Oud. praefert *terrestrem,* quamquam nec *cubitus* nec *cubitum* pro loco, in quo cubemus, ab ipso sit inventum. In Glossis autem legi Vulc. p. 32. *cubatus κοίτη.* [Sed extant loci, quos afferunt lexica; cf. Plin. Hist. Nat. XXIV. 9. 38. *His foliis cubitus sibi sternunt,* itemque *cubitum* pro lecto accubitorio legitur in Inscriptt. apud Murator. 544. 1.: *Huic ordo splendidissimus bisellium decrevit, gubitumque* (i. e. *cubitum*) *concessit.* Barth. Advers. XXXV. 14. p. 1612.] Eleganter vero lectum humi prostratum vocat *terrestrem.* Adposite Aelian. de Elephantis lisque structo toro Anim. II. 11. *χαμαιζήλων ὡς στιβάδες ἐν τῇ ψάμμῳ τοῦ θεάτρου τεθεῖσαι ἐδέξαντο τυλεῖα καὶ στρωμνὴν ποικίλην....* Lucian. hic ait *χαμεύνιον.*

praestruunt. Wowerium lectionem *praesternunt* praeponentem omnes post eum edd. secutae sunt. Verum optimi codd. servant *praestruunt,* quod nollem adeo temere mutatum. *Praestrua* dicuntur illa, quibus mox alia superponuntur, ut hic *cubitus,* quem deinde

Digitized by Google

716 gula veste | auro ac murice Tyrio depicta probe consternunt, ac desuper brevibus admodum sed satis copiosis pulvillis, aliis nimis modicis, quis maxillas et cervices delicatae mulieris suffulcire consuerunt, superstruunt. Nec dominae voluptates diutina sua praesentia morati, clausis cubiculi foribus facessunt. At intus cerei praeclara micantes luce nocturnas nobis tenebras inalbabant.

ac non comparet in Edd. Elm. et Scriver. nec quicquam varietatis in collatione codicis F. 3. enotatum est. In cett. codd. et edd. est *ac*. *mirice* G. 1. 2. *mirite* D. *depicto* Bas. 1. Pric. *substernunt* B. teste Sciopp. Hinc ita edidere Scriver. et Florid. Sed erravit Sciopp. B. cum reliquis hic praebet *consternunt*. *desuper de brevibus* G. 2. L. D. P. *ac iis nimiis modicis* Colv. emendat infeliciter, ne Latinum quidem. Sed nec acu rem tetigit Pricaeus, legi iubens: *pulvillis illis*. Verissimum putat Oud. esse *pulvillis aliis nimio modicis*, quae scriptura est B., ut *nimio* pro *nimium* positum esset; Ruhnk. tamen in textu *nimis* retinuit, quod ego quoque probo. *maxillas* G. 1. *delicatas* G. 1. *mulieris* Iunt. 2. *consueverunt* G. 1. a m. p. δ. Ald. Colin. Bas. Vulc. 2. Wow. Pric. *supersternunt* B. Scriver. Florid. *facessit* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *facescunt* G. 2. D. *secescunt* G. 1. et plures, autore Oud. *praeclara*. Quam vellem, inquit Oud., optimam Pricaei coniecturam *clara praemicantes luce* confirmarent Mss. cf. Oud. ad Met. XI. p. 774. *claro praemicantem lumine inalbebant* G. 1. O. probante Pricaeo.

aliis vestibus consternunt ac *superstruunt*. At melior videtur esse Oud. emendatio *supersternunt*, ut auctor more suo idem usurpaverit verbum, ludens modo in variis praepositionibus, licet demonstret, *strui* hic recte de *cubili* positum esse, uti saepe de avium nido, cui mox *insternant* s. *supersternant* molles plumas aliaque; Ovid. Met. XV. 397. *nidum sibi construit ore, quo simul ac casias et nardi lenes aristas, Quassaque cum fulva substravit cinnama myrrha, Se super imponit.* Lucan. IX. 841. [Ita *praestruere* non raro est *praeparare*, quam voc. vim probant lexica.]

desuper. [Deder. in Gloss. ad Dict. Cret. III. 6. p. 319. abundare hoc loco particulam mirifice statuit, dubius sane, quomodo *desuper* superstruere pulvillos etc. eunuchi matronae dici queant. Fugit illum usus, in recentioris aetatis scriptorum libris non raro observatus, *desuper* poni de rebus superimpositis, ut idem sit quod *super*, *insuper*, quia quae superiniicimus, fere semper *desuper* imponimus. Exempla protulit Hand. Tursell. T. II. p. 284., ut Flor. III. 2. 6. *saxeas erexere turres et desuper exornata armis hostilibus tropaea fixere;* Ovid. Fast. III. 529. *desuper extentas imposuere manus.*]

auro ac murice. [Displicet hic particulae *ac* omissio, quae in edd. Elm. et Scriver. est conspicua. Codices certe ei suffragari non videntur, etsi librarius e Florent. 3. lectionis varietatem nullam enotavit. At praetermisit sine dubio vir alioquin accuratissimus. Si vero plures codd. addicerent, ad usum Apuleii referri deberet locus, duo substantiva copula non addita iungentis. cf. ad Met. IV. p. 254.]

cervices delicatae. [De *cervicalibus*, quibus inde a Neronis temporibus homines molliores uti solebant, cf. Intt. ad Petron. 32. p. 170. Burm.]

clausis foribus. [Nuptias facientes includebantur, ut restinctus esset omnis pudor, quem forte praesentia aliorum incuteret, uti exponit Wower. ad Petron. Satir. 26., ad quem locum cf. cett. Intt. p. 123. Burm.]

praeclara micantes luce. [*Praeclarus* hic significatione non adeo usitata dictum est, cf. Lucret. II. 1031. *praeclara lux*, V. 121. *praeclarum solem*, unde non ferenda est Pricaei coniectura: *clara praemicantes luce*, de qua in adn. crit. iam dictum est.]

inalbabant. Aliquot codd. praebent *inalbebant*, probante Pric. Recte tamen monet Oud., *inalbere*, *ut albere* significationem habere neutram, ut Met. VII. p. 445. *ut primam tenebris abiectis inalbebat dies*, ubi vid. adnot. crit., *albare* vero et *inalbare* esse activa, ut apud Prisc. VIII. 6. T. I. p. 380 Krehl. et in Gloss. Vulc. p. 7. *albeo*

CAPUT XXI.

[illegible]unctо prorsus spoliata tegmine, taenia quoque, qua decoras devi[illegible]las, lumen propter adsistens de stagneo vasculo multo sese perung[illegible]alsamo, meque indidem largissime perfricat, sed multo tanto 717

tum male ed. Florid. *tegimine* G. 2. P. cf. ad IX. p. 654. *vel exiguum tegimen parare. cenia* G. 2. P. D. L. f. *thema* G. 1. *coma* B. *depinxerat* ed. pr. *devixerat* D. *assistentes* D. *stanneo* B. Wow. Vulc. 2. Scriv. Pric. Florid. *basculo* F. 1. teste Lindenbrog. Verba *sese* usque ad *multo* non comparent in p., quae ob librarii negligentiam facilius exciderunt, oculis a priore vocab. *multo* statim ad posterius lapsantibus. *tanto* est in L. et P. Colv. vel potius Lips. emendat: *et multo tanto impensius crura, etiam nates perfricat*, quam emendationem receperunt Vulc. 2.

λευκός εἰμι et *albo* λευκόω. Errare enim Eutychen. p. 2188. eiusdem potestatis facientem *albo, as* et *albeo, es*; cf. Apul. Met. IX. p. 640. *lacinias circumdatas inalbabat.*

inalbabant. [Lucian. c. 51. Κἀπειδὴ ἑσπέρα τε ἤδη ἦν κἀκ τοῦ συμποσίου ἀφῆκεν ἡμᾶς ὁ δεσπότης, ἀναστρέφομεν ἔνθα ἐκαθεύδομεν, καὶ τὴν γυναῖκα εὕρομεν πάλαι ἀφιγμένην ἐπὶ τὴν ἐμὴν εὐνήν. κεκόμιστο δὲ αὐτῇ προσκεφάλαια μαλακὰ καὶ στρώματα· εἴσω κατέθεντο, καὶ χαμεύνιον ἡμῖν εὐτρεπὲς ἦν, εἶτα οἱ μὲν τῆς γυναικὸς θεράποντες αὐτοῦ που πλησίον πρὸ τοῦ δωματίου ἐκάθευδον· ἡ δὲ λύχνον ἔνδον ἔκαιε μέγαν, τῷ πυρὶ λαμπόμενον.]

Cap. XXI. *taenia quoque.* [cf. ad Met. II. p. 104. Pollux. VII. 24. τὸ τῶν μαστῶν τῶν γυναικείων ζῶσμα ταινίαν ὀνόμαζον καὶ ταινίδιον. Martial. XIV. 134. *fascia crescentes domina compesce papillas*, ex quo loco patet non sollicitandam esse apud Non. p. 538. lectionem: *Strophium* est *fascea brevis, quae virginalem tumorem cohibet papillarum*, pro qua e cod. Palat. Gebhard. Antiq. II. 13. *horrorem* probavit et Mercer. recepit, cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 648.]

stagneo. [Morem esse librariorum perpetuum *stagnum* pro *stanno* scribendi observavit Oud. ad Suet. Vitell. 5., unde *stanneo* formam hic praetulisse videatur, a Ruhnken. licet non recepta sit. Ita in Glossis Philox. p. 202. *stagnum* κασσίτερον *stagnea* κασσιτέρινα; Cyrill. p. 503. κασσίτερος *stagnum cassiterum plurale non habet,* κασσιτερουγὸς *stagnator,* quum contra Gloss. Vulc. p. 144. discernant inter *stannum* et *stagnum*. cf. Doed. Synonym. T. VI. p. 347., qui a voc. στεγνός deducit. Cum optimis codd. *stagneo* retinui. Optime disseruit de hac voce Schneider. ad Veget. I. 18., qui rectius *stagnum* quam *stannum* scribi probavit.] Deinde Oud. vix videtur esse credibile, in *stagneo* s. κασσιτερίνῳ vasculo balsamum odoriferum primatem feminam habuisse, quum Lucian. id fuisse dicat ἐξ ἀλαβάστρου. *Stagneum* hinc esse qui exponat περιπεταλούμενον stagnatum et incrustatum; ipse vero simpliciter exponit *splendens*, ut fuerit ἐξ ἀλαβάστρου sive γανούμενον, quod adscripserit Soping. citans p. 195. Advers. inedit. Gloss. Cyrill. p. 415. γανωτής *stagnator* a γανόω *splendeo.* [At si γανωτής *stagnator* nominatur, non aliam ob caussam fit, nisi quod stagno ad incrustationem (γάνωσιν) et ferruminationem aeneorum vasorum, forte etiam figlinorum veteres utebantur. Hinc tamen non putaverim, *stagneus* s. *stanneus* in universum de quacunque re splendida dici posse, sed de ea tantum, quae stagno est incrustata et polita. Ego in voce *stagneo vasculo* non offendo.]

multo tanto impensius cura nares perfundit meas. [Hic totus locus mihi maximo impedimento est. Primum optimi codd. praebent *multo tanta*, quae scripturae varietas fere deprehenditur, quotiescunque haec locutio apud Apuleium usurpata est, cf. ad Met. VI. p. 382. VII. p. 474. Hic propter sequens *cura* aberratio facilior erat. Exemplis vero, quae ad l. c. protuli, non solli-

impensius *cura* etiam nares perfundit meas. Tunc exosculata pressule,

Elm. Scriv. Florid., ita ut *que* interponendo ediderint: *multo tanto impensius crura etiam natesque perfricat. naresque* F. 2. teste Lindenbrog. *tanta impensius cura etiam nares perfricat* edd. vett. usque ad Colv. In cett. *multo tanta impensius cura etiam nates perfricat* (v. G. 1. 2. O. D. B. 9.) nisi quod in F. 3. *natesque* extare videatur, certe librarius meus varietatis nihil enotavit.

citanda esse verba *multo tanto impensius*, quae dictioni Apuleianae quam accommodatissima sunt, probatur, vitiumque latere in voce *cura*, cui diverso modo mederi tentabant Intt. Sunt qui *crura* legant, quum e contrario Oud. *cura* retinens emendet *multq tanto impensiore cura*; quae tamen correctio ne speciem quidem veri prae se fert. Tum *crura et nates* originem habere putat Oud. ex fragmento illo, quod servarunt codd. Florent., quodque statim a me pertractabitur, sed quomodo id fieri potuerit, non capio. Equidem coniecturis ita locum sanare ausus sum, aut scribens: *et multo tanto impensius curat, etiam nares perfundit meas*, aut quod mihi verisimilius videtur: *sed multo tanto impensius curans etiam nares perfundit meas*. Corruptelae originem ita explico. Quum in codd. ut saepius *multo tanta* scriptum esset, interpretes nescientes quid *curans* vel *curat* hic sibi vellet, *cura* corrumpebant, quod praecedenti *multo tanta* responderet. *Curare* ad lavacrum et unctionem quaeque cum iis coniuncta sunt pertinere, demonstratum est ad Met. VI. p. 438.; cf. de Salas. ad Petron. c. 130. p. 266. Burm. *Nares* ex Florent. 2. et Luciani verbis *ἔνθα μάλιστα τὴν ῥῖνά μου μύρῳ ἐνέπλησε* restitui. Recte enim monet Oud., non videndum esse, cui bono asini *crura* et *nates* oleo mulier perfuderit; at osculi caussa eius nares suave olere voluit, quae seqq. probant: *Tunc exosculata pressule* cett. Oud. comparat exemplum Crathidis, qui quum capram oscularetur, nares et os *ἀπέφαγε ἐνοῦδες τῇ αἰγί* apud Aelian. Anim. VI. 42. Neque vero contra *nates* pugnat, ut nonnulli volunt, usus loquendi, ex quo ad homines eae semper pertineant, quum Martial. quantum scio III. 82. *nates turturum* dixerit, et sequatur statim p. 720. *quotiens ei parcens nates recellebam*. Hinc corrigi debet Doederl. Synonym. VI. p. 23., sententia *nates* tantum hominum esse proponentis.]

nares perfundit meas. In Florentt. Mss. duobus post haec verba sequens fragmentum inseritur: *Et hercle* [1]*) orcium pigam per teretem* [2]*) hyaci fragrantis et Chiae rosaceae lotionibus* [3]*) expurgavit* (alter *expiavit*). *At* (alt. *ac*) *dein digitis* [4]*) ypate, licanos, mese, permise* (alt. *permese*) *et nete hastam mei inguinis* [5]*) nivei spurcicii pluscule excorias emundavit. Et cum* [6]*) ad inguinis cephalium formosa mulier concitim* (alt. *coñatim*) *veniebat* [7]*) ab orcibus gannions ego et dentes ad lovem elevans* [8]*) Priapo frequenti frictura porrixabam, ipsoque* [9]*) pando et repando ventrem saepiuscule tractabam* (alt. *tactabam*), *ipsa quoque inspiciens, quod* [10]*) genius inter anth. teneras excreverat, modicum illud morulae qua* [11]*) lustrum sterni mandaverat anni sibi revolutionem putabat.* Elm. de hoc fragmento sententia haec est: Hoc purum putum Apuleianum esse, dubium non est, eiectum autem ab illo, qui nefariam turpitudinem in his verborum involucris non tulit. Etiam nos pudor et pietas prohibet, tali luto manus inquinare, aut iis emaculandis opera pessime abuti, quod idem sensit Floridus, mira morum castitate ab fragmenti explicatione deterritus. Quibus bene Oud. his verbis respondet: Tam castus si fuit Elmenhorstius, cur non potius silentio involvit hoc fragmentum, quod Floridus etiam inter reliqua Apuleii Priapeia separatim suae editioni inseruit, ut scil. Galliae Delphinus uno oculi coniectu cuncta turpia simul contemplaretur. Idem in parenthesi pro *Lyaci* coniecit *Lyaci*, pro *anth.* legit *manus* cum Corteo. A ceteris manum abstinuit, sine dubio

Digitized by Google

quia non intellexit. Oud. ipsi, quamquam spurcissimum illud fragmentum genium Apuleianum satis spirare videatur, valde tamen suspectum est, potissimum quum in Luciano nullum eius extet vestigium. [Mirum est, qui optimos Apuleii interpretes figmentum illud plane ridiculum tam diu decipere potuerit. Oud. licet quae res sit sensisse videatur, caussae tamen quas adtulit leviores sunt nec cuiquam persuadebunt. Triplex vero est ratio, qua commotus statuo, hoc fragmentum a manu esse doctissimi librarii, qui tamen Apuleii dictionem obiter tantum cognoverat. Primum enim miramur, quod fragmentum in his duobus solummodo codd. legitur, ceteri ad unum omnes omittunt; quod argumentum profecto grave est. Nec enim offenderem, si unus et alter cod. hoc eiecisset, quia id saepius factum esse a librariis exemplis potest comprobari. At quum plures extent codd. Apuleianorum familiae, inter se plane diversae, et ex diversis librorum fontibus exhaustae, neutiquam credibile est, in ea omissione omnes mirifice consensisse. Praeterea ratio non potest percipi, quae librarios ut eicerent fragmentum commovèrit. Nisi ponas, tam castis fuisse eos moribus, quam Elm. et Florid., ut ne lector erubesceret, dedecus illud suppresserint. Quot vero verba casti isti librarii ita in exilium mittere debebant, in quibus eos non offendisse videmus. Altera caussa in Apuleiano dicendi genere nititur, quod ab ingenio eius qui hoc fragmentum nobis supposuit quam remotissimum est. Sunt enim graeca ista verba, quibus illud abundat, quae a manu Apuleii proficisci non poterant. Qui enim accuratius perscrutatus fuerit Metamorphosin, inveniet, rarissime Apuleium verba ex Graecis petivisse eaque fere omnia, quae usu quotidiano latinitatem adepta erant, unde Oud. coniectura Met. I. p. 35. *en nosos pestilentem* quam maxime vituperanda erat. Praeterea vividam istam Apuleii, nec turgentem, ne dicam urbanam tales res describendi rationem non agnoscimus, sed potius conquisitam undique et lascivis ac fastidiosis imaginibus illuminatam affectationem, quam potius exsecramur ac perhorrescimus. Comparentur enim spurcissimi in his libris loci ut Met. II. p. 125 seqq., Lucii cum Fotide concubitus descriptiones, ubi non ad taedium usque i. e. tanta cum turpitudine res istas Apuleius pertractat, sed festiviter et lepide, libidines lectoris placide magis titillans, quam violenter perturbans. Quam vero Oud. attulit caussa, suspecta sibi esse haec verba, quod in Luciani ὄνῳ non legerentur, minimi est momenti. Apuleius enim ex arbitrio variavit multa, ita ut hanc quoque narrationem amplificasse putari posset. Nunc ad singula fragmenti verba progrediar, quae maximam partem ab Oud. bene intellecta et explicata sunt.]

1. *orcium pygam.* Cum Graeci partem corporis, quae sutelae similis sub pene per medium scrotum transit, vocarint ὄρρον, iunctamque illam partem cum πυγῇ, qua desinit, appellarint ὀρροπύγιον, Oud. recte monet, de hac parte hic aperte agi, hincque emendat: *orrum in pygam perteretem.* Salmasius ad Solin. p. 232. citat *orchium bigam perteretem*, ut *orchium bigam* autore Oud. vel significet testiculos, sic vocatos ab herba geminorum figuram referente cf. Salm. in Plin. p. 190. vel ab *orchi* oliva testiculari, de qua cf. ad Colum. V. 8. [Ego putaverim *orrion pygam perteretem* legendum esse, pro adiectivo ὄρριος habens, ut οὐράνιος, ποτάμιος formatum, ut *orrios pyga* idem sit, quod ὀρροπύγιον. Ita forsitan emendanda Gloss. Arab. Lat. p. 710. *veretrum portum orinum*, pro *veretrum pygam orrium.*]

2. *hyaci fragr. et Chiae rosaceae.* Haec nihili sunt. Salm. ad Solin. p. 232. 237. coniicit *musci* ex Arnobio, Hieronymo et Gloss. (vide Orell. ad Arnob. VII. 30. T. II. p. 431 sq.) *Muscus* εὐωδία est. Oud. legit *Lyaei fr. et oleae rosaceae*, intelligens οἶνον ἀνθοσμίαν καὶ εὐώδη, cuius passim meminerint veteres, et ῥόδιον ἔλαιον, quod idem simpliciter *rosaceum* vocarint, cf. Poll.

VI. §. 105. Plin. XX. 3. XXI. 29., ut *oleam* sive fructum pro eius liquore sumserit. [Haec mihi quam maxime arrident, aliquando *cyphi* emendanti, quod genus aromatum est teste Hieronym. II. advers. Iovian. n. 8. *odoris autem suavitas, et diversa thymiamata, et amomum et cyphi et oenanthe et muscus et peregri muris pellicula.* Pro *Chiae* forsitan *chrismae* s. *chrimae* de qua forma cf. Schaefer. Gregor. p. 566., ex Suet. auctoritate corrigendum est, in Tiber. c. 43. *ne cui in opera edenda exemplar impetratae schemae deesset.*]

3. *expurgavit.* [Melior lectio est alterius codicis *expiavit*, quam miror Oud. silentio transisse. *Expiare* licet propria vi de sacris tantum dicatur, quibus res scelere polluta et inquinata lustratur, hic qualemcunque rei purgationem significare puto, cf. Columell. R. R. VIII. 5. §. 11.: *deinde antequam consternant ea, diligenter emundant, paleasque, quas substrati sunt, sulfure et bitumine atque ardente teda perlustrant et expiatas cubilibus iniiciunt*, ubi vid. Schneider. cf. Pers. II. 31., quae exempla lexica praebent. Attamen neutrum hic simplici purgandi notione dictum esse volo, quum ova nidis veteres subiecisse videantur religioso ritu adiuncto, id quod verba satis evincunt *sulfure, bitumine atque ardente teda*, cf. ad Met. XI. p. 785.: *taedâ lucida et ovo et sulfure ..... quam purissime purificatam.* Altero Persii loco *lustralibus* additum est. *Expiare* h. l. dixerim audaci auctori hic esse tribuendum.]

4. *ypate, licanos* etc. Sunt nomina quinque digitorum et hinc modorum s. tonorum, qui per illos fiebant in chordis musicis citharae, cuius instar hic fingit sua a muliere tractari pudenda. cf. Poll. II. 145. Fest. s. v. *naenia.* Plutarch. de Music. T. II. p. 1136. Ptolem. Harm. p. 228. Vitruv. V. 4. Thom. Mag. s. v. *νήτη.* Emendandam esse vocem *Lichanos* apparet, verum vel sic Oud. locus non sanus videtur, ac quaedam deesse. Neque enim *digitis* vocab. satis convenire femininum modulorum genus putat ac debuisse clarius illam inguinis tractationem et lusum exprimere Apuleium verbo *percurrens, tangens, feriens, stringens* similive. [Qua in re non assentior. Iam ea digitorum quinque enumeratio autoris inelegantiam ac stolidam probat doctrinam, ut ad normam probi scriptoris eius qualecunque figmentum restringendum non sit. De his nominibus in musica usurpatis cf. Fragm. Incert. Script. Censorini edd. adiunctum c. XI. §. 3.]

5. *nivei spurcitiei pluscule excorians emundavit.* Oud. emendat *nivea spurcitie p. excorians emundavit*; quum ipse *emendavit* legerit in cod. Florent. 1. Sed nulla extat lectionis diversitas, *emundavit* uterque praebet. [*Nivei* retineo cum codd. Quia enim inguina asini obducta erant *spurcitie*, ipsa bene dici possunt *nivea* ex colore illius squaloris. *Spurcitie* emendationem probo. *Excorians* tuentur Gloss. Vulc. p. 48. *excorio ἀποδέρω.* Erat quum ego reconditam auctoris et affectatam doctrinam considerans emendarem: *nivei spurcitiei plusculae excorians emundavit*, ut *emundare* iunxerit genitivo, quem apud Graecos *καθαίρειν* adsciscit, cf. Plat. de Republ. IX. p. 573. B. *ἕως ἂν καθήρῃ σωφροσύνης.* *Pluscule* enim adverbium non placet, Apuleius semper *plusculus* adiectivum usurpavit, quod illum fragmenti fictorem vix effugere poterat. Sed *ἐπέχω.*]

6. *inguinis cephalum.* Hoc nec graecum nec latinum est *Κεφαλή* et *κεφάλιον* dicitur Graecis cuiusvis rei summitas, ut *caput* et *capitulum* Latinis. *Cephalus κεφαλὸς* nomen est viri vel piscis. Scribendum igitur est *cephalen* vel *cephalium*, quod posterius equidem magis probo. At vero Oud. suspicatur, *inguinis capulum* dedisse auctorem, de quo vid. ad Plaut. Casin. V. 2. 30. Sciopp. ad Priap. c. 24. *ad pubem capulumque coleorum.* [Sed *inguinis capulus* vix dici posse existimo. *Capulus* enim quum proprie sit manubrium, e quo res quaedam pendet

non qualia in | lupanari solent basiola iactari, vel meretricum poscinummia, 718

lupanaria L., unde Brantio non displicebat *lupanario*. *possinummis* G. 1. *poscinummina* Vicent.

cuique adiuncta est, *coleorum capulus* bene nominantur ipsa pudenda; *capulus* vero et *inguen* quia idem significant, non possunt ita coniungi.]

7. *ab orcibus ganniens.* [Putat Oud. legendum esse *mordicibus* vel *a mordicibus ganniens ego;* Lucium enim *gannientem* intelligi, non mulierem. [Huic emendationi obstat, quod *mordices* de VV. DD. sententia ipsi sunt dentes, ac sequuntur verba: *et dentes ad Iovem elevans*, quae ita fere idem significarent, licet *mordicus et mordicitus* apud Latinos in usu fuisse ipse non affirmaverim. cf. ad Met. III. p. 223. Tum *ab mordicibus* a codd. vestigiis nimium recedit, ita ut probabilior videatur esse coniectura: *ab orchibus ganiens* vel *ab unguibus ganiens*, cf. ad Met. III. p. 210. Ganire est lascivire, luxuriari; *ab orchibus* quia ab illis emanat fons libidinis. *Ab ungibus* defendi potest ex Met. p. 720. *ex unguiculis perpruriscens.* Prius magis placet.]

8. *priapo frequenti frictura porrixabam.* Oud. mavult *Priapon* i. e. penem. *porrixabam* iterum iterumque porrigebam explicans. Amari enim ab Apuleio formas frequentativas. [Verumtamen *porrixabam* quam maxime suspectum est, quamquam analogia vocabulum defenditur, ut *nexo, vexo, amplexor.* Nam asinus porrigere i. e. in longum extendere pudenda aptius diceretur, si a sua ipsius frictura ad libidinem incitarentur. Hinc equidem corrigo: *priapo frequenti frictura prorixabar* i. e. extendebar, vel *prolixabar* vel *proritabar* i. e. invitabar sc. ad libidinem. *Priapus* est h. l. penis. Oud. comparat Diodor. Sicul. IV. 6. p. 251. ed. Wessel. Beger. Th. Brand. T. III. p. 261. Iuven. II. 95., ad quem locum cf. Rupert. et ad Sat. VI. 375. *Priapi* nomen accepit aut ab eius salacitate ac pruritu in Venerem, aut a magnitudine pudendorum, qua Priapi fuisse referuntur.]

9. *pando et repando ventrem saepiuscule tactabam. Pandus* et *repandus Priapus* elegantissime dicitur, similis *pando et repando apii rostro*, cf. Ovid. Met. X. 713. Pacuv. apud Quint. I. 5. §. 67. *repandirostrum pecus.* [cf. Heins. ad Ovid. Art. I. 318. Doederl. Synonym. T. VI. p. 255. Ita apud Phaedr. I. 29. 7 sqq. asinus penem suum demissum comparat apri rostro: *asinus demisso pene: Similem si negas Tibi me esse, certe simile est hoc rostro tuo.* Monet hic Oud., in deliciis esse auctori verba frequentativa, ex quo usu *tactare* probat, pro quo alii *taxare* dixerint, cf. Voss. Aristarch. T. II. p. 903.]

10. *genius* i. e. *genitale*, quod noster aliique *naturam* solent vocare. Pro *anth. teneras* Elm. scribit satis ineleganter *manus teneras*; Oud. *artus teneros*, cui melius quid substituere non habeo, quamquam coniectura non probatur.

11. *lustrum sterni.* Elegantissime cubile hoc, quo cum asino femina illa concubuerit, *lustrum* vocari, adnotat Oud. Esse enim proprie cubile apri vel ferae in silva, id quod notissimum est. Pro *putabat* Elm. enotavit *autumabat.* Haec postrema verba argumento sunt, a manu Apuleii ista proficisci non potuisse, nam lectus iam stratus erat antea ab eunuchis, iique iam a foribus remoti erant, ita ut nullae essent inter has lascivias mulieri morae.

meretricum poscinummia et *advectorum negantinummia.* Nec vulgata lectio *advectorum*, nec Sciopp. et d'Orl. ad Tac. Ann. XI. p. 573. emendatio *advocatorum*, quorum nota perpetua est, esse pecuniae accipitres et extortores, unquam potest comprobari. Agitur hic de basiis in *lupanari* iactari solitis, quo euntes viri recte dicuntur *adventores*, sicut etiam passim eo *venire* dicuntur *meretrices.* Ita cauponarum frequentatores Apul. Met. I. p. 39. *ad-*

Digitized by Google

vel adventorum *negotinummia,* sed pura atque sincera instruit et blandis-

adsectorum φ. et quidam codd. teste Colv. Ita est in edd. vett. usque ad Colv. et Bas. 1. In cett. *adventorum.* *regatinummia* F. 1. teste Elm., sed sine dubio typothetarum errore ita scriptum est, quum in coll. Lind. legatur *negatinummia*, ut est praeterea in G. 2. P. L. δ. p. *negatinummina* D. *negantinummia* G. 1. O. ut Lips. reposuit ad marg. ed. Colv. et amplexus est Pric. *negoci nummia* ed. pr. Vicent. Venet. 2. In cett. *negotinummia.* *et in blandissimos* B. *et blandis-*

ventores pristinos nuncupat, uti bene iam observavit Beroaldus, Barth. Advers. XXXII. 15. p. 1487. *Hospites et adventores* Inscriptt. Gruter. p. 444. 8. Maff. Mus. Ver. p. 80. [cf. Plaut. Asin. II. 2. 92. Truc. I. 2. 2. II. 8. 53. ubi vide Taubm. p. 1430. Elm. in indice adnotat: *Adventores* pro viatoribus, qui tabernam aut officinam frequentant, Passio Afrae: *Illa autem videns honestos viros existimans adventores impudicos parat coenam*, Cael. Rhodig. Antiq. Lectt. XXVIII. 3. Verum corrupta est sequens vox *negotinummia*, quam perperam eo explicare conatur Beroaldus, quod nummos hospites isti negotientur, et illae illecebrae atque osculationes negotiatorum nummos quaerant; nec melius Elm. interpretatur ea, quae suam nummi caussa parvi faciat gratiam, conf. Fulgent. V. *diabolares.* p. 564. Merc.: *diabolares dicuntur vilissimae meretrices, quae se parvo stipendio prostant.* Barth. Advers. XXXII. 15. p. 1487. et LI. 1. p. 2373. *negotimunia* corrigit; aut quia adventores basiis suis munes sint negotiorum, aliquid afferentes, quo operam ob nummos poscant, aut quia basia ad opus festinent, negotii ergo facessendi munia et liberalia. *Opus* enim et *negotia* saepius dici de complexibus venereis, cf. ad Met. VIII. p. 578. [Hinc Rodius vertit: *nicht wie in liederlichen Häusern feile Dirnen ihre kampffertigen Buhlen zu küssen pflegen.* Forcell. Lex. s. v. *negotinummia* explicat nummos acquirens, lucrum afferens, rectius tamen legi autumans *negantinummia*, quod cum Oud. explicat: Meretrices *poscunt* nummos per basia et *adventores* basiant, ut nummos non dent, adeoque savia sunt nummos se habere vel dare posse *negantia.* Nulla vero earum explicandi rationum comprobari poterit, quamquam optime sibi *poscinummia* et *negantinummia* respondere videantur. Beroaldi enim interpretatio eo perversissima est, quod *porcinummia* et *negotinummia* ita idem exprimunt meretricum studium lucrum sibi osculis comparandi. *Negantinummia* vero totius loci sententiae adversatur, nam quomodo *adventores*, qui scorta frequentant et prostibula osculantur, nummos negare possunt, quum meretrices non libidinis caussa sed lucri corpus tradant et vendant? Qui igitur basiare volunt has mulieres pecuniae parci esse non debent, sed liberales, ut quod volunt ab iis impetrent. Ideo desideratur a me vocabulum, quod adventorum exprimat liberalitatem, qua meretrices allicere student aut quo describitur eorum lascivia in basiis dandis conspicua, ut *donantinummia* vel *rogantinummia*, ut *munus* hic pro officiis meretricum positum sit, vel simile quid. Hinc sententiam loci Barth. recte intellexit, quamquam *negotimunia* id significare posse nego. De sententia cf. Plaut. Menaech. II. 326. *sunt omnes meretrices elecebrae argentariae*, cf. Intt. ad Propert. I. 8. 39.] *Poscere* vocem esse meretricibus propriam, probat Pric. ex Gell. loco I. 8. de Laide: *neque admittebantur, nisi qui dabat quod poposcerat, poscebat autem nimiam quantitatem.* Plaut. Asin. III. 1. 9. *lingua poscit, corpus quaerit.* Catull. XL. 1. 1. *An illa puella defutata Tota millia me decem poscit.* [Meretricum insatiabilem avaritiam optime describit Plaut. Asin. I. scen. 3.]

pura atque sincera. Pric. ex Aristaeneto comparat *γνήσια καὶ ἀψευδῆ φιλήματα.* Lupanarium enim basiis *sincera* opponi, coll. Donat. ad Eunuch. I. 2. 97. *Sincerum, purum, ut mel sine*

simos affatus: Amo, et: Cupio, et: Te solum diligo, et: Sine te iam vivere nequeo, et cetera, quis mulieres et alios inducunt, et suas testantur affectationes capistroque me prehensum more quo didiceram reclinat facile, | quippe cum 719
nil novi nihilque difficile | facturus mihi viderer, praesertim post tantum temporis [249]
tam formosae mulieris cupientis amplexus obiturus. Nam et vino pulcherrimo

simis affatibus G. 1. O., unde Oud. emendat: *blandissimo vel blandissime sic affatur. vivere iam nequeo* G. 2. P. D. *quis* non comparet in *δ*. *aliquos* habet P. *affectationes* F. 1. 3. G. 2. In cett. *affectiones*. cf. ad Met. I. p. 14. *deprehensum* B. p. et edd. vett. ante Colv. *prensum* f. solita confusione. *declinat δ*. quod secutus Oud. in textum recepit Ruhnken. *redinat* ed. pr. Vicent. *quippe* desideratur in L. Verba *quippe* usque ad *difficile* exulant a G. 2. P. D. Hic quoque, ut supra iam monuimus, librarii ob similes vocularum *facile* et *difficile* litterarum ductus interposita verba omittebant. *facile facturus videretur* teste Colv. legitur in L., unde mihi verissimum est, eadem verba, quae in P. D., in hoc quoque cod. excidisse. Colvius non accuratus erat in hoc cod. comparando. *cum rin* pro *cum nil* in G. 1. legitur, *rin* a m. s. scripto, quum prius lacuna in cod. esset. *mihi* non est in Florid. Edit. *videret* G. 2. D. *pulcerrime* O.

cera et bene, ut mel blandimentum meretricis dulce fateatur, negat autem sincerum esse. Sidon. Epist. IX. 6. *Plurimum differt ille honestissimus et uxorius amor a figmentis illecebrisque concubinalibus.* [cf. Dupeyrat. ad Petron. c. 23. p. 129. Burm.]

blandissimos affatus. Ascon. ad Verr. I. §. 25. T. V. 2. p. 138. Orell. *feminis ac maxime meretricibus blanditiae conveniunt* (talis enim ista matrona erat) Donat. ad Hecyr. V. 4. 22. *blandimentum meretricium est*, quae exempla affert Pric.

sine te vivere nequeo. Plurimis exemplis hanc locutionem muniit Pric., ex quibus haec lubet describere: Senec. Controvers. II. 2. *assiduae certationes erant, ego magis amo, imo ego. Sine te vivere non possum, imo ego.* VI. 4. *rogavit illa, ut partem* (veneni) *sibi daret et dixit se nolle sine illo vivere.* Quint. Decl. VI. 6. p. 132. Burm. Terent. Adelph. III. 2. 34. Phorm. I. 4. 24. Plin. Hist. Nat. XXI. 9. Petron. c. 129. [cf. ad h. l. de Sala p. 259. Burm.] Achill. Tat. III. 10. *οὐδὲ γὰρ ζῆν ἔτι δύναμαι.*

reclinat. Pricaeus ait, hanc vocem hic commodam esse, exemplis voc. *inclinat* allatis, quibus etiam *adclinare* possis adiungere ex Ovid. Met. X. 268. At minus bene hic *reclinat* legi sententia est Oud. *Reclinari* enim illa, quae in tergum supinentur, cui contrarium plane sit *inclinare*, conf. Dausq. et Dr. ad Sil. Ital. V. 470. Optime vero in cod. d'Orvill. exarari *declinat.* Ipsam scilicet mulierem, quae videatur toro se iam composuisse, ad se inclinare et capistro detrahere pronum asinum, ut se ineat. Stando enim rem peragi mulierem non voluisse, ut pateat ex priori apparatu, et e verbis *more, quo didiceram.* Sic *declinari oculos somno* vel *in somnum* dici a Propert. Virg. (Aen. IV. 185.) [cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 739.] Burm. ad Ovid. Met. VI. 415. Intt. ad Lucret. II. 250. Licet in ea ratiocinatione cum Oud. consentiam, tamen qui rem suam cubando peragere potuerit asinus vix intelligi potest, id quod iam Pric. sensisse videatur, *reclinat* retinens. *Reclinat* autem ita potest defendi, ut de muliere dicatur, quae quum asinum in lecto cubans artissime complexa et osculata sit, nunc eum recurvat, concubitum cum eo peractura, qui fieri non potuit, nisi ille a corpore eius paululum retractus erat. Quomodo enim aliter vastum asini genitale suscipere potuisset mulier? Capistro enim prehendit asinum, quippe ignara, hunc hominem fuisse eius rei quam peritissimum, qui eius ope non adiutus id bene perfecisset.]

vino pulcherrimo. [De vino libidinis adhortatore cf. ad Met. II. p. 115. et 132. de *unguentorum* in re venerea efficacia ad Met. II. p. 126. (ed. meae p. 110.)]

Digitized by Google

atque copioso memet madefeceram, et unguento fragrantissimo prolubium libidinis suscitaram.

CAPUT XXII.

Sed augebar plane non exili metu, reputans quemadmodum tantis tamque magnis cruribus possem delicatam matronam inscendere, vel tam lucida tamque

copiose G. 1. 2. P. O. D. *me* in textu est G. 2. *met* in marg. ab eadem manu. *flagrantissimo* edd. ante Colv. praeter Vulc. 2., quae habet *flagratissimo*. *proludium* R. f. et sic vitiose editur in Ed. Colv. Is scripserat *al. prol.* indicare volens, sic habere in marg. cod. Lips. *profluvium* G. 2. P. D. δ. L. teste Oud. *perfluvium* G. 1. O. *proluvium* edd. vett. *suscitarem* δ. *tu suscitaram* G. 1., manu secunda per posterius vocabulum lacunam supplevit, quae in contextu est conspicua. (Oud. *suscitatum* ex O. et G. 1. a m. p. enotavit.)

sed et G. 2. P. D. *angebat* G. 1. 2. P. O. D. *meatu* G. 1. 2. O. D. Perperam autem in Edd. multis et Pricael iunguntur *metu reputans*; pertinet ad *angebar*. *tamque tam magnis* p. *cavernibus* pro *cruribus* G. 1. *cruribus* O. a m. s. habere testatur Oud., quid vero prius extiterit non addeas. Fortasse lacuna erat in cod., quam posterior manus supplevit. *auribus* δ. *mulierem* F. 1. ex glossa docti librarii, qui *matronas* nobiles tantum et honestas nominari mulieres cognoverat, cf. ad Met. IX. p. 638. *tam* ante *lucida* desideratur in G. 1. 2. O. P. D. f. δ. Coll. Voss. et *que* particula *tam* adnexa non est in G. 1. *bacida* pro *lucida* D.

prolubium. Unice vera est lectio *prolubium προθυμίαν*, quam subodoratus videtur esse Beroald., qui *proluvium* excitat; cf. Non. v. *prolubium* p. 64. Merc. Laber. Compital.: *quo quidem me a matronali pudore prolubium meretricis progredi coegit*; cf. Intt. ad Terent. Adelph. V. 9. 28. Gell. XVI. 19. V. 10. §. 12. [ubi codd. variant identidem inter *prolubium* et *proludium*, Intt. ad Petron. c. 99. p. 607. *Proluvium* vix puto latinitati posse vindicari. *Prolubium* idem est quod *adlubentia*, cf. Met. I. p. 31. *iam adlubentia proclivis est sermonis.* Idem vocab. restituendum forsitan est Censorin. de Die Nat. c. 6. §. 5. *Utrius vero parentis prolubium* (i. e. voluptas) *sedem prius occupaverit, eius reddi naturam* vel etiam *profluvium*, ut sit *profluvium genitale*, ut Plin. dicit Hist. Nat. VII. 12. aut quum in ed. Paris. *principium* omittatur, lege *utrius vero parentis semen sedem prius occupaverit.* Quomodo hodie legitur locus, intelligi non potest. *Proludium* hoc Apul. loco non inepta foret lectio; nam *proludium* ut *prolusio* de gladiatoribus dicitur, qui ante certamen arma ventilabant adversarium ad pugnam provocantes, cf. Heins. ad Ovid. Art. Am. III. 515. Burm. ad Virg. Georg. III. 234. Aen. XII. 106. Lips. Saturn. Serm. II. 19. Rem veneream cum gladiatoria saepius comparari, demonstratum est ad Met. II. p. 131. Intt. ad Petron. c. 24. p. 114.]

suscitaram. [Lucian. c. 51. *ἔπειτα ἀποδυσαμένη παρέστη τῷ λύχνῳ γυμνὴ ὅλη καὶ μύρον ἔκ τινος ἀλαβάστρου προχεαμένη, τούτῳ ἀλείφεται κἀμὲ δὲ μυρίζει ἔνθεν μάλιστα τὴν ῥῖνά μου μύρων ἐνέπλησεν, εἶτά με κατεφίλησε καὶ οἷα πρὸς αὐτῆς ἐρώμενον καὶ ἄνθρωπον διελέγετο, καί με ἐκ τῆς φορβειᾶς ἐπιλαβομένη ἐπὶ τὸ χαμεύνιον εἵλκε. κἀγὼ οὐδὲν τρίτον παρακαλέσαντος εἰς τοῦτο διόμενος, καὶ οἴνῳ δὲ παλαιῷ ὑποβεβρεγμένος καὶ τῷ χρωτὶ τοῦ μύρου οἰστρημένος, καὶ τὴν παιδίσκην δὲ ὁρῶν πάντα καλὴν κλίνομαι.*]

Cap. XXII. *tantis tamque magnis.* [De hac dictione cf. Munk. ad Hygin. p. 105. ed. Stav.]

inscendere. [Proprium est hac in re vocabulum, cf. Met. VII. p. 473. *daturus dominis equarum inscensu generoso multas mulas alumnas*; p. 489. *incoram omnium gestiebat inscendere.* Pric. comparat Pollux V. 15. *τὸ μίγνυσθαι ἐπὶ τῶν ἀλόγων, βαίνειν, ἐπιβαίνειν*, Suid. *ἐπεβάτευον, συνουσίαζον* cett. *ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ζώων, ἃ ἐπιβαίνοντα συνουσιάζει.*]

tenera et lacte ac melle confecta membra duris ungulis complecti, labiasque modicas ambrosio rore purpurantes tam | amplo ore tamque enormi et saxeis 720
dentibus deformis saviari: novissime quo pacto quamquam ex unguiculis per-

cenam pro *tenera* (ex compendio *tenã*) p. *confesta* G. 1. *divertis* B. quod Colv. accipit pro *dispersis*, nisi *deversis* potius legendum sit. Sed frustra. *larvasque* O. a m. p. *ambroseo* G. 1. 2. D. solita confusione. *abroseo* f. P. *ab roseo ore* L. *ambrosiae rore* Iunt. 2. *sasseis* G. 2. *saxeis* G. 1. *saxeseis* D. *deformi* Scriv. Florid. *sabiari* G. 1. 2. D. *d.* et mox *sabia suaviari* et mox *suavia* Scriver. Florid., de quo scribendi more saepius iam dictum est, cf. ad Met. II. p. 112. *novissimo* O., quod Oud. non improbat. *ugiculis* D. *ugniculis* G. 2. *igniculis* G. 1. O. *ungulis* p. *d.*

et lacte ac melle. [*Lactea* membra sunt Pric. candida ac nivea cf. Met. III. p. 198. *lorus iste prius a me concisus atque laceratus interibit ipse, quam tuam plumeam lacteamque contingat cutem;* cf. Dr. ad Sil. Ital. XVI. 245. Intt. ad Virg. Aen. VIII. 660. X. 133. At *lacte confecta* hic mihi potius ad mollitiem membrorum ac teneritudinem referenda videntur esse, cf. Ovid. Met. XIII. 796. *mollior et cygni plumis et lacte coacto;* et Mart. VIII. 64. *vincio mollitie tremente plumas aut massam modo lactis alligati;* d'Orvill. ad Chariton. II. 2. p. 299. ed. Lips. *Lucida* iam ad candorem niveum pertinent, et opponuntur *duri unguli.* Pro *tenera* Oud. emendat *cerea* ex vitiosa cod. Pith. lectione *cenam*, comparans Bentl. ad Hor. Od. I. 13. 2. (ubi vide Peerlk. p. 72.) Cuningh. Anim. in Bentl. c. 14., quamquam ipse *tenera* retinet.]

ambrosio rore. Ex corrupta cod. Lips. scriptura *ab roseo ore* corrigit Colv. *ac roseo ore*, Soping. *colore*, Pric. *coloris rosei.* [cf. Intt. ad Virg. I. 402. At nihil mutandum esse Oud. iam probavit. Per *ambrosiam* Apuleius intelligit, quicquid in suo genere pulcherrimum praestantissimumque est; cf. Virg. Aen. I. 403. ibique Intt. Apul. Met. VII. p. 535., *odor cinnameus ambrosii corporis;* XI. p. 760. *pedes ambrosios tegebant soleae.* Ac *rore* firmatur Lactant. loco de Phoen. III. *ambrosii coelesti nectare rores.* Sil. Ital. VII. 210. *Ambrosiis Ariusia pocula sucis,* cf. Met. V. p. 348., *balnearum vapore et roseis* vel *ambroseis fontibus*, ut emendat Oud. *pro balnearum vaporosis fontibus;* cf. Barth. Advers. XXXIII. 22. p. 1543. et LVI. 5. p. 2635., ubi pro *rore* legit *flore* sine dubio memoriae errore, non ex Mss. auctoritate.]

saxeis. [cf. Barth. Advers. LVI. l. c. ubi hic locus citatur Met. XI. [p. 780.]

deformis. Sic constanter habent Mss., ut *deformis* sit nominativus de Oud. sententia. Esse enim ablativum a nom. *deformus*, negat, quia non dentibus basiaret asinus sed ore. Hinc unice probat Scriverianam lectionem, quam expressit etiam Floridus, Rubnk. tamen in textum non admisit: *deformi*, cui ex seq. verbo *s* littera adhaeserit. Mihi quoque haec emendatio quam maxime placeret, quum *saxei dentes* non habeant, cui opponantur, sed in universum os pulchrum mulieri ori turpissimo asini, nisi vox *saxei* ipsa offenderet, quae tantum ad duritiem referri posse videatur, quam tamen commemorare hic quidem ineptum est. *Saxeis* enim *dentibus* i. e. durissimis quomodo os deformari possit, equidem non video, quum aliquid significet quod extrinsecus non apparet, sed intus latet. Restat igitur, ut ponamus, *saxeos dentes* Apuleium ob enormem eorum magnitudinem, quae saxorum instar erat, nuncupasse, id quod colligere quis possit ex loco Met. XI. p. 780. *dentes saxei redeunt ad humanam minutiem*, ubi *dentes saxei* et *minuti* sibi opponuntur, ut in praegressis: *aures enormes repetunt parvitatem pristinam.* Hoc vero quum nullo praeterea exemplo comprobari queat, necessarium est, ut lectio *deformis* retineatur; *saxei* igitur *dentes* insuper turpes ac foedi erant, ut taedium creare possent mulieri. Rationem Oud., dentibus

Digitized by Google

pruriscens mulier tam vastum genitale susciperet. Heu me qui dirupta nobili femina bestiis obiectus munus instructurus sim mei domini! Molles interdum voculas et assidua savia et dulces gannitus commorsitantibus oculis iterabat

perpuriscens Vicent. Venet. 2. *perpluriscens f. quid dir.* G. 1. 2. O. P. D. L. *d. furupta* G. 1. 2. O. P. D. *obiectum f. d. minus* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *colles* D. *vo-ulos* D. *commorsitantibus* recte *d.* cf. ad Met. II. p. 113. *eum morsicantibus* p. edd. vett. usque ad Colv. *commoricantibus* O. a m. p. *comoricantibus* G. 1. In cett. *commorsicantibus. itrabant* p. *iteruerat* edd. ante Colv.

non basiare asinum, in hac descriptione non ita moror. Praeterea mirum est, quod omnes omnino in lectione *deformis* consentiunt, quae iam hanc solam ob caussam defendenda est. In terminatione *deformus* offendere non debemus, quia saepius ita variat Apuleius inter adiectiva in *us* et *is* desinentia, partim aliorum exemplum partim suum arbitrium secutus. Ita *inanimis* solus dixit Met. I. p. 17.; uti etiam *concinnis* e contrario vindicavi Met. V. p. 356.]

novissime pro *denique* [cf. Ruhnk. et Frötscher. ad Rutil. Lup. I. §. 8. p. 104. ed. Frotsch. Wopkens. Lectt. Tull. p. 46.]

ex unguiculis. [ἐξ ὀνύχων φιλεῖν i. e. ex intimo pectore, penitus, medullitus cf. Plaut. Stich. V. 5. 19.: *Lepidam et suavem cantionem aliquam occipito cinaedicam, Ubi perpruriscamus usque ex unguiculis.* Qui enim ex partibus corporis extremis quasi flagrat et lascivit, toto corpore concupiscit.]

tam vastum genitale susciperet. [Grandissimo genitali praeditos fuisse asinos multi probant veterum loci; cf. Hygin. Astron. II. 23. Lactant. Instit. I. 21. §. 28., a quo Priapus cum asino de obscoeni magnitudine contendens victus esse narratur; et Epitom. 23. §. 8. p. 1240.: *Lampsaceni asellum Priapo mactant, Ea enim visa est aptior victima, quae ipsi, cui mactatur, magnitudine virilis obsceni posset aequari.* Priapus vero membro grandi praeditus erat, cf. Anthol. Lat. T. II. p. 478. Burm. Priap. c. 1. 4. *Sed ruber hortorum custos, membrosior aequo.* Lamprid. vit. Commod. c. 10. *Habuit et hominem pene prominente ultra modum animalium, quem Onon appellabat*, ad quem locum vide Casaubon. T. I. p. 502. Ita etiam apud veteres propter largum seminis fluxum innotuerant asini cf. Hieronym. ad Ezech. c. XXIII. Forsitan ita emendandus est versus Carm. in Caballinam Meretricem Anthol. Lat. T. I. p. 615. *Hirsutis tamen est petenda mulis, qui possint agiles vorare multas* vel *forare multas;* de Caballina, quae quamquam pulcherrima, tamen tam lasciva est, ut asini multi tantum eius libidini explendae pares sint. De *forare* et *perforare* dixi ad Met. IX. p. 648.: *Hirsuti muli* oppomuntur pulchrae Caballinae. *Suscipere* sensu obsceno dictum est, ut *absorbere;* cf. Intt. ad Iuven. VI. 126. Martial. II. 51. 6. *vorare puellas*, et III. 66. 3. *commanducari* Lucil. IV. apud Non. 479. *assequitur nec opinantem, in caput insilit, ipsum commanducatur totum complexa*; ubi *caput* recte habet, cf. Priap. 83. 5. et 30.]

molles interdum voculas .... gannitus. [cf. Apul. Ἀνεχομ. ex Menandro T. II. p. 612. Bossch. *inter gannitus et subantis voculas;* Iuven. VI. 197. *Cui non excitat inguen Vox blanda et nequam*, ad quem locum vide Rupert.]

dulces. [Vox est hac in re propria potissimum in obscoenis, cf. Heins. ad Ovid. Met. IX. 557. Burm. ad Anthol. T. II. p. 675.]

commorsitantibus oculis. Oud. magis probatur Lipsii et Pric. coniectura *osculis.* Sed cf. ad Met. II. p. 113. *limis et morsitantibus.* [Hac emendatione nihil potest esse infelicius. Nam praecedunt iam *assidua savia*, nec defendere eam debebat Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 717. de lascivis amantium morsibus intelligens.]

illa. Et in summa: Teneo te, inquit, teneo, meum palumbulum, meum passerem. Et cum dicto vacuas fuisse cogitationes meas ineptumque monstrat metum. Artissime namque complexa totum me prorsus, sed totum recepit. Illa vero, quotiens ei parcens nates recellebam, accedens totiens nisu rabido, et spinam prehendens meam appliciore nexu inhaerebat, ut hercules etiam de- 721

etiam p., unde Oud. emendat *et iam*. *pabulum* f. *passarem* F. 3. *vacuas* F. 1. 3. d. Elm. Florid. In cett. *vanas* cf. ad Met. IX. p. 621. *que* post *ineptum* deest d. *complexato tum me prorsus sed totum* F. 3. *complexa totum me prorsus sed totum* F. 1. *complexa totum me prorsus se totum* G. 1. *complexato tā me prorsus sed totum* G. 2. D. *complexato me* habet etiam P. in excerptis ad marg. ed. Colv. *complexato tum me prorsus et totum* L. *complexa tum me prorsus sed totum* edd. vett. usque ad Wower., qui primus tacite *tum* electi et Pric. edidit. Elm. dedit in contextu *complexatum me totum prorsus sed totum*. Scriver. vero et Florid. *complexatum me totum sed prorsus totum*. Debuerant saltem illi Mss. ductum sequentes cum Schikerado legisse: *complexatum me prorsus. me totum sed prorsus totum* etiam B. habet in Mod. collat. *recepit* F. 1. 3. G. 1. 2. P. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. Urs. cod. Iunt. Elm. Scriver. Florid., quod praesenti tempore hic est significantius. In cett. *recipit*. *illas* p. *p oñes* pro *ei parcens* L. *natem* d. *recolebam* f. *retollebam* d. e glossa cf. ad Met. VII. p. 493. *totum corporis pondus in postremos poplites recello*. *toties* non comparet in G. 1. 2. O. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) f. Coll. Voss. *nixu* Venet. 4. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. *rapido* G. 1. 2. O. D. P. B. f. L. *ampliciore* G. 1. O. *appliore* d. *ampliore* D. *inherbat* d. (pro *inhĕbat*.)

teneo te. [*Tenere* de amantibus, qui mutuis amplexibus fruuntur, saepe in usu est cf. Met. V. p. 346. *teneo te meum lumen*, ubi quaedam protuli. Adde ex Pric. adnot.: Ovid. Heroid. XVI. 225. et ibid. 214. cf. Ruhnk. ad XVIII. 183. Ita *habere* cf. Wernsd. ad Sergian. Eleg. de Pulic. 37. in Poet. Min. T. VI. P. 1. p. 387. D'Orv. ad Charit. VIII. 1. p. 600. ed. Lips.]

complexa, totum me prorsus sed totum recepit. cf. ad Met. VII. p. 469. *cuncti denique sed prorsus omnes*, unde Oud. proclivior est ad lectionem *totum me sed prorsus totum*. At Met. X. p. 730. iuncta leguntur *totam prorsus veneni pyxidem*, quem locum Oud. citat, in eo tamen errans, quod interpungendum esse post *totum* pronuntiat. Ego *prorsus* ad praegressum *totum* refero. Deinde *sed* postpositum hic displicet. De *totus* compara Intt. ad Petron. c. 131. p. 810. Burm. De sententia comparat Pric. Catull. XXIX. 10. *O Memmi bene me ac diu supinatum Tota ista trabe lentus irrumasti*. Priap. V. 5. *totamque hanc sine fraude quantulacunque est, Tormento cithara tensiorem Ad costam tibi septimam recondam.*]

rabido. Aliquot codd. habent *rapida*. Sed male. *Rabies* eleganter de nimio venereo appetitu sumitur, ut Horat. Epod. 12. 9. *indomitam properat rabiem sedare*. Terent. Eun. II. 3. 9. *praeut huius rabies quae dabit*, ubi vide praeter alios Donat., item Plin. VIII. 32. X. 63. Solin. c. 19. *rabie libidinis efferati*; Plin. VIII. 18. *rabiem* (sc. coeundi) *et ipsae sentiunt*; Arnob. III. 10. *Cupiditatibus rabidis ire in mutuas complexiones*; Nemes. Ecl. II. 28. *interea tamquam nostri solamen amoris, Hoc foret aut posset rabidos medicare furores*, cf. Broukh. ad Propert. III. 17. 10. Eodem sensu graece λύσσα cf. Theocrit. Idyll. III. 47. Aelian. Anim. I. 12. Cf. de confusione verbb., quae dixi ad Met. VIII. p. 553.

appliciore nexu. Putat Beroaldus ut ait Colv. scribendum *applicatiore*. Hoc probat etiam Pric. et tamquam Beroaldi coniecturam amplectitur. Verum non est Beroald., sed ed. Bas. 1. Beroald. simpliciter explicuit: *magis ad corpus adplicito et adglutinato*. Nec tamen placet Oud. istud fictum adiectivum *adplex*, licet eiusdem formae possit esse, ac *simplex, supplex*. Quod vero in Oxon. legatur *ampliciore* in d'Orv. *appliore*, autumat, duas librarium hunc omisisse syllabas, cum alii unam tantum ob soni vicinitatem neglexerint. Dedisse enim auctorem *applicitiore*. Simili errore saepius inveniri *coercio* pro *coercitio*, *tristia* pro *tristitia*; coll. Dr. ad Liv. XXVI. 36. §. 12. [Haec emendatio

esse mihi aliquid ad supplendam eius libidinem crederem, nec Minotauri matrem frustra delectatam putarem adultero mugiente. Iamque operosa et pervigili nocte transacta, vitata lucis conscientia, facessit mulier, condicto pari noctis futurae pretio.

CAPUT XXIII.

Nec gravate magister meus voluptates ex eius arbitrio largiebatur, partim mercedes amplissimas acceptando, partim novum spectaculum domino praeparando. Incontanter ei denique libidinis nostrae totam detegit scenam. At ille, liberto magnifice munerato, destinat me spectaculo publico. Et quoniam neque egregia illa uxor mea propter dignitatem, neque prorsus ulla alia inveniri poterat, grandi praemio vilis acquiritur aliqua, sententia praesidis bestiis

minetauri D. *deletatam* G. 2. *adulterio* G. 2. D. *adultor* G. 1. *pervigil* G. 1. 2. L. D. *lucius* F. 3. *condito* L. π. *cum dicto* G. 1.

gravanter Oud. ex G. 1. et O. enotat. At certe in G. 1. legitur *graviter*, unde etiam O. idem praebere non improbabile ait. *eidemque* pro *et denique* M. *libidinis meae* edd. vett. usque ad Colv. praeter Iunt. 2. contra Mss. omnes et Apulei mentem. Prave etiam Edd. Scriver. *libidini*. *illo* F. 3. *qui* pro *quoniam* G. 1. (ex compendio *qm̄*). *illa* non est in G. 1. *potuerat* F. 1. *acquiritur* F. 3. et 1. teste Elm. B. p. δ. φ. edd. vett. usque ad Colv. *anquiritur* F. 1. in excerptis Lindenbrog. Scriver. et edd. vett. cum cett. codd. *quaeritur* G. 1. 2. P. O. D. f. π.

quamquam speciem veritatis habet, retinendum tamen est *appliciore*, quod analogiam sequitur vocis *complex* cf. Isid. Gloss. p. 676., *complex, qui in uno peccato vel crimine alteri est applicatus ad malum, ad bonum vero nunquam dicitur*; Intt. ad Arnob. III. 40. T. II. p. 174. Orell. Ita *artiplex* cf. Isidor. p. 670. *artiplicem, duplicem, dolosum*, ubi lego *ambiplicem*. Comparativus participii *adplicitus* mihi quidem displicet. Ruhnk. retinuit *appliciore*, quod tuentur Voss. Etym. v. *plico* et Rudd. Institt. T. I. p. 179.]

pretio. [Lucian. c. 51. *καὶ σφόδρα ἠπόρουν, ὅπως ἀναβήσομαι τὴν ἄνθρωπον. καὶ γὰρ ἐξ ὅτου ἐγεγόνειν ὄνος, συνουσίας ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ὄνοις συνήθης ἔτυχον ἐφαψάμενος, οὐδὲ γυναικὶ ἐχρησάμην ὄνῳ· καὶ μὴν καὶ τοῦτο μ' εἰς δέος οὐχὶ μέτριον ἦγε, μὴ οὐ χωρήσασα ἡ γυνὴ διασπασθείη, κἀγὼ ὥσπερ ἀνδροφόνος καλὴν δώσω δίκην· ἠγνόουν δὲ οὐκ εἰς δέον δεδιώς. ἡ γὰρ γυνὴ πολλοῖς τοῖς φιλήμασι καὶ τούτοις ἐρωτικοῖς προσκαλουμένη ὡς εἶδεν οὐ κατέχοντα, ὥσπερ ἀνδρὶ παρακειμένη περιβάλλεταί με καὶ ἅρασα εἴσω ὅλον παρέδεξατο. κἀγὼ μὲν ὁ δεῖλος ἐδεδοίκειν ἔτι καὶ ὀπίσω ἀπῆγον ἐμαυτὸν ἀτρέμα. ἡ δὲ τῆς τε ὀσφύος τῆς ἐμῆς εἶχετο, ὥστε μὴ ἀποχωρεῖν καὶ αὐτὴ εἵπετο τὸ φεῦγον. ἐπεὶ δὲ ἀκριβῶς ἐπείσθην, ἔτι μοι καὶ προσδεῖν πρὸς τὴν τῆς γυναικὸς ἡδονήν τε καὶ τέρψιν, ἀδεῶς λοιπὸν ὑπηρέτουν ἐννοούμενος, ὡς οὐδὲν εἴην κακίων τοῦ τῆς Πασιφάης μοιχοῦ. ἡ δὲ γυνὴ οὕτως ἦν ἄρα ἐς τὰ Ἀφροδίσια ἑτοίμη, καὶ τῆς ἀπὸ τῆς συνουσίας ἡδονῆς ἀκόρεστος, ὥστε ὅλην τὴν νύκτα ἐν ἐμοὶ ἐδαπάνησεν.* [c. 52.] *Ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἡ μὲν ἀναστᾶσα ἀπῄει, συνθεμένη πρὸς τὸν ἐπιστάτην τὸν ἐμὸν οἴσειν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς τὸν μισθὸν τὸν αὐτὸν τῆς νυκτός.*]

Cap. XXIII. *grandi praemio vilis.* Cum Oud. ex optimis codd. retinui lectionem *acquiritur*. Ceterum vulgo male interpungitur hic locus ea ratione: *poterat, grandi praemio vilis acquiritur aliqua.* Nec enim dici potest mulier bestiis propter flagitium addicta *grandi praemio* quaeri. Hoc nimis avaritiam praesidis argueret. Quippe alterius usui id praemium esse nequit, certe non mulieri ab bestiis dilaniandae. Iungenda immo sunt: *inveniri poterat grandi praemio.* Post longam et vanam anquisitionem alicuius mulieris, quae se grandi praemio ad asininum concubitum

addicta, quae mecum incoram* publicam populi caveam frequentaret. | Eius 722

addita G. 1. O. a m. p. *adiecta d.* cf. ad Met. II. p. 163. VIII. p. 603. *cuius paene* G. 1. O. Est

corrumpi permitteret, non iam quaeritur vel investigatur, sed facile acquiritur et comparatur *vilis* aliqua, bestiis addicta per sententiam praesidis, qui scilicet rogatus gratamque rem magistratui munus edituro facere volens eam concessit. [De re cf. quae exponit Stewech. ad Arnob. II. 53. T. II. p. 70. Orell. cf. Schol. Iuven. II. 16. Lips. Elect. I. c. 11. de Amphith. c. 23. Intt. ad Petron. 9. p. 54. Burm.]

incoram publicam populi caveam frequentaret. Quia *incoram* apud Apuleium cum genitivo fere semper coniunctum legatur, semel tantum adverbialiter, hunc locum corruptum esse omnes omnino Edd. pronuntiabant. Roaldus emendat *quae mecum incoram populi publicam caveam frequentaret;* Wasseus *frequentaret* explicat *coiret*, Pric.: *frequentem redderet* plenam spectatoribus, cf. Gell. XVI. 10. *sobolis ... gignenda copia civitatem frequentare;* II. 15. *prolem populi frequentare*, et ita saepius. At recte monet Oud., aliud esse *frequentare*, aliud *frequentare mecum incoram*, ita ut etiam Wassei interpretatio *coiret* locum habere nequeat; qua praeterea significatione hoc vocabulum nusquam legitur, sed potius *consuescere.* Accusativus quum Oud. satis docere videatur, *frequentaret* non esse sollicitandum, ipse corrigit: *quae mecum coitura incoram publicam populi caveam frequentaret.* [Eadem fere Handii argumentatio est in Tursell. T. II. p. 131., qui tamen Oud. coniecturam improbat, quia si cum Oud. addatur *citura*, *incoram* non conveniat. Hinc videntur ei plura verba excidisse post *incoram.* Aliter equidem sentio. Loci corruptelam latere suspicor in voce *publicam*, quae plane ieiuna et additamento vocis *populi* prorsus supervacanea est. *Cavea* enim iam significat locum, in quo sedet populus in theatris, tum theatrum ipsum. Quid igitur *populi cavea* dicatur necessarium est, quod cavea per se iam intelligitur, quae quidem molestia, ne dicam ineptitudo augetur, *si publicam* defendere velis, ut ne ad abundantiam quidem quam interpretes semper iactant Afrorum confugere possis. Unde *publicam* ex glossa librarii interlineari additum esse existimo, et legendum: *quae mecum incoram populi caveam frequentaret*, et ita explicandum, ut *caveam frequentare* esse ponas *in scenam prodire*, frequentativo pro simplici posito. Ita quae apud Apuleium uno loco excepto observari potest constructio praepositionis *incoram* vindicatur. Forsitan *frequentare* eo magis locum habet, quod saepius nuptias ut faceret asinus constitutum erat. At negandum non est, praeferri sententiam eorum, qui vocabulum excidisse volunt, quo asini cum muliere concubitus exprimatur. Hinc igitur verisimile est, inter *mecum* et *incoram* positum fuisse vocabulum, quod ob litterarum et soni vicinitatem a librariis postea neglectum est. A litterarum vestigiis non ita multum recedit voc. *cubitura* cf. Catull. 68. *quicum bella puella cubet* vel *coitura*, quod iam Oud. ante me viderat. *Frequentare caveam* tum est eam frequentem et copiosam reddere prae studio visendi, cf. Hist. B. Afr. c. 20. *frequentabat suas copias*, ubi vide Davis.; quod vocabulum restituendum puto Dict. Cret. II. 51. *militem frequentantem arma frustra habuere*, vel *frequentem ad arma* (cf. Liv. III. 24.) legendum. Quamquam *frequentaret* h. l. etiam simpliciter exponi possit *veniret in caveam publicorum ludorum celebritate.* Observari enim potest, *frequentare* pro simplici verbo ibi potissimum positum esse, ubi rei solemnitas cum hominum celebritate coniuncta exprimitur; ita *templum*, *ludum*, *sacra*, *exsequias frequentari* dicuntur, cf. Apul. Met. VII. p. 412. *Sed haud immaturius reddito, quia me necesse est indidem delibutam theatrum deorum frequentare.* Miror

Digitized by Google

paene talem cognoveram fabulam. Maritum habuit, cuius pater peregre proficiscens mandavit uxori suae, matri eiusdem iuvenis, (quod enim sarcina praegnationis oneratam eam relinquebat) ut si sexus sequioris edidisset foetum, protinus quod esset editum necaretur. At illa prae absentia mariti, natam puellam

vir doctus, qui legit: *eius poenae*, sive addictionis ad bestias. Nihil muta. Totam, prout ferme cognoverat, mulieris fabulam nec tantum poenae caussam narraturus est. *suae* exulat a *d.* *iuvenilis* pro *iuvenis* Venet. 4. Bas. 1. *quod ei* G. 2. P. *enim* desideratur in P. *honeratam* G 1. 2. D. *honoratam* P. *eam* non est in L. *relinquerat* G. 1. O. *reliquebat* Vic. Venet. 2. *equioris* G. 2. P. p. *d.* al. *sequioris* teste Oud. *foetus* p. et edd. vett. ante Colv., ut Martin. Var. Lect. I. 15. *prae abstinentia* F. 3. G. 2. L. P. D. p. f. edd. vett. usque ad Colv. In aliis teste Beroaldo *per abstinentiam*, quod praefert; *in absentia* O. G. 1. (qui in margine a m. s. habet *vel prae abstinentia.*) Vir doctus ad marg. ed. Vicent. meae emendavit *prae absentia.* In cett. *per absentiam.* *puellam* non esse in F. 1. testatur Elm. At erravit sine dubio, quod in seqq. omissum est vocabulum, huc referens.

autem Oud., qui *coram* et *incoram* absolute *saepius* apud Apuleium poni pronuntiare potuerit. *Incoram* enim saepius addito genitivo in eius libris legitur, ut absolute dictum ex analogia tantum particula *coram* defendi queat. Hinc corrigenda est Handii sententia, qui Apuleium *semper* coniunxisse dicit particulam cum genitivo substantivum esse putans. Quo igitur iure ille *in coram* seiunctim scripserit, eadem de caussa intelligi potest. Ita etiam pro *publicam: cubitura* legi possit. Res eodem redit, utrum pro glossemate an corruptela hoc vocabulum habeas.]

quod esset editum. Graecissat auctor, inquit Oud., exprimens τὸ τεχθέν. Male quidam mutare conati sunt. Adi Terent. Andr. I. 3. 14. *Quicquid peperisset decreverunt tollere* et Albert. ad Hesych. V. ἀναιρεῖν. Observa simul exemplum *permissae* (?) necis infantis tempore M. Antonini. (?) Vide de ea re Bynkershoek. et Noodtium. [Plura de dictione dabit Buen. ad Lact. de Opific. c. 3. p. 1131.]

oneratam. [cf. Buenem. ad Lact. de Opif. c. 13. p. 1195.]

prae absentia natam puellam. [Corrupta est codd. omnium lectio, quae, coniecturis tantum sanari potest. Primum enim *prae abstinentia*, quod optimi quique libri praebent, quum ex usu loquendi neutiquam defendi possit, certe *prae absentia* emendandum esse existimo. Oud. explicat *per absentiam, dum absens erat* maritus, particulam *per* saepius speciem temporis significare demonstrans, ut *per oscula, per lacrimas*, conf. Ovid. Heroid. VI. 71. XII. 58. Fast. III. 509. Burm. ad Valer. Flacc. I. 767. ad Suet. Tib. 5., et sua dict. ad Caes. B. G. VI. 36. [cf. Deder. Gloss. ad Dict. Cret. VI. 2. p. 373., ubi tamen *per absentiam* explico *propter absentiam*, totumque locum ex cod. Gall. sec. IX. ita emendo: *qui per absentiam eius infesti erant, Oeneum multimodis afflictari*, ut *per* significet caussam, ob quam infesti erant Oeneo; cf. ibid. VI. 5. *infesti ob illatam per eum filio necem.*] Ruhnk. igitur Oud. sententiam secutus non videtur esse, quod *per absentiam mariti* duobus commatis circumscripsit, quum, si explicatur *dum absens erat*, cum seqq. accuratissime coniungi debeat. Tum verba *natam puellam* corrupta esse quisque intelligit, quoniam non habent, quo referri possint. Ne vero hic ad ingratum anacoluthon confugere necesse sit, Pricaeus scribendum censet *nata puella* i. e. cum peperisset puellam, vel *in natam puellam insita matribus pietate* i. e. commota materno amore erga puellam quam pepererat, et Oud. emendat: *at illa, per absentiam mariti nacta puellam, insita matribus pietate praeventa. Nacta* enim facile abire potuisse in *nata*, unde *natum* dein fecerint librarii, corrigere se locum credentes. *Nacta* vero significare *enixa*, quod idem corrigi etiam posse autumat, quia fortuito ei obveniat filia, non filius. [At offendo in asyndeto, quod hac quidem enuntiatorum coniunctione non tam frequens est,

Digitized by Google

insita matribus pietate praeventa, descivit ab obsequio mariti, eamque | prodidit 723
vicinis alumnandam. Regressoque | iam marito natam necatamque nuntiavit. [256]
Sed ubi flos aetatis nuptialem virgini diem flagitabat, nec ignaro marito dotare filiam pro natalibus quibat, quod solum potuit, filio suo tacitum secretum aperuit. Nam et oppido verebatur, ne quo casu caloris iuvenalis impetu lapsus nescius nesciam sororem incurreret. Sed pietatis spectatae iuvenis et matris obsequium et sororis officium religiose dispensat, et arcanis domus venerabilis silentii custodiae tradidit, plebeiam facile tenus praetendens humanitatem. Sic.

matris B. teste Elm.; in Medii collat. est *matribus*, ut in F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) p. f. d. et edd. ante Colv. In cett. *matri*. Pro *praeventa* Brantius legit *praeversa*. Sed cf. Pric. ad Met. IX. p. 671. *praeventus vulneribus* s. occupatus. *desivit* G. 1. Venet. 2. *abosequio* G. 1. *necatamque* D. *nectatamque* B. *necatamque puellam* Colv. ex interlineari Lipsiani codicis glossa temere intrusit contra reliquos codd., quem recentiores secuti sunt praeter Scriver. et Pricaeum. Male vero Scriver. ab Elm. deceptus edidit *necatam nunc*. Nam copulant *que* agnoscunt omnes codd. *nuntiavit* F. 3. G. 1. 2. P. O. B. p. d. edd. vett. usque ad Colv. et F. 1. teste Elm. At in coll. Lindenbrog. nihil varietatis e F. 1. et 2. enotatum est, ut illi quoque *nuntiabat* legere videantur, nisi hoc potius Lindenbrog. negligentiae tribueris. In D. est *Keitiavit*. In cett. *nuntiabat*. *quiebat* G. B. D. *querebat* D. *que* pro *quod* G. 1. O. *suo* non est in O. *tacitum secretum filio suo aperuit* p. edd. vett. Colin. Bas. 1. De tacitis *secretis* sive tacendis arcanis cf. ad Met. VI. p. 385. *iuvenalis* F. 3. et 1. teste Elm. *iuvenili* G. 2. L. f. d. D. *iuvenali* F. 1. in excerptis Lind. G. 1. O. In cett. *iuvenilis*. *nescientia* R. f. *spectate praeteritis* B. *spectatae pietatis* Scriver. *pietas* p. *sanguinis sui munus* pro *et sororis officium* F. 1. at in marg. *sororis officium*. Oud. perperam hoc ut e F. 2. citat, ac *matri* et *patri* legendum esse praefert. *et orcana* B. teste Wower. (qui sine dubio typothetarum error est, ut in seqq. statim) pro *et arcana*, quae lectio est etiam Wow. Scriver. Florid.: Elm. in contextu habet *arcanis*, at in erratis corrigit *arcana*. *arcanii* O. *arcanis* (Oud. *arcanis*) plurimi codd. et edd. ante Colv. *archās* D. *custodiam* L. R. d. P. Vulc. 2. *custodi* Elm., correctum inter errores operarum in *custodiae*, quod cett. codd. et edd. praebent *plebiam* Bas. 1. Colv. Elm. *plebeam* G. 2. D.

quam Oud. videtur, cf. ad Met. III. p. 179. Ego igitur ita emendo: *at illa prae absentia mariti, necari* vel *necare puellam* vel *necari natam puellam insita matribus pietate praeventa, descivit ab obsequio mariti* i. e. illa impedita, puellam (natam) necare ob insitam maternam pietatem, propter absentiam mariti obsequium non praestitit eamque prodidit....]

insita matribus. Si in Mss. exaratum esset *matri*, Oud. id nequaquam sollicitaret, defensum a Burm. in Miscell. Observ. II. p. 399., satis gnarus, saepe *matrem, patrem* sumi pro materno paternove animo vel singularem numerum adhiberi de toto genere. Istam enim pietatem omnibus matribus esse communem, cf. Met. IV. p. 269. *Immanis ursae numerum.* [cf. Ruhnk. ad Heroid. XX. 218. *si modo mater erit*; ad Sueton. Caes. c. 1. p. 6. et prae ceteris Cort. ad Lucan. I. 131.]

prodidit. [i. e. ἐξέδωκε cf. Virg. Aen. XII. 42. *si ad mortem te prodiderim. Prodidit* posuit sine dubio Apul., quod officium marito debitum mulier violaverat.]

iuvenalis impetu lapsus. Cum Elm. et V. D. in Miscell. T. II. Vol. II. p. 399. Oud. bene rescripsit *iuvenalis*, quum ceteri interpretes inter scripturas *iuvenali* et *iuvenili* et *iuvenilis* fluctuent. Crebro sic in Apollinar. Sidon. legi idem adnotat, ut Epist. IV. 13. IX. 6. I. 2. cf. Intt. ad Virg. Aen. II. 518. V. 475. Ovid. Met. X. 675. Dr. ad Sil. II. 312. ad Liv. XXXVII. 20. 5. Harduin. ad Plin. Hist. Nat. XXXII. 2. Sueton. in Calig. c. 17. [cf. Fulgent. Contin. Virg. p. 752. Stav. Intt. ad Tac. Ann. XIV. 15. §. 3. et XV. 33. §. 1. ad Fest. p. 454. Lindem. Bentl. ad Horat. Serm. II. 6. 108. Rupert. et Heins. ad Iuvenal. XI. 5. p. 412. Doed. Synonym. T. V. p. 49. De sententia cf. Heins. Advers. III. 13. p. 520. De voce *lapsus* Deder. ad Dict. Crit. II. 49. Glossar. p. 310.]

arcanis .... custodiae tradidit. Cum in plerisque codd. et edd. ante Colvium legatur *arcanis* et *custodiae*,

Digitized by Google

necessarium sanguinis sui munus aggreditur, ut desolatam vicinam puellam
724 parentumque praesidio viduatam domus suae tutela receptaret, | ac mox artissimo multumque sibi dilecto contubernali, largitus de proprio dotem liberalissime traderet.

CAPUT XXIV.

Sed haec bene atque optime plenaque cum sanctimonia disposita feralem fortunae nutum latere non potuerunt, cuius instinctu domum iuvenis protinus

sua tutela O. *at mox* edd. vett. ante Colv. praeter Iunt. 2. *rarissimo* pro *artissimo* Gundling. T. X. Diss. 2. §. 6. p. 421. *multoque* O.

hic bene edd. ante Colv. praeter Iunt. 2. *hoc* p. O. In cett. *haec*. *que* post *plena* desideratur in B. *sanctimonia* G. 1. *fortunam* f. *potuere* edd. vett. ante Colv. excepta Iunt. 2. *protinus* non comparet in *δ*.

satis viderunt quidam librarii, aliquid vitiosi in hac periodo inesse, atque hinc nonnulli emendarunt *arcana*, alii dederunt *custodiam* ex codd. Reg. Palat. d'Orvill., quod per hypallagen ut magis Apuleianum probavit etiam Pric. Oud. tamen omnes rem videntur male egisse. Non latere vitium in *arcanis* vel *custodiae* sed in voce *tradidit*; hoc satis perspicuum esse ex particula *sic*, pro qua in Pal. et O. legatur *sed*, novam periodum nunc exoriente. Legendum igitur esse: *et arcanis domus venerabilis silentii custodiae traditis ....sic necessarium.* [Attamen minus placet particula *sic*, hoc sententiarum nexu novam periodum non incipiens. Ieiuna enim est, si refertur ad sequens *ut*, omnemque suam vim amittit. Si vero pertinere eam probas ad praecedentia, quae sola mihi explicandi ratio videtur esse vera, necessarium est, ut post *humanitatem* prius enuntiatum termines. Dum meliora doceas, *custodiae* lectioni *custodiam* praefero, quam ex hypallage ista librariis non intellecta profectam esse verisimile est. Bernhardyus V. Cl. item *traditis* emendans omittit *et* particulam, unde quod obstat impedimentum tollitur.]

traderet. [Lucian. c. 52. *ὁ δὲ ἅμα μὲν πλουσιώτερος ἐκ τῶν ἐμῶν γενόμενος καὶ τῷ δεσπότῃ καινότερον ἐν ἐμοὶ ἐπιδεικνύμενος συγκαταλείει με τῇ γυναικί, ἡ δὲ κατεχρήσατό μοι δεινῶς. Καί ποτε ἐλθὼν ὁ ἐπιστάτης, ἀπαγγέλλει τῷ δεσπότῃ τὸ ἔργον, ὡς ἦν αὐτὸς διδάξας, καὶ ἐμοῦ μὴ εἰδότος ἄγει αὐτὸν ἐσπέρας ἤδη, ἔνθα καθεύδομεν καὶ διά τινος ὀπῆς τῆς θύρας δεῖκνυσί με, ἔνδον τῇ μείρακι συνευναζόμενον. ὁ δὲ ἡσθεὶς τῇ θέᾳ καὶ δημοσίᾳ με δεῖξαι ταῦτα ποιοῦντα ἐπεθύμησε καὶ κελεύει πρὸς μηδένα ἔξω τοῦτο εἰπεῖν, ἵνα, ἔφη, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς θέας παραγάγωμεν τοῦτον εἰς τὸ θέατρον σύν τινι τῶν καταδιδασκομένων γυναικῶν, κἂν πάντων ὀφθαλμοὶς ἐπὶ τὴν γυναῖκα ἀναβήσεται. καί τινα τῶν γυναικῶν ἥτις κατακέκριτο θηρίοις ἀποθανεῖν, ἄγουσιν ἔνδον παρ' ἐμὲ καὶ προσίναι τε ἐκέλευον καὶ ψαύειν ἐμοῦ.* Quae nunc sequitur scelestae feminae fabula a Luciano tradita non est.]

Cap. XXIV. *feralem fortunae nutum.* [*Feralem* hic est noxium, perniciosum cf. Intt. ad Ovid. Met. IX. 213. XV. 374. Apul. Met. II. p. 83. *ferali murmure;* III. p. 215. *feralem officinam.*]

domum. Pricaeo videbatur excidisse vocula *ad*, quia alibi dixisset Apuleius *dirigere se ad arces*, *ad me* et Met. VII. p. 469. *dirigit gressum ad suam patriam.* Quod tamen Oud. necessarium esse negat, cum Apuleius sexcenties in his praepositionem omiserit. Tum verisimilius Apuleium additurum fuisse *in*, quomodo alibi id verbum construatur; cf. II. p. 131. *in adspectum dirige.* [Simplicem accusativum non probarem, nisi *domum* vox posita esset, quae hanc constructionem admittit; cf. Rudd. T. II.

Digitized by Google

se direxit saeva rivalitas. Et illico haec eadem uxor eius, quae nunc bestiis propter haec ipsa fuerat addicta, coepit puellam velut aemulam tori succubamque primo suspicari, dehinc detestari, dehinc crudelissimis laqueis mortis insidiari. Tale denique comminiscitur facinus. Annulo marito surrepto rus profecto mittit quendam servulum sibi quidem fidelem, sed de ipsa fide pessime merentem, qui puellae nuntiaret, quod eam iuvenis profectus ad villulam vocaret ad sese, addito, ut sola et sine ullo comite quam maturissime perveniret. Et ne qua forte nasceretur veniendi contatio, tradit annulum marito subtractum, qui

diresit G. 1. *saeva* F. 1. 3. G. 1. 2. P. B. f. δ. Coll. Voss. et edd. ante Colv., qui id temere mutare non debebat. In cett. *scaeva*, quae solita utriusque vocabuli confusio saepius iam observata est. *purilitas* G. 1. *hic eadem* edd. ante Colv. praeter Iunt. 2. *quae nunc bestiis propter haec ipsa bestiis* G. 2. D. *hoc ipsa* p. *hanc ipsa* F. 3. In cett. *haec ipsa*. *addita* G. 1. D. *puella valde* pro *puellam velut* P. *puella velud* G. 2. D. *aemula* in Iunt. 1. et Ald. esse profert Oud. At *aemulatori* coniunctim legitur in Iunt. 1. 2. Ald. *testari* R. f. *crudelissime* G. 1. O. π. pro *crudelissimae*, quod Oud. mavult, licet Ruhnk. non obsecutus sit. Sicut etiam *pessimae* interpretatur Floridus. [Sed res eodem redit, unde ab optimis codd. standum est, praesertim quum hypallages exempla in Apulei libris frequentiora sint, eaque probabilior fiat lectio *crudelissimis*.] *reus* G. 2. P. D. L. *profecto* F. 3. G. 2. P. D. L. f. edd. vett. ante Bas. 1. Brantius emendat *rus eo profecto*. In cett. *profecta*. Vir doctus in edit. mea Vicent. corrigit *profecti*. *fidem* G. 1. O. *merentem* G. 1. cum glossa interlineari *plorantem*. *morientem* habet Vicent. Venet. 2. *pullae* pro *puellae* Iunt. 1. *a sese* D. *solam* f. *quam maturime* L. *praeveniret* δ. *neque* pro *ne qua* G. 1. O. *veniendi occasio atque contatio* B., unde Scioppius corrigit *causatio atque contatio*, explicans: *excusatio* sed vix videtur. *Conctatio* et *cunctatio* pro more aliquot codd. et edd. scribunt. *tradidit* G. 1. *annulo* p.

p. 277. not. 15. Intt. ad Sall. Iug. 66. §. 3. Zumpt. ad Cic. Verr. I. §. 65. Ita etiam *domi* usurpatur, ut *domi nostrae* similia. cf. Sall. Iug. 76. §. 6. *domum regiam comportant*, Nep. Pelop. II. 3. *domum Charonis devenerunt*.]

succubam. [*Succuba* est pellex. Elm. in ind. comparat Isid. Gloss. p. 667. *ancuba (accuba) succuba*. Gloss. Arab. Lat. p. 708. *subcuba pellex*; cf. Heins. ad Ovid. Heroid. VI. 135. Munk. ad Hygin. fab. 177. p. 295. Stav. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 607.]

annulo marito surrepto rus profecto. Oud. ita exponit: Certe videntur maritus et uxor una cum contubernali, cui soror in matrimonium destinata erat, rus ivisse, unde illa clam nomine mariti solo servum misit arcessitum puellam solam. Verum quam in itinere, priusquam ad villam pervenerit, insidiis occidit. Eiusque acerbae mortis, quam nesciebant ab pessima illa muliere perpetratam, nuntiis exciti occurrunt frater et *maritus* s. futurus ac desponsatus. [Miror Oud., qui talia confingere sibi potuerit. Maritus uxoris scelestae rus profectus est, eoque absente femina surripuerat annulum, quem domi suae ille reliquerat. Per eius absentiam mulier etiam rus proficiscitur in aliam villulam, quo per servum puellam arcessi iubet. Hanc caedem ob iter perpetratam esse a muliere vix credibile est ob totius sceleris rationem. Rus vero maritum profectum fuisse necessarium est, quod soror in domus tutelam ab eo recepta verbis feminae eo magis confidere potuit, in villulam mariti sui eam vocantis. *Sponsum* una cum marito in villulam eius se recepisse, neque ex verbis concluditur, nec cur ponatur necessarium est. *Marito* ut necessarium emendavi, quum *profecto* veram esse loci lectionem existimem, ab iis commutatam librariis, qui de sola muliere hanc profectionem intelligi posse sibi persuaserant, cf. infra *annulum marito subtractum*. Brantius emendat: *rus eo profecto*, quod neutiquam probatur. De re cf. Kirchm. de Annul. p. 77.]

maturissime. *Maturrime*, quod Lips. cod. profert, si codd. tuerentur optimi, recipiendum esset, quoniam utraque forma probe dicitur; Charis. Instit. Grammat. I. p. 89. II. p. 184. [Voss. de Anal. II. 25. T. II. p. 685. Eckst. Prisc. III. 3. T. I. p. 116. Krehl.]

Digitized

monstratus fidem verbis adstipularetur. At illa mandatu fratris obsequens
725 (hoc enim sola sciebat) respecto etiam signo eius | quod offerebatur, naviter ut praeceptum fuerat incomitata festinat. Sed ubi fraudis extremae lapsa decipulo laqueos insidiarum accessit, tunc illa uxor egregia sororem mariti,

astipularentur G. 1. 2. D. *mandatu* F. 3. *mandatis* G. 1. 2. O. P. D. L. f. In cett. *mandato*. *hoc enim sola sciebat* F. 3. O. f. R. *Aoc enim nomen* f. teste Rouldo B. p. *haec enim nomen* edd. ante Colv. In cett. *haec enim sola*. Quid G. 2. et D. praebeant intelligi nequit, quum per compendium in iis scriptum fuerit *h'*, quod *hic*, *haec*, *hoc* significat. Insuper Scriver. mutavit: *hoc enim nomen solum sciebat*. *naviter* G. 1. 2. D. cf. ad Met. II. p. 131. In cett. *gnaviter*. *lapsu* P. teste Elm., quod negat Oud. In B. enim ita esse et ed. Scriv. Recte. *lapsa decipula* L. Colv. et seqq. *decipulos* D.

mandatu obsequens. [Hanc lectionem ex optimo codice Florent. 3. restitui, a librariis in *mandato* vel *mandatis* corruptam. Substantivum, quantum scio, *mandatus* apud alios scriptores nonnisi ablativo usurpatur, quod monendum esse videbatur. *Mandatu* est dativus pro *mandatui*, de qua terminatione cf. ad I. p. 23. *ingressu*.]

hoc enim sola sciebat. Nomen, quod aliquot interpretes addunt, est merum librarii glossema, quod bene exstirpabat Oud. Illa igitur unica, non alia, sciebat, eum esse fratrem suum. Nam si rem indicasset puellae frater uxori, non videtur eam suspicata fuisse tori sui aemulam et pellicem esse.

lapsa decipulo. Decipula perperam Colv. cum seqq. in textum recepit, *decipula* nominativum defendens ex analogia verborum: *mandibulum* et *mandibula*, *acetabulum* et *acetabula*. Neque etiam ita constat latinitas, quum scribi deberet *decipulae*, s. *illapsae decipulae*, ut tentavit frustra Barth. Advers. LIX. 16., quamquam ille quoque explicare studet *lapsa decipula*, ut comparatio sit ab instrumento fallaci, quod parte quadam sui collabens includit et detinet bestiam inrepentem. Verum recte Pric. vindicat *lapsa decipulo*; quod optimi quique codd. habent. Est enim dativus pro *lapsa in decipulum*, cf. Lucan. II. 685. Quam constructionem prae ceteris amat Bell. Afric. Script. cf. Comment. ad c. 13. 16. 24. 38. *ingo dirigunt.* [cf. Gron. Stat. Diatrib. I. 1. T. I. p. 35 sq. Hand., cuius adeas notam ** p. 36 sq. Munk. ad Hygin. Fab. 15. p. 59. Stav. Intt. ad Lucan. III. 290. Praeterea propter usum Apuleii *decipula* nominativus ferri nequit, quippe qui ubique *decipulum* dixerit, cf. VIII. p. 516. *nactus fraudium opportunum decipulum*, Florid. p. 87. Plura exempla Elm. in ind. profert haecce: Sidon. VIII. Epist. 10. *decipula male blandientis eloquii*; Concil. Roman. II. fol. 267. ed. Bini: *nullas decipulas circumventionis obtendo.* Tertull. advers. Valent. c. 20. *Satis meminerat puerilium decipulorum*; cf. Voss. Etym. v. *capio*.]

libidinose. Fuit vir doctus, qui exemplari suo adscripsit *lividinosae*, sed frustra. Prae libidine erat zelotypa et pellicatus suspicax. Nam quod in Gloss. Cyrill. p. 398. edatur *Lividinosus ἀσελγής*, perspicuum fit ex interpretatione, ibi *v* pro *b* scriptum, ut sine dubio ille glossator in quodam codice invenit.

clamantem quoque, frustra pellicatus indignatione ne bulliret. Ita emendavi locum, in quo deest vel abundat aliquid ex Mss. lectione. Nam sententia auctoris est puellam clamasse id, quod res erat, sc. se sororem esse mariti ipsius adeoque eam frustra sibi irasci prae suspicione pellicatus. Hinc Oud. exterminans *quoque* emendat *quodque* i. e. clamabat id quod res erat, quodque frustra bulliret, vel ob lectionem *bulliens*. *dehinc, quod res erat, clamantem quoque frustra, pellicatus ind. bulliens . . . . necavit*, licet ipsi, quod nimis multa intercedant, verisimilis coniectura non videatur, praesertim quod tum verba *pellicatus ind. bulliens* vel superiore vel inferiore loco ponenda fuerint. [Meam emendationem tam facilem ad Mss. vestigia quam aptam ad loci sententiam cuique fore spero, unde in tex-

libidinosae furiae stimulis efferata, primum quidem nudam flagris ultime verberat, dehinc, quod res erat, clamantem quoque frustra pellicatus indignatione *ne* bulliret, fratrisque nomen saepius iterantem, velut mentitam atque cuncta fingentem titione candenti inter media femina detruso | crudelissime necavit. 726

CAPUT XXV.

Tunc acerbae mortis exciti nuntiis frater et maritus accurrunt, variisque lamentationibus defletam puellam tradunt sepulturae. Nec iuvenis sororis suae mortem tam miseram et qua minime par illatam aequo tolerare quivit animo,

libidinosae tam furiae Bas. 1. *flagellis* B. *flaris* δ. *uberrime* f. R. L. P. Colv. Vulc. et Wow. In cett. *ultime*. cf. ad Met. VI. p. 458. *ad ultimam mortem exsarnificatum*. *verberabat* G. 2. P. *quoque reserat* G. 1. 2. P. D. f. δ. cf. ad Met. IX. p. 641. *quoque* O. *quod*, particula, quam nonnulli codd. et edd. omnes ante *frustra* inserunt, non est in F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. p. f. *pelicatus* F. 3. Vic. *bulliens* vel *bulligens* G. 1. 2. O. P. D. 1., δ. f. *iterante* Iunt. 2. *mentita* D. *mentiam* Venet. 4. *ingētione* pro *ingenti titione* G. 1. *femora* R. f. L. P. *feminea* δ. *feminam* G. 1. *detonso* δ., quod capi posset pro *detunso*. Sed nequaquam ulla opus est mutatione.

extinctis nuptiis al. *extinctis nuntiis* L., *nuncii* δ. cf. ad Met. VIII. p. 589. *modulis exeitus*. *quae minime par illatam* F. 3. *quae minime par erat illata* F. 1. teste Lindenbrog. *quae minime par erat illatam* G. 2. D. *et quae minime poterant illatum* G. 1. *et a qua minime par erat illatam* B. in excerptis Mod. *et minime ut par erat illatam* B. testibus Wow. et Elm. *et quae minime par erat illatam* B. teste Sciopp. *ut* carere F. 1. B. f. p. L., δ. G. 1. 2. O. π. (in quo *patrare*) et habere illos codd. *illatam* praeter F. 1. adnotat Oud. *et quae minime ut par erat illata est* edd. vett. Colv. Vulc. 2. Elm., in qua Oud. *extare et minime ut par erat illatam* perperam adnotat. Ita scribunt Wow. Pric. In Iunt. 2. haec omnia inde ab *et* usque ad *illatam* desiderantur. *et qua minime ut par erat illatam* Venet. 4. *eique minime ut par eratillatam* Scriv. *et a qua minime par erat illatam* Florid. *et qua* f. *quit* pro *quivit* p.

tum admisi. *Bullire* aliquoties de animi dicitur affectionibus; cf. Barth. Advers. XXXVI. 13. p. 1654. Hieronym. ad Eustoch. p. 236. l. l. *pallebant ora ieiuniis et mens desideriis aestuabat in frigido corpore et ante hominem suum iam carne praemortua, sola libidinum incendia bulliebant*, quem l. Gronov. Diatr. Stat. V. 1. T. I. p. 497. not. *. Hand. corrigit: *intra hominum suum*, aut *intra sinum suum*; equidem ita emendo: *et alte omnem sinum carne praemortua sola libidinum incendia bulliebant*, ut *bullire* active dictum sit, quod participium *bullitus* i. e. fervefactus tuetur. Veget. I. 43. (II. 17.) *bullita adferes*.]

titione candenti inter media femina detruso. [De *titione* cf. ad Met. VII. p. 502. Oud. comparat Liv. XXIV. 10. XXVII. 1. Fabr. Inscriptt. p. 375. Cf. Petron. c. 22. p. 100. *illa quae iniuria repulsa fuerat, ancilla totam faciem eius fuligine longa perfricuit et non sentientis labra humerosque sopitis titionibus pinxit*, uti emendant plurimi Intt. Ego velim: *quae iniuria repulsam tulerat, et non sentientis labra humerosque sopitis carbonibus pinxit. Titionibus* glossema puto librariorum, qui *carbones* tantum de titionibus sopitis dici putabant. At cf. Lexic. De forma *feminibus* cf. Met. VIII. p. 573. Iutt. ad Cic. de Nat. D. I. 35., quosque alios V. D. larga manu profert Foertsch. ad Voss. Arist. T. I. p. 594.]

Cap. XXV. *et qua minime par, illatam.* [Hanc ex cod. F. 3. ceterisque codd. dedi lectionem; Oud. retinuit Fux. cod. scripturam, *et qua minime par erat, illatam*, praeterea emendans: *et qua minime patiare.* Namque nesciebat eam ab uxore sua esse necatam, sed miserrime laceratam tantummodo videbat. *Qua* vero cum Oud. non explicaverim, *quo loco*; conf. Met. I. p. 14. *qua praeterit*; sed interpretor: *qua ratione. Erat* vel *est* omisi ex auctoritate cod. Florent. 3., quod verbum adiectum esse opinor ab librariis, quo facto particula *ut* intruderetur necessarium erat. Compendia $\bar{q}$ et $\bar{q}$ facile inter se possunt commutari. Vir doctus retinere voluit *quae*, ut sit *mors, quae non par est.* At nego latine ita dici posse.]

Digitized by Google

[251] sed medullitus dolore commotus, acerrimaeque | bili noxio furore perfusus, exin flagrantissimis febribus ardebat, ut ipsi quoque iam medela videretur necessaria. Sed uxor, quae iam pridem nomen uxoris cum fide perdiderat, medicum convenit quemdam notae perfidiae, qui iam multarum palmarum spectatus proeliis magna dexterae suae tropaea numerabat, eique protinus quinquaginta promittit sestertia, ut ille quidem momentarium venenum venderet, illa autem emeret mortem mariti sui. Quo confecto simulatur necessaria praecordiis
727 | leniendis bilique subtrahendae illa praenobilis potio, quam sacram doctiores

acerrimoque G. 1. *aterrimaeque* L. quod verum putat Oud. *Μελαγχολίαν* vehementissimam exprimi, quam a Latinis passim *atram bilem* nominari notum sit. *que* non comparet in R. *bili* F. 3. G. 1. 2. P. O. D. Incert. *bilis*. *exinde* G. 2. D. *fragrantissimis* G. 1. D. *ardebat*. *Ut* G. 1. *qua* pro *quae* Elm. typothetarum errore, qui in indice mendorum correctus est. *circa* pro *esse* O. *medicum cum venit nocte perfidiae* G. 2. P. D. *nocte* p. *noctue* Venet. 2. *dextrae* d. edd. vett. praeter Iunt. 2. Elm. Scriver. *detenere* O. *trophaea* edd. vett. et recentt. G. 1. 2. D. *magno* G. 1. *protinus* exulat a G. 1. 2. P. O. D. *promittit quinquaginta* G. 1. 2. O. P. D. f. *promittit* non habent Venet. 4. Bas. 1., in qua corruptissime *semartia*. *sex tertia* G. 1. 2. D. *ui ille* L., quod est *unde ille*. *ut quidem ille* G. 1. 2. P. D. *mortem mariti sui* F. 3. G. 1. 2. D. f. Incert. *mariti sui mortem*. *quo conspectu* B. p. edd. vett. ante Colv. *liendis* Venet. 4. *bilisque* f. *tilique* D. *sacra* L. *sacrum* D. *doctores* G. 1. O. d.

acerrimaeque bili noxio furore perfusus. [Optimam codd. lectionem *bili* Oud. silentio transiit, ex ceteris genitivum recipiens. Est vero non ipsius *bilis* furor, sed qui *bili* noxius est, et ita vehementem excitat morbum. *Furor* enim i. e. summa tristitia ac moeror, quando quis vix suae mentis est, bilem et stomachum i. e. iram excitat, et ita caussa fit morborum, ut Philemon dicit citante Pric. *διὰ λύπην καὶ μανίαν γὰρ γίνεται πολλοῖσι καὶ νοσήματα οὐκ ἰάσιμα*, et Maxim. Tyr. Diss. 18. *Ἀποπέμπουσι τῷ σώματι ὀδύνας θυμοὶ καὶ ὀργαί.* Ingeniosissima est Oud. coniectura *aterrimae*, quam recepissem, nisi superlativus me offendisset. *Ater* et *acer* in Mss. confunduntur saepissime cf. Dr. ad Sil. V. 154. XVII. 250. Nihilominus hic *bilem* et *furorem* in universum de melancholia summoque moerore intelligo. Nostrum locum explicat Senec. Epist. 94. *Bilis nigra curanda est, et ipsa furoris caussa removenda. Acerrima bilis* ea est quae facillime potest excitari semperque fervet.]

ardebat. [cf. Schmidt. ad Horat. Epist. II. 1. 108. Proprium est in febribus.]

tropaea. [Ita scribendum esse nec *trophaea* probant Cort. ad Lucan. I. 10. Fea ad Horat. Od. II. 9. 19. et Cellar. Orthogr. p. 13. Harless.]

confecto. [Oud. verissimam esse putat Stewechii emendationem *quo compecto*, de qua forma vide supra ad p. 714. *depecta est.* Quae coniectura quamquam acutissima est, tamen hic recipi non debet. *Confecto* enim significat, postquam hoc praeparatum et effectum erat. Nam inter sese non pacti erant medicus et mulier, sed illa protinus mercedem quinquaginta sestertium ei promiserat, quam ut pote nimis grandem alter statim acceperat.]

sacram. Adscripserat Lindenbrog.: De Hieris antidotis videndus Paulus Aegineta VII. c. 8. Bapt. Pius T. I. Crit. Thes. p. 449. Beroald. profert haecce: Apud priscos potio hellebori principalis habebatur et sacra, quae trahit alvum et bilem pituitasque; clarum est Herophili praeconium, quod helleborum fortissimi ducis fortitudini aequabat. Concitatis enim intus omnibus ipsum primum exire. Aptissime datus in pulte aut lacte reddi post quatuor fere horas incipit, totum opus septenis peragitur horis, medetur melancholicis, insanientibus, lymphaticis, idem si exulcerata sint praecordia vel tumeant, aliisque prope innumeris morbis ..... Latini *veratrum* vocant: *sacram* potionem vocant medici *sacratam* et divinam ab effectu, qui ceteris praestantior et excellentior. Plinius tradit *aureum poculum* a medicis vocari potionem quamdam ex frutice ob remediorum excellentiam. [cf. Plin. Hist. Nat. XXV. 23. et 94. et XXXII. 13.]

nominant, sed in eius vice subditur alia Proserpinae sacra saluti. Iamque praesente familia et nonnullis amicis et affinibus, aegroto medicus poculum probe temperatum manu sua porrigebat.

CAPUT XXVI.

Sed audax illa mulier, ut simul et conscium | sceleris amoliretur et 728
quam desponderat pecuniam lucraretur, coram detento calice: Non prius, inquit, medicorum optime, non prius carissimo mihi marito trades istam potionem, quam de ea bonam partem hauseris ipse. Unde enim scio, an noxium in ea lateat venenum? quae res utique te tam prudentem tamque doctum virum nequaquam offendit, si religiosa uxor circa salutem mariti sollicita necessa-

Verba inde a *sed* usque ad *saluti* non sunt in L. *invicem* G. 2. P. D. *praesenti* Vulc. 2. Elm. Scriver. Ruhnk. cf. Voss. de Anal. II. 12. *et inde nonnullis* L. edd. vett. Iunt. 2. habet *et in.*, unde Oud. emendat *itidem*, quod hic non opus esse, at saepius inseruisse Apuleium temere affirmat Oud. *praebens* pro *probe* G. 1.

conscivit pro *conscium* P. *consilium* δ. *amolliretur* G. 2. *et* ante *quam* non comparet in Venet. 4. Basil. *disponderat* f. *Karissimo* D. δ. pro more. *meo marito* f. *auseris* G. 1. D. *te* non est in G. 1. *tam doctum* B. *si* non comparet in B. *solicita* G. 1. Colv. Vulc. Elm., quod ex Vulc. 2. Ruhnk. negligentia in ed. Oud. non correctum est. *sollita* D. *solluti* δ.

vice subditur alia, Proserpinae sacra saluti. [Stewechio, qui temere *vicem* emendabat, multis exemplis emendationem muniens, quum seqq. verba viderentur suspecta esse, corrigebat infelicissime: *Proserpinae sacra aliti*, intelligens de Ascephalo Acherontis et Orphies, avernalis nymphae, filio, quem Proserpina in bubonem, noctis avem et tristium rerum nuntium mutasset. Etiam Oud. suspectam hanc enuntiationem habet, primum quod *sacrae potioni simulatae* non sit subdita alia, sed ipsa illa *simulata* sacra potio fuerit momentarium venenum. At miror, hac in re Oud. haerere potuisse. Nam potionem illam mentiuntur esse eam, quae temperata est a medico, et pro hac praenobili medicina porrigunt aliam. Ita *in eius vice subditur alia* minus ad *simulatur* referenda sunt, sed respicit potius Apuleius ad praegressa verba: *praecordiis leniendis .... praenobilis potio.* Certe ea de caussa corruptum esse locum non affirmaverim. Tum offendit Oud. cum Stewech. in dictione *in vice*, quam latinam esse negant pro *in vicem*, *vice* et *vicem*. Nec violenter ageret, si quis *in eius vicem* reponeret. At *in vice* forsitan ex analogia locutionis *loco* et *in loco* defendi potest, ut *in vice* idem sit, quod *in loco* cf. Terent. Andr. I. 5. 57. *Si te in germani fratris dilexi loco*, pro quo ceteri dicunt *loco*. Denique Oud. insolentior videtur esse locutio *potio sacra Proserpinae saluti*, quam potius delendam esse censet, nisi quis ponat, auctorem captasse hanc vocem in oppositionem *salutis iuvenilis*, atque ita vocasse, quia per veneficia et mortiferas potiones Proserpina non minus ac Libitina apud Phaedrum IV. 19. suum *faciat lucrum*, ipsiusque regnum opes et potentia augeantur. Quae explicatio mihi arridet quam maxime, locutionemque Apulei ingenio aptissimam esse mihi quidem persuadetur. Insolentior nimis est, quam quae ex librarii mente proficisci potuerit. Ita Horat. Sat. II. 6. 19. *Autumnusque gravis, Libitinae quaestus acerbae.*]

Cap. XXVI. *circa salutem mariti sollicita.* [Nimius esse potest, cui exempla congerere in animo est dictionum *sollicitum esse, occupatum esse circa aliquem* similes, quas sequioris latinitatis esse iudicat Duker. ad Flor. III. 19. 12. *Circa* enim ab auctoribus argentea quam dicunt latinitatis significatione graecae praepositionis *κατά* usurpatum est, ut respectum alicuius

Digitized by Google

riam affero pietatem. Qua mira desperatione truculentae feminae repente perturbatus medicus, excussusque toto consilio, et ob angustiam temporis spatio cogitandi privatus, antequam trepidatione aliqua vel contatione ipsa daret malae conscientiae suspicionem, indidem de potione gustavit ampliter. Quam fidem secutus adulescens etiam sumto calice quod offerebatur hausit. Ad istum modum praesenti transacto negotio, medicus quam celerrime domum remeabat, salutifera potione pestem praecedentis veneni festinans exstinguere. Nec cum obstinatione sacrilega qua semel coeperat truculenta mulier ungue latius a se discedere passa est; priusquam, inquit, digesta potione medicinae proventus

offero L. *depperatione* L. Salmas. *deieratione*. *que mira* p. *proturbatus* edd. vett. ante Colv. *contatione ipsa aliqua* P. *gustant* ed. pr. Vicent. Venet. *gustat* Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 4. Paris. *quam quidem* f. *et sumpto* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. Verba *medicus* usque ad *domum* desiderantur in G. 1. O. *meabat* G. 1. O. *modicus* p. *domum* exulat a f. *cum obstin* D. *truculenta* D. *ostentatione* γ. 1. *obtestatione* γ. 2. δ. Wow. Scriv. Pric. *obstentatione* f. *festinatione* G. 1. *ab se* O. *discere* vitio typothetarum Elm. *passus* f. *digestu* G. 2. *negra* F. 1. G. 1. O. p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. *erga* G. 2. D. L. *erge* P. *probatus*, quod ante *apparent* edd. et codd. aliquot habent, non inveni in F. 3. G 1. 2. D. et L. et forsitan etiam ab P. O. ut a Iunt. 2. abest. *probentur* F. 1. *probetur* δ. *probarius* p. *Approbatus* est in P. in excerptis ad marg. ed. Colv. *proventus* G. 1. 2. L. D. O. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) *proventi* F. 3. in cett. *eventus*.

rei et rationem indicet. Plura dabit Hand. Tursell. II. p. 66. Plurimus est in hoc usu Dict. Cret., ut II. 5. *quae circa domum Menelai commissa essent*, ibid. c. 9. *quae circa filium eius evenissent*, II. 12. *circa sepulturam occupatis*, ad quem locum cf. Ded. in Gloss. p. 278. III. 1. *circa exercitum solliciti*, ibid. *suspectis circa hospitium* al. cf. Ded. ad II. 14. Gloss. p. 280. Peerlk. ad Horat. Od. II. 5. 5. *circa virentes est animus tuae campos iuvencae*, quo tamen loco localem retinet praepositio significatum, unde Peerlk. exempla non conveniunt, nec recte agunt, qui apud Cic. ad Famil. IX. 15. §. 1. *circa valetudinis curam* defendunt. cf. Tertull. adv. Marc. I. 2. *languens circa quaestionem*. Capitol. Anton. Phil. c. 24. *aequitas circa captos*. Vulc. Gallic. Avid. c. 10. *pietatem circa suos, sic circa alienos*; Capitol. Pertin. 14. *circa pudicitiam curiosus*. Ex Apulei libris haec colligere poteram exempla: Met. VI. p. 396. *quantos labores circa tuas inquisitiones sustinuerimus*; Apol. p. 546. *facit omnia circa honorem meum observanter, circa salutem sollicite, circa amorem callide*; p. 594. *tam repentinam circa puerum pietatem tuam*; p. 596. *liberalitatem circa meam*, cf. ad Florid. p. 15. Ruhnk. Dict. ad Sueton. Caes. c. 44. p. 74.]

qua mira desperatione. Reponere conabatur Colv. *despectione*, vel quod propius esset ad lectionem vulgatam *despectatione*, non dubitans, quin *desperationis* vocabulum in scholis aut officinis suppositum esset, utpote magis tritum. Tandem convenientius rei fore censuit *dispectione* propter tam subitaneum et sagax mulieris commentum, quae medicum suo sibi veneno vitam eripere cogeret, postquam illius et opera et veneno iam satis usa esset. At recte Pricaeus explicavit audaciam perditam et profligatam mulieris, sc. ad postremum deperditae et desperatae; cf. Casaub ad Theoph. Charact. c. 6. Gloss. *desperatione τολμήσεως*. [cf. Deder. ad Dict. Cret. IV. 3. Gloss. p. 341. De *excussus* cf. Cort. ad Lucan. IV. 536.]

indidem de potione. [De hoc usu cf. ad Met. VI. p. 391. *illic in domo*; VII. p. 448. *ibidem in hospitione*. Pric. comparat Gell. VI. 10. *Euclides Socraticus, qui indidem Megaris erat*. Marc. I. 13. *ἐκεῖ ἐν τῇ ἡμέρᾳ*. De constructione Hand. Tursell. III. p. 363.]

inquit. Oud. vel delendum hoc verbum, saepe a librariis intrusum vel praecedens *est*, aut *sic* vel *ut inquit* legen-

Digitized by Google

appareat: | sed aegre precibus et obstinationibus eius multum ac diu fatigata 729
tandem abire concessit. Interdum perniciem caecam totis visceribus furentem medullae penitus attraxerant. Multum denique saucius et gravedine somnulenta iam demersus domum pervadit aegerrime. Vixque enarratis cunctis ad uxorem, mandato saltem promissam mercedem mortis geminatae deposceret, sic elisus violenter spectatissimus medicus effudit spiritum.

obtestationibus G. 1. 2. O. D. f. Urs. ð. Wow. Scriver. Pric. Florid. *obseruationibus* Iunt. 1. 2. Ald. Colin. *testationibus* p. *obseruationibus* L. et Ald. teste Roald. *interea* est a Vulc. 2. et Elm. cum *interdum* praeheant Mss. tantum non omnes et Colv. Vulc. 1. Wow. Scriver. Pric. cf. ad Met. III. p. 174. *Interim* Iunt. 1. Ald. Venet. 1. Paris. Sopingius coniecit *interim dum*. *somnulenta* F. 3. *sopnulenta* G. 1. *sompnulenta* G. 2. D. In cett. *somnolenta*. *depressus* pro *demersus* L. e glossa cf. Met. IX. p. 617. *mandato* F. 3. et 1. in excerptis Lind., in quibus *mandatos esse* Oud. enotat. Hinc coniecit Lindenbrog. *mandat ut saltem*, quod facile et perperam Elm. contextui intrusit, quem de more consecuti sunt Scriver. et Florid. In cett. *mandat saltem*. *sic elisus* F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. Elm. Scriv. Florid. Ruhnk. In cett. *sicque*. *Elisus* quasi nomen proprium Vicent. Venet. 2. *elusus* ð. *elisis* f.

dum esse voluit. Sed iam ipsa huius dictionis insolentia mutandum nihil esse admonere eum debebat. Ego *inquit* lubenter retinui cum codd.

medicinae proventus appareat. Recte iam Oud. vocem *probatus*, quam aut ex glossa aut ex corruptela exortam esse iudico, delendam et ex optimis codd. *proventus* recipiendum statuit. Hoc enim passim apud Apuleium aliosque bonum successum significare, cf. Elm. ad Arnob. IV. p. 128. T. II. p. 189. Orell. Dav. ad Caes. B. G. VII. 29., ubi itidem Mss. variant, Bentl. ad Manil. I. 410. Apul. Met. II. p. 118. *proventum huius peregrinationis anquirenti*, IV. p. 275. *novo proventu*, p. 298. *lucrosum prosperumque proventum*; IX. p. 664. *proventus humanior*; XI. p. 794. *in proventum prosperiorem adtonitus.* [cf. Deder. ad Dict. Cret. VI. 11. not. crit. et Gloss. p. 376.]

sed aegre precibus et obstinationibus. [*Aegre* hic solum probandum est. *Aegram* enim, quod multi codd. praebent, vix dici posse crediderim uxorem, quae precibus medici enecatur. Certe nimis conquisitum esset. Hinc ex optimis codd. Florentt. retinui cum Oud. lectionem *aegre*. Heynius ad Virg. Ecl. I. 13. hunc locum in suum usum convertere potuisset, quum demonstrare vellet, apud Virgil. *aeger* pro *aegre* dici, quod hodie nemini probatur. At contra Oud. retinui lectionem *obstinationibus*, cui ille *obtestationibus* praeferret. Videndum enim est, prius librarios pro suo ingenio facilius commutare potuisse in posterius, quam vice versa, quippe memores, quoties *precari* et *obtestari* apud Latinos coniungerentur, vimque vocabuli *obstinationibus* non capientes. *Obstinatio* enim quum nimiam significet pervicaciam, hic de medico insolentius dictum esse persuadetur, qui instat vehementer uxori, nec a precibus desistit. Praeterea librarii sine dubio offendebant in eiusdem vocabuli repetitione *obstinatione sacrilega* et *obstinationibus*, quae quum aliis in locis molestiam non habeat, hic eo magis ferenda est; quod utriusque perseverentia et uxoris in audacia et medici in precibus optime sibi respondet.]

caecam totis visceribus furentem. [De significatione adiect. *caecus* pro occulto et tecto cf. Cort. ad Lucan. IV. 458., de *furentem* Fea ad Horat. Epod. XVII. 33.]

mandato, ... deposceret sic elisus. [*Mandato* ex optimis codd. dedi, *mandat* pro glossemate librariorum habens, qui ablativi participii passivi absolute positi usum ignorabant; cf. ad Met. I. p. 26. *comperto* et p. 30. *curato*. De *ut* particulae omissione vid. ad Met. VIII. p. 513., de *elisus* ad Met. VIII. p. 546. IX. p. 665. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 22.]

Digitized by Google

CAPUT XXVII.

[252] Nec ille tamen iuvenis diutius vitam tenuerat, sed | inter fictas mentitasque lacrimas uxoris pari casu mortis fuerat exstinctus. Iamque eo sepulto, paucis interiectis diebus, quis feralia mortuis litantur obsequia, uxor medici pretium geminae mortis petens aderat. Sed mulier usquequaque sui similis, fidei supprimens faciem, praetendens imaginem blandicule respondit, et omnia
730 prolixe accumulateque pollicetur, | et statutum praemium sine mora se reddituram constituit, modo pauxillum de ea potione largiri sibi vellet ob incoepti negotii persecutionem. Quid pluribus? laqueis fraudium pessimarum uxor in-

illa F. 2. *vitam diutius* f. *fictus* G. 2. *uxoris* G. 1. *pari p. curaus mortis* d. Hinc facile subiit Oud. coniectura *percussu*. Notatur in quodam exemplari Ed. Colv. servato in Regia Paris. Bibliotheca, Salmasium legere *pereuisu mortis*, omisso vocabulo *pari*, quod tamen omnino necessarium est. Credit Oud., illum offensum locutione *casu mortis* pro calamitoso mortis genere; conf. Met. VI. p. 424. *libidinis casibus*. Alioquin etiam *caussa* posse legi, quae vocabula saepius confusa sint, praesertim ubi *casus* pro calamitate et malo quodam ponatur; coll. Dr. ad Liv. XXXVII. 17. *mortis* G. 1. 2. O. P. D. *motis* L. *quibus* G. 1. *lectantur* G. 1. *uxor mediei* F. 3. G. 1. 2. D. p. edd. ante Colvium. *uxor mediis* d. In cett. *medici uxor*. *peetus aderat* d. vitiose. *suae simulatae fidei supp. faciem* L. Colv. Vulc. 2. *sui similis* F. 1. teste Elm., at in coll. Lindenbrog. tantum *simulatae*, quod Vulc. 2. praebet, correctum est neque vere *suae*, ut ille potius *suae similis*, quod in Elm. ed. extat, habere videatur. In cett. *sui similis fidei*. *accumulareque* G. 2. D. *pauxillum* L. G. 1. D. *pusillum* d. Vulgata lectio apud Plautum quoque et Solin. c. 40. p. 51. [cf. Munk. ad Fulg. p. 758. Stav.] *velle* Iunt. 1. Ald. *velleret* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *ad incepti* B. edd. vett. ante Colv. *ab* p. f. *prosecutionem* G. 2. D. B. *quid pluribus* F. 1. 3. G. 2. D. p. B. edd. ante Colv. Vir doctus in edit. Vic. meae margine emendat *quod*. *que pluribus* G. 1. non *que plurimum*, quod ex hoc cod. et d. enotat Oud. *quod plurimum* Iunt. 1. 2. Ald. *quod plurimis* ed. Paris. In cett. *quod pluribus*. *laqueos* d. *fraudum* O. *peximarum* P.

CAP. XXVII. *sui similis, fidei supprimens faciem. Sui similis*, quod ex codd. retinendum est optimis, mere Apuleianum esse, demonstrat Oud. ex locis Met. II. p. 152. *ad tui similes musculos*; V. p. 345. *per teretes et mei similes genas*; III. p. 196. *sui dissimilis*, infra p. 746. *suique consimilem*; de Dogm. Plat. p. 193. *sui par ac sui similis invenitur*. Tum ita pergit: Sed quid significabunt verba *fidei supprimens faciem?* Explicat Floridus: *auferens re ipsa fidem*. Mire. Contrarium fere, certe non eius ablationem, sed oblationem verba significant. *Supprimere* enim est celare vel inhibere, non tollere. Utcunque enim *faciem fidei* ab eius *imagine* velis distinguere, et priorem dicas ipsam eius pulchritudinem et decoram structuram ac figuram, adeoque ipsam fidem, quomodo ferme *facies eloquentiae* opponitur eius *imagini* apud Auct. de Corrupt. Eloq. c. 34., numquam tamen efficies, ut *supprimere faciem* significet *auferre*. Potius tum sumpta metaphora videretur ab *umbra*, qua *vera rei facies* occultatur et tantum eius [refertur *imago*, sive id quod in se nihil est. Sed haud ineleganter vir doctus in exemplari Ed. Colv. in Bibl. Reg. rescribit: *fidei sub prima facie praetendens* tam clara oratione, tam perspicuo et eleganti sensu, ut nulla illustratione verba indigeant. Prima specie videbatur mulier praestitura esse fidem, quia verbis eius praetendebat imaginem. Praefero nunc id quod in margine et Auctore de Corr. Eloq. per metaphoram umbrae. Mulier re ipsa veram subprimebat fidem, ita ut nusquam appareret, sed simulatione sua praetendebat eius imaginem. Nam licet saepe *facies* et *imago*, aeque pro externa specie sumantur, per se tamen *facies* alia est, quam *imago*, quae modo ficte exprimit *faciem*.

Digitized by Google

ducta medici facile consensit, et quo se gratiorem locupleti feminae faceret, properiter domo petita, totam prorsus veneni pyxidem mulieri tradidit. Quae grandem scelerum nacta materiam longe lateque cruentas suas manus porrigit.

CAPUT XXVIII.

Habebat filiam parvulam de marito quem nuper necaverat. Huic infantulae quod leges necessariam patris successionem deferrent, sustinebat aegerrime, inhiansque toto filiae patrimonio imminebat et capiti: Ergo certa, defunctorum liberorum *mater scelerata* hereditates excipere, | talem parentem praebuit, 731

inducta non est in P., *viduata* pro *inducta* B. cf. Mel. V. p. 371: *fallacie germanitatis inducte* IX. p. 634. *fallacia iuvenis inducta*, Broukh. ad Tibull. I. 7. 1. *consentit* F. 1. quod edidit Oud., secutus Elm. et Florid. In cett. *consensit*. *domo petita* O. *petitu* G. 1. Posset legi, inquit Oud., celeritatem maiorem indicante modo *petitam ... pyxidem*. Bene autem exponit *veneno repletam* Pric. cf. Oud. ad Suet. Calig. c. 49. *quod* O. *nancta* G. 1. *nactam* f. *materia* G. 2. L. D. *materiem* Scriver. *longe* non comparet in G. 1.

filiam suam parvulam L. G. 2. a m. p., quae eadem vocem obducebat. Colv. Vulc. 2. At Scriver. Elm. et Florid. rursus omisere probavitque illud Pric. *ante* pro *super* P. *necessarias* sine sensu p. *capta* pro *capiti* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Bas. 1. (ex compendio *capti* exorta est corruptela.) *cet'ra defunctorum liberorum mater scelerata, hereditates eripere* L. *mater* F. 3. G. 1. 2. D. P. O. *scelerata* F. 3. G. 1. 2. D. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) f. *seleratas* ed. Colv. In cett. *matres sceleratas*. *celeratas* emendat Scriv. et Florid. recepit ut verissimam emendationem.

Cap. XXVIII. *filiam parvulam.* [Quomodo Colvius cum aliis in tales potuerit incidere ineptias, ut *suam*, quod ipsius codex praebeat, textui insereret, vix credibile est, nec melius Oud. respicit ad morem scriptorum, qui pronomen possessivum tali rerum nexu modo omittant, modo ponant, licet ipse hic ut superfluum e medio tollat. Non superfluum, sed omnino intolerabile est. Quis enim unquam dicat: *habeo meam filiam de patre*, quod considerandum erat nec conferendum exemplum, quale Met. VIII. p. 590. *filio suo parvulo consalutato.*]

Ergo certa defunctorum liberorum mater scelerata hereditates excipere. Omnes fere codices iique optimi quum ita scribant, *matres sceleratas*, quae altera est lectio, in textum recipere dubitavi, quum nendum latere cuique apertum sit. Stewech. qui multus est in exemplis ex Inscriptt. petitis, quibus quomodo parentes in monumentis expresserint immaturam liberorum mortem suumque luctum demonstratur, *celeratas hereditates* emendat, Oud. probatum, de inverso ordine fatorum ac parentum de illis querela conferenti Intt. ad Ovid. Heroid. I. 101. Attamen *matres sceleratas* retinet. Ita enim quasi proprio epitheto nominari matres, quae liberos amiserint immatura morte et prae infelicitate quasi sceleratae habeantur. [De qua significatione cf. Ruhnk. ad Eleg. Albin. I. 135. quaeque lexica praeterea citant ex Inscriptt. exempla. Ita *scelestus* apud Plautum sexcenties pro *calamitoso* legitur cf. Amphit. II. 1. 2. 10. Asinar. V. 2. 6. II. 4. 70. Casin. III. 5. 48. Cist. IV. 2. 16. Mostell. II. 2. 47. III. 1. 30. Rud. II. 6. 18. III. 5. 22. IV. 1. 4. IV. 4. 122. Haec explicatio quamvis ingeniosissima sit, tamen in lectione *matres sceleratas* haereo, quae potius a manu librariorum profecta videtur esse, nominativum *mater scelerata* non intelligentium. Nec negandum est, habere eum, quo offendamur, quum *defunctorum liberorum* praecedat, cuius loco *defunctae filiae* vel simile quid exspectamus, unde patere videatur, non ad hanc solam matrem, sed in universum ad omnes, quae talia perpetraverint, haec referri debere. *Liberorum*

Digitized by Google

qualem exhibuerat uxorem, prandioque commento pro tempore et uxorem medici simul et suam filiam veneno eodem perentit. Sed parvulae quidem tenuem spiritum et delicata ac tenera praecordia conficit protinus virus infestum:

accipere G. 1. O. *habuerat* L. teste Colv. *exhabuerat* teste Oud. *habuerat* habet Bas. 1. *et uxorem* ed. Scriver., ut in seqq. *commenta* P. *et uxorem* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. l. p. f. d. Elm. Scriver. Florid. In cett. *etiam uxorem. et nam etiam filiam* G. 1. O. ab alio exulat *suam* teste Wasseo. *perentit eodem* D. Citat Cort. ad Plin. Epist. II. 47. *perculit*. Sed vulgata elegantior videtur per metaphoram a *ferro* ad *venenum aere* traductam, unde est statim quoque *conficere*. *et funera* d. *confixit* d. f. *protinus* non comparet in G. 2. P. D. *infectum* D.

igitur per amplificationem quandam dictum est, cuius rationem accuratius explicuit Roth. ad Tac. Agr. Excurs. III. p. 109 seqq. Hic pluralis quando ponendus sit quum multi iique cautissimi interpretes non intelligerent, factum est, ut pluralem simpliciter pro singulari poni posse opinarentur, saepius non solliciti utrum iusta ratione explicari ille potuerit. Ita vel Ruhnk. ad Vell. II. 58. *liberos suos* dici putat de uno Antonii filio, quam perversam sententiam reprobat Dr. ad Liv. Epit. 116. cf. Intt. ad Tacit. Ann. II. 57., cuius loci probam explicationem vidit Boettich. Lex. Tac. p. 362. Praeterea non temere existimo Apuleium verba *defunctorum liberorum* tam ambigue posuisse, ut et ad *mater* et ad *hereditates* pertinere queant. Denique *hereditates* pluralis numerus, in universum de omnibus matribus hic agi comprobat. Ego quomodo locum aliter sanare possim non habeo, hoc solum sentiens, *scelerata* hic non de calamitosa dici muliere, sed potius de venefica et scelesta, qua notione hoc vocabulum aliquoties in usu est; cf. Heyn. ad Virg. Georg. II. 256. Similis locus Met. II. p. 157. *extremum facinus in nefariam scelestamque istam feminam severiter vindicate .... ob praedam hereditariam extinxit veneno*, quamquam etiam in universum de quacunque dici possit muliere, quae scelera tanta et impietates committit. Vir doctus in marg. ed. meae Colv. adscripsit *callidas versutas*, cf. Horat. Sat. II. 3. 70., uti *scelestus* apud Plautum saepius usurpatur cf. Pers. II. 2. 38. Captiv. III. 4. 109. Cist. IV. 1. 8. Mostell. I. 3. 14. Trin. II. 4. 126. al. Ad Mss. lectionem propius accedit *matrem sceleratam*. *Excipere* non sine caussa Apuleium posuisse existimo de hereditatibus, quae dolis ac fraudibus capiuntur, quemadmodum *excipere* de iis, qui nec opinantes et incauti capti sunt, saepius in usu est. cf. Dr. ad Liv. V. 45. §. 6. XXII. 42. §. 11. Oud. ad Caes. B. G. I. 25. Hinc venatorum est vocabulum, qui dolose feras aggrediuntur; cf. Burm. ad Phaedr. I. 11. 6. Ita *excipulum* de machina, qua pisces intercipiuntur apud Plin. Hist. Nat. IX. 38.]

exhibuerat. [De voc. *exhibere* cf. Oud. ad Suet. Vitell. c. 17. Munk. ad Fulg. Argum. III. fab. 6. in Burm. edit. Ovid. p. 205. Hic est *representare* cf. Burm. ad Ovid. Met. VI. 43.]

simul et. Rectius distinxit Floridus post voc. *simul* quam ceteri ante hoc vocabulum. Ibi enim incisionem esse ponendam, multis probatum ivit Cort. ad Plin. Ep. II. 17., frustra tamen *et* prius delere conans; cf. Met. III. p. 188. [Ego distinctionem non posui, quia utrumque arctissime coniungendum esse iudicat *simul* particula.]

conficit. Stewech. emendare conatur *configit*. At cum Oud. nihil temere mutandum est. *Conficere* pro quovis telo vel vi interimere sexcenties ponitur, sive ad mortem usque percutere; graece *διαπράσσειν*, unde etiam gladiatores *confectores* dicuntur; cf. Flor. III. 7. 3.: *ut veneno se plerique conficerent*. [cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 316. et T. II. p. 171., ubi versus ita supplendi sunt: *Flent, quod praeceptam Parca nocens rapuit Condiderunt tumulo perdomitam ante diem.*]

tempestas. Perperam Vulc. Edit. 2. emendabat *pestis*. *Tempestas veneni*, *morbi* etiam apud alios invenitur. Elm.

itized by Google

at uxor medici, dum noxiis ambagibus pulmones eius pererrat tempestas detestabilis potionis, primum suspicata quod res erat, mox urgente | spiritu iam 732
certo certior, contendit ad ipsam praesidis domum, magnoque fidem eius protestata clamore et populi concitato tumultu, utpote tam immania detectura flagitia, efficit statim, sibi simul et domus et aures praesidis patefierent. Iamque ab ipso exordio crudelissimae mulieris cunctis atrocitatibus diligenter expositis, repente mentis nubilo turbine correpta, semihiantes adhuc compressit labias, et attritu dentium longo stridore reddito, ante ipsos praesidis pedes exanimis corruit. Nec ille vir alioquin exercitus tam multiforme facinus *excetrae*

pererrant l., *pestis* pro *tempestas* recepit Vulc. in Ed. 2. ex sua coniectura. *tepĕtus* d., *primus* P. *ingenti* pro *urgente* f. et cod. Petrarch. *iam* ante *certo* desideratur in B. *certa* d. *ipsius* B. Elm. Scriv. Florid. In cett. *ipsum*. *praesideri* p. *ut poterat immania* Bas. 1. *tam* non est in B. *iam* pro *tam* Vulc. 2. *cum immania* G. 2. O. *tam inania* d. *sibi* non extat in d. *ex ipso exordio* p. *atrocitatibus* G. 1. *correpto* d. *correcto* f. *coniecta* O. *coniecto* G. 1. *semiantes* G. 2. P. D. *seiuntes* G. 1. *semianimis* O., quod non displicuit Pricaeo. Haud bono iudicio. Mulier prius clamavit, tum rem narravit, illico mentis nubilo correpta, labiis fuit semihiantibus, sed etiam has protinus compressit, at dentium stridorem edidit et sic exanimis corruit. Adi ad Met. V. p. 354. *semihianti voce*, ubi eadem est corruptio. *et* ante *attritu* non est in f. *astrito* f. *tam multif.* omnes codd. et edd. ante Bas. 2. (ut in F. 1. 3. G. 1. 2. D. B.), quae cum seqq. omittit. *e venenatae* l., *excreta* F. 3. (hoc verbum atramento deletum est.) Elm. ex F. 1. enotat *exceterae venenatae*, ex altera *excreta venenatae*. In Lindenbrog. collat. ita legitur: „*exceterum venenatae* 2. In Long. *excreta* sed erat inductum." In edd. *execratae*. Hoc vocabulum plane omittunt: G. 1. 2. P. D. d. Quid ceteri codd. habeant, non addit Oud.

in ind. haec adnotat: *Tempestas morbi* apud Theodor. praef. l., *tempestas persecutionis* apud Adelh. de laude Virginit. Bosscha comparat Staveer. ad Fulgent. Mythol. I. p. 600. Pric. citat Zenonem Serm. de Avarit.: *ebibite, reneni tempestas.* [cf. Horat. Epist. I. 15. 31. *pernicies* et *tempestas macelli*, cui simile illud Plaut. Capt. IV. 3. 3. *quando pernis pestis remet.* Ita *tempestas* pro *pestilentia* apud Valer. Max. I. 8. 2. extern. et de inundatione Tagi Claud. in Ruf. I. 102. *tempestas pretiosa Tagi.*] Si tamen codd. addicerent, Oud. mallet *pestis* et ex *tem* effingere adiectivum conveniens feminae robustae *pulmonibus*, qui opponuntur delicatis et *teneris* puellae praecordiis. [At isto loco positum adiectivum mihi quidem non placeret, quia in ceteris suum cuique substantivo adiectivum adpositum est.]

praesidis domum. [Hunc locum citant Intt. ad Senec. Med. 248.]

mentis nubilo turbine. [cf. ad Met. VIII. p. 530. *obnubilavit animam*, et ad de Deo Socrat. p. 148.]

stridore reddito. Dubitat Pric., num *edito* sit scribendum. At ne mutes quicquam. *Reddere vocem, clamorem, spiritum* Apuleius cum aliis frequenter utitur, cf. Wopkens. Miscell. Observ. Vol. VIII. p. 47. Commentt. ad Suet. Domit. c. 4.

excetrae. *Excreta venenatae*, lectioni optimorum codd. quum melius quid substituere non potuerim, in textum recepi Elm. coniecturam legentis *excetrae venenatae.* Convicium est in malas mulieres *excetra tu*, ut observavit Lips. Antiq. Lect. II. 11. Liv. XXXIX. 11. *Hispulae concubitu eum carere decem noctes non potuisse illius excetrae delinimentis et venenis imbutum, nec parentis, nec vitrici, nec deorum verecundiam habere.* Etiam Oud. de veritate huius lectionis non dubius erat. conf. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 345. Donat. ad Terent. Eunuch. V. 1. 8. [Intt. ad Cic. Tuscul. II. 9. §. 22. T. I. p. 471. Moser. et Tom. III. p. 312.] Ceterae voces *exsecratae* et *venenatae* pro glossematis habent Burm. l. c. et Oud. vocis *excetrae*, quae eo magis probatur, si librarium doctum cognovisse ponamus Servii de originatione huius vocis sententiam ad Aen. VI. 287.: *Hydram dicit*

Digitized by Google

venenatae dilatione langnida passus marcescere; confestim cubiculariis mulieris
733 attractis, vi tormentorum veritatem eruit, atque | illam minus quidem quam merebatur, sed quod dignus cruciatus alius excogitari non poterat, certe bestiis obiiciendam pronuntiavit.

venenatae F. 1. 3. G. 1. 2. P. D. L. d. O. f. In cett. *veneficae*. *dilatatione* B. *passus* p. *mulier attractis* Bas. 1. *in* pro *vi* aliquot Mss. et edd. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Venet. 4. Paris. *veritatem meruit* F. 3. G. 1. 2. O. P. D. In cett. *eruit*. *illa* F. 1. 3. G. 2. P. D. ob sequentem *m* litteram. In cett. *illam*. *merebatur*. *Sed* Vicent. *cogituri* B. *et certe* L., unde Scriverius effinxit ediditque *exerte*. Sed male. *Exerte* enim hic locum habere nequit. *abiiciendam* O. sive proiiciendam. Quod fors non temere quis spreverit. Ego tamen nihil muto. Frequentissima est harum praepositionum confusio. *Obiicere bestiis* formularis est locutio in hac re et loco. *Abiicere* alibi in silva, agro, via.

serpentem immanis magnitudinis, quae fuit in Lerna Argivorum palude sed Latine excetra dicitur, quod uno caeso tria capita excrescebant, unde ille *excreta*, quae lectio est in Florentinis, pro *excetra* dedit. Nec tamen negandum est, *venenatae* ita plane superfluum videri, unde erat, quum equidem *excreatae* i. e. *exsecratae* legerem, licet hanc vocis significationem altero exemplo munire nequeam, quae translate dicta non videtur esse apud ceteros scriptores, at ex analogia voc. *despuere* et gr. *ἐκπτύω* defendi potest. Pro *venenatae*, quod interpretibus perversum videbatur esse, emendabant plurimi *venenariae*, quam vocem locus Apol. p. 452. tuetur, ubi *venenarius* significat *venefieum*, qui venenum parat, et Gloss. Philox. p. 222. *venenarius φαρμακεύς*, et Vulc. p. 159. *venenarius φαρμακοποιός*, quum e contrario *venenatum* pro *venenarium* restituendum putaverim apud Tertull. de Resurr. c. 16. p. 334. B. Rigalt., nisi quis promiscue Afros utrumque vocabulum posuisse ex his ipsis locis demonstrare velit. *Venenatae* igitur ex usu scriptorum pro *venefica* defendi nequit. De *exsecratus* passiva dict. cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. III. p. 952]

cubiculariis. Quum provinciae praeses, apud quem veneficii accusata matrona, non a servis illius, quorum caussa nulla agebatur, sed ab ipsa muliere sonte veritatem extorquere debuerit, eamque arcessendam prius quam tormentis subliciendam curare, emendat Stewech.: *confestim a lorariis muliere attracta*, codd. lectionem insuper reprobans, quod servi delatores dominorum non fuerint auditi, quodque iidem in caput domini torqueri non potuerint. Has Stewechii difficultates recte dissolvit Oud., qui demonstrat, cubicularios servos plurimum contra dominos tortos, quod secretorum fortassis magis participes fuisse putati sint ex Quint. CCCXXVIII. p. 665. Burm. *servum torsi cubicularium eius, qui occisus est*, idque potissimum usu venisse in graviore crimine, ut maiestatis, incendii, veneficii, parricidii. Sic Lucii servum esse tortum Lib. VII. p. 448. *servum eius scelerum consiliorumque heriliun futurum indicem per magistratus in publicam custodiam receptum, et altero die tormentis vexatum plurimis*, cf. Met. X. p. 697. [cf. Hudtwalker. de Diaet. p. 51. adnot. Meier. et Schoem. in libro: Attisch. Process. p. 679., qui docent, servorum testimonia semper tormentis eruta esse, et certiora apud veteres et locupletiora fuisse, quam vel liberorum.] Male vero Floridus interpretatur *cubicularias ancillas*, quum intelligantur *eunuchi*, quales sunt illi quatuor, qui matronae asini amatrici et ipsi terrestre cubitum straverunt p. 715. Et sic passim in Inscriptt. *Cubicularii Augustarum* aeque inveniuntur, atque imperatorum cf. Fabrett. ad Col. Trai. p. 184. [cf. Gruter. Thes. Inscr. p. 576. 5. Item male intelligit Popm. de Oper. Serv. in Polen. Suppl. Thes. T. III. p. 1331. Prior vero quam protulit Stewechius dubitatio ita potest tolli, uti cum Oud. aut fingas, venefican istam mulierem, donec in custodia detenta,

CAPUT XXIX.

Talis mulieris publicitus matrimonium confarraturus ingentique angore oppidó suspensus exspectabam diem muneris, saepius | quidem mortem mihi [253]
mea volens manu consciscere, priusquam sceleresae mulieris contagio maculerer,

matrimonium non est in *δ*. *confarraturus* F. 1. 3. G. 2. D. B. p. edd. vett. praeter Iunt. 2. *conferraturus* f. teste Roald. *confartaturus* O. et G. 2. (in excerptis Oud.) *confortaturus* G. 1. et f. teste Oud. *confaraturus* Vicent. in cett. *confareaturus*. Verba *angore* usque ad *exspectabam* haud comparent in *δ*. *mihi mea volens manu consciscere* F. 3. G. 1. 2. O. (teste Oud.) P. D. L. f. R. *δ*. Colv. et seqq. (nisi quod G. 2. habet *voles.*) *mortem mihi metu volens consciscere* F. 1. *metum mortem mihi volens consciscere* B. in excerptis Modii, Elm. ex eo protulit: *mihi metu volens mortem consciscere*. *metu mortem mihi volens consciscere* p. et edd. vett. ante Colv. *metu* etiam O. habet teste Wassen. *consiscere* G. 1. *macularet* G. 1.

omne facinus negasse, idque Apuleium omisisse, ut per se satis existimandum, aut muliere inaudita servos statim tormentis subiectos esse, ne praemiis a domina scelerata corrumpi possent, ne veritatem dissimularent, praesertim quum, si talia perpetrasset femina, praeses sperare non posset, eam quae gesta essent, sincere confessuram esse.]

Cap. XXIX. *confarraturus*. [Mirum est, quod omnes fere codd. vel corruptissime hanc lectionem aut praebent aut ex vestigiis litterarum aperte indigitant. De nuptiis quas dicunt *confarreatis* iam dictum est ad Met. V. p. 370., ad quem locum vide. Ut vero contra cett. Interpp. sententias *confarraturus* non *confarreaturus* scriberem, movit me Dionys. Halic. II. 15. auctoritas, qui *φαρρικὰ* has religiosas Romanorum nuptias nominat *ἐπὶ τῆς κοινωνίας τοῦ φαρρος*, unde consentaneum fit, *farracia*, *farratio* simil. scripsisse Romanos, quemadmodum *farratus* in usu est apud Iuvenal. XI. 109. Pers. IV. 30. cf. Intt. ad Fest. v. *farreum* p. 67. et 407. 428. Lindem. Intt. ad Tacit. Annal. IV. 16. Brisson. de Rit. Nupt. in Graev. Thes. Antiq. T. VIII. p. 1018. Gloss. Philox. p. 47. *confarreatus συμβιώσεως χάριν ζυχθείς*.]

mortem mihi mea volens manu consciscere. Varietas lectionis, qua hic locus mirifice perturbatur, profecta videtur esse ex dubitatione librariorum, qui manum non habere Lucium asinum accurate pro ingenio perspiciebant, vi ita plane contrarium verbis seqq. *manu privatus* exprimi putabant. Hinc *metu* fabricabant, quem tamen hic locum habere non posse, Oud. recte demonstrat, quia in seqq. demum de eo agatur p. 749. *At ego praeter pudorem obeundi publice concubitus, praeter contagium scelestae pollutaeque feminae, metu etiam mortis cruciabar maxime ... Ergo igitur non de pudore iam, sed de salute ipsa sollicitus*, unde ridiculum esset, si eum hic iam commemoraret. Oud. igitur putat, et *metu* et *mea manu* a glossatoris manu adsuta et spuria esse, ideoque suspicatur legendum: *mortem mihi mehercules volens consciscere*. Contractionem enim vocis *meh.* hic non perceptam, vel non bene scriptam aut lectam peperisse *mea* nullo sensu, hincque alios *metu* reposuisse, alios *manu* addidisse. [Hac explicatione nil cogitari potest infelicius. Ita omnes omnino veterum loci depravati facile possunt restitui. Ego *mea manu* retineo. Solemnis enim est locutio: *mortem sibi manu consciscere*, vel de iis, qui non *manu*, sed alia ratione eaque violenta mortem sibi ipsi parant, ut Apuleius ad nativam eius significationem cogitasse neutiquam putandus sit. Alio modo, nisi suspendio et gladio hoc fieri quum non posset, quia custodia domini ne undis se submergeret, prohibebatur, venenum asinus comparare sibi non potuit, querebatur, quod deesset sibi manus, qua leniter et cito vita excedere

Digitized by Google

734 vel | infamia publici spectaculi depudescerem. Sed privatus humana manu, privatus digitis, ungula rotunda atque mutila gladium stringere nequaquam poteram. Plane tenui specula solabar clades ultimas, quod ver in ipso ortu iam gemmulis floridis cuncta depingeret, et iam purpureo nitore prata vestiret, et commodum dirupto spineo tegmine spirantes cinnameos odores promicarent rosae, quae me priori meo Lucio redderent. Dies ecce mulieri destinatus aderat; ad conseptum caveae prosequente populo pompatico favore deducor. Ac dum ludicris scenicorum choreis primitiae spectaculi dedicantur, tantisper

fama Bas. 1. *puplici* Vicent. *pubici* G. 2. *publicitus* d. *deputescerem* D. *depudescere* O. *privatur digitis* Vicent. Venet. 2. *privatus ungula* G. 1. *mutilin* G. 1. *plane ut potui* R. f. d. φ. Wow. Scriv. Pric. et recepit Ruhnk. In cett. abest *ut potui*. *solabat* G. 1. *quidem* pro *quod* p. *vel* pro *ver* F. 3. G. 1. 2. P. D. d. l. p. *ramulis* pro *gemmulis* G. 1. *etiam purpureo* G. 1. *purpurato* B. teste Elm. et Scriv. Ed. *purpurati* B. in excerptis Oud. et Modii. *vistiret* Colv. vitiose. *commode* p. vitiose. *dirrupto* F. 3. *qui me priori meo* F. 1. teste Elm., in cuius cod. collat. Lind. extat, *quae me priori meo Lucio*, ut habent F. 3. G. 1. edd. vett. usque ad Colv. Elm. Scriver. Florid. *quae me priuri mollutio* G. 2. *quae me priori molluto* D. *qui priari me Lucio* vel *qui me priuri Lucio* L. p. R. f. *quae priuri me* Colv. Vulc. Wow. Pric. *quae priori me meo Lucio* B. et P. in excerptis ad marg. ed. Colv. *dies ... erat* L. *conspectum* G. 1. 2. O. P. D. L. *deducebat* L. *conducor* al. *ded.* f. *at dum* d. *coreis* G. 1. *primities* F. 3. *spectaculis* G. 1. O.

posset. *Metus* praeterea hic stare non potest, quia sententiae loci repugnat. Nam qualis esse poterat *metus* ille publici spectaculi? Hic non erat, sed pudor et infamia, quam inde contraheret. Horum igitur verborum *sua manu* pondera tam accurate examinanda non sunt.]

depudescerem. Elm. in indice: *depudescere* Gloss. Cyrill. p. 385. ἀπεῤῥιῶ *depudescere, derubescere.* Hieronym. *Non depudesco infelicitatis meae* Gloss. Papiae: *depudescens pudorem ponens, impudens.* [cf. Du Cang. Gloss. s. v.]

floridis. [De significatione huius vocis cf. quae adnotat Wagn. ad Virg. Georg. III. 126; de *gemmulis* Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 699. et T. II. p. 704.]

purpureo nitore prata vestit. [*Purpureum ver* saepius in usu est cf. Lamb. ad Horat. Od. IV. 1. 10. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 267. Intt. ad Virg. Ecl. IX. 40. *Purpureae* enim omnes res cuiuscunque coloris dicuntur, quae pulchrae sunt atque in adspectu suo splendent, de *nitore* cf. Heins. ad Ovid. Met. XV. 202. De *vestit* cf. Arntz. ad Plin. Panegyr. c. 30. §. 1. p. 135., qui nostrum locum citat.]

dirupto spineo tegmine ... odores. [Forsitan ita supplendus est locus Anthol. Lat. T. I. p. 699: *prima papillatos ducebat spina corymbos.* Hunc locum commemorat Burm. Anthol. T. II. p. 704.]

redderent. [De vocis significatione agit Peerlk. ad Horat. Od. I. 3. 7. infra XI. p. 755. *redde me meo Lucio.*]

ad conseptum. Conspectum, quod multi codd. praebent, minus probatur. Nondum deductus est in conspectum populi theatro residentis asinus, sed prope ad caveam sive eius conseptum extra portam, qua patente gratissimum prospexit spectaculum, quod describere pergit. cf. Met. III. p. 176. *populus caveae conseptum implevit.* p. 200. VIII. p. 590. *intra conseptum domus.* XI. p. 792. *intra conseptum templi.*

pompatico favore. [De re cf. d'Orville. ad Charit. VI. 2. p. 513. *Favor* et *favere* proprie dici de applausu populi in theatris et circo, demonstrat Ruhnk. Dict. ad Suet. Caes. c. 11. p. 21., ubi cf. Hinc *adtollere favorem.* Dict. Cretens. III. 18. *quum a reliquis favor adtolleretur*, et IV. 20. *summo favore et laudibus ducem celebrant* et II. 52., ad quem locum cf. Deder. Gloss. p. 311. Met. X. p. 742. *cum summo favore careae*, Serv. ad Aen. V. 854. Gloss. Philox. p. 95. *favor συγχώρησις.*]

primitiae. Retinui ceterorum codd. lectionem, licet arridere videri possit aliis scriptura cod. Florent. 3. *primities*,

Digitized by Google

ante portam constitutus pabulum laetissimi graminis, quod in ipso germinabat aditu, libens affectabam; subinde curiosos oculos patente porta spectaculi prospectu gratissimo reficiens. Nam puelli puellaeque, virenti florentes aetatula, forma conspicui, veste nitidi, incessu gestuosi, graecanicam *saltaturi* pyrrhicam,

germinis f. *aditu* D. *additu* G. 1. *spreuli* G. 2. P. D. O. *curioso oculo* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Junt. 1. Ald. *prospecto* Vicent. Venet. 2. *prospiciens* O. in marg. al. *formae* O. *incestuosi* O. a m. p. *incestu testuosi* G. 1. *graecanico* G. 2. P. D. L. *graecanica* F. 1. 3. G. 1. O. R. f. p. d. In cett. *graecanicam*. *saltatur* F. 3. *saltatura* F. 1. *saltant* p. *saltentes* Vicent. In cett. *saltantes*. *Ipyrricam* F. 3. *hepirricho* G. 1. *ipirrica* L. *in pirrica* G. 2. D. *ypirrica* p. *pyrrhica* d. Ond. e suis excerptis G. 1. enotavit *pirricā*, G. 2. *in pirrica*. In cett. *pyrricham*.

quam ne probarem tria moverunt argumenta. Primum enim nuspiam alias haec terminatio in usu est veteribus, et exemplum non potest proferri, plurali numero terminationes *ae* et *es* inter sese esse commutatas, quod ad singularem tantum pertinuisse observatur cf. ad Met. V. p. 371. Tum *primities* quomodo in cod. Florent. corruptum sit, bene potest demonstrari. Quum enim *primitie* pro *primitiae* codd. ubique scribant, sequens vero vocabulum *spectaculi* S littera incipiat, haec perperam voci *primitie* adhaesit. Denique in ceteris ubi eadem invenitur locutio locis Apuleius prima semper usus est declinatione cf. Met. IV. p. 274. *renationis primitias dedi casse*. Met. XI. p. 765. *rudem dedicantes carinam primitias commeatus libant mei sacerdotes*; Apol. p. 519. De dogm. Plat. p. 183. De vocab. *dedicare* hac in re proprio cf. quae exponit Mazoch. Comment. in Mutil. Campan. Theatr. Titul. in Polen. Suppl. Thes. T. V. p. 593.]

florentes aetatula. [De *florentes* cf. Fea ad Horat. Epist. ad Pis. 62. nostri loci non immemor.]

forma conspicui, incessu gestuosi. [Non ineleganter dicitur *formae conspicui*, quod Oxon. praebet, et ex analogia aliorum adiectivorum cf. ad Met. VIII. p. 508. defenditur. Nihilominus hic librarii aberrationem censeo. Dein *gratiosi* coniecit Burm. in Anthol. Lat. I. p. 745. At cf. Gell. I. 5. *manus argutae et gestuosae* XI. p. 777. *gressu gestuoso*. De re cf. d'Orv. ad Charit. VI. 7. p. 547.]

graecanicam saltaturi pyrrhicam. [Nec *graecanico* nec *graecanica*, quae lectiones sunt optimorum codd., unquam probare se possunt. Erat qui utrumque adverbialiter dici posse pro *graecanice* opinaretur, qua opinione et ad sententiam et usum horum adverbiorum nihil potest dici perversius. Hinc *graecanicam pyrricam* retinui. *Saltaturi* emendavi ex lectione cod. Florent. 3. *saltatur Ipyrrhicam*, quocum etiam ceteri codd. faciunt: quod participium quum hic ferri non posse librarii putarent, quoniam pueri et puellae iam saltationem explicarent, *saltantes* ab iis depravatum est. Sed *saltaturi* erant, quum incedebant, et ordines disponebant. De accusativo *pyrricham* verbis *saltare* et *moveri* iuncto cf. Intt. ad Horat. Epist. II. 2. 125. Gronov. Diatr. Stat. T. I. p. 510. Hand. De *pyrrhica* saltatione omnium optime egerunt eiusque rationem descripserunt Argol. Comment. ad Onuphr. Panvin. de Lud. Circ. II. c. 2. in Graev. Thes. Antiqq. T. IX. p. 344 sqq.; Bulenger. de Circ. Rom. c. 38. ibid. p. 672. de Theatr. I. 51. ibid. p. 953. Vales. ad Ammian. XIV. 11. §. 3. Viscont. Mus. Rollem. T. IV. p. 57 — 70. ed. Mediol. Fronto Epist. ad Caes. I. 4. p. 10. Mai.: *Enimvero omnia istnec inter graecos versus latina ita scite alternata sunt a te et interposita, ut est ille in pyrrica versicolorum discursus, quum amicti cocco alii alii luteo et ostro et purpura, alii, aliique coherentes concursant*, qui locus ita emendandus est: *ut est ille in pyrrica versicolorus discursus, quum amicti cocco alii, alii et luto et ostro et purpura creti, alii aliique cohaerentes concursant. Creti* pro *discreti*; cf. ad de D. Socrat. p. 116. *Pyrrhica* scripsi ex auctoritate codd.

Digitized by Google

735 | dispositis ordinationibus decoros ambitus inerrabant, nunc in *orbem rotatum* flexuosi, nunc in obliquam seriem connexi, et in quadratum patorem cuneati, et in catervae discidium separati. At ubi discursus reciproci multimodas

dispositus G. 1. *ordinationes* f. *inhaerebant* δ. *rotatum* F. 3. G. 2. D. p. B. edd. vett. praeter Venet. A. et Paris. *rotarum* F. 1. G. 1. L. δ. f. edd. cett. usque ad Wower. *rotatim* P. φ. Wow. et seqq. *nunc etiam in oblig.* G. 2. P. D. *in aliquam seriem* f. *quod ratum in patorem* P. *partem* pro *patorem* Colt. Voss. *discidium* F. 1. 3. G. 2. O. P. D. p. f. δ. Elm. Scriver. In cett. *dissidium*. *separari* G. 2. D. *seperari* G. 1. *seperati* Vicent. *reciproce* G. 1. O. *multimodas* F. 3. δ. Vulc. 2. Elm. Scriv. Florid. *multimodos* D. *multimodes* G. 2. P. p. f. R. L. Colv. Vulc. 1. Wow. Prie. *multinodes* F. 1. edd. vett. ante Colv. *multimodis* G. 1. O.

cf. Mai. ad Front. l. c. Optime hanc saltationem describit Plat. de Legg. VII. §. 18. p. 815. Steph. Claudian. VI. Cons. Honor. 621 sqq.: ***Haec et belligeros exercuit area lusus. Armatos hic saepe choros, certaque vagandi Textas lege fugas inconfusosque recessus; Et pulchras errorum acies iucundaque Martis Cernimus . . . . . partitis inde catervis In varios docto discurritur ordine gyros, Quos neque semiferi Gortynia tecta invenci, Flumina nec crebro vincant Maeandria flexu. Discreto revoluta gradu torquentur in orbes,*** quae descriptio multis locis cum Apuleii accuratissime convenit. *Graecanicam* vir doctus interpretatur mollem et lascivam, de qua significatione vid. Casaub. ad Vulc. Gall. Avid. c. 5. p. 454. *Graecanicam* cur hanc saltationem dixerit Apuleius probat Barth. Advers. LI. 2. p. 2374.

in orbem rotatum. Iam Oud. coniecit legendum *in orbem, rotatum*, verba *glomerari, currere, redire* simil. *in orbem* passim dici apud veteres demonstrans, ut Ovid. Met. VI. 225. Sil. IV. 319. Claudian. l. c. 633. Aelian. de Animal. II. 11. de elephantis saltantibus εἰς κυκλὸν καὶ ἐπὶ στοῖχον ἴέναι. [Praeterea *in orbem* propter totius loci concinnitatem necessario reponendum esse putaverim, quia sequuntur: *in obliquam seriem, in quadratum patorem, in catervae discidium*, quae eadem flagitare etiam videtur, ut pro *rotatim* lectio codd. optimorum probetur *rotatum*, ut suum quodque substantivum adiectivum habeat. Hoc aeque dictum est, ac Met. VIII. p. 581. *in circulum rotantes*, ubi alterutrum superfluum esse apparet. *Rotatus orbis* est in *rotarum* more circumactus, quasi ita dicam tautologia non effugies sive *rotarum* s. *rotatim* legis, quae idem significant, quod *rotatum*. Procop. IV. s. f. de Totila: καὶ αὐτὸς ὑπερφυεῖ ὀχούμενος ἵππῳ παιδίαν ἐν μεταιχμίῳ ἐπαίζε τὴν ἐνόπλιον ἐπισταμένως. τόν τε γὰρ ἵππον ἐν κυκλῳ περιφαίσσων ἐπὶ θάτερά τε ἀναστρέφων κυκλοτερεῖς ἐποιεῖτο δρόμους.]

seriem connexi. [Hanc seriem *catenas* nominant; cf. Intt. ad Lucret. II. 631. *inter se forte catenas ludunt in numerumque exsultant.*]

discidium. *Dissidium*, quod animorum est, huc non convenit, sed *discidium* corporum, licet pessime crebro confundantur; cf. Apul. de Mund. p. 365. Solin. p. 7. *humi discidia*; p. 32. *mare discidio immittit orbis.* [cf. Burm. ad Prop. I. 11. 28. Buenem. ad Lact. IV. 30. §. 4. p. 563. et VII. 6. p. 890. Orell. ad Arnob. V. 6. T. II. p. 274. Addend. p. 472.]

multimodas ambages. De lectionibus *multinodus* et *multinodes*, quas aliquot codd. prae se ferunt, cf. Met. VIII. p. 584. *multinodis ictibus*; V. p. 357. *multinodis voluminibus.* Sed cum hae ambages non perpetuo connexae fuerint in nodum, sed et obliquae in longum et cuneatae in quadratum, immo in catervas divisae, patet clare, hic eam vocem admitti non posse. [*Multimodes*, quod multi codd. praebent, ideo defendi nequit quod, quantum equidem scio, adverbium tantum *multimodis* apud veteres in usu fuit, nec *multimodis* adiectivum, quod non fugisse videtur librarios codd. Guelf. I. et Oxon.; *multi-*

Digitized by Google

ambages tubae terminalis cantus explicuit, aulaeo subducto et complicitis siparis scena disponitur.

terminales L. *alveo* F. 3. G. 1. 2. O. P. D. p. f. d. edd. vett. praeter Venet. 4. Paris. in Colin. *albeo* F. 2. In cett. *auleo. complicitis siparis scena* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *subducto et complicito Paridis scena* G. 1. 2. O. P. D. d. (nisi quod in G. 2. est *complicato.*) - *complicitis sipariis scena* B. et reliquae edd. vett. *complicitis sipariis Paridis* Colv. et seqq. Elm. e. Scriver. uncinulis haec verba circumcluait. *sipharis Paridis f. sena* Vicent.

modis scribentes. cf. ad de Dogm. Plat. II. p. 244. Recte igitur Oud. probat lectionem *multimodas*, quae cod. optimo et usu Apuleii satis comprobatur; de Dogm. Plat. I. p. 194. *multimoda potestatum coitione.* Qui praeterea afferuntur loci plane aliter sunt legendi Claudian. de Nupt. Honor. 103. et Liv. XXI. 8. ubi cf. Dr.]

tubae terminalis. [*Terminalem* Apuleius hanc tubam nominat, quia primitias et ludicra certaminis finiret terminaretque, ut ait Lips. Saturn. II. 19. cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. Add. p. 745.]

aulaeo subducto. [cf. ad Met. I. p. 38. *Aulaeum* tollebatur actu vel fabula finita et demittebatur in planum, ut populus videret. Ex his vero duobus Apuleii locis cognosci potest, quam perversa sit sententia eorum, qui *aulaea* et *siparia* eadem esse pronuntiant, ut Calliach. de Lud. Scen. Mim. et Pant. c. 2. in Saleng. Thes. Antiq. Nov. T. II. p. 717. Praeterea distincte Apuleius *aulaeum* nominat *tragicum*, *siparium* vero *scenicum*, alterum dicit *dimoveri s. subduci*, alterum *complicari*. Hic error profectus est ex sententia veterum grammaticorum ut Donat., qui in Proleg. ad Terent. haec profert: *Aulaea quoque in scena sternuntur, quod pictus ornatus erat ex Attalica regia Romam usque prolatus, pro quibus Siparia aetas posterior accepit. Est autem mimicum velum, quod populo obsistit, dum fabularum actus commutantur*, quae tamen verba cum Calliach. l. c. non ita intelligo, ut *aulaea* et *siparia* eadem esse contendam, sed *aulaea*, quae prius in usu fuerant, commutata fuisse posteriore tempore cum sipariis. Fest. p. 261. Lindem. *Siparium quo in scenis mimi utuntur, dictum ait Verrius a velamento, quod vocetur alias aulaeum*, cui glossae laceratissimae quanta fides habenda sit intelligitur, nec dubito, quin apud Fest. p. 150. pro *siparium genus veli mimicum* vel *minutum* vel *nauticum* legendum sit ex Isidor. XIX. 3. 4. De *aulaeis* plura dabunt Fea ad Horat. Epist. ad Pison. 154. Intt. ad eiusd. Epist. II. 1. 189. Alii aliter inter utrumque discernunt. Ita Rupert. ad Iuvenal. VIII. 185. *siparium* nominari velamentum mimicum, quod scenae in comoediis obtenta fuerit, *aulaeum* in tragoediis existimat, ad locos provocans Apuleii et Senec. de Tranquill. XI. §. 6. *quotiens mimicas ineptias et verba ad summam caveam spectantia reliquit, inter multa alia cothurno, non tantum sipario fortiora.* Facciol. in lexico Forcell. *siparium* interpretatur velamentum parvum, quod populo obstiterit, dum actus commutati fuerint, *aulaeum* vero, quod scenam claudat: quam sententiam unde collegerit non video. Σίφαρος, unde hoc vocabulum petendum est, apud Graecos significat τὸ ἱστίον τὸ ἐν τῇ πρύμνῃ κρεμάμενον. Hinc Arrhian. Epictet. III. 2. βυθιζομένου δὲ τοῦ πλοίου, σύ μοι παρελθὼν ἐπαίρεις τοὺς σιφάρους εἶδος αὐλοῦ i. e. suppara summis velis annectis, de quo loco conf. est Mai. ad Fronton. Epist. ad Anton. I. 2. p. 146. εἶδος αὐλοῦ (αὐλείας?) genus tibiae explicans, quum accuratius significet: ad similitudinem tibiae, qua forsitan erant ista siparia. Quantum colligere licet, *sipariis* usi sunt nautae, quando summa erat malacia eaque praeter cetera vela summo malo adnexa; cf. Isidor. Origg. l. c. et Lucan. V. 428. Tertull. Apolog. c. 16. vexillorum et cantabrorum *siparia* commemorat. Parva ea fuisse

Digitized by Google

CAPUT XXX.

Erat mons ligneus ad instar inclíti montis illius, quem vates Homerus
736 Idaeum | cecinit, sublimi instructus fabrica, consitus viretis et vivis arboribus, summo cacumine de manibus fabri fonte manante, fluvialis aquas eliquans

ydeum G. 1. *sublimis* p. *d*.—Hoc vocabulum desideratur in P. *fabula* Bas. 1. *virectis* F. 3. G. 1. p. ed. pr. Vicent. *virentis* L. *directis* Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. cf. ad Met. IV. p. 238., ubi *virectum* perversam orthographiam esse demonstratum est. *et vivis arboribus summo cacumine* in G. 1. et O. desiderantur, qui praeterea legunt, omisso *manante*, *fontis fluvialis aquas*. *fluviales* G. 2. D., Pric. Scriv. Florid. *fluvialis* cett. codd. et edd. vett. et recentt. *aqua* p. *aliquans d*.

idem Isidor. testatur, hincque putaverim *siparia* minora fuisse velamenta, quae summis aulaeis ob ornamentum aliamve caussam addita erant, quumque illa deponebantur, contracta et complicita sunt. Picta et ornata illa erant, unde *siparia* explicari possunt tribunalium, quae a Quint. VI. 1. 32. et 3. §. 72. commemorantur. Nam *aulaea* non ad tragoediam tantum, *siparia* ad comoediam referri posse, demonstrant loci Apuleii; priori enim, ubi de sceleribus veneficae sermo est, non conveniret vox *siparium*, hic vero *auleum* repugnaret, quum pantomimus agatur. Praeterea adiectivum *scenicum* plurimi momenti est, ex quo ad omne genus ludorum scenicorum id pertinere elucet, *tragicum* vero *auleum* Apuleius nominat, non quia tragoediae proprium sit, sed quia quam nunc obtegit scena mere tragica est. Si *auleum* tragoediae tantum fuisset, *tragicum* superfluum esset, nec minus magnopere errant, qui *scenicum* per *mimicum* explicant. Facciol. vero interpretatio eo ferri nequit, quia *aulaea* et *siparia* ab initio fabulae una movebantur, ut aperte Apuleii loci vindicant. In comoedia igitur et tragoedia et mimis utroque usi veteres videntur, quia alterum ab altero seiungi nequit. Ad magnitudinem igitur et formam diversa erant, neque vero ad usum in diversis fabularum generibus. Nec obstat locus Senecae, qui *siparium* dicere poterat, ubi non de pantomimis intelligo, sed de ipsa tragoedia, ut *siparium* minus sit cothurno. *Siparium* nec *sipharium* auctoritate optimorum codd. scripsi; cf. Mai. ad Frontoo. l. c., qui tamen *sipharium* praefert, itemque *siparis* ex Mss. Florent. 3. et codd. vetustissimis retinui, quam lectionem munit locus Fronton.: *et quamquam non semper ex summis opibus ad eloquentiam velificaris, tamen sipharis et remis tenuisse iter.* — *Paridis* quod pro *siparis* in multis codd. legitur, nihil nisi corruptio est genuinae huius scripturae. De eius generis pantomimis veterum locos collegit Lessing. in Dissert. de Pantom. vett. §. 12. T. XXIII. p. 198 sq. edit. in 16.]

Cap. XXX. *erat mons.* [De hoc pantomimorum apparatu cf. Calliach. de Lud. Scen. c. 13. in Saleng. Nov. Thes. Antiq. T. II. p. 755 sq. et Lips. de Amphit. c. 10., qui nescio unde *tabula* legit, nisi typothetarum illud vitium est pro *fabula*, quod in Bas. 1. extat.]

vivis arboribus. [De voc. *vivis* pro *viridis* cf. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. VII. 77. et X. 166. Elm. excitat Stat. Theb. VI. 362. *quo fonte immensum virat mare*, ad quem locum Schol.: *Ostendit poeta vivum et viva posse dici ea, quae neque anima neque spiritu moventur et viva aqua perennis.*]

summo cacumine de manibus fabri fonte manante fluvialis aquas eliquans. Hic locus quum omnibus interpretibus suspectus esset, multifariam eum emendare conati sunt. Pricaeus corrigit: *de summo cacumine manibus fabri fons fluviales aquas eliquans*, ut artificem laudare voluerit Apuleius ut Met. II.

Digitized by Google

Capellae pauculae tondebant herbulas, et in modum Paridis Phrygii pastoris

pauculae capellae p. *frigi* G. 2. D. *frigidi* G. 1. *phirii* Paris. *pristygii* ed. pr. Vicent. Venet. 2.

p. 92. *in quo summum specimen operis fabrilis egregius signifex prodidit.* At sic deest verbum, quo referatur *fons* et *manibus fabri.* Insulsa esse pronuntiavit Heins. ad Ovid. Fast. IV. 761., qui legit: *consitus summo cacumine, de canalibus labri fonte manante et fluviales aquas eliquans.* Recte tamen monet Oud., *summo cacumine* Heinsium perperam ad *consitus* referre, in quod vitium contra Oud. mentem etiam Ruhnken. incidit, quia montem non verisimile sit tantum in cacumine viretis consitum fuisse, sed etiam undique in iugo, nec intelligi posse, cur *et* addiderit, retinens *eliquans.* Hinc ipse putat ab auctore relictum: *de summo cacumine, canalibus labri fonte manante, fluviales aquas eliquans*, comparans locum Met. VI. p. 405. *saxum mediis e faucibus lapidis fontes evomebat, qui foraminis lacunis editi et angusti canalis tramite ..... proserpunt;* et infra p. 747. *de summo montis cacumine per quandam latentem fistulam prorumpit vino crocus diluta.* Magis tamen inclinat in sententiam, verba *manibus fabri* a librariis vel lectore ad marginem libri adsuta in textum irrepsisse et reliquisse auctorem: *de summo cacumine fontem, manantem fluviales aquas, eliquans*, quamvis vel sic *canalibus labri*, de quo consulatur Heinsius, retinere quis posset; Met. IV. p. 247. *de summo vertice fons affluens bullis ingentibus scaturribat et evomebat undas argenteas*, ut constructio sit: *mons eliquans fontem, manantem aquas. Eliquare* esse puras et liquidas aquas emittere per fontem canalibus manantem, dicit Oud. comparans Tertull. de Pall. 3. p. 115. *tractu prosequente filum eliquat* [cf. advers. Marc. I. 4. p. 367. Rigalt. *in unum necesse est summitas magnitudinis eliquetur*, Met. I. p. 13. *incommodum alvi eliquaret.*] De *manare* active dicto Oud. confert Sanct. Minerv. III. 3. V. *mano*, Heins. ad Ovid. Met. VI. 312. *ubi fixa cacumine montis liquitur et lacrimas etiam nunc marmora manant.* [ad q. l. cf. Bach. Peerlk. ad Horat. Od. I. 17. 16. Iutt. ad Iuven. VI. 623. ad Horat. Epist. I. 19. 44. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 10. et 173. II. p. 696. ad Propert. I. 3. 7. Ego locum sanum esse putans ita construi velim: mons summo cacumine fontes fluviales eliquans de manibus fabri fonte manante i. e. mons qui in cacumine aquas emisit fluviales per manantem fontem artificiose a fabro factum, vel per fontem fabri arte manantem: nam *de manibus fabri* verba glossam librarii vel lectoris esse vix crediderim ob *de* praepositionem, quam iste non posuisset, sed potius ablativum simplicem vel *per*. *De* enim pro *per*, quando intelligitur id, unde aliquid exeat aut unde aliquid capiatur, non ita frequens est, et Apuleio prae ceteris usitatum; cf. ad Met. IV. p. 186. *de vindicta solatium date.* De *manus* pro *arte* cf. ad Met. III. 201. *totasque artis manus.* Attamen negandum non est, Oud. emendationem *fontem manantem* quippe facillimam sententiaeque convenientem quam maxime placere. Haec enim ablativorum cumulatio molesti quid et ieiuni habet. Modo cave, ne *de manibus fabri* eiicias.]

capellae pauculae. Alii aiunt *oves*, alii *tauros.* Vide monumenta eius fabulae in lapidibus, nummis, gemmis apud Dr. ad Sil. p. 437. et quos citat. item Sponium Recherches Curieuses Diss. 17., ubi male ex *ove* vel *capella* facit glirem. Capellas etiam vaccis iungit Lucian. in Dear. iud. T. I. p. 256. 259.

Paridis. Verba *Phrygii pastoris* Scriver. uncinulis inclusit. Oud. mavult *Paridis* vocab. deleri, ut e glossa natum et merum interpretamentum verborum *Phrygii pastoris.* Nunc enim Apuleium modo proponere rerum hominum-

Digitized by Google

barbaricis amiculis humeris defluentibus, pulcre indusiatus adulescens, aurea
737 tiara contecto capite, pecuarium | simulabat magisterium. Adest luculentus puer

in barbaricis edd. vett. *defuentibus* F. 3. *inclusiatus* Vicent. Venet. 2. *puelle pulchre* L. f. d. *humeris* non est in L. *adulescens* F. 3. G. 1. edd. inde a Colv. In cett. *adolescens*. *magistrum* G.

que figuras, e quibus mox concludat, quis ille pastor Phrygius fuerit, quemque designaverit. [Sed tum necessarium erat, aliquid additum esset, quo nomen huius pastoris intelligeretur. Nam in seqq. idem fit. Praeterea non semper figuras hominum proponit, inde eorum personas colligens, ut Oud. voluit; sed p. 738. dicit: *Insequitur puella vultu honesta in deae Iunonis speciem similis*, et tum demum sequuntur, ex quibus Iunonem eam feminam esse effecerit. Suo igitur loco *Paridis* retinendum est.] Figuram Paridis vide in statua, cuius meminit Montfauc. Diar. Ital. p. 41. et in Gemma Medic. p. 356. ac Mus. Florent. Gorii.

barbaricis amiculis. Lectionem *in barbaricis amiculis*, quae in solis edd. veteribus ante Colvium reperitur, Oud. defendit et ex more Apuleii saepius *in* praepositionem per pleonasmum ponentis, conf. Met. XI. p. 754. *in udis ignibus nutriens*, de qua sententia perversissima vide ad h. l., et ex dictione *in vestibus esse* et simil., de quibus comparat dictat. ad Suet. Caes. 6. Broukh. ad Propert. IV. 2. 28. Hanc vero non modo ita simpliciter dici, sed addito etiam participio, ut Ovid. Met. V. 328. *formatus Libys est in cornibus Hammon*, ad quem loc. vid. Burm. Heins. ad 546. *fulcis amicitur in alis.* [Quae vero istarum locutionum ratio sit, Oud. minime intellexit; quod ni ita esset, tam diversa inter se non commiscuisset. De *in* praepositione hac ratione usurpata saepius iam dixi. De dictionibus *in vestibus, in armis esse* aliis cf. Duk. ad Flor. I. 1. 15. Dr. ad Liv. IX. 37. §. 5. ad Sil. II. 132. Sillig. ad Virg. Cir. 251. Intt. ad Virg. Aen. IV. 517. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. VIII. 313. *Barbaricis* hic pro *Phrygiis* dictum esse probat nexus sententiarum. *Phryges* enim et *barbari* apud veteres iidem sunt, cf. Iahn. ad Ovid. Met. XIV. 574.; de qua significatione accuratius dicam ad Florid. p. 11. *Phryx cetera et barbarus.*] Pro *humeris* Oud. sine caussa praefert coniecturam suam *humero*, cf. Met. XI. p. 804. *humeris dependebat chlamyda*, et quum *humeris* non ineleganter deesse putet cod. Oxon., emendat *diffluentibus* i. e. laxis, non cinctis amiculis. *Pulcre induisiatus* Voss. propter lectionem cod. Lips. *puelle pulchre* divinavit ad libri sui marginem e glossa interlineari irrepsisse, atque *duelle* legit ἀγχαιῶς pro *belle*, de quo vocab. vid. Scalig. ad Fest. V. *Bos.* p. 208. et Intt. ad *duellum* p. 396. Lindem., Commentt. ad Quint. I. 4, §. 15. Oud. vero quum totus sententiam Voss. amplexetur, tamen in voce *duelle* offendit, cuius idoneam magis auctoritatem desideret. Hinc ipse emendat *bellule*, quod saepius apud Apuleium legatur; cf. Met. V. p. 380. *aetatem portat bellule*; X. p. 707. *bellule suffarcinatus* saep. [Attamen ob unius cod. saepius mutilati et interpolati lectionem ceterorum codd. auctoritatem non everterim. Nescio qui factum sit, at locum hunc legens semper in memoriam mihi venit locus Met. II. p. 138. *pueri pulcre indusiati*, ubi nonnulli codd. *puellae* item contra loci sententiam intrudunt. Ceterum non sine caussa *pulcre indusiatus* addit Oud.; quod locis veterum Helenam potissimum splendidissimis Paridis vestibus acuque pictis exarsisse demonstratur; cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 103. et in Add. p. 724.]

simulabat magisterium. [cf. Intt. ad Ovid. Met. VI. 80. ad Horat. Epist. II. 1. 241. et ad Iuvenal. II. 3. Est enim *reddere* et omnibus suis partibus aliquem imitari. *Simulo* qui scribere volunt, ego sequi nequeo.]

Digitized by Google

nudus, nisi quod ephebica chlamyda sinistrum tegebat humerum, flavis crinibus usquequaque conspicuus, et inter comas eius aureae pinnulae cognatione simili sociatae prominebant, quem caduceum et virgula Mercurium indicabant. Is

nudus desideratur in Bas. 1. *ephebia* Iunt. 1. Ald. *clamida* G. 2. D. ut *clamide* cod. Guelf. 1. 2. Mart. Capell. I. §. 67. p. 109. *donica* G. 1. *chlamyde* L. R. f. *degebat* G. 2. *usque qū* f. *areae* δ. *premulae* f. *societate* Iunt. 1. 2. Ald. Bas. *sorietae* p. *sonate* G. 1. *praeminebant* f. haud recte. *caducaeum* F. 3. *caducum* Venet. 4. *emrehurium* G. 1.

luculentus puer nudus. [Forsitan ita emendandus est locus Albric. de Deor. Imag. VI. p. 905. de Mercurio: *Erat eius signum homo puerus* vel *nudus. Homo* est in universum *mas*, ut saepius apud Albric. c. 9. 10. Ita *homo nudus* de Neptuno c. 16.]

chlamyda. Amat Apuleius hanc vocem latina terminatione exprimere, ut Met. XI. p. 804. *humeris dependebat chlamyda*, Florid. p. 52. *chlamyda velat utrumque brachium;* Varr. apud Non. p. 539. ed. Merc. (cf. Munk. ad Fulgent. p. 598. ed. Staveer. Plum. ad Pers. Sat. VI. 46.) De *ephebica chlamyde* Oud. comparat dict. ad Suet. Tib. 6. d'Orv. ad Charit. IV. 3., [quibus adde Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 5. p. 23., qui excitat Locell. ad Xenoph. Ephes. p. 157. Iacobs. ad Anthol. Graec. I. 1. p. 24. Anecd. Hemsterh. p. 219. ed. Gell. Ovid. Met. II. 735., quique ad h. l. ex multis veterum locis et tabulis demonstrat, in plurimis imaginibus Mercurium tantum chlamyde fuisse tectum, ut ex Montf. Ant. Expl. I. tab. 68. 71. 73. Mercurii descriptionem habes apud Virgil. Aen. IV. 557 sqq.]

pinnulae. Notandum, hic Mercurio non dari petasum, cui alii, qui Mercurio aeque alas in capite atque in pedibus *talaria* tribuunt, unde etiam *alipes* vocatur, adplicant istas pennas, non vero comis inserunt. Sed tamen saepe quoque intecto capite visitur in numnis; cf. I. Gron. Praef. ad August. gemmas. [De *petaso* Mercurii cf. Intt. ad Arnob. VI. 12. T. II. p. 370. Orell.]

caduceum et *virgula.* Quia vulgo *virgam* dicant scriptores et Ovid. Met. I. 673. eam pedo pastorali comparet, demtis scilicet serpentibus, ad haec *caduceum* iam dixerit Apuleius, existimat vir doctus in Miscell. Observ. Vol. VII. p. 291. *et virgula* pro glossemate delenda esse, sicut etiam Sopingio visum fuit. Quin idem censet, vulgo male pingi caduceum ut parvum baculum. At ei sententiae ita Oud. adversatur: „Sed ex loco Ovidii nullum de vera caducei s. virgae *anguiferae* vel *litui* cf. Serv. ad Virg. Georg. III. 183. magnitudine argumentum deduci potest, cum totus deus ibi in pastoris speciem cum omni habitu sit reformatus. Immo audiamus Hygin. Astron. II. 7. *Ab eo* (Apolline) *virgulam quamdam muneri accepit, quam manu tenens Mercurius cum vidisset duo dracones inter se coniuncto corpore, virgulam inter utrumque subiecit.... Quo facto eam virgulam pacis caussa dixit esse constitutam.... Nonnulli etiam cum faciunt caduceos, duo dracones implicatos virgula faciunt.* Isidor. Orig. VIII. 11. §. 47. *Virgam tenet qua serpentes dividit..... unde et legati caduceatores dicuntur.*“ Nihilominus Oud. quicquam contra Mss. expungendum esse negat, et *caduceum* et *virgulam* explicanda per creberrimam figuram *ἐν διὰ δυοῖν* pro *caducei virgula.* Neque enim praeter caduceum habuisse aliam virgulam. [Ita vero explicari haec verba nequeunt; quis enim unquam dicet: *caducei virgula*, quum unum idemque utrumque dicatur significare. Nisi inter caduceum et virgam Apuleius distinxerit, de quo adhuc dubius sum. *et* pro *id est* explicative est positum, de quo usu cf. ad Met. VII. p. 462. Videtur discriminasse Apuleius; cf. Met. XI. p. 775. et 776, ubi *palma* et *caduceus* inter Mercurii signa iunctim nominantur. Ita depingitur Mercurius in effigie, quam Kopp. inseruit ed. Mart. Capell. p. 229., ubi vide. cf. Albric. de Imag. VI. p. 905. ibique Munker.]

Digitized by Google

saltatorie procurrens, malumque bracteis inauratum dextra gerens, qui Paris videbatur porrigit, quid mandaret | Iupiter nutu significans, et protinus gradum scitule referens e conspectu facessit. Insequitur puella vultu honesta, in deae Iunonis speciem similis: nam et caput stringebat diadema candida; [254] ferebat et sceptrum. Irrupit alia, quam putares | Minervam, caput contecta fulgenti galea, et oleaginea corona tegebatur ipsa galea, clypeum attollens, et hastam qualiens, et qualis illa cum pugnat.

bracteis G. 2. P. D. L. *dextra* F. 3. *d.* Colin. Bas. 1. Beroald. In cett. *dextera*. *ei*, quod ante *qui* aliquot codd. et edd. omnes habent, non est in F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. f. p. *d. qui mandaret* p. *quae mandaret* edd. ante Colv. *manderet* G. 1. *sacrificans* O. *et protinus* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. p. *f. d.* et edd. vett. usque ad Colv. In cett. *et* abest. *gradum* F. 1. 3. G. 1. 2. O. D. L. R. *f. d.* Elm. Scriv. In cett. *gradus*, quam lectionem corruptam puto ex scribendi ratione *gradū scitule*, S littera praecedenti vocilae adhaerente. *situle* G. 1. *citule* edd. vett. Colv. Vulc. 2. Scriv. Pric. *et conspectu* G. 2. *inde iuvenis* pro *in deae Iunonis f. specie* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. In cett. *speciem. stirgebat* G. 2. (non *strigebat*, ut in Oud. excerptis erat.) *diadema candidum* F. 2. L. *d.* Verba *stringebat* usque ad *contecta* non sunt in p. *irrupuit* Bas. 1. vitiose. *capite* L. *oleagina* P. Venet. 4. et Bas. 1. *oleaginia* Iunt. 2. *gallea* G. 1. *clippeum* G. 2. D. *hasta d. equalis* p. *d. compugnat* p. *d.* P.

bracteis inauratum. cf. Heins. ad Ovid. Art. III. 232. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 616. [Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 75. p. 119.]

nutu significans. [Argolius in not. ad Onuphr. Panvin. de Lud. Circ. II. 19. in Graev. Thes. Antiq. IX. p. 467. haec de hoc loco exponit: Locutio ista sine voce digitis tantum tractata nullo schemate magis, quam Apuleianae fabellae Met. X. opere tractatur: p. 740. *nutibus honestis*; p. 742. *intorto genere gesticulationis*; p. 745. *respondere gestibus*]

gradum scitule. [cf. Met. VI. p. 383. *dirigit citatum gradum*; VI. p. 405. *gradum celerans*; Florid. p. 100. *relevant gradum. Gradus* plurali numero semel dixit Florid. p. 73. *dignitatis gradus* et Met. XI. p. 790. significatione graeci voc. βῆμα. At ubi *gressum* significat Apuleius semper singularem usurpat. Ita *gradum ferre* cf. Cort. ad Lucan. II. 248. *Citule* cum Oud. e latinitate exturbo; *scitule* enim maiestati Iunonis magis convenit.]

in speciem similis. Similis pro glossemate habet Scriver., insuper eos interpretes vituperans, qui *in specie* praeferunt. *Similis* voce quamquam carere possimus, tamen contra codd. agere non audeo; cf. Met. I. p. 61. *in speciem placidae paludis.* Oud. ordinem verborum transponit ita legens: *in speciem Deae Iunoni similis*, quod comprobare neutiquam possum.

stringebat diadema candida. [De terminatione *diadema, diademae* cf. quae exponit Voss. Arist. T. II. p. 655. et 656., ibique Eckst. et ad Met. IV. p. 282. V. p. 340. De Iunonis *diademate* cf. Mart. Capell. I. §. 67. *Iuno vero tecto capite lacteo quodam calumnate praenitebat, cui gemmis insitum diadema pretiosis.* Albric. de Imagg. XI. p. 918. ibique Munk.]

caput contecta oleaginea corona. [cf. Albric. XIII. p. 913., ubi falso legitur: *cuius caput viri decinctum circumcrat*, pro quo legendum: *cuius caput olivae vinctum circumerrat.*]

clypeum attollens, hastam quatiens. [cf. Albr. l. c. et Kopp. ad Mart. Capell. VI. §. 569. p. 484.]

Digitized by Google

CAPUT XXXI.

Super has introcessit alia visendo decore praepollens, gratia coloris ambrosei designans Venerem, qualis fuit Venus, cum fuit virgo, nudo et intecto corpore perfectam formositatem professa, nisi quod tenui pallio bombycino inumbrabat specta-

has abest a P. *viscendo* G. 2. D. *visi* P. teste Oud. *vi viscendo* G. 1. *de colore* L. *et praepollens d.* Rubnk. (In G. vero neutro copula addita est, ut falso Oud. e suis excerptis enodavit, utrum indigitaret non indicans. *ambrosii d.* et plures Mss. teste Oud. In aliis ut in edd. vulg. *ambrosei*, quam scripturam omnes codd. mei et edd. vett. praebent. Aberratio frequentissima est. *qualis sum* p. Suspecta Oud. est vox *Venus*, unde auctorem *qualis fuit virgo* tantum dedisse autumat, quamquam ipse suadet nihil innovari. Sed mera haec est Oud. allucinatio, quod cuique persuadebitur, qui accuratius loci sententiam consideraverit. *Et* ante *intecto* non comparet in *d.* Cave tamen ne hinc putes, unam vocem hic e glossa natam. cf. ad Mel. III. p. 211. *intecti atque nudati bacchamur in Venerem. vibrabat* G. 1.

Cap. XXXI. [*visendo decore.* Oud. qui cod. d'Orv. lectionem *et praepollens* probat, totum locum ita distinguit: *Introcessit alia visendo decore, et praepollens gratia coloris ambrosei, designans Venerem;* cf. d'Orv. ad Charit. I. 1. p. 205. ed. Lips. Equidem ceteros codd. secutus sum, qui omnes *et* particulam idque loci sententiae aptius omittunt. Accuratius enim ita singulae enuntiationis partes inter se connectuntur, quum altera lectione comprobata *designans Venerem* verba nude nimis ponantur. *Visendo decore* est spectabili pulchritudine; cf. Florid. p. 32. *non minus cultu visendus, quam elaboratu mirandus;* p. 51. *adolescens est visenda pulchritudine.*]

gratia coloris ambrosei. Rursus Pricaeus emendabat *coloris rosei,* perpetuo Venerei corporis epitheto, comparans Virg. Aen. II. 593. *roseoque haec insuper addidit ore,* ubi Servius: *pulchro, perpetuum Veneris epitheton;* Apul. Met. IV. p. 307. *plantis roseis.* [*Ambrosius* vero hic eadem ratione dictum est, qua apud Mart. Capell. I. §. 116. p. 157. Kopp.: *Et iam tunc roseo subtexere sidera peplo, Coeperat ambrosium promens Aurora colorem* de pudoris colore; quicquid enim pulchrum, quicquid divinum significat; Oud. ex Met. VIII. p. 534. *odor cinnameus ambrosii corporis* emendat *praepollens gratia corporis ambrosei,* quod propter antecedentia verba *visendo decore,* ne ad codd. auctoritatem respicias, vix probabile videtur.]

nudo et intecto. [*Nuda* describitur Venus, quae libidinem videntibus incutiat; cf. Arnob. VI. 25. *et ad libidinem concitans Venus nuda;* Theodoret. Serm. III. de angel. et daem. T. IV. p. 520. *Ἀφροδίτην τὴν τούτων διδάσκαλον γυμνὴν καὶ οἱ ἀνδριαντοποιοὶ καὶ οἱ ἀγαλματογλύφοι κατασκευάζουσι καὶ οὐδὲ χιτωνίσκῳ καλύπτουσι. Nudi* enim saltabant cinaedi et pantomimi, ut spectantium libidines suscitarent; cf. Cyprian. Epist. CIII. *Ecce tibi alter nudus saltat, alter orbem aeneum contentis in aërem viribus iactat.* Plura de hac obscenitate vide apud Bulenger. de Theatr. I. in Graev. Thes. Antiqq. T. IX. p. 942. Munk. ad Fulg. Mythol. II. 4. p. 670.]

bombycino. [Martial. VIII. 67. *Femineum lucet sic per bombycina corpus;* Senec. Epist. 90. 115. 123. Lucan. I. 163. Petron. Sat. 119. Salm. ad Tertull. de Pall. p. 226. Intt. ad Juven. VI. 259 sq. VIII. 101. Clemens. Paedag. II. X. *τῶν κατεαγότων τούτων τῶν δὲ τὴν κιναιδίαν τὴν ἄφωνον ἐπὶ τὰς σκηνὰς μετιόντων ὀρχηστῶν ἀποῤῥέουσαν εἰς τοιοῦτον ὕβρεως τὴν ἐσθῆτα, οἷς οἱ ἐπιμελεῖς στολισμοὶ καὶ τῶν χρασπίδων ἐναπαιωρήσεις καὶ τῶν σχημάτων οἱ περίεργοι ῥυθμοὶ βλακείας μικρολόγον ἐπισυρμὸν ἐμφαίνουσι.* Plura vide ad Met. VIII. p. 579. de Gallis, qui bombycinis iecti erant, libidinem excitatum.]

Digitized by Google

739 bilem | pubem. Quam quidem laciniam curiosulus ventus satis amanter nunc lasciviens reflabat, ut dimota pateret flos aetatulae, nunc luxurians aspirabat, ut adhaerens pressule membrorum voluptatem graphice liciniaret. Ipse autem

et quidem G. 2. P. D. *equidem laciniam* G. 1. (non *quae quidem.*) *laciviam* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *miro lasciviens reflebat* pro *nunc lasc. reflabat* L. *lasivia* ex B. profert Elm. in Mod. coll. nil varietatis enotatum est. *reflagrat* G. 2. D. *refragnat* P. cf. ad Met. II. p. 92. *veste reflatum. dimoto* G. 1. 2. D. *pareret* G. 2. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. L. f. Wow. Pric. Ruhnk. *praestaret* G. 1. In cett. *pateret. et atule* Vicent. *et nunc* δ. *luxuriam* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *grasice* G. 1. *gratifice* O. L. δ. π. *liciniaret* F. 2. 3. G. 1. 2. O. p. f. δ. L. teste Colv., quem tamen a m. tantum pr. habere asseverat Oud. *laciniaret*, quod exstat in D. et edd. vett. usque ad Colv. *lacinaret* P. teste Oud.

pateret. [Discrepant libri inter lectiones *pareret* et *pateret*, quarum posterior Oud. eo videtur esse improbabilis, quia hoc vocab. tum tantum locum habeat, quando mulier se ultro dare velit nec coitum renuat. *Patere* vero quamquam de iis saepius dicitur pueris et puellis, qui lascivientes excipiunt, cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 563., ubi eadem est lectionis diversitas, tamen saepius de pudendis usurpatur, quae longo usu extenduntur. Ita Mart. III. 72. *aut infinito lacerum patet inguen hiatu*, II. 105. *Aut mihi nulla satis nuda puella patet*, cf. Burm. ibid. p. 525. Hinc puto, Veneris *patere* pubem non sine consilio dixisse Apuleium, ut eius lasciviam exprimeret, quae diu multos viros passa esset. Ita dicit Arnob. VI. 12. *consecutum est, ut in deorum corporibus lasciviae artificum luderent.... Venus nuda et aperta, tamquam si illam dicas publicare, divendere meritorii corporis formam*, unde efficitur, *patentibus* pudendis Venerem a statuariis esse depictam. Hoc idem mihi significare videtur corruptela cod. Guelf. 1. *praestaret* i. e. prostaret, quam explicationem genuinae scripturae esse existimo. *Flos aetatulae* est ὥρα, quam Arnob. expressit *formam corporis* cf. Herald. ad h. l. De voce *parere* Apuleio non inusitata cf. ad Met. I. p. 51. V. p. 325.]

adhaerens pressule membrorum voluptatem graphice liciniaret. [De re comparat Pric. Suid. διαφανῆ χιτώνια· οὐ τὰ λαμπρὰ ἀλλὰ τὰ ἰσχνά, διὰ ὧν διαφαίνεται τὰ τῶν γυναικῶν σώματα; Clem. Paedag. II. 10. οὐκ ἔτι σκέπη ἡ ἀβροδίαιτος ἐσθὴς ἐστί, τὸ σχῆμα τῆς γυμνότητος κρύπτειν μὴ δυναμένη· περιπίπτουσα γὰρ ἡ τοιαύτη τῷ σώματι προστυποῦται αὐτῷ ὑγρότερον καὶ προσαναπλάττεται σαρκικῶς ἐμφῦσα τῷ σχήματι καὶ τὸν τύπον ἐκμάττεται τῆς γυναικός, ὡς οὐχ ὁρῶντι τὴν ὅλην τοῦ σώματος εἶναι φανερὸν διάθεσιν.] Primum pro *membrorum voluptatem* Salm. in Plin. Exerc. p. 5. legi vult *membrum voluptatis* s. feminae, quod sine dubio intelligi nemo non videt. Pricaeus vero coniecit: *membrorum venustatem.* Perperam uterque. *Voluptas membrorum* sumi potest pro membris ipsis voluptuosis et gaudia parientibus, quod hypallages genus est usitatissimum prae ceteris poetis. Similia vide apud Gronov. ad Stat. III. 4. *fucare gaudia formae.* Passim *membra* in plurali dici de genitalibus utriusque sexus notissimum est. [cf. ad Met. V. p. 330. II. p. 105. *Steterunt et membra, quae iacebant ante*, Hygin. fab. 184. p. 305.] De *graphice* cf. Met. VIII. p. 578. Atque per hoc adverbium clarissime patet, noluisse hic auctorem simpliciter membrorum tegumentum vento adspirante indicare, adeoque male Wow. et Elm. verbum *liciniaret* explicuisse: obvelaret veste retorta ad corpus (rectius Beroald. *inflexu laciniae inumbraret.* Lib. II. p. 130.: *glabellum feminae potius obumbrans quam tegens*), sed vento adspirante pressule adhaerentem Coam vestem bombycinam lucidamque lascive expressisse pubis formam; ut Salmasius, Gronov., Pric. interpretati sunt, legentes: *liniaret.* — Videratque verum

Digitized by Go

color deae diversus in speciem, corpus candidum, quod coelo demeat, amictus caerulus, quod mari remeat. *Iam singulas virgines, quae deae putabantur,

diversus F. 3. G. 1. 2. P. D. O. R. γ. δ. Wow. et seqq. In cett. *divisus* praeter Venet. 4. et Bas. 1. quae habent *deae visus*. *color dei visus* Stewech. *coelum* F. 1. 2. *amictus* F. 1. 2. 3. G. 1. 2. P. O. R. p. f. δ. B. edd. vett. usque ad Colv. In cett. abest. *caerulus* F. 2. 3. G. 1. 2. P. O. R. p. f. δ. edd. vett. praeter Iunt. 2., quae habet *caeruleus*, usque ad Colv. In cett. *caerulum* vel *caeruleum*. *qui mare remeat* β. M. Bas. 2.

sensum iam Vulcan. edens *laciaret*, margini dein adlevit *delinearet*. *Liciniaret* Wower. qui intorto et implexo volumine obvelaret explicat, significationem vocis ita exponit: *Licium* μίτος, inde *licinus* μίτινος, hinc *coma relicina*. Florid. p. 13. et p. 26. A *licio* igitur *licinies* et *liciniare*, Apuleio obtegere: Beroald. praefert *laciniaret*, ductum a *lacinia*, quasi *inflexu laciniae inumbraret*, quod tamen minime probari poterit. [Perperam mihi Wow. *licium* et *licinus* inter se comparare videtur. Ego *liciniare* potius ad *licinium* s. *licinum* retulerim, quod vestimentum esse testatur Isidor. XIX. p. 22. 27.: *Licinum vocatum, quod textura eius ligata sit in totum, quasi diceret liginum c pro g littera commutata.* Mihi *liciniare* an *laciniare* recipias idem videtur esse. *Liciniare* explico in modum *liciorum* i. e. filorum obtegere, ita ut per fila vestis bombycinae satis tenuia et aperta tota pubes accuratissime exprimeretur et perlucesceret. Ita enim tota vestis non erat obvelamentum sed quasi singula fila, quae vento afflante pudendis se applicabant; quamquam semper de hoc verbo inhaereat dubitatio, quum quid voluerit auctor apertum, vocis vero nec origo nec significatio in promptu sit.]

corpus candidum... remeat. Miror, qui Colvius cum aliis interpretibus locum ita depravare potuerit. Sententia aperta est. Puella enim, Venerem repraesentans, habebat corpus candidum, quo colore coelestis origo Veneris designatur, amiculum vero caeruleum, qui color est marinus, eoque ostenditur, Venerem ortam esse ex mari, uti recte Floridus iisdem verbis explicuit. *Quod* particula igitur utrobique per *quia* erit exponenda, ut ratio detur, cur corpus sit candidum, amictus vero caerulus. Neque tamen temere Puteano fides habenda est, qui in Bemb. et Marg. *qui* esse testatur. Oud. stilo sensuque clariori scripsit: *corpus candidum, quod coelo demeat, amictus caerulus, quo de mari remeat,* interpretatus: *quo se.* colore; non amictu. Nuda enim inquit e mari emergit, sed caerulo corporis colore, quem e mari traxit, cum candido corpore e coelo demeaverit. [Vix tamen credibile, virum tam prudentem ita aberrare a vero potuisse. Nam ratione non habita, hac emendatione totius loci concinnitatem disturbari, accurate *corpus candidum* et *amictus caerulus*, tum *quod coelo demeat* et *quod mari remeat* sibi respondentibus, quis unquam ad *quo* vocabulum *colore* cogitatione addiderit, quum in praegressis *amictus caerulus* tantummodo legatur. De scriptura *caerulus* cf. II. p. 109. *Coelum*, quod F. 1. 2. habent, defendi posset ex dictat. ad Met. V. p. 360.]

Iam singulas virgines.... contegebant. [Hic locus tam mutilatus mihi videtur, ut e codd. medela afferri nequeat. Primum optimi quique codd. omittunt verba *sui obibant*, quae, ut mihi placet, librariorum tantummodo supplementa sunt, eodem iure, quo viri docti ad marg. Iunt. 2. Oud. coniectura *sui adsistebant* reprobanda. Oud. ob praecedens *putabantur* excidisse putat *continuabantur* ego propter sequens *comites: comitant*, de qua forma cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 763., quamquam mihi ipsi non satis facio. Ulcus enim altius insidere videtur, quod in seqq. quos ego conferre potui codd. omnes praebent *quarum capite*, quam quidem lectionem Oud. omnino ignorabat. Ex his igitur verbis corruptis mihi quidem persuadetur, lacunam hic esse ver-

710 | comites, Iunonem quidem Castor et Pollux, quarum capite cassides ovatae stellarum apicibus insignes contegebant,* sed et isti Castores erant scenici pueri. Haec puella, varios modulos *Iastia* concinente tibia, procedens quieta

sui obibant, quod ante *comites* edd. omnes praeter Iunt. 2. intrudunt, desideratur in F. 1. 2. 3. G. 1. 2. P. D. O. L. p. *f. d.*, nec in ullo codice inveniri probabile est. *quarum capite* F. 3. G. 1. 2. D. *quorum capite* F. 1. 2., quam lectionem plane ignorabat Oud. In cett. *quorum capita*. *obatae* F. 2. 3. G. 1. 2. D. P. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) *f.* p. Elm. Flor. *obbatae* F. 1. B. P. teste Elm. p. *orbatae* edd. vett. *obitae d. obactae* O. *aeratae* Colv. Vulc. 2. Pric. *batae* Ms. Colv. Al. Brant. *contegebat f.* Verba inde ab *sed et* usque ad *pueri* non sunt in G. 1. *senici d. sceneci d. scenі* O. *heu* vel *hen puella* R. *f. lassiva* G. 1. *lastia continente tibia* p. *lastiã* F. 2. *sascive* D. *laiciviа* Iunt. 2. In cett. *lasciva*. *prae ceteris* G. 2. P. O. Scrivor. pro *procedens*.

borum, hodie neutiquam supplendam. Tum magna est interpretum de voce *obatae* quam optimi codd. tuentur disceptatio.] Nonnulli probant *obatae* i. e. *ovatae*, alii *obbatae* i. e. obbae instar formatae, Brantius *orbitae*, Colvius *aeratae*. *Obbatae* bene defendi potest, si intelligas formatas fuisse illas cassides ad instar obbarum. Erat autem *obba* genus poculi capacioris, quam a gravitate sua et fundi capacitate Pers. Sat. V. 127. *sessilem* vocat: *Veientanumque rubellum Exhalet rapida laesum pice sessilis obba*. Quodsi *orbatae* legas, ne a verbo *orbo* putes derivatum, sed ab *orbe*, idemque esse *orbatae* atque *orbiculatae*, quam vocem nonnulli etiam substituere voluerunt hoc loco pro *orbatae*, ut sententia esset planior. Floridus *ovatae* probat, interpretans cassides illas, quibus conspiciantur in vett. numismatis Dioscuri, quaeque referant omnino ovorum, e quibus orti perhibeantur, putamina. Hanc emendationem iam Lindenbrog. margini ed. Vulc. adscripserat, quae Salmas. est in Plin. p. 392., suffragantibus Grutero, Cantero, Wasseo, Tollio et Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 281. Oud. denique emendationem in textum recepit, de his ovatis cassidibus comparans nummos familiarum Cordiae, Fonteiae et Posthumiae. De litterarum B et V inter se commutatione dicere longum est. [cf. Meurs. Lacon. I. c. 17. p. 78 sq. De nostro loco agit Cort. ad Lucan. VII. 458. Ego quoque lectionem *ovatae* probans in textu poni iussi.]

Castores. [Vir doctus ad marg. meae ed. Florid. Kulenkampius emendabat *Dioscuri*, certo in plurali *Castores* offendens, quia de Castore et Polluce sermo sit. Sed cum ambo tam arcte inter se coniuncti essent, ut alter ab altero separatus veteribus cogitari non posset, factum est, ut saepius *Castores* et *gemini Castor, Polluces* et *geminus Pollux* dicerentur; cf. Serv. ad Georg. III. 89.: „*Atqui Castor equorum domitor fuit, sed fratrem pro fratre posuit poetica licentia*, ut Ecl. VI. 79. Aen. I. 236. *Aut certe ideo Pollucem pro Castore posuit, quia ambo licenter et Polluces et Castores vocantur, nam et ludi et templum et stellae Castorum vocantur.*“ Ovid. Art. Am. I. 746. Oud. ad Frontin. I. 11. 8. Intt. ad Arnob. II. 36. T. I. p. 316. Orell. et ad II. 70. Turneb. Advers. XV. 21. Tum nego, *Dioscuri* dixisse Apuleium, quum quantum scio nullus veterum Romanorum extet locus, ubi ita nominentur, nisi ita emendari velis Gloss. Isidor. p. 698. *viocurus et statim Cestifer* in *Dioscurus vel etiam Cestifer*, et Not. Tiron. p. 61. *Viocurus cestifer*. Ita templa et effigies et statuas iis semper iunctim ponebant vett., vel quae unus primus invenit ad alterum referunt, ut in Epigr. Anthol. Lat. T. I. p. 26. *Littoribus nostris quoniam certamina Cestum* (ita enim emendandum est pro *Letum* vel *laetum*. *Caestum* est *caestorum*, cf. Varr. apud Non. p. 492. Merc.) *Exhibuisse iuvat Castor venerandeque Pollux*. De plurali *Castores* plurima pro more suo compilavit Ouz. ad Minuc. Fel. p. 126. ed. Lugd.]

Iastia. Ex vitiosa scriptura aliquot codd. *lastia* Oud. emendat *Iassia* ita exponens: Non intellectus locus ansam

itized by Google

et inaffectata gesticulatione, nutibus honestis pastori pollicetur, | si sibi prae- 741
mium decoris addixisset, et sese regnum totius Asiae tributuram. At illam, quam cultus armorum Minervam fecerat, duo pueri muniebant, proeliaris deae comites armigeri, Terror et Metus, nudis insultantes gladiis. At pone tergum tibicen *Dorium* canebat bellicosum, et permiscens bombis gravibus tinnitus

procedens eg̃mota et inaff. δ. inaffectate G. 1. O. *addidisset* F. 1. 2. *astrinxisset* G. 1. a m. p. (ab eadem inter lineas in *addixisset* emendatum) Ruhnk. *et sese* F. 1. 2. 3. G. 1. 2. O. P. D. p. *δ. f.* Scriver. In cett. *et* non comparet. *fecerat* non est in D. *terrer* G. 1. *insaltantes* G. 2. D. O. P. p. *tibicenorium* F. 3. *tibicen orium* F. 1. 2. P. teste Elm. *t'cenorium* P. teste Oud. *t'cenotium* G. 2. D. *tricennium* G. 1. et in marg. a m. s. *buccinorum. t'cenorium canebant* L. *tritonum* non addito *tibicen* O. *Hormum* p. B. edd. vett. praeter Iunt. 2., quae habet *Dorium*, quod etiam Sopingius, G. Voss. et Wasseus margini adleverunt probavitque Floridus. *Hormum* praeterea habet Colv. Bas. Colin. Vulc. 1. *foedior norium* φ. *orthium* Vulc. 2. et Gruter. (vir doctus in marg. ed. meae Vicent.) *tubicen f. innutos* F. 3. *innutus* F. 1. 2. G. 1. 2. P. f. *δ.* D. In cett. *tinnitus.*

corruptioni dedit. Mox Minervae comes tibicen canit *Dorium* bellicosum, et Veneris tibiae cantus *Lydios* dulciter consonant. Conveniens igitur erat, ut Iunoni certos quosdam modulos caneret tibia. Quare legendum *Iassia* ab *Iasso* seu *Iaso* Cariae urbe. [Recte ita corrigit Oud. nec dubitavi emendationem in textum recipere, modo scribens *Iastium* de quo modo plura dicam ad Florid. p. 17. Praeterea non convenit lectio *lasciva* maiestati et gravitati Iunonis, quae procedit inaffectata et quieta gesticulatione. Lucian. in Harm. c. 1. *τῆς Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν.* Sane exspectaverim potius *Aeolicum*, qui modus simplex et ita Iunoni quam accommodatissimus sit.]

et sese .... Asiae tributuram. [cf. Hygin. c. 92. p. 174. Stav. et Munk. ad Fulgent. Mythol. II. c. 3. p. 677.] *Et* explicat Oud. *etiam vicissim*, neque sane opus esse dicit, cum viro docto hic per pleonasmum inculcare pronomen *ei.*

Terror et Metus. [De his Minervae et Martis comitibus cf. Munk. ad Albric. de Deor. Imag. III. p. 900. d'Arnaud. de Diis paredr. c. 28. in Polen. Suppl. Thes. T. II. p. 822.]

Dorium. Haec est sine dubio optima Iunt. 2. lectio, quam Ruhnk. bene in textum recepit. *Hormion* alii probant ex Lucian. de Saltat. c. 12.: *ὁ δὲ ὅρμος ὄρχησίς ἐστι κοινὴ ἐφήβων τε καὶ παρθένων παρ' ἕνα χορευόντων καὶ ὡς ἀληθῶς ὅρμῳ εἰοικότων καὶ ἡγεῖται μὲν ὁ ἔφηβος τὰ ἀνδρεῖα ὀρχούμενος καὶ ὅσοις ἕτερον ἐν πολέμῳ χρήσεται. Orthium* alii emendant ex Gell. XVI. 19. §. 14. *Dorium* absolute dictum, ut Met. IV. p. 313. *sonus tibiae Zygiae mutatur in querulum Lydium.* Eratque *Dorium* antiquissimum et grave, et Florid. p. 17. idem Apuleius dicit *bellicosum.* cf. Vignol. de Musica vett. in Nov. Bibl. Germ. T. X. p. 154 sq. a. 1752. [De *Orthio* cf. Intt. ad Herod. I. 24.]

tinnitus. [Ita cum edd. legendum esse pro *innutos* vel *innutus*, scripturis codd., probat locus Florid. p. 11. *acuto tinnitu et gravi bombo conventum musicum miscuit*, ubi codd. discrepant inter *finitu* et *tinnitu.* Quum facilior sit in codd. inter *o* et *u* litteras praesertim in substantivorum terminationibus confusio, cave ne lectionem cod. Florent. 3. *innulos* pro *timitos* praeferas, cuius secundae declinationis forma exemplo quod sciam nullo probari possit. Nec vero defenditur aliorum vocabb. analogia, ut *sonitus*, cf. Non. p. 491. Merc. *strepitus* ibid. p. 490. quoniam in genitivo singularis haec formatio tantum in usu erat, nec ullum inveni locum, quo accusativus ita terminatus legitur. *Sucum*, quod Apuleius habet X. p. 701., unice tale quid confirmaret. Praeterea ablativus variat, ut in *sono* et *sonu.* cf. Apul. Met. VIII. p. 589. *susurro* et *susurru* Florid. p. 80. In ceteris casibus secundam et quartam declinationem in quartae declinationis substantivis commiscuisse veteres non videntur.]

Digitized by Google

acutos in modum tubae saltationis agilis vigorem suscitabat. Haec inquieto
742 capite et oculis in adspectu minacibus, | citato et intorto genere gesticulationis alacer demonstrabat Paridi, si sibi formae victoriam tradidisset, fortem tropaeisque bellorum inclitum suis adminiculis futurum.

saltitionis F. 3. *vigore* L. p. Frustra Pricaeus legi voluit *agilem*. cf. Stat. Silv. IV. 3. 32. *scitabat* Venet. 4. *scitebat* Bas. 1. *suscitabant* O. *in adspectum* F. 1. 3. G. 1. 2. D. B. L. f. P. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) edd. vett. *aspectu* B. et P. testibus Wower. et Sciopp. *inspectu* Bas. Colv. Vulc. Elm. Florid. *micacibus* Elm. vitio typothetarum scripsit in verbis adnotationi praefixis; in contextu scribitur *minacibus*. At nihilominus Heinsium et Oud. olim decepit. *micantibus* in ed. Rom. esse idem testatur Elm. *crure* pro *genere* Vulc. 2. *gesticulationis* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. p. f. R. δ. L. Petrarch. Iunt. 2. Elm. Scriver. *gesticulatione* F. 1. B. P. teste Elm. et edd. vett. et recentt. cett. *alacer* F. 2. 3. G. 1. 2. O. P. D. L. R. f. δ. Elm. Scriver. Ruhnk. *alaceris* Iunt. 2. In cett. *alacri*. *paradisi* G. 2. D. *parhibi* pro *paridi* G. 1. *si ei* G. 1. 2. O. P. D. L. f. In cett. *sibi*. *victoriae formam* p. δ. *trophois* G. 2. D. edd. vett. *inclitum* inveni in F. 3. G. 2. D. edd. *inclitum inclitum* G. 1. *inclutum* in cett. *facturum* G. 1.

oculis in adspectu minacibus. [Ita contra optimos codd. edidi, quum in *adspectum* nullo modo defendi queat, nisi de eo qui Minervam intueatur. Quid vero absurdius cogitari potest? Nam Minerva ni adspiceretur, minaces eius oculi cognosci non possent. Adspectus igitur est ipsius Palladis, non spectatorum cf. Met. II. p. 88. *oculi in adspectu micantes* et ad Met. I. p. 21., ubi de discrimine, quod inter accusativum et ablativum tali rerum nexu *in* praepositioni iunctos intercedit, accuratius dictum est. Error eo facilior erat, quod sequitur *M* littera. *Micacibus* nisi potius est typothetarum ed. Elm. mendum, videtur referendum esse ad caeruleos Veneris oculos, ad Venerem γλαυκῶπιν, de qua cf. Kopp. ad Mart. Capell. VI. §. 571. p. 484 sq. Elm. ad Minuc. Fel. p. XXXII. ed. in fol. Albric. de Imag. VIII. p. 914. et Burm. ad Anthol. II. p. 510. De *minacibus* voc. cf. Fea ad Horat. Od. II. 12. 12.]

citato et intorto genere gesticulationis alacer. [Hic locus quum in diversis codd. diverso modo legatur, multifariam emendabant interpretes. Wower. coniecit: *citato et intorto femore*, Colv. *intorto gradu*, Vulc. 2. *intorto crure*. Sed frustra viri docti mendum hic latere crediderunt. Nam qui *gradu*, *femore* et *crure* emendabant, quid loci significatio sit, non intelligebant. *Intortum* enim *gradum*, *femur* explicant multi inflexum, i. e. submissum et incurvatum, ut Rodius *gebeugten Gang*. Quomodo vero hic incessus convenit fortitudini Minervae eiusque alacritati, quum fortes et vigentes homines erecti et superbi incedant; non summisse et flexuose? Hinc igitur si sana esset lectio, *intorto* significare deberet: incessum *non* flexum, rectum et superbum. *Intortum* vero *genus* bene intelligitur de varia et multiplici gesticulatione, qua uti videmus homines alacres et mobiles. *Intorta* enim *vox* uti dicitur ea, quae inflexa, et mutata est, partim deprimitur, partim extollitur, cf. ad Florid. p. 46., ita *gesticulatio intorta* est varia, quae semper mutatur et multiplex, quae alacri Minervae bene respondet.] *Alacer* deinde ii corrumpebant, qui in feminino genere ita dici pro *alacris* nesciebant; cf. Serv. ad Virg. Aen. VI. 682. Burm. ad Petron. c. 123. p. 707. Terent. Eun. II. 3. 12. Miscell. Observ. V. p. 282. [Eckst. ad Voss. Aristarch. T. II. p. 668.] Cogitavit aliquando Oud., num adverbialiter auctor scripserit *alacre* pro *alacriter*, ut statim: *spectatorum animos suave mulcendo*, p. 745. *mite conniventibus, acre comminantibus pupulis.* At recte se postea correxit.

Digitized by Google

CAPUT XXXII.

Venus ecce cum magno favore caveae in ipso meditullio scenae, circumfuso populo lactissimorum parvulorum, dulce subridens *constituta pone.* | Illos teretes et lacteos puellos diceres tu Cupidines veros de coelo vel mari 743

venus aeque. Sic rescribi iussit Elm. eique paruit Scriver. e solo cod. B. Sed male. Nam de caveae favore erga Iunonem et Minervam in praegressis Apuleius nihil dixerat, unde *aeque* particula locum habere nequit. *cum* exulat in P. *caute* pro *caveae* G. 1. *lautissimorum* Vulcan. marg. adlevit. *populorum* pro *parvulorum* f. *constituta pone* F. 1. 3. G. 1. 2. P. O. D. R. f. L. *constituta pene* F. 1. p. teste Elm. Quod ad F. 1. pertinet, Elm. in eo deceptus videtur esse, quia Lindenbrog. *pene* coniecerat, quod pro codicis lectione ille perperam habuit. In cett. *constitit amoene. teneros* φ. δ. *torentes* (nec *terentes*) G. 1. *et Cupidines*, quae verba post *Cupidines* in codd. et edd. inseruntur, non comparent in F. 1. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) F. 3. B. p. P. edd. vett. ante Colv. Elm. et Scriv. uncinulis circumscripserunt. *veros* abesse a Florent. altero testis est Oud., at Lindenbrog. collatione minime comprobatur, qui non addens priori an altero cod. *et Cupidines* in Florenti. desiderari enotavit. *vero* O. *commode* G. 1. *pinolis et sagittis* G. 1. O. *praeclare* [in omnibus Mss. ut semper esse recte adnotat Oud., unde difficile est diiudicatu, utra lectio *praeclare* an *praeclarae* hic recipienda sit. Ad sententiam loci multis idem visum est hoc illudne legatur. *Praeclare* praeferunt Edd. Beroald. Vulc. Wow. Scriv. Pric. Ruhnk. Sciopp. in Susp. II. 16. Oud. *praeclarae* minus recte nec clare hic dici optinatur. *Praeclarae* tamen hinc postponendum est, quod praecedit: *teretes et lacteos*, quibus adiect. eorum forma et pulchritudo iam describitur; deinde antecedentibus *diceres tu Cupidines* magis se probat *praeclare*, indicans, non solum ad pinnulas et sagittulas et habitum ceterum, sed etiam ad *formas* accuratissime hos puellos *veris Cupidinibus* similes fuisse.

Cap. XXXII. *circumfuso populo.* Casaubonus libri sui orae adscripsit *circumfusa*, quod vix puto cum Oud. defendi posse, quum ita ablativus non addita *a* praepositione minime comprobetur, nisi insuper *a* addere velis. At recte monet, non solum *circumfundi* aliquem a turba dici, verum et *turbam, multitudinem* ipsam dici *circumfundi alicui* vel *aliquem*, comparans Dr. ad Liv. XXIX. 34. Heins. et Burm. ad Virg. Aen. II. 383. VI. 666. XI. 543. dict. sua ad Hirt. B. Afr. c. 46. Vell. II. 46. Met. III. p. 186. *mulieres circumfusae lectulum*, VIII. p. 554. *canes undique laterum circumfusi*, et p. 586. *passimque circumfusi iuvenem flagitabant*; et passim de una re dici, ut *circumfusum ignem* Liv. I. 41. et *circumfusum soporem* Met. XI. p. 755.

constituta pone. Haec optimorum codd. lectio quum corruptissima sit, diversa ratione loco mederi studuerunt. Lindenbrog. *paene* legens videtur intellexisse, Venerem dulce subrisisse, simul ac constituta ibi foret. Oud. vero non dubium est, quin *constitit*, altera lectio, probanda sit i. e. quieta stetit, donec *se placido*, ut mox subdit auctor, *commovere* et leniter ad Paridem *incedere coeperit.* Variae illi subnatae sunt coniecturae, quarum omnium ei verisimillima videtur: *At bene illos.* [Bernhardyii doctrina hanc loci meletam suppeditavit, ut post *pone* signo interpunctionis maiore posito adverbialiter haec particula sumenda cl. Florid. p. 51. *pone autem coma prolixior*, et ad verba *laetissimorum parvulorum* referenda esset. Ego in emendationem *idonee* incidi, quae non tam multum a Mss. vestigiis recedit; cf. Met. IV. p. 300. *idonee tamen celebrari posse laudibus humanis credebantur*; Florid. p. 68.]

Cupidines veros. [Repetitio verborum *Cupidines et Cupidines veros* quum non solum librorum optimorum auctoritate dissuadeatur, sed hoc sententiarum nexu molesti quid habeat, deleri haec verba iussi, iam Elm. et Scriver. suspecta. Oud. retinuit, utpote scriptoris ingenio dicendique rationi quam accommodatissima. Sed aliam rationem esse exemplorum quae ad Met. VII. p. 469. profert statim videbis.]

Digitized by Google

commodum involasse. Nam et pinnulis et sagittulis et habitu cetero formae praeclare congruebant, et velut nuptiales epulas obiturae dominae coruscis praelucebant facibus. Et influunt innuptarum puellarum decorae soboles, hinc Gratiae gratissimae, inde Horae pulcherrimae, quae iaculis floris serti et soluti
744 deam | suam propitiantes scitissimum construxerant chorum, dominae voluptatum
745 | Veris coma blandientes. Iam tibiae multiforabiles cantus Lydios dulciter

nuptialis p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Bas. 1. *obiturae dominae, coruscis* ita distinguit Iunt. 2. *opiturae* G. 2. D. *obituri* Bas. 2. Idemque emendat vir doctus in marg. ed. Vicent. meae. *coruscis dominae, praelucebant facibus* ed. Florid., qua transpositione et interpunctione nihil potest cogitari perversius. *fascibus* p. *faucibus* G. 1. a m. p. Stew. ad Met. IX. p. 630. adnotatione: *et contra omnium opinionem* coniecit: *ecce influunt.* Oud. si quid mutandum sit, malit *et ecce*, quia sic amet auctor initio periodi dicere, conf. ad Met. IV. p. 283. *et ecce plurimi. innuptiarum* O. *oraed. ore* G. 1. *qua* Bas. *vinculis* G. 1. *iactis* Ald. *floreis* B. *flori certi* δ. *scite scitissimum* Iunt. 2. *construxerant* F. 1. 3. G. 1. 2. D. L. Elm. In cett. *construxerunt. exstruxerant* O. *quorum* pro *chorum* δ. *voluptatis* pro *voluptatum* habet Ruhnk. in edit. Oud., quod unde sumserit equidem nescio. *veris coma* F. 1. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) 3. G. 1. 2. D. p. et edd. vett. *veris comas* F. 2. Lindenbrog. collat. P. *veris domo* Elm. Wow. *Veneris como* B. In cett. *Veneris coma. iamque* G. 1. 2. O. D. δ. f. *multiforatilés* Wow. Pric. qui secuti sunt Colvium ita praeferentem nec tamen in textum recipientem. *ludios* G. 1. p. *lydicos* Venet. 4. Bas. 1.

praelucebant facibus. [Moris erat, ut domum redeuntibus dominis servi facibus praelucerent. Wower. ad Petron. c. 26. p. 122. Burm. hunc locum inter eos perperam refert, quibus novis nuptis faces praeferre solitos esse veteres demonstratur, de quo more cf. ad VIII. p. 542. De illo more iam exposui ad Met. II. p. 168. Hunc locum citat Heins. Advers. IV. 6. p. 604.]

quae iaculis floris serti et soluti. Mirifice huic loco perquam suo mederi studebant viri docti, ut Stewech., deceptus Bas. 2. corrupta lectione *quae*, corrigens: *quaeque iactis floribus sertis et solutis:* Heins. ad Ovid. Fast. V. 217. pro *iaculis* legit *calathis. Iacula* vero sunt *missilia* cuiuscunque generis, cf. de Mund. p. 295. *missilium coelestium iaculis ignescit.* Stewechius insuper multa de usu florum diversissimo huc non convenientia loquacissime exposuit. [Veneri sacras esse rosas demonstrant Intt. ad Mart. Capell. I. §. 85. p. 125. Kopp. Munk. ad Albric. de Imagg. c. 5. p. 903. Alia quae huc pertinent cf. ad Met. II. p. 128.] De iactu florum et φυλλοβολίᾳ cf. Casaub. ad Suet. Ner. c. 25. [Ferrar. de Veterum Acclam. II. 25. in Graev. Thes. T. VI. p. 84.] Coronae Horarum munus sunt solemne cf. Hygin. Astron. II. 5. Met. VI. p. 427. *Horae rosis et ceteris floribus purpurabant omnia.*

Veris coma. Quia in codd. aliquot pro *Veris* legitur *Veneris*, et quid *coma* hic significet effugit Intt., plurifariam hic locus emendatus est. Wower. scribendum censet *veris dono* i. e. floribus, qui veris donum et munus sint. Scioppius ineptit Suid. excitans V. κῶμοι, ᾠδαὶ ὀρχήσεως μετὰ μέθης i. e. *comi*, cantus, saltationes vinolentorum s. comissabundorum et Hesych. κῶμος εἶδος ὀρχήσεως ποιμένος τινός, hincque probans *Veneris como.* Mellus Markland. ad Stat. Silv. V. 3. 285. *dominae voluptatum Veneri como blandiuntur.* Sed scripta lectio bene habet. *Ver* enim poetice est Dea, Horarum una, florenti cincta corona, ut ait Ovid. Met. II. 27., cui crinium loco fere perpetui sunt flores. Hos enim per *Veris* comam intelligi bene viderunt et explicuerunt Beroald. et Pontan. Anal. II. 15. et Pric. cf. Arntz. de Coma I. p. 12. et in Epigr. Pith. p. m. 144. *Veri comanti. Coma* enim de quibusvis viridantibus et florentibus herbis plantisque usurpatur cf. ad Met. V. p. 367. *comam fluvii tondentes capellae,* ubi mea vide; de Mund. p. 340 *viridantibus comis caesariatam terram;* Tibull. III. 1. 48. *deponit flavas anmua terra comas Arundineae co-*

Google

consonant. Quibus spectatorum pectora suave mulcentibus, longe | suavior [235]
Venus placide commoveri, contantique lente vestigio et leniter *fluctuante spinula* et sensim adnutante capite coepit incedere, mollique tibiarum sono delicatis respondere gestibus, et nunc mite conniventibus, nunc acre comminantibus

venus G. 1. ut omnes codd. et edd. in contextu; sed in marg. ab eadem manu „*at verius*." *cantantique* L. *cunctatimque* f. *lenti* ð. *lenta* Venet. 4. Paris. Bas. 1., quod pro coniectura ad libri sui oram quoque adscripsit vir quispiam eruditus, teste Oud. Idemque correctum video in marg. ed. meae Vicent. *et* ante *leniter* deest F. 1. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) G. 1. 2. P. D. O. *leviter* quantum scio in omnibus est codd. et edd. praeter F. 3. *fluctuantes pinnulas* omnes codd. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. In cett. *per pinnulas*, quam praepositionem uncis inclusit Elm. Schikeradii emendationem *fluctuante spinula* tacite iam receperunt Wow. Scriv. Pric. Vir doctus in marg. ed. Vicent. meae coniecit *fluctuante pinula*. *primulas* habet B. *sensum* G. 2. D. *admicrante* G. 2. *admictante* P. D. *sonorum* f. *gressibus* pro *gestibus* divinavit Pricaeus. *non mire* G. 1. 2. P. D. L. *conibentibus* G. 1. 2. D. *convenientibus* B. *et nunc acre* ð. *citre* pro *acre* G. 2. P. D. *aere* G. 1.

mae. Auson. in Cupid. Crucif. 6. Barth. ad Nemes. IV. 24. [Intt. ad Ovid. Met. X. 102. ad Arnob. III. 15. *silvescentium crinium* in Orell. Add. p. 467. et ad Anthol. Lat. T. II. p. 654. Burm.]

multiforabiles. [Colvius praetulit *multiforatiles*, cuius iudicium secuti sunt Wow., Pric. et Heins. ad Ovid. Met. IX. 783. et XII. 158. Ad Met. III. p. 204. iam proposui sententiam, ex Mss. tantum auctoritate de scriptura posse diiudicari, quod utraque formatio ex analogia comprobatur. Quum igitur Met. l. c. codd. consentiunt in *perflatilem*, dedi hanc lectionem, e contrario vero Met. IV. p. 276., ubi optimi quique *perflabilem* praebent, ita scribendum est, quamquam hic per typothetarum errorem *perflatilem* corruptum video. Eadem de caussa *multiforabiles* hic retineo, Florid. p. 10. *multiforatiles*. Has tibias *πολυτρήτους* vocant Graeci. cf. Salm. ad Solin. p. 84. Plura proferam ad Flor. l. c.]

contanti lente vestigio. [cf. infra XI. p. 811. *contabundo clementer incedebat vestigio*. Fere item describit *gressum Veneris* Reposian. de Concub. Mart. et Vener. 70sqq.: *suspenso pollice*, ad quem locum cf. Burm. Anthol. Lat. T. II. p. 45. et Wernsd. in Poet. Min. T. IV. p. 329.]

leniter fluctuante spinula. Corrupta lectio *leviter fluctuantes pinulas* vel *pinnulas* commovit Beroaldum, ut *per* adderet, *Cupidines* intelligens. Vir doctus ad marg. ed. Vic. orae adlevit: *fluctuantibus pinnulis*, sine dubio eodem sensu. Modius aliquid reponendum putavit, quod comas a fronte pendulas denotaret, teste Sciopp. in Susp. II. 16. Sed sine ullo dubio verissima est Schikeradii emendatio, quam tacite iam receperant Wowerius, et Pric., recte citans Met. II. p. 105. *Et simul membra sua leniter illubricans, lumbis sensim vibrantibus, spinam mobilem quatiens, decenter inundabat*, ubi vide plura. [Hanc lectionem ego quoque in textu reponi iussi. Corruptelam loci bene potest intelligi ita exortam esse, ut *S* littera sequentis voculae *spinula* adhaereret praegressae, quo facto ut *pinnulas* legeretur necessarium erat. De re cf. Orell. in Add. ad Arnob. p. 479.; de dictionibus Burm.ad Anthol. Lat. T. I. p. 622. et p. 649. Iuven. XI. 164 sqq. *Leniter* ex optimo cod. Florent. 3. et loco Met. cit. recepi.]

incedere ..... gestibus. [Pricaeus divinavit *gressibus*, quam perversam esse lectionem demonstrant Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 45. et Wernsd. in Poet. Min. T. IV. p. 329. Propter antecedens enim *incedere* minus mihi probare se potest. *Incedere* de composito et quasi meditato gressu ubique dicitur, ut *psaltriae* cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 104. qui de diverso huius vocabuli usu fusius disserit. Ita cum fastidio et superbia progredientes dicuntur *incedere*; cf. Munk. ad Fulgent. p. 620., de puellis, cum pompa quadam et ornatu oculos feriente in publicum prodeuntibus Burm. ad Propert. II. 19. 79.]

by Google

gestire pupulis, et nonnunquam saltare solis oculis. Haec ut primum ante
746 | iudicis conspectum facta est, nisu brachiorum polliceri videbatur, si fuisset deabus ceteris antelata, daturam se nuptam Paridi forma praecipuam suique consimilem. Tunc animo volenti Phrygius iuvenis malum quod tenebat aureum velut victoriae calculum puellae tradidit.

CAPUT XXXIII.

Quid ergo miramini vilissima capita, immo forensia pecora, immo vero togati vulturii, si toti nunc iudices sententias suas pretio nundinantur, cum rerum exordio inter deos et homines agitatum iudicium corruperit gratia, et

pupulis F. 1. 3. G. 2. P. D. O. p. 3. edd. ante Colv. et Scriver. *pululis* G. 1. In cett. *pupillis*. *non unquam* G. 1. *nisi brach. f. nixu* O. Iunt. 1. Ald. Venet. 4. *visu* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Bas. 2. *insub* G. 1. *dituram* P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv., unde *addituram* vir doctus emendavit.) *praecipua* G. 1. O. *pecua* correxit Wass. quod cur voluerit, non video.

vultarii Coll. Voss. *non dignantur* pro *nundinantur* Bas. 2. vitiose. *deum* L. p. et edd. ante Colv. *deam* G. 1. *deas* O. *corrumpit* R. f.

respondere gestibus. [De significatione vocis *respondere*, quomodo *lyra* proprie dicitur, quae cantum et modulationem vocis sequitur eique modos et sonos suos accommodat, cf. Intt. ad Maximian. Eleg. V. 18. Werusd. Poet. Min. T. VI. P. I. p. 357., ubi hic locus citatus est.]

oculis saltare. Pricaeus comparat Ambros. de Virg. 3. *oculis ludere.* Eon. apud. Gell. XVIII. 5. *Hic equitat currit que, oculis equitare videmus*, Lucian. *δοκεῖς μοι χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν* et Philon. de Caio (?) *οὐ τῇ φωνῇ μόνον ἀλλὰ καὶ τοῖς ὄμμασι φθέγγομαι.* [Ita in vet. Epigr. de Musis apud Burm. Anthol. T. I. p. 53. *Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu*, Intt. ad Petron. c. 126. p. 772. Burm. Ita graece *λέγειν κατὰ τὴν ὄρχησιν.* Calliach. de Lud. Scenic. c. 12. in Salleng. Nov. Thes. T. II. p. 751. De re compara Buleng. de Theatr. I. in Graev. Thes. T. IX. p. 638 sq.]

ante conspectum. [De hac dictione cf. Deder. Introd. ad Dict. Cret. p. LI.]

CAP. XXXIII. ***togati vulturii.*** [De his vocab. plurima proferunt Taubm. ad Plaut. Curcul. II. 3. 79. Heinrich. ad Iuven. Sat. VIII. 49. p. 321. Cic. Pison. 16.]

nundinantur. [cf. Buenem. ad Lact. Institt. V. 2. §. 3. p. 578. Ambros. Serm. 7. *usque adeo inolevit malum, ut iam quasi ex consuetudine vendantur leges, corrumpantur iura, sententia ipsa venalis sit, et nulla iam causa potest esse sine causa;* Petron. c. 14.]

inter deos et homines corruperit gratia. Beroaldus coniecit *inter deos sive deas tres et hominem*, unum Paridem. Locum procul dubio corruptum esse sententia est Oud. Istud enim iudicium non agitatum esse *inter deos et homines* sed inter *solas deas*, uti statim *inter inclitos Achivorum duces*, quamquam quomodo locus restituendus sit, nescire se fatetur, nisi quod inciderit coniectura: *inter deos, non homines* vel simile, vel *et homines* pro glossa inserta habenda esse pronuntiat. [Attamen utraque sententia ne speciem quidem veritatis habet. *Inter deos* quod Apuleius scripsit, iam indicat, haec verba non de tribus solum illis deabus sed in universum intelligi debere de iudicio, in quo deos hominemque agentes videmus, in quo deabus disceptantibus homo iudex est. Hinc pluralis non sollicitandus est. Singulis enim exemplis docet Apuleius, non incusandos esse sui temporis iudices, qui facile corrumpi queant, quum priscis temporibus ne deorum quidem et priscorum hominum iudicium gratia liberum fuerit. *Gratia* de Salas. ad Petron. c. 83. p. 167. Burm. bene interpretatur *munera, dona*, quem vide.]

Digitized by Google

originalem sententiam magni Iovis consiliis electus iudex, rustìcanus et opilio, lucro libidinis vendiderit cum totius etiam suae stirpis exitio? Sic hercules et aliud sequens indicium inter inclitos Achivorum duces celebratum, vel cum falsis insimulationibus eruditione doctrinaque praepollens Palamedes proditionis damnatur, vel virtute Martia praepotenti praefertur Ulixes modicus | Aiaci 747
maximo. Quale autem et illud iudicium apud legiferos Athenienses, catos illos et omnis scientiae magistros? Nonne divinae prudentiae senex, quem sapientia praetulit cunctis mortalibus deus Delphicus, fraude et invidia nequissimae fa-

Pro *originalem* Brantius inepte coniecit *virginalem*. Primam hominibus notam et primordialem intelligit, ut bene cepit Beroald. *opili lucro* Vic. Venet. 2. Iunt. 1. *suae* non comparet in f. *s3 hercules* L. i. e. *sed*. *sequens* codd. omnes et edd. praeter Vulc. 2., quae cum Elm. ac Scriver. *sequius* habet. *Archivorum* G. 2. P. D. *iudices* pro *duces* O. *celebrantur* P. *cum* non est in p. *damnatui* O. *vel*, quod ante *virtute* legitur, non est in F. 3. G. 1. 2. O. P. D. d. f. p. B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *auxies* F. 1. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) F. 3. G. 1. 2. O. *Anxies* F. 2. L. P. D. f. *Ulyxes* edd. vett. usque ad Colv. In cett. *Ulysses*. *Ulixes* habent B. et d. *modicus* F. 1. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) F. 3. p. et B. edd. ante Colv. *medicus* F. 2. G. 1. 2. D. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) L. d. In cett. *mendicus*. *istud* P. *et* quod ante *catos* edd. et codd. aliquot habent, desideratur in F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. D. p. f. d. Elm. Ruhnk. *caros* G. 1. *legaferos* G. 2. D. *omniscientiae* p. *providentiae* d. f. cf. Cort. ad Plin. IX. cap. 13. Dr. ad Liv. XXV. 34. XXXV. 25. *quempiam* pro *quem sapientia* G. 1. *nequissimae factionis nequissime*

stirpis exitio. [cf. Fea ad Horat. Od. I. 15. 22., qui hunc locum excitat.]

sequens. [Oud. praefert cum aliis *sequius* i. e. peius, magis perversum, eique obsecutus est Ruhnk. Ego *sequens* retinui. *Sequius* enim exemplorum quae profert rationi non convenit. Tum enim necessarium fuisset, adiectivum poneretur seqq., ubi de Socratis agitur iudicio, quod sine dubio omnium est turpissimum, quantumque possit partium studium apertissime demonstrat.]

Palamedes. [cf. Intt. ad Ovid. Met. XIII. 56. et Hygin. fab. CV. et Virg. Aen. II. 82.]

virtute Martia praepotenti praefertur Ulixes modicus. [Ita de se gloriatur ipse Aiax apud Ovid. l. c. 11. *quantum ego Marte feroci, quantum acie valeo. Ulixes* ex corrupta codd. lectione *Auxes* vel *Anxes* corrigendum esse, cuique persuadebitur. Error ex scriptura *Ulixes* natus est, quam vett. praetulisse pro *Ulyses* et *Ulyxes* demonstratum est ad Met. I. p. 46. Tum scriptura variat inter *mendicus*, *medicus* et *modicus*. *Medicus*, quod ineptum est, ex voce *mendicus* depravabatur, quae hoc loco tolerari nequit. Ulixes enim non erat *mendicus* tunc, quum agebatur armorum Achillis iudicium, sed diu postea. Neque opposita sunt *mendicus* et *maximus*. Aliter se habet locus Anthol. Lat. T. II. p. 505. *naviget et fluctus lasset mendicus Ulixes.* Oud. qui haec comprobat, offendit in voce *praepotenti*, quam delendam esse censet emendans: *virtute Martia praefertur Ullxes modicus Aiaci maximo.* Nec puto, *praepotenti* dativum esse, qui ad *Aiaci maximo* referendus sit, sed potius ablativum ad *virtute Martia* pertinentem, ut *praepotens virtus Martia* sit praepollens et vegetissima fortitudo. Nam si alterum probare volueris, obstat tibi verborum positus ita plane intolerabilis. *Modicus* Ulixes nominatur propter non ita magnam sui corporis fortitudinem ac vigorem, ut Vell. I. 12. *modicus virium*, Curt. VII. 8. §. 9. *magnitudine corporis animum aestimantibus modicus haudquaquam famae par videbatur*, ibique Intt. De armorum Achillis iudicio cf. Intt. ad Ovid. Met. XIII. 1.]

legiferos Athenienses. [De voc. *legiferos* cf. Buenem. ad Lact. Institt. IV. 17. §. 7. p. 531. Gloss. Philox. p. 130. *legifera θεσμοφόρος*, Cyrill. p. 495. *θεσμοφόρος legifer.* De re cf. Meurs. de Attic. fort. cap. 8.]

deus Delphicus. [Rei notissimae testimonia veterum congesserunt Elm. ad Minuc. Fel. p. XX. ed. in fol. et Intt. ad Tertull. advers. Marc. I. c. 4.]

ed by Google

ctionis circumventus, velut corruptor adulescentiae quam frenis coercebat herbae pestilentis suco noxio peremptus est, relinquens civibus ignominiae perpetuae maculam? cum nunc etiam egregii philosophi sectam eius sanctissimam praeoptent, et summo beatitudinis studio iurent in ipsius nomen. Sed ne quis indignationis meae reprehendat impetum, secum sic reputans: Ecce nunc patiemur philosophantem nobis asinum rursus unde decessi? revertar ad fabulam.

CAPUT XXXIV.

Postquam finitum est illud Paridis iudicium, Iuno quidem cum Minerva tristes et iratis similes e scena redeunt, indignationem repulsae gestibus professae, Venus vero gaudens et hilaris, laetitiam suam saltando toto cum choro professa est. Tunc de summo montis cacumine per quandam latentem fistulam
748 | in excelsum prorumpit vino crocus diluta, sparsimque defluens pascentis circa

circumventus G. 1. *corrupto* G. 1. *adulescentiae* F. 3. G. 2. D. et edd. inde a Colv. *suco* G. 1. 3. f. D. B. edd. vett. Sopingius volebat *sucu*. In cett. *succo*. *perpetuam* G. 1., *maculas* L. *septum* G. 1. *reprendat* G. 1. f. *crepitans* F. 2. *philosopharem* δ. *me* pro *meae* D. *rursum* O. *unum* Vicent. *decessi* F. 3. G. 1. 2. D. In cett. *discessi*.

istud P. *irati* p. *e* exulat a B. p. edd. vett. ante Colv. *ecena* D. *sena* Vicent. *eedunt* pro *redeunt* O. teste Wasseo. In Oud. excerptis erat *recedunt*. *indignatione* O. *Uberius vero* D. *Venus ergo* f. *suam* non comparet in B. p. et edd. usque ad Colv. *animi choro* P. *latantem* δ. *fristillam* G. 2. P. D. *fristellam* L. *in excelso* G. 1. 2. O. f. D. *prorupit* G. 1. O. D. f. *in excelsam* Wow. Pric. *Iuno crocus* F. 3. G. 1. L. *vino crocus* F. 1. G. 2. P. O. R. f. Colv. et seqq. *imo croco* ed. pr. Vicent. Venet. 4. Bas. *vino croco* δ. p. *vino Graeco diluta* φ. *unda croco* Iunt. 1. 2. Ald. Paris. *vino croco* Scalig. Mss. *sparsim simque* G. 1. *pascentis* F. 3. G. 1. edd. ante Colv. Elm. et Pric. In cett. *pascentes*.

philosophantem asinum. [cf. d'Orvill. ad Charit. I. 10. p. 267.]

unde decessi. [*Decessi* retineo, quum mihi Apuleius significare videatur, non modo *unde abii*, sed: unde de recta via digressus sum; cf. Burm. ad Ovid. Met. IV. 91. Orell. ad Cic. Flacc. 12. Ita a *deverticulo repetatur fabula* Iuven. XV. 72. dicit. Qui autem *discessi* ex cett. codd. legunt, usitatam dicendi rationem sequuntur.]

Cap. XXXIV. *redeunt.* Nihil mutandum est. Lucius enim adhuc stabat extra portam cavene, cf. p. 734.

per quandam latentem fistulam. Colv. excitat Senec. Epist. 90. §. 12. *Hoc dic, utrum tandem sapientiorem putas, qui invenit, quemadmodum immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat,* [ad quem locum Intt. plurima protulerunt; Burm. ad Prop. IV. 1. 15 sq. Comment. ad Lucan. IX. 808. Lips. de Amphith. c. 16. Heins. Adv. I. 18. p. 191.]

vino crocus diluta. De hoc loco erudite agit Scalig. ad Prop. IV. 1. 16., ubi non *vino crocus* sed *unda croco* legit. At certe non potest dici *unda dilui croco*, sed *crocus dilui unda* vel *vino*, posterioremque lectionem firmat egregie Plin. Hist. Nat. XXI. 6. *crocum vino mire congruit, praecipue dulci, tritum ad theatra implenda.* [cf. Salm. ad Spart. Hadrian. c. 19. T. I. p. 177 sq. Intt. ad Arnob. V. 1. p. 265. ad Horat. Epist. II. 1. 79. Fronto de Eloquent. p. 228. Mai.: *tibi saepenumero curandum in theatro crocum longe atque alte exprimatur.* At vero mirandum est, qui Oud. in lectione *croco vino diluta* ideo offendere potuerit, quod feminino genere haec vox nusquam alibi a veteribus dicta sit, hinc rescribens: *dilutus* vel *vino croco diluto*, ut *vinum dilutum* sit multa aqua mixtum et tenuissimum. His vero emendationibus, si ita nominari eas licet, demonstravit, quam parum sententiarum nexum atque

capellas odoro perpluit imbre, donec in meliorem maculatae speciem canitiem propriam luteo colore mutarent. Iamque | tota suave fragrante cavea, montem [256.
illum ligneum terrae vorago decepit. Ecce quidam miles per mediam plateam dirigit cursum, petiturus iam populo postulante illam de publicó carcere mulierem, quam dixi propter multiforme scelus bestiis esse damnatam, meisque praeclaris | nuptiis destinatam. Et iam torus genitalis scilicet noster futurus 749
accuratissime disternebatur, lectus Indica testudine perlucidus, plumea congerie

circa desideratur in Vulc. 1. Wow. Pric. *odore* G. 1. P. *edoro* G. 2. D. *perfluit* Vulc. 1. Wow. Pric. *maculata* Vulc. 1. Wow. Pric. *p̄bre* pro *ȳbre* D. *luteo* G. 1. 2. P. D. *flagrante* F. 1. edd. vett. praeter Venet. 4. *fraglante* G. 1. solemni aberratione. *recepit* O. teste Pric. In Oud. coll. non ita est, sed consonat ceteris codd. ac Grosiotius notavit in V. C. Giselini optime legi *decepit* atque a Lipsio conici *recepit*. *decoerpit* Venet. 4. Paris. et vir doctus in marg. Vicent. meae. *milex* G. 1. D. *populo iam postulante* L. d. p. edd. vett. ante Colv. *populo iam populante* Venet. 4. Bas. 2. *ministrante postulante* G. 1.; at prius vocabulum a manu pr. est obductum. *etiam* F. 3. G. 1. 2. D. *iam* omittunt B. p. f. d. edd. ante Colv. In cett. *et iam*. *noster scilicet* G. 1. *refuturus* d. *discernebatur* G. 1. B. (in coll. Mod.) d. edd. vett. ante Colv. *discerrebatur* B. teste Elm. *desternebatur* G. 2. P. D. Venet. 4. Paris. Colv. Vulc. 2. Wow. Pric. *diffetebatur* p. Elm. habet in textu *desternebatur* quod inter errata correctum est in *disternebatur*, quam lectionem cett. codd. et edd. praebent. *vidica* G. 1. *perlucida* O. a m. p. P. *perlucide* G. 1. 2. *plucide* D.

Apuleii ingenium cepisset. Item iam peccavit in loco Met. VII. p. 502. *liquida fimo strictim egesta*, ubi contra optimos codd. masculinum reposuit. Ego *crocus* feminino genere dixisse Apuleium pro virili parte tueor, quamvis contrarium clament grammatici, qui quam egregie erraverint in genere huius substantivi constituendo efficitur ex iis, quae profert Voss. Aristarch. T. II. p. 385. ibique Foertsch. Schol. ad Iuvenal. Sat. VII. 208. Huc accedit Graecorum auctoritas, quos χρόκος feminino protulisse pro certo scimus. Quotics Apuleius contra ceterorum scriptorum consuetudinem femininum praetulerit, argumento est unus Met. I. p. 6. locus: *Hymettos Attica, Isthmos Ephyraea et Tenedos Spartiaca*, de cuius correctione frustra interpretes desudarunt.]

odoro perpluit imbre. Crebro *pluere* cum compositis active dici docuerunt Intt. ad Propert. II. 16. 3., *lacrimas depluit.* [Heins. ad Ovid. Met. I. 572. et ad VI. 312.] Edd. aliquot legunt perperam *perfluit*, de qua utriusque vocabuli confusione cf. Heyn. ad Tibull. I. 10. 68.

montem ligneum .... decepit. Decepit non est sollicitandum. Laus est machinatoris, qui montem illum ligneum tali artificio disposuerat, ut peracta fabula veluti terrae hiatu repentino absorberetur; et vorago furto et citissime abstulit et depressit montem. [Adeas Intt. ad Liv. XXII. 4. §. 4. De re cf. Sen. Epist. 88. §. 19. *His adnumeres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant et tabulata tacite in sublime crescentia, et alias ex opinato voluptates; aut dehiscentibus quae cohaerebant, aut his quae distabant sua sponte coeuntibus, aut his quae eminebant paulatim in se residentibus;* Buleng. de Venatione Circi c. 35. in Graev. Thes. Antiq. T. IX. p. 816. Lips. de Amphith. c. 22. ibid. p. 1316.]

disternebatur. [cf. ad Met. II. p. 125. *humi quam procul distratum fuit.* Totum locum citat Argol. ad Panvin. de Lud. Circens. I. 8. in Graev. Thes. Antiq. T. IX. p. 80.]

Indica testudine perlucidus. [Plin. IX. 10. *Testudinum putamina secare in laminas lectosque et repositoria his vestire Carvilius Pollio instituit*, ubi vid. Hard. Intt. ad Senec. de Benef. VII. 9. §. 2. Wernsd. ad Poet. Min. T. III. p. 406. T. IV. p. 657. Intt. ad Iuven. XI. 94 sq. Varro apud Non. p. 86. *quam in testudineo lecto, calcita plumea in die dormire;* Kobierzyck. de Luxu Roman. II. 10. in Graev. Thes. Antiq. T. VIII. p. 1372.]

plumea congerie. [De re cf. Intt.

tumidus, veste serica floridus. At ego praeter pudórem obeundi publice concubitus, praeter contagium scelestae pollutaeque feminae, metu etiam mortis maxime cruciabar, sic ipse mecum reputans: Quod in amplexu Venereo scilicet nobis cohaerentibus quaecunque ad exitium mulieris bestia fuisset immissa, non adeo vel prudentia solers vel artificio docta vel abstinentia frugi, posset provenire, ut adiacentem lateri meo laceraret mulierem, mihi vero quasi indemnato et innoxio parceret.

CAPUT XXXV.

Ergo igitur non de pudore iam sed de salute ipsa sollicitus, dum magister meus lectulo probe coaptando districtus inservit, et tota familia partim ministerio venationis occupata, partim voluptario spectaculo attonita, meis cogitationibus liberum | tribuebatur arbitrium, nec magnopere quisquam custodiendum
750 tam mansuetum putabat asinum. Paulatim furtivum pedem proferens portam quae proxima est potitus, iam cursu me celerrimo proripio, sexque totis passuum millibus perniciter confectis, Cenchreas pervado, quod oppidum audit quidem

tumide P. *tumidis* G. 2. D. *timidus* (nec *tumidus*) G. 1. *publico* O. *scelerosae* B. Scriv. Florid. *praemaxime* B. *permaxime* Scriv. *mortis* non est in Iunt. 1. 2. Ald. *maxime cruciabar* F. 3. G. 1. 2. D. p. f. δ. In cett. *cruciabar maxime*. *mecum* desideratur in f. *venerio* δ. *coeuntibus* G. 2. P. D. edd. usque ad Elm., qui *cohaerentibus* primus restituit. *bestiam* D. *cōhēntibus* p. Verba *vel artificio* usque ad *provenire* omittunt G. 1. 2. O. P. D. L. *frigidi* pro *frugi* δ. *ad adiacentem* G. 2. D. *indamnato* δ.

ego pro *ergo* male Casaubon. *de* non est in p. *coactando* D. *destrictus* edd. vett. *districtius* φ. *discretus* δ. cf. ad Met. IX. p. 626. *lanificio districtam*. *et tota* F. 1. 3. G. 1. 2. D. P. D. p. f. δ. B. edd. vett. ante Colv. Elm. Scriver. Colvius scilicet delevit, inquit Oud., quia putavit casum esse ablativum, nec vidit *tribuebatur* potius mutandum fuisse in *tribuebat*, ut recte adscripsit suo exemplari Salmas. et patet fere e seq. *putabat*. Ego nihil muto. Sunt ablativi absoluti, qui paulo insolentius praecedenti enuntiato adiuncti sunt. *tribuebar* D. *attonita* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. p. f. δ. Coll. Voss. edd. vett. ac bene revocari iussit Pric. cf. ad Met. IV. p. 287. *huic me operi adtonitum* i. e. unice adtentum et quasi ad cetera stupidum. In cett. *attenta*. *nostris* pro *meis* p. *magno opere* G. 1. O. *fugitivum* pro *furtivum*. Unde hanc lectionem Ruhnken. deprompserit equidem nescio. In meis enim et codd. et edd. omnibus *furtivum* scribitur. *portam* F. 3. G. 1. 2. O. D. In cett. *porta* etiam Rubnk. contra Oud. *iam proxima* O. *petitus* L. D. *me* ante *celerrimo* non comparet in F. 1. teste Elm. *passum* G. 1. *perniciem* G. 2. P. D. *Cencheas* F. 1. *Conchreas* δ. Iunt. 1. Ald. *cochireas* G. 1. in textu a m. s. (prius lituram fuisse apparet.) Oud. e suis excerptis enotavit *conchureas*. *cerichreas* G. 2. D. *Brycheas* L. *Cenchras* Bas. *quod oppidum est* G. 1. 2. O. D. f. δ. R. Cod. Petr. Coll. Voss. et in marg. F. 1. a manu sec. esse testatur Oud. Equidem in coll. Lind. nihil enotatum vidi, qui F. 1. *est* habere tantummodo profert. *audit* F. 2. 3. (at manus recentior in hoc cod. delevit *audit* et superaddidit *est*.) P. B. p. ed. pr. Vic. Venet. 2. Elm. Scriv. Florid. *audient* Venet. 4. Paris. Bas. 1. *adeunt* Iunt. 1. 2. Ald. *adeunt quoque* codd. Wow. *adoenit* Bas. 2. cf. ad Met. II. p. 111. et V. p. 351.

ad Iuven. I. 159. et Kobierzyk. l. c. p. 1373.]

scelestae. *Scelerosae* lectionem cod. Bert. librarius sine dubio ex loco p. 733. *priusquam scelerosae mulieris contagio macularer* repetivit. De summa vi huius vocab. agunt Donat. ad Terent. Eunuch. IV. 3. 1. Serv. ad Aen. I. 359.

cohaerentibus. [Lucret. IV. 1109. *usque adeo cupide Veneris compagibus haerent*, ibid. 1201.]

Cap. XXXV. *portam potitus*. De hac constructione Oud. comparat Heins. et Burm. ad Ovid. Met. X. 627. XIII. 728. Dr. ad Liv. XXXI. 45. Davis. et sua ad Hist. B. Afr. 36. 87. Gell. XIII. 1. [quibus adde Munk. ad Hygin. p. 228. Intt. ad Lucret. II. 653. ad Tacit. Ann. I. 33. III. 35. 55. ad Plaut. Amphit. I. 1. 32. ad Cic. Tusc. I. 37. p. 310. Moser. Florid. p. 55.]

Cenchreas. cf. Intt. ad Liv. XXVIII. 8. XXXII. 17. [Cuper. Harpocr. p. 10. Heins. et Loers. ad Ovid. Trist. I. 10. 9.]

nobilissimae coloniae Corinthiensium, adluitur autem Aegaeo et Saronico mâri. Inibi portus etiam, tutissimum navium receptaculum, magno frequentatur populo. Vitatis ergo turbulis et electo secreto littore, prope ipsas fluctuum aspergines in quodam mollissimo arenae gremio lassum corpus porrectus refoveo. Nam et ultimam diei metam | curriculum solis dellexerat, et vespernae me quieti 751
traditum dulcis somnus oppresserat.

nobilissima colonia B. et sic margini adlevit Salmas. expressitque Scriver. Verum cum ceteri codd. retineant gentilivum, nihil hic temere mutandum est. *Cenchreas audit oppidum coloniae* i. e. censetur esse oppidum colonorum Corinthiensium. *alluditur* G. 1. O. *at ego at Saron* P. $_{a^1}$ *ego* $_{a^1}$ *saronico* G. 2. *aut nego aut sarorico* D. *Sardonico* P. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *scionico* π. *inibi* F. 3. In cett. *ubi*, quod minus probum esse Prie. iam intellexit, *ibi* emendans Oud. probatum; cf. ad Met. VIII. p. 564., ubi eadem est scripturae varietas. *etiam* non comparet in p. *tutissimus* L. P. O. δ. f. *cunctissimus* G. 1. *munitissimum* φ. *igitur* pro *ergo* R. *turbillis* p. *tribulis* G. 1. 2. P. O. a m. p. cf. ad Met. III. p. 231. *elemento* pro *electo* G. 1. *securo* p. *mobilissimo* G. 2. D. P. B. *lapsum* G. 1. δ. *foreo* δ. p. (non G. 1., ut Oud. alt qui *refoveo* cum cett. habet.) *porrectum* G. 1. p. π. Mallet Oud., si Mss. addicerent, *proiectus*. At cf. Met. V. p. 357. *iamque porrectus*. *vespernae* F. 3. In cett. *vespiternae*. cf. ad Met. III. p. 172. *traditam* D. *me* non est in f. *oppressit* B. edd. ante Colv. Elm. Scriver., Oud. probante, quem Ruhnk. secutus est. Oud. divinat ab auctore relictum esse: *obpressit*. *At circa*, qua in re non assentior. *Circa* initio libri ponendum esse probant aliorum librorum principia, Met. II. III. IV. VII. IX. X. *obrepsat* L.

obrepserat. *Obrepsat* quod Coll. Voss. habet nihil est nisi librarii docti glossema bene memoris, *obrepere* proprium esse somno vocabulum, cf. ad Met. II. p. 144. Sed auctor voluit significare, Lucium protinus simul ac se in molli arena deposuerat, somno captum vinctumque fuisse. Passim autem somnus aliquem eiusque oculos *premere* dicitur a poetis. Ac praesertim *opprimere* dicitur celeriter invadens; cf. Met. IV. p. 287. *Huic me operi adtonitum clara lux oppressit*, XI. p. 755. *sopor circumfusus oppressit.*

oppresserat. [Quum sequens narratio cum Luciani minime conveniat, qui fingit inter spectaculum Lucium rosam devorasse, itaque in hominem rursus esse commutatum, graeca, quae ad explicationem Apuleii minime faciunt, non describere satius duxi.]

Digitized by Google

LIBER XI.

CAPUT I.

752 [257] Circa primam ferme noctis vigiliam experrectus pavore subito, video praemicantis lunae candore nimio completum orbem commodum marinis emergentem fluctibus. Nactusque opacae noctis silentiosa secreta, certus etiam summatem deam praecipua maiestate pollere, resque prorsus humanas ipsius regi providentia; nec tantum pecuina et ferina verum inanima etiam divino eius luminis numinisque nutu vegetari, ipsa etiam corpora terra coelo marique nunc incrementis consequenter augeri, nunc detrimentis obsequenter imminui,

circa. Ab his verbis incipit liber X. in Mss. Fux. et Reg. *primicantis* f. *praemicante* G. 1. *emergentem* pro *emergentem* D. *in* pro *etiam* G. 1. *summatam* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. L. p. f. *summatim* D. in cett. *summatem. praecipuam* D. *humana* G. 2. P. L. *ipsi* p. *ipsim* δ. *reges* δ. f. *rei* pro *regi* lunt. 1. 2. *prudentia* G. 2. P. D. cf. ad X. p. 747. *divinae prudentiae senex*, ubi itidem variant codd. *pecunia* Vicent. Venet. 2. *inanima et divina* B. *etiam inanima* δ. *verum iam iam etiam divina* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. *divine* D. *numinisque* non comparet in Vulc. 1. *corpus* δ. *terrea* G. 1. O. *consequanter* O. *detrimentic* F. 1. 3. G. 1. 2. O. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) B. δ. p. f. π. *detrementis* L. In cett. *decrementis. absequenter* Vulc. 2. typothetarum errore. Res obsequuntur et obediunt auctui vel detrimento lunae. *obsequanter* O.

Cap. I. *emergentem.* [cf. Bach. ad Ovid. Met. XV. 186., qui proprium hac in re esse hoc vocabulum demonstrat.]

summatem. [Invitis optimis codd. qui *summatam* flagitant illam lectionem dedi, auctoritate tantum ceterorum Apuleii locorum, quibus idem vocabulum legitur, commotus, ne alterum comprobarem. *Summatus* enim participium esse potest verbi *summo*, quod antiquitus existere potuisse non solum *summatus* substantivum probat, sed aperte etiam Gloss. Vulc. p. 148. *summo* κεφαλαιόω, de quo verbo plura dicam ad Florid. p. 125. Quo accedit, quod hoc tantummodo loco codd. inter *summatem* et *summatam* fluctuant priusque interpretamentum videri possit librarii, qui ceteris locis Apuleium *summatem* dixisse cognoverat cf. Met. IV. p. 289. *summatem regionis;* XI. p. 775. *deae summatis auxiliaris;* p. 800. *praeceptis summatis deae.*]

detrimentis. [*Decrementis* quod aliquot codd. interpretumque plurimi praebent, nihil nisi emendatio videtur indocti librarii, qui *detrimentum* non capiebat, necessarioque *incrementis* et *decrementis* opponenda sibi fuisse putabat. Qua eadem re Oud. deceptus est, quem praeterea, ne hanc lectionem probaret, locus Apuleii de Mund. p. 332., ubi omnes codd. in *detrimenta* consentiunt, admonere debebat. Quod quum ipse profiteatur, eo magis mirum est, longe insolentius eum improbasse. *De-*

Digitized by Google

fato scilicet iam meis tot tantisque cladibus satiato et spem salutis licet tardam subministrante, augustum specimen deae praesentis statui deprecari. Confestimque discussa | pigra quiete alacer exsurgo, meque protinus purificandi studio 753
marino lavacro trado: septiesque submerso fluctibus capite, quod eum numerum

tam pro *iam* p. *etiam* Florid. *angustum* D. *specie salutis* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Sed vere emendavit Beroald. Perpetua harum vocum est confusio cf. ad Met. III. p. 272. *sepe crimen* pro *specimen* G. 2. D. *saepecrimam* P. *praesenti* G. 1. O. Pro *septiesque* in G. 1. est *proteresque* a manu recenti. Prius lacunam in contextu fuisse apparet. At ne coniectura quidem assequi possum, quid corrector ista voce *proteres* sibi voluerit. *que* post *septies* non est in Venet. 4. Bas. 1. *quid eum* pro *quod eum* G. 2. D.

trimenta testatur Fulgent. Mythol. II. 19. p. 700. *detrimenta lunae et augmenta.* Si pro *imminui* vel *augeri* aliud positum esset vocabulum, quo soni utriusque vocis magis assimilarentur, *decrementa* reciperem. Ita enim sibi responderet: *decrementa* et *incrementa*, *consequenter* et *obsequenter*, quodque loco alterutrius vocis vocabulum dictum esset. *Damna* nominat haec lunae *decrementa* Manil. II. 95. Senec. ad Marc. c. 18. *accessionibus damnisque notabilem, semper proximae dissimilem.*]

fato satiato. [De *satiare* Peerlk. ad Horat. Od. I. 2. 37. haec adnotat: *satiari* et *satio te* dicebant in summo dolore, quando etiam numina magis irritare non timebant; Ovid. Met. IX. 178. Petron. Sat. 121. Ciof. ad Ovid. Trist. III. 11. 35.]

specimen. Pricaeus: Glossae Cyrill. p. 384. ἀπεικόνισμα *specimen, instar, effigies.* [Virg. Aen. XII. 162. Burm. ad Valer. Flacc. II. 58. Met. XI. p. 791. *sed intentans deae specimen. Praesens* est *efficax, propitia* cf. Virg. Aen. IX. 404. Horat. Sat. II. 3. 68.]

purificandi studio. Is ritus apud Romanos, ut corpus lavarent deos adituri; cf. Tertull. de Orat. c. 11.: *Hae sunt verae munditiae, non quas plerique superstitiose curant, ad omnem orationem etiam cum lavacro totius corporis aquam sumentes.* De hoc singulorum populorum more, se lavandi, priusquam templa adire vel diis sacrificare disponebant, fusius singulis exemplis accitis agit Elm., ex quorum mole sufficit eligere Lys. Orat. V. p. 97.: ἔτι δὲ παρελθὼν τὸν νόμον, ὃν ὑμεῖς ἴσασθε, εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν αὐτῶν, ὡς ἀλιτήριον ὄντα, ταῦτα πάντα βιασάμενος, εἰσελήλυθεν ὑμῶν εἰς τὴν πόλιν καὶ ἔθυσεν ἐπὶ τὸν βωμὸν, ὃν οὐκ ἐξῆν αὐτῷ, καὶ ἁπάντα τοῖς ἱεροῖς. περὶ ἃ ἠσέβησεν εἰσῆλθεν εἰς τὸ Ἐλευσίνιον, ἐχερνίψατο ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος. [cf. Turneb. Advers. I. 29. p. 35. XIX. 20. p. 659. Plum. ad Pers. Sat. II. 15. p. 190 sq. Intt. ad Ovid. Met. XIV. 650 sq. ad Arnob. VII. 16. Tom. II. p. 410. Orell.] Ideo autem dixit *marino rore*, quod antiquitus credebant, aquam illam propter igneam portionem universa hominum mala proluere; cf. Procl. de Sacrif. et Mag. p. 279. Eustath. ad Hom. Il. x. fol. 81. ἢ πάντως διὰ τὸ φύσει ὑπτιεικὸν εἶναι τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ· εἰς τὴν ἀπίρατον οὖν φασι τὰ περιπώματα ἔβαλλεν, διὸ καὶ πυρομία φησὶ θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά. Laert. in Plat. III. §. 6. p. 190. ἔνθενδε εἰς Αἴγυπτον παρὰ τοὺς προφήτας οὗ φασι καὶ Εὐριπίδην αὐτῷ συναπολουθῆναι καὶ αὐτόθι νοσήσαντα πρὸς τῶν ἱερέων ἀπολυθῆναι τῇ διὰ θαλάσσης θεραπείᾳ· ὅθεν καὶ εἰπεῖν· θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά. [Brouer. de vett. et recentt. adorationibus c. 12. in Polen. Supplem. Antiqq. T. II. p. 976. Taffin. de anno saeculari et ludis saecul. c. 6. in Graev. Thes. Antiqq. T. VIII. p. 498. Statim vero post noctem quiete transactam se lavit Lucius, quia teste Servio ad Virg. Aen. VIII. 69. 70. dicitur nox etiam solo somno polluere. Ita puto explicandum esse locum Pers. Sat. II. 16. quem omnes fere de concubitu nocturno intelligunt: *Haec sancte ut poscas Tiberino in gurgite mergis Mane caput bis terque et noctem flumine purgas.*]

septies. [De vi huius numeri, qui

praecipue religionibus aptissimum divinus ille Pythagoras prodidit, laetus et alacer deam praepotentem lacrimoso vultu sic apprecabar:

CAPUT II.

„Regina coeli, sive tu Ceres alma frugum parens originalis, quae repertu
754 laetata filiae, vetustae glandis | ferino remoto pabulo, miti commonstrato cibo

religionis Bas. 2. Colv. Vulc. 2. *religioni* Vulc. 1. Wow. Pric. *regionibus* L. In cett. *religionibus*. *artissimum* G. 1. *divinitus* G. 2. (nec G. 1. ut Oud. protulit.) D. L. P. *diutius* p. *pyctagoras* G. 1. 2. D. *letam praepotentem* p. *alacrissimo* G. 2. O. D. (nec vero ut Oud. testis est in G. 1., qui *lacrissimo* habet, unde non improbabile est, O. quoque ita habere.)
reperta G. 2. P. D. *lerata* G. 1. *vesculae* B. *vestutae* d. *grandis* Vicent. Venet. 2.

ut impar sacrosanctus erat; cf. Heyn. ad Virg. Aen. V. 85. Intt. ad Ovid. Met. V. 537. IX. 292. X. 73. Macrob. Sat. I. 6. Varr. apud Gell. III. 10. Kopp. Palaeograph. II. 3. §. 237. T. III. p. 288. et ad Mart. Capell. I. §. 40. p. 86. et praeceteris ad VII. §. 738. p. 591. *Quid autem te heptas veneranda commemorem*? Censorin. c. 14. Orell. ad Arnob. VII. 38. in Add. p. 447.]

submerso. [De hoc more cf. Intt. ad Iuvenal. VI. 523.]

Cap. II. *regina coeli.* [cf. Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 4. p. 20. Gruter. 83, 12 et 13. Taubm. ad Plaut. Supposit. p. 1505.]

sive tu Ceres. [De more veterum, in solemnibus precibus quaecunque dei deaeve nomina vocandi, iam dictum est ad Met. VI. p. 388.; quibus dictatis libet addere Intt. ad Plat. de Republ. III. 6. p. 394. A. Kopp. ad Mart. Capell. II. §. 191. p. 236. *te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim, Dissona sacra Mithram, Ditemque ferumque Tithonem* seqq.]

frugum parens originalis. [cf. Munk. ad Albric. XXIII. p. 937. Diod. Sic. I. 12. εὑρόντας Ἶσιδος τόν τε τοῦ πυροῦ καὶ κριθῆς καρπόν. τοῦ δὲ Ὀσίριδος ἐπινοησαμένου τὴν τούτων κατεργασίαν τῶν καρπῶν.]

vetustae glandis. Sciopp. probat lectionem Bert. *vesculae* his verbis: *vesculae* i. e. siccae et durae. Lucret. I. 326. *vescum sal* dixit pro edaci si Festo credimus (p. 161. Lindem.) qui ait *vesculos* homines esse male curatos et graciles. Sic Afran. apud Non. p. 187. Merc. *At puer est vescus, imbecillus viribus.* In Gloss. Philox. p. 223. exponitur *vescus* ὀλιγόσιτος. Lucil. apud Non. l. c. *Quam fastidiosum ac vescum vivere.* Sic lego apud Non. *vescum* p. 186. id est cum fastidio edendi, veluti interpretatur Gell. XVI. 5. qui *vescum* ex *ve* et *esca* compositum docet. Virg. Georg. III. 173., ubi Serv. *Vescas siccas et teneras. Nam vescum hoc est proprie. Unde etiam telae aranearum Vescae vocantur.* [cf. Fest. p. 158, 741 et 750. Lindem. Doed. Synonym. T. IV. p. 168. Salm. Plin. p. 26.] Sed male. Passim enim *glans* in frugum oppositionem vocatur *cibus vetustus.* Pricaeus haec affert: Virg. Georg. I. 348. *tempora querna,* ubi Servius: *Habens in memoria victum priorem, a quo Cereris revocatus est benignitate, nam olim homines glande vescebantur.*. Pollux. I. 12. §. 9. Ovid. Fast. I. 675 sq. *per quas correcta vetustas Quernaque glans victa est utiliore cibo* [ibid. IV. 400 sq. Ex hoc igitur loco retinenda videtur apud Fulgent. Mythol. I. p. 621. Staveer. lectio *archaicis sensibus glandium quippiam sapiant,* pro qua emendat Bentl. ad Horat. Epist. I. 5. 1. *arcadicis,* quae coniectura explicari possit ex Fulgent. Cont. Virg. p. 747. ubi vide. *Archaicus* ut *archaeus* in usu erat, potissimum his scriptoribus. cf. Elm. ad Arnob. II. 23. p. 75. et c. 66. p. 98. ed. Lugd. Bat.]

miti. Pricaeus adnotat: Ovid. Met. V. 342. *Prima* (Ceres) *dedit fruges*

Digitized by Google

nunc Eleusiniam glebam percolis; seu tu coelestis Venus, quae primis rerum exordiis sexuum diversitatem generato amore sociasti, et aeterna sobole humano genere propagato, nunc circumfluo Paphi sacrario coleris; seu Phoebi soror, quae partu fetarum medelis lenientibus recreato populos tantos educasti, praeclarisque nunc veneraris delubris Ephesi; seu nocturnis ululatibus horrendą Proserpina, triformi facie larvales impetus comprimens terraeque claustra cohibens, lucos diversos inerrans vario cultu propitiaris; ista luce feminea collustrans cuncta moenia, et *uvidis* ignibus | nutriens laeta semina, et solis 755

Eleusiniam Mss. plerique, ut F. 3. G. 2. D. B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. et Colv. cum seqq. cf. Oud. ad Suet. Claud. c. 25. *Eleusinis δ.* a m. p. *Eleusinam* a m. s. *Eleusinam* Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 4. Colin. Basil. *Eleusiam* in G. 1. a m. s. esse false pronuntiat Oud. Ibi enim in contextu *elẽsiam* i. e. *elensiam* scriptum est; a manu vero prima in marg. idem extitisse videtur, sed nunc atramentum vetustate extinctum, vel litterae a manu secunda obiter abrasae sunt, ut accurate lectio genuina distingui nequeat. *clemissimam* habet π. *sed tu caelestis* Vicent. Venet. 2. *p'us rerum* L. Est qui hinc *prius* vel *parvis* coniecit; sed cf. ad Met. II. p. 117. *primis experimentis. satiasti* G. 1. *generi* G. 2. P. D. *circumfuso collens* G. 1. π. *ferarum* G. 1. 2. O. P. L. p. π. B. cum edd. ante Vulc. 2. In δ. vix discerni potest, *ferarum* an *fetarum* scribatur. In cett. eodd. equidem *fetarum* inveni. *medelis lenicibus* B. *populo* G. 2. D. *populi* P. *annales* G. 1. a m. s. in contextu. A manu pr. in marg. vocabulum scriptum est, cuius prima *l* littera aperte dignosci potest, *a* obiter abrasum apparet, cetera legi omnino nequeunt. Hinc conicio priorem lectionem fuisse *larvales*, quod unde non in textu sed in margine posuerit librarius, caussa intelligi non potest. *cohiberis* π. *inerras* G. 1. 2. D. π. *propinaris* G. 1. π. *nudis* F. 1. R. f. p. δ. O. P. G. codd. vett. usque ad Vulc. 2. At in F. 3. G. 1. 2. D. equidem inveni *undis*. *udis* est in B. L. φ. et cett. edd. Oud. emendavit *in udis*, quod Ruhnk. in textum non recepit, sed e Vulc. 2. *udis* retinuit.

alimentaque mitia terris; Quint. Decl. XII. c. 5. *Utinam saltem nobis rudem victum silvae ministrassent, et carpere arbusta, concutere quercus, legere fraga licuisset, et quaecunque primi mortales ante traditos divinitus mitiores cibos contra famem obiecerunt*; Iustin. XLIV. 4. §. 11. *et ex agresti cibo mitiora vesci.* [cf. Intt. ad Ovid. Met. XV. 478.]

circumfluo. [cf. Meurs. Cypr. l. 14. p. 44. et p. 46.]

quae partu fetarum medelis lenientibus. Variat scriptura inter *ferarum* et *fetarum*, quarum posterior unice vera est. *Feta* enim explicant Gloss. Philox. p. 96. *ἐγκύμων*, *πλήρης*. [Gloss. Vulc. p. 55. *fetus, a, um, ἔγκυος*. Varro apud Non. p. 312. v. *Fetum*; Virg. Aen. VIII. 630. De re cf. Intt. ad Horat. Od. III. 22. de scriptura cf. Forbig. Pro *lenientibus* ex perversa scriptura cod. Bert. *lenicibus*. Pontan. Anal. II. 15. emendavit *elicibus* Oud. pro *fetarum* correxit *feminarum* ob solitam *fera* et *feminarum* vocabb. confusionem cf. ad Caes. B. Civ. I. 84. Sil. Ital. I. 569.]

veneraris. [De passivo *veneror* cf. Voss. Aristarch. T. II. p. 760. ibique Eckst.]

ululatibus. [cf. Intt. ad Virg. Aen. IV. 609. *Nocturnisque Hecate triviis ululata per urbis*, ubi vid. Serv. De voc. *triformi facie* cf. Kopp. ad Mart. Capell. II. §. 170. p. 225. Serv. ad Virg. Aen. IV. 511.]

Proserpina. [Isidem eandem esse Proserpinae demonstrat fusius Cuper. Harpocrat. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. II. p. 488. Munk. ad Fulgent. p. 635.; cf. infra ad p. 763. *Hecatam isti.*]

luce feminea. [i. e. tenui, imbecilla. Macrob. Sat. I. 17. *Et solem quidem maxima vi caloris in superna raptum, lunam vero humidiore et quasi femineo sexu naturali quodam pressam tepore inferiora tenuisse.* Eadem ratione dicit Plin. H. N. II. 104. *lunae femineum et molle sidus*; cf. Virg. Aen. XI. 782.]

uvidis ignibus. Haec Pontani ad Macrob. p. 282. emendatio quum ad codd. vestigia mihi optima videatur esse, non dubito in textum eam recipere. Oud. ex *nudis* emendat *in udis*, significatione praepositionis *per* sive,

Digitized by Google

ambagibus dispensans incerta lumina: quoquo nomine, quoquo ritu, quaqua facie te fas est invocare; tu meis iam nunc extremis aerumnis subsiste, tu fortunam collapsam affirma, tu saevis exantlatis casibus pausam pacemque tribue;
[258] sit satis laborum, sit satis periculorum. Depelle | quadripedis diram faciem, redde me conspectui meorum, redde me meo Lucio. Ac si quod offensum numen inexorabili me saevitia premit, mori saltem liceat, si non licet vivere."

CAPUT III.

Ad istum modum fusis precibus et adstructis miseris lamentationibus, rursus mihi marcentem animum in eodem illo cubili sopor circumfusus oppressit. Nec

dispensas G. 1. 2. P. D. ed. pr. Vic. Venet. 2. 4. Bas. 1. Paris. *quaque* G. 1. 2. O. D. L. p. f. edd. ante Bas. 2. *tu* ante *fortunam* non est in G. 1. O. *exanclatis* F. 3. f. edd. vett. usque ad Colv. *exanglaris* G. 1. *ex me latis* G. 2. D. (perperam ex G. 2. D. et P. excitat Oud. *exinclatis*, quod etiam e P. falso prolatum esse mihi quidem probabile est.) *exhaudatis* δ., unde Oud. infeliciter emendavit *exhauritis*. *sic satis laborum sic* D. *quadripedis* F. 3. G. 2. D. In cett. *quadrupedis* cf. ad Met. p. 450. *Lucio meo* f. *at si* δ. *ac si quod est* p. *exorabili* P. *tautia* G. 1. *saevitia praemicti mori* G. 1. (neque *morti* ut Oud. enotat). *viveret* Venet. 4.

a miseris f. *miseris* non comparet in ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 1. Ald. Etiam in F. 1. abesse testis est Oud. At collatio Lindenbrog. hoc non confirmat nec verisimile est, quum in cett. codd. omnibus legatur. *marocatem* O. et G. 1. a m. s. [Prius lacuna in contextu videtur fuisse, quae ita a m. s. suppleta est. *Mervocantem* e G. 1. a m. s. excitat Oud.]

ut ait, per graecum pleonasmum, comparans Met. I. p. 21. *in flexibus tortuosis exosam saltationem explicat;* item VI. p. 390. *in laboribus defessa;* VII. p. 467. *in simulatione promendi;* VIII. p. 570. *in hebeti pigritia ferox;* IX. p. 656. *in poculis altercari,* ubi tamen aliter legendum est; infra p. 783. *comitari pompam in ovanti gradu,* ad quem locum me vide; de Dogm. Plat. I. p. 201. *in luce siderea ardere;* de Mund. p. 373. *torquetur in digitis;* cf. Munk. ad Hygin. fab. 20. Oud. ad Lucan. IX. 615. ad Frontin. I. 5. 15. Petron. 6. *in cursu fatigatur;* Dict. Cret. III. 26. [cf. Hand. Tursell. T. III. p. 261. Ita explico Minuc. Fel. c. 11. §. 9 *solatia a poetis fallacibus in dulcedine carminis lusa,* ubi Wopk. perperam *in dulcedinem* praetulit. At *in udis* non probatur, quia concinnitati adversatur enuntiati; cetera enim participia simplicem ablativum adsciscunt: *luce collustrans ambagibus dispensans.*]

uvidis ignibus nutriens laeta semina. [Hinc in pompa Isidis et Osiridis semper praecedit *ὑδρεῖον ἐπὶ τιμῇ τοῦ θεοῦ,* de qua re plura affert Cuper. Harpocrat. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. II. p. 438.]

quoquo nomine. [Solemnis erat formula precantium, quando tot habebant dii nomina, quot enumerare illi non poterant. Ne igitur religionem violarent deumque laederent, adiicere hoc vel simile solebant; cf. Broubier. de vett. et recentt. adorationibus c. 7. in Polen. l. c. p. 962., qui plurima loca affert, qui idem de Iside *myrionyma* vel *polyonyma* fusius agit, de qua Oud. adiri iubet Plutarch. de Isid. T. II. p. 372. Gud. ad Phaedr. III. 19. Intt. ad Sil. VII. 79. Grut. p. 83, 11. Fabrett. Inscriptt. p. 469. Murator. p. 73. 5. Froelich. Animadv. ad nummos vett. p. 107. Wessel. ad Diod. Sic. T. I. p. 29.]

iam nunc extremis aerumnis. [De *iam nunc* compara Hand. Tursell. T. III. p. 153. Fea ad Horat. Epod. XVII. 65. demonstrat, *labores* et *aerumnas* proprio vocabulo in incantamentis usurpari, excitans hunc locum et p. 778. *tot ac tantis exantlatis laboribus,* et XI. p. 783. *pristinis aerumnis absolutus.*]

Digitized by Google

dum satis *connipseram*, et ecce pelago medio venerandos dei etiam vultus | attollens emergit divina facies. Ac dehinc paulatim toto corpore perlucidum 756

In plerisque codd. et edd. est *cōpseram* vel *compseram* vel *compseram*, ut *compseram* habent G. 2. P. B. f. δ. ed. pr. Vicent. (in cuius marg. vir doctus emendabat *compresseram*) et Venet. 2. in qua typothetarum errore extat *consperam*. *connipseram* ex F. 1. enotat Elm. idque in edit. suam recepit. Coll. Lindenb. et F. 3. habent *conipseram*. *conseram* G. 1. O. B. *compresseram* P. Iunt. 1. Ald. Venet. 4. Paris. Colin. Bas. 2. Colv. *conniveram* Iunt. 2. Wow. Scriv. Pric. Florid. *consoperam* marg. Bas. 1. *consopiveram* Vulc. 2. *cōgsam* D. *corrupseram* p. *meo* pro *medio* O. *dei* F. 3. G. 1. 2. O. D. δ. f. *deae* L. ex interpretatione. *dis* P. *dei is* p. In cett. *diis*. *et vultus* vitiose exaratur in solis edd. Basil., unde male refingere tentat Stewech. vulgatam lectionem, quae bene se habet. *amergit* D. *At dehinc* edd. vett. ante Colv. *praelucidum* f. et Ruhnk. *periculum* pro *perlucidum* Venet. 4. Bas. 1. *perlucidium* Paris.

Cap. III. *connipseram.* [Hanc perfecti formam licet altero exemplo comprobare nequeam, e textu tamen eiicere nolo, quia omnes codd. aut accurate hanc formam vindicant aut e corruptis vestigiis aperte indigitant. Antiquitas testatur terminationes *conniveram* et *connixeram*; cf. Apul. Met. IV. p. 291. VIII. p. 595. Voss. Aristarch. T. II. p. 830. ibique Eckst., quarum alterutram Intt. in textum receperunt. Posterius probavit Oud., quia *ps* et *x* in codd. saepius confunderentur. At vellem exemplum protulisset vir doctus, qui perperam ad legati cuiusdam rudis et barbari infantiam provocavit, quem Sueton. Aug. c. 88. *ixi* pro *ipsi* scripsisse narrat. Hoc igitur quum demonstrari neutiquam possit, obstat semper *p* littera in omnibus codd., ne a codd. lectione recedatur. Si analogiae speciem quandam sequi volueris, cum *conniveo* et *connivo* verbis, quod posterius testatur Prisc. IX. c. 8. T. I. p. 459 Krehl., extitisse *connibo* coniicio, unde *connipsi* eadem ratione formatum sit, qua *scripsi* a *scribo*, *glupsi* a *glubo*, *nupsi* a *nubo*. Attamen semper adversatur, quod numquam *niptum* pro *nictum* dixisse constat. Hunc igitur locum in medio relinquo.]

dei formam. [Revocavi veterem scripturam, quam Oud. ideo reiecit, quod *divina facies* et *dii vultus* unum idemque esset. *Diis venerandos* explicat Oud. de Hecate, cuius faciem venerentur ipsi dii. Quod quum ita sit, quamquam non omnino consentio, tamen impedit, quod Lucius nondum sciebat qualis illa veneranda facies esset. Licet enim deum matrem invocasset, tamen unde eandem esse deam scire poterat? Postea cognovit eum Lunam esse *vel immo argumentum lunae*. Hoc ipsa verba testantur *divina facies*, quae verto *eine göttliche Gestalt*. *Faciem* igitur de externa specie intelligo; cf. ad Met. II. p. 162., de toto *corpore* cf. ad Met. III. p. 233. Ita *vultus* et *facies* bene inter se discrepant, ac Lucius indicat, statim adspectu eius divinae mulieris horrore ac veneratione se perfusum esse.]

perlucidum. Dubitat Oud., an recte se habeat compositum, quod translucendi vim habeat, cum oculorum radii penetrent interius in corpus, qualis sit vitri, fontis. Dicere quidem Cicer. de Divin. I. 57. *sin illustris et perlucida stella adparuerit, significari, coelum esse tenue purumque et propterea salubre*, verum eam conditionem non convenire huius simulacri descriptioni: quare mavult sequi lectionem cod. Fux. *praelucidam*, quam Ruhnken. in textu posuit. [At frustra. Ipse enim Cic. locus probat, dixisse veteres *perlucidus* pro *valde lucidus*, quod aut ad maiestatem deae eiusque venerabilem faciem referre possis, aut ad sequentem externi habitus descriptionem: *bysso tenui pertexta, nunc albo candore lucida ..... rubore flammida ....palla nigerrima splendescens, quae longe longeque etiam meum confutabat obtutum ..... stellae dispersae coruscabant ..... Luna flammeos spirabat ignes.* Vir doctus refert ad verba *tenui byssо.* Ita enim *perlucidae* saepius vestes dicun-

Digitized by Google

simulacrum excusso pelago ante me constitisse visum est. Eius mirandam speciem ad vos etiam referre connitar, si tamen mihi disserendi tribuerit facultatem paupertas oris humani, vel ipsum numen eius dapsilem copiam locutilis facundiae subministraverit. Iam primum crines uberrimi prolixique et sensim intorti per divina colla passive dispersi molliter defluebant. Corona multiformis variis floribus sublimem distrinxerat verticem, cuius media quidem super
757 frontem | plana rotunditas in modum speculi *vel immo* argumentum lunae can-

est non comparet in B. *qui mirandam* G. 1. 2. L. P. D. *qui eius* f. R. O. δ. *referte* G. 1. *conitar* F. 3. *convitar* G. 2. D *cenitar* G. 1. in contexu a m. s. *enitar* O. *deserendi* G. 1. *tribuit* (omissa est virgula *tribuit.*) p. *tribuerint* (non *tribuerunt*) B. *dasilem* O. *loquutilis* s. *locutilis* F. 3. G. 1. 2. D. L. *loquitulis* vel *loquitilis* Oud. enotat ex G. 1. P. O.; quod non probabile videtur. *locuturis* δ. In cett. *elocutilis. Iamque primum* Colv. Vulc. Wow. Pric. de more, sed ultimus recte monet, rursus legendum *iam primum*, ut est in omnibus Mss. excepto Lips., ceteris-que edd. *uberrime* f. *ut et sensim* δ. *per devia* L. *passimve* F. 3. *passim* Bas. 2. Colv. Vulc. 2. *passique* ed. Altenb. sine dubio typothetarum errore, quamquam inter varias lectiones eadem scriptura repetita est. In cett. *passine.* Ita etiam F. 1. et P. in excerptis ad marg. ed. Colv. *diffluebant* B. *defluebat* p. *multiformiter* δ. *distrixerat* Coll. Lips. *distinxerat* O. F. 1. in excerptis ad marg. ed. Colv. p. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. Bas. *medium* vel *mediam* L. *fronte* B. *media super fronte* Wow. Pric. *medio* coniecit Pric. *planam* B. edd. ante Basil. cum Scriver. *plena* δ. *vel in modum semestris lunae* φ.

tur, per quas totum corpus elucet, cf. Heyn. ad Tibull. IV. 6. 13. Iacobs. ad Anth. Gr. T. II, P. II. p. 279. Iuven. II. 78. de homine ipso tales vestes gerente *perluces* dicit.]

visum est. [*Videri* hic ut saepius de somniante dictum est, cf. de Deo Socrat. p. 182. *videre sibi visus est;* Intt. ad Virg. Aen. II. 271. ad III. 150. Valken. apud Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. p. 54.]

Eius mirandam. Diverso modo huuc locum tentarunt Intt. Brant. emendat' *quam mirandam,* G. Voss. *quin,* Oud. denique *quoius* sive *cuius,* quod omnium minime comprobo. Mirum est, quomodo in aliquot codd. vocabulum *qui* irrepserit, vel corruptum sit.

locutilis. [Ita cum optimis codd. scribendum est pro *elocutilis,* quod perperam etiam Oud. probavit. Vocabulum igitur *elocutilis* e lexicis delendum, alterumque restituendum est. Emendabant librarii et interpretes, qui *elocutilis* vocabulo *facundiae* melius respondere putabant. Hoc vero ipsum probat, *elocutilis* necessarium non esse.]

passive dispersi. [Florent. 3. habet *passimve* sine dubio correctione librarii qui forsitan in asyndeto offendebat. Defendi posset haec lectio, si *per divina colla* apte ad *intorti* referri possent. De voce *passivus* saepius ab Apuleio usurpata cf. ad Met. VI. p. 399.]

corona multiformis. [cf. Munk. ad Fulgent. p. 714. Plura de his Isidis ornamentis dabunt Cuper. Harpocr. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. II. p. 510. Spon. rei antiq. Quaest. Diss. 7. n. 36. ibid. T. IV. p. 444. eiusd. Miscell. Erud. Antiq. Tab. XXXVI. ibid. p. 684.]

distrinxerat. Bene Oud. hanc lectionem defendit, explicans *undique constrinxerat;* cf. Heins. ad Ovid. Met. III. 665. Virg. Aen. VI. 617. [Buenem. ad Lact. Institt. V. 19. p. 669 sq. Orell. ad Arnob. VI. 3. T. II. p. 349. et prae ceteris Cuper. Observ. IV. 5.]

cuius media quidem super frontem plana rotunditas in modum speculi vel immo argumentum lunae candidum. Suam de hoc loco sententiam Florid. his verbis expressit: Cod. Ursin. habet: *vel in modum semestris lunae,* quod non probatur a doctis, cum praesertim adeo discrepet a ceterorum codd. lectione. Omissis Pricaei coniecturis, *vel enim* et *augmentum* reponentis, nihil in textu muto, sed virgulam expungo, quae inter *lumen* et *candidum* posita est, atque haec verba *argumentum lunae* duabus virgulis includo, quae in vicem praestent paren-

didum lumen emicabat. Dextra laevaque sulcis insurgentium viperarūm cohibita,

dextera G. 1. 2. D. Iunt. 2. Scriver. *fulcis* G. 1. 2. D. P. *fulsis* d. *fulcris* coniecit Pignor. Tab. Isiac. p. 10. *viperaret* ed. pr. Vicent. *viparet* Venet. 2. *coercita* f.

theseos, ut sit sensus, quem in interpretatione expressi: quae habebat quidem in media fronte orbem planum instar speculi, vel potius lumen candidum refulgens, quod argumento erat eam esse lunam. At iure reprobat Oud. hanc explicationem, cui non solum loci sententia sed etiam verborum *vel immo* positus repugnat. Sententia dubia esse nequit: In medio super deae vertice super fronte planam rotunditatem luminosam apparuisse, quasi speculum lumen emittens candidum, in argumentum et fidem eam esse Lunam. De dictione *super frontem* confert Oud. Burm. ad Nemes. Ecl. III. 5. Dr. ad Liv. XXI. 33. *Media* bene habet, subintellecto *parte*, ut liquet clarissime e seqq. *dextra laevaque*, ut Liv. IX. 12. *media labi*. Male vero *planam* reposuerunt alii, quasi *media rotunditas* coniungenda fuissent; id quod Oud. iam intellexit: „Quid sit *media rotunditas*, inquiens, non video. Cepisse videntur pro *dimidia* (sine auctoritate idonea) adeoque pro lunae orbe dimidio, sive potius *corniculato* cum Cuper. Harpocrat. l. c. p. 443: quomodo crebro Diana et Luna finguntur et exprimuntur in lapidibus et nummis. Sicut etiam Isidi lunaria cornua tribuerunt Aegyptii; cf. Pign. Mens. Isiac. p. 30. Plutarch. Isid. et Osir. Ovid. Met. IX. p. 687: Verum haec cornua nequaquam conveniunt *speculi* similitudini. Ad haec *dividua luna* differt a *corniculata*, uti eas bene distinguit ac *plenam* rursus *speculo* comparat Apul. de Deo Socr. p. 117. *seu corniculata seu dividua seu protumida, seu plena sit ... corpori laevi. Ceu quodam speculo radiis solis obstiti vel adversi usurpat.* Plin. Hist. Nat. II. 9. *Et modo curvatae in cornua facie, modo aequa portione divisa, modo sinuata in orbem.* Verum *plana rotunditas* optime convenit *speculo*. Apul. Apol. p. 425. *in planis quidem speculis*, de quibus adi Meurs. Exercit. Crit. p. 77. Tota igitur rotunda Luna, cuius *candore nimio praemicantis plenum orbem* paulo ante viderat, nunc somnianti apparuit Lucio in vertice deae, qualis ut hic cum *spicis* et *serpentibus* extat *rotunditas* in gemma apud Pignor. ibid. p. 20. et in nummo Antiochi Euergetae apud Beger. in Thes. Brand. T. III. p. 23. ac similia multa monumenta vide apud Montf. Antiqq. Explic. T. II. B. p. 280. 282. Suppl. T. II. p. 142. p. 160.“ Haec Oud., qui praeterea Pric. coniecturam *vel enim* refutat, comparans infra p. 798. *nec esse quemquam de suo numero tam perditae mentis vel immo destinatae mortis*, et cum Florid. verba *argumentum lunae* in parenthesi ponens, quamquam ne hac quidem distinctione opus esse censet. Solum enim *in* praepositionem *ἀπὸ κοινοῦ* repetendam esse hoc modo: *Plana rotunditas emicabat super frontem in modum speculi, vel immo candidum lumen emicabat in argumentum lunae.* [Haec vero ratiocinatio minime placet. Haereo enim in particulis *vel immo*, quae probam sententiam mihi efficere non videntur. Recte enim Oud. dicit *vel immo* idem esse ac *vel certe*, aut *immo vero*, ita ut a minori ad maius ubique progrediatur Apuleius, id quod omnes loci probant. Vix tamen ita dici posse puto: Haec rotunditas emicat lumen in speculum immo vero in argumentum lunae; quod mihi quidem ineptissimum videtur. Hinc igitur pro *vel immo* desidero adiectivum vel participium, quod ad *rotunditas* pertineat, cuiusque significatio est *sinuatus*, *orbiculatus* vel simile quid. Tum *argumentum lunae* appositio est. Propius accedit *volutata*, quod tamen multum abest, ut pro vero venditaverim. Pricaeus cum Stewechio in loco offendens mendum latere putabat in voce *argumentum*, pro qua prior *augmentum*, posterior *arcuamentum* coniiciebat,

758 spicis | etiam Cerialibus desuper porrectis. Multicolor, bysso tenui pertexta,

Cerialibus F. 3. G. 1. 2. O. *certalibus* D. *certaliabus* ed. pr. *porreptis* D. *pertexta* G. 1.

Pricaei coniectura plane intolerabilis est, quum luna augeri nequeat, quando plena est, alter pro *arcuamentum* certe *arcuamenti* dicere debebat; *lunae* tum ad *candidum* referendum esset. *Luna* item cum speculo comparatur apud Mart. Capell. II. §. 169. p. 224 Kopp.: *lunarem ingressa circulum virgo, divae congruis nidoribus supplicando, de proximo conspicatur globosum quoddam tenerumque corpus ex superni roris levitate compactum instar speculi praenitentis adiaculati fulgoris radios revibrare.* De voc. *argumentum* variisque eius significationibus cf. Kopp. ad eiusd. II. §. 174. p. 227. Isidem Lunam esse probat Kopp. Palaeogr. IV. lib. III. c. 1. §. 614. p. 35. ex Diod. I. 11. et 25. Plut. de Isid. p. 372. Euseb. III. 4. §. 11. p. 115. Dion. Cass. L, 5. p. 607. aliis.]

dextra laevaque sulcis seqq. Beroaldus et Floridus frustra sudant in explicatione *sulcorum*; viperas circa caput addidisse Apuleium Isidi dicentes, sive quod sulci interdum tortuosi viperas imitentur, sive quod frenatis curruique admotis serpentibus Ceres sulcaverit coelum et per coelum vecta sit. Hinc Florid. Pignor. emendationem *fulcris* probavit. Bene vero eorum allucinationes Oud. his verbis refutat: Ex vocibus *dextera laeraque* patet, ab Apuleio adhuc describi planam illam in vertice deae super fronte rotunditatem instar speculi, quae ab utraque parte aspidibus cincta fuerit, ita ut tractu sive *sulco* insurrexerint seu tumida colla porrexerint. Hinc etiam Val. Flacc. IV. 417. Isis dicitur *aspide cincta comas*, ubi vid. Burm. et Pignor. Mens. Isiac. p. 26. 27. Spanh. de Praest. Numism. T. II. p. 222. atque imaguncalam Becani apud Cuper. in Harpocr. l. c. p. 443. Adde Aelian. X. Anim. c. 31. *τῆς Ἴσιδος τὰ ἀγάλματα ἀναδοῦσιν Αἰγύπτιοι ἀσπίδι, ὥς τινι διαδήματι βασιλείῳ.* Sicut etiam aspidas Reges Aegyptii in diademate habebant apud eund. VI. 38. Quo trahit etiam Elsner. in Schediasm. p. 131. locum Diod. I. §. 37. statuam Aegyptiae reginae in capite habentem *τρεῖς βασιλείας* sive tres coronas regias, seu triplex diadema. [Plura dabunt Iablonsk. Panth. Aegypt. Lib. I. c. 5. §. 11. Salm. Exercitt. Plin. p. 343. Kopp. Palaeogr. IV. lib. III. c. 1. §. 616. p. 37., qui *angues* explicat de Hecata flagris daemones regente ex Prudent. contra Symmach. I. 361. *saeva sororum Agmina vipereo superis immittere flagro;* Aleand. tab. Heliac. Explic. in Graev. Thes. Antiqq. T. V. p. 754. de la Chauss. de Deor. Simulacr. tab. XX. ibid. p. 779., *qui angues* fertilitatis symbolum esse autumat. Plum. ad Pers. I. 113. not. p. 149. De voc. *sulcus* pro tractibus s. gyris serpentium cf. ad Met. VI. p. 357. *sulcatos intrahens gressus;* Lucan. IX. 721. De Iside *frugifera*, unde spicis coronata est cf. Tomasin. de donar. 75. Fabrett. 471. Reines. 167. Tertull. de Coron. 7. cf. et praeceteris Kopp. Palaeogr. T. III. Lib. II. 8. §. 545. p. 648.]

Cerialibus. [Ex optimis codd. hanc scripturam retinui, defensam a numno Eckhel. D. N. T. V. p. 275. *Memmius Cerialia primus fecit*, cf. Serv. ad Aen. I. 181. Gruter. Inscriptt. p. 273. n. 6. *Decuriales Aediles Pleb. et Cerial. Pleb.*]

multicolor. [De voce cf. Burm. ad Ovid. Met. XI. 610. Cur Isis multicolore veste induta apud veteres depingatur, diversae sunt virorum doctorum sententiae, cf. Plutarch. de Isid. et Osirid. c. 78. *σχολαὶ δὲ αἱ μὲν Ἴσιδος ποικίλαι παῖς βαφαῖς (περὶ γὰρ ὕλην ἡ δύναμις αὐτῆς, πάντα γιγνομένην καὶ δεχομένην, φῶς σκότος, ἡμέραν νύκτα, πῦρ ὕδωρ, ζωὴν θάνατον, ἀρχὴν τελευτήν)*, quam eandem sententiam amplectitur Cuper. in Harpocrat. l. c. p. 454., qui cf., Oud. multicolorem tunicam dicti ob varios lunae colores formasque: Kopp. in Palaeogr. T. III. Lib. II. c. 2. §. 187. p. 202., quod *myrionyma* sit et *omnia*, ibidem compro-

nunc albo candore lucida, nunc croceo flore lutea, nunc roseo rubore flammida. Et quae longe longeque etiam meum confutabat obtutum palla nigerrima, splendescens atro nitore; quae circumcirca remeans et sub dexterum latus ad humerum laevum recurrens, umbonis vicem deiecta parte laciniae, multiplici contabulatione | dependula, ad ultimas oras nodulis fimbriarum decoriter con- 759
fluctuabat.

CAPUT IV.

Per intectam extremitatem et in ipsa eius planitie stellae dispersae coru-

lucida non comparet in G. 1. 2. O. P. D. L. f. *rubrore* G. 2. *longe lateque* ∂. male cf. ad Met. II. p. 170. Gell. XII. 1. XIII. 28. *obrutum* G. 1. *pelta* pro *palla* G. 1. a m. s. 2. O. P. D. L. *aereo nitore* G. 1. *qui circ.* p. *quod circumc.* O. *dexterum* F. 3. G. 1. 2. D. Scriv. in cett. *dextrum*. *umbonis* in G. 1. est a m. s. *ut bonis* P. *vicem* F. 3. p. edd. vett. ante Bas. 2. cum Scriver. *vite* G. 2. D. In cett. *vice*. *partem* ∂. p. *cont' bulatione* L. *contubulatione* L. teste Colv. et Beroaldi quidam Colv. Vulc. 2. Sed in excerptis Oud. L. habet cum ceteris *contabulatione*. *horas* G. 1. D. ∂. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. *modulis* Iunt. 1. 2. Ald. Bas. 1. *fimbriatum* D. *decenter* G. 1. O. *confluctabat* G. 2. P. Coll. Voss. teste Oud. Sed in G. 2. et D. est *confluctabat*. In G. 1. *conflutabat*.

intectam F. 1. 3. G. 2. D. P. p. edd. vett. *intestam* L. *inrectam* G. 1. *intextam* f. ∂. et edd. recentt. inde a Colv. *iniunctam* B. testibus Wower. et Sciopp. *interiectam* B. teste Elm. In Modii collatione est *iunctam*, quamquam prius scriptum fuisse *iniunctum* aperte legitur, postea ab eadem collatoris manu correctum, unde Scioppii et Wower. errorem profluxisse clarum est. Cett. codd. Oud. non adtulit utram lectionem praebeant. Sed verisimile est, plurimos *intectam* praebere. *pris planitie* B., unde Wow. Scriv. et Pric. *oras* ex coniectura in contextum receperunt.

bans, deos ornatos fuisse vestimentis; Fulgent. p. 714. Plutarchi sententiae sine dubio accedendum est. Ita Proserpinam describens dicit Prudent. advers. Symmach. I. 365. *denique cum luna est, sublustri splendet amictu.*]

flammida. [cf. Heins. ad Fulg. Exposit. fab. V. 1. p. 315.]

palla nigerrima. [Plutarch. de Isid. et Osirid. c. 56. *τὴν δὲ Ἶσιν οὐχ ἑτέραν τῆς σελήνης ἀποφαίνοντες, ἣν καὶ τῶν ἀγαλμάτων αὐτῆς, τὰ δὲ χρυσοφόρα τοῦ μηνοειδοῦς γεγονέναι μιμήματα, τοῖς δὲ μελανοστόλοις ἐμφαίνουσι τὰς κρύψεις καὶ τοὺς περισκιασμοὺς, ἐν οἷς διώκει πενθοῦσα τὸν ἥλιον.* Plura dabit Cuper. in Harpocr. l. c. p. 792. Spanh. ad Iulian. ed. franc. p. 17.]

umbonis vicem. [De *umbonibus* togae cf. Lips. Elect. I. 13. et de Milit. III. dial. II. p. 126 sqq. ed. Vess., quo utroque loco hunc locum excitat. Salm. ad Tertull. p. 73 et 339 sqq.]

contabulatione. Colvius, qui prius *contubulatione* defendit a *tubulus*, ut esset: tumore istius undantis et fluctuantis pallae, postea se correxit, *contabulatione* muniens Tertull. de Pall. c. 5.: *Adeo nec artificem necesse est, qui pridie rugas ab exordio formet, et inde deducat in alias, totumque contracti umbonis figmentum custodibus forcipibus assignet, dehinc diluculo tunica prius cingulo correpta quam praestabat moderatiorem retexuisse, recognito rursus umbone et si quid exorbitavit deformato, partem quidem de laeva praemittat; ambitum vero eius, ex quo sinus nascitur iam deficientibus tabulis retrahat a scapulis et exclusa dextera in laevam adhuc congerat, cum alio pari tabulato in tergo demoto atque ita hominem sarcina vestiat;* et paulo post: *humerum velans exponit vel includit, ceteroquin humerum adhaeret nihil circumfulcit, nihil circumstringit, nihil de tabularum fide laborat;* c. 1. *et pallii tam teretis redundantiam tabulata congregatione fulcitis;* cf. Salm. ad Tertull. l. c. p. 336 et 373.

Cap. IV. *intectam.* Contra omnium fere codd. lectionem Oud. cum edd. recentt. restituit *intextam*, quod cum Florido non *acu pictam* explicat, sed limbum floribus et stellis intextis di-

Digitized by Google

scabant, earumque media semestris luna flammeos spirabat ignes. Quaqua tamen insignis illius pallae perfluebat ambitus, individuo nexu corona totis floribus totisque constructa pomis adhaerebat. Iam gestamina longe diversa. Nam dextra quidem ferebat aereum crepitaculum, cuius per angustam laminam in modum balthei recurvatam traiectae mediae paucae virgulae, crispante bra-
760 chio trigeminos | iactus, reddebant argutum sonorem. Laevae vero cymbium

medio rursus hic ut supra p. 756. legi voluit Pricaeus. At frustra. Luna inter stellas erat media. *semenstris* F. 1. *quamquam* G. 2. P. D. L. f. p. de more cf. ad Met. II. p. 91. *qua quarum insignis* G. 1., unde Oud. errat e suis excerptis *tum* enotana pro *tamen*. *totisque* non est in f. *constricta* G. 1. O. φ. δ. p. Paris. *nam* non comparet in G. 1. O. *dextra* F. 3. δ. edd. ante Colv. In cett. *dextera*. *lamminam* F. 3. *angustiam* Venet. 4. *curvatam* f. *transiectae* O. *medio* δ. *pauculae* G. 2. D. L. *ungulae* B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *cripante* G. 1. O. *trigeminos* F. 3. G. 2. P. D. O. L. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Bas. 1. *triceminos* G. 1. In nonnullis teste Oud. *t' geminos*. In cett. *tergeminos*. *tractus* ed. Colin., Vulcan. et Brant. male conati sunt *ictus* mutare. *sonores* F. 1. teste Elm., quod neque Lindenbrogii neque mea collatio F. 3. testatur. *sonum* ex interpretatione B. edd. ante Colv. *laeva* φ. Elm. Scriver. Florid. et Ruhnk. contra Oud. mentem *levae* Venet. 4. et Paris. *levem* G. 1. O. In cett. *laevae*. *non* pro *vero* G. 2. D. *cinbium* G. 1. *cybium* p. δ. cf. infra p. 774.

stinctum ac variegatum; Sciopp. interpretatur *praetextam*. [Sed neutra explicationum mihi potest satisfacere. Primum enim obstat usus loquendi; nam quotquot exempla perlustravi, absolute nunquam, sed addito ubique ablativo, *intextus* et *intexere* inveni, cuius usus iam Apuleii loci Oud. admonere debebant. Tum quod magis mihi impedimento est, totus verborum nexus aliud quid postulat. Dicit enim Apuleius *per extremitatem* vestis s. *per limbum* et *in ipsa eius planitie* s. campo coruscasse stellas dispersas, quo significatur, sub hoc limbo fuisse stellas quasdam, quae tamen visi poterant, quum hoc obvolucrum tam tenue esset, ut *per* id lucerent. Praeterea etiam *in* ipso limbo stellae erant dispersae. Hinc *intectam* retineo explicans apertam et oculis conspicuam. Foramina igitur erant in ipso limbo, per quae stellae dispersae coruscabant; apertum nominat, non quia totus nudus erat, sed singulis tantummodo locis; cf. Met. IX. p. 654. *intecto stabulo*. Fortasse *intectam* eadem ratione intelligendum est, qua Met. X. p. 738. Venus dicitur *nudo et intecto* corpore perfectam formositatem professa, tenui pallio obumbrans spectabilem pubem. Nudi enim saepe dicuntur, qui tam tenui veste sunt superiecti, ut filum totius corporis per eam appareat.]

semestris. Veram esse scripturam *semenstris* Elm. probat ex Gloss. Philox. p. 195. *semenstre ἡμιμήνιον* et *semenstris ἑξαμηνιαῖος καὶ ἡμιμηνιαῖος*. Isidor. p. 685. *luna semenstris* [Gloss. Cyrill. p. 460. *ἑξαμηνιαῖος semenster*, *ἑξαμηνίδιον semenstruum*; cf. Oud. ad Suet. Caes. c. 80. Dr. ad Liv. IV. 24. §. 5. XXI. 43. §. 15. Etiam in Pandectis ea forma conspicitur. Ego codd. tantum auctoritate commotus sum, ne *semenstris* receperim.]

crepitaculum. [De Isidis sistro agam Excurs. III.]

traiectae. [i. e. perforatae; cf. Munk. ad Hygin. p. 135. Ita Celsus VII. 8 9. dicit *acu aliquid traiicere*.]

crispante. [i. e. vibrante, quassante cf. Intt. ad Virg. Aen. I. 313.]

trigeminos. *Tergeminos* si recte se haberet, statuendus foret triplex brachiorum iactus sive tribus vicibus repetitus, ut ad singulos brachii motus sonuerint singula fila. Quod vix fieri potuisse videtur. Quare praeferendum est cum optimis codd. *trigeminos* cf. ad Met. III. p. 208. Procul dubio intelligit Apuleius iactum brachiorum, quo trina simul fila movebantur. Tot enim in sistro insunt, rarius quatuor; cf. Fabrett. p. 489. et alibi. *Ictus* quod nonnulli emendabant nihili est. Sistra movebantur non *manus* vel *pectinis* alicuius impulsione, sed brachii iactatione

dependebat aureum, cuius ansulae, qua parte conspicua est, insurgebat aspis caput extollens arduum, cervicibus late tumescentibus. Pedes ambroseos tegebant | soleae palmae victricis foliis intextae. Talis ac tanta spirans Arabiae 761
felicia germina divina me voce dignata est:

anxulae G. 2. P. D. L. *aurule* G. 1. *ampsulae* O. *attollens* B. Scriver. et quasi e coniectura sic legendum monuit Pric. *lacte* G. 2. P. D. L. ridicule e vitioso librariorum more, *C* ante *T* scribentium. *ambrosie* Vicent. *ambroseos* F. 3. G. 1. 2. D. *d.* p. f. In cett. *ambrosios*. *tegebant sole* inverso ordine G. 1. 2. P. D. L. *sole* G. 1. 2. P. D. *d.* L. *palmae soleae* O. *victricibus* G. 1. 2. O. D. L. B f. *π. d.* In cett. *victricis*. *intectae π.* *ac* ante *tanta* non comparet in G. 2. D. L. *Arabiae felic.* desiderantur in G. 1. 2. O. D. *d.* *felicia* F. 1. 3. L. R. f. p. B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. ceteraeque edd. vett. usque ad Colv. *gemina* F. 3. G. 1. *gemmina* G. 2. *vocare* G. 1. O. P. *d.* *vocante* G. 2. D. *voce me vocare f.*, quod ex var. lect. *ore* hic natum esse Oud. autumat. *dignatus* G. 2. P. D.

in numerum, per quam crepabant mobilia et sonabilia fila seu virgae, unde a *σείειν* quoque nomen habent. Hinc *σεῖστρον ἰπισείρειν* dicuntur *θεραπευτῆρες τῆς Ἰσιδος* auctori, quem citat Suid. s. v. *ἀείρει* et *σεῖστρον*, quo pertinet eius glossa v. *θεραπευτῆρες*, ubi vid. Kuester. *Sistri modum* ait Servius ad Virg. Aen. VIII. 697. et *sistra agitare tumultus* dicuntur Auson. Epist. XXV. 22. Pignor. Mens. Isiac. p. m. 67.

laevae cymbium dependebat. Servius ad Aen. VIII. 696. *Isis autem est genius Aegypti, qui per sistri motum quod gerit in dextra Nili accessus et recessus significat, per vitulam quam sinistra retinet ostendit affluentiam omnium lacunarum. Laeva* temere nonnulli interpretes amplexi sunt (quam lectionem librarii puto emendationem, qui *dextra* et *laeva* etiam terminatione sibi respondere debere putabat). Saepius autem cum tertio casu hoc compositum construitur; cf. Ovid. Met. VI. 592. *lateri cervina sinistro Vellera dependent.* De cymbio s. vasculo et situlo, sive lucerna in Isidis sacris cymbii formam habente, cf. ad p. 774.

insurgebat aspis. [Inter varias huius deae species ac symbola etiam hoc pertinet, quod vel caput vel sinistra et dextra brachium serpentibus cinctum est, cf. supra p. 757. infra p. 778. cf. Rupert. et Heinrich. ad Iuvenal. VI. 588. Heins. ad Ovid. Met. IX. 694. de la Chass. de Deor. Simul. T. XXXIII. in Graev. Thes. Antiq. T. V. p. 787.]

extollens. Attollens Bert. lectionem non improbat Oud., citans p. 492. *vastum adtollens caput*, XI. p. 776. *adtollens canis cervices arduas*, Heins. ad Ovid. Halieut. 69., de confusione utriusque vocis eundem ad Claud. R. Pros. I. 11. Burm. et se ad Lucan. I. 604. [At *extollens* non sine consilio dixisse videtur Apuleius de aspide, quae longe lateque a collo in altum caput effert.] De tumido aspidis Isiacae collo comparat Oud. Salm. in Solin. p. 242.

palmae victricis foliis intextae. Victricibus, quod permulti codd. praebent, probarem, si unus cod. Florent. addiceret, contra quos quicquam mutare mihi semper nefas visum est. Si igitur emendatio est librarii, doctissimi est, quem seqq. *felicia germina* sine dubio ad eam adducebant. Oud. probat lectionem *victricibus*, quam tamen Ruhnken. in textum non recepit. Plura statim dicam. [De his calceis ex palmarum foliis confectis cf. Schmidt. Dissert. de Sacerdot. et Sacrif. Aegypt. Tuebing. 1768. p. 48 sq. qui caussam huius usus inde repetit, vel quia pellibus sacrorum uti sacerdotes noluerint animalium, vel ob puritatem vel ob papyri in Aegypto copiam, vel potius ob summam huius ritus antiquitatem, priorem omni alia calceorum specie; cf. Apul. Met. II. p. 159. *Zachlas adest Aegyptius .... pedes palmeis buxeis inductum.*]

Arabiae felicia germina. Perperam nonnulli codd. praebent *felicis*, quae

Digitized by Google

CAPUT V.

[250] Eu adsum tuis commota, Luci, precibus, | rerum naturae parens, elementorum omnium domina, seculorum progenies initialis, summa numinum, regina Ma-

eu D. *heu* G. 1. *tui* G. 1. O. p. *Luci* non comparet in R. f. *Lucii* G. 1. *pretium* pro *precibus* G. 1. *nature* F. 3. G. 1. 2. O. P. D. f. p. *d.* *nē* ex compendio *nāe* L. In cett. *natura*. *elementorum et omnium* G. 1. 2. O. P. D. L. f. *d.* unde Sopingius *etiam* emendabat. *domina* non est in G. 1. 2. O. P. D. L. f. *regina annuum* G. 1. (non *amnium*, ut e suis excerptis protulit Oud.) *amnium* G. 2. O. P. *aminum* D. *ampnium* f. *animum* L. al. *auuium* teste Colv. *auium* F. 1. In cett. *manium*.

corruptela est librariorum, quomodo *germina felicia* possint dici nescientium. Nec cum Oud. explicuerim *fecundae*, ut Met. I. p. 7. *glebae felices*, sed alteram eius sententiam potius sequor, *felicia* per notissimam hypallages speciem positum esse pro *felicis*. Saepius enim Apuleius quod ad prius substantivum pertinet adiectivum alteri iungit vel vice versa; cf. ad Met. I. p. 63. *amnis vicinia sempiterna*; III. p. 224. *Fidei secreta numina*; IV. p. 240. *pedum posterioribus calcibus*; VIII. p. 542. *perpetuae conscientiae stimulum*. [Ita explicari potest Auson. Mosell. 71. *delicias hominum locupletes*, ubi *locupletum* multi intrudunt. *locupletes* Toll., quae possessorem ditant, minus apte explicat. Sic idem v. 133. dicit *propexique iubas imitatur Gobio Barbi* pro *propexas iubas*. Forsitan locus Dict. Cretens. IV. 10., ubi cod. Gall. sec. IX. pro *concitatus militis animus* habet *concitatis* et Deder. *concitatis militibus* corrigit, ita emendandus est in: *concitati militis animus*. *Felicia* igitur *germina Arabiae* h. l. sunt felicis Arabiae odores. Plaut. Mil. II. 5. 2. *Dianae fumicare odore Arabico*; cf. Plin. H. N. VI. 32.]

Cap. V. *En adsum.* [Plura huius dictionis exempla profert Ded. in Gloss. ad Dict. Cret. III. 21. p. 331., in eo tamen errans, quod Obrechtum secutus est, qui *en* h. l. ex vestigiis Med. Ed. adiecit, quum codd. ceteraeque edd. tantummodo *adsum ultro* praebeant, quod seqq. *nihil deprecor* concinnius respondens retinendum est.]

rerum naturae parens, [Mirum est, Oud., qui prius hanc optimam librorum lectionem defenderat Miscell. Observ. IV. p. 140., postea ad peioris notae scripturam inclinasse, ex Macrob. Sat. I. 20. ei comprobatam: *Isis iuncta religione celebratur, quae est vel terra vel natura rerum, subiacens soli*; Lucret. I. 630. II. 1117. V. 1361. E contrario *naturae* munitur exemplo ipsius Apuleii Met. IV. p. 303. *en rerum naturae prisca parens, en elementorum origo initialis* de Venere quae Isidi eadem est, ubi vid. adnot. et ad Lucan. II. 7. De Iside rerum natura s. rerum naturae parente et elementorum domina Kopp. Palaeogr. III. 2. 8. §. 524. p. 617. 618. haec adnotat: „Isidi s. rerum naturae Aegyptii globum imponebant quatuor circulis distinctum (Montfauc. suppl. II. Tab. post. 37.), quorum interior rubeus ignem denotabat, secundus cinereus obscurus terram, tertius coeruleus (Cuper. apotheos. Homer. p. 51.) aquam et quartus albus aërem (Montfauc. p. 136.)." Hinc ut Macrob. l. c. testatur, multis mammis pingitur. Ita extat Isidis effigies in Kopp. Palaeogr. l. c. edita, ubi Isis *πολύμαζος* circumdata est quatuor elementorum symbolis: igne per salamandrum indicato, aëre per aquilam, aqua per delphinum, terra per quadrupedem; cf. Argol. ad Panvin. de Lud. Circ. I. 17. p. 219.]

summa numinum, *regina Manium*. Quum optimus cod. Flor. 3. hanc lectionem apertissime cum aliis tueatur, quid scribendum sit, dubium nunc esse

Digitized by Google

nium, prima coelitum, | deorum dearumque facies uniformis, quae coeli lumi- 762

deorum desideratur in B. *dearum dearumque* p. Plurimae edd. interpungunt post *deorumque*, Iunt. 2. post *dearumque*. *flammina* Iunt. 1. Ald. *flumina* M.

non potest. Oud. iam intellexit, *Manium* optime respondere verbis *inferorum deplorata silentia nutibus meis dispenso*, unde recepit. Attamen quia *summa numinum*, a *Manibus diversorum*, nihil differat a *prima coelitum*, et mare atque amnes eorumque varii motus pendeant e dispositione siderum, quibus praesit Isis, ac Lunae, quae ipsa sit Isis, atque auctus et decrementa, accessus et recessus omniumque undarum fluentia per sistri motum et situlam s. cymbium designentur, omnino censet corrigendum esse *luminum* s. siderum. Lunam enim *siderum esse reginam bicornem* Horat. Carm. Saec. 35., ac passim haec tria *lumina* s. sidera, *numina* s. caelites, vel etiam deos omnes, *Manes* s. inferos, additis quoque *elementis* iungi, et sub Isidis potestate esse narrari, ut Met. II. p. 160., ubi precetur Aegyptius sacerdos: *per coelestia sidera, per inferna numina, per naturalia elementa;* III. p. 200. *quibus obaudiunt manes, turbantur sidera, coguntur numina, serviunt elementa.* Contrario modo peccari infra p. 807. *tibi respondent sidera, gaudent numina, redeunt tempora, serviunt elementa.* Nam perperam ibi vulgo edi *lumina.* Saepe etiam *sidera* ac *numina*, *Deos* ac coeli *lumina* distincta a se invicem a veteribus coniungi, ut Virg. Ecl. V. 23. *deos atque astra vocat.* Aen. III. 600. IV. 520. Lucan. I. 453. cf. ad Florid. p. 57. Lucan. X. 185. Val. Max. IX. 11. §. 4. Extern. Apul. Met. p. 752. *divino eius luminis numinisque nutu.* Alioquin si *dei* et *numina* coniungantur, vel inferos aeque ac superos intelligi, vel simul eorum potestatem et providentiam innui. [Ego non in voc. *numinum* sed in eius explicatione offendo, quia mea quidem sententia *caelites* iam in notione *numinum* sunt comprehensi; eamque ob caussam *prima* necessarium est aliter explicetur. Ego intelligo *primigeniam*, *matrem deûm*, quomodo Isis saepius nominatur, Virg. Aen. X. 252. *alma parens Idaea deum*, ita ut bene princeps et regina deorum dearumque a matre discernatur coelitum. *Numinum* igitur retinui. Ceterum *lumen* et *numen* in codd. saepius confunduntur, cf. Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 73.: *Ast ubi primos honorati capitis radios ingressuros immisit, ipse etiam Iupiter paululum retrogressus sub immensi nitoris numine* (i. e. vi et potestate) *caligavit*, ubi Kopp. male *lumine* cum aliis reponi voluit, itemque retinendum apud Lucan. I. 452.: *solis nosse deos et coeli numina vobis*, ubi itidem *lumina* multi corrigunt.]

deorum dearumque facies uniformis. *Deorum* delet Bert. sequente Florido, quia videatur Apuleius feminina tantum nomina et numina Isidi attribuere, cum contra masculum faciat deorum regnatorem Osirim, cuius sacra peregerint Isidis ministri. Oud. nullum dubium est, quin *deorum* irrepserit e glossa vocis *coelitum*, cum qua edd. primae male *deorum* construxerint. Isidem enim in seqq. nominare *omnes deas*, quarum nominibus et facie ipsa sola intelligatur, at *nullum deorum*, qui comprehendantur sub Osiride. Non igitur opus esse cum vulgo refugere ad deos ἀρσενοθήλεις. [Quamquam ego quoque in voce *deorum* eadem de caussa offendo, tamen persuadere mihi nequeo, glossam esse superioris vocabuli, quia impedimento mihi ita est *que* particula; nisi hanc una cum vocabulo *deorum*, quod eo posito necessarium fuerit, eiiciendam esse ponas. Ἀσυνδέτως enim haec omnia efferenda esse, statim elucet, ut si *dearumque facies uniformis* scriberetur, totius loci concinnitas disturbaretur. *Deorum* si

nosa culmina, maris salubria flamina, inferum deplorata silentia nutibus meis dispenso: cuius numen unicum, multiformi specie, ritu vario, nomine multiiugo

inferum F. 3. G. 1. 2. O. P. D. p. f. δ. edd. ante Colv. quae lectio Oud. quamquam probata, a Ruhnkenio tamen in textu non recepta est. *inf'lorum* L. In cett. *inferorum*. *deploratu* G. 2. D. *motibus* B. Scriver. *multiforme* P. edd. vett. usque ad Colv. praeter Venet. 4. et Paris.

recte habet. quod dubitare vix audeo, ego refero ad Isidem, quae *omnia* est, *τὸ πᾶν*. cf. Gruter. Inscriptt. p. 82, 2. „*Te tibi Una, quae es omnia dea Isis.*“ Pignor. p. 3. Stobaeus Serm. 42. p. m. 292.: *ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς καὶ ὂν καὶ ἐσόμενον.* Iablonsk. Panth. I. 65. 67. Kopp. Palaeogr. T. IV. p. 273.]

maris salubria flamina. Frustra Meursius in Exercitt. Crit. P. II. IV. 17. p. 227. substituere tentat *aeris.* Eam enim sententiam putat Oud. respondere verbis *summa luminum*, ut *coeli culmina* verbis *prima coelitum*, et *inferum silentia deplorata* vocabulis *regina Manium.* Nam e sideribus pendere varios maris et ventorum motus et in mare Isidem ius habere, cf. infra p. 765. Ineptissimam autem esse censet Oud. lectionem *flumina*, cum *flamina* s. venti eorumque ortus crebro mari adscribantur, conf. Curt. IX. c. 4. §. 21. Burm. ad Quint. Institt. Orat. XII. 10. p. 1103. et Intt. ad Lucan. V. 567. Boeth. Cons. Phil. Metr. I. 2. *quin etiam causas, unde sonora flamina sollicitent aequora ponti.* [cf. Cort. ad Lucan. V. 559. Heins. Advers. III. 13. p. 493. ita legit hunc locum: *quae coeli luminosa culmina, maris salubria flamina, inferorum deplorata silentia nutibus meis tempero*, Meursii coniecturam item reiiciens. Attamen cum Oud. in eo consentire nequeo, quod tam accurate singulas enuntiationes respondere sibi dicit, quum priora *rerum naturae parens* in seqq. non habeant, quo referri possint. Eadem ratione dicit Apuleius Met. XI. p. 807. *te superi colunt, observant inferi, tu rotas orbem, luminas solem, regis mundum, calcas Tartarum. Tibi respondent sidera, redeunt tempora, gaudent numina, serviunt elementa. Tuo nutu spirant flamina, nutriuntur nubila* seqq. At Oud. sententia si vera esset, eius coniectura *luminum* pro *numinum* apertissime adiuvaretur.]

inferum. Contra Apuleii usum et Oud. sententiam Rubnk. cum Colv. et seqq. retinuit *inferorum.* Amat vero Apuleius hanc syncopen genitivi pluralis, ut *nummum, denarium* cf. ad Met. II. p. 146. et VII. p. 452., *servulum* IV. p. 280., *pastophorum* XI. p. 789 et 817., *ariolum* de Deo Socrat. p. 135. vel infra p. 776. *superum commeator et inferum*; p. 798. *inferum claustra.* [Cort. ad Lucan. VIII. 426. Intt. ad Virg. Aen. V. 174. *sociumque salutis.* Voss. Aristarch. T. II. p. 567. ibique Eckstein.]

nutibus. Hanc lectionem Oud. contra eos, qui *motibus* praeferunt his verbis defendit: *Motibus* edidit Scriver., ut ad lunae motus adludat. Verum an his motibus dispensantur silentia inferorum? Quis hoc unquam dixit vel somniavit? Rectum omnino est *nutibus*, ut initio h. libri *inanima divino eius luminis numinisque nutu vegetari*, p. 790. *deae nutu demonstrari*, p. 807. *tuo nutu spirant flamina.* Plurali *nutibus* de uno usus est ipse Cicero de Nat. Deor. II. 39.: *terra undique in sese nutibus suis conglobata*, Burm. ad Val. Flacc. VI. 382.

multiformi. Lectionem *multiforme* probarem, nisi optimi codd. constanter repugnarent. Oud. comparat Sanct. in Minerv. II. 7. p. 178. Zinzerl. Prom. Crit. c. 16. Ovid. Heroid. VIII. 64. XVI. 277. [ad quos locos cf. Ruhnk. Creuz. ad Cic. de Nat. Deor. I. 21. p. 93. Bach. ad Ovid. Met. XV. 743.]

nomine multiiugo. [cf. ad XI. p. 755. *quoquo nomine, quoquo ritu, quaqua facie*, Kopp. Palaeogr. IV. p. 273.]

totus veneratur orbis. Inde primigenii Phryges Pessinunticam deum matrem,

totum F. 3. *totas* G. 1. *totius* Venet 2. *verebatur* π. *Inde prim.* F. 3. B. p. edd. ante Colv. In cett. *me. prinigenia* D. *pessinumtant deum* F. 3. *pessim numitant deum* G. 2. *pessim nunnuitant deum* D. *pessinumitent deum* G. 1. In plurimis codd. Oud. dicit esse *pescimum, pesinum, pessimum, pessimon, pessim, dessi* et tum *numitant* ni G. 1. 2. O. P. *mittant f. mittunt* L. a m. p. *Pessinunticam nominant* (non *Bess.*) B. *Pessinuntiam nominant* Wow. Pric. In cett. *Pessinunticam nominant*, unde videndum est *nominant* optimos codd. non agnoscere errareque Oud. dicentem pro *Pessinunticam* in codd. tantum esse *pescimum* et cett. *Nominant* est priscorum editorum pessima emendatio, sententiarum cohaerentiam non intelligentium. *deam* pro *deum* G. 1. *domini* pro *deum* solita aberratione ed. pr. Vicent. Venet. 2. et Bas. 1.

Inde. [De huius particulae usu ita Hand. Turcll. T. II. p. 365. disserit: „Quum *hinc* et *illinc* ex adverso poni atque etiam de rerum praesentia sive de rebus apparentibus pro *hic — illic* dici solerent, idem etiam factum est in *inde*, quod non tantum de motu, sed de statu etiam rerum usurpatur, tamen non antiquo more; cf. Arntz. ad Aurel. Vict. de Viris Ill. II. 9.“ Porro offensioni est, quod in seqq. optimi codd. non *illinc* sed *illic* servant, quod temere factum esse nego. Primum enim monendum est, in omnibus quae comparari licuit exemplis nusquam *inde* et *illinc*, sed ubique *hinc* et *inde* vel vice versa sibi opponi. Recessit igitur Apuleius a quotidiano usu dicendi tertiumque totius enuntiati membrum per *illic* particulam adnexuit, cui proprie hic erat locus, quoniam *hinc* et *inde* pro *hic — illic* revera posita sunt. Hoc certe apparet, *illinc* potius quam *illic* esse librariorum emendationem, qui *inde* et *hinc* sibi respondere videntes *illinc* quoque adaptarunt, hocque vitium facilius ab iis committi potuit, qui pro *inde* corruperant *me*, ita ut *hinc* necessario opponi deberet sequenti *illinc* sicque *illic* intolerabile fuisset. *Me* vero pro *inde* ii correxerunt librarii, qui in seqq. *nominant* intrudebant, non intelligentes, totius enuntiationis constructionem pendere e verbo *appellant*, quod fine enuntiati legitur, et pronomen *me*, quod ex toto sententiarum nexu bene substitui possit, vehementer desiderantes. Ita igitur lectoribus eorumque captui consulebant, neque vero contextus puritati. Equidem ex optimis codicibus *inde* retinui. cf. Met. XI. p. 804. *hinc dracones inde gryphes;* de Dogm. Plat. II. p. 228. de Deo Socrat. p. 133.]

primigenii Phryges. [De his diversis reginae Isidis nominibus ac potestatibus cf. Spon. Miscell. Erud. Antiq. Sect. I. Art. VI. in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. IV. p. 687. Matth. Aegypt. Expl. S. C. de Bacch. ibid. T. I. p. 801. de la Chauss. de Deor. Simulacr. Tab. XI. in Graev. Thes. T. V. p. 774.]

primigenii. [Respicit auctor ad fabulam, quae apud Herodot. II. 2. de Psammeticho legitur, qui sciscitaturus, quinam hominum vetustissimi essent; pueros educari iussit caprearum lacte ab hominum consuetudine plane seiunctos, ut humanas voces audire non possent. Qui cum primam vocem *βεκὸς* edidissent, quae apud Phrygas *panem* denotat, rex inde hos primam fuisse gentem sibi persuasit; cf. Intt. ad Claud. in Eutrop. II. 251. Schol. ad Apoll. IV. 272.]

Pessinunticam deum matrem. [Magnopere errat Oud., qui quod nullibi alias ea terminatio legatur, pro *Pessinunticam* emendare vult aut *Pessinuntiam nominitant* aut simpliciter *Pessinuntiam* ex Herodian. I. c. 11. *ἡ Πεσσινούντια θεός*. Quamquam scio, apud ceteros scriptores, ut apud Gell. VII. 16. Cic. pro Sext. c. 26. §. 56., terminationem legi *Pessimuntius*, tamen contra codd. optimos, qui *Pessinunticam* aperte legunt, nihil muto, quia Apul. in his adiectivorum gentilium terminationibus quotidianum usum non ubique sequitur; cf. ad Met. I. p. 7. *Tenedos Spartiaca.* Si omnes codd. tam corrupti essent, ut optimi apparent, *Pes-*

763 hinc Autochthones Attici | Cecropeiam Minervam, illic fluctuantes Cyprii Paphiam Venerem; Cretes sagittiferi Dictynnam Dianam; Siculi trilingues Sy-

hic Venet. A. Paris. *Anthroethones* (non *Antraethones*) G. 1. *Autochones* G. 2. D. *Athiothones* π. *artici* G. 1. *attrici copeiam* D. *cecropeiam* F. 3. P. f. d. edd. vett. ante Colv. *coecropeiam* G. 2. *crocopeiam* G. 1. In cett. *cecropiam*. *illie* F. 3. G. 1. 2. D. p. f. d. In cett. *illinc*. *Cyprum* P. *Phlaphiam* F. 3. *Phlaphyam* G. 2. P. D. *Phalphyam* G. 1. *Paphynam* al. *Palaphiam* l. *Phalaphia* p. f. *Paphiaphicam* d. In cett. *Paphiam*. *sagittiferi* d. *dictiniam* G. 1. *dictiniam* G. 2. *dictimam* D.

sinuntiam praeferrem, quum utrumque ex corruptis vocabulis *pessim numtant* et similibus erui possit, quamquam *Pesinunticam* librorum vestigiis propius accedit. Quomodo vero Oud. *nomitant* coniecturam proferre potuerit, vix credibile est; quum enim omnes codd. corrupti *pessim* vel *pesimum* al. praebeant, bene potest effici ex his solis litteris corrigi non posse *pessimuntiam*. Quoties vero aberraverint librarii in hoc ipso vocabulo demonstrant Intt. ad Liv. XXIX. 10. §. 6. De scriptura *Pessimunticam*, nec *Pesinunticam*, quam priorem optimi codd. h. l. confirmant, cf. Iott. ad h. l. De *matre deum Idaea* cf. Intt. ad Liv. l. c. et ad XXXVI. 36. §. 3. Oud. ad Iul. Obseq. c. 104. a Torre de Taurobol. in Saleng. Nov. Thes. Antiq. III. p. 858. Intt. ad Minuc. Fel. c. 6. §. 2. ad Virg. Aen. VII. 139. Ruhnk. Dict. ad Suet. Tiber. c. 2. p. 212.]

Autochthones Attici. [cf. Intt. ad Plat. Menex. p. 237. B. ad Thucyd. I. 2. Meurs. de Fort. Athen. c. 1. Lind. ad Censorin. p. 33., qui plura de hac Atheniensium autochthonia proferunt. Accuratior est Aristid. in Panathen. locus 18: *ξένοι καὶ πολῖται μόνη τῇ γῇ ταύτῃ διηρῆσθαι πρέπουσιν· οἱ μὲν γαρ ἄλλοι καθάπερ θέαν καταλαβόντες οὕτω ταῦτα χρίνουσιν, οὐ τῷ μᾶλλον ἑαυτοῖς προσήκειν τῶν χωρίων τοὺς ἄλλους ἀφορίζοντες, ἀλλὰ τῷ φθῆναι καταιχόντες. καὶ ξένους ὀνομάζουσι τοὺς δευτέρους ἐλθόντας, ἀγνοοῦντες, ὅτι πάντως ὁμοίως εἰσὶ ξένοι μᾶλλον ἢ αὐτοὶ πρῶτον ξένοι, καὶ τοσοῦτον τῶν δημοποιητῶν οὓς αὐτοὶ ποιοῦνται διαφέρουσι, ὅσον οὐ χριθέντες ἄξιοι τῆς πολιτείας ἀλλ' εἰσβιασάμενοι προὐβάλλοντο τὴν πατρίδα ὥσπερ ὅπλων ἀπορίᾳ καὶ φανέντι χρησάμενοι· μόνοις δ' ὑμῖν* (Atheniensibus) *ὑπάρχει καθαρὰν εὐγένειάν τε καὶ πολιτείαν αἰχῆσαι καὶ δυοῖν ὄντοιν ὀνομάτοιν ἑκάτερον κύριόν ἐστι τῇ χώρᾳ διὰ τὸ ἕτερον εἰκότως, οἵ τε γὰρ ξένοι διὰ τοὺς ἄλλους πολίτας γνησίους ὄντας ἐνέχονται τῷ προσρήματι, οἵ τε πολῖται βεβαιοῦσι τὴν εὐπωνυμίαν τῷ καθαροὶ ξένων τὸ ἐξ ἀρχῆς εἶναι.*]

Cecropeiam Minervam. [Terminationem ex constantia librorum recepi, quam vero cum adiectivis *Prouleius* et *Proculus*, *Apuleius*, *Canuleius*, *plebeius* comparari non licet. Ita *populeius* pro *populeus* habent Gloss. Vulc. p. 113. et *legouleius* p. 79. Hinc offensionis quam plurimum habet, quamquam ab Apuleii ingenio non alienam esse contenderim, qui in his multa novavit, ut supra *Pesinunticam*, *Spartiacam* alia. De Pallade *Cecropia* cf. Ovid. Met. VI. 70. *Minervam* atque *Isidem* easdem esse, sententia erat Graecorum, cf. Plutarch. de Isid. p. 354., et in eo quoque utraque concinunt, quod lanificio praeerant, cf. Iul. Firm. de prof. relig. p. 49. et Kopp. Palaeogr. T. IV. l. III. c. 1. §. 593. p. 7. ad Martian. Capell. VI. §. 567. p. 483. Orell. ad Arnob. III. 31. *Minervam esse Lunam probabilibus argumentis explicat*, et ad IV. 25. *Minervam luminis ministram et lucernarum moderatricem.*]

fluctuantes Cyprii Paphiam Venerem. [*Fluctuantes* insolita significatione nominantur Cyprii, quia mari undique circumfluuntur. Venus *Paphia* notissima est; cf. Intt. ad Virg. Aen. I. 415. ad Tacit. Hist. II. 2. Ovid. Met. X. 243 sqq.]

Cretes sagittiferi Dictynnam Dianam. [De Cretibus *sagittiferis* belliqueque peritis cf. Stat. Theb. VII. 339.

giam Proserpinam; Eleusinii vetustam deam Cererem et Iunonem alii, Bellonam alii, Hecatam isti, Rhamnusiam illi: qui nascentis dei Solis inchoantibus

proximam pro *proserpinam* D. *Nam Eleus* Venet. 4. Bas. 1. Paris., *nam* ex praecedentis vocabuli ultima syllaba repetito. *Eleusini* G. 1. 2. D. edd. ante Colv. *Eleusuli* p. d., ut supra p. 754. *vesculam* pro *vetustam* Scriver. rursus edidit, ut p. 753. ubi vide. *Cererem et Iunonem alii Bellonam alii Hecatam isti Rham. illi qui* F. 3. *Cererem Iunonem alii Bellon. alii Hecatam isti Rham. illi et qui* F. 1. Elm. *Cererem Iunonem alii celonam Alii ethatam isti trarusiam illi qui* G. 1. *Cererem Iunonem alii bellonam alii etatam isti thramnisiam illi qui* G. 2. D. Oud. non accurate codd. lectionem descripsit, ut facile confundi queant. *alii* ante *Bellonam* non esse dicit in F. 1. G. P. O. f. R. p. d. L. quod quam prave protulerit ex meis collatione potest intelligi, rectius dixisset *semel* tantum, nec *bis* ut in edd. omnibus positum esse, quae habent *Cererem Iunonem alii Bellon. alii Hecatem Rhamnas alii et qui*. Eosdem codd. habere *B. alii*, *Hec. isti*, *Rham. illi*. Prave Scriver. ubique retinuit *alii* et omnibus postposuit. *Iunonem alii*, *Bell. alii Hecatem misti* (forte *mystae* ex Roaldi emendatione) *Rham. illi* R. teste Roaldo. *Hecatam* F. 1. 3. (G. 1. 2. teste Oud.) P. d. f. In cett. *Hecatem*. *Thramisian* G. 2. P. teste Oud. *Thamnisionem* d. *Thramisiam* al. *rahumusiam* L. *et* ante *qui* non habent F. 3. G. 1. 2. D. d. f R. P. In plurimis codd. et edd. interscritur. *quique* pro *et qui* L. *diei* O. Iunt. 1. 2. Ald. Paris. Marg. Bas. 1. et Bas. 2.

Lucan. VII. 229. Sil. X. 261. Meurs. Crit. III. 11. p. 178. de *Dictynna* Diana Intt. ad Ovid. Met. II. 441. Lucan. III. 185. VI. 214. Diod. Sicul. V. 15. Munk. ad Hygin. p. 372. Meurs. Crit. IV. 3. p. 203 seqq. Intt. ad Cic. de Nat. Deor. II. 27. p. 318. Creuz.]

Siculi trilingues. De his Cael. Rhodig. Antiq. Lectt. III. 32.: Siculos ab Apuleio trilingues animadverto, quod barbare initio sunt locuti, graece mox, postremo etiam latine. Diod. Sicul. V. p. 290. Thom. Facell. rerum Sicul. Decad. I. 1. 7. Heins. coniicit sic dictos eos a tribus promontoriis, adeoque ut Graece *τριακρίους* ad Ovid. Met. XIII. 724. *Sicania, tribus haec procurrit in aequora linguis.* [Heinsii vero explicatio contra usum est. *Trilingues* ita Massilienses a Varrone nominantur apud Isidor. Origg. XV. 1. 63. Ascon. in Cic. Divinat. Caecil. XII. 39.: *dicit illam Graecas litteras simul et Latinas in Sicilia didicisse, in ea insula, quae neutra lingua bene utatur.* Taubm. ad Plaut. Men. Prol. 11. *atque adeo hoc argumentum graecissat, tamen non atticissat, verum sicilicissitat:* Kopp. Palaeogr. IV. III. c. 3. §. 842. p. 324.]

deam Cererem. [cf. Kopp. l. c. p. 649. Lips. de Cruc. I. c. 5., qui sine dubio memoriter h. l. ita descripsit: *me primigenii Phryges Pessinuntiam matrem nominant, me Eleusinii vetustam Deam Cererem.*]

et Iunonem alii, Bellonam alii, Hecatam isti, Rhamnusiam illi: qui. [Ita hunc locum legi et interpungi volo ex optimo cod. Florent. Posterius *et* quod ante *qui* codd. aliquot et edd. intrudunt, glossema puto esse librarii, qui sequens enuntiatum cum priorlbus connectere accuratius voluerit, quamquam non negandum, *et* particulam, quae ante *Iunonem* est, displicere, ut nisi cod. Florent. 3. eam haberet, in textum non recepissem. Iteratio pronominum librarios et interpretes perturbavit, ut alius aliter legeret distingueretque.]

Iunonem. [*Iunonis* et *Dianae* personae et potestates saepius inter se commutantur. Ita Iuno praeest ut Diana parturientibus; hinc *Iuno Lucina, pronuba;* cf. Gruter. Inscriptt. p. 24, 16. ad Met. VI. p. 389. *et omnis occidens Lucina appellat*; cf. Boettig. Ideen. T. II. p. 320. *Iuno inferna* nominatur Proserpina; cf. Aen. VI. 138. et *Iuno Stygia* Stat. Theb. IV. 526.; de *Iunone Regina,* quae eadem Isidi Reginae, cf. Boettig. l. c. p. 311. et ad Met. l. c. Gruter. Inscriptt. p. 28, 4. 5. 6. 7. p. 4, 7. 8. 12. p. 5, 3. 4. *Iuno eadem est Lunae* cf. Gruter. p. 25, 8. *Iun. Lun. Reg.*]

Bellonam. [cf. ad Met. VIII. p. 574.]

Hecatam. [cf. Albric. de Imag. Deor. p. 908. ed. Stav. Cuper. Monum. Antiq. in Pol. Suppl. Thes. T. II. p. 543. De terminatione *am* cf. ad Met. II. p. 96.]

Rhamnusiam. [De Venere *Rhamnusia* cf. Intt. ad Ovid. Met. XIV. 694.

et Panciroll. Descript. Urb. Rom. Reg. X. Palat. in Graev. Thes. Antiqq. T. III. p. 428. Lucian. de dea Syr. c. 32. *Ἥρη ἐστιν· ἔχει δέ τι καὶ Ἀθηναίης καὶ Ἀφροδίτης καὶ Σεληναίης καὶ Ῥέης καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Νεμέσιος καὶ Μοιρέων.* Hinc videndum est, quam prave Vulcan. ad Gloss. p. 269. in Gloss. suis Gundav., ubi legitur *Isis Furia*, emendare voluerit *τίσις furia*, quod idem corrigendum in Gloss. Lat. Graec. p. 239., ubi extat *Isis Pharia*, perperam censet. Tertull. Apol. c. 16. *Ceres Pharia.*]

nascentis dei Solis inchoantibus illustrantur radiis. Sunt qui *nascentis die* ex cod. Oxon. cum aliquot edd. praeferant, ut Stewech. et Pric., qui praeterea vocem *Solis* inducendam esse pronuntiavit. Oud. vero offendit in locutione *diei radii*, quam latine dici posse negat, quum radii certe melius Soli conveniant, [quod impedimentum non tanti est, praesertim quum *Solis* adpositum sit, ut si a codd. commendaretur lectio, hinc eam non mutaremus. Argumentum, cur lectio *die* probari nequeat, recte intellexit iam Pric., *Solis* vocabulum obducturus; quis enim ferat coniunctionem *radii nascentis die Solis*, quum non constet, quo *Solis* referendum sit, vel *nascentis die*? *Inchoantes* enim *radii Solis* ipse *dies* est *nascens* ita ut hoc supervacaneum videatur, *nascentis die Solis* vero coniungi vetat sana ratio. Hinc igitur unice retineri potest lectio *dei Solis*, quam etiam Oud. probat, comparans Met. I. p. 23. *Solem istum videntem deum*, quod exemplum minus bene convenit. At non opus est, coniunctio verborum *deus Sol* pluribus locis confirmetur, quum per se clara sit. *Sol* vero *luna* et *stellae* saepius dicuntur apud poetas *nasci* et *adolescere* et *mori* pro oriri, surgere et *occidere*; cf. Virg. Ecl. VIII. 17. *Nascere praeque diem veniens age Lucifer almum*, Horat. Od. III. 23. 1. *Coelo si supinus tuleris manus, Nascente luna*, Georg. I. 441. *ille ubi nascentem maculis variaverit ortum*; Intt. ad Petron. c. 129. *nec Solis adulti mansuescit radiis*; Claudian. Praef. Epithal. Honor. 15. *renatus Hesperus*; Solin. p. 26. *inter utrumque solem Antipodum occidentem et nostrum renascentem.* Nec raro videntur *die* et *dei* inter se commutata esse cf. Intt. ad Virg. Aen. I. 636. Ita in Anthol. Lat. T. I. p. 703. Burm. in Idyll. de Rosa V. 14. cum Barth. legendum est: *Ad primi radios interitura dei*, ubi codd. *die* scribunt, *primi* vocabulo minus aptum, *primus deus* idem est, qui nostro loco *nascens* nominatur, cf. Virg. Georg. I. 250. *nos ubi primus equis Oriens afflavit anhelis.* Ceterum terminatio *die* satis nota est cf. Burm. ad Ovid. Met. III. 341 Dr. ad Liv. V. 13. §. 5. Bentl. ad Hor. Carm. III. 7. 4. Burm. ad Anthol. l. c. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 652. 653. Nec raro tamen haec insolentior forma ansam praebuit corruptelae, ut Petron. 68. p. 443., ubi pro *barbarie* legere malunt *barbariae*, quod non necessarium est, quamquam scio, in codd. terminationes *e* et *ae* disiungi inter se non posse. Ita male emendant viri docti locum Varr. de R. R. I. 2. §. 5.: *Ego hic ubi nox et dies modice redit et abit, tamen aestivo diem si non diffinderem, meo insiticio somno meridie*, quum somnus *meridie* sit *meridiei* s. meridianus. Ut ad nostrum locum redeam, si quid mutandum est, *Solis* cum Pricaeo deleo, quia *Sol κατ' ἐξοχήν* deus nominatur cf. Herald. ad Arnob. I. 29. Themist. Orat. XI. *οἱ σφόδρα ἐπιθυμοῦντες τοῖς ὄμμασιν ἀτενίσαι εἰς τὸν θεόν*; Cuper. Harpocrat. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. II. p. 480. *Nascentis die Solis inchoantibus radiis ἰσοδύναμον* est, quod dicunt, ut *ortus originis*, *exordium nativitatis*, de quibus cf. Intt. ad Arnob. I. 28. *ortus sui originem ducere* et Wopk. in Misc. Observ. Crit. Nov. II. p. 19. Ita defendendus est Virgil. locus Georg. I. 441., ubi in verbis *nascentem ortum* male offendunt.]

illustrantur radiis | Aethiopes Arique priscaque doctrina pollentes Aegyptii, 764
cerimoniis me propriis percolentes, appellant vero nomine Reginam Isidem.

radiis illustrantur contra omnes codd. et edd. vett. Colvius mutavit, sequentibus cett. Edd. *Arique* F. 1. 3. *d. f.* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *Areique* F. 2. (*Accique* teste Elm. sine dubio operarum errore.) *trique γ. terque* B. (non *aeterque*, ut in Oud. edit. expressum est, quasi Elm. ex B. lectio. Ille vero bene habet *Ae. terque* i. e. *Aethiopes tergue.*) *Aethiopes omnes* G. 1. 2. O. P. D. L. Ms. Brantii. In cett. *Aethiopes Ariique. priscum* p. *pollentem* p. *pollentes*, *Aegyptii* ita interpunxerunt Iunt. 1. Ald. *egitii* Vicent. *cerimoniisque propriis percolentes* f. *prorsus propriis* G. 2. P. D. L. Colv. et seqq. Elm. et Scriver. uncinulis incluserunt. E collat. Florent. 1. nihil varietatis adnotatum est, unde Lindenbrogius per negligentiam *prorsus* non expunxisse putandus est. *me* non est in G. 1. *percellentes* non *praecellentes* G. 1. *ysidem* G. 1. *esidem* G. 2. P. D.

Aethiopes Arique. Hic locus quum omnium corruptissimus in Mss. sit, diversissima ratione emendare eum studuerunt interpretes. Barthius existimat legendum *Aethiopes utrique* ut Met. I. p. 38. *Aethiopes utrique*, quae coniectura ad codd. vestigia quam proxime accedit, id est Aethiopes tam in Asia quam in Africa [cf. Intt. ad Hom. Odyss. I. 23. Certe Afri Aethiopes non possunt dici illustrari solis nascentis radiis, idemque de Aegyptiis valet. Voss. margini sui libri adscripsit *homines*, ex perversa codd. lectione *omnes* quam apparet nihil nisi supplementum vel potius figmentum esse librarii. Millies autem *homines* et *omnes* in codd. commutari nemo nescit, ut emendandus est locus Minuc. Fel. 20. §. 4. *quid illas aniles fabulas? de hominibus aves et feras omnes* pro *feras homines* i. e. cuiuscunque generis. cf. Dr. ad Liv. I. 32. §. 13. Intt. ad Cic. Tuscul. I. 13. T. I. p. 103. Moser. II. 14. p. 111. IV. 3. T. II. p. 205. IV. 20. p. 370. saepius.] De dictione *Aethiopes homines* cf. Gell. VIII. 11. *homines Afri* V. 10. *homines Megarenses.* Oud. ad Caes. B. G. I. 31. II. 30. VI. 16. [Deder. ad Dict. Cret. V. 2. *Graeci homines.* Gloss. p. 356 et 361. Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 363. ed. nov. Sic retinendum est *hominibus* apud Minuc. 10. §. 5. *cuius adeo nulla vis nec potestas est, ut sit Romanis hominibus cum sua sibi natione captivus*, ubi perperam *nominibus* et *numinibus* praeferunt.] Longius etiam abit a vulgatis Salmasii coniectura marginalis: *Aethiopes quoque prisca d. pollent Aegyptii.* Cuper. Monum. Antiq. p. 543. In Pol. Suppl. Thes. Antiq. T. II. p. 543. coniecit *Afrique.* Sed coniecturam ipse damnavit, quia illi non illustrarentur solis nascentis radiis. Sed, ut recte monuit Oud., hoc dicit Apuleius de solis Aethiopibus, non de seqq. quos memorat populis, in quibus certe Aegyptii illis non illustrantur. Qua in re consentio. De *Aethiopibus* supra iam dictum est. *Arios* intelligas, Africae gentem a Livio memoratam XXXIII. 18. §. 3. inter Rhodiorum auxiliares: *Tisuctae, Tamiani et Arei ex Africa*, unde etiam prope Aethiopiam est Aegypti Κώμη Ἄρεια teste Xenoph. Ephes. V. p. 66. 67. Propter seq. *Aegyptii* minus bene interpreteris de Ariis Asiae populo, de quo vide Intt. ad Lucan. III. 281. Pausan. II. 3. 8. Plin. VI. 25. quamquam ob deae cultum ad Arios Armenios referri possit; cf. Lucian. de Dea Syr. c. 32.]

prisca doctrina pollentes. [cf. Herodot. II. 121. §. 6.: Ῥαμψίνιτον δὲ μεγάλως θωυμάσαι καὶ οἱ τὴν θυγατέρα ταύτην συνοικίσαι, ὡς πλεῖστα ἐπισταμένῳ ἀνθρώπων. Αἰγυπτίους μὲν γὰρ τῶν ἄλλων προσεχρίσθαι, ἐκεῖνον δὲ Αἰγυπτίων. c. 160. καὶ δοκέοντες παρὰ ταῦτα οὐδ' ἂν τοὺς σοφωτάτους ἀνθρώπων Αἰγυπτίους ἐπεξευρεῖν. Intt. ad Act. Apost. c. VII. 22. ad Met. I. p. 23. *papyrum Aegyptiam arguta Nilotici calami inscriptam.*]

propriis. In nonnullis codd. ante *propriis* legitur *prorsus*, pro quo Brantius *propitiis* emendat, *propriis* glossema esse ducens; Oud. *privis*, ut eius glossa fuerit *propriis*; sed cf. ad Met. VIII. p. 583. *quod semiviris istis pro-*

Adsum tuos miserata casus, adsum favens et propitia. Mitte iam fletus, et lamentationes omitte, depelle moerorem. Iam tibi providentia mea illucescit dies salutaris. Ergo igitur imperiis istis meis animum intende sollicitum. Diem, qui dies ex ista nocte nascetur, aeterna mihi nuncupavit religio; quo sedatis hibernis tempestatibus et lenitis maris procellosis fluctibus, navigabili
765 iam | pelago, rudem dedicantes carinam primitias commeatus libant mei sacerdotes. Id sacrum nec sollicita nec profana mente debebis opperiri.

Verba inde a *mitte* usque ad *omitte* non comparent in L. excusando librarii errore, cuius oculi a verbo *mitte* statim ad *omitte* delapsi sunt. *obmitte* G. 2. *illucescit* F. 1. 3. G. 1. O. B. *δ*. p. edd. vett. usque ad Colv. Elm. Scriver. In cett. *illucescet*. Praesens tempus beneficii certitudinem magis indicat. *impende* G. 2. P. L. D. *nuncupabit* F. 3. G. 1. 2. O. P. D. *δ*. In cett. *nuncupavit*. Emendatum est futurum a librariis propter antecedens *aeterna*. *fluctibus* abest a B. quod Sciopp. probavit ex eleganti dicendi ratione *procellosa maris*. Sed eius varietatis mentionem faciendo Elm. iam sat declaravit, eam sibi displicere. Abrupta illa non conveniunt, inquit Oud., luxuriosae et floridae Apuleii stilo. Rectius dixisset: repugnat hoc enuntiatorum concinnitati. Praecedit enim *sedatis hibernis tempestatibus*. *didicantes* G. 2. D. *ad sacrum* B. Vocibus *sollicita nec* desinit cod. G. 1.; in extrema hac pagina vocabulum *prophana* a manu librarii scripta legitur, quod seq. pag. ab hoc vocabulo incepisse indicat. At mirum est, quod hic ita factum est, quum nusquam alias primam sequentis paginae vocem in fine praecedentis positam viderim. *opperiri* F. 3. Colv. Vulc. 2. Florid. *operari* M. *operam β*. In cett. *operiri*.

prium gestamen est. [Ego cum Oud. *prorsus* expunxi et ita vocabulum exortum esse putaverim. Librarius quidam *percolentes* explicans per *prorsus colentes* adverbium *prorsus* inter lineas posuerat, quod postea in textum receptum et quia ante *percolentes* locum habere non posse intelligebatur, ante *propriis* positum est.]

Reginam Isidem. [Gruter. p. 83. n. 12. *ISIDI. REG. P. POSTUMIUS.* et n. 13. *ISID. REG. P. POSTUMI.*]

omitte. [De vocis significatione pro *missum facere* cf. Ded. ad Dict. Cret. IV. 8. Gloss. p. 344. et c. 11. ibid. p. 346. cf. Met. III. p. 192. *omnem igitur de tuo pectore tristitudinem mitte et angorem animi depelle.*]

navigabili pelago. Brantius haec adnotat: „Diem anni, quo navigationem auspicabantur, feriis celebratum a multis, ex h. l. observavit Hadr. Turneb. XVIII. 24. et XXIV. 34. adhibito Veget. IV. 39. Claudebantur autem maria teste eodem Vegetio ex die tertio Iduum Novembris usque in diem sextum Iduum Martiarum; longe profecto atque hodie aliter..... In Calendario rustico festum legitur mensis Martii, quod *Isidis navigium* appellatur, quod innuit Apuleius cum dicit: *rudem dedicantes carinam.*“ Id navigium quotannis mu-neribus largis onustum ventis ferentibus committi pelago solebat; cf. Intt. ad Lactant. Institt. I. 11. §. 21. *quod certus dies habetur in fastis, quo Isidis navigium celebratur.* [De *navigio Isidis* plura dicam infra p. 786. Isis enim inventrix erat navigii cf. Hygin. c. 276. p. 399. Fulgent. p. 655. Stav. et maris dea cf. Albric. de Deor. Imag. p. 912., unde cum Diana confertur p. 911. prae ceteris Burm. ad Propert. II, 21. 22. p. 414. Sant.]

rudem ..... primitias commeatus. Hoc de rudi et impolita capi fabrica vetat locus p. 785. *navem faberrime factam.* Bene igitur explicuit Beroald. novam nec maris adhuc expertam; cf. Intt. ad Prop. III. 20. 17. Broukh. ad II. 20. 39. [cf. ad Met. I. p. 18.] De *commeatus* pro rebus per navigationem illatis cf. Oud. ad Caes. B. G. V. 23.

Digitized by

CAPUT VI.

Nam meo monitu sacerdos in ipso procinctu pompae roseam manu dextera sistro cohaerentem gestabit coronam. Incontanter ergo dimotis turbulis alacer continuare pompam meam *mea* volentia fretus, et de proximo clementer velut manum sacerdotis osculabundus rosis decerptis pessimae mihique detestabilis iamdudum belluae istius corio te protinus exue. Nec quicquam rerum mearum

protractu B. quod Sclopp. Susp. II. 12. et Symb. probat explicans: dum protrahitur, dum procedit pompa. Eius sententiam secuti sunt Scriver. et Pric., qui insuper malebat *illo*. Nil ego cum Oud. mutem, et cum Beroaldo et Schegk. ad Vellei. II. 3. ipsum pompae apparatum intelligo. *dextera* F. 3. G. D. Iunt. 2. Scriver. *dextram* p. In cett. *dextra*. *sinistra* pro *sistro* π. ed. Bas. 1. inepte. *cohaerentem* F. 3. G. D. *gestabat* G. P. D. p. Salmas. hinc legit *gestat*. *mea* contra omnes codd. qui *meam* s. *meā* habent, emendarunt Colv. et Wow. receptique Elm. cum Florid. Errat autem Elm. dicens Modium quoque *pompam*, *mea volentia fretus* distinxisse, quum ille *mei* coniecerit, ad *volentia* referens. *Violentia* pro *volentia* sex habere codd. adnotat Oud. Ego iuveni in F. 3. G. D. At in collatione F. 3. librarius vitii quid commisit scribens: „*pompam meam violentia* (Ex correctione manus posterioris, nam prius legebatur *violentia*," unde utra lectio genuina sit, intelligi non potest, sed ex ceterorum Mss. ratione *violentia* prius scriptum fuisse apparet.) *fletus* O. *et proxima* G. P. O. D. *elementis* f. *obsculabundis* G. D. *osculabundis* P. *deosculabundus* p. δ., quod verum Oud. putat et mere Apuleianum, conf. notata ad Met. IV. p. 262. Ruhnk. Oud. obsecutus est, hanc lectionem in textu recipiens. *decertis* D. *rosis vel decerptis* B. *iam detestabilis dudum* f. *exuo* edd. ante Colv. praeter Iunt. 2. Imperativum habent omnes codd. et edd. post Colv. nisi quod in O. pro var. lect. sit *exuet*. *mearum*. Quum quid hic faciat *mearum* Oud. non videat, corrigit cum Scriver. *earum* i. e. quas iubebat fieri, *M* litteram putans ex praegresso vocabulo adhaesisse. Ruhnk. hanc coniecturam in textu posuit. Ego cum cett. edd. et Mss. omnibus *mearum* retinui, explicans: quae a me iubentur, quae ad mea praecepta pertinent.

Cap. VI. *monitu*. [*Monere* verbum esse in somniis quibus homines a diis admonentur potissimum obvium ex h. l. demonstrat Burm. ad Ovid. Met. XIII. 216., qui plurima de hac vocabuli significatione protulit; cf. Met. p. 780. 793. 806.]

pompam meam mea volentia fretus. [Ita ex Oud. coniectura dedi contra codd. auctoritatem, in quorum lectione offendo, ad *volentia* pronomen desiderans, quo accuratius id explicetur. Hoc idem sentiens Oud. emendavit *pompam meam mea volentia fretus*, qua correctione nil facilius cogitari potest, vel possis legere *pompam meam mei*. Maior est difficultas, utrum *violentia* an *volentia* legi debeat. Posterius probatur vocabuli infrequentia, quae ut emendarent librarii *violentia* commovere poterat; *volentia* enim idem quod voluntas, favor est cf. Salm. ad Solin. 36. *ad promptam residendi volentiam* du Cang. s. v. *Violentia* autem de sententia eorum defendi possit, qui *violentus* explicant de eo, qui multa vi vel in bonam partem rem grandem conatur, ut *violentia* in universum etiam de magna et eximia potentia dici licuerit. Haec significatio huic loco conveniret, sed minus probo, quia etiam in iis locis quos afferunt Ovid. Pont. III. 6. 33. Martial. XII. 14. nimiae potentiae, qua quis abutitur, notione vox praedita est.]

pessimae mihique detestabilis iam dudum. [Kopp. Palaeogr. IV. III. c. 3. §. 838. p. 319. haec adnotat: „Asinum apud Aegyptios odiosissimum fuisse animal constat ex Plutarch. Isid. p. 363. et Aelian. Hist. Nat. X. 28., quod gratum fuit Typhoni hoc iumentum. Typhonis vero potestatem Horum evertisse Aegyptii Herodoto tradiderunt II. 144. *Ὧρον καταπαύσαντα Τυφῶνα βασιλεῦσαι ὕστατον Αἰγύπτου.*" Nec omittendae sunt silentio placentae, quas teste Plutarch. Isid. p. 362. inter festos quosdam dies parare solebant Aegyptii asini vincti imagine insignitas. Unde quoque in pompa Isidis circumferebatur asinus. cf. Met. p. 770. *asinum pinnis adglutinatum*." Plura

reformides ut arduum. Nam hoc eodem momento quo tibi venio, simul et tibi
766 praesens | quae sunt "sequentia," sacerdoti meo per quietem facienda praecipio. Meo iussu tibi constricti comitatus decedent populi. Nec inter hilares cerimonias et festiva spectacula quisquam deformem istam quam geris faciem perhorresçet, vel figuram tuam repente mutatam sequius interpretatus aliquis maligne

formides ∂. Utroque et *formidare* et *reformidare* Apuleius usus est, ita ut ex codd. auctoritate pendeat, utra lectio praeferatur. *quo ubi venio* Bas. 1. *tibi praesens* constanter retinent Mss. et Edd., si excipias Vulc. Wow. Pric. Florid. *ibi* dantes. Sed particula otiosa et languida foret, id quod iam Oud. bene admonuit. Offenderunt interpretes in *tibi* pronominis repetitione. *quae sunt sequentia* F. 3. G. P. O. L. D. f. *quae subsequentia* ∂. *quae consequentia* F. 1. In cett. *quae sunt consequentia.* Verba *meo* usque ad *praecipio* exulant a ∂. *faciendam* P. *commeatus* B. p. *descendent* p., *festina* F. 1. *gerio* P. *mutuatam* P. *aliquid* B. p. *penica* ∂.

dabit Schmidt. Dissert. de Sacerdot. et Sacrif. Aegypt. Tubing. 1768. p. 283 seq. Intt. ad Minuc. Fel. XXVIII. §. 8. *et eosdem asinos cum Iside religiose devoratis;* ad X. §. 4. *audio eos turpissimae pecudis caput asini consecratum inepta nescia qua persuasione venerari;* ad Tertull. Apolog. c. 16. Munk. ad Hygin. p. 327. Stav. Hinc factum puto, quod asinis utebantur Galli ad portandum deae Cybelae simulacrum, ut supra vidimus.]

quae sunt sequentia. Oud. videntur hic quaedam voces traiectae loco-que debito dimotae esse, hincque Apuleium putat scripsisse, vel certe eius esse sententiam: *Hoc eodem momento, quo tibi venio, simul et tibi praesens, quae consequenda et sacerdoti meo per quietem quae sunt facienda praecipio.* Adfirmare enim deam, certo eventura, quae pollicita fuerit, quia eodem momento, quo *praesens* Lucio restitutionem formae humanae praedixerit, iam praeceperit sacerdoti per *somnium*, quae ipsi forent facienda, docens simul maximum esse numen suum, quod licet hic praesens sit, tamen non minus alibi locorum simul potentiam suam exserat. [Recte locum interpretatus est Oud., at in verborum transpositione errasse mihi videtur. Locum mutilatum ipse censeo. Desidero enim particulam copulativam ante *sacerdoti*, quae ad praegressum *et* referatur ea sententia: eodem momento, quo tibi venio, non solum tibi praesens, quae sequuntur, praecipio, sed etiam sacerdoti meo facienda i. e. quae ei facienda sunt. Erat igitur quum post *sequentia* particulam *ac* excidisse putaverim, sed non praesto est exemplum, quo *et* et *ac* eo sententiarum nexu sibi respondent. De alia harum particularum coniunctione cf. Hand. Tursell. II. p. 510. *Sunt sequentia* dictum est pro *sequuntur* cf. ad Met. p. 220 et 628., praesenti pro futuro posito, ut rei certitudinem Isis magis demonstret cf. supra p. 764. *iam tibi illucescit dies.* Lectionis autem varietas *consequentia* ex compendio scribendi orta est $\bar{s}$ et $\bar{c}$, unde factum, ut *sunt* in F. 1. qui *consequentia* legit omittatur. Particulam autem copulativam necessariam esse, probant non solum verba *simul et tibi praesens,* quae aliter explicari nequeunt, quum si ad prius *venio* referas, ieiuna et supervacanea sint, sed etiam posteriora *quae sunt sequentia*, quod enuntiatum cum *facienda* bene coniungi aliter non potest. *Ibi* vero quod alii substituunt, tum tantum defenderem, si ante *sacerdoti meo* positum esset; quamquam ita *simul et praesens* melius explicari poterit.]

constricti comitatus. Fulvius coniicit *constipati comites decedent populi*, Soping.: *constricte commeatus populus* i. e. dense congregatus. At omnia incassum. *Comitatus constricti populi* sunt turbae et coniuncta frequentia populi condensi et constipati, ut bene explicat Sciopp. in Suspect. II. 12. cum Beroald. et Pric. cf. p. 770. *qua sacer incedebat comitatus.* Passim ita Caesar in plurali dixit *comitatus* cf. Oud. ad Hist. B. G. VIII. 30.

Digitized by Google

criminabitur. Plane memineris et penita mente conditum semper tenebis, mihi reliqua vitae tuae curricula adusque terminos ultimi spiritus vadata. Nec iniurium, cuius beneficio redieris ad homines, ei totum debere quod vives. Vives autem beatus, vives in mea | tutela gloriosus, et cum spatium seculi tui [260] permensus ad inferos demearis, ibi quoque in ipso subterraneo semirotundo me, quam vides Acherontis tenebris interlucentem Stygiisque penetralibus reguantem, campos Elysios incolens ipse tibi propitiam frequens adorabis. Quodsi sedulis obsequiis et religiosis ministeriis et tenacibus castimoniis numen nostrum promerueris, scies ultra statuta fato tuo spatia vitam quoque tibi prorogare mihi | tantum licere. 767

CAPUT VII.

Sic oraculi venerabilis fine prolato numen invictum in se recessit. Nec

cognitum L. f. d. *reliquae* B. Id placuit viro docto in Miscell. Observ. Vol. II. T. III. p. 390. Sed perperam cf. supra 761. *Arabiae felicia germina.* Sic aeque mox pro *terminos ultimi spiritus* scribere possis *ultimos. mihi* abest a p. *mirum* pro *iniurium* B. *cuius* exulat a G. O. P. D. *reddideris* D. *totum* D. *debere* sc. omne istud tempus, quod *vives.* Fuit cum Oud. emendaret *vivis* vel *vivas*, sed postea se correxit. *vivere* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *tutula* Vicent. *beate* L. *ipsi* B. *prospiciam* Vicent., *prospici* Venet. 2. (unde emendare quis possit *prospicuam*; VI. p. 420. *Turris illa prospicua*, ubi vide.) *sedulus* O. *desulis* G. *desuis* D. *et* ante *tenacibus* non est in Iunt. 1. 2. Ald. *promeruis* d. *scias* emendat vir doctus in Vicent. mea. *statota* F. 3. *mihi enimvero* B. *liceret* D.

perlito B. teste Elm., at Modii collatio habet *perlato*, quod etiam p. praebet. *Perlato* propter *fine* minus probatur; Oud. utrumque bene dici posse pronuntiat.

ibi in ipso subterraneo. [cf. VI. p. mea cod. optimus Florent. 3. habet *in* 391. *illic in domo matris* et ad VII. p. 448.]

promerueris. [cf. de voc. significatione Buenem. ad Lactant. Instt. VI. 9. §. 24. p. 743. de Ira. c. 5. §. 7. p. 1012.]

mihi tantum licere. [Quamquam Oud. *tantum* probat explicans *mihi solummodo et non alii*, ut reginae siderum, tamen vix credibile est, quomodo Bert. cod. lectionem *enimvero* notabilem esse potuerit eloqui, capiens pro *profecto* et conferens Misc. Observ. Vol. II. T. III. p. 400., ubi prius iam eandem sententiam exposuit. Exempla enim quae affert Florid. p. 98. *enimvero universae philosophiae*, et de Mund. p. 352. *enimvero ad suum locum quaeque properabunt* nihil probant, quod nullus quantum scio veterum locus extat, ubi *enimvero* ad unum vocabulum positum medio in enuntiato inveniatur. Fere ubique aut primo loco aut post unum vocabulum positum legitur. Unus qui adversari videatur locus est Apul. Florid. p. 86. *ita et patria in concilio Africae enimvero et pueritia apud vos*, ubi tamen *concilio Africae id est vestro*, unde id certe potest effici hunc locum sanum non esse. Saepius uni vocabulo Apuleius postposuit, praesertim in locutione *immo enimvero.* Apol. p. 597. *filium scripsit heredem, immo enimvero non filium sed Aemiliani spes et Rufini nuptias;* Florid. p. 6. *immo enimvero hunc versum ille ad examinandum homines converterat;* p. 69. *duplam ergo gratiam vobis debeo immo enimvero multiugam;* p. 74. *immo enimvero quid superest*, de quarum particularum usu ac significatione accuratius dicam ad Florid. p. 6. Praeterea cf. de Deo Socrat. p. 142. *Nunc enimvero pendulae et mobiles;* Florid. p. 7. *Aquila enimvero;* p. 60. *loquaciores enimvero.* Insuper memorandum videtur, in Metamorphoseon libris rarissime tantum hanc particulam inveniri, nisi fallor quater solummodo, quum e contrario in Floridis decies octies legatur; cf. ad Florid. p. 6.]

CAP. VII. *numen invictum.* Contra sanam rationem, inquit Oud., Stewech.

mora, cum somno protinus absolutus pavore et gaudio ac dein sudore nimio permixtus exsurgo, summeque miratus deae potentis tam claram praesentiam, marino rore respersus magnisque imperiis eius intentus, monitionis ordinem recolebam. Nec mora, cum noctis atrae fugato nubilo Sol exsurgit aureus, et ecce discursu religioso ac prorsus triumphali turbulae complent totas plateas, tantaque hilaritudine praeter peculiarem meam gestire mihi cuncta videbantur, ut pecua etiam cuiuscemodi et totas domos et ipsum diem serena facie gaudere sentirem. Nam et pruinam pridianam dies apricus ac placidus repente fuerat
768 insecutus, ut canorae etiam aviculae prolectatae verno vapore | concentus

absolus f. dein G. P. L. D. *mutuo* pro *nimio π. promixtus* Vicent. Venet. 2. 4. Bas. 1. cf. ad Met. IX. p. 633. *lacrimis permixtus. summaeque* edd. vett. praeter Venet. 4. et Paris. usque ad Colv. *praesentis* pro *potentis* B. ex docti librarii interpretatione. *praeclaram* G. P. D. P. L. f. R. *δ*. edd. post Colv. praeter Elm. Scriver. Pric. Florid., quod Oud. praefert, Ruhnk. tamen non recepit. Oud. comparat Met. X. p. 716. *praeclara micantes luce.* In cett. *claram.* Ex codd. tantummodo auctoritate de lectionis veritate diiudicandum est. *eius*, quod in omnibus codd. et edd. ante *imperiis* legitur, Ruhnk. negligentia aut typothetarum errore omissum est. Sequens enim *eius*, quod ante *ordinem* legitur, in F. 1. 3. G. O. P. L. D. cod. Petrarch. et Iunt. 2. non extat, unde Scriver. uncis circumclusit. Recte igitur Oud. ex prava repetitione hic intrusum esse pronomen pronuntiat, quo apparet, eum priore loco *eius* cum codd. comprobasse. *et* ante *ecce* male abest in F. 1. et f. cf. ad Met. I. p. 9. *eam* vitiose erat in edd. Wow. Pric., ut monuit de sua Pricaeus. *ut* non legitur in *δ*. *pecua ēe (esse?)* D. *huiuscemodi δ*. p. edd. vett. usque ad Colv. *eiusmodi* solita aberratione. *privinam* pro *pruinam* Venet. 2. *pridianam* non est in Iunt. 1. Ald. *apertus* pro *apricus* L. *placitus* O. *canore q̄ avicule* D. *prolectate* f. et quatuor Oud. Mss., quos nominatim non protulit. Ego inveni in F. 3. G. D. In cett. *prolectante. uno* D. (pro *uno* i. e. *verno.*)

emendabat *invisum*, i. e. non visum, *marino rore respersus.* [Post somnia, mirifice etiam Elm. probatum. Clare enim se vidisse deam supra testatus est Lucius. In Inscriptionibus et nummis frequens multorum deorum epitheton est *invictus*, ut bene observavit Pric. Sic *Dianae invictae* apud Gor. I. Etrusc. Inscriptt. p. 333. III. p. 284. Murator. p. 37. 3. 620, 3. Vel hoc ipso nomine *Isis invicta* apud Gruter. p. 1065. 11. *ISIDI. INVICTAE. ET. SERAPIDI.* et apud Spon. Miscell. p. 90. Murat. p. 620, 2. *LUNAE. INVICTAE. CAMPESTRI.* nisi illic malis cum Bimardo ad marg. Sponii omissa copula legere *CAMPESTRI*bus sc. diis ex Gruter. p. 1015, 2. item Spon. p. 107. N. 83., quam melius videas apud Fabrett. Inscriptt. p. 690. et Murat. p. 107. 3. [cf. ad p. 810. At Stewechium nego tam insanum fuisse, ut quod modo seqq. verbis refellitur: *summeque miratus deae potentis tam claram praesentiam*, hic exprimere voluerit. *Invisum* igitur explicandum est: ut invisum fieret nec videri unquam posset. *In se recessit* dictum est, ut VIII. p. 528. *et in sese nimietatis senio lassesceret luctus.*]

lavare atque omina noctis placare solebant; cf. Stanl. et Blomf. ad Aesch. Pers. 207 seqq. Burm. ad Prop. III. 8. 13. Lomeier. de Vett. Gentil. c. 9. Lustratt. Ultrai. 1681. p. 58 sqq. cf. supra ad p. 753.]

fugato nubilo. [De *fugare* hac in re proprio cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 304., de *nubilo* Ded. Dict. Cret. I. 21. Gloss. p. 265., qui h. l. excitat.]

prolectatae. [Ita cum optimis codd. scripsi contra Oud., qui *prolectante* praetulit, quippe quod corruptum esset ex omissione virgulae, comparans Met. V. p. 321. *prolectante studio.* p. 333. *prolectante gaudio. Prolectatus* item legitur apud Mart. Capell. VIII. §. 804. p. 632. Kopp. *tunc etiam nuptialis gratiae nomine prolectatus.* Frequentissimam esse participiorum praesentis activi et perf. pass. commutationem, demonstrat Oud. ex dict. ad Lucan. VIII. 413. De participio praesentis absolute ita posito plura dabunt Cort. ad Lucan. I. 200. et VI. 423.

suaves adsonarent, matrem siderum, parentem temporum orbisque totius dominam blando mulcentes affamine. Quid, quod arbores etiam, quae pomifera sobole fecundae quaeque earum tantum umbra contentae steriles, austrinis laxatae flatibus, germine foliorum renidentes, clementi motu brachiorum dulces strepitus obsibilabant. Magnoque procellarum sedato fragore ac turbido fluctuum

orbisque parentem temporum L. *mulcens* p. *quid quod aures arbores* G. P. L. D. *quae* post *etiam* non est in L. et P. *etiamque* G. D. *quae earum* D. *tantam* P. *quaeque earum tantum umbra contenta est eriles* F. 3. *contenta est heriles* O. f. *umbra contecta est. theriles* G. D. L. (*contecta* esse in P. excerpta ad marg. ed. Colv. probant.) *contecta tantum steriles* δ. *contectae steriles* p. *umbra contentae steriles* edd. vett. et F. 1. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) In cett. *contentae et steriles. austernis* D. ed. pr. Vicent. (neque *austerinis)* Venet. 2. *laxare* L. *laxata* O. *laxcatae* f. *filiorum* pro *foliorum* P. *renitentes* G. P. D. δ. Elm. Scriver. prave iudicio cf. ad Met. IV. p. 238. *rosarum niveus color renidebat. revidentes* codd. alii teste Elm. *dementi* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *obsibillabant* L. *flagore* G. P. D.

Withof. in Encaen. p. 88. Burm. ad Ovid. Art. I. 591. Similis locus est Lucret. I. 10 seqq.] Pompam *matris deum* et *Isidis* principio veris celebratam fuisse, apertissime declarat Herodian. I. 10.: *ἦρος ἀρχῇ ἑκάστου ἔτους ὡρισμένης ἡμέρας Μητρὶ θεῶν, πομπὴν τελοῦσι Ῥωμαῖοι καὶ πάντα ὅσα παρ' ἑκάστοις πλούτου σύμβολα κειμήλιά τε βασιλέων ὕλης τε τέχνης θαύματα τῆς θεοῦ προπομπεύει, ἄνετός τε πᾶσι δέδοται ἐξουσία παντοδαπῆς παιδιᾶς· ἕκαστός τε ὃ βούλεται σχῆμα ὑποκρίνεται· οὐδ' ἔστιν οὕτω μέγα, ἢ ἐξαίρετον ἀξίωμα, ὃ μὴ παντὶ τῷ βουλομένῳ ἀμφιεσθέντι ὑπάρχει παῖξαί τε καὶ κρύψαι τὴν ἀλήθειαν, ὡς μὴ ῥᾳδίως διαγνῶναι τόν τε ὄντα καὶ τὸν μιμούμενον*, qui locus etiam seqq. accuratissime interpretatur.

umbra contentae steriles. [Sic ex optimis codd. scribendum esse duxi. Scripturam enim *contenta* vel *contecta est heriles* luce clarius potest cognosci ex corruptela codd. *contenta est eriles* esse natam, unde qui particulam desiderabant copulandi et interpretes et librarii, *et* ante *steriles* intrudebant. *Et* vero ferri mea quidem sententia nequit, nisi explicandi vim hic habere id statuas pro *id est*, nam arbores sola umbra contentae sunt ipsae steriles, quia poma non gerunt, hincque oppositae *pomifera sobole fecundis. Umbra* eadem ratione dictum est, ut Virg. Georg. I. 191. *At si luxuria foliorum exuberat umbra*, ubi male explicant de arbore ipsa umbrosa, ut Burm. Cort. ad Lucan. II. 411. Burm. ad Anthol. Lat. I. p. 465. Martial. ad Stat. Silv. II. 3. 55. p. 237.; ita Virg. Aen. I. 608. ubi legendum, *dum montibus umbrae instabunt, convexa polus dum sidera pascet. Contentus* de rebus inanimis dici demonstrat Cort. ad Lucan. III. 534. *ordine contentae gemino crevisse liburnae. Contectae*, quod alii legunt, nihili est, nam *umbra* arbores non sunt contectae, quam faciunt, licet sciam *umbram* capi posse de foliis, quatenus umbram efficiunt. Hinc tamen non sequitur, ut *umbra* ubique pro foliis poni liceat, et *umbra arbor contecta* pro *arbor foliis abundans.*]

clementi motu brachiorum dulces strepitus obsibilabant. Colvius adnotat: Petron. c. 120. p. 734. Burm. ubi vide Intt.: *non verno persona cantu Mollia discordi strepitu virgulta loquuntur.* Schol. Theocrit. ad Idyll. I. 1.: *ψιθυρίζουσι αἱ πίτυς ὅταν ῥιπισθῶσι, τῇ στενότητι τῶν φύλλων σχιζομένης τῆς πνοῆς*, Constant. Manass. (?) *προσέβαλε τῆς πίτυος ἄνεμος τοῖς πετάλοις καὶ γλυκὺν ψιθύρισμα τοῖς φύλλοις ἐνεποίει.* Clement. Strom. VI. 10.: *πολλάκις τε καὶ ἀνὰ τὰς ὕλας κινουμένων τῶν φύλλων ἀθρόᾳ πνεύματος προσβολῇ ὀρνίθων οὐδεὶς παραπλήσιος ἠχὴ προσπίπτει*; Lucian. insulas fortunatorum describens: *καὶ αὖραι δέ τινες ἡδεῖαι διαπνέουσαι ἠρέμα τὴν ὕλην διεσάλπιζον ὥστε καὶ ἀπὸ τῶν κλάδων κινουμένων τερπνὰ καὶ συνεχῆ μέλη ἀπεσυρίζετο, ἐοικότα τοῖς ἐπ' ἐρημίας αὐλήμασι τῶν πλαγίων αὐλῶν.* Quibus addit Elm. Aristoph. Nub. 450.: *ἦρος ἐν ὥρᾳ χαίρων ὁπόταν ἂν πλάτανος πτελέᾳ ψιθυρίζῃ*; ubi Schol.: *τὸ δὲ ψιθυρίζει ἀντὶ τοῦ*

tumore posito, mare quietas alluvies temperabat, coelum autem, nubilosa caligine disiecta, nudo sudoque luminis proprii splendore candebat.

CAPUT VIII.

769 Ecce pompae magnae paulatim procedunt anteludia, *votivis* cuiusque | studiis exornata pulcherrume. Hic incinctus balteo militem gerebat; illum succinctum chlamyde crepides et venabula venatorem fecerant; alius soccis obauratis

timore G. D. *adlubies* F. 3. G. P. *ad lubios* D. *adlubias* L. quod Lipsius probabat ut *pallacias*. *desita* p. *nudo* non est in O. *suodeque* L.

praecedunt G. D. B., quod interpretamentum est; *procedere* enim idem est quod *progredi* et praeceteris de pompis publicis in usu est; cf. ad Met. I. p. 15. Praeterea ita scribunt ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Colin. Bas. 1. *anteluciida* p. *votibus* F. 3. *vocibus* in cett. codd. et edd. omnibus esse adnotat Oud., certe in iis, quos comparare poteram libris scriptis et editis idem inveni. Omittunt vocem Wow. et Pric. Brantii et Vulcanii emendationem *votivis* edidere Scriver. et Floridus, quumque Oud. probata esset, etiam Ruhnken. *pulcherrume* F. 3. In cett. *pulcerrime*. *incractus* pro *incinctus* D. *succinctum* G. 2. *crepides* Mss. omnes teste Oud., idemque in omnibus meis libris, ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. *crepidae* Iunt. 1. 2. Ald. Colin. Bas. *copidis* Beroald. coniecturam probavit Lips., receperuntque in textum Colv. et sequentibus Edd. Ruhnk. Oud. sententiam secutus idem retinuit. *obauratis* p.

ἀνέμου πνέοντος μαλακοῦ καὶ ἠρέμα διὰ τῶν φύλλων εἰσιόντος ὥσπερ προσλαλεῖ τὰ δένδρα, ὅπερ ψιθυρίζειν λέγεται. [Pro commentario versuum Auson. Mosell. 14 sqq.: *nec iam consertis per mutua vincula ramis Quaeritur exclusum viridi caligine coelum, sed liquidum iubar et ratilam risentibus aethram Libera perspicui non invidet aura diei*; Tross. l. c. p. 8. nostrum locum affert, ibi male legens: *coelum autem nebulosa caligine disiecta nudo sudoque luminis proprii candore splendebat*, quod potius pro memoriae vitio quam emendatione habuerim.]

Cap. VIII. *ecce pompae magnae.* [De *pomparum* ratione cf. Argol. ad Onuphr. Panv. de Lud. Circ. II. 1. in Graev. Thes. Antiqq. T. IX. p. 375. et Bulenger. de Circo Rom. c. 38. ibid. c. 674.]

votivis. In omnibus libris est *vocibus* vel *votibus*, unde Schickeradus coniecit *vocibus cuiusque studii.* Verum *voces* hic minime conveniunt. Anteludia haec erant adornata vario adparatu secundum studia cuiusque adeoque etiam *vota.* Hinc verissima est Brantii et Vulcanii divinatio *votivis*; cf. Herodian. I. 10.: *ἥρως ἀρχῇ ἑκάστου ἔτους ὡρισμένης ἡμέρας μητρὶ θεῶν πομπὴν τελοῦσι Ῥωμαῖοι καὶ πάντα ἴσα παρ' ἑκάστοις πλούτου σύμβολα τοῦ θεοῦ προπομπεύει.* [*Votivus* pro grato, accepto saepius legitur apud Apuleium, ut Met. V. p. 358. *votivis nuptiis hominem te iungemus homini*; VII. p. 469. *tota civitas ad votivum conspectum effunditur*; VIII. p. 589. *deamque votivo suscipiens hospitio.*]

militem gerebat. [Hunc locum illustrat Hieronym. Epist. ad Laet. de Instit. fil. epist. 57.: *et ut omittam vetera ne apud credulos nimis fabulosa videantur, ante paucos annos propinquus vester Gracchus, nobilitatem patriciam nomine sonans quam praefecturam gereret urbanam nomine Mithrae specum, et omnia portentuosa simulacra, quibus Corax, Nymphus* (al. Gryphus) *Miles, Leo, Perses Heliodromus pariter initiantur, subvertit, fregit, excusit*, et Tertull. de Coron. Milit. c. 15. Plura huc pertinentia dabit Guther. de Iure Pontif. I. 15. in Graev. Thes. Antiqq. T. V. p. 49 sqq. De *gerere* cf. ad Met. I. p. 75. *aedilem gerimus* Herald. ad Arnob. VII. 33. T. II. p. 438. Orell.]

crepides. [Contra omnium codd. lectionem plurimi Intt. Beroald. emendationem *copides* in textum receperunt,

inductus, serica veste mundoque pretioso et adtextis capite crinibus, incessu perfluo feminam mentiebatur. Porro alium ocreis, scuto, galea ferroque insignem

inductus F. 1. 3. O. In cett. *indutus*. *vesta* P. *nudoque* pro *mundoque* G. P. D. *a dextris* P. *ad dexteris* G. *addexteris* D. *profluo* O. *superfluo* quorumdam librorum esse scripturam Wower. perperam adnotavit, ambigens, an praeferenda esset. At in nullo est libro sed coniectura I. Isacii Pontan. Anal. III. 10., quam unice infirmat nota Desid. Heraldi ad Arnob. VI. p. 197. *Liquoris femina dissolutissimus laxitate*. *feminata* G. P. D. *scato* δ.

quia putabant, *crepides* genus calceamenti ferri non posse, quae non propriae essent venatoribus, sed omnibus qui foris aliquid peragerent, unde melius militi convenirent.] *Copis* autem est gladius venatorius cf. Curt. VIII. 14. *copides vocant gladios leviter curvatos, falcibus similes, quis appetebant bestiarum manus*; cf. Intt. ad Grat. Cyneg. 338. *legat imas fascia suras, sit famulis vitulina tuis aut tergore fulvo Mantica, curta chlamys, cunaque e mele galeri, Ima Toletano praecingant ilia cultro, Terribilemque manu vibrata falcarica dextra Det sonitum et curva rumpant non pervia falce.* [Haec emendatio quamquam ingeniosissima est, ut si ab uno tantum cod. comprobaretur, statim eam reciperem, tamen contra codd. consensum agere nolui. Primum enim forma *crepides*, quae ab usu quotidiano plane abhorret, monere videtur, ne quid temere mutetur. *Crepidae* enim quantum scio, omnes scriptores dicebant, *crepides* graeca est terminatio, quam nonnullae edd. perperam in *crepidae* corrigebant. Intelligo equidem *fascias s. cothurnos* venatorium calceamentum cf. Intt. ad Nemes. l. c. Voss. ad Virg. Ecl. VII. 32. et mythol. Epist. II. p. 52. Graecis erat ἔνδρομος, ἔμβας, σανδάλιον, πέδιλον. Nec ita cothurni et crepidae inter se differunt, quippe superiorem pedis partem prope nudam obtegentes. cf. Balduin. de calc. c. 11. Ita Diana describitur: cf. Liv. Andron. apud Terentian. Maur. 2425.: *hymnum purpureo festo canit ore Triviae et iam purpureo suras includit cothurno.* De *copidibus* cf. Buleng. de Venat. Circ. c. 28. in Graev. Thes. Antiqq. T. IX. p. 804 sq.]

soccis obauratis inductus, serica veste. [Librorum constantiam secutus ita interpunxi, quum plurimi interpretes post *obauratis* distinguentes *indutum* praeferant. At vero participium ut ad prius vocabulum referatur, suadet verborum concinnitas, quum *inductus* hic substantivis interpositum langueat, praecesseritque *succinctum chlamyde copides et renubula*. De *inductus* et *indutus* verbb. confusione cf. ad Met. VII. p. 460., ubi demonstratum est. *inducere* et *induere* de vestimentis dici, unde per usum loquendi *inductum* ad *serica veste* bene posset referri. *Socci* erant sine dubio albi et auro intexti; cf. Salm. ad Tertull. de Pall. p. 288. Boettiger. Sabin. T. II. p. 112.]

adtextis capite crinibus. Pric. haec exempla profert: Ovid. Art. Am. III. 165. *femina procedit densissima crinibus emptis, Proque suis alios efficit aere suos.* Hieronym. ad Demetriad. Epist. 130. n. 7. *cerussa ora depingere, ornare crinem et alienis capillis turritum verticem struere*; Schol. Iuven. VI. 120. *galero: crine suppositio*; Schol. ad Horat. Serm. I. 8. 48. *caliendrum dicitur ornatus capitis mulierum, quo ad exornandos crines utuntur, vel supposilus crinis, quem pro naturalibus accipiebant*; Tertull. de cult. fem. 7. *affigitis nescio quas enormitates rutilium capillamentorum*; Elm. excitat Artemid. p. 11. τρίχας ἔχειν μεγάλας καὶ πυκνὰς καὶ ἐπ' αὐταῖς ἀγάλλεσθαι ἀγαθόν, μάλιστα γυναικὶ ὑπὲρ εὐμορφίας ἐστὶν, ὅτε καὶ ἀλλοτρίαις θριξὶν αἱ γυναῖκες χρῶνται. [cf. Grasser. de Antiqq. Nemaurens. Diss. in Saleng. Nov. Thes. Antiqq. T. I. p. 1078. Intt. ad Petron. c. 109. p. 655. Burm.]

incessu perfluo. Pric. adnotat: Colum. I. pr. 15. *attonitique miramur*

Digitized by Google

e ludo putares gladiatorio procedere. Nec ille deerat qui magistratum fascibus
770 purpuraque luderet; nec qui pallio baculoque et baxeis et hircino | barbitio philosophum fingeret, nec qui diversis arundinibus alter aucupem cum visco,

me ludo G. D. *e dodo* f. *praecedere* f. *facibus* F. 1. 3. G. D. In cett. *fascibus*. *perallia* pro *pallio* P., unde Oud. coniecit *pera*, *pallio*, quippe cui mirum sit, cur *peram* hic auctor omiserit, maximum philosophorum certe Graecorum insigne, comparanti Florid. p. 48. *peramque cum baculo et pallium humi posuisset*. *baxiis* f. inepte quidam sui libri margini adlevit *buxeis* i. e. *poculis e buxo*. *hyrcino* F. 3. *hyrcine* G. P. D. *philosophorum* Vicent. *signavit* pro *fingeret* ex librarii interpretamento B. *fisco* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. *visco* G. *visceo* D.

gestus effeminatorum, quod a natura sexum viris denegatum muliebri motu mentiuntur; Senec. de Anim. tranq. 15.: *uti nunc mos est, etiam incessu ipso ultra muliebrem mollitiem fluentibus.* [Plura dabit Wower. ad Petron. c. 126. p. 773. Burm. Intt. ad Arnob. VI. 12. T. II. p. 370. Orell.]

e ludo gladiatorio. [Samnitem gladiatorem describi, demonstrat Lips. Saturn. c. 11.]

fascibus. [Quin ita legendum sit pro *facibus*, quod optimi codd. praebent, nemo erit, qui dubitet. *Fasces* enim et *purpura* magistratum indicant cf. Cyprian. de Grat. Dei ad Donat. 11 (5). *quos honores putas esse, quos fasces, quam affluentiam in divitiis, quam potentiam in castris, in magistratu purpurae speciem;* Ovid. Fast. I. 81. *iamque novi praeeunt fasces, nova purpura fulget;* Tertull. de Idol. 18. *nam daemonia magistratus sunt seculi; huius collegii insignia fasces et purpuras gestant;* Herodian. I. 10. *οὐδ' ἔστιν οὕτω μέγα ἢ ἐξαίρετον ἀξίωμα, ὃ μὴ παντὶ τῷ βουλομένῳ ἀμφιεσθέντι ὑπάρχει παῖξαι.*]

nec qui pallio baculoque et baxeis et hircino barbitio. [cf. de hac philosophorum externa specie Buenem. ad Lact. Institt. III. 25. §. 6. p. 397. et ad V. 2. §. 3. p. 577. Intt. ad Cic. Tuscul. III. 23. p. 164. Moser. Florid. p. 18. De *baxeis* cf. Lips. Elect. I. 13. Cramer. ad Schol. Iuven. I. 111. p. 37. Balduin. de Calc. c. 14. Hinc philosophi ab Hieronymo in Matth. 10. nominantur *bactroperitae*; cf. Forcell. Lex. s. v. ibique adnotat. B. A.] Haec adnotat Elm.. Gell. IX. 2: *Video barbam et pallium, philosophum nondum video.* Dio de Cult. corp. Orat. 71. fol. 628. *τούς γε μὲν καπίλους ἑκαστότε ὁρῶντες πρὸ τῶν χειμηλείων ἀνεζωσμένους οὐδέποτε τωθάζουσι, καταγελῶεν δ' ἂν τοννάντιον, εἰ μὴ οὕτως ἐνεσκευασμένοι εἶεν, ὡς οἰκείου τοῦ σχήματος ὑπάρχοντος τῇ ἐργασίᾳ ἣν μεταχειρίζονται. ἐπεὶ δέ τινα ἴδωσιν ἀχίτωνα ἐν ἱματίῳ κομῶντα τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ γένεια, οὐχ οἷοί τε εἰσι πρὸς τούτους τὴν ἰσυχίαν ἄγειν, οὐδὲ σιγῇ παρέρχεσθαι· ἀλλ' ἐφίστανται καὶ ἐρεθίζουσι καὶ ἤτοι κατεγέλασαν, ἢ ἐλοιδόρησαν, ἢ ἐνίοτε ἔλκουσιν ἐπιλαβόμενοι, ὅταν τινὰ ὁρῶσι μὴ πάνυ ἐῤῥωμένον αὐτὸν, μηδὲ ἄλλον μηδένα παρόντα τὸν ἐπιβοηθήσαντα καὶ ταῦτα εἰδότες, ὅτι τοῖς καλουμένοις φιλοσόφοις ξύνηθές ἐστιν ἡ στόλη αὕτη καὶ τρόπον τινὰ ἀποδεδειγμένον.* Plutarch. de Isid. et Osirid. c. 3. *οὔτε φιλοσόφους παγωνοτροφίαι καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσι, οὐτ' Ἰσιακοὺς αἱ λινοστολίαι καὶ ξύρησις.* De *barba hircina* cf. quae profert Boettiger. Sabin. p. 37. Kopp. ad Mart. Capell. VI, §. 578. p. 489: *magisque illis quos aut pedibus nudos aut intonso crine hispidos aut sordenti conspexit pallio semitectos*, Intt. ad Arnob. VI. 21. T. II. p. 386. Orell. Rupert. ad Iuvenal. II. 14. Schol. Iuvenal. XVI. 31. *dignum barba. Barba significat virilitatem et signum fortitudinis et sapientiae. Hircina barba* dixit Plaut. Pseud. IV. 2. 12. ubi cf. Taubm.]

diversis arundinibus. [*Arundines* et aucupio et piscationi adhibitae, unde ab Apuleio *diversae* nominantur. Optime de his egit de Sala Commentt. in Petron. c. 109. p. 206. ed. Burm. 2. Taubm. ad Plaut. Bacch. I. 1. 17. Burm. ad Ovid. Met. III. 586 sq. Burm. Sec. ad Propert. II. 15. 24. ad Anthol. T. II. p. 178.]

alter piscatorem cum hamis induceret. Vidi et ursam mansuem cultu matronali; sella vehebatur; et simiam pileo textili crocotisque Phrygiis, catamiti pastoris specie aureum gestantem poculum; et asinum pinnis adglutinatis adambulantem cuidam seni debili; ut illum quidem Bellerophontem, hunc autem diceres Pegasum, tamen rideres utrumque.

CAPUT IX.

Inter has oblectationes ludicras popularium quae passim vagabantur iam

hamis F. 3. G. D. O. f. L. Iunt. 2. in cett. *hamo*. *induceret* Mss. omnes (F. 1. 3. G. D.) et edd. praeter Vulc. 2. Ruhnk. de Oud. sententia recepi *indueret*, emendationem Colvii. At *inducere* est in pompam et scenam producere. Si *indueret* comprobes, exspectem potius *induisset*. Ceterequin *inducere* bene est cf. Met. II. p. 167. *materiem indueret*. Ovid. Met. VIII. 854. *et* ante *ursam* non comparet in Iunt. 1. *quae* quod ante *cultu* in aliquot codd. et edd. multis legitur, non extat in F. 1. 3. B. p. *d*. edd. vett. usque ad Colvium. Verissime, uti iam Oud. monuit, contra cuius sententiam Ruhnk. *quae* in contexta retinuit; de hac constructione, cuius elegantia non percepta Inti. relativum intruserunt cf. ad Met. I. p. 76. *demonstro seniculum*. *In angulo sedebat*, ubi nonnulli codd. *qui* perperam habent. *celsa vehebatur d*. *vexabatur* G. D. (forsitan *vectabatur!*) *cultu matrimoniali* alii teste Colvio. *simeam* f. *tetili* D. *pilleo* F. 3. G. D. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *piloo d*. In cett. *pileo*. *crocotiisque* alii teste Elm. Legitur ita in F. 3. G. P. edd. vett., quae tamen fere omnes *crocociisque* scribunt praeter Iunt. 1. 2. Ald. Colin. in quibus est *croceisque*, *crocotusque* D. *ociisque* f. Sed cf. ad Met. VIII. p. 579. *crocotis et carbasinis et bombycinis iniccti*, ubi omnes codd. in terminatione *is* consentiunt, et graecum κροκωτὸν ita legendum esse evincit. *frig*^{9} i. e. *frigus* G. D. pro *frigiis*. *aurum* f. *adglutinatum* f. *et illum quidem d*. *et illi* p. *Bellorophontem* in G. et *d*. esse adnotat Oud. At certe in G. aeque atque in D. legitur *bellorefontem*. cf. ad Met. VII. p. 497. *dicens* p. *tā* i. e. *tam* D. *cum* pro *tamen d*. *ridens* p. P. *obligationes* pro *oblectationes* Venet. 4. Bas. 1. *lùdicras* G. D. *populorum* G. D.

ursam mansuem et simiam. Bestias in pompis publicis circumduci solitas esse testatur Ioseph. VII. 24.: ζώων καὶ πολλαὶ φύσεις παρήγοντο, κόσμον οἰκεῖον ἁπάντων περικειμένων. [De *simia* de la Chauss. de Deor. Simulacr. XXXIII. IV. in Graev. Thes. T. V. p. 787. haec profert: „Cercopithecus s. Cynocephalus est species quaedam simiarum caudatarum; hoc animal magnam cum luna sympathiam habere dignoscitur, si quidem ea deficiente fertur tristari, exoriente laetari, unde luna crescenti tamquam diademate coronatum hic ut in tabula Bembina exhibetur. Cynocephalum lunae sacrum dicit Iamblich. sect. V. de Myster. c. 8. οἷον κυνὸς, κυνοκεφάλου, μεγαλῆς κοιλίας οὔσας πρὸς σελήνην. Huius animalis cum luna sympathiam exactissime refert Horus Hierogl. I. 14. his verbis: Σελήνην γὰρ γράφοντες ..... κυνοκέφαλον ζωγραφοῦσι. Σελήνην μὲν ἐπειδὴ τὸ ζῶον τοῦτο συμπάθειάν τινα πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ σύνοδον ἐκτήσατο, ὅταν γὰρ ἐν τῷ μέρει τῆς ὥρας ἡ σελήνη συνοδεύουσα ἡλίῳ ἀφώτιστος γένηται, τότε ἡ μὲν ἄρσην κυνοκέφαλος οὐ βλέπει, οὐδὲ ἐσθίει· ἄχθεται γὰρ εἰς τὴν γῆν νενευκὼς καθάπερ πενθῶν τῆς σελήνης ἁρπαγῆς. ἡ δὲ θήλεια μετὰ τοῦ μὴ ὁρᾶν καὶ ταῦτα τῷ ἄρρενι πάσχειν, ἔτι τε καὶ ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως, αἱμάσσεται· διὸ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐν τοῖς ἱεροῖς τρέφονται κυνοκέφαλοι, ὅπως ἐξ αὐτῶν γινώσκηται τὸ ἡλίου καὶ σελήνης μέρος τοῦ συνόδου ..... Apuleius simiam introducit in pompam Isidis, Cynocephali autem sive Cercophiteci sunt in numero simiarum, sed efferatioris naturae perhibentur.“ cf. Intt. ad Iuven. XV. 4.: *Effigies sacri nitet aurea cercophitici, Dimidio magicae resonant ubi Memnone chordae atque retus Thebae centum iacet obruta portis;* Ouzel. ad Minuc. Felic. p. 167. ed. Lugd. Batav. De ursa cf. Lucian. de Dea Syr. c. 41. καὶ ἵπποι καὶ ἄετοὶ καὶ ἄρκτοι καὶ λέοντες νέμονται.]

asinum. cf. supra ad p. 765.

sospitatricis deae peculiaris pompa moliebatur. Mulieres candido splendentes

molliebatur G. D. L.

Cap. IX. *moliebatur.* [Valde dubius sum de huius vocis significatione. Oud. *moliri* explicat tarde incedere incipere ex Terent. Heaut. II. 2. 11. *dum moliuntur, dum conantur annus est*, ubi agi de mulierum incessu, non de ornatu, ut cum aliis censuerit Heins. ad Ovid. Art. II. 114., affirmat. Nec minus vituperandi videntur Plaut. ad Truc. II. 2. 55. interpretes, qui Turneb. Advers. X. 25. secuti explicant Terent. locum *surgunt, se movent.* Ibi enim genuinam habet significationem aggrediendi, rem parandi, et ex toto tantum sententiarum nexu *contandi* habet notionem, quia feminae aliquid molientes et conantes tam diu contantur, ut anni conficiatur spatium. Hinc errat Bentl. ex Serv. ad Aen. IV. 233. legens *dum cunctantur.* Serv. enim hoc Terentii exemplum non adtulit, ut vocem *cunctantem* in versu Virgilii vindicaret, sed ut naturam reginae explicaret, quae prout mulier erat, contabatur. Melius mihi Turnebus *moliri* explicare videtur se movere, surgere, sine dubio ita ratiocinatus: *moliri* idem est quod *movere* aliquid cf. Liv. XXIII. 39. §. 4. *quam movere ac moliri quicquam rex posset*, hincque *moliri* passiva significatione est *moveri, surgere, se movere.* Sed haec non ita probantur. Si Nonio tantam fidem tribuerem, tota lis partim ex eo posset dirimi. Dicit enim ille v. *moliri* p. 346.: „*moliri, retinere, morari, repigrare.* Caecil. Progamo: *Ita quod letiale me mobilitat, moeror molitur metu;* Lucil. VII. *muginamur, molimur, subducimur.*“ Horum locorum scriptura mihi quidem valde dubia videtur. Priore enim loco si *molimur* retineamus, certe legendum est *molimur metum*, nam si passive hoc vocabulum capiendum esset, Nonius non *retinere repigrare* sed *retineri repigrari* explicuisset. Forsitan vero *mollitur* legendum est; ut *iracundiam, animos mollire* alia. Altero loco si *molimur* verum est, cum viris doctis passiva notione non erit capiendum; sed pro facere aliquid aggredi; hoc probat locus p. 139., ubi *marginari* Nonius explicat *murmurare. Subducimur* interpretor: nos subducimus. *Moliri* igitur si repigrare esse cum Non. confirmamus, inde exorta est significatio, quod is qui aliquid molitur, rem nondum perfecit et hinc moratur. An vero *pompam moliri* dicere quis possit, valde dubito. Porro quum hoc probaturus fueris, tamen confitendum tibi erit *pompa moliebatur* pro tarde incedebat significatione dictum esse plane insolita. Nam qui *moratur* non tarde incedit, sed in loco immobilis insistit. *Moliri* qui *parare* explicant non audiendi videntur esse, quum non verisimile sit, totam pompam modo parari, sed iam paratam fuisse, priusquam in publicum processit. Hinc locum in medio relinquo.]

mulieres. [Magna est virorum doctorum lis, utrum mulieres in Aegypto sacerdotalia munera obierint, de qua re Herodot. II. 35. *ἱρᾶται γυνὴ μὲν οὐδεμίη οὔτε ἔρσενος θεοῦ οὔτε θηλέης· ἄνδρες δὲ πάντων τε καὶ πασέων.* De hoc Herodoti loco et tota hac disputatione legendus praecipue de Cayl. Antiq. T. III., Schmidt. de Sacerd. et Sacrif. p. 89 sqq. E re mea non est, in omnia antiquitatis monumenta quae huc faciunt inquirere: certe nego, ex hoc Apuleii loco id comprobari posse. Nec ex monumentis id apparet. Quantum enim equidem video, ubi inveniuntur mulieres in monumentis et signis, in sacrificiis Aegyptiorum aliquid operantes, semper exiliora et leviora ista sunt officia. In pompa Isiaca fere semper earum mentio fit, numina circumgestantium, et deae suae Isidis insignibus, situlis et sistris ornatarum; nec aliter nostro loco incedentes describuntur ante antistites sacrorum, qui sacra deae et officia faciebant. Haec res bene potest

amicimine, vario laetantes gestamine, verno florentes coronamine, quae de gremio per viam qua sacer incedebat comitatus solum sternebant flosculis; aliaeque nitentibus speculis pone tergum reversis | venienti deae obvium commonstrarent obsequium, et quae pectines eburnos ferentes, gestu brachiorum flexuque digitorum ornatum atque oppexum crinium regalium fingerent, illae 771

laetantes G. P. D. *quam sacer* P. *sacer* non est in *f.* *sacri incedebant* Coll. Lips., quod Oud. probat, conferens p. 766. *comitatus decedent populi.* At Ruhnken. in textum non recepit. *aliae quae* Florid. ut coniecit Salm. in margine. *pene* p. *reverus* p. Venet. 2. Bas. 1. *obiupt* F. 1. *eburnos* F. 3. *oburnos* G. D. In cett. *eburneos.* [cf. ad Liv. V. 41. §. 2.]. *obpessum* F. 3,

inter se componi, quum vix mihi probabile sit, quae antecedebant inter pompam mulieres ad sacerdotes pertinuisse, sed potius ministras fuisse, ordinis inferioris, quae deae insignia portabant, pompis peractis ad sacra deae minime adhibitae. Forsitan istae, uti et viri et iuvenes, non semper eaedem fuere sed ex deae cultricibus pro tempore electae sunt; id quod seqq. probare videntur: *eas amoenus lectissimae inventutis.....sequebatur chorus.* Ex seqq. tamen apparet, mulieres inter sacerdotes fuisse p. 773. *tunc influunt turbae sacris divinis initiatae viri feminaeque omnis dignitatis et omnis aetatis,* quae certis officiis destinatae erant et magnae religionis sidera terrena nominantur. Praeter h. l. totam litem dirimit mea quidem sententia inscriptio apud Montf. in Diar. Ital. p. 361. et Gorii in Inscript. Etrusc. T. I. p. 373.: *Ἀλεξανδρία κόρη πρόπολος Διονύσου πυστόφορός τε θεᾶς Νειλώτιδος Εἴσιδος.*]

per viam etc. [Moris erat, ut viae, quas dii alienis incedentes pedibus iam statim calcaturi erant, unguentis et floribus conspergerentur; cf. infra *illae etiam, quae ceteris unguentis et geniali balsamo guttatim excusso conspargebant plateas;* Met. IV. p. 303. *Iamque per plateas commeantem populi frequenter floribus sertis et solutis adprecantur;* et Met. X. p. 743. *inde Horae pulcerrimae, quae iaculis floris serti et soluti deam suam propitiantes,* ubi vide d'Orvill. ad Chariton. III. 2. p. 352. Intt. ad Ovid. Trist. IV. 2. 50.]

aliaeque nitentibus speculis. Colvius de hoc ritu, diis praesertim femipis speculum tenendi et ostendendi, quasi ad inspiciendum satisne cultae, affert Senec. Epist. 95. §. 47. *vetemus lintea et strigiles Iovi ferre et speculum tenere Iunoni,* (ubi Intt. conferendi sunt, Boettiger. gr. Vasengem. III. p. 195.) Florid. p. 51. *ibi donarium deae* (Iunonis) *perquam opulentum; plurima auri et argenti ratio, in lancibus, speculis, poculis;* Oud. excitat Spanh. ad Callim. H. in Pallad. 21. cui tale speculum praeferri videtur a calvo rasique capitis sacerdote in monumento Montf. in Diar. Ital. p. 361. et Gor. in Inscr. Etrusc. T. I. p. 373. una cum inscriptione: *Ἀλεξανδρία κόρη πρόπολος Διονύσου πυστόφορός τε θεᾶς Νειλώτιδος Εἴσιδος ἀγνῆς;* Gor. in Monum. Etrusc. T. V. Cap. I. p. 22. 3. p. 320. 321. [cf. ad Met. IV. p. 309. Lips. Elect. II. 10., qui hunc locum ita recitat: *mulieres.... qua sacri incedebant comitatus solum sternebant flosculis. Aliae quae nitentibus.*]

gestu brachiorum. [De voce *gestus* proprie de manibus dicta cf. Heins. ad Ovid. Met. VI. 308., ubi hic locus citatus est. *Ornare* cum derivatis de *crinibus* in usu est; de quo comparari iubet Pric.: Gloss. Cyrill. p. 454. *ἐμπλεκτρία implicatrix ornatrix;* [Ovid. Art. Am. III. 238. et 133. Wower. ad Plaut. Mostell. I. 3. 97. Ovid. Amor. I. 14. 5. Fronto de Eloquent. p. 226. Mai.; cf. Met. II. p. 111. *Tanta denique est capillamenti dignitas, ut quamvis auro veste gemmis omnique cetero mundo exornata mulier incedat, tamen nisi capillum distinxerit ornata non possit audire.*]

Digitized by Google

etiam quae ceteris unguentis et geniali balsamo guttatim excusso conspargebant plateas. Magnus praeterea sexus utriusque numerus, lucernis, taedis, cereis et alio genere *facium lumine* siderum coelestium stirpem propitiantes. Sym-

conspargebant F. 3. p. δ. In cett. *conspergebant*. *manus* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *meis* pro *numerus* p. (ex compendio *nūs.*) *praetamen* O. *ceres* D. *facuum lumine* F. 3. (sed in margine a vetusta manu *facti luminis.*) *faucuum lumine* G. *a* littera puncto subscripto obducta. *faculum lumine* D. *facium lumine* f. l. Quid cett. codd. praebeant Oud. non innuit. *alio genere ficti luminis* B. p. et edd. vett. usque ad Colv. In cett. *alio genere facium*, *lumine* praeter Florid. Edit., quae priscas edd. sequitur.

geniali balsamo. *Geniali* Baudelot. Utilit. Itiner. T. I. p. 230. explicat *geniis dicato.* Rectius exponit Beroald. voluptuarium et ad genio indulgendum aptissimum cf. Heins. ad Ovid. Amor. II. 13. 7. [Apul. XI. p. 781. *cultu geniali;* IV. p. 238. *floris genialis* de rosa; X. p. 709. *geniali-ter contorta labia.* Gloss. Philox. p. 101. *genialis* εὐφραντικός. Intt. ad Ovid. Met. IV. 14. ad Heroid. XIX. 8. ad Virg. Georg. I. 302. Unguenta ad convivia pertinere notissimum est.]

facium lumine. Hic locus perquam corruptus est. *Facium lumine* post Colvium admiserunt ceteri editores praeter Floridum, qui revocavit vetustarum edd. lectionem, quam confirmat Pith., *ficti luminis* exponitque *artificialis* in oppositionem naturalis lucis. Vulcanius *lumine* vocem, quam cum *propitiantes* vulgo iungunt, glossam esse aliquando existimavit. Pricaeus, cui merito displicuit *lumine* in hoc constructionis positionisque ordine, divinabat scribendum *genere facium luminoso*, Oud. olim opinatus erat in Miscell. Vol. IV. T. I. p. 134. relictum fuisse ab auctore: *et alio id genus facium lumine*, quia sic frequentissime soleret Apuleius dicere, ut Met. II. p. 83. *boves et id genus pecua*; V. p. 319. *bestiis et id genus pecudibus;* VIII. p. 507. *ceteris id genus viris;* IX. p. 593. *mensas et id genus;* Florid. p. 16. *hoc genus crimina;* p. 37. *poemata omne genus;* p. 36. *id genus ferramentis;* p. 46. *haec atque hoc genus alia;* p. 45. *id genus orationem;* p. 83. *in auditorio hoc genus.* Attentius tamen postea hunc locum perpendenti visum est, sic nimium recedi a scriptis exemplaribus. Ex diversa igitur Mss. propagine unam sive tertiam effinxit lectionem *et alio genere facti luminis*, eadem sententia, qua vulgo edebatur *ficti*, quod latinum esse Oud. negavit, confirmavitque eum in hac coniectura geminus locus Met. IV. p. 281. *taedis, lucernis, cereis, sebaceis, et ceteris nocturnis luminis instrumentis clarescunt tenebrae.* [In eandem emendationem ante Oud. iam inciderat librarius Florent. 3., a cuius manu in margine huius codicis ea adpicta est; unde sequitur, genuinam huius codicis lectionem ei quam corruptissimam visam esse. Hinc probabile est in alios codd. *facti luminis* abiisse. Utrum ante cod. Florent. 3. Mss. aliquot ea emendatio occupaverit, an ab ingenio librarii illius cod., id quod mihi verisimile videtur, profecta sit, hodie discerni nequit. *Facti* Oud. explicat *artificiosi*, ut apud Cic. de Orat. III. 48. *oratio polita atque facta quodammodo;* cf. Horat. Sat. I. 10. 58. *versiculos natura magis factos et euntes mollius*, qua in re non omnino consentio. De oratione tantum *factus* pro *politus* dici posse videtur: nec absolute sed addito semper alio vocabulo, quo eius significatio accuratius designatur, unde *similatio facta est* apud Quint. X. 2. §. 11. Spalding. defendere non debebat, et corrigere apud eund. II. 13. §. 9. *flexus ille et ut sic dixerim motus dat actum quendam et factum* pro summa in perfecto opere elegantia. Ibi enim ex cod. Ambros. aut *et affectum* retinendum, aut potius *effectum* emendandum est. Quod autem Oud. *ficti luminis* latine dici posse negavit miror, quum *fictum* aut per ef-

phoniae dehinc suaves, fistulae tibiaeque modulis dulcissimis personabant. Eas

symphonae Venet. 4. Paris. Bas. 1. *symphonie*. *Dehinc* G. D. et omnes vett. edd. distinguunt post *symphoniae*, ut *suaves* ad *fistulae* referri debeat, quod tamen propter sequens *dulcissimis modulis* probari nequit. *modis* pro *modulis* G. D. *tibiae* vox negligentia operarum excidit Edd. Elm. Scriv. Florid., quam omnes codd. ceteraeque edd. praebent. *personabata* L., unde Brantius legendum esse coniecit *personitabant*. *personabantque eas* G. D. *personabatque* omisso *eas* pronomine O. δ. *Is parabat* f. Oud. videtur *atque* excidisse. [Lectio *que* quomodo exorta sit ex G. et D. apertissime potest intelligi, qui post *praenitens* maiore signo interpungentes, vocabulo *sequebatur* novam enuntiationem incipiunt. Hinc *personabant* referebant ad *chorus*, et *que* particula cum praegresso enuntiato, ut necessarium erat, coniungebant.]

fectum et factum aut per *simulatum* exponere possis, in siderum coelestium verique luminis oppositionem. Quoties *facti* et *ficti* in codd. commutentur compertum est, cf. Spald. ad Quint. X. 2. §. 11. Ego plane aliter de hoc loco sentio, vitium latere existimans in voce *lumine*, quae si ad *propitiantes* refertur, id quod ante me iam viderunt Pric. et Colv., plane ieiuna est. Genitivum vero *facium* sive *facum* retinendum esse, apertissime codd. clamitant. Hinc erat quum emendarem *et alio genere facum inluminem siderum coelestium stirpem propitiantes*. Terminationem *facum* testatur Charis. I. 113.; *inluminem* s. *illuminem* in codd. *inlumine* scriptum facilius in *facuum lumine* corrumpi poterat, potissimum quia vocabulum librariis incognitum erat, de cuius formatione, puto, nemo dubitabit; *illuminis* hic non habet vim negativam sed affirmativam, ut *inhabitabilis* pro *habitabilis* apud Arnob. I. c. 2., de qua praepositionis *in* apud Afros significatione cf. dict. ad Met. I. p. 56. et saepius. Denique *illuminis* mihi bene dici posse videtur Isis, luminum ac siderum mater. Alioquin legi possit sine ulla litterarum mutatione *et alio genere facum illumine*, eadem sententia, qua Pric. *luminoso* emendavit. *Illuminus* significatione *non luminatus* nonnulli legunt Met. V. p. 385.]

propitiantes. [Sacris festisque diebus in omni laetitia publica et privata vett. lampades faces et lucernas ad ianuas et fenestras in deorum honorem suspendebant et in pompa praeferebant; cf. ad Met. IV. p. 294. Intt. ad Iuven. XII. 89 sq. De hoc Aegyptiorum ritu cf. Herodot. II. 62.: *ἐς Σάϊν δὲ πόλιν ἐπεὰν συλλεχθέωσι τῇσι θυσίῃσι, ἔν τινι νυκτὶ, λύχνα καίουσι πάντες πολλὰ ὑπαίθρια περὶ τὰ δώματα κύκλῳ· τὰ δὲ λύχνα ἐστὶν ἐμβάφια ἔμπλεα ἁλὸς καὶ ἐλαίου, ἐπιπολῆς δὲ ἔπεστι αὐτὸ τὸ ἐλλύχνιον. καὶ τοῦτο καίεται παννύχιον· καὶ τῇ ὁρτῇ οὔνομα κέεται λυχνοκαΐη. οἱ δ' ἂν μὴ ἔλθωσι τῶν Αἰγυπτίων ἐς τὴν παρήγυριν ταύτην φυλάσσοντες τὴν νύκτα τῆς θυσίης καίουσι καὶ αὐτοὶ πάντες τὰ λύχνα. καὶ οὕτω οὐκ ἐν Σάϊ μούνῃ καίεται, ἀλλὰ καὶ ἀνὰ πᾶσαν Αἴγυπτον· ὅτεν δὲ εἵνεκα φῶς ἔλαχε καὶ τιμὴν ἡ νὺξ αὐτὴ, ἔστι ἱρὸς περὶ αὐτοῦ λόγος λεγόμενος.]*

symphoniae. [De his symphoniis apud Aegyptios in deorum honorem frequentatis cf. Schmidt. de Sacerd. p. 165 sqq. qui omnes veterum locos congerit, qui Diodor. Sicul. II. p. 92. sententiae adversantur, dicentis, apud sacerdotes Aegyptiorum palaestram et musicam discere non moris esse, musicam enim non modo inutilem sed et noxiam esse, quia virorum animos effeminet, quod idem Strabo testatur XVII. 10. de Osiridis sacerdotibus in Abydo et Aelian. N. An. X. 28. Fortasse haec sententiarum discrepantia ita tolli potest, ut cantores isti et tibicines et citharoedi inter sacerdotes non referantur, quamquam huic repugnare videatur Clem. Alexandr. Strom. VI. p. 633. qui cantorem *ὠιδὸν* in sacerdotum Aegyptiorum solemnibus primum processisse dicit, quem alii *ἱεροψάλτην* nominant; cf. Ioseph. in Hypomnest. p. 330. *Ἐν Αἰγύπτῳ τὸ Βονὶ ὄργανόν τι τριγωνον ἐναρμόνιον, ᾧ χρῶνται οἱ Ἱεροψάλται ἐν τοῖς χώροις.* Schmidt. l. c.

Digitized by Google

772 amoenus lectissimae iuventutis, | veste nivea et cataclista praenitens sequebatur chorus, carmen venustum iterantes, quod Camoenarum favore solers poeta modulatus edixerat: quod argumentum referebat interim maiorum antecanta-

laetissimae F. 1. G. P. D. p. f. B. perpetua fere variatione. Ex F. 3. *lectissimae* cum omnibus edd. retinendum est. *iuvenis* G. P. D. O. δ. L. *cathaelysta* F. 3. *cathaclista* δ. D. *cathactifra* G. aperte. *castacrista* O. In cett. *cataclita*. Elm. emendationem Colvii *cataclita* recepit. *vetustum* Wasseus coniecit. Verum vulgatum esse sanum, seqq. apertissime clamant. *inodulatus* D. Post *referebat* omnes vett. Edd. usque ad Wower., quem secuti sunt Elm. Scriv. Prie. maximum distinctionis signum ponebant. Stewechianam emendationem *inter* in textu recepit Florid. *dixerat* Stewech. *ediderat* Lips. in margine. *maiorum* G. D. δ. *antecunctamenta* δ. *cantamenta*

pro *sequebatur* negligenter legit hic *sequitur*. Rectius putaveris, Diodorum in eo errasse, quia quod ad singula Aegypti loca et sacra pertinebat, ad totam terram retulerit. *Vetustum carmen*, quomodo vir doctus emendabat, nisi seqq. adversarentur, optime probari posset ex Clement. Alex. Strom. d. l., ubi ille *cantor* narratur ex libris Mercurii duos accepisse, quorum unus hymnos deorum, alter regiae vitae rationes contineat.]

cataclista. Est qui legat *catastlita chorus*, quasi ex *catastlis* i. e. formosis et egregie canentibus pueris constans. Sed eum iam refellit Beroaldus. Neque tamen cum illo aliisque intelligenda est vestis undique clausa neque fracta aut sine manica, sed vestis pretiosa, quae in arca servari et claudi solebat, [vestis *ex arcula* s. *de capsula*, ut dicit Senec. de Tranq. 1. et Epist. CXV., quae nonnisi diebus festis solemnibusque inducbatur. Sic graece *κατάκλειστος* sumitur, quod tum puto in linguam latinam pro termino ut ita dicam technico abiisse; nam alioquin Apuleius graeca hac voce abstinuisset. Probant hoc loci Tertull. Apol. 3., ubi vide Intt. praeceteris Salm. et Confut. Cercoït. p. 127., et Venant. Fort. de vit. B. Martini III. s. f. p. 320 (316). Brouwer. *cycladis aut qualis cataclistis effora rasis*, et IV. p. 331 (326). *quae manus artificis cataclistica fila rotavit*, cf. Petr. Scriver. Epistol. ad Heribert. a Rosweg. in Miscell. Observ. Vol. V. T. III. p. 127., qui emendavit *Cycladis aut qualis cataclistis ecfora rasis*, quod ferri nequit. Equidem malim *cycladis* (dativus est, ut *chlamyda* pro *chlamys*) *aut qualis cataclistis lana rotatis*, quamquam *lana* non sufficit; *rotatis* necessarium est propter geminum locum *cataclistica fila rotavit*. Latinitatem praeterea indicat terminatio *cataclista*; cf. ad Met. IV. p. 256. *Thebae hecatompylae*. Hoc certe potest intelligi, Apuleium, ubi graecis vocabulis usus est, latina terminatione immutare ea solere, unde vituperandi sunt, qui omnes quasque graecorum voces Apuleii libris intrudunt. *Cataclistae* sunt *syntheses*, quas ita nominari putant, quia in synthesi reponebantur; cf. Buleng. de Conviv. c. 35. in Graev. Thes. Antiq. T. XII. p. 93., qui *catacleista* legit, totum locum memoriter recitans, quum hic scribi dicat *ornatus nivea et catacleista veste*.]

edixerat ..... *rotorum*. Stewech. in huius loci ratione offendens primum suspicatur *dixerat* auctorem scripsisse ex more Latinorum, qui *dicta dictare* et similia in ludis saepius usurpent praeceteris gladiatoriis [cf. Intt. ad Suet. Caes. 26.]. Quae porro subduntur *quod argumentum referebat*, ea ab litteratore aut sciolo adsuta ei videntur, volente nimirum indicare munus Chori in scena et ludis, hincque corrigit: *Inter maiorum ante cantamenta ibant et dicati*. Haec emendatio et distinctio probatur Florido, qui priora interpretatur: *quod* sc. carmen *referebat* sive explicabat *argumentum* pompae. At pessime vulgo post *referebat* ponebatur maior distinctio, quum potius post *edixerat* maior simplici commate incisio ponenda sit. Nec enim *argumentum* est quartus casus sed rectus. *Quod argumentum* idem est ac si dixisse

Digitized by Google

menta votorum. Ibant et dicati magno Sarapi tibicines, qui per obliquum

ante p. *antecantamina* L. Colv. Vulc. Wow. Pric. *edicati* G. P. D. L. δ. cf. ad Met. p. 462. Dr. ad Liv. I. 37. §. 2. *sarapi* F. 3. *saraphi* (non *sarapti*) G. D. *satrapi* δ. *sarapidi* O. In cett. *serapi*. *tibucines* δ.

auctor: *quod carmen*, sicut *argumentum* aliquoties significat ipsam fabulam, sermonem, versus ipsos cf. ad Met. IX. p. 609. *argumenti satietate defecti*, ubi vid. Hoc igitur argumentum poeta illis pueris *edixerat* sive publica auctoritate discendum mandaverat, nec opus erat *dixerat* vel *ediderat*, ut margini adlevit Lipsius, refingere. Id vero carmen continebat hymnum solemnem, in quo interea referebantur seu praecinebantur maiora vota et preces ipsorum sacerdotum et populi, quae vota deinde, cum navis dicata pelago committitur, auctor recenset.

ibant et dicati magno Sarapi tibicines. [Lucian. de Dea Syr. c. 43.: *ἔστι δὲ καὶ ἄλλο πλῆθος ἀνθρώπων ἱρῶν αὐλητέων τε καὶ συριστέων καὶ Γάλλων.* cf. ad Met. VIII. p. 577. et p. 580. cf. de la Chauss. de Man. Aen. Vot. Ref. Tab. XIV. in Graev. Thes. T. XII. p. 971. Spanh. ad Iul. Caes. ed. francog. p. 61. Schmidt. l. c. p. 175. De *dicatis magno Sarapi tibicinibus* et *cantoribus* agit Porphyr. de Abstin. IV. p. 374. *Sarapi* scripturam contra Oud. recepi, *Serapi* retinentem, quamquam alteram orthographiam agnoscit, comparans Spanh. de Usu et Praest. Numism. T. II. p. 63. *Sarapis* genuinam esse formam probant loci Firmici de errore prof. rel. p. 18. ed. Lugd.: *nam quia Sarae pronepos fuerat, ex quo nonagenaria Abraham indulgentia dei susceperat filium, Σάραπις* (ita scribendum necessario est pro *Serapis*) *dictus est graeco sermone, hoc est Σαρᾶς ἄπο*, et Clementis Stromat. I. ex Nymphodoro: *τὸν Ἄπιν τὸν ταῦρον τελευτήσαντα εἰς σορὸν ἀποτίθεσθαι τῷ ναῷ τοῦ τιμωμένου δαίμονος κἀντεῦθεν Σορόαπιν κληθῆναι καὶ Σάραπιν συνηθείᾳ τινὶ τῶν ἐγχωρίων ὕστερον*; et Plutarch. de Isid. et Osirid. c. 29. *Σάραπις δ' ὄνομα τοῦ τὸ πᾶν κοσμοῦντός ἐστι παρὰ τὸ σαίρειν, ὃ καλλύνειν τινὲς καὶ κοσμεῖν λέγουσιν· ἄτοπα γὰρ ταῦτα τοῦ φυλάρχου, πολλῷ δ' ἀτοπώτερα τὰ τῶν λεγόντων, οὐκ εἶναι θεὸν τὸν Σάραπιν, ἀλλὰ τὴν Ἄπιδος σορὸν οὕτως ὀνομάζεσθαι. Σάραπις* ubique legitur apud Plutarchum. Apud Graecos forma *Sarapis*, apud Latinos *Serapis* usitatior videtur esse. Sic in Gruter. Inscriptt. p. 84, 1. et p. 85, 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. et p. 1065, 11. semper *Serapis* legitur, in graecis p. 84, 3. et p. 85. 5. *Σαράπιδι* et *Σαράπιδος*, p. 314, 1. p. 1010, 11. p. 22, 10. 11., et apud Reines. Synt. I. 137. *Sarapi frugifero* I. 44. et 253. *Serapi*, in graecis I. 199. 290. *Σαράπιδι*. De his vocibus exposuit Kopp. Palaeogr. T. IV. III. c. 3. §. 797. p. 267.: „nominis vera et genuina forma est *Sarapis*, quomodo ab Aegyptiis scribitur cf. Schow. chart. papyr. p. 54. Sturz. p. 117., unde semper a Iuliano, Macrobio aliis ita usurpatum deprehendimus, quum Graeci et Romani in universum in eius nominis scriptura mire fluctuent; cf. Falconer. Inscriptt. Att. 106. Te Water. ad Iablons. Opusc. I. 285. Ita in lapidibus cf. Tournefort. voy. 2. p. 180. Boissard. V. Tab. 109. *Διὶ ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι.*" cf. Creutz. ad Cic. de Nat. Deor. III. 19. p. 570. Altero quoque loco p. 813. Apuleium *Sarapis* scripsisse verisimile est. Praeterea de flexione huius substantivi et *Sarapis* et *Sarapidis* monendum est, quam utramque in usu fuisse probant Inscriptt. Spartian. Sever. c. 7. *dei Serapidis.* In hoc vocabulo Apuleius genitivum *Sarapis* praetulit, quum e contrario *Isis* vocis casum secundum in *idis* semper determinaverit cf. Met. XI. p. 764. 783. 810., cf. Cuper. Harpocrat. in Polen. Suppl. Thes. T. II. p. 504. De graecis nominibus propriis ita in genitivo variantibus cf. Munk. ad Hygin. fab. X. p. 35. ed. Stav. ad Placid. XIII. fab. VI. p. 876. Voss. Aristarch. T. II. p. 582. Eckst.]

gitized by Google

calamum ad aurem porrectum dexteram familiarem templi deique modulum
773 frequentabant, et *plerique* qui | facilem sacris viam dari praedicarent.

porreptum D. *porrectam* O. *dexteram* F. 3. G. D. *d.* In cett. *dextram*. *frequentabant* p. *praeciae* pro *plerique* quod omnes codd. praebent, emendationem Dousae recepit Scriver. In Vulc. 2. et Elm. sine sensu legitur *et praeciam*. *sacris viam praepararent* Elm. et in coll. Mod. B. legi dicit Oud. *sacris praemandarent*. *viam praemandarent* P. teste Elm., *perfacilem sacris mandari praedicarent* teste Oud., quod verisimilius videtur, quum etiam G. et D. habeant *sacris mandari praedicarent*.

per obliquum calamum. Pricaeus exponit per *aduncum cornu*, cf. ad Met. VIII. p. 577. Apuleius describit *obliquam tibiam πλαγίαυλον*, ut bene ad sui libri marginem adnotavit Lindenbrogius, et ita incurvam, ut paene rotundo orbe fuerit, ipsius Osiridis inventum. Vocatur etiam *φώπιγξ πλαγίαυλος* et *στρογγύλη*: cf. Commentt. Iungerm. et Moll. ad Long. Pastoral. I. p. 5. 136. Pollux. IV. 74. Cuper. Harpocrat. p. 142. [in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. II. p. 501 sq. Intt. ad Iuven. Sat. II. 90. ibique Rupert. T. II. p. 85. not. 23. et praeceteris ad III. 63.]

familiarem. [Referò *familiarem* cum Kopp. Palaeogr. T. III. II. c. 3. §. 260. p. 308. ad septem illos sonos, qui in Aegyptiorum sacris cantari solebant: confert ille Porphyr. de Abstin. p. 324. et apud Euseb. 3. 2. 4. p. 94. *ἐν τῇ ἀναῤῥήσει τοῦ ἁγίου Σαράπιδος*, Schmidt. l. c. p. 165. Spanh. de Usu et Praest. II. p. 63. Clem. Alex. VI. p. 635. De *frequentare modulos* cf. Gell. l. 11. V. 1.]

et plerique qui. Vulgo *plerique* legitur sed absurdum, plerosque illius pompae clamavisse, ut facilis via sacris daretur, cum illud paucorum munus esse debuerit. Sic tamen Mss. et Edd. omnes. Dousa legebat *praeciae*, cui accesserunt Edd. Scriveriana et Elmenhorstiana. Florid. quoque accedit. Sic enim Fest. p. 122. Lindem.: *Praecias dicebant, qui a flaminibus praemittebantur, ut denuntiarent opificibus, manus abstinerent ab opere, ne, si vidisset sacerdos facientem opus, sacra polluerentur.* Festus eosdem *praeclamitatores* vocat. Floridus in interpretatione exposuit *accensos*. Quum intelligat *et plerique* corrupta esse, *praeciaeque* tamen verum negat, et in coniunctivo *praedicarent* offendens, quod cetera omnia praecedentia et subsequentia indicativo modo enarrentur, corrigendum censet: *frequentabant ut plerisque, perfacilem sacris viam dari praedicarent*, vel simile quid. [Hac vero emendatione locum non sanari cuique patet. *Plerique* ferri nequit, quia propter antecedentia exspectamus vocabulum proprium, quo isti sacrorum ministri, qui illud praenuntiarent, inditi erant. *Praeciae* ne per sententiam quidem convenit, quum plane diversa utriusque ministerii officia sint. Vocabulum autem legendum esse plane novum aut reconditum docet loci corruptio, at frustra Glossaria et Inscriptiones perlustravi, ut simile quid invenirem. Forsitan non longe a veritate remotum est vocabulum *pariolique*, quod compendio *piolique* scriptum abiit tandem in *plerique*, quo corrupto necessarium erat *et* particula intruderetur. *Pariolus* Philox. Gloss. p. 152. explicant *προφήτης θυοσκόπος*, eodemque mihi redire videtur altera Gloss. *parra μάντις*, nec ullo modo assentiri possum Vulcanio, qui in adnott. ad Gloss. p. 53. errorem hunc esse compilatoris existimat, *hariolus* simpliciter emendans. Propius ad codd. vestigia accedas corrigendo: *prolicii-que* vel *perliciique*, i. e. qui trahunt et cohortantur ad aliquid, quamquam utrumque vocabulum in usu non est. At analogia vocis *illicium* defenditur et aliorum, ut *nuntius* a *nuntio*, *praecia* a *praecire*. Ex compendio *pliciique* vel *pliciique* facillime corrumpi poterat. At vero de veritate emendationis nihil affirmo.]

CAPUT X.

Tunc influunt turbae sacris divinis initiatae, viri feminaeque omnis dignitatis et omnis aetatis, linteae vestis candore puro luminosi; illae limpido tegmine crines madidos obvolutae; hi capillum derasi funditus, vertice praenitentes, magnae religionis terrena sidera, aereis et argenteis immo vero aureis etiam sistris argutum tinnitum constrepentes. Sed antistites sacrorum, pro-

aetatis omnis G. teste Oud. At qui contulit codicem non vidit, signa „" utrique vocabulo esse apposita, quibus in hoc codice saepius indicatur, inter se transponenda esse vocabula. *mitratae* pro *initiatae* B. *candee* δ. *limphydo* G. D. *lympico* ed. Vicent. *linteo* R. al. *limpido tegimine*. *matidus* p. *hic* F. 3. G. P. O. L. δ. p., *C* littera ex sequente vocabulo adhaerente. *hinc* f. In cett. *hi*. *detersi* G. O. P. D. L. f. *verticem* P. O. p. f. δ. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. *praemittes* p. *praemītes* D. *et antistites* B. p. f. edd. vett. usque ad Colv. praeter Iunt. 2. quae cum plurimis codd. et edd. recentt. habet *sed antistites*. Florent. 3. praebet *constrepente sed*, *S littera* finali ob sequentem eandem litteram omissa. Utramque scripturam conflavit cod. δ., *sed et* scribens, quod Oud. probatum a Ruhnken. in textum admissum est. Quam incaute hic quoque Oud. egerit quisque intelliget qui quantopere cod. δ. mutilatus et interpolatus sit meminerit. *antistes* δ. ed. Bas. 1.

Cap. X. *sacris divinis initiatae.* [cf. Meurs. Eleusin. c. 16. p. 46.]

linteae vestis. [Isis enim lini erat inventrix vel certe usum lini edocuit; cf. Broukh. ad Tibull. I. 3. 30. Heins. ad Ovid. Art. I. 77. Ruhnk. ad Suet. Oth. c. 11. Intt. ad Iuvenal. Sat. VI. 533. Kopp. ad Martian. Capell. II. §. 158. p. 213. *Eademque Isis lini usum sementemque monstravit;* cf. ad Met. p. 763. *Cecropeiam Minervam;* Intt. ad Grat. Falisc. 42. *vix operata suo sacra ad Bubastia lino;* Met. II. p. 159. *Zathlas adest Aegyptius, propheta primarius.....et cum dicto iuvenem quempiam linteis amiculis intectum producit;* Apol. p. 518. *linteo texto involvere, quod purissimum est rebus divinis velamentum.* Accuratissime de hac vestimentorum materia agit Schmidt. l. c. plurimos veterum locos colligens. Audiatur denique Rovelius in Mémoires de l'Acad. R. des Scienc. A. 1750." Toutes les toiles de Mumies, qui sont sans matière resineuse, que j'ai eu occasion d'examiner, sont de coton; les morceaux de linge, dont les Oiseaux embaumés sont garnis, sont également de coton. Le lin des Egyptiens étoit-il le coton? ou le coton était-il consacré par la religion aux embaumemens?]

limpido tegmine. [Hoc capitis sacerdotale apud Aegyptios tegumentum occurrit apud Montfauc. Antiq. Expl. Suppl. II. 32. constatque ex lino ad hos usus frequentissime, uti in ceteris vestibus, adhibito. *Limpidum* enim hoc loco est albore lini splendescens et nitidum, unde *linteo*, quod in cod. Reg. legitur, nihil nisi interpretamentum librarii est vocis *limpido*, qui vestem ita dici posse ignorabat. Eadem ratione dixit Sil. Ital. III. 24 sq. *velantur corpora lino et Pelusiaco praefulget stamine vertex*, ubi cf. Dr. Cf. praeterea Montf. l. c. II. 142. Suppl. 51. de Cayl. Antt. T. III. 2. Pocock. T. I. p. 213.]

capillum derasi. [Aegyptii sacerdotes caput deradere solebant cf. Met. II. p. 159. *et adusque deraso capite.* Plura dicam infra ad p. 817. *raro capillo.* *Funditus* dictum est ut Phaedr. II. 2. 9 sq. *Calvus repente factus est nam funditus Canos puella, nigros anus evellerat. Vertice praenitente* sacerdotes isti nominantur, quia glabri erant. Ita Avien. fab. 10, 7. *deiecto nituit frons nuda galero*, et Val. Maxim. IX. 12. Ext. 2. *elusa* (aquila) *splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi illisit.*]

magnae religionis terrena sidera. Colv. excitat Colum. X. 96. *terrestria sidera flores.* [Ovid. Epist. ex Pont. III. 3. 2. *o sidus Fabiae.*]

Digitized by Google

ceres illi qui candido linteamine cinctum pectoralem adusque vestigia strictim
774 iniecti | potentissimorum deum proferebant insignis exuvias. Quorum primus

illo V. 3. In cett. *illi*. *qui* ante *candido* in editione Oud. non comparet, Ruhnken. negligentia omissum. Ita enim voluisse Oud., ex adnotationibus non apparet. *luciamine π. pectoralem* F. 3. G. O. D. P. p. f. *d.* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. Bas. 1. In cett. *pectorale*. *adusi* D. *vestia d.* , *intecti* P. O., quod Oud. placuit et ab Ruhnk. in textum receptum est. *domini* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. Basil. solita aberratione. *potissimorum* O. *praeferebant* B. P. L., quod Oud. voluit; at Ruhnk. non obsecutus est. *proferebat d.* *insignis* F. 3. f. *d.* edd. vett. *exubias* F. 3. *excubias* G. P. D. f. *d.* L.

proceres illi. Post *sacrorum*, non *antitistes* intercisio ponenda est. Sacrorum enim antistites et praesules erant Corinthii proceres et magistratus, non vulgares et e plebe homines, ut bene animadvertit Pric., excitans Macrob. Saturn. I. 23. *vehitur dei Heliopolitani simulacrum ferculo ... et subeunt plerumque provinciae proceres, raso capite, longi temporis castimonia puri.*]

candido lintcamine. [*Candidas* vestes gestasse Aegyptiorum sacerdotes et sacrorum ministros notissimum est cf. p. 772. *veste nivea*. p. 770. *mulieres candido splendentes amicimine* cf. Schmidt. l. c. p. 30. Tantummodo tri-
1 stioribus diebus nigras vestes gerebant, unde *μελανοφόροι*. cf. Schmidt. l. c. p. 208. Cuper. Harpocr. in Polen. Thes. T. II. p. 193.]

cinctum pectoralem Si quis *pectorale* cum nonnullis codd. probaret, ex h. l. confirmare posset, *cinctum* in neutro genere ab idoneis auctoribus usurpatum esse, ut in Gloss. [Philox. p. 38. *cinctum ζῶσμα*. Cyrill. p. 484. *ζῶμα cinctum*. E contrario Gloss. habent p. 349. *cinctus ζώνη* et Vulcan. p. 24. *cinctus cinctus διάζωμα*, quod Pric. in *cinctus, um* vel vice versa corrigere non debebat. Equidem contra Oud. sententiam qui ad Frontin. IV. 1. 26. de terminatione *cinctum, cincti* dubitabat, eam probo ex analogia verborum *praecinctum* Gloss. Cyr. 426. *διάζωσμα praecinctum* et *succinctum ὑπόζωμα* in Gloss. Philox. p. 206. et Cyrill. p. 647., pro quibus vocabulis alii habent *praecinctus, us* et *succinctorium*. Ita in Gloss. Philox. p. 576. *περίζωμα cinctum, lumbare* (pro *lombare* cf. Hieronym. in Ierem. 13. 1. *cinctorium sive lumbare quod renibus iungitur* (ubi emendo *cingitur*.) *ventrale*. Utrum vero Frontin. IV. 1. 26. *cincto togae praeciso* vindicandum sit, non audeo pro certo affirmare. Apud Albric. de Imag. c. 8. totus locus corruptus est forsitan ita emendandus: *et gladio accinctae, cuius caput vitta cinctum erat*, cf. Met. p. 738. *et oleaginea corona tegebatur ipsa caput. Cinctus* praeceteris Claudiano in usu est. *Cinctus* hic est subligaculum succinctorium. Hae enim vestes paulo super pedes succinctae, inde ad pedes descendebant, corpori stricte adhaerentes cf. Montf. II. 116. 1. 125. Cayl. I. 8. 2. Schmidt. l. c. p. 34.]

iniecti. Iniecti Oud. improbat, quia *vestes* dicantur *iniectae*, easque *iniecti* homines, quando temere sint indutae, dissolutaeque fluant, non vero quae cinctu vinctae et decenter sint adstrictae. Nec obstare, quod saepe Isiaci et deae Syriae ac Cybeles ministri occurrant vestibus *iniecti*; gregem enim illis sacris initiatum indui quidem fluxa veste, at sacerdotes primarios plenius ac ter initiatos veste cingulo adstricta fuisse indutos. Hinc probat scripturam aliorum codd. *intecti*. [At improbo discrimen, quod inter *iniectum* et *intectum* ponit Oud., quum *iniicere* nihil aliud sit nisi *imponere*, de veste dictum, quae super corpus iacitur, idque contegit, ratione non habita, utrum fluxa sit an stricta. Quoties utrumque participium in codd. confundatur notum est; vide ad Met. II. p. 159., ubi *linteis amiculis iniectum* retinui. Porro ut hoc discrimen verum sit, *iniecti* ne hic capias de veste fluxa ac dissoluta, cavet vocabulum *strictim*, de quo cf. Florid. p. 53. *cithara strictim sustinetur*; Gell. XV.

lucernam claro praemicantem porrigebat lumine, non adeo nostris illis consimilem quae vespertinas illuminant epulas, sed aureum cymbium medio sui patore flammulam suscitans largiorem. Secundus vestitu quidem similis, | sed [262]

praemicantem claro porrigebat lumine B. et P. teste Wower. idemque testatur coll. Modii Venet. 4. Basil. Elm. Florid. *claro praemicantem porrigebat lumine* B. testibus Scioppio et Elm. et omnes codd. et edd. pp. Iunt. 1. 2. Ald. Colin. Wower. seqq. *luce praemicantem porrigebat lumen* Colv. Vulc. 2. *praecantem* pro *praemicantem* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *praemitentem* G. O. D. P. (testibus Wow. et Elm.) R. f. L. π. *porrigebat* abest a F. 1. *illis* non comparet in O. Iunt. 1. 2. Ald. *consimiles* p. *quod* f. *qua* Iunt. 1. 2. Ald. *vespertina* F. 1., unde *vespertino* emendabat Oud. *aureum* F. 3. In cett. *aureum*. *cybium* F. 3. p. *tymbium* F. 1. *in medio* B. et edd. ante Colv. *pectoris* B. *pectore* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Beroaldus primus rescripsit Apuleianam vocem *patore*. Nam nimium Bertiniano cod. obsecutus Scriverius temere innovavit *patoris*. Apuleianam dictionem magis redolet *sui patore* cf. ad Met. V. p. 323. *fatigationem sui diluit*. *flammulas largiores* in cod. B. esse testatur Elm., quod rursus arripuit Scriver., refragantibus Mss. et Edd. omnibus. At in collat. Modiana nihil varietatis e cod. B. enotatum est, unde ne ita quidem scribi in hoc Ms. probabile fit. *famulam* O. *factitans* B. *secundus quidem vestitu quidem* D. *vestitus* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2.

3. *fasciis ventrem strictissime circumligare.*]

proferebant. Malebat Pricaeus *progerebant* ex Met. IV. p. 309. *sub oculis dominae speculum praegerit*, ubi in nonnullis codd. legitur *progerit*, ut VI. p. 439. *sinu serico progestans nucleos;* ut infra p. 786. *carbasus litteras votivas progerebat* et paulo post: *sacerdos maximus quique divinas effigies progerebant.* Oud. vero praefert lectionem *praeferebant*, verbo pompae et sacrorum processui proprio, coll. Virg. Aen. XI. 249. Caes. B. C. II. 39. Liv. VII. 27. Suet. Caes. 84. Tiber. 44. dict. ad Hist. B. Alex. c. 32. Burm. ad Grat. Cyneg. 489. [At vero propter significationis insolentiam, cuius alterum exemplum non habeo, retinenda est scriptura *proferebant*. *Pro* enim in compositis interdum contra usum quotidianum significationem habet praepositionis *ante*. cf. ad Met. I. p. 15. II. p. 145. Dr. ad Sil. XVII. 56. Varro de L. L. VI. §. 58. Muell. *pro idem valet quod ante, ut in hoc: proludit.*]

exuvias. [Fest. p. 155. Lind. *tensa vehiculum argenteum, quo exuviae deorum ludis circensibus in circum ad pulvinar vehebantur.* De voc. *exuviae* plura dabit Scheffer. de Re Vehic. c. 24. in Polen. Suppl. Thes. T. V. p. 1457. Schmidt. l. c. p. 205., qui accuratius de hoc ritu, deorum simulacra et insignia in pompis circumgestandi disserit. Minus tamen recte ille mihi interpretatus videtur esse p. 190. *exuvias insignes* larvas, capita pellesque sacrorum animalium, quae sacerdotes soliti fuerint in pompis induere. At hoc de omnibus qui hic enumerantur sacerdotibus dici nequit.]

lucernam claro lumine praemicantem. [De hoc vasculo s. lucerna, in Isidis sacris *cymbii* formam habente cf. Bapt. Pium T. I. Thes. Crit. p. 447. Baudelot. Utilit. Itiner. p. 224. et Cuper. in Harpocr. p. 121. Met. p. 760. *laevae vero cymbium dependebat aureum, cuius ansulae insurgebat aspis;* de la Chauss. de Man. Aen. Tab. XII. in Graev. Thes. T. XII. p. 967. et Tab. XIII. p. 769., qui cymbio etiam in Osiridis sacris obvio Isidem aquae moderatricem indicari putat. Ita in Praenestino Tesselato Pavimento p. 21. quatuor sacerdotes humeris quadratam gestant tabulam, cui candelabrum impositum est. Huc referenda est λυχνοκαΐη Herodoti II. 62. Forsitan cum hoc ritu cohaeret lampadarum dies, qui Cereri fuit sacratus; cf. Munk. ad Fulgent. Mythol. I. 10. p. 636. Ceres enim et Isis eaedem sunt. *Praenitentem* quod pro *praemicantem* habent codd. aliquot, cum Oud. improbandum est; cf. ad Met. V. p. 356. *lucernam claro lumine praemicantem.* De voce *cymbium* cf. Intt. ad Virg. Aen. III. 66.]

itized by Google

775 manibus ambabus gerebat altaria, | id est auxilia, quibus nomen dedit proprium deae summatis auxiliaris providentia. Ibat tertius attollens palmam auro subtiliter foliatam nec non Mercuriale etiam caduceum. Quartus aequitatis osten-

nihilominus pro *nomen* L. *idem altaria* pro *id est* (ex compendii confusione *idē*, quod utrumque indicat) G. D. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *auxiliaus* R. *populum* pro *proprium* D. *mercuriale* F. 3. G. O. P. D. δ. π. f. quod quamquam ab Oud. probatum, a Ruhnk. tamen in textum non receptum est. In cett. *mercurialem*. *equitalis* G. P. D.

altaria id est auxilia. [Wower. perperam emendavit *item ancilia*, ut emendanda videtur Gloss. Stephan. auxilia *ἱερέων λίτρα* in *ancilia ἱερέων δοῦρα* ex Gloss. Philox. p. 16. *ancilia ὅπλα δοράτια*. *Altaria* enim illa sine dubio in sacris Isidis nomen proprium habuere *auxilia*, ut disertis verbis addit auctor. Est vir doctus, qui malit delere *altaria id est.* Glossam vero, si qua in h. l. inest, plus sapiunt verba *id est auxilia.* Certe altaria illa erant symbola auxilii divini, unde iis nomen est. Sicut *παράσημον* dei in navi, in cuius erat tutela et a quo navis habebat nomen, vocari solebat *tutela.* Attamen cum Oud. consentire nequeo dicente, non *nuda* intelligi altaria sed instructa donis deae maxime dicatis, vel flammis ardentia sacris; coll. Lucan. III. 404., ad quem locum Intt. *altaria* esse quae aris imponuntur demonstrant. Ego enim puto, *altaria* quum signum sint tutelae atque auxilii, in honorem praelata esse Isidis Sospitatricis et Salutaris cf. Gruter. Inscriptt. p. 83, 4., unde flammis et donis repleta ea fuisse verisimile non est. Praeterea extant nonnulla simulacra, quae idem probant, ut apud Cayl. III. 3., ubi sacerdos femina aram sustinet, in qua Scarabaeus prominet, cui religiosus exhibetur cultus apud Aegyptios. Forsitan *altaria* etiam explicari possit de sacello s. aedicula, in qua deae simulacrum inclusum erat et ita circumferebatur; cf. Herodot. II. 63.: *τὸ δὲ ἄγαλμα ἐὸν ἐν ναῷ μικρῷ ξυλίνῳ κατακεχρυσωμένῳ προσκομίζουσι τῇ πρωτεραίῃ ἐς ἄλλο οἴκημα ἱρόν.* cf. Cuper. Harpocrat. in Polen. Suppl. Thes. T. II. p. 493. Schmidt. l. c. p. 205.]

attollens palmam. [De hoc loco Kopp. Palaeogr. IV. III. c. 2. §. 661. p. 99. haec profert: „Palmula foliata referri potest ad virgas, quae in templis apud Aegyptios rite celebrabantur. Euseb. enim IX. 4. p. 435. refert, in singulis Aegyptiorum templis virgam consecratam eademque omnino qua Isidem ipsam religione cultam esse.“ Plura dabunt Spon. Miscell. Erud. Sect. Prim. Art. VI. Tab. 49. Schmidt. l. c. p. 146. Tertius hic qui palmam gerebat est *ἱερογραμματεύς*, id quod ex caduceo Mercurii intelligi potest, quem idem ille gerebat; cf. Schmidt. p. 146. Intt. ad Iuven. VI. 536.]

Mercuriale caduceum. [Genus neutrum non solum ex codd. auctoritate sed ex usu etiam Apuleii retinendum est, qui altero loco Met. X. p. 737., ex consensu Mss. idem praetulit: *quem caduceum et virgula Mercurium indicabant.* Nec igitur audiendi sunt, qui priscis et novis temporibus neutrius generis esse *caduceum* negabant, ut Caper. de verb. dub. p. 2247. V. D. in nova Forcell. Lex. edit., de utriusque generis usu ita ratiocinatur: „Quum proprie sit adiectivum (sicut Graecorum *κηρύκειον sc. σκῆπτρον* vel simile quid) utrumque quidem ferri possit, prout vel *baculus* vel *sceptrum* subintellexeris, sed nescio an neutrum genus praeferendum propterea, quod Latini non universum adiectivum *κηρύκειος* sed neutrum tantummodo a Graecis transtulisse videntur.“ Mihi quoque persuasum est, genuinam huius substantivi terminationem fuisse *caduceum*, a graeco *κηρύκιον* formatum, cuius originem quum obliti postea essent Romani, eadem ratione terminationem variabant, ut in *baculus, baculum, lorus, lorum, gladius, gladium*; cf. ad Met. I. p. 26. Utrum Ciceronis temporibus neutrum in usu fuerit, ex locis quantum equidem scio nequit intelligi, in quibus ubique casus legantur

debat indicium, deformatam manum sinistram porrecta palmula, quae genuina pigritia, nulla calliditate nulla sollertia praedita videbatur aequitati magis aptior quam dextera. Idem gerebat et aureum vasculum in modum papillae ro-

iudicium ed. Scriver. *porepta* D. *palmea quae gemutia* G. P. D. *gemina* p. *aequitate* f. *magis actor* G. P. D. *dextra* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. *et* post *gerebat* prave omittitur in ed. Florid.

obliqui, ut apud Plin. XXIX. 3. Cic. Orat. I. 46. Nep. Ann. 11., antiquos tamen usurpasse *caduceus* probat locus Varr. apud Non. p. 528. Merc. *verbenatus ferebat verbenam, id est caduceus.* Posteriori vero tempore altera terminatio videtur fuisse usitatior, cf. Macrob. Sat. I. 19. Gell. X. 27. Serv. ad Aen. IV. 242., ubi ter neutro genere legitur, ad VIII. 138. Gloss. Philox. p. 32. *caduceum* κηρύκιον; Gloss. Vulc. p. 19. *caduceus, um* κηρύκειον. *Caduceus* praeterea probant Hygin. Astron. II. 7. p. 440. *cum faciunt caduceos;* et Gloss. Cyrill. p. 515. κηρύκιον *hic caduceus.* Apuleius praetulit *caduceum* ex analogia vocis *baculum,* quod neutro genere eum semper dixisse exposui ad Met. VI. p. 442. De *caduceo* Mercurii cf. Intt. ad Albric. de Deor. Imag. 6. p. 905. Stav.]

aequitatis ostendebat indicium. [De hac dictione cf. Ded. ad Dict. Cret. III. 16. p. 326., ubi legitur: *qui rei indicium in se ipse pertulerat.*]

deformatam manum sinistram. [Qui haec insignia portabat manus et vasis ad libandum, erat στολιστής, de quo conf. Clement. Strom. VI. 633. Male de la Chausseus de Man. Aen. Vot. Ref. hanc manum putavit ideo praelatam fuisse, quod qui servati essent ab Iside manum ei consecrassent; cf. apud Graev. Thes. Antiqq. T. XII. p. 963. *Deformatus* hoc loco dictum est significatione simplicis, ut apud Plaut. Pseud. II. 3. 11. Cic. pro Sulla 26. §. 73. Intt. ad Quint. V. 11. §. 30.]

magis aptior. [De hoc usu loquendi, quem inde a comicorum veterum temporibus observari licet, saepius actum est a viris doctis, cf. Merc. ad Non. p. 642., qui plures Plauti locos enumerat, ut Aul. III. 2. 8. Captiv. III. 4. 111. Poen. pr. 82. *magis maior;* Poen. II. 15. *mage contentior;* Intt. ad Cic. de Nat. D. II. 13. *non sit deterior mundi potius;* Orell. ad Arnob. VII. 18. II. p. 415 sq. IV. 30. *magis ignominiosius,* prae ceteris Hand. Tursell. III. 574 sqq. De Graecis, ubi μᾶλλον eadem ratione abundat, cf. Valken. ad Herod. II. 137. Wessel. ad VII. 143. d'Orv. ad Charit. I. 14. p. 288. ed. Lips. Ita *potius malle* ut nos *mehr vorziehen;* cf. Buenem. ad Lact. III. 28. §. 15. p. 413. V. 12. §. 10. p. 630. et de Opif. c. 13. §. 7. p. 1196.]

quam dextera. [Uti in hac pompa manus *sinistra* circumferebatur, quae ut ad dolos et fraudes minus apta apud Aegyptos in notis hieroglyphicis aequitatem indicabat, ita Thebis simulacra fuerunt iudicum manibus carentium cf. Plutarch. de Isid. c. 10. ἐν Θήβαις εἰκόνες ἦσαν ἀνακείμεναι δικαστῶν ἄχειρες. ἡ δὲ τοῦ ἀρχιδικαστοῦ καταμύουσα τοῖς ὄμμασιν ὡς ἄδωρον ἅμα τὴν δικαιοσύνην καὶ ἀνέντευκτον οὖσαν.]

in modum papillae rotundatum de quo lacte libabat. [In modum *papillae* vasculum formatum erat, ut ad Isidem mammosam, et fertilitatis parentem adluderetur: cf. Macrob. Saturn. I. 20. „(Isidis) *continuatis uberibus corpus omne densari, quia terrae vel rerum naturae altu nutritur universitas;* cf. Minuc. 21. §. 14. *Diana* (quae eadem est Isidi) ..... *Ephesia mammis multis et uberibus extructa;* Hieronym. in Epist. Paul. ad Ephes. Prooem. ad Paul. et Eustoch. T. IV. p. 320. ed. Par. a. 1706. *Scribebat ad Ephesios Dianam colentes, non hanc venatricem quae arcum tenet et succincta est, sed illam multimammiam quam Graeci* πολύμαστον *vocant, ut scilicet ex ipsa quoque effigie mentirentur, omnium eam bestiarum et viventium esse nutricem.* cf. Montf. Ant. Expl. I. p. 156. qui testatur

Digitized by Google

tundatum de quo lacte libabat. Quintus auream vannum aureis congestam ramulis, et alius ferebat amphoram.

rutundatum F. 3. L. *rutundutam* G. D. (nec *nidundatam*, quod e suis G. excerptis protulit Oud.) *rotundum* ex glossemate δ. *libabat lacte* p. *cunctis* pro *quintus* G. P. D. corrupte e *quinctus*. *manum* G. P. L. D. Hinc coniecit G. Voss. *mannam*, quod nec ego nec Oud. intelligimus. *xamulis* B.

se vidisse Isidem multis mammis pictam et Cayl. T. IV. 52. n. 5. exemplum eius protulit cf. Cuper. Numism. Antiq. Expl. 8. in Polen. Suppl. Thes. Antt. T. II. p. 234. Huc referendae sunt imagines Isidis Horum lactantis, de quibus conf. Kopp. Palaeogr. III. II. 8. §. 545. p. 648. qui haec profert. „Tot Isidis imagines quum antiquissimae tum recentiores Horum lactantis. [Montf. II. 105. 110. 113. Suppl. II. 38. Cayl. I. 4. 4. III. 9. IV. 4. 125. VI. 22. Dact. Stosch. I. 2. II. 64. Rasp. Tab. 7. n. 327. Pignor. mens. Isid. 34. Cuper. Harpocr. 51. Spanh. de Usu et Praest. I. 302. Beger. III. 301. Spon. recherch. p. 465. Marm. Oxon. I. n. 71.] Quibus non matermum solum amorem sed vim etiam illam nutrientem exprimi tum cognomen quod Isis habet *Frugiferae* [Tomasin. de Donar. 75. Fabrett. p. 471. Reines. 16. Orph. hymn. 43, 9. 10.] docet, tum addita plerumque ipsius imaginibus symbola [Band. num. II. 427. Murator. I. 72. Casal. p. 72. Cuper. Harpocr. 38.]." *Lacte* uter casus sit, accusativus an ablativus pro certo dici nequit, quum utraque construendi ratio apud Apuleium inveniatur cf. ad Met. VIII. p. 541., et *lacte* aeque ablativus quam accusativus esse possit; cf. ad Met. VIII. p. 559.]

vannum aureis congestam ramulis. Passerat. emendavit *laureis* ex Senec. de Vit. Beat. c. 27. *laurum et lucernam tenens Isiacus.* De *lucerna* Apuleium dixisse supra; inde hic agere debere de lauro. De lauro Isidis cf. Oud. ad I. Obseq. c. 71., qui recte hic monet aureos ramos laureorum figuram habere potuisse, (nam vivos ramos a sacerdotibus circumgestatos esse negandum est, quod omnes illae exuviae artificiose erant fabricatae, et quotanpis eaedem fuere.) Multo minus probari potest Stewechii sententia, qui in fine L. VI. haud ambigit, quin hic legi debeat *contextam.* Sic enim nihil amplius hisce dixisset auctor, quam per *auream vannum*, quae non potest esse aurea, nisi viminibus seu ramis aureis sit contexta. Sed *congestam* significat cumulatam, confertam et repletam, quae significatio vocis non ita rara est apud Apuleium cf. Met. V. p. 322.: *horrea magnis congesta gazis;* VI. p. 404. *auri mollitie congestum gremium;* Auson. Mosell. 86. *piscis fartim congestus aristis.* [At errare mihi videtur Schmidt. l. c. p. 215., qui inter hanc auream vannum et cistam secretorum capacem quam postea p. 777. commemorat Apuleius non discernit. Plures enim erant apud Aegyptios cistae Isidis, quae in pompa circumferebantur, quae quid continuerint, hodie pro certo definiri nequit. Forsitan haec cista continebat triticum et hordeum, quibus repleta vascula circumferre consuevisse Aegyptios testatur Diod. Sicul. I. 14. p. 18. Wessel. his verbis: *Μαρτύριον δὲ φέρουσι τῆς εὑρήσεως τῶν εἰρημένων καρπῶν τὸ τηρούμενον παὰ αὐτοῖς ἐξ ἀρχαίων νόμιμον ἔτι γὰρ καὶ νῦν κατὰ τὸν θερισμὸν τοὺς πρώτους ἀμηθέντας στάχυς θέντας τοὺς ἀνθρώπους, κόπτεσθαι πλησίον τοῦ δρέμματος καὶ τὴν Ἶσιν ἀνακαλεῖσθαι. καὶ τοῦτο πράττειν ἀπονέμοντας τιμὴν τῇ θεῷ τῶν εὑρημένων κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς τῆς εὑρέσεως καιρόν· παρ' ἐνίοις δὲ τῶν πόλεων καὶ τοῖς Ἰσείοις ἐν τῇ πομπῇ μετὰ τῶν ἄλλων φέρεσθαι καὶ πυρὸν καὶ κριθῶν ἀπομεμαγμένα τῶν ἐξ ἀρχῆς τῇ θεῷ φιλοτέχνως εὑρεθέντων.* Vel referri possit ad ritum, quem innuit Plutarch. de Isid. c. 39.: *τῇ δὲ ἑνδεκάτῃ ἐπὶ δέκα ταχὺς ἐπὶ θάλασσαν κάτεισι. καὶ τὴν ἱερὰν κίστην οἱ σκολιστοὶ καὶ οἱ ἱερεῖς ἐκφέρουσι χρυσοῦν ἐντὸς ἔχουσαν κιβώτιον, εἰς ὃ ποτίμου λαβόντες ὕδατος ἐγχέουσι καὶ γίνεται χαυγὴ τῶν παρόντων*

Digitized by Google

CAPUT XI.

Nec mora, cum dei dignati pedibus humanis incedere prodeunt; hic

ὡς εὑρημένου τοῦ Ὀσίριδος· εἶτα γῆν κάρπιμον φυρῶσι τῷ ὕδατι καὶ συμμίξαντες ἀρώματα καὶ θυμιάματα τῶν πολυτελῶν ἀναπλάττουσι μιμοειδὲς ἀγαλμάτιον. Hanc explicationem magis probo et propter verba χρυσοῦν κιβώτιον, quae mihi est vannus illa aureis congesta ramulis; *amphora* in qua aqua continebatur illa sacra. De hac *amphora* haec profert Kopp. Palaeogr. IV. III. c. 1. §. 607. p. 26 sq.: „Aegyptii in sacris Isidis et Osiridis (Plutarch. p. 365.) vas aquarium in honorem huius dei praeferebant, in quo positum esse censebant omne principium facultate humectandi praeditum, utpote caussam ortus et substantiae seminis; cf. Vitruv. VIII. pr. p. 224. Bip. Apuleius in processu amphoram memorat et conferri potest ex talis pompae typo apud Montf. Antiq. Expl. II. tab. 116. Mus. Chiaram. II. Etiam Porphyrius hunc summum aquae cultum in Aegypto memorat de Abst. IV. 9. p. 324.“ Haec explicatio eo magis probatur, si *ramuli* non de lauro intelliguntur, sed de hedera, quam sacram fuisse Osiridi scimus ex Diodor. I. 18. p. 11. Wess. τοῦ τε κιττοῦ τὴν εὕρησιν ἀνατιθέασιν Ὀσίριδι καὶ καθιεροῦσιν αὐτὸν τούτῳ τῷ θεῷ. Ita enim illi qui postremo describuntur sacerdotes insignia portabant Osiridis.]

Cap. XI. *dignati pedibus humanis incedere.* [Diversissima est huius loci explicatio. Putant enim nonnulli, ut Beroaldus, deos ita dici, quod vel ipsi vel homines deorum habitu incesserint. Idem probat Scheffer. de Re Vehic. c. 3. in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. V. p. 1273. his verbis: „Per *omniparentem* deam intelligit Isidem, quae sub bovis specie in illa pompa circumlata est. Circumlata vero ab uno, quod notandum; et quidem residens in humeris, levata in rectum velut ambularet, quod non intelligendum, nisi de eo, qui imaginem illam humeris sustentatam intus regebat. Itaque velut de bove viva *sequebatur bos.* Idem et de Anubi intelligendum, nam et ipsum *attulisse cervices canis arduas*, ait, *palmam gessisse, concussisse caduceum*, quod fiebat omne ab eo, qui intus latitabat. Unde deos illos ait *incessisse*, verum *pedibus humanis*, quia hominem baiulantem habitu suo contegebant.“ Plane aliter sentit Oud., qui ridicule ita capi locum dicit. Qui enim, inquit, tunc caninum caput potuissent imitari, et ut bos erectus in posteriores pedes ingredi? Imagines deorum intelligit, ut Anubidis, Isidis etc. gestatas per homines et sic eorum pedibus ingredientes, ut Met. VIII. p. 548. *gerebamus pullos .... et quicquid infirmo gradu fugam morabatur, nostris quoque ambulabat pedibus.* Sicut et *ire, procedere, sequi*, ut infra, passim dicuntur illa quae feruntur ab euntibus; cf. ad Suet. Ner. c. 24. Imo clarissime patet e seqq. p. 788. *sacerdos maximus, quique divinas effigies progerebant.* At nihilominus Schefferi optimam explicationem sequi malo, quae aptior est verbis: *incedere prodeunt, sequebatur.* Et ita revera *progerere* et *portare* sacerdotes dici poterant illos deos, qui in humero residentes ab iis regebantur. Nec aliter explicandum puto locum Lamprid. vit. Commod. c. 9. *Sacra Isidis coluit ut et caput raderet et Anubin portaret;* cf. locos quos Casaub. excitat p. 498. ex Appiano et Tertulliano. Haec eadem Wesselingii sententia est ad Diod. Sicul. I. §. 87. p. 97. Idem dicit Porphyr. de Abstin. IV. p. 363. ed. Fogeroll. (οἱ ἱερεῖς) ἐμφαίνονται ἀεὶ θεῶν ἢ ἀγάλματα ἐγγύς, ἤτοι φέροντες ἢ προηγούμενοι καὶ τάσσοντες μετὰ κόσμου τε καὶ σεμνότητος, ὧν ἕκαστον

Digitized by Google

777 horrendum: ille superum | commeator et inferum, nunce atra, nunc aurea facie

Wowerius eumque secuti ceteri edd. contra constantem Mss. et edd. vett. ordinem post *horrendum* interposuerunt verba *attollens canis cervices arduas, ille Superum*. Bene Ruhnken. Oud. obsecutus genuinum ordinem restituit. *superbum* δ. p. *infernorum* π. *auri* pro *atra* G. D. *nunc atra* non comparent in P. Iunt. 1. 2. Ald.

οὐ τύφος ἦν ἀλλά τινος ἔνδειξις φαυλοῦ λόγου. Oud. ut sententiam suam firmaret afferre potuit locum Met. IV. p. 297. *consequi vestigio me pedibus fugientem alienis* i. e. latronum, qui Chariten sublimem raptam gestabant.]

hic horrendum: ille superum. Prave d'Orleans. ad Tac. Ann. II. p. 323. *horrendus* [de his interiectionibus verborum ordini interpositis cf. ad Met. IV. p. 292.]. Perperam Wower. et seqq. ordinem verborum disturbarunt, post *horrendum* voces *attollens canis cervices arduas, ille superum* interponentes, quasi sic per Apuleium duo dei Anubis et Mercurius designarentur. Verum in Isidis pompa non erant Mercurius et Anubis, sed solus Anubis, qui Aegyptiis et Isiacis idem est Mercurio iisdemque ornatur insignibus, nisi quod insuper habeat caput caninum [de qua re infra agam]. Nam licet alii Mercurii munus inferos adeundi Osiridi tribuant, ut Plutarch. de Flum. p. 53., vulgatior tamen traditio est, Anubin esse Mercurium; cf. ad Virg. Aen. VIII. 698. Servium: *Anubis. Hunc volunt esse Mercurium, quia nihil cane sagacius est*, et Scriver. in Epist. CLXII. per Ant. Matthaeum edita. Immo diserto in nummis Anubis capite canino exprimitur sublimis stans, *laeva caduceum*, ut hic, at *dextra* non quidem *palmam* sed *sistrum* quatiens; cf. Bacch. de Sistr. in Graev. Thes. T. VI. p. 413. et Boissard. Ant. Rom. P. III. p. 78. Quin etiam caduceum dextra, sinistra palmam gerens conspicitur in monumentis apud Montfauc. Antiq. Expl. T. II. Tab. CXXVIII. et Suppl. T. II. Tab. XI. Porro de uno deo agi docet pronomen sequens *cuius*. *Dei* vero intelliguntur Anubis et Isis sive Athor specie vaccae. Nec opponuntur *hic* et *ille*. Sed *hic* est adverbium; *ille* emphatice dictum. [Eadem ratione uterque deus coniungitur apud Ovid. Met, IX. 690 sqq. De vi ac natura Anubidis agunt Intt. ad Iuven. VI. 533., ubi praeceteris cf. Rupert., et de la Chauss. de Deor. Simulacr. Tab. XXXV. in Graev. Thes. T. V. p. 789.]

commeator et inferum. [cf. Apol. p. 535. *deus iste superum et inferum commeator;* de hoc Mercurii numere cf. Intt. ad Iuven. l. c. Lucian. Dial. Mort. V. 1. Deor. XXIV. 1. Vix tamen putaverim, hanc ψυχοπομποῦ potestatem eum etiam apud Aegyptios habuisse, certe alter locus praeter hunc non reperitur; sine dubio quae Mercurii apud Graecos et Romanos vis erat, ab Apuleio ad Aegyptium deum translata est, quem plane eundem Mercurio esse putavit. Locus enim Diod. Sicul. I. §. 96. p. 107.: *τὸν ψυχοπομπὸν Ἑρμῆν κατὰ τὸ παλαιὸν νόμιμον παρ' Αἰγυπτίοις ἀναγαγόντα τοῦ Ἅιδος τὸ σῶμα μέχρι τινὸς παραδίδοναι τῷ περικειμένῳ τὴν τοῦ Κερβέρου προτομήν* testatur, Mercurii animarum ductoris fabulam a Graecis ex Aegyptiorum superstitionibus esse formatam. At non ita multum inter se distant Anubis et Mercurius *ψυχοπομποί*.]

nunc atra nunc aurea facie sublimis. [Ita dicit Albric. de Deor. Imag. VI. p. 907. (Mercurius) *de albis nigra et de nigris alba faciebat, quod ostenditur per eius pileum seminigrum et semialbum*, quod tamen mihi magis ad eloquentiam Mercurii referendum videtur esse, cuius ope qualemcunque rem in plane contrariam commutare potuerit. Hic aliter explicanda colorum significatio. Quum enim commeat Mercurius s. Anubis ad superos, aurea facie, cum ad inferos descendit, furva facie est visendus. cf. Iablonsk. Epist. Lacrozian. T. I.

sublimis, attollens canis cervices arduas Anubis, laeva caduceum gerens,

attollens canis cervices arduas Anubis F. 1. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) 3. P. teste Elm. p. edd. vett. ante Colv. *attollens canis carius ardua anubis* B. teste Oud. *ardua anubis* teste Elm. (*anubis* Mod. aperte habet, *capita* pro *carius* emendans.) *Anubis* deesse in P., ex quo Elm. perperam enotaverit, G. O. f. δ. testis est Oud., sicut equidem omissum reperi in D. At si dicit ab altero cod. F. nomen proprium abesse, errasse mihi videtur. Quum enim Lindenbrogius utriusque codd. collationem non instituerit tam accuratam, ut ubi unius codicis enotavit variam scripturam, inde certum sit, in altero edit. Vulc. 2. scripturam inveniri, hic quoque, quod in F. 1. *Anubis* addi affirmat, consectarium esse nequit, in F. 2. vocabulum hoc desiderari. Ceteris vero codd. hac in re fides non habenda est, quod hic valde depravati atque mutilati apparent. In G. 2. ante vocem *levatam* est signum ☩, quo huius codicis librarium indicasse observavi, aliquid ab ipso omissum esse, quod fere semper in margine addidit; hic vero neglexit. *laeve* P. *levem laeva* f.

p. 169., unde errat egregie vir doctus ad marg. ed. meae Iunt., qui de versutia Mercurii et dolis intelligi utrumque colorem sibi oppositum voluit. Tum minus recte Oud. videtur *sublimis* potius referendum esse ad seqq. *attollens* et cett., quum *arduas cervices* adversari conspicuum sit.]

attollens canis cervices arduas Anubis. Cum Oud. consentire nequeo, qui *Anubis*, quod optimi quique codd. praebent, pro glossemate habet, Colv. secutus. Contrarium iam voluit Wessel. ad Diod. Sicul. I. §. 87. p. 97. Oud. enim ita ratiocinatur: ex insignibus satis patet, quis deus intelligatur, sicut etiam non dixit mox *bos Isis*, sed e descriptione eam intelligendam dedit. [Quod quamquam probo, tamen non videndum est, quomodo glossema illud exortum fuerit. Eo enim loco quo nunc legitur vocabulum glossator id non posuisset, sed sine dubio vel ante *ille*, ut ab initio statim enuntiationis quis ille esset deus lector cognosceret vel fine enuntiati post *quatiens*. Retinendum igitur est *Anubis*. De *canino* Anubidis capite cf. prae ceteris Heinrich. ad Iuvenal. Sat. VI. 534. p. 274. Cuper. Numism. Antiq. VI. in Polen. Suppl. Thes. T. II. p. 228. Harpocrat. ibid. p. 485. Spon. Rec. Antiq. Select. Quaestt. Diss. VI. ibid. T. IV. p. 432. Intt. ad Arnob. VI. 25. Elm. ad Minuc. Fel. c. 21. §. 7. p. XXX. ed. ann. 1612. fol. Caussas cur Anubis caninum caput habuerit diversissimas recenset Plutarch. de Isid. et Osirid. c. 44.: *Νέφθυς γάρ ἐστι τὸ ὑπὸ γῆν καὶ ἀφανὲς, Ἶσις δὲ τὸ ὑπὲρ τὴν γῆν καὶ φανερόν· ὁ δὲ τούτων ὑποφαύων καὶ καλούμενος ὁρίζων κύκλος ἐπίκοινος ὢν ἀμφοῖν Ἄνουβις κέκληται καὶ κυνῆ τὸ εἶδος ἀπεικάζεται· καὶ γὰρ ὁ κύων χρῆται τῇ ὄψει νυκτός τε καὶ ἡμέρας ὁμοίως. καὶ ταύτην ἔχειν δοκεῖ παρ' Αἰγυπτίοις τὴν δύναμιν ὁ Ἄνουβις, οἵαν ἡ Ἑκάτη παρ' Ἕλλησι, χθόνιος ὢν ὁμοῦ καὶ ὀλύμπιος. ἐνίοις δὲ δοκεῖ Κρόνος ὁ Ἄνουβις εἶναι. διὸ πάντα τίκτων ἐξ ἑαυτοῦ καὶ κύων ἐν ἑαυτῷ, τὴν τοῦ κυνὸς ἐπίκλησιν ἔσχεν. ἔτι δ' οὖν τοῖς σεβομένοις τὸν Ἄνουβιν ὑπόρρητόν τι καὶ πάλαι ἦν τὰς μεγίστας ἐν Αἰγύπτῳ τιμὰς ὁ κύων ἔσχεν.* Firmic. de Errore Prof. Rel. p. 4. ed. Lugd. *Isis repudiato Typhone, ut et fratrem sepeliret et coniugem, adhibuit sibi Nephthen sororem sociam et Anubin venatorem. Cui ideo caninum caput impositum est, quia lacerati corporis partes artificio canis investigantis invenit.* Diod. Sicul. I. §. 87. p. 97.: *τὸν δὲ κύνα πρός τε τὰς θήρας εἶναι χρήσιμον καὶ πρὸς τὴν φυλακήν. διόπερ τὸν θεὸν τὸν παρ' αὐτοῖς καλούμενον Ἄνουβιν, παριςάγουσι κυνὸς ἔχοντα κεφαλὴν ἐμφαίνοντες ὅτι σωματοφύλαξ ἦν τῶν περὶ τὴν Ὄσιριν καὶ τὴν Ἶσιν. Ἔνιοι δέ φασι τῆς Ἴσιδος προηγουμένους τοὺς κύνας, καθ' ὃν καιρὸν ἐζήτει τὸν Ὄσιριν τά τε θηρία καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἀπείργειν· ἔτι δὲ εὐνοικῶς διακειμένους συζητεῖν ὠρνυμένους· διὸ καὶ τοῖς Ἰσείοις προπορεύεσθαι τοὺς κύνας κατὰ τὴν πομπήν.* Canino capite Mercurium etiam apud Graecos depictum fuisse testatur Albric. de Graec. Imag. 6. p. 907. ed. Stav. *Aliqui vero eum* (Mercurium) *capite canino pingebant; ideoque et lanceam pro virili et colum pro*

Digitized by Google

dextera palmam virentem quatiens, cuius vestigium continuum sequebatur bos in erectum levata statum; bos, omnia parentis deae fecundum simulacrum,

dextra edd. vett. Flórid. Verba inde a *quatiens* usque ad *statum* non comparent in G. P. O. π. D. nisi quod fine periodi G. O. π. habent *laeratam*, *laevata* P. *levam* D. *Huius vestigium* F. 1. R. f. Scriver., quos probante Oud. secutus est Ruhnk. cf. infra *eius orificium*. Plurimis iisque optimis codd. equidem obtemperare malui. *continuum* exulat a coll. Voss. Pro eo Wower. tacite posuit *continuo*, sequentibus eum Edd. Pric. et Floridi. *bos in rectum l. st. bos omniparientis deae* B. teste Sciopp. *bos in erectum* dant omnes codd. et edd. praeter Bas. Colv. et Vulc. 2. *statum bos omn.* F. 1. 3. B. p. et edd. Colvio priores habent, omissis *erat et*, quod Oud. probat, at Ruhnk. non omnino paruit, *erat* reliciens, *et* retinens. *erat et bos* G. D. et aliquot alii codd., quos Oud. nominatim non affert; Colv. Vulc. Elm. Scriver. *erat ea bos* Wow. Pric. Florid. *omnia parentis* F. 1. 3. G. P. D. O. L. f. δ. B. p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *omniaparientis* F. et B. teste Elm., idemque in B. esse probat Sciopp. Susp. II. 12. Inde ab Beroaldo in contextu est *omniparentis*, quod probatum Oud. etiam Ruhnk. recepit. *secundum* π. Wow. et Pric.

muliebri sexu tribuerunt, ad quem locum cf. Munk. et Stav. *Palma* in manu Anubidis fuit astrologiae insigne, quatenus Mercurius Aegyptiorum huius scientiae auctor erat, vel quia fuit hieroglyphica anni mensisque nota cf. Horapoll. I. 3. et 40. Schmidt. l. c. p. 164.]

bos. [cf. Aelian. Hist. Anim. Nat. X. 27.: *κώμη Αἰγυπτία Χουσαὶ τὸ ὄνομα, τελεῖ δὲ εἰς Ἑρμουπολίτην νομὸν καὶ μικρὰ μὲν δοκεῖ χαρίσσα μήν, ● ταύτῃ σέβουσιν Ἀφροδίτην Οὐρανίαν αὐτὴν καλοῦντες. Τιμῶσι δὲ καὶ θήλειαν βοῦν καὶ τὴν αἰτίαν ἐκείνην λέγουσι· πεπιστεύκασιν αὐτὰς προσήκειν τῇδε τῇ δαίμονι. Τοίαν γὰρ εἰς Ἀφροδίσια ἰσχυρὰν ἔχει ἐκεῖνος βοῦς θῆλυς καὶ ὀργᾶ τοῦ ἄρρενος μᾶλλον· Ἀκούσασα γοῦν τοῦ μυκήματος, εἰς τὴν μῖξιν θερμότατα ἐξηνέμωται καὶ ἐκπέφλεκται καὶ οἱ ταῦτά γε συνιδεῖν δεινοὶ καὶ ἀπὸ τριάκοντα σταδίων ἀκούειν ταύρου βοῦν ἐρωτικὸν σύνθημα καὶ ἀφροδίσιον μυκωμένου φασί. καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἶσιν Αἰγύπτιοι βούκερων καὶ πλάττουσι καὶ γράφουσι.* cf. eund. XI. 11. Macrob. Sat. I. 21. *vel quia bos Apis in civitate Memphi Solis instar excipitur*, cf. Buen. ad Lact. Inst. IV. 10. §. 12. Intt. ad Minuc. Fel. c. 28. praeceteris Elm. p. XLVII.]

in erectum levata statum. Erectum constanter dant codd. omnes et edd. longe plurimae cf. Met. IV. p. 237. *de iumenti incurvo gradu erectus in hominem*; infra p. 780. *in erecta porrigantur officia.* [Per usum *rectum* potest defendi; cf. Intt. ad Cic. de Nat. Deor. II. 56.]

bos, omnia parentis deae fecundum simulacrum. Diversissime hunc locum interpretes proferunt, alii legunt *statim. Erat et bos*, quod Iablonsk. in Misc. Nov. Lips. Vol. VI. p. 90. probavit Venerem Athor intelligens, quasi haec alia esset bos, quam quae praecesserat, et haec *lata* esset, illa ipsa pedibus incessisset. At una eademque describitur. Idque perspiciens Wower. tacite exhibuit *erat ea bos*, cui seqq. lutt. obtemperarunt. Rectissime vero optimi codd. *erat et* omittunt per elegantem epizeuxin, quam Apuleius amat, cf. ad Met. IX. p. 610. Oud. ut vulgatam lectionem defenderet, distinxit *sequebatur bos. In erectum levata statum erat et bos* s. etiam, scilicet, ut praecedens Anubis, quod neutiquam sequi possum. Tum contra codd. auctoritatem Oud. praeponit lectionem *omniparentis*, qui error eo magis mirandus est, quod altero loco de Mund. p. 337. *omnia parentis mundi* codd. omnes et edd. usque ad Elm. praebent, qui cum seqq. Vulcan. et Lipsii coniecturam *omniparentis* male recepit. Decepti illi sunt sine dubio locis Met. IV. p. 400. *terrae omniparentis agiles alumnae*, et VIII. p. 574. *et omniparens Dea Syria*, ubi codd. constanter hanc lectionem retinent. Ne quid tamen dissimulem, ex Lucret. loco II. 706., ubi praeter plurimos libros edd. Ald. et Bon. *omniparenteis* habent, Vind. *omniaparenteis*, Brix. *omnia parentis*, Lugd. *omnia parientis* legunt, coniicere quis possit, *omnia pa-*

quod residens humeris suis proferebat unus e ministerio beato gressu gestuoso. Ferebatur ab alio cista secretorum capax, penitus celans operta magnificae religionis. Gerebat alius felici suo gremio summi numinis venerandam effigiem,

ferebat f. *mysterio* pro *ministerio* B. teste Elm., sed in Mod. coll. nihil enotatum est varietatis. Sine dubio deceptus est compendio scripturae *mysterio*. *beatus* δ. *illo* pro *alio* G. P. D. *secretorum caput* f. *celos* pro *celans* δ. *sui* quod ante *numinis* in codd. aliquot et permultis edd. legitur, non comparet in V. 1. 3. G. P. D. O. L. f. δ. Iunt. 2. Elm. Scriv. Florid. Contra Oud. mentem prave Ruhnk. retinuit.

rentis hoc quoque loco interpretationem esse librariorum. At obstat codd. auctoritas. Iidem enim librarii qui hoc loco in *omnia parentis* consentiunt, quomodo factum est, ut *omniparens* ceteris locis intactum reliquerint, et loco Mund. cit. iterum *omnia parentis* corruperint? Hinc vero quod Apuleius aliis locis *omniparens* praetulerit, non necessarium est, hoc quoque loco eum praeposuisse. De Iside cornigera, fecunditatis simulacro cf. quae fusius exponit Cuper. Harpocrat. in Polen. Suppl. Thes. T. II. p. 478. alias quoque deas gentium cornibus effornatas esse demonstrans. *Deae fecundum simulacrum* per enallagen dictum esse pro *deae fecundae simulacrum* cuique patet. Hunc totum locum St. Croix. in libro: Recherch. sur les Myster. T. II. p. 157., Isidis pompam ex Apuleii descriptione ad verbum fere vertens sua interpretatione, ita explicuit: une vache le suivoit immédiatement; dréssée sur ses pieds de derrière, emblème de la divinité qui communique la vie à tout ce qui exsiste, elle était portée sur les épaules d'un ministre de la déesse qui marchant d'un pas majestueux la montrait à tous les assistans. Silvest. de Sacy. probat lectionem *et bos*, at particulam *et* melius supprimi existimat.]

residens humeris. Colv. excitat Claudian. Panegyr. de Cons Hon. IV. 570. *sic numina Memphis In vulgus proferre solet, penetralibus exit Effigies, brevis illa quidem, sed plurimus infra Liniger imposita suspirans veste sacerdos Testatur sudore deum. Nilotica sistris Ripa sonat, variosque modos Aegyptia ducit Tibia. Submissus admugit cornibus Apis.* [cf. Cuper. Harpocr. l. c. p. 494. et 517., ubi mulier depicta est Harpocratem et Anubin manibus gestans; Spon. Miscell. Erud. Antiq. Sect. IX. in Polen. Suppl. Antt. T. IV. p. 1262. Panvin. de Lud. Circ. II. 2. in Graev. Thes. Antiqq. IX. p. 356. not. Argol.]

cista secretorum capax. [Optime hunc locum explicat Clem. Protrept. 16.: *οἷαι δὲ καὶ αἱ κίσται αἱ μυστικαί· δεῖ γὰρ ἀπογυμνῶσαι καὶ τὰ ἅγια καὶ τὰ ἀῤῥητα ἐξειπεῖν, οὐ σέσαμα ταῦτα καὶ πυραμίδες καὶ τολύπαι καὶ πόπανα πολυόμφαλα, χόνδροι τε ἁλῶν καὶ δράκων καρδίαι, ῥάβδοι τε καὶ κιττοί. Πρὸς δὲ μὲν φθοῖς καὶ μίμωνες, ταῦτ' ἐστὶν αὐτῶν τὰ ἅγια.*]

gerebat alius felici suo gremio, [Schmidt. l. c. p. 124. putat urnulam gestasse hunc sacerdotem aquariam, cuius locus in sacris Isidis et Osiridis erat. Hoc tradit Clemens Alexand. VI. 633. Diod. Sicul. I. 97. p. 109.: *ἐν μὲν γὰρ Ἀκανθιῶν πόλει πέραν τοῦ Νείλου κατὰ τὴν Λιβύην ἀπὸ σταδίων ἑκατὸν καὶ εἴκοσι τῆς Μέμφεως πίθον εἶναι τετρημένον, εἰς ὃν τῶν ἱερέων ἑξήκοντα καὶ τριακοσίους καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὕδωρ φέρειν εἰς αὐτὸν ἐκ τοῦ Νείλου.* Plutarch. de Isid. et Osirid. 36.: *οὐ μόνον δὲ τὸν Νεῖλον ἀλλὰ πᾶν ὑγρὸν ἁπλῶς Ὁσίριδος ἀποῤῥοὴν καλοῦσι· καὶ τῶν ἱερῶν ἀεὶ προπομπεύει τὸ ὑδρεῖον ἐπὶ τιμῇ τοῦ θεοῦ.* Ita apud Montf. Ant. Explic. II. 116. 1. videmus prophetam Aegyptiorum, ut a veteribus describitur, totum veste lata involutum, in gremio urnam tenentem. Idem testatur Vitruv. VIII. praef. *aqua vero non solum potus sed infinitas usui praebendo necessitates gratas, quod est gratuita, praestat utilitates. Ex eo etiam qui sacerdotia gerunt ex more Aegyptiorum ostendunt omnes*

Digitized by Google

non pecoris, non avis, non ferae, ac ne hominis quidem ipsius consimilem,

Verba *ac ne hominis quidem* prave desiderari in ed. Beroald. adnotat Oud. At magnopere errat. Ordine enim perturbato ita legit Venet. 4: *ac ne hominis quidem, non pecoris, non avis, non feriae consimile*, quod idem habet ed. Paris. *consimile* praeterea habet Colin. et Bas. 1.

res e liquoris potestate consistere, ita cum hydriam tegunt, quae ad templum aedemque casta religione refertur, tunc in terra procumbentes manibus ad coelum sublatis inventoribus gratias agunt divinae benignitatis. Eandem sententiam sequitur Oud. Plane aliter de hoc loco sentiunt alii interpretes. Saint Croix in libro: Rech. sur les mystères T. II. p. 157 sq. per urnulam intelligit phallum, haec verba ita vertens et interpretans: Bientôt après on apercevoit la ciste mystique, près de la quelle une personne portait dans son sein l'image de la divinité suprême, image dont la forme n'avoit rien de reassemblant, soit aux hommes, soit aux quadrupèdes, soit aux oiseaux, mais était digne de respect et d'admiration, par la singularité et l'art, avec le quel on l'avait faite, elle était d'or. c'était selon lui le symbole des plus profonds et sublimes mystères, qui doivent être enveloppés du voile d'un religieux silence. Cette manière de s'exprimer me paraît *désigner le phallus*, et était renfermé dans une petite urne dont Apulée donne dans la suite la description, comme s'il voulait éviter de parler de ce qu'elle contenait. Nam membrum virile circumgestatum fuisse in pompa Isidis in cista lateus et in honore fuisse notum est; cf. Schmidt. l. c. p. 215. Diodor. Sicul. I. 88. p. 98. Wesseling.: *τὸν δὲ τράγον ἀπεθέωσαν (οἱ Αἰγύπτιοι) καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι τετιμῆσθαι λέγουσι τὸν Πρίαπον διὰ τὸ γεννητικὸν μόριον· τὸ δὲ γὰρ ζῶον εἶναι τοῦτο κατωφερέστατον πρὸς τὰς συνουσίας, τὸ τῆς γενέσεως αἴτιον τιμᾶσθαι προηκόντως, ὡς ἂν ὕπαρχοι ἀρχέγονον τῆς τῶν ζώων φύσεως. Καθόλου δὲ τὸ αἰδοῖον οὐκ Αἰγυπτίους μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγοι καθιεροῦσθαι* cett. et I. 22. p. 26. *τὸ δὲ αἰδοῖον ὑπὸ Τυφῶνος εἰς ποταμὸν ῥιφῆναι λέγουσι .... ὑπὸ δὲ τῆς Ἴσιδος οὐδὲν ἧττον τῶν ἄλλων ἀξιωθῆναι τιμῶν ἰσοθεῶν· ἔν τε γὰρ τοῖς ἱεροῖς εἰδωλοῦ αὐτοῦ κατασκευάσασαν τιμᾶν κατεδείξαι καὶ κατὰ τὰς τελετὰς καὶ τὰς θυσίας τῷ θεῷ τούτῳ γενομένας ἐντιμότατον ποιῆσαι καὶ πλείστου σεβασμοῦ τυγχάνειν. διὸ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐξ Αἰγύπτου παρειληφότας τὰ περὶ τοὺς ὀργιασμοὺς καὶ τὰς διονυσιακὰς ἑορτὰς τιμᾶν τοῦτο τὸ μόριον ἔν τε τοῖς μυστηρίοις καὶ ταῖς τοῦ θεοῦ τούτου τελεταῖς τε καὶ θυσίαις, ὀνομάζοντας αὐτὸ φαλλόν·* cf. Lucian. de Dea Syra c. 16. Ita Synes. de Provid. p. 73. *Πομαστήρια* habere sacerdotes Aegyptios dicit, in quibus globos servent, quos vulgo si videret succenderet qui omnia communia spernere soleat. Hi globi referri possunt ad Isidem, rerum naturae parentem, cui Aegyptii imponebant globum quatuor circulis distinctum; cf. Montf. Ant. Expl. Supp. II. Tab. post. 37. quorum interior rubeus ignem denotabat, secundus cinereus obscurus terram, tertius caeruleus aquam et quartus albus aërem; cf. Kopp. Palaeogr. Tom. III. II. c. 8. §. 524. p. 617. Fortasse etiam, ut vir doctus mihi suasit, hi globi erant testiculi. Hanc viri docti sententiam Silvest. de Sac. in notis ad hunc locum impugnat, quia Apuleius phallum dicere non potuerit *effigiem .... etiam ipsa novitate reverendam*, quod quidem symbolum commune cultibus mysticis novitate sua se non commendaverit. Praeterea monet de Isidis urna aquaria ideo intelligi non posse, quod amphora iam praecesserit. Sarapidem igitur hac urnula significatum fuisse comprobat ex Iablonsk. Pauth. Aeg. V. 4. T. III. p. 141 sq. Sed perversa loci lectione deceptus est. Aliquot enim codd. quum *summi sui numinis effigiem* praebeant, quod pronomen optimi codd. omittunt omnes, diversam

Digitized by Google

sed sollerti repertu etiam ipsa novitate reverendam altioris utcumque et magno silentio tegendae religionis argumentum ineffabile; sed ad istum plane modum fulgente auro *figuratam:* urnula faberrime cavata, fundo | quam rotundo, miris 778

sollerti duplici *l* littera perscriptum inveni in omnibus meis codd. et probo. *repertum* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. *reperta δ. et ipsa* G. P. O. D. Iunt. 1. 2. Ald. quod etiam Oud. praetulit. Nihilominus Ruhnk. *etiam* retinuit. *reverenda* L. *utrumque* L. P. p. D. Bas. 1. *tegente* F. 1. 3. P. f. L. δ. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. *tegentem* G. O. D. Pric. *tegendae* B. p. et cett. edd. *et* ante *ad istum* quod multi codd et edd. habent non comparet in F. 3. p. f. δ. B. (in coll. Mod.) et edd. ante Colv. *ad* non est in D. *fulgentem* f. *figurata urnula* F. 3. G. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) O. D. Elm. Scriver. Pric. Florid., qui tamen post *figurata* plenam ponit distinctionem, explicans: *sed erat haec effigies ita formata.* In cett. Mss. et edd. *figuratum.* Oud. maluit *figuratam* sc. effigiem, quam coniecturam ante eum viro docto incidisse video in marg. ed. Vicent. meae. Ruhnk. cum cett. edd. legit *figuratum. Urnula. faberrime* L. *fundoque* p. f. At particula *quam* significationem auget, ut fere superlativi vices sustineat; cf. ad Met. II. p. 130. *crinibus quam dissolutis.*

hic ab Iside dei cuiusdam personam significari coniecit. Tam summa cum iniuria altera sententia eo nomine ab eo vituperatur, quod phallus communi fuerit mystico cultui symbolum hincque novitate sua reverenda effigies eius dici non potuerit. Apuleius enim non indicat, hoc simulacrum quod sacerdotes praeferebant, antea a sacerdotibus in pompa non gestatum fuisse, ita ut spectatores primum id viderint, et in huius tantummodo ipsius pompae usum esse fabricatum, sequenti anno per aliud substituendum, sed eius formam tam novam, tamque mire compositam et sollerter repertam fuisse, ut hac ipsa insolentia ac novitate omnibus horrorem ac reverentiam incusserit. Nihilominus sententiae Sanct. Cruc. subscribere non possum, cum Schmidt. et Oud. de urna mystica Isidis et Osiridis intelligens. Mystica nominatur quia teste Vitruv. a sacerdotibus velabatur; quod ni sanctissimum fuisset religionis symbolum, vix explicari posset. Idem probat Lucian. de Dea Syr. c. 48. *ἀγγεῖον ἕκαστος ὕδατι σεσαγμένον φέρουσι, κηρῷ δὲ τύδε σεσήμανται.* Isidis vero natura tam diu tantum sincera et incorrupta manet, quam absconditur; cf. Iamblich. de Myster. VI. 7.: *Μένει γὰρ καὶ ἡ τῶν ὅλων ζωὴ καθαρὰ καὶ ἀδιάφθορος, ἐπειδὴ τὰ ἀπόκρυφα ζωογόνα τῶν λόγων κάλλη τῆς Ἰσιδος οὐ κάτεισιν εἰς τὸ φαινόμενον καὶ ὁρώμενον σῶμα. ἀκίνητα καὶ διατελεῖ πάντα καὶ ἀεικινῆ. διότι οὐδέποτε ἵσταται ὁ τοῦ ἡλίου δρόμος. τέλεια γὰρ καὶ ὁλόκληρα διαμένει πάντα, ἐπειδὴ τὰ ἐν Ἀβύδῳ κεκάλυπται· οἷς οὖν ἔχει τὴν σωτηρίαν τὰ ὅλα, λέγω γὰρ ἐν τῷ τὰ ἀπόῤῥητα κεκρυμμένα καὶ διατηρεῖσθαι καὶ ἐν τῷ τὴν ἄῤῥητον τῶν θεῶν οὐσίαν μηδέποτε τὰς ἐναντίας λαμβάνειν μοίρας.* Sub *urnae* imagine cultam fuisse Isidem demonstrant Beger. T. III. Thes. Brand. p. 302. et Rhodigin. in Marm. Isiaco. Ex diversissimis bestiarum hominisque formis simulacrum de mea sententia compositum erat, ut vim istam Isidis et Osiridis procreatricem et nutricem ad omnia pertinere significaretur ex sphingum similitudine, quae symbola silentii et aenigmatis ante templa Isidis ponebantur cf. Plutarch. de Isid. c. 9. *πρὸ τῶν ἱερῶν τὰς σφίγγας ἐπεικῶς ἱστάντες*; Iablonsk. VI. 5. p. 147. Hoc simulacrum quia sanctissimum erat, ultimo loco gestabatur ante ipsum sacerdotem maximum.]

magno silentio tegendae religionis .... figuratam: urnula. [Ita cum Oud. legi et distinxi. *Figuratum*, quod nonnulli codd. habent, emendatio mihi potius videtur librarii, qui *figuratum* ad modo antecedens retulit *argumentum. Figuratum*, quod Oud. iam coniecit melius esse, non solum librorum probat auctoritas, sed ipsa sententia. Quae sequuntur inde a verbis *urnula faberrime*, explicationis loco apposita sunt prioribus. Imago illa summi numinis mirificis composita erat figuris, sed ita ut urnam hanc esse intelligi posset. Hanc interpretationem postulant particulae *sed et*

Digitized by Google

extrinsecus simulacris Aegyptiorum effigiata; eius orificium non altiuscule levatum in canalem porrectum longo rivulo prominebat. Ex alia vero parte multum recedens spatiosa dilatione adhaerebat ansa, quam contorto nodulo supersedebat aspis, squameae cervicis striato tumore sublimis.

CAPUT XII.

Et ecce praesentissimi numinis promissa nobis accedunt beneficia et fata, salutemque ipsam meam gerens sacerdos appropinquat, ad ipsum praescriptum divinae promissionis ornatum dextera proferens sistrum deae, mihi coronam et hercules coronam consequenter, quod tot ac tantis exantlatis laboribus, tot

orificium G. D. *porreptum* D. *porrectam* O. *ex alia parte vero* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Ald. Colin. Bas. 1. *ex ᾗ parte* D. *recens* L. δ. *dilatatione* Iunt. 1. Ald. Colin. ex emendatione Beroaldi contra omnes codd. Errat enim Roald. adnotans, in f. ita legi. *ampsa* al. *ansula* O. *cum torto* G. P. R. D. *modulo* δ. *striato* F. 1. 3. G. P. D. cod. Petrarch. Iunt. 2. et edd. post Colv. In cett. *stricto*.

appropinquabat G. D. *dextra* edd. vett. et recentt. praeter Iunt. 2. In codd. meis *dextera* scriptum inveni. Oud., quem Ruhnk. secutus est, *dextera* praetulit. *sistrum deae, mihi coronam et hercules coronam* F. 3. G. P. D. O. L. p. f. δ. Urs. Iunt. 2. Idemque legi in F. 1. testatur Oud. In collat. autem Lind. extat *sistrum deae mihi coronam, hercules coronam*, ut in B. Fluvii cod. teste Wower. habet *sistrum deae mihi coronam et coronam hercules* idemque probant Scioppius et Elm. ex Mss. restituendum. Nec aliter scribunt Iunt. 1. Ald. In cett. *sistrum deae coronam mihi etiam hercules coronam, consequentem que* B. *tot et tantis* p. δ. *exanclatis* F. 3. G. D. et aliquot Oud. codd. edd. vett. Vulc. 2. Elm. *exhaudatis* δ.

atque verba *ad istum modum*, quae *ris* dicitur. *Dilatatione* per se non improbum est, nititurque Tertulliani auctoritate Tertull. de Anim. 37.

Cap. XII. *ornatum.* Floridus in interpretatione scribit *ornatus ut mihi dea promiserat*, sed de ornatu sacerdotis in promissione deae nihil legitur. Verum dixerat p. 765.: *nam meo monitu sacerdos in ipso procinctu pompae roseam manu dextera sistro cohaerentem gestabit coronam*, unde apparet, *ornatum* referri debere ad *sistrum*. Male igitur in plerisque editionibus post *ornatum* ponitur distinctio.

sistrum deae, mihi coronam et hercules coronam. Oud. propter codd. discrepantiam et sententiae facilitatem legi mavult *proferens sistrum deae et coronam, mihi hercules coronam.* Nam *corona*, inquit, non soli Lucio proprie proferebatur sed Isidi quoque et aeque ac sistrum, verum nunc praecipue in Lucii utilitatem. [Ego locum plane aliter capio. *Rosea* enim *corona* in solius Lucii usum erat, neque vero Isidis, in cuius honorem tantummodo *sistrum*

aliter non habent, quomodo capi possint. Oud., qui quid sibi haec vellent non intelligebat, locum pro corrupto habuit, in eo praesertim offendens, quod insolens videretur esse Apuleio tam abrupte ponere *urnula*. *Tegendae* ex optimorum codd. lectione *tegente* emendandum est cum Bert. et nonnullis edd. *Tegentem* enim, quod ex Oxon. praeferebat Pric., contra sanam loci rationem est; primum enim alio plane loco *tegentem* poni debebat; tum quis ferat constructionem: *altioris utcunque et magno silentio religionis. Magno* enim *silentio* non ad *tegentem* referri tum debere sed potius ad *altioris*, *et* particula vindicat, quae ad *altioris* novum quid addatur necessario requirit.]

dilatione. Beroaldi coniectura est *dilatatione*, intelligentis dilatationem urnae eiusque orificii. Sed ait auctor, ansam spatioso intervallo recessisse ab urna, inflectendo se retrorsum. Notandum vero est, *dilationem* hic dici de rei distantia per quam aliquod fit intermedium aeque ac vulgo *dilatio tempo-*

Digitized by Google

emensis periculis deae maximae providentia adluctantem mihi saevissime fortunam superarem. Nec tamen gaudio subitario | commotus inclementi me cursu 779
proripui, verens scilicet ne repentino quadripedis impetu religionis quietus turbaretur ordo, sed placido ac prorsus humano gradu contabundus | paulatim [263]
obliquato corpore, sane divinitus decedente populo, sensim irrepo.

CAPUT XIII.

At sacerdos, ut reapse cognoscere potui, nocturni commonefactus oraculi miratusque congruentiam mandati muneris, confestim restitit: et ultro porrecta dextera ob os ipsum meum coronam exhibuit. Tunc ego trepidans, assiduo pulsu micanti corde, coronam quae rosis amoenis intexta fulgurabat avido ore susceptam cupidus promissi devoravi. Nec me fefellit coeleste promissum.

emensis F. 1. 3. G. P. D. L. O. *d.* Petrarch. Vulc. 2. seqq. In cett. *emersis* cf. ad Met. I. p. 12. *saevissime* F. 1. 3. G. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. O. L. R. f. Iunt. 2. Elm. Scriver. In cett. *saevissimam*. *superaram* Vulc. 1. Merc. Wow. seqq. contra Mss. et edd. vett. Etiam in φ. ita esse testatur Sciopp., cui tamen parum fidei habeo. *inclementissime* L. f. *d.* *incrementi me* B. *inclementi vie* G. P. D. *quadripedis* F. 3. G. D. cf. ad Met. VII. p. 450. *trebaretur* Vicent. *aut prorsus d.* *irrepto* G. P. D. L. O., quod Oud. probare videtur, talia amare dicens Apuleium. Ruhnken. *irrepo* in textu retinuit.

ac G. L. D. p. *re ab se* G. edd. vett. Ad marg. ed. Vicent. *re ipsa*. In O. *re a se*, quod etiam D. habuisse videtur, quamquam litterae hodie legi non possunt plane abrasae et oblitteratae, ita ut vestigia tantum stilo impressa cognoscantur. *restituit* L. f. *dextera* rursus in meis codd. inveni. In edd. vett. et recentt. praeter Iunt. 2. omnibus *dextra* scribi videtur. *exhibuit* non est in O. *tunc ergo* G. D. O. *nutanti* G. P. D. Coll. Vosa. *mutanti* Elm. ex codd. sed quibus nescio. *coronamque roseis* L. *in dextere fulgurabat* O. *fulgorabat* f. *cupidus promissi* F. 3. G. P. O. D. L. (in al. *cupidus cupidissime*) π. Iunt. 2. Male Elm. ut Oud. iam monuit, *cupidissime* abesse β F. 1. testatur, quum potius *cupidus* in eo non compareat, unde Scriver. uncis circumclusit. In cett. *cupidus cupidissime devoravi*, *coeleste promissum* desiderantur in P.

portabat sacerdos. Hinc igitur *deae* est dativus, neque genitivus, ut plurimi volunt, i. e. in deae usum sistrum portabat, in meum coronam roseam, et vere quidem coronam post tam grave tot laborum ac periculorum certamen. In certaminibus enim victores coronari solebant. *Superarem* solum probari potest; nondum enim superarat Lucius fortunam, sed mox superaret, simulac rosas gustavisset.]

Cap. XIII. *nocturni commonefactus oraculi.* Frustra vir doctus Ed. Iunt. post. orae adscripsit, *vi nocturni*, licet infra p. 812. *consimili praecepto sacrorum ministrandorum commonefactum* legatur. Nam praeterquam quod *praecepto* non opus sit ibi iungere genitivo, sicut et alii commoti distinxerunt, amat Apuleius istum casum iungere adiectivis et participiis. Hinc male explicatur *ab oraculo* s. *per oraculum monitus*, sed recordans et in memoriam revocans oraculum nocturnum; cf. Sil. VIII. 167. *tempestivae viae commonefactos.*

micanti corde. [De dictione *cor micat* s. *emicat* cf. Intt. ad Ovid. Met. III. 34. ad Heroid. I. 45. Broukh. ad Tibull. I. 11. 33. Buenem. ad Lact. de Opif. 17. §. 17. p. 1208. Intt. ad Virg. Georg. III. 84. Plaut. Aul. IV. 3. 4.]

cupidus promissi. [Plurimi Edd. probarunt *cupidus cupidissime.* At altera harum vocum praecedenti iam *avido ore* sine ullo sensus aut elegantiae detrimento abesse potest, id quod Oud. iam vidit, ideo tamen lectionem ceterorum codd. *promissi* reprobans, quod subiiceretur *caeleste promissum*, et tutius censens, *cupidissime* retineri, quia similia nonnumquam per pleonasticum paregmenon usurparet Apuleius, ut Met. p. 785. *quam purissime purificatam*, IV. p. 262. *parricidium suadens persuadere*; Plaut. Cas. II. 3.

Digitized by Google

Protinus mihi delabitur deformis et ferina facies. Ac primo quidem squalens
780 pilus defluit, ac dehinc cutis crassa tenuatur, venter obesus | resident, pedum plantae per ungulas in digitos exeunt, manus non iam pedes sunt, sed in erecta porriguntur officia, cervix procera cohibetur, os et caput rotundatur, aures enormes repetunt pristinam parvitatem, dentes saxei redeunt ad humanam minutiem, et quae me potissimum cruciabat ante, cauda nusquam comparuit. Populi mirantur, religiosi venerantur tam evidentem maximi numinis potentiam et consimilem nocturnis imaginibus magnificentiam et facilitatem reformationis, claraque et consona voce, coelo manus attendentes testantur tam illustre deae beneficium.

CAPUT XIV.

At ego stupore nimio defixus tacitus haerebam, animo meo tam repentinum tamque magnum non capiente gaudium, quid potissimum praefarer primarium, unde novae vocis exordium caperem, quo sermonem nunc renata lingua felicius auspicarer, quibus quantisque verbis tantae deae gratias agerem.

dilabitur G. P. D. f. *δ.* non probatum propter sequens *defluit*. *crassa cutis* f. *obesus* Vicent. *iam non δ.* *in arecta* D. *in erepta* R. f. *δ. π.* *pro ungulis* coniecit Oud. *rotundatur* G. D. cf. supra p. 775. *rotundantur* P. p. *pristinam parvitatem* F. 3. G. D. p. *δ.* f. Iunt. 2. In cett. *parvitatem pristinam*. *me* exulat ab edd. Bas. *comparuit* F. 1. B. p. Elm. et Scriver. uncinulis circumscripserunt. *cum similem* G. D. *clara consonaque* f. *testatur* G. O. D. *tam* abest a p. *beneficium deae* esse in G. adnotat Oud. Ita quamquam in hoc cod. scriptum est, tamen signa „ " adpicta sunt, quibus transponenda esse haec verba indicatur.

quamque G. P. D. L. *quod potissimum* L. Est qui distinguat *praefarer*, *primarium unde*, [quod nullo modo probari poterit. Tota enim enuntiati ratio flagitat, ut singula eius membra pronomine interrogativo incipiant.] *sermone* G. O. D. P. (etiam in excerptis ad marginem ed. Colv.) L. p. f. *δ.* *tunc* Wow. Pric. Florid. *auspicarem δ.*

49. *cupide cupere.* At vero haec exempla hunc intolerabilem plane pleonasmum non vindicant, nec unquam puto tale quid ex melioris notae scriptoribus confirmari posse. *Promissum* in seqq. repetitum esse, Oud. offendere non debebat, quem usum dicendi multis Apulei non solum sed aliorum quoque scriptorum exemplis munire longum est. Hinc optimorum codd. lectionem retinui.]

resident. Mallet Oud., si per codd. liceret, scribere *residit*. Omnia enim depressa et descendentia quasi potius *sidere* dici, quam *sedere*, coll. dict. ad Caes. B. G. VII. 64. Ovid. Met. VII. 76. Senec. Herc. Oet. 876. *residat pectoris nostri tumor*. Virg. Aen. VI. 408. Praeterea perpetuam esse variationem coll. Bouh. ad Petron. de B. C. carm. v. 127. Ego nihil muto.

dentes saxei. Offendit haec locutio Piccartum in Peric. Crit. c. 16. coniicientem *maximi*. Sed perperam omnino. Dentes enim intelligit saxorum magnitudinem habentes cf. Met. X. p. 720. et ad VII. p. 478. ed. meae p. 586. Nam ita *saxeus* hic intelligendum esse sequentia apertissime indicant verba *ad humanam minutiem*.

cauda nusquam comparuit. Non negandum est, elegantiae quid habere hoc abruptum loquendi genus. Verum Apuleio est insolens, qui saepius cum aliis *nusquam comparere* dixit; unde etiam Apuleio hoc vindicavit Pric. quem vide etiam ad Met. VIII. p. 563. *nec ullum usquam senem comparere illum*.

CAP. XIV. *quo sermonem nunc renata lingua auspicarer.* [*Sermone* quod aliquot codd. praebent nihil nisi corruptio est librariorum, virgulam *e* litterae superimpositam addere negligentium. Apuleius enim ubique cum accusativo rei iungit hoc verbum, ut

Sed sacerdos, utcumque divino monitu cognitis ab origine cunctis cladibus meis, quamquam et ipse insigni permotus miraculo, | nutu significato prius 781
praecipit tegendo mihi linteam dari laciniam. Nam me cum primum nefasto tegmine despoliaverat asinus; compressis in artum feminibus et superstrictis

nutu exulat a P. *praecepit* p. *d.* Vulc. 2. Elm. Scriv. [In collat. Lindenbrog. nihil varietatis adnotatum est, unde tamen cum Oud. vix putaverim in cod. ipso ita scribi.] Ruhnk. contra mentem Oud. ita legit. *lineam* cod. Petr. *dare* O. *liciniam* p. *nefasto* F. 1. 3. G. D. O. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) R. f. *d.* φ. p. In cett. *nefario.* *tegimine* R. *dispoliaverat d. compensus* pro *compressis* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *in altum* F. 1. G. P. O. D. *d.* B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. Verbà *et* usque ad *manibus* non comparent in π. *superstrictus* edd. vett. usque ad Colv.

Met. VIII. p. 532. *noli parricidio nuptias auspicari*; p. 539. *futuras tenebras quodammodo auspicantes*; Apol. p. 549. *togae usum auspicaretur.* Porro *sermone* si ad *quo* referres, necessarium esset ut *renatam linguam* legeres. Si quid emendandum foret, mallem *sermoni* cf. Plaut. Rud. III. 4. 12., quod tamen alia plane ibi dictum est significatione. Tum lectionem cod. d'Orvill. *auspicarem* si plures libri confirmarent, non dubitarem in textum recipere. Oud. utram lectionem potius sequatur, non perspici licet. Apud antiquos in usu fuisse activum testatur Non. p. 468. Merc. cf. Mueller. ad Varron. de L. L. VI. §. 86. p. 108. Intt. ad Arnob. II. 67. T. II. p. 97. Orell. Voss. Arist. T. II. p. 763. Eckst. Vel ipse Apuleius, quamvis alio sensu, ita scribit Florid. 16. p. 66. *imbrem lacrimas auspicasse.* *Auspicari* hic est incipere vel auspicium capere pro re inchoanda Gloss. Philox. p. 27. *auspicatur ἀπάρχεται, ἄρχεται*; *auspicium οἰωνισμὸς, σύμβολον, ἀρχή*: Placid. Gloss. p. 428. Mai.: *auspicium est initium alicui rei quae primo sumit exordium, id est inchoatur ut fiat. Est et auspicium quod aves animalibus* (emendes *involatibus* vel *advolatibus* cf. Cic. ad Famil. VI. 6. §. 7. Tusc. II. 10. §. 24.) *paganis auguribus demonstrant, unde futura noscuntur. Sunt igitur bona auspicia, quae cogunt res inchoare, sunt mala, quae prohibent.* Ad haec minus eleganter Wow. Pric.: Florid. ediderunt *tunc renata.* Notat *nunc* quodcunque tempus, quo res acta est; cf. Burm. ad Val. Flacc. IV. 606. Oud. ad Caes. B. G. VI. 40.]

nutu significato. Optime haec interpretes explicant signo per nutum facto. Oud. malebat *significato* pertinere ad *mihi*, ut esset quum nutu suo designasset. Sed qui verborum positum consideraverit, ita intelligi non posse haec verba sibi persuadebit. Sententia eadem est.

nefasto. *Nefario* corrigebant ii librarii et editores, qui *nefastum* pro nefario ac scelesto aliquoties poni ignorabant. Sed cf. Gloss. Philox. p. 143. *nefastum inauditum ἀῤῥητον, nefarius ἀθέμιτος, nefandum ἀπόῤῥητον, ἀθέμιτον* Gloss. Cyrill. p. 398. *ἄῤῥητος inauditus, nefastus, nefandus* Hor. Od. I. 35. 36.

in artum. Contra plurimos codd. Beroald. praetulit lectionem *in artum*, quam Florent. 3. probavit quaeque a Pric. minus bene in *multum* commutata est. Millies enim *artum* et *altum* in codd. confunduntur. *In artum agi, cogi, contrahi* sunt locutiones satis frequentes pro *in angustum claudi*, ut ait Ovid. Met. XIII. 407. Sic Vell. I. 14. *in artum notitia contracta*; Met. I. 1. *littoribus ex diverso prope coeuntibus adeo in artum agitur.* Saepe Curtius, ut VIII. 2. *fauces regionis, qua in artissimum cogitur*; c. 13. §. 9. *in artum coeuntibus ripis*; c. 11. §. 6. *altiora in artius coeunt.* [Tum non video, qui *in altum comprimi* hic exponi possit. *In altum comprimi femina* eius tantummodo dici possent, qui se comprimens femina elevat; id vero Lucius stans non fecit pudenda celaturus. Comprimunt enim qui hoc volunt femina et contrahunt, ne pudenda propendeant, sed in posticum trusa abscondantur.]

Digitized by Google

accurate manibus, quantum nudo licebat, velamento me naturali probe muniveram. Tunc e cohorte religionis unus impigre superiorem exutus tunicam supertexit me celerrime. Quo facto sacerdos vultu geniali et hercules per-
782 humano in aspectum meum attonitus | sic effatur:

CAPUT XV.

Multis et variis exantlatis laboribus, magnisque fortunae tempestatibus et

probe muniveram i. e. in quantum nudo licebat. Neque video necessitatem legendi *propere* cum Pricaei. in Peric. Crit. c. 16., praesertim cum Apuleius plus sexcenties eo adverbio similibus in rebus utatur. Eadem dissensio de *propere* et *probe* cf. ad Met. VII. p. 483. *munieram* D. Iunt. 2. *geniali vultu* p. *inhumano* F. 1. B. teste Elm. At F. 1. habet *humano* ex coll. Lindenbrog. Idem habet p. Errat item Wower. et cum eo Pricaeus celerique, scribentes in B. esse *in humano adspectu meo*. Nam *in adspectu meo* est mera Scioppii coniectura. Floridus in B. legi ait: *in humano iam adspectu meo*, quod praeeunte Scriver. in editionem suam recepit. *inde aspectum* f. Constans Mss. et Edd. lectio usque ad Wower., quem Elm. non secutus est, talis est: *perhumano in adspectum meum adtonitus*. Oud. emendat: *humanum in aspectum meum*, quod nimis audacter dictum esset. *affatur* G. (in contextu sed inter lineas ab eadem manu, non a manu secunda, ut Oud. testatur, est *effatur*) R. f. δ. B. p. edd. vett. Colin. Bas. Scriv. Oud. probatum recepit Rubnk. In cett. *effatur*.

et variis non est in G. P. O. D. *exanclatis* in omnibus meis codd. inveni et edd. vett. *exhaudatis* δ. ut supra p. 778. (i. e. *exhanclatis*.)

superstrictis. Minus eleganter Pricaeus reponebat *superstructis*. Non tantum pudendis se superiniecisse manus Lucius indicare vult, verum etiam arte illas complicuisse et connexas habuisse, ut in iis quasi haerere viderentur cf. Met. III. p. 173. *complicitis denique pedibus ac palmulis super gemua connexis*.

geniali et hercules perhumano in adspectum meum adtonitus. Variis modis hic falluntur viri docti aliosque fefellerunt, ut e var. lectt. videndum est. Constans Mss. et edd. lectio usque ad Wower. est: *perhumano in adspectum meum adtonitus*, nisi quod in uno Florent. tantum sit *humano*, et in Bert. ac Pith. *inhumano*, quod Sciopp. Epist. II. 12. male per *valde humanum* exponit; ego cum Oud. certe tunc *divinum, caelestem cultum* intelligere malim; cf. Met. V. p. 334. *inhumanae mensae*. Minus tamen recte tam vehementer Oud. vituperavit interpretes, qui *in adspectu meo* lectionem probarunt, quum mea quidem sententia utrumque bene dici possit. Quomodo enim ab hoc loco diversum esse eum, quem Pric. adtulerit ex Met. IV. p. 265. *in prospectu adtonitum*, proferre Oud. potuerit vix capio. Eo enim quod *adtonitus* altero loco explicat *attentus prospiciendo*, ut Met. IV. p. 287. *operi attonitum*, hoc vero *stupens ad aspectum meum, quod me videret hominem* constructionis ratio non commutatur. *Attonitus* enim quaqua significatione usurpatur, semper primariam habent *stupendi* notionem, de eo, qui ita quasi defixus in re vel conspicienda vel perficienda est, ut discedere ab ea nequeat. At differunt ablativus et accusativus praepositioni *in* hac sententia additi, de quorum discrimine cf. quae dixi ad Met. I. p. 21. *Perhumano*, quod cum optimis plurimisque codd. retinendum est, referri debet ad *vultu* i. e. mitissimo ac facillimo.

effatur. *Effari* Colv. defendit ut prophetarum et divinorum proprium. Oud. praefert *affatur*, quum de eorum alloquio sermo sit, quo aliquem in secunda persona alloquentes dignentur, comparans dict. ad Met. IV. p. 312. *affatu sanctae vaticinationis*; cf. Sil. XVII. 341. 344. ibique Heins. Cic. de Legg. II. 8. Ego Oud. sequi non possum, emendationem esse existimans *affatur* librariorum, qui de alloquio hic agi videbant.

Digitized by Google

maximis actus procellis ad portum quietis et aram Misericordiae tandem, Luci, venisti, nec tibi natales ac ne dignitas quidem vel ipsa qua flores usquam doctrina profuit; sed lubrico virentis aetatulae ad serviles delapsus voluptates curiositatis improsperae sinistrum | praemium reportasti. Sed utcumque fortunae [264
coecitas dum te pessimis periculis discruciat, ad religiosam istam habitudinem improvida produxit malitia. Eat nunc, et summo furore saeviat, et crudelitati

misericordiae non comparet in O. π., qui praebet *nunc tandem* (ex confusione compendiorum *mīe* i. e. *misericordiae* et *āc* i. e. *nunc*. *misericordiae Luci tandem* d. p. et edd. vett. praeter Iunt. 2. *natali* f. *dignitatis* G. P. D. L. *florentis* F. 1. Elm. Scriver. *delapsu* P. *reparasti* D. *bratitudinem* F. 1. 3. R. f. p. d. B. edd. vett. usque ad Colv. Elm. et Scriver. In cett. *habitudinem* (ex compendiorum commutatione *hītudinem* et *hĭtudinem*.) *perduxit* P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. f. d. edd. Wower. posteriores habent. In cett. *produxit*. *eat et nummo* L. *ea* d. *nunc* desideratur in G. P. D. O. f.

Cap. XV. *aram Misericordiae.* Elm. citat Pausan. I. 17. §. 1.: *Ἀθηναίοις δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἄλλα ἐστὶν οὐκ ἐς ἅπαντας ἐπίσημα καὶ Ἔλεου βωμός, ᾧ μάλιστα θεῶν ἐς ἀνθρώπινον βίον καὶ μεταβολὰς πραγμάτων ὅτι ὠφέλιμος μόνοι τιμὰς Ἑλλήνων νέμουσιν Ἀθηναῖοι.* Barth. ad Stat. Theb. XII. 481.

virentis aetatulae. Temere nimis ex Florent. 1. Elm. ac Scriver. receperunt *florentis*, quod natum videtur ex praecedenti *qua flores.* De *flore aetatis* passim in usu est *virere*; cf. Met. X. p. 734. *puelli puellaeque virenti florentes aetatula*; Claud. Cons. Olyb. 64. *prima cum parte viresceret aevi.*

ad serviles voluptates. [*Serviles* triplici ratione putat Pricaeus explicari posse, vel quod Lucius ancillae amore irretitus fuerit, vel quia eum addictum *voluptates* tamquam servum tenuerint, vel quia homine libero indignae sint. Ego alteram probaverim. Quasi servus fuerat Lucius voluptatum, hincque fortuna caeca summam vim in eum habuit, sed ab isto temporis momento *his aerumnis absolutus*, hoc *servitio* liberatus, in tutelam receptus est Isidis. Ita bene sibi opponuntur *voluptates serviles* et *quorum sibi vitas servitium deae nostrae maiestas vindicavit*, servitium voluptatum et deae Isidis. *Serviles* qui de amore in Fotidem et amplexibus intelligit, in nimis artioribus comprehendit sententiam vinculis; nam non eo quod Fotidem amplexus erat Lucius, fortunae cuiuscunque casibus subiectus fuerat, sed quod in universum libidinosus erat. Qui ni fuisset, Fotidem non petiisset. Lascivia igitur et perniciosa curiositas tantam cladem ei parabant.]

produxit malitia. Passim dicitur *producere ad honores*, de qua dictione vide ad Suet. Claud. 4. Graev. ad Cic. de Amicit. 20. Attamen etiam *perducere ad gradus, ad dignitatem* dicitur, ut Nep. Phoc. 1. *Agellus qui me ad hanc dignitatem perduxit*; Caes. B. G. VII. 39. Vell. II. 79. *militem remigemque ad summam perduxit scientiam*; c. 96. *novitatem suam in hoc perduxerat, ut et Neronis esse socer*; c. 109. *imperium in eminens perduxit fastigium*; Senec. Epist. 20. *perduceris aut ad summum*; Epist. 44. Sil. It. XIII. 771. *ad decus et summas laudum perduxerit aetas*; contra XV. 100. *me cinctus lauro producit ad astra triumphus.* [Discrimen inter utrumque mihi videtur hoc esse, ut *perferri ad honorem* is dicatur, qui omnes quibus ad hunc honorem adscendi potest diversos quasi gradus supergreditur, *proferri* de eo, qui ad dignitatem quandam provehitur, his singulis gradibus non respectis. Quare in hisce standum puto ab optimorum codd. parte.]

eat nunc. [Idem hoc exprimit, quod alias formula dicendi *i* et *i nunc* modo sequente modo exulante *et* particula, cuius dictionis vim Lambin. ad Horat. Epist. I. 6. 17. optime ita exponit: Concessio est dissimulationis et irrisionis

Digitized by Google

783 suae materiem quaerat aliam. Nam | in eos, quorum sibi vitas servitium deae nostrae maiestas vindicavit, non habet locum casus infestus. Quid latrones, quid ferae, quid servitium, quid asperrimorum itinerum ambages reciprocae, quid metus mortis quotidianae nefariae fortunae profuit? In tutelam iam receptus es fortunae, sed videntis; quae suae lucis splendore ceteros etiam deos illuminat. Sume iam vultum laetiorem candido isto habitu tuo congruentem, comitare pompam deae sospitatricis inovanti gradu. Videant irreligiosi, videant

materiem F. 1. 3. G. D. O. f. Elm. Scriver., quod quamquam ab Oud. probatum, tamen a Ruhnkenio in textum per negligentiam non receptum est, cum cett. libris et edd. *materiam* legente, cf. ad Met. V. p. 371. *alias* p. *nemo* pro *nam* p. *quorum sibi vitas consuetudo iam fecit* f. teste Ronaldo, quem tamen magnopere errasse Oud. coarguit, item dicens deceptum esse Elm., qui e F. 1. enotaverit *vitas sibi et servitium*, quum in sua certe collatione *et* particula non conspiciatur. Sed etiam Oud. varietatem lectionis F. 1. in Vulc. 2. conspicuam non recte protulit; ubi collatio Lindenbrog. habet: *nam in eos vitas quorum sibi*, quamquam negligentia Lindenbrog. ita scriptum esse potius putaverim. *in eorum vitas quorum sibi servitium* Wow. Pric. Florid. *vitas* omisit Elm. *eos* praebens. *vita* habent Colin. et Bas. 1. In cett. *quorum sibi vitas servitium*. *manifestas* pro *maiestas* p. *indicavit* G. P. D. *asperrimum* G. D. *sed saecientis* B. *sevidentis* O. *sementis* π. *secientis* p. Ineptissime cf. Macrob. Saturn. I. 19. *iam* non comparet in O. *multum* pro *vultum* Venet. 4. *isti* Bas. 2. Frustra. De hac forma dativi cf. ad Met. V. p. 378. *isto meo pectori*. *tuo* abest a p. δ. *congruentum* Vulc. 2. *continuare* male emendabat Stewech. plura eius verbi exempla ex Apulejo proferens. *innovandi* F. 3. G. P. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. B. Invent. Oud. ex G. P. f. R. excitat *in novandi*. *innovanti* F. 1. p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *in ovandi* O. δ. *in novando gradu* φ. *inovanti* Ald. Venet. 2. Paris. *in oanti gradi* Elm. ex B. profert corruptissime. In cett. *in ovanti*. *indece* pro *videant* habere B. idem Elm. perperam ait. Legitur enim ex coll. Modian. in hoc. cod.: *indece ut irreligiosi*.

plena, qua utuntur Latini, quum vel a re quapiam deterrent, vel aliquid improbant, vel fieri non posse significant; cf. Heins. ad Ovid. Amor. II. 3. 1. Passerat. ad Prop. III. 6. p. 442. Bach. ad Ovid. Met. XII. 475. qui multa exponit; Burm. ad Ovid. Heroid. IV. 127. Burm. Sec. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 510. Buenem. ad Lact. Inst. V. 13. §. 13. p. 637. Heinrich. ad Iuvenal. X. 166. p. 397.]

in eos, quorum sibi vitas servitium deae nostrae maiestas vindicavit. Oud. qui *servitium* hic durissime dici per appositionem pro *in servitium* aut *servitio* putat, praeterea improbans Wow. Pric. et Floridi lectionem *in eorum vitas quorum sibi servitium*, aut *servitium*, quod salvo sensu abesse possit, huc irrepsisse ex seq. versu *quid servitium* existimat, aut legendum *servientum*. Minus tamen feliciter Oud. in hunc locum consuluit. Non minus dura mihi videtur esse appositio *servientum* pertinens ad *quorum*; ne positus participii ita offendentis ratio habeatur. Quam appositionem qui probabit, ad coniecturam confugere non opus habebit, si *servitium* pro *servitiorum* forma contracta dictum esse ponet. At ego *servitium* retineo, in singulari ad pluralem posito neutiquam offendens. Cui hoc minus rectum videtur esse, legat *vitā* i. e. *vitam*, quod prius scriptum esse poterat, in *vitas* deinde ob sequentem *s* litteram mutatum.]

fortunae sed videntis. [Duplex erat apud veteres Fortuna et caeca et videns, de qua posteriore vide de la Chauss. de Deor. Simul. et Idol. Tab. XX. in Graev. Thes. T. V. p. 779. Taubm. ad Plaut. Rudent. V. 2. 29.]

inovanti. [Hanc lectionem vestigia codd. secutus dedi. Plurimi habent *innovandi*, aliquot *innovanti*, quod facile ex *innovandi* poterat mutari, quodque explicandum foret *instaurato*, quum Lucius nunc more humano ingredi incipiat. Altera tamen post Colvium vulgata lectio *inovanti* magis probatur, quam etiam Oud. tuetur, nisi quod *in ovanti* seiunctim scribat, *in* per pleonasmum Afris usitatissimum explicans, de quo errore fusius exposui ad Met. I p. 21. II. p. 85. et supra ad p. 754. cf. Hand. Tursell. T. III. p. 261., qui

Digitized by Google

et errorem suum recognoscant. Eu ecce pristinis aerumnis absolutus, Isidis magnae prudentia gaudens Lucius, de sua fortuna | triumphat. Quo tamen 784
tutior sis atque munitior, da nomen sanctae huic militiae, cuius non olim sacramento etiam rogabaris: teque iam nunc obsequio religionis nostrae dedica, et ministerii iugum subi voluntarium. Nam cum coeperis deae servire, tunc magis senties fructum tuae libertatis.

et ecce L. qua confusione nihil frequentius est. *primis aerumnis absolutis* f. teste Roaldo. *Isidiis magnae* L. *insidiis magnae* p. *is magae* quod in suis excerptis G. legit Oud. equidem non inveni, sed ut in cett. codd. *isidis magnae*. *prudentia* F. 3. G. P. O. D. L. δ. f. p. B. edd. ante Beroald. In cett. *providentia*, nisi quod Iunt. 2. *providentiae* habet et Bas. 1. *prudentiae*. *de fortuna tua* f. *de sua forma* O. *tibi* quod ante *tandem* vulg. edd. intrudunt, in nullo codd. reperitur praeter L. Habent pronomen Colv. Vulc. 2. Wow. Pric. Ruhnk. contra Oud. sententiam retinuit. *sisque* pro *sis atque* Venet. 4. Bas. 1. Paris. *sanctae huic* F. 3. G. D. P. f. Iunt. 2. In cett. *huic sanctae*. *rogabaris* F. 1. 3. L. p. edd. vett. ante Colv. Elm. Scriver. *rogaberis* f. R. δ. Vulc. *et rogaberis* δ. *cuius olim ... laetaberis* Wow. Pric. Florid. Sopinglus adscripsit margini *inrogaberis*. Verba *cuius* usque ad *rogabaris* desiderantur in G. P. D. O. π. In F. 3. atramento sunt obducta sed legi etiam nunc possunt. *obsequium* G. D. P. *dicata* p. *ministerium iugum sibi* f. *sévire* Vicent.

vim praepositionis bene illustrat. Miror tamen, qui Oud. cumque eo Hand. perspicere non potuerint, *in orante* hic ferri non posse. Si enim locos, ubi *in* praepositio a poetis et a sequioris latinitatis scriptoribus aut abundantiae aut copiae caussa ut dicunt, adiicitur, accuratius consideraverimus, ibi tantummodo eam poni licere inveniemus, ubi caussa exprimitur, qua quid effectum est, ut VI. p. 390. *in laboribus defessa* i. e. eo quod in laboribus erat et ab iis quasi circumdata, defatigata iis est; cf. exempla quae ad Met. p. 754. protuli. Numquam vero ratio hac praepositione exprimitur, qua res quaedam perfecta est. Quia vero abundanter et sine ullo sensu posse adiici praepositionem putabant, ubique eam intrudere, ubi videbatur, sibi sumebant Intt. Ex usu igitur grammatico quum *in oranti* probari nequeat, praeferas *inoranti*, quae compositio vim auget primitivi. *Oranti* vero nec *noranti* cum nonnullis interpretibus recipiendum esse, vindicant seqq. *Isidis magnae prudentia gaudens Lucius de sua fortuna triumphat.* In novo verbo *inorare* non offendendum est, quum Afri ea composita ament, ut *intollere*, *intrahere*, *inunitus*, *inuncare*, *inalbare* et *inalbere*, *inaltare*, *incapistrare* apud Apuleium, *inorare*, *inornare*, *inspumare*, *inalterare* apud Tertullianum ac similia apud ceteros Afros.]

prudentia. [Hoc cum Beroald. et multis aliis interpretibus, quos etiam Oud. secutus est, non mutaverim. *Prudentia* est enim ipsa providentia, ex quo vocabulo illud contractum esse sciunt pueri. Ita Cic. de Senect. 21. *futurorum prudentia*, ubi alii malunt *providentia*. Gloss. Phil. p. 175. *providentia πρόνοια prudentia ... πρόνοια.* Eo vero quod saepius in hoc loco legitur *deae providentia*, non sequitur, hic quoque legendum esse; cf. ad Met. X. p. 747. Lis semper e codd. fide erit diiudicanda cf. Doed. Syn. V. p. 113.]

da nomen huic militiae sanctae. *Nomen dare* proprium erat militum rudium, qui sacramento ad militiam se obstringebant; cf. Pric. ad h. l. Minus recte Elm. morem Christianorum comparat, qui antequam baptizarentur, adulti inter competentes nomen suum dabant.

cuius non olim sacramento etiam rogabaris. *Non olim* est non multo ante cf. Met. X. p. 695. *me non olim convenerat.* Isis paulo ante imo priore nocte promiserat, se ipsi reddituram fore humanam formam ea condicione, ut sacramento suae militiae rogatus ei nomen daret; cf. p. 766. *plane memineris et penita mente conditum semper tenebis, reliqua vitae tuae curricula adusque terminos ultimi spiritus vadata.* *Nec iniurium cuius benefi-*

CAPUT XVI.

Ad istum modum vaticinatus sacerdos egregius, fatigatos anhelitus trabeis conticuit. Exin permixtus agmini religioso procedens comitabar sacrarium; totae civitati notus ac conspicuus, digitis hominum nutibusque notabilis. Omnes in me populi fabulabantur: Hunc omnipotentis hodie deae numen augustum

hanelitus G. *exin* F. 3. O. p. f. edd. ante Colv. In cett. *exinde*, quae utriusque terminationis confusio frequentissima est propter compendiorum similitudinem *exin* et *exīn*. *toti* F. 1. R. f. d. Elm. Scriver. In cett. *totae*. Expiscari nequeo, cur et unde Scriverianae edd. habeant *digitis omnibus nutibusque notabilis. Cunctis. nitisque* G. O. P. D. f. *fabulantur* G. P. f. p. d. Colv. Vulc. Wow. Pric. Ceteri servant imperfectum *fabulabantur*, cuius mutandi nulla erat caussa. Praecedit *comitabat. deformacit* O. *ad hominem* d. Sed cf. supra p. 766. *redieris ad homines.*

cio redieris ad homines, ei totum debere quod vives. Vives autem beatus, vives in mea tutela gloriosus. Iam vero *sacramento rogari* locutionem esse rei militari propriam et inde ad alia translatam, demonstrat Tennul. ad Frontin. IV. 1. §. 4. *Sacramento tantum a tribunis rogabantur.* Caes. Bell. Civ. VI. 1. *consulis sacramento rogavisset*, ubi plura Oud., qui idem iam exposuerat Miscell. Observ. Vol. IV. T. I. p. 136.

Cap. XVI. *comitabar sacrarium.* Floridus interpretatur *sacrorum pompam.* Prave. Intelligit se comitem accessisse sacerdotibus illis, qui gerebant *cistam* arcanorum capacem et numinis effigiem miram atque urnam religionis arcanae argumentum. Alibi passim Apuleius cum ceteris *sacrarium* vocat templum sanctius vel locum in eo secretiorem seu *adytum*; cf. Met. VI. p. 385. *quae silentio tegit Eleusinis Atticae sacrarium*, infra p. 803. *ad ipsius sacrarii penetralia.* Quum deam Syriam gerebat, se ipse vocavit *templum* cf. Met. VIII. p. 586. *ut horreum et templum incederem.*

totaeque civitati. [Hunc quem dicunt archaismum ex optimis codd. retinui. Non raro enim Apuleius pronominum quae in *ius* formant genitivum terminationem usurpat insolitam in *i*, id quod saepius iam observatum est; cf. infra p. 789. *totoque Romano populo.* Sic modo in praegressis habuimus *isto*; *nulli* pro *nullius* Florid. p. 36. cf. de his terminationibus Intt. ad Lucan. VIII. 570. Munk. ad Hygin. fab. V. p. 27. et ad Fulgent. Virg. Cont. p. 739. ed. Stav., de *toti* pro *totius* et simil. Oud. ad Suet. Ner. c. 13. et ad Lucan. II. 383.]

omnes in me populi fabulabantur. [Miror quod interpretes in dictione *fabulari in me* non offenderunt, quam plane insolentem esse quisque videt. Quodammodo comparari potest locutio *dicere in aliquo*, ut Cic. Off. I. 39. 140. *quod quidem in multis licet dicere* cf. Dr. ad Liv. XXVIII. 43. §. 8. Graeci dicunt *λέγειν ἐν τινι* cf. Wyttenb. ad Plutarch. T. VI. p. 537. Significatur ea praepositione, loquentem in persona de qua loquitur, quasi versari atque in ea totum esse, ut circumdatus ab ea quae agit proferat. Hinc consilio posuit Apuleius, ut studium exprimeret loquentium. De sententia comparetur Met. X. p. 711. *Iamque rumor publice crebruerat, quo conspectum atque famigerabilem meis miris artibus effeceram dominum: Hic est qui sodalem convivamque possidet luctantem asinum, saltantem asinum;* Gell. V. 14. *Postea videbamus Androclum et leonem tenui loco revinctum..... omnesque fere ubique obvios dicere: Hic est leo hospes hominis, hic est homo medicus leonis;* quae duo exempla protulit Pric.]

Digitized by Google

reformavit ad homines. Felix hercules et ter beatus, qui vitae scilicet praecedentis innocentia | fideque meruerit tam praeclarum de coelo patrocinium, ut renatus 785
quodammodo statim sacrorum obsequio desponderetur. Inter haec et festorum votorum tumultum paullatim progressi iam ripam maris proximamus, atque ad ipsum illum locum quo pridie meus stabulaverat asinus pervenimus. Ibidem simulacris rite dispositis, navem faberrime factam, picturis miris Aegyptiorum circumsecus *variegatam*, summus sacerdos teda lucida et ovo et sulfure so-

et abest a *δ*. *ter* recte coniecit Beroaldus, ut servant codd. omnes et iam ed. Iunt. 2. *Tibi* quod vitiose edebatur in Edd. pp. male secutae sunt Iunt. 1. Ald. Bas. 1. *Sibi*, quae fuit altera Beroaldi coniectura, adoptaverunt Colin. Bas. 1. *meruit* P. *δ*. *responderetur* G. P. D. L. f. *redderetur* pro *desponderetur* O. *π*. *confestorum* pro *et festorum δ*. *ripae* emendat Pric. *proximam* D. *locum illum* p. *δ*. *stabularat* Iunt. 1. *Ibi dum* F. 1. *ibidum simulacris deum rite dispositis* Scriv. Sed otiosa est *dum* particula. *ibi dum simulacris rite dispositis* Elm. *ibi simulacris deum rite dispositis* B. probante Scioppio Susp. II. 4. *ibi deum simulacris rite dispositis* p. In cett. *ibidem simulacris rite dispositis*, ut edidi ex isto Mss. consensu. *riete* L. *circumsectus* F. 3. G. P. *circumseptus* B. D. edd. vett. usque ad Colv. *circumseptis φ*. *circumspectus* L. *circumspectis δ*. *circumsecus* F. 1. teste Oud. ex coll. Lind. cui tamen non nullum fidei tribuendum est. Idem extat in cett. codd. et edd. Colvio posterioribus. *varie graecam* F. 1. 3. *f*. L. *variegreeam*, *vanegregam*, *variem greecam* esse in Mss. G. O. P. D. et edd. pp. adnotat Oud. In G. et D. inveni *variem grecam*. In edd. pp. *varie graecam*. *Variegatam* emendationem Beroaldi secuti sunt posteriores Edd., nisi quod Iunt. 2. habet inverso ordine *variegatam*, *circumseptus summus sacerdos taeda*.

obsequio desponderetur. [*Redderetur* nihil nisi glossema est lectionis genuinae. Item Apuleius in seqq. dixit p. 813. *ad istum modum desponsus sacris. Obsequium* hac in re proprium de religioso numinis cultu cf. de Deo Socrat. p. 149. *sacerdotum officia, sacrificantium obsequia*; infra p. 801. *velut debitum sacris obsequium flagitare*; et supra *teque iam nunc obsequio religionis nostrae dedica*; p. 793. *religionis obsequium*; p. 894. *obsequium divinum frequentabam*.]

ripam maris proximamus. Frustra contra omnes Mss. Pricaeus divinavit *ripae*, vel contra alia Apulei loca cf. Met. VI. p. 395. *quamque fores eius dominae proximanti.* Hinc quidam leguit Met. II. p. 169. *ianuam proximamus* ubi vide. De *ripa* s. littore maris cf. Heins. ad Ovid. Heroid. VI. 54. *milite tam forti ripa tuenda fuit*: Duk. ad Flor. IV. 11. *in ripam mota ventis maria evomebant*; Met. III. 1. 3. *ripis insularum.*

navem faberrime factam. [Isidi quotannis navigium mense Martio dedicant onustumque muneribus cuiuscunque generis pelago committunt; cf. Intt. ad Tac. Germ. 9. *Pars Suevorum et Isidi sacrificat. Unde caussa et origo peregrino sacro, parum comperi, nisi quod signum ipsum in modum liburnae figuratum docet advectam religionem*; eosd. ad c. 6. Macrob. Sat. I. 10. Creuz. Symbol. T. IV. p. 31 sqq. T. I. p. 309. Buenem. ad Lactant. I. 11. §. 21. Isis enim navigii erat inventrix; cf. ad Met. p. 765. *rudem dedicantes carinam.* Extat monumentum apud Pocokium in Itin. T. I. p. 108., in quo octodecim Pastophori conspiciuntur navem gestantes, in cuius medio deus sub humana figura conspicuus in arcae quadam specie sedet; cf. Schmidt. de Sacerd. Aegypt. p. 202 sq.]

circumsecus variegatam. Optima haec est Stewechii coniectura, in quam Beroald. iam inciderat, nisi quod *circumseptus* sine sensu retinuit. Rationes enim, quibus lectionem *circumseptis* et coniecturam suam *circumspectissime* tueri studet Oud., non satisfaciunt. *Circumseptis*, inquit, ita explicari possit, ut navem prius circumcinxerit (quasi sepimento, quo arcerentur profani) taeda, ovis et sulfure. Certe lustratio fiebat circumlatione lustramentorum. [At quis ferat picturas circumseptas ovis ceterisque rebus, ut omittam inconcinnitatem, ne dicam ineptitudinem, qua ova, taeda et sulfur ad *circumseptis* referri possit? *Circumspecte* quamquam locis Amm. XXVII.

Digitized by Google

lemnissimas preces de casto praefatus ore, quam purissime purificatam deae
786 nuncupavit dedicavitque. | Huius felicis alvei nitens carbasus *litteras voti*

nuncupatum D. *huius felicis alvei nitens* F. 3. G. P. D. p. f. ∂. Iunt. 2. Incert. *huius alvei felicis nitens. albei* F. 3. *aluei* G. (non *abaci* ut etiam in P. esse testatur Oud.) D. *nitans* ∂. *litore*, *lr̃e* (i. e. *littere*) *litt're litori* in Mss. est omnibus, unde Beroaldus fecit *lintea* s. *linea votum*, sequentibus eum Iunt. 1. 2. Ald. Colin. Venet. 4. Paris. ac citante Baudelotio in Utilit. Itin. T. II. p. 543. *litore* retinuerunt Venet. Colv. Vulc. Wow. Pric. *litteras* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *littoris* Elm. *litteris* ex Lindenbrogii et Wower. emendatione Scriverius et hinc Floridus, divinante Pricaeo *ingentibus*. *littere* est in F. 3. *lietere* in G. D. *litae* L. teste Colvio. *ingestas* F. 1. L. ∂. ed. Beroald. *(ingestās)*. Verba inde a *littore* usque ad *litterae* non comparent in f. teste Oud. Roald. contra in hoc cod. *littore* legi ait. *vocum* p. *notum* Colin.

3. et Gell. I. 5. confirmari queat, tamen neque per sententiam nec Mss. vestigiis comprobatur. Propius accederet *circumspectu* cf. infra p. 793. *cauto circumspectu*. *Circumsecus* non solum saepius legitur apud Apuleium, ut Met. II. p. 123. *circumsecus adstantes* et V. p. 353. *qui circumsecus venantur*, sed priore loco in cod. Par. eadem ratione corruptum est in *circumseptus*. Forsitan *circumsectis* ferri possit, si picturas ad imagines scalpro incisas pertinere velis. Nec aliter *variegatam* omnium optima est emendatio. Hoc vocabulo saepius usus est auctor ut Florid. p. 15. *gemmis variegat*; p. 52. *picturis variegatum*; de Deo Socrat. p. 173. *monilia variegata dependent*, quo tamen loco lectio incerta est. Erat quum ego *varie gratam* emendarem, ut Met. II. p. 135. *ampli calices variae quidem gratiae sed unius pretiositatis*.]

taeda lucida et ovo et sulfure. [Lustrationes apud veteres per taedas, ova et sulfur fiebant saepissime, quia purgandi vim praeceteris ignis et fumus habent; cf. Lohm. de Lustratt. Vett. Gentt. c. 19. p. 192 sqq. Serv. ad Aen. VI. 226. „*circumtulit* purgavit: antiquum verbum est, ut apud Plaut. (Amphit. II. 2. 143.) nam *lustratio* a *circumlatione* dicta vel taedae vel sulphuris.“ De taedarum hac in re usu cf. Heyn. ad Tibull. I. 2. 6. Burm. ad Val. Flacc. V. 349. Lucian. Necyom. c. 9. ὁ μάγος δᾷδα καιομένην ἔχων et c. 7. περιήγεσέ με δᾳδὶ καὶ σιλλῃ καὶ ἄλλοις πλείοσιν· cf. Taffin. de Ann. Secul. et Lud. Sec. c. 6. in Graev. Thes. Antiq. T. VIII. p. 497. Saepius sulfuris in lustrationibus adhibiti admonuerunt veteres, de cuius vi atque usu Lotich. Ecl. V. *Spargite caeruleos mihi sulfura, spargite fumos, Sulfuris in terrae gremio diffusilis humor, Gignitur et rerum caussas custodit et ortus, Idem etiam magicis tactas suffitibus herbas Adiuvat et caecos, quibus uritur implicat ignes*; cf. Plin. XXXV. 15. Ovid. Met. VII. 261. XI. 409. Art. Am. II. 329. 330. Plum. ad Pers. Sat. II. 25. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. VII. 23. p. 48. Intt. ad Prop. IV. 9. 58. Kopp. ad Mart. Cap. II. §. 142. p. 194. De lustratione per ova facta cf. Lohm. l. c. c. 21. p. 200 sqq. Creuz. Symb. T. III. p. 525., qui originem huius consuetudinis eiusque significationem fusius exponunt. De ritu comparentur Brod. Misc. I. 25. Mitscherl. ad Hor. Epod. V. 19. Intt. Varios ovorum in rebus sacris usus exponunt Intt. ad Pers. Sat. V. 185. Ita in coena ferali solita erant et tamquam sacrificia piacularia pro mortuis offerebantur; cf. Intt. ad Iuven. Sat. V. 85. Ut lustrabant omnia, ita corpus sanabant cf. Kopp. ad Mart. Capell. II. §. 139. p. 290.]

dedicavit. [Praeter Isidem Aegyptii aliis quoque diis navigia consecrabant dedicabantque; cf. Kopp. Palaeogr. T. III. I. II. c. 3. §. 238. p. 289.]

alvei. [cf. de hac voce Burm. ad Anthol. Lat. T. II. p. 379. Scheff. de Re Nav. I. 3. Virg. Aen. VI. 412. Idem vocabulum restituunt nonnulli Ovid. Met. XI. 553., ubi plurimi codd. perperam *undas* praebent, quod defendi

Digitized by Google

intextas progerebat. Ecce litterae votum instaurabant de novi commeatus

procerebat O. *proferebat* B. *eae litterae* pro *ecce litterae* φ. et omnes edd. post Wower. *instaurabat. De novi commeatus navigatione iam malus insurgit.* Ita distinguunt G. et D.

non posse omnes Intt. viderunt, quorum pars praeterea *alnos* praebet. At codd. corruptelae *undas, arva, umbras* mihi quidem indicare videtur, *cumbas* s. *cymbas* esse legendum. *Cymba* quod in universum de parvo tantum navigio dicitur, praesertim de lembis piscatoriis et de Charontis alno, hic optime locum habet, ut superbia undarum efferatur ingentium pro navium parvitate.]

litteras voti intextas progerebat. Ita ex coniectura emendare studui locum corruptissimum, de cuius ratione infra accuratius exponam. Ceteri interpretes variis modis huic corruptelae mederi conabantur, quorum potissimos afferre liceat. Stewech. pro *littere* emendavit *lutea*, quamquam magis inclinat ad eorum sententiam, qui utrumque abesse malunt. Sequentia ita constituit: *votum ingestans procedebat. Ecce littore votum instaurabant de novi commeatus prospera navigatione*, quod ad circumstantem populi coronam trahit, qui soluta iam navi secutus sacerdotis verba, fausta vota precantis omnia prospera et felicia adprecatus sit. Solere enim in rebus divinis a praecone populo indici *favete linguis* vel hac formula *ore favete.* [De qua cf. Intt. ad Horat. Od. III. 14. 11. III. 1. 2. Virg. Aen. V. 71. et ad Cic. de Divin. I. 45. §. 102. Hanc vero emendationem improbo, quod verisimile non est, ut inter navis Isiacae descriptionem hae populi circumstantis cerimoniae commemorentur, totusque sententiarum nexus explicationem verborum modo praecedentium dari apertissime docet.] Beroald. correxit *lintea*, quod epitheton prorsus otiosum videtur esse propter antecedens *nitens*, Colvius: *littore votum, gesta progerebat*, i. e. ipsa carbasus a sacerdotibus gesta, gerebat votum, qua explicatione nihil potest dici absurdius. Quis enim unquam putaverit, navem maris fluctibus accommodatam et navigationi paratam a sacerdotibus gestari? Quodsi inter pompam factum esset, certo certius Apuleius commemorasset. Ita vero quisque intelligit navem eo ipso loco prius esse constitutam, quo pridie Lucius tum asinus stabulaverat. Praeterea quisque offendet in dictione *gesta progerebat.* Porro Colvius *votum* vocabuli repetitionem aegre ferens, reponendum aliud quid esse statuit, at certe priore loco *votum*, ut necessarium retineatur suadet, eo sensu: Litteris votum in carbaso notatum fuerat felicioris istius anni itus, reditus, comparans Propert. IV. 6. 41. *Solve metu patriam, quae nunc te iudice freta Imposuit prorae publica vota tuae.* Wower. restituit: *carbasus litteris votum ingestans progerebat. Eae litterae votum instaurabant*; Pricaeus: *litteris votum ingentibus progerebat. Eae litterae*, explicans: votum pro novi commeatus prospera navigatione magnis characteribus in velo navis fuisse scriptum; Scriverius: *litteratum votum ingestans progerebat. Exinde litterae* i. e. *inde*, vel *exinde teletae*, in quam coniecturam idem cadit, quod de Stewechii emendatione monitum est. Oud. de loci ratione ita disserit: De litteris hic factam esse mentionem satis evincunt sequentia, sed et simul probant, *litteris votum ingestans* vel *litteris votum ingentibus progerebat* non esse Apuleiana; quippe sic bis unum idemque dixisset auctor. Nam *litterae votum instaurabant* quid aliud, quaeso, quam *litteris votum progerebat carbasus?* Praeterea mihi explicari velim, quid sit *carbasus ingestans litteris votum progerit*, sive quae ista latinitatis ratio? Opinor, bene subodoratum esse Colvium, vocem *votum* prava vera repeli-

787 prospera navigatione. | Iam malus insurgit, pinus rotunda, splendore sub-

tum. Erravit vero, quod crediderit, secundo loco eam vacare posse. In Ms. Pith. pro *votum* est *vocum*, in Florent. d'Orvill. Lipsian. Ed. Beroald. *ingestas*. Hinc coniicio *litteras vocum intextas*. Nam carbaso intextas fuisse iam vidit Beroald. et cum eo Baudelot. in Itin. Util. T. II. p. 543. Si minus placet, *vocum* abiiciatur. Certe *votum* hic locum non habet. [Optima haec est Oud. emendatio, quam partim secutus sum. *Intextas* bene habet, quum *navis ingestans progerebat* verborum coniunctio sit minime tolerabilis, etiamsi *ingestans* ideo quis defendat, quod *ἅπαξ λεγόμενον* sit, eadem ratione qua *progestans nucleos* Met. VI. p. 439. ab Apuleio noviter formatum. *Vocum* tamen, quod Oud. ex Pith. recepit, equidem probare nequeo, non intelligens, quae istae voces sint, utrum populi circumadstantis vel sacerdotum, pia vota adprecantium. Eas enim voces antea in carbaso intextas fuisse vix credibile est. Hinc emendavi *voti intextas*, quod et propter primam sequentis vocabuli syllabam et idem in seqq. vocabulum facile in *votum* abire poterat. Nisi *votum* paulo post legeretur, et probabile esset, unum tantummodo votum pro novi commeatus prospera navigatione carbaso fuisse intextum, *votum* pro genitivo habuerim contracto, quem Apuleius in deliciis habet. At nihilominus dubito, hac qualicunque emendatione locum nondum esse sanatum, in quo desperatius vulnus videtur latitare.] De sententia loci nemo haerere potest. Indicavit enim Apuleius, illius navis carbasum fuisse ornatam et insignitam litteris, quae continebant votum, quod in hac solemnitate proferri solebat a populo et sacerdotibus, de quo ritu Oud. ita exponit: Sic in nummo Hadriani navis cusa litteras habet in velo *SALUS. AUG.* ex indicio Stewechii ad Veget. V. 13. In nummo Commodi classis portu egrediens pingitur cum litteris *VOTIS FELICIBUS*. Immo in nummo Iuliani navicula comparet, in qua stat *Isis* cum circumscriptione *VOTA. PUBLICA*. ex museo Haverkamp. ad Oros. VII. 30. Adde Burm. ad Suet. Claud. 20. Passerat. ad Prop. IV. 6. 41. ac Dialog. Lucian. inscriptum *Πλοῖον ἢ Εὐχαί*, ubi docet navem hanc, quamvis de Alexandrina ibi agat, *Isidem* dictam T. III p. 251., ad quem locum confer omnino Elsn. Sched. p. 91. Hinc supra *festum Isidis navigium* vidimus. Isidemque ipsam navigantium deam, in cuius erant tutela (cf. Lucian. Dial. Myth. 1. Pignor. Mens. Isiac. p. 10.) et hinc in emporiis cultam, ut docet Vitruv. I. 7. existimo vocatam *Navisalviam*. Vide Inscript. Murat. p. 98. Mus. Veron. p. 90. 252. Montf. Suppl. Antiq. Explic. T. IV. p. 114. [cf. Intt. ad Iuven. XII. 28. Scheff. de Re Naval. in Polen. Thes. T. V. p. 906. Praeterea ad eorum magis inclino sententiam, qui pro *ecce* malint *eae*; quod pronomen singulas enuntiationes arctius connectit, vel lego *ecce eae*, quod particulam *ecce* sequens *iam* munire videatur.]

splendore sublimis, insigni carchesio conspicua. Vulc. ed. 2. *sublimi* ediderat, quippe qui putaret, rem quampiam non posse dici *sublimem* esse *splendore?* Nihil enim splendorem facere ad sublimitatem. Hinc etiam vir doctus adscripserat: *ἴσως splendore sublimi, insigni carchesio*, ut Florid. 22. *procero malo, insigni carchesio, splendentibus velis*, aliusque ad Lucian. T. III. p. 253. emendavit: *splendore sublimi insignis, carchesio conspicua* sive splendens in sublimitate sua s. cacumine. Oud. mavult insuper vocum ordinem invertere *splendore insignis, sublimi carchesio conspicua*, quia carchesium in summitate mali sit. [Equidem codd. lectionem retinens *sublimis* hic *excellens, praestans* esse iudico, ita ut illa pinus albore suo et candore excelluerit. Qua significatione vocabulum aliquoties apud Horat. et

limis, *insigni* carchesio conspicua, et puppis, intorta chenisco, bracteis aureis vestita fulgebat, | omnisque prorsus carina citro limpido perpolita florebat. 788

sublimi Vulc. 2. *insigni* Salmas. adscripsit quasi e p. et Elm. ex coniectura Wower. In cod. F. 3. nihil varietatis adnotatum est; in cett. codd. et edd. *insignis*. *et* ante *puppis* non est in O. *cherusco* O. idemque coniecit vir doctus ad marg. ed. Vicent. meae. *thenasco* D. *chenasco* L. al. *theniseo* teste Colv. *cerucho* Venet. 4. Iunt. 2. Ald. Colin. Bas. 1. *corucho* Iunt. 1. *fulgebat* F. 3. G. P. D. L. f. et edd. post Colv. praeter Scriver. In cett. *fulgurabat*. *que* post *omnis* non est in δ. *limpida* f. R. sc. *arbore* ut Plin. Hist. Nat. XIII. 5. *laudatissimam fert citrum*. *atro* pro *citro* O.

luven. de carminibus egregiis usurpatur. Quae ni probatur, viri docti sententiae subscribo, *splendore sublimi insignis* legentis, quamquam ita quoque *sublimis* de rei praestantia intelligendum esse apparet. Scheffer. de Re Naval. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. V. p. 889 sq., ubi de *carchesio* plurima profert, distinxit: *splendore sublimis, insignis, carchesio conspicua*, quod loci concinnitati neutiquam convenit. Praeterea *insigni* videtur esse emendandum contra codd. auctoritatem, qui *insignis* praebent. Sequentis enim vocabuli littera *c*, quae saepius cum *s* in Mss. confunditur, voci *insigni* adhaerens corruptelae ansam praebuit. Ita enim legi enuntiationis iubet ratio.]

intorta chenisco. Beroaldus emendavit *cherusco*, [quem Scheff. de Re Nav. l. c. p. 906. his verbis optime refellit: „Beroaldus, sicut nec alibi cautus est ita et hoc loco *fictilem hanc dictionem* appellat et *illitteratam*, *dignam* denique *quae obelo figatur*, eiusque loco *ceruchos* substituit, vel *cheniscum* retinet, et choenicem, vas quoddam, cui nescio quis in prora locus similis sit, interpretatur. Verum frustra, quod vel scriptura indicat. Nam *cheniscus ὑπὸ τῆς χοίνικος* qui derivari possit? cum alterum vocali simplici, alterum cum diphthongo scribatur.“ Item peccat Lipsius *taeniis cum* emendans. Ea vero lectione nihil verius cogitari potest. In puppi enim *tutela* navis erat, quae saepius alicuius animalis effigiem repraesentabat, deo deaeve sacri, cui navis dicata erat, nomenque ab ea tutelari imagine navis accipiebat; cf. Serv. ad Virg. Aen. X. 116. *Massicus aerata princeps secat aequora tigri*: „*cuius rostrum erat in similitudinem tigridis: namque solent naves vocabula accipere a pictura tutelarum.*“ Sed saepissime anser ibi pictus erat, unde *cheniscus* in ea parte navis pro signo et insigni quolibet Suidas s. v. *χηνίσκος μέρος τι τοῦ πλοίου*. Eustath. in Homer. Il. *χηνὸς τύπος ἐν τῷ ἄκρῳ γλυφόμενος*. Lucian. de Navigat. III. p. 251. *ὡς δὲ ἡ πρύμνα μὲν ἐπανέστησαν ἠρέμα καμπίλη, χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικειμένη.* [cf. Etym. Magn. s. v. *χηνίσκος τὸ τῆς πρώρας μέρος οὗ ἀπήρτηνται αἱ ἀγκύραι ὃ καὶ τῆς τρόπιδός ἐστιν ἀρχή. εἰσὶ δ' οἱ μᾶλλον τὸ τῆς πρύμνης ἔφασαν ἄκρον, πρὸς ὃ ἐπιζεύγνυνται αἱ ἐπωτίδες τῆς νεώς, πλὴν ὁποτέρως ἔχει, χηνίσκος ἐλέγετο ὅτι χηνὸς κεφαλὴν μορφοῦντες οἱ ναυπηγοὶ ἐπιθοῦν τῷ ἄκρῳ, τύχα τὸ πλοῖον εἰς χῆνα ἀπεικάζοντες ἢ τοῦ εὐοωνίστου χάριν, ὡς ἀβάπτιστος αὐτοῖς ἡ ναῦς διατελοίη, τρόπον χηνὸς ὑπερτέουσα τῶν κυμάτων·* cf. Scheff. de Re Nav. l. c. p. 905 sq. VV. DD., qui ea de re disseruerunt longe plurimos excitat Triller. ad Lucan. III. 511. Buenem. ad Lact. Instt. I. 11. §. 19. p. 68. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. XVI. 112. De discrimine inter tutelam navis et insigne s. *παράσημον* cf. Plum. ad Petron. Sat. VI. 30. cf. Ovid. Trist. I. 9. 1. Quod utrumque quum interpretes non satis discernerent, factum est, ut tutelam alii in puppi, alii in prora constitutam esse putarent. *Tutela* vero semper in puppi erat collocata, *insigne* semper in prora. Anseris autem imaginem in puppi habuit navis ista Isiaca, quod anser Isidis sacer ales est, cf. Oud. ad Iul. Obseq. 71. Herod. II. 37. 45. Tabul. apud Gron. ad Minut. Felic. c. 38. p. 291.]

fulgebat. [Vix impetrare a me po-

Tunc cuncti populi tam religiosi quam profani vannos onustas aromatis et huiuscemodi suppliciis certatim congerunt, et insuper fluctus libant intritum

cuncti exulat a p. *vannos* D. *bannos δ. onustos* G. P. D. *cuiuscemodi* Brantius coniecit, sequente Pric. cum aliis cf. ad Met. VIII. 554. Oud. quam probatum esset, Ruhnk. in textum recepit. *Auiusmodi* O. In cett. *Auiuscemodi*. *suppliciis* F. 3. (ex correctione) *supplicius* G. P. D. O. *f.* In cett. *suppliciis*. *intritam* D.

tui, ut lectionem codd. optimorum h. l. reciperem, quam Oud. pro glossemate habet elegantissimi vocabuli *fulgurabat*, quo saepius utitur Apuleius significatione fulgendi ac luceudi; cf. Met. V. p. 321. *Sic ipsae valvae fulgurant*; p. 362. *splendore nimio fulgurante*; II. p. 108. *color contra solis aciem fulgurat*; p. 136. *aurum fulgurans*; XI. p. 779. *quae rosis amoenis intexta fulgurabat*; Florid. p. 3. *lyra eius auro fulgurat*; Sil. I. 467. *ac late fulgurat umbo*; Prudent. *περὶ στεφ.* XI. 184. *argento fulgurat ex solido*. Graeci passim aiunt *ἀστράπτειν χρυσῷ, ἀργύρῳ, λίθοις*. Male enim Salm. ad Plin. p. 799. distinguit inter *fulgerare ἀστράπτειν* et *fulgurare κεραυνοῦσθαι*. Huc pertinet, quod *fulgur* saepissime ponitur pro *fulgore*; cf. Bouhier. ad Petron. c. 122. v. 181. de sole: *aurato praecingit fulgure vultus*; Auson. Ephem. 12. *nec coruscantis oculos lacessunt fulgura lucis*; Ecl. 39. *fulgura luminis*. Oud. ad Front. II. 33. cf. Peerlk. ad Horat. Od. II. 1. 19. Doed. Syn. T. II. p. 58. At mirum est quod optimi quique codd. alias glossematis minime corrupti constanter lectionem *fulgebat* retinent; unde putandi sunt reliqui codd. a manu librarii interpolati esse; quem errorem ita explico: Saepius in Mss. inter sese *fulgurare* et *fulgere* confunduntur, significatione graeci vocabuli *λάμπειν*, quando subito lux e nubibus erumpit; cf. Intt. ad Quint. II. 16. 19. ad Cic. Orat. 9. Quam notionem quum hic habere putaret librarius, *fulgurabat*, quod ipsi aptius videretur esse, emendabat; certe in locis, quae a me citata sunt, melior lectio est *fulgurare*, manus emendatricis *fulgere*.]

vannos onustas aromatis. [cf. Serv. ad Virg. Georg. I. 166.: *mysticam vannum sic accipiunt, ut vannum vas vimineum latum dicant, in quod ipsi propter capacitatem congerere rustici primitias fruges solent et Libero et Liberae sacrum facere*; cf. Intt. ad Arn. II. 23.]

suppliciis. [*Supplicia* hic significant dona ipsa, quae in supplicationibus diis dari solebant, qua significatione apud Plautum in usu est; cf. Epidic. V. 2. 58. *nunquam hercle hodie nisi supplicium mihi das, me solvi sinam*; Rud. Prol. 25. Ita in seqq. *devotio* dictum est pro *voto*; cf. de Dogm. Plat. II. p. 229. *quarum religiositas deum honori ac suppliciis divinae rei mancipata est*; de Deo Socr. p. 148. *et sacrorum variis suppliciis*. Apud reliquos scriptores *supplicium* saepius est *supplicatio* cf. Dr. ad Liv. XXII. 57. §. 5. XXVII. 50. §. 5. Gloss. Vulc. p. 149. *supplicium πρόσοδος* (i. e. *πομπή, παραγωγή*). Isidor. Origg. VI. 19. 82. *Unde supplicia dicuntur supplicationes, quae fiebant de bonis passorum supplicia*. Optime de hac vocabuli significatione exposuit Taffin. de Ann. Secul. et Lud. Secul. 15. in Graev. Thes. Antiq. T. V. p. 544.]

insuper. [Haec particula hic vim habet praepositionis, qua non ita saepe reperitur; cf. Cat. de R. R. XVIII. 5. *insuper arbores*; cf. Hand. Tursell. T. III. p. 386. Alter locus Apuleii, ubi aperte eam significationem habet, est Met. VII. p. 518. *Sed prior Telepolemus iaculum quod gerebat insuper dorsum bestiae contorsit*. Sunt praeterea loci, ubi hanc notionem habere possit, Met. I. p. 79. *iubet officialem suum insuper pisces ascendere*, ubi Florid. vertit: *super pisces*

Digitized by Google

lacte confectum, donec muneribus largis et devotionibus faustis completa navis, absoluta strophiis ancoralibus peculiari serenoque flatu pelago redderetur. Quae postquam cursus spatio prospectum sui nobis incertat, sacrorum geruli,

strofis P. *strosiis* G. D. *storfis* O. Male profecto suo ingenio hic abusus est Pric. divinans *stuppis* pro *stuppeis vinculis*. *redderent* G. P. D. *innobis* G. P. D.

ascendere. At quemadmodum ad h. l. iam monui, hic *insuper* pro *praeterea* interpretor, quia ita ridicule ista Pytheae aedilis severitas in maius augetur, qui non contentus, quod totam sportulam profuderit, etiam pedibus obtundere eam servulum iusserit. Item male nonnulli Met. III. p. 185. *at ille non contentus quod mihi non adsistendi solatium perhibuit, insuper exitium meum cachinnat, insuper* ad *cachinnat* pertinere malunt, quum hic quoque adverbium esse verba *non contentus* vehementissime clamitent; cf. dict. mea. Eadem de caussa Met. VII. p. 481.: *nec tamen post tantas meas clades immodico sarcinae pondere contentus cum fluvium transcenderemus.....: peronibus suis ab aquae madore consulens, ipse quoque insuper lumbos meos insiliens residebat, insuper* adverbialiter intelligi debet.]

strophiis. Est qui *stroppis* velit seu *struppis* cf. ad Gell. X. 3. *struppis quibus lectica deligata erat. Stropus* et *struppus* ac *stroppus* depravatae sunt latinitatis, cum meliores usi sint ipsis graecis vocibus, latine eas efferentes. Στρόφοι enim Graecis et στρόφια sunt *taeniae intortae*, ut ait Apuleius Met. VIII. p. 583. sive funes stuppei torno invicem connexi et densi vulgaribus ornatiores et decoris gratia *strophia* dicta. Vid. ad Lucian. III. p. 252. *αἱ ἀγκύραι καὶ στρόφια*. Vitruv. X. 8. *Remi circa scalmos strophis alligati*. Intt. ad Plin. Hist. Nat. XXI. 2. Cuper. Apoth. Hom. p. 138. Salm. in Plin. l. c. [*Strophium* proprie erat fasciola, qua papillas feminae coercebant, cf. Doering. ad Catull. LXIV. 65. Boettig. Sabin. T. I. p. 84. 184. 197. II. p. 114. Non. s. v. p. 538. *strophium est fascia brevis, quae virginalem horrorem cohibet papillarum*; cf. Intt. ad Fest. s. v. *stroppus* Lindem. p. 681. De funibus navium dici, mihi probat ultimum quod Non. l. c. adposuit exemplum, quod significatione taeniae mamillaris minime convenit. Est Varr. Sesquiulyxe: *suspendit laribus marinas mollis pilas, reticula ac strophia*, qui locus legendus est: *suspendit laribus marinis, mollis pilas, reticula, strophia*, ut iam ante me emendatum est; cf. Forcell. Lex. s. v. *permarimus*.]

peculiari serenoque flatu. Quis ille *peculiaris* sive singularis ventus fuerit vel esse potuerit, Oud. non percipit. Nec magis tamen intelligit, quis sit ἄνεμος ἀγγειτικός s. *piacularis*, quomodo hic corrigendum existimat Markl. in Epist. Crit. p. 59. [Equidem interpretor de vento, qui alio tempore observari non poterat, quique deae Isidis numine ac favore navi immittebatur, ut sacrificantibus indicaret, novi anni navigationem faustam fore ac felicem. Qui ventus ni flabat, contrarium Isiacis et populo portendebat. Porro *serenus* inusitata dictum est significatione, ut apud Virg. Aen. V. 870. *pelago confise sereno* cf. Markl. ad Stat. Silv. III. 2. 10., vel potius *flatus serenus* interpretandus est serenitatem i. e. felicitatem afferens; Plaut. Merc. V. 2. 35. Ita *sereno* explicat antecedens *peculiari* ex solito scriptorum veterum usu.]

redderetur. [Qui Oud. in tantum errorem abripi potuerit, ut *crederetur* emendaret, quod navis, quae nunquam navigasset, nec mari commissa fuisset, *reddi* pelago dici non posset, vix est credibile. Ignoravit ille usum Apuleii, qui ut aliquot poetae *reddere* nonnunquam pro *dare, tradere* usurpat; cf. ad Met. V. p. 327. ad VII. p. 497. *poenae redderetur*.]

Digitized by Google

sumtis rursum quae quisque detulerant, alacres ad fanum reditum capessunt, simili structu pompae decori.

CAPUT XVII.

Ac cum ad ipsum iam templum pervenimus; sacerdos maximus, quique divinas effigies progerebant, et qui venerandis penetralibus pridem fuerant
789 | initiati, intra cubiculum deae recepti, disponunt rite simulacra spirantia. Tunc

ad Phanum Vicent. Ceteri edd. usque ad Colv. praebent *phanum*. *detulerat* G. D. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) f. minus eleganter; cf. ad Met. IV. p. 259. *unusquisque decurrunt*, *simili strictu* F. 1. 3. G. P. D. f. *simili structu* O. L. π. R. Colv. Vulc. 2. *simili ritu* p. δ. edd. vett. Florid. *servili gitu* B. *similis ritu* Wow. Elm. Pric. Florid.

at G. P. D. O. p. edd. vett. usque ad Colv. In cett. *ac*. *diversas* pro *divinas* δ. *divitias* G. D. *effigias* B. *progerebat* L. f. *prargerebat* R. ex interpretatione. *inimitiati* D. *spiranda* p.

simili structu. [Quum optimi quique codd. aut *strictu* aut *structu* praebeant, Wow. emendat *ritu*, non inconsiderate, quum millies C littera in codd. T anteponatur, ut in praegresso capite pro *rite* Lips. habuit *ricte*. Elegantissima vero est cod. Lips. Oxon. aliorumque lectio *structu*, pro *instructu* s. apparatu, ut alii scriptores loquuntur, nec in eo cum Oud. haerendum est, quod altero exemplo simplicis nominis declinatio destituitur. In his enim nominibus abstractis multi sunt scriptores Afri, et saepius nova protulerunt; cf. ad Met. III. p. 208. VI. p. 435. Plura dicam in Proleg. de dictione Apuleii.]

Cap. XVII. *effigies*. [In Bert. est *effigias*, cuius accusativi terminatio in *a* non in usu est, nec cum Oud. defenderim ex analogia verborum *rabia*, *scabia* simil., qui rectius putat, librariis esse adscribendum hunc similemque errorem, ut de Deo Socrat. p. 149., ubi nonnulli codd. et edd. item praebent *effigiae*, quem tamen locum corruptum esse iudico.]

disponunt rite simulacra spirantia. Iucpte hic Beroaldus *vivos homines* intelligit. Sunt imagines tanta arte effectae, ut *vivere* et *spirare* viderentur, vulgatissima scriptoribus locutione. Virg. Georg. III. 34. *Stabant et Parii lapidis spirantia signa*; Sil. II. 430. *Spirantem credas certamina anhela movere*. Alibi *vivere* dicuntur cf. Heins. ad Prud. Apoth. 742. *sculptor ab aeris Rudere decoctam consuescat vivere massam*; Intt. ad Prop. II. 23. 8. *artifices vivida signa bores* cf. Met. II. p. 91 sqq., ubi talia signa aptissime describuntur. [cf. Intt. ad Propert. II. 5. 20. Buenem. ad Lact. Epitom. 25. §. 13. p. 1245. Intt. ad Stat. Silv. I. v. 20. Haud. p. 56. Virg. Aen. VI. 848. Arnob. VI. 16. *Ita enim non videtis spirantia haec signa*; Burm. ad Valer. Flacc. II. 460. 466. Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 36. p. 80. γράμματα ἔμψυχα Theocrit. XV. 83. De hoc loco Silv. de Sacy in adnot. ad Sanct. Cruc. libr.: Recherch. sur les mystères T. II. p. 160. qui verterat: dans le sanctuaire où les simulacres vivans des dieux étaient remis à leurs places, haec advertit: Apulée s'exprime ainsi: *Disponunt rite simulacra spirantia*, ce qui a fait croire à quelques savans qu'il s'agissait ici de personnages vivans, qui par leurs masques, leurs costumes et leurs attributs représentaient les divinités. Cette interpretation a été rejetée par la plupart des commentateurs et elle ne me paraît pas admissible, Apulée attribuant le soin de placer convenablement les simulacres des dieux au grand-prêtre *sacerdos summus*, à ceux qui portaient les effigies des dieux *quique divinas effigies progerebant*, et aux anciens initiés *et qui venerandis penetralibus pridem fuerant initiati*. Ne tamen quis miretur, quod ego, qui supra ad Met. p. 776. cum aliis probavi,

Digitized by Google

ex his unus, quem cuncti grammatea dicebant, pro foribus assistens, coetu pasto-

grammata G. P. D. O. δ. *grammateam* f. R. Coll. Voss. Venet. 2. Iunt. 1. *prae foribus* f. δ. male cf. ad Met. IX. p. 632. *quo iam pro limine librate.*

Mercurium et bovem Anubim ab homine revera esse repraesentatam nec effigies tantummodo eorum in pompa esse gestatas, hanc explicationem improbo, quae potius ad sententiam meam facere videatur! *Simulacra* enim intelligo illas exuvias et personas deorum dearumque, quae tam artificiose erant fabricatae, ut cuique vivere viderentur. Nam ni ita perfectae fuissent, nemo, qui eas videbat rudes et impolitas, putasset, eos qui istas exuvias portabant, revera esse deos sed potius homines. Hinc haec simulacra *spirantia* bene possunt dici. *Vivere* enim et *spirare* omnia ea veteribus dicuntur, quae vitam quasi in se continere videntur, et vi quadam manifestant. Ita *carbones* Met p. 484. nominantur *spirantes*, *sulfur* p. 640. *vivax metallum* quod vix exstinguitur. Fortasse ita emendari possit Auson. locus Mosell. p. 316 sq. satis difficilis: *Spirat enim tecti testudine rivus Achates Afflatu que trahit ferrato crine puellam.* Ita *gemma magnetica* Claudian. Idyll. 5. 26., *trahitur gemma* v. 37., *rivis totum complexibus ambit* et *lascivo flatu* 33. *Totus* enim quod Toss. defendit nunquam mihi se probare poterit.]

grammatea. Meminit γραμματέων Lucian. de Sacrif, T. I. p 537.: *εἰ δ' ἐθέλοις καὶ ταῦτα δαημέναι ὅσσα ἐν εἴδῃς, ἀκούσῃ πολλῶν σοφιστῶν καὶ γραμματέων καὶ προφητῶν ἐξευρομένων, διηγουμένων πρότερον δέ φησιν ὁ λόγος, Θόθιος δ' ἐπίθεσθε βίβλοι.* Ut in his sacris γραμματεῖς sic etiam Pontifici Maximo Romae suus erat scriba. Lapis vetus: *AGRIAE. TRYPHOSAE. VESTIFICAE. LIVIUS. THEONA. AB. EPISTULIS. GRAEC. SCRIBA. A. LIB. PONTIFICALIBUS. CONIUGI. SANCTISSIMAE. B. D. S. M.* cf. Grut. p. 578. Fabr. Inscriptt. p. 325. 326. His a Colv. adnotatis Oud. haec addit: Sed multo minoris ordinis et alius generis scribae erant apud Romanos, quam γραμματεῖς et quidem *ἱεροὶ γραμματεῖς* apud Graecos et Aegyptios, ut docet ipse Corn. Nep. in Eum. c. 1. ubi vide. Aegyptiorum *γραμματεῖς ἱεροὺς καὶ προφήτας* vocat Aelian. Anim. XI. 10. Lucian. in Philospeud. T. III. §. 34. p. 60. *Μεμφίτης ἀνὴρ τῶν ἱερῶν γραμματέων θαυμάσιος τὴν σοφίαν*, ubi vide Commentt. Quem innuit auctor, videtur nominari *ἱερογραμματεύς*. Conf. Clement. Alex. Stromat. VI. p. 757. ed. Oxon. ubi eius munera describit. [De hoc sacerdote Kopp. Palaeogr. T. III. l. II. c. 4. §. 312. p. 368. haec profert: Ex Clement. Alex. Stromat. VI. p. 633. intelligi potest, *ἱερογραμματέα* apud Aegyptios non fuisse sacrum scribam, quasi *γράμματα* nonnisi *litterarum notas* interpretari liceret, quocum loco conferri potest classicus locus apud Lucian. *μακροβ.* 4. T. VIII. p. 116., ubi viri illi Aegyptii sacris vel theologia eruditi *ἱερογραμματεῖς* cum Brachmanis, Magis aliis conferuntur, quod nullo modo fieri potuisset, si scribarum tantum munere functi essent. Horapollo I. 37. pariter docet, *ἱερογραμματέα* debere *πολλὰ μελετᾶν*. Sed *γράμματα* hic significant litteras, disciplinas sacras, quod intelligi potest ex Theophili Antiocheni verbis apud Fabric. Bibl. Gr. XIV. 205.: *ὅτι δὲ περὶ ὧν ἄρτι χρόνων συνῆδει καὶ Βήρωσος ὁ παρὰ Χαλδαίοις φιλοσοφήσας καὶ μηνύσας Ἕλλησι τὰ Χαλδαϊκὰ γράμματα, ὃς ἀκολούθως τινὰ εἴρηκε τῷ Μωσεῖ περί τε κατακλυσμοῦ καὶ ἑτέρων πολλῶν ἱστοριῶν.* Plura dabit Schmidt. de Sacerd. Aegypt. p. 134 — 148.]

Pastophorum. [*Pastophori* paulo inferioris ordinis erant apud Aegyptios sacerdotes, quod praeter Chaerem. apud Porphyr. de Abstin. IV. c. 8. et Clem. Alex. VI. p. 633. demonstrat praeceteris Diod. Sicul. I. 29. p. 34. Wess. *Ἱερεῖς δὲ τούτους οἱ τελευταῖοι καὶ μυσταγωγοὶ*

phorum (quod sacrosancti collegii nomen est) velut in concionem vocato, indidem de sublimi suggestu de libro, de litteris fausta vota praefatus: PRINCIPI. MAGNO. SENATUIQUE. ET. EQUITI. TOTOQUE. ROMANO. POPULO., nauticis, navibus, *quaequae* sub imperio mundi nostratis reguntur,

quod. Si per codd. liceret, mallet etiam hic Oud. deleri istud pronomen, quod genus dicendi usitatum esse Apuleio demonstratum est ad Met. I. p. 76. *Demonstro seniculum. In angulo sedebat*; *cf.* Florid. n. 6. *est praeterea genus praestabile. Gymnosophistae vocantur.* [Haec vero exempla nihil probant. Nam duo enuntiata efficiuntur, ubi ista pronominis omissio ferri potest.] Hic autem pergit oratio, ita ut parentheticam enuntiationem illa verba efficiant, in quibus per sententiam vel poni vel omitti potest pronomen. Apuleius semper pronomine utitur demonstrativo, addita *enim* particula; *cf.* Met. IV. p. 305. *et Psychen (hoc enim nomine puella nuncupabatur) coram ostendit*; VIII. p. 575. *tradidit Philebo (hoc enim nomine iam censebatur)*; X. p. 711. *Thiasus (hoc enim nomine meus nuncupabatur dominus) oriundus patria.* Hinc ex usu iam Apuleii demonstratur, pronomen recte habere, ne ad Mss. auctoritatem respiciam.] *est* non comparet in D. *δ. velut* exulat a D. *de libro de libris* p. (ex compendio *lit'ris.*) *vita* non legitur in *φ. totique* Iunt. 1. 2. Ald. Colin. *nauticis, navibus* distinctione posita Vulc. 2. Elm. Scriver. In cett. edd. verba iunctim leguntur. *nautis* e glossa O. *nauticis manibus δ. quoque* P. *imperiis δ.* non male. Iablonsk. Misc. Berol. Vol. VII. p. 441. legi vult *vehuntur* sive iter maritimum faciunt. Mutandi nulla videnda est caussa. Passim occurrit *regere navem*, unde *nacis rector* crebro de navis gubernatore; quod pueri sciunt.

ταύτης τῆς θεοῦ τότε κατεδείχθησαν ἐν Ἐλευσῖνι τά τε περὶ τὰς θυσίας καὶ ἀρχαιότητας ὡσαύτως ἔχειν τοὺς Ἀθηναίους καὶ τοὺς Αἰγυπτίους· τοὺς μὲν γὰρ Εὐμολπίδας ἀπὸ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἱερέων μετενηνέχθαι, τοὺς δὲ κήρυκας ἀπὸ τῶν παστοφόρων. τήν τε Ἶσιν μόνους τῶν Ἑλλήνων ὁμνύειν καὶ ταῖς ἰδίαις καὶ τοῖς ἤθεσιν ὁμοιοτάτους εἶναι τοῖς Αἰγυπτίοις, ubi vide Intt. Erant igitur sacrarum aedium rerumque custodes sed maioris ordinis, quam templorum aeditui, quos Chaeremon illis proxime adiungit. Ex Clement. Alexandr. apparet, Pastophoros sex edidicisse libros Mercurii, qui ad medicinam pertinebant, de anatomia, de morbis, de instrumentis, de medicaminibus, de oculis, de mulieribus, unde magnam vim eorum fuisse apud Aegyptios apparet. Hinc putaverim, ad primarios eos cum Cantore Horoscopo, sacro Scriba, Stolista et Propheta pertinuisse sacerdotum ordines, inter eos tamen infimos fuisse; cf. Cuper. Harpocrat. p. 130., ita ut Diod. Sicul. errare videatur cum Chaeremone, eos cum aedituis Graecorum et praeconibus componens. Plura dabit de his *pastophoris* Schmidt. l. c. p. 193 — 207.]

totoque. Sunt edd. quae *totique* pessime praeferunt, cf. ad Met. III. p. 201. V. p. 730. *inhiansque totoque filiae patrimonio*; XI. p. 783. *isto habitu congruentem*; dict. ad Suet. Ner. X. 12. Leop. Guadagn. de Pand. Florent. c. 15. Inscript. Murat. p. 659. 1. *Hieronicae solo.* [Cort. ad Lucan. II. 383. Voss. Arist. T. III. p. 931 sq. ibique Eckst.]

nauticis, navibus. Vulgo male hae voces sine distinctione iunguntur, cum nullae sint naves nisi nauticae, quas *pinus nauticas* poetice dixeris cum Virg. Ecl. IV. 38. Recte igitur Edd. Vulc. 2. Elm. Scriv. exhibuere *nauticis, navibus. Nautici* sunt tum navium gubernatores, tum omnes socii navales. cf. ad Liv. XXX. 25. *Iussus e nauticis unus.* Neque nauticae naves diversae sunt ab iis, quae sub imperio Romano reguntur. Quare putat Oud. legendum *nauticis, navibusque, quae sub imperio*, de *nauticis* praeterea comparans Stewech. ad Veget. V. 13. 14. [Hoc quamquam probo, tamen in loci ratione aliquantulum offendo. Primum enim monendum est, particulam copulativam desiderari, quae in praegressis singula quaeque vocabula connectit, ut nostro iure in seqq. eam quoque flagitemus. Unde vel legendum est *nauticis navibusque quaeque* aut omissis in postrema tota enuntiatione copulis *nauticis, navibus, quaequae.* Ita tantum enuntiati concinnitas restituitur. Tum cum Oud. consentire ne-

Digitized by Google

renuntiat sermone rituque Graeciensi, ita: *ΟΛΟΙΣ ΕΥΕΣΙΑ.* Quam vocem

graecensi G. P. D. *gratiensi* Vic. Venet. 2. *graecensita* D. cf. ad Mel. III. p. 188. *cum ritu graeciensi.* Graeca absunt in G. P. D. Coll. Voss. ⊐*OI*⊐ *EΦECI*⊐ F. 3. ⊐*OI* ⊐*EΦESI*⊐ F. 1. *ita λοZαιφιcια.* f. R. *αοιλεφιcιν* p. *ita O. c. h. S. cia δ.* In aliis *itaoistia. λαοῖς ἄφεσις populis missio* L. Venet. 4. Paris. Iunt. 2. *λαῖος ἄφεσις populis missis* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *λαοῖς ἄφεσις de populi missio* Iunt. 1. In ceit. edd. tantum graeca *λαοῖς ἄφεσις* apparent. *qua voce* G. D. f. L. Colv. Vulc. Wow. Pric. et Salmas. in Plin. p. 77. Oud. Rubnk. In ceit. *quam vocem.*

queo, statuentis, *quaeque* ad *navibus* esse referendum de iis, quae sub imperio sint populi Romani. Ille enim quid totus locus sibi velit intellexisse mihi non videtur. Primo loco omnia quaeque fausta atque salutaria adprecatur sacerdos cum populo Romano eiusque principibus ac civibus generosis, tum nautis et navibus, quae prae ceteris commemorantur, quod navigii Isidis festum erat, ac navigationem auspicabantur populus, denique omnia comprehenduntur, quae praeterea in potestate sunt populi Romani, ut anni fructus, messis similia. Hinc potius ad lectionem *quaequae sub imperio mundi nostratis reguntur* inclino, asyndeti vim bene intelligens.]

ὅλοις εὐεσία. Priusquam hanc meam qualemcunque emendationem lectoribus comprobo, necessarium est, ut sententias virorum doctorum enumerem, qui diversissima ratione de hoc loco iudicant. Primum intelligitur verba *populis missio*, quae in edd. permultis addita leguntur, exstirpanda esse, utpote quae nimium sapiant indoctam librarii manum, graeca verba latine explicantis. Colvius putat hic de ritu agi, in ecclesia veteri usitatissimo, ita ad populum pronuntiandi, excitans Tertull. de Anim. c. 9: *post transacta solemnia dimissa plebe*, qua in sententia praeivit Beroaldus cum aliis atque Alciato Parerg. VII. 10., qui multa proferunt de solemni formula, qua post sacra peracta indicabatur abeundi potestas, eamque firmari dicunt ex seqq.: *Quam vocem feliciter cunctis evenire signavit populi clamor.* Idem voluit Voss. p. 250. in Bibl. Lugd. Ed. pr. qui legebat *ΛΑΟΙS ΕΞΕΣΙΑ* i. e. *populis dimissio*, quia sequeretur: *ad suos quisque discedunt lares.* [De hac formula *ilicet* et similibus ut *ἰκὰς ἰκὰς ὅστις ἀλιτρὸς*, cf. Spanh. ad Callim. Hym. in Apoll. 2. in Cerer. 3. Suet. Ner. 34. et Michael. Ritium de reg. Francorum Lib. II. p. 539. quem Elm. excitat: *Antiquitus in illa vana deorum superstitione peracta re divina conversus ad populum sacerdos dicebat λαοῖς ἄφεσις* i. e. *populis missio, ut est apud Apuleium, quo verbo potestatem faciebat abeundi volentibus.* At iam Salmas. recte intellexit, haec pessima de ista formula dici sacerdotum, decessum populo imperantium. Omnia enim, quae antecedunt, aperte evincunt, de ritu sermonem esse atque de formula, quae toti populo Romano cunctisque quae eorum imperio continentur, praesertim navigationi bonum successum auspicetur, non de populi missione, quam sibi feliciter evenire suo clamore indicasse ille inepte tantum dici poterit. Hinc legit deleta voce *ita ΠΛΟΙΟΥ ΑΦΕΣΙΣ* i. e. *navis onerariae dimissio*, vel *ΠΛΟΥ ΑΦΕΣΙΣ navigationis initium*; cf. Salm. de Annis Climact. p. 268. Iablonsk. d. l. p. 442. Aliquando etiam Salmas. Plin. Exercitt. p. 177. ingeniose coniecit: ita *ΛΑΟΙΣ ΕΥΕΤΙΑ.* Sed rectius putat legi Oud. *ΠΛΟΥ ΕΥΕΤΙΑ* omissa *ita* vocabulo i. e. *navigationis bonus annus* ac felix proventus ab *ἔτος* (ut *εὐετία* hic dictum sit ut *annus* pro anni proventu cf. Cort. ad Lucan. III. 70. Intt. ad Plin. Panegyr. 31. §. 6. p. 147 sq. Arntz.) Hinc *dea Abundantia* graece *Εὐετηρία* in Inscriptt. Itin. Spon. T. II. p. 487. et Mus. Veron. p. 39. Vel etiam *ΠΛΟΥ ΕΥΕΣΙΑ* ab *εὖ εἶναι*, quae eadem *εὐθενία* vocetur, conf. Periz. ad Ael. Var. Hist. XIII. 1. et Intt. ad Thom. Mag. v. *εὐθενεῖν.* Haec certe sequentibus optime convenire et votis navigationi solemnibus, a qua maximus soleat redire proventus, abundantia et felicitas, unde in nummo Commodi de classe

Digitized by Google

790 feliciter cunctis | evenire signavit populi clamor insecutus. Exin gaudio delibuti populares thallos, verbenas, corollas ferentes, exosculatis vestigiis deae, quae

cunctis B. abest. *significavit* L. *clamor populi* f. *populi* non est in G. D. O. *exinde* G. P. D. frequentissima variatione. *talos* edd. vett. usque ad Colv. pro quo vir doctus ad marg. ed. Vic. meae emendavit *telas*. *thalamos* D. *corallos* R. f. *ferentes*. *Exoscul.* Ita distinguit Iunt. 2.

Africana e portu exeunte: *VOTIS FELICIBUS*, quem memoret Burm. ad Suet. Claud. c. 20 Spart. vit. Commod. c. 17. Mediobarb. in Numm. Comm. Tr. p. XI. Immo hanc Isidis navem *Salviam* nominari Maff. Mus. Ver. p. 90. et 252. ubi cf. etiam figuras huc facientes. [Ego quoque emendationem *ΠΑΟΥ ΕΤΕΣΙΑ* elegantissimam reciperem, nisi ei sententiarum quae antecedunt nexus obstare mihi videretur. Quum enim sacerdos non de sola dicat navigatione eiusque proventu, sed totum populum Romanum cum senatu atque equitibus suis precibus amplectatur, exspectamus vocabulum, quod ad omnes res personasque pertineat, quae in praegressis commemoratae sunt. Hoc *ΟΛΟΙΣ* esse mihi persuadetur, quod insuper a Mss. vestigiis quam minime recedit. De forma *ἰσία* pro *οὐσία* cf. Heind. ad Plat. Cratyl. p. 401. C. Sententia est apertissima, quam si probaveris, quanto iure in praegressis emendaverim *quaequae* videbis. Sic praeterea seqq. bene congruunt; hanc enim vocem cunctis feliciter evenire, populi clamorem signasse cuique intelligitur.]

quam vocem ... feliciter cunctis evenire. Altera lectio est *qua voce*, ac parum interesse pronuntiat Floridus, utro modo legatur. Utroque enim significari, hac voce fausta et laeta omnibus portendi, quod Isis dea per suum sacerdotem renuntiarit unicuique iam licere domum reverti sacris rite peractis, quibus fuerit propitia, hincque interpretatur *iucunde accidere*. Oud. vero accusativum improbat, quia nunquam dici queat *vox evenire feliciter?* Impersonaliter potius sumenda esse *feliciter evenire*; unde Oud. explicans: id hac voce denotari sc. feliciter cunctis evenire, signavit populi clamor, contra optimos codd. praetulit ablativum *qua voce*, ab Ruhnken. in textum receptum. [At Oud. sententiam loci neutiquam videtur perspexisse. Primum enim non offendo in dictione *vox mihi feliciter evenit*. Nam eadem ratione, qua Cic. de Div. I. 15. scribit *auspicia, quae sibi secunda evenerint*, i. e. quae in bonam sibi partem accidant, vox sacerdotis i. e. illud dictum feliciter evenire i. e. in bonam partem accidere et felicitatem portendere cunctis pronuntiari potest. Ut ibi *secunda* hic *feliciter* pro *felicem* positum est, de qua utraque constructione et adverbii et adiectivi ad vocab. *evenire* positi cf. Gron. ad Liv. XXIX. 18. §. 6. et Dr. ad eund. XXI. 21. §. 9. Sententia igitur est: Populi clamor et applausus aperte indicabant, haec verba iis semper prosperitatem ac fertilitatem afferre, iisque suas res bene procedere, non vero, ut Oud. voluit prosperum eventum hac voce denotari. Hinc optimorum codd. lectio retinenda est.]

thallos. Colvius haec adnotat: Thallus est thermes olivae, quo deorum aras spargebant. Glossae antiquae Philox. p. 189.: *sagmina θαλλὸς σπονδεία* Virg. Cir. 375. *pergit Amyclaeo spargens altaria thallo Regis Colchiacis animum defigere votis.* Athen. VII. *ἠρώτησεν Ἀφαιρή τὸν φέροντα τοὺς θαλλούς, τίνα τῶν ἡμέραν ἄγει καὶ τίς ἐστιν ἑορτή.* Senes olim in Panathenaicis pompa Minervae sacros thallos ferebant, qui *θαλλοφόροι* inde dicti. Iuncus vetus scriptor apud Stobaeum libro de senectute: *ὅτε τόμος αὐτοὺς ἐκείνους χειροτονεῖ τῇ Ἀθηνᾷ, ὡς φησι Ξενοφῶν ὁ φιλόσοφος, θαλλοφόρους.* Oud. conferri iubet Commentt. ad Hesych. Salm. Plin. Exercitt. p. 823. [cf. Iutt. ad Fest. v. *sagmina* p. 690. Lindem. Gloss. Vulc. p. 134. *sagmina ἱερὰ βοτάνη*, Vulc. ad Gloss. p. 60. 62.]

exosculatis vestigiis deae. [De more veterum, in adorationibus pedes deorum

Digitized by Google

gradibus haerebat argento formata, ad suos discedunt lares. | Nec tamen me 791
sinebat animus ungue latius indidem digredi, sed *intuitans* deae specimen pristinos casus meos recordabar.

haerebant L. Colv. Vulc. Wower. *herbat* Vicent. Venet. 2. *quaeque herebat* O. *formatas* in G. est errore librarii, qui linea ultimam litteram obduxit. Hinc errat Oud. *formatas* a p. m. esse pronuntians. *formata*. *Ad* lia distinguit Vicent. *discedunt* f. Ald. *descendunt* O. Bas. 1. *nec tamen me sinebat* F. 3. G. D. f. d., quod Oud. quamquam probatum Ruhnk. tamen non recepit, vulgatam secutus. *nec me tamen sinebat* coll. Voss. In cett. *nec tamen sinebat me*. *utique me latius* L. *ididem* O. *disgredi* f. *intentans deae specimen* O. P. L. R. f. q. d. Petrarch. *intentas deae* G. D. *intentus deae*, ceteri Mss. et edd. usque ad Colv. monente Oud. *intuitus* Vulc. 2. In cett. edd. est *intentus in*, ut in Elm. nec quicquam varietatis e cod. F. 3. adnotatum est. At puto *in* cum cett. codd. etiam in eo abesse. Vir doctus ad marg. edit. Vicent. meae pro *specimen* malebat *speciem*, ut ante eum Wow.

osculandi cf. Matth. Broner. de Vett. et Recentt. Adoratt. c. 25. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. II. p. 1019. et Lips. in Elect. II. 6. *Vestigia* pro ipsis pedibus dici docent Intt. ad Virg. Aen. V. 566. Catull. LXIV. 162. *candida permulcens liquidis vestigia lymphis.*]

haerebat. Satis inepte Colv. e Lips. cod. reposuit pluralem numerum, quasi soli deae pedes haesissent templi gradibus argento formati, et non tota ibi stetisset vel sedisset dea, ut patet e sqq. *intuitans deae specimen.* Recte igitur ceteri codd. et edd. praebent *haerebat.*

discedunt. Lectionem *descendunt* Colvius interpretatus est de gradibus templi, ad quod forte per eos adscensum esset, cui obloquitur Oud. quia addatur *ad suos lares* satis liquere dicens, auctorem non tam in animo habuisse illum descensum, quam domuitionem omnium et singulorum sese separantium, dum ad suam quisque domum discesserint. Errat vero vir doctus, si apud Ovid. Met. I. 381. ubi Thetis ait: *discedite templo et velate caput cinctasque resolvite vestes*, quod in seqq. 397. pro *descendunt velantque caput tunicasque recingunt, descendite* legere mavult. Singula enim exsecutionis verba verbis mandati ita melius convenire. [Mea quidem sententia haec verba accurate sibi non respondent, ut hinc emendari liceat. *Descendunt* in v. 397. probo ex optimis codd. pro *discedunt* emendationem librariorum esse, qui idem Oudendorpio sentiebant.]

ungue latius indidem digredi. Contra codd. usumque loquendi Apuleianum Sopingius ex cod. Lips. pro *utique ne latius* emendabat *utique hoc latius.* cf. Met. II. p. 133. *invita quod a se ungue latius digrederer*, X. p. 728. *nec eum ungue latius a se discedere passa est.* Alii *unguem latum, transversum discedere* dicebant; cf. Manut. ad Cic. Epist. ad Divers. VII. 25.

intuitans deae specimen. Fallitur Elm. et cum eo Heins. ad Val. Flacc. VII. 114. putans exhiberi in Mss. *intentus in specimem*, quod ex mera Wowerii coniectura in textum recepta remansit. Omnes enim quantum video codd. omittunt *in* praepositionem, unde mihi apertum est, in Florent. 3. quoque eam abesse, et oculorum errore quodam satis excusando a librario meo hoc esse neglectum. Plurimi codd. exhibent *intentans* quod exponit vir doctus quidam *frequenter inspiciens.* At rectius, inquit Oud., Colvius emendat *intuitans* vel Vulc. Ed. edit. 2. *intuitus.* Neque enim credo, quemquam in sententiam Pricaei iturum, qui emendabat *specimini*, quia vox *intentus* tum nostro, tum aliis saepe cum dativo iungitur. Hoc non verisimile est ita corrupturos fuisse librarios. Vide num legi possit. *intentus, deae specimen et pristinos casus meos recordabar.* sensusque sit, eum adtente cum pristinis suis casibus recordatum *augustum specimen deae*, quod ipsi in somno apparuerat p. 755 sq. et hoc quod in templi gradibus erat, bene contemplatum inter se comparasse. *Intentus* certe aliquoties absolute non adiuncto casu ponitur. Vide Burm. ad Suet. Caes. 65. *paratum et intentum;*

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

Nec tamen Fama volucris pigra pinnarum tarditate cessaverat; sed protinus in patria deae providentis adorabile beneficium meamque ipsius fortunam memorabilem narraverat passim. Confestim denique familiares ac vernulae quique mihi proximo nexu sanguinis cohaerebant, luctu deposito quem de meae mortis falso nuntio susceperant, repentino laetati gaudio, varie quisque mune-
792 rabundi ad meum festinant illico diurnum | reducemque ab inferis conspectum.

pennarum δ. solita confusione. *denique* non comparet in Coll. Voss. *narraverat. Passim confestim denique.* Ita distinguunt G. D. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Oud. huius rei ne monuit quidem. *quaeque* p. *quinque* P. G. D. *proxime* G. P. D. *sexu* Bas. 1. quam typothetarum mendam Iurpiter pro ipsa Apulei manu admisit Stewech. ad Arnob. VII. p. 149. ed. Lugd. *quae de* pro *quem de* L. *laetali* Bas. typothetarum errore. *nere* B. Operarum mendo in adnotatione Oud. p. habere *munerabundi* extat. Forsitan scribi debebat *numerabundi*, quod habent G. D. et sine dubio etiam P., quos tres codd. *minerabundi* legere perperam Oud. excerpta praebent. *diurnum* codd. fere omnes ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 2. Elm. Scriver. *diuturnum* f. cod. Petrarch. solita aberratione. *diutinum* Iunt. 1. Ald. Colin. Bas. 2. *durinum* L. *divinum* Venet. Bas. 1. Colv. Vulc. Wow. Pric. Florid.

Virg. Aen. V. 137. *intenti exspectant signum*, infra p. 800. *intentus mihi quiete ... obibam ministerium.* [Sall. Cat. VI. 8. XVI. 5. Iug. XL. 3. Caes. B. C. I. 58.] Immo et verbum *intendere* plus semel casu destitutum adhibuit, ut iam monuit N. Heins. d. l. [Sed improbabilis est Oud. coniectura. Ut transeam, particulam *et* contra codd. auctoritatem intrudi, ea quam assecutus est Oud.' explicatio verbis et sententiae Apuleii minime convenit. Non enim comparavit Lucius imaginem deae, qualis hic apparuit cum somnii specimine, quod gaudio animoque grato quasi exsultanti non conveniret, sed deae specimen adspectans statim in memoriam sibi revocavit casus suos et calamitates, quas sub asini forma perpessus erat, quibusque a dea erat liberatus. Hic igitur imaginis adspectus admonuit eum, quanta gratia habenda sit deae pro isto beneficio. Tum ut largiar, Oud. sententiam exprimere voluisse auctorem, quis hercle eam ex verbis: *deae specimen et pristinos casus recordabar* erueret? Quod solum probari potest, vidit Colvius, *intuitans* corrigens. Plerique enim codd. terminationem *ans* apertissime flagitant, quippe qui *intentas* scribant pro *intentās* i. e. *intentans* virgula omissa. *Intentans* vero probari non potest, ut sit *animum intendens* eadem ratione qua *intendere* absolute dicitur cf. Burm. ad Virg. Aen. I. 18., primum quod *intendere animum* non accusativo sed dativo ubique iungitur, tum quod *intentare* frequentativum ea significatione nusquam extat, denique quod *intendere animum specimini* pro adtente conspicere, perlustrare imaginem dici posse mihi non videtur. Hinc cum Colvio *in* textum recepi *intuitans*, quod vocabulum ab Apuleio formatum corruptelae ansam praebere librariis facillime poterat. Ita Oud. ipse Apuleio vindicavit frequentativum *porrixare* ad Met. X. p. 718. in fragmento isto obscoenissimo, ubi me vide, quod vocabulum alibi nusquam in usu est. De *specimen* vocis significatione cf. ad p. 752. Heins. et Burm. ad Val. Flacc. VI. 58. Auson. Parent. XXIII. 2. *amissi specimen qui genitoris eras.*]

Cap. XVIII. *nec tamen Fama.* [Eleganter Dea Fama ante aliquem volare et currere dicitur, cf. Oud. qui aliquot profert exempla. D'Orv. ad Charit. IV. 7. p. 457.]

diurnum reducemque. Diversissima ratione hunc locum turbarunt et librarii et interpretes. Brantius emendavit *redivivum* non dubitans pro vera lectione omnibus venditare. *Divinum* sive dopo

Digitized by Google

Quorum desperata ipse etiam facie recreatus, oblationes honestas aequi bonique facio, quippe cum mihi familiares, quoad cultum sumtumque largiter succederet, deferre prospicue curassent.

CAPUT XIX.

Affatis itaque ex officio singulis, narratisque meis *et pristinis* aerumnis et praesentibus gaudiis, me rursum ad deae gratissimum mihi refero conspe-

ipso et Coll. Lips. *ipsa et* Bas. 1. *aequi boni d. ad familiares* mera est librariorum merda in Bas. 1., quam acriter impugnavit Stewech. *succederent* B. *prospicue* F. 3. G. O. P. D. f. p. H. Scriver., ut legendum monuit Pric. cf. ad Met. I. p. 68. *et prospicue Deneas meus in me consulit*, ubi eadem est lectionis varietas. In cett. *perspicue*. Apagé igitur Stewechii coniecturam *percurassent*. *curassem* O.

affatisque ita G. P. D. *ita* L. *meis pro et pristinis* F. 1. 3. *meis et pristinis* G. P. D. f. d. O. Coll. Voss. idemque ex cod. F. 1. Oud. enotat, at in collat. Lindenbrog. aperte scribitur, ut dedi. Oud. per polysyndeton probat *et pristinis*, sed Ruhnk. editione sua particulam non recepit. *me refero* d.

divinitus datum quasi more deorum de coelo missum, uti iam Burmann. exposuit, arrideret Oud., nisi auctoritas codd. eum impediret. *Diurnum* vero quod Modius *in diem lucemque* interpretatur, Oud. explicat conspectum, quo Lucio ut homini diem rursus videre liceat, cuius tamen significationis exemplum desiderat. Nec *diuturnum* ei placet, nec *diutinum* caussis non additis. Hinc naturalis maxime et facillimae sententiae ei videtur esse Brantii coniectura *redivivum* vel N. Heins. *recidivum* ad Ovid. Fast. IV. 45. *ille dedit Capyi recidiva vocabula Troiae* cf. quos laudat Burm. ad Virg. Aen. IV. 344. [Hac vero emendatione nihil proficimus, quum vix putem exemplum proferri posse simili dictione: *conspectus redivivus* vel *recidivus* de eo qui inter vivos redit. Miror igitur Oud., qui totam locutionem insoliti quid sapere non intellexit. Quis enim porro unquam dixit *conspectum ab inferis reducem?* Nonne praeterea *conspectus redivivus et ab inferis redux* idem esset? Hinc igitur *diurnus* cum Mod. interpretor *in diem lucemque*, ut supra dixit Apul. Met. X. p. 698. *remeabit ad diem lucidam*. *Diurnum* enim omne est quod ad diem pertinet; *diurnus* igitur *conspectus* is nominatur, qui die quasi est, ut nocturni et diurni labores ii qui diu noctuque fiunt. *Diurnus* hic optime opponitur seqq. verbis *ab inferis reducem*. Locum excitant Intt. ad Fest. V. *postliminio*, quos cf. Totus vero locus commemorandus est, propter singulorum verborum qua ab Apuleio usurpata sunt insolentiam, quam vix apud poetam maiorem esse dixeris. Ita in seqq. *desperatam faciem* eam nominat, quam se unquam revisurum esse Lucius desperaverat.]

aequi bonique facio. Pric. explicat *oblationes excipio gratis verbis, ipsas autem reiicio.* Verum ista expositio adversatur sequentibus, ubi ait, se a familiaribus illis ipsis, de quibus hic sermo, abunde quae ad victum suppeterent accepisse. Sententia auctoris est: sese maximum quoque gaudium concepisse ex familiarium conspectu nec admodum fuisse commotum donis, quae tamen sive accepta sive non accepta, gratus in bonam accepit partem, ut haec formula loquendi semper usurpatur; cf. Met. I. p. 23. *istud quidem quod polliceris aequi bonique facio*, ad Met. VI. p. 386. *optimi consule.*

quoad cultum sumtumque largiter succederet. Stewech. emendavit: *cum mihi ad familiares, quod ad cultum sumptumque largiter suppeteret, deferre curassent;* vel *suppeditaret* ex usu scriptorum *suppeditare* et *suppetere* eadem significatione dicentium.

CAP. XIX. *narratisque meis et pristinis aerumnis et praesentibus gaudiis,*

Digitized by Google

[265] etnm, aedibusque conductis intra conseptum templi | larem temporarium mihi constituo, deae ministeriis adhuc privatis appositus, contuberniisque sacerdotum
793 individuus, et numinis | magni cultor inseparabilis. Nec fuit nox una vel quies aliqua visu deae monituque ieiuna, sed crebris imperiis sacris suis me

que post *aedibus* non comparet in O. *conspectum* O. D. *d.* Venet. 2. 4. Bas. 1. *consumptum* Iunt. 1. Ald. *consectum* Paris. *coceptum* f. *tempolarum* P. *temporalium* G. O. D. *constituto* G. P. D. f. Bas. 1. *mysteriis* Bas. 1. *priratus* Iunt. 1. Ald. *contuberniique* G. D. Coll. Voss. *indicium* G. P. D. *infixus* ex glossemate f. *dies* pro *quies* F. 1. *iussu deae* φ. *ei una* pro *ieiuna* F. 3. G. P. O. a m. p. D. L. In F. 1. *eius una.*

[Ita ex codd. peioris notae scripsi, quamvis intelligam, aliquid vitii in hoc loco latere. Quum enim optimi codd. Florent. *pro et pristinis* praebeant, necessario restituendum est vocabulum quod ad *meis* arctius pertinet, licet quid illud sit coniectura assequi nequeam. Disiungi enim non possunt verba *et pristinis aerumnis*, quibus in seqq. accuratissime respondent: *et praesentibus gaudiis.* Erat quum ego *priris* emendarem, syllaba *is* ex compendio ut fieri assolet super addita et a negligentioribus librariis postea omissa. *Pricis* significaret eximiis, singularibus cf. de hac voce ad Met. III. p. 184. At ipse me mihi non satisfacere confiteor. Hinc asterisco lacunam in textu insignivi.]

intra conseptum. Colv. haec adnotat: Ubi sacerdotes, aeditui, initiati habitabant. Rufin. Ecclesiast. Hist. II. 23. in descriptione templi dei Sarapidis: *iam vero in superioribus extrema totius ambitus spatia occupant exhedrae et pastophoria domusque in excelsum porrectae; in quibus vel aeditui vel hi quos appellant ἀγνεύοντας id est qui se castificant commanere soliti sunt.* Et vocabantur Pastophoria, a pastophoris sacerdotibus. Gloss. antiquae citante Turnebo *Pastophorium atrium templi aut sacraria* (Isid. Gloss. p. 691. Arab. Lat. p. 708.) *pontificum* vel *gazophylacium. Nam graecum est, quod idem est, quod cella domini.* Hieronym. in caput XXII. Esaiae accipit etiam Pastophorium pro thalamo, in quo habitabat praepositus templi. [Plura dabunt Intt. ad Arnob. VI. 6. *Daisas* et *Immarus fratres in Eleusinio consepto, quod civitati (?) subiectum est. Quid Celei virgines, non in Cereris Eleusiniae humationibus perhibentur affectae*, ita enim totum locum ex Ms. legendum esse reor. Pollux. I. §. 10. *οἱ ἀνειμένοι θεοῖς τόποι ἄλση τε καὶ τεμένη καὶ ἕρκη καὶ ὁ περὶ αὐτὰ κύκλος περίβολος.*]

deae ministeriis adhuc privatis appositus. [De hoc loco Guther. de Iure Pontif. I. c. 25. p. 50. haecce profert: Non omnes, qui sacris initiabantur, sacrorum obsequio despondebantur. Nam omnis dignitatis et ordinis turbae initiabantur. Sed e grege cetero sacrati capiebantur, qui in pastophorum collegium cooptarentur. Hi per annos quinque mysteria minora docebantur, antequam ad maiora transscenderent. Erant enim gradus in mysteriorum perceptione. Primus fuit *κάθαρσις* purificatio, qua delictorum expiationem de lavacro repromittebant; deinde sequebantur mysteria minora *κατήχησις* et informatio maiorum; postremus mysteriorum actus erat acceptio. Clare Plutarch. in vit. Demetr. 16. qui arguit Demetrium, quod uno eodemque tempore minora simul et maiora accepisset: *καὶ τὴν τελετὴν ἅπασαν ἀπὸ τοῦ μικροῦ ἄχρι τῶν ἐποπτικῶν παραλαβεῖ. Minora mysteria, privata* vocat Apuleius.]

nox una vel quies aliqua. In aliis esse *requies* perperam monuit Elm., qui *dies* ex Mss. Florent. 1. praeferre videtur. At Isis non apparebat Lucio eumque monebat de die sed de nocte et in somno sive quiete, per somnium. Idque manifestum est toto hoc libro. Alia res est p. 806. *nec dies nec quies ulla ac ne momentum quidem tenue*, ubi *quies* rursum somnum significat.

visu deae ieiuna. [Ex cod. Florent. 1. lectione *eius una* Brantius emendavit *eius vana* vel *vacua*, quod ni *ieiuna*

Digitized by Google

iamdudum destinatum, nunc saltem censebat initiari. At ego quamquam cupienti voluntate praeditus, tamen religiosa formidine retardabar, quod enim sedulo percontaveram, difficile religionis obsequium, et castimoniorum absti-

ac ego δ. retardabar F. 3. φ. Incert. Scriver. neque vere in Elm. editione, ut Oud. adnotat, in qua *renitebar* est. *retabar* F. 1. G. P. D. f. *recreabar* L. *retrahebar* O. π., quod Oud. prae omnibus placuit et a Rubnk. in textu positum est; *retinebar* Wow. Pric. ex Scioppii coniectura. *renitebat δ.* In cett. *renitebar*. *quid enim* p. *percunctaveram* Iunt. 1. Ald. Venet. 2. *castimoniarum* Florid. contra omnes codd. et edd. *absentiam* L. G. P., quam eandem scripturae varietatem iam

ceteris codd. aperte probaretur, spernendum non esset. *Ieiunus* hoc loco quamquam dictum est inusitata significatione, ut unum tantum Ciceronis Orat. 40. exemplum quodammodo conferri possit: *ieiunas igitur huius multiplicis orationis aures civitatis accepimus*, et accuratius Lucret. II. 844. *corpora succo ieiuna*, tamen nec haec insolentia notionis nec librariorum aberrationes criticum debent inducere, ut aliam vocem pro vulgata substituere tentet.]

retardabar. *Renitebar*, quod plurimae edd. mirifice amplexae sunt, ferri non potest in Lucio, *cupienti voluntate praedito*. Brantius emendabat *refragabar*, et Oud. praeferebat *retrahebar*, quo optimos quosque saepius usos fuisse significatione *revocandi* pronuntiabat. Ego ex optimis codd., qui vel aperte ita scribunt vel vestigiis scripturam indigitant, dedi *retardabar*, quod idem legitur infra p. 813. *ad istum modum desponsus sacris sumptuum tenuitate contra votum meum retardabar*.

quod enim. Pith. perperam habet *quid enim*. Non cepit etiam hanc locutionem Pricaeus, postea cogitatione addendum ratus *inaudiveram* vel *didiceram*. Sequentia cuncta pendent e verbo *percontaveram*. Ex loquendi usu Apuleiano *quod enim* nihil est, nisi *quoniam, si quidem, quippe qui* cf. ad Met. IX. p. 615. *quod enim rebar*. Minor distinctio ponatur post *retardabar*, quum plurimae edd. maximam posuerint. Id enim sententiarum nexus postulat.

percontaveram. [cf. Voss. Aristarch. T. II. p. 770. Eckst.]

castimoniorum abstinentiam. *Castimoniarum* Floridus dedit contra omnes codd. et edd. [et contra Gloss. Philox. p. 35. *castimonium ἁγνεια*; Gloss. Gr. Lat. p. 308. *castimonium ἁγνεία*; Gloss. Cyrill. p. 364. *ἁγνεία castitas castimonium*. Nec inducere eum debebat, quod aliis locis alteram terminationem Apuleius praetulit, ut Met. VIII. p. 588. *sacerdotum purissimam laudantes castimoniam*, et infra p. 816. *inanimae protinus castimoniae iugum subeo*.] Tum Oud. offendit in verborum connexu *castimoniorum abstinentia*, quam difficilem esse negat, sed potius *castimoniorum observationem*, ut interpretatur Floridus. Debuisse igitur dicere Apuleium: *castimoniorum tenacitatem*, ut p. 766. *quod si sedulis obsequiis et religiosis ministeriis et tenacibus castimoniis numen nostrum promerueris*. Hincque putat, voces *et castimoniorum* esse traiectas ac legendum: *difficile religionis et castimoniorum obsequium, abstinentiam satis arduam*; vel corrigendum *castam morum abstinentiam*. [Licet haec loquendi ratio satis mira sit, nihil tamen mutandum esse censeo. Non est enim genitivus quem dicunt obiecti, i. e. abstinentia, qua retinemur a castimoniis, sed abstinentia, quae in ipsis inest castimoniis, quae a castimoniis proficiscitur. De re cf. Guther. de Iur. Pontif. I. c. 25. in Graev. Thes. T. V. p. 49. Plurima ad hunc locum pertinentia dabunt Intt. ad Arnob. V. 16. apud Orell. T. II. p. 296 sq., ubi Canterus *castimoniorum abstinentiam* explicat rigidam abstinentiam ab omni cibaria voluptate, ab animalibus, a vino et simul a rebus illis temperatum; cf. infra p. 803. *illud plane cunctis arbitrio praecipit, decem continuis illis diebus cibariam voluptatem coercerem neque ullum animal essem et invinius essem*, ubi plura dicam;

Digitized by Google

nentiam satis arduam, cautoque circumspectu vitam quae multis casibus sub-
794 iacet esse muniendam. | Haec idemtidem mecum reputans nescio quo modo, quamquam festinans, differebam.

CAPUT XX.

Nocte quadam plenum gremium suum visus est mihi summus sacerdos offerre, ac requirenti, quid utique istud, respondisse, partes illas de Thessalia mihi missas, servum etiam meum indidem supervenisse, nomine Candidum. Hanc experrectus imaginem diu diuque apud cogitationes meas revolvebam quid rei portenderet, praesertim cum nullum umquam habuisse me servum isto nomine nuncupatum certus essem. Ut tamen sese praesagium somni porrigeret,

supra habuimus Met. X. p. 722. *prae abstinentia mariti*, ut optimi codd. praebent. Forsitan ex compendiorum confusione *abstiam* et *abstiam*. *tantoque* B. *circumsectu* Beroald. *metuendam* L. *minuendam* ed. pr. Vic. Venet. 2. *veniendam* Venet. 4. Bas. 1. *vice muniendam*. *Hoc* p. *indidem* Iunt. 1. Ald. *modo* non comparet in B. (ex compendio *quō* corruptum.) *defferebam* ð. *disserebam* Vulc. Wow. Pric.

at requirenti ð. edd. ante Colv. *illa* ð. *servum et meum* edd. vett. praeter Venet. 4. Paris. *hac experrectus imagine* G. P. D. L. f. ð. R. Colv. Vulc. Wow. Pric. *re* D. *protenderet* B. *pertenderet* P. *certus esse* O. *ait tamen* pro *ut tamen* Bas. 1. Oud. reposuit ex Pric. coniectura *utut*, et Ruhnk. obsecutus est. *somnii* G. D. f. Pric.

Intt. ad Iuven. VI. 535 sq. Schmidt. de Sacerd. Aegypt. p. 63.]

cautoque circumspectu. Bertin. habet *tantoque*, quod Scioppius probat interpretans *summo, magno*, qua significatione hoc vocabulum non raro poni cuique notum est; cf. Dr. ad Liv. II. 37. Sil. X. 234. Hoc tamen loco *cauto* probum esse docét Pric. ex Gell. XIII. 26. fragmento Panaetii: *vita hominum ... negotia periculaque ex improviso assidua quotidianaque fert. Ad ea cavenda atque declinanda perinde esse oportet animo semper prompto et intento, ut sunt athletarum qui pancratiastae vocantur. Nam sicut illi ad certandum vocati proiectis alte brachiis circumsistunt et os suum manibus oppositis quasi vallo praemuniunt, membraque eorum omnia, priusquam pugna mota est, aut ad vitandos ictus cauta sunt aut ad faciendos parata; ita animus atque mens viri prudentis ... omni in loco atque in tempore prospiciens debet esse.* [De *circumspectus* cf. Intt. ad Amm. Marcell. XIV. 6. §. 6.]

muniendam. Diverso modo hunc locum in dubium vocarunt interpretes. Stewech. emendat *vivendam*, quod ex vetusta scribendi ratione *veivendam* corruptum sit, Brantius eadem antiquitatis prurigine captus *moeniendam*. Sed meae sunt aberrationes librariorum et typothetarum *metuendam* et *minuendam* et *veniendam*. Nihilominus Oud. a lectione *moeniendam* non alienus est, quo voc. Gellium saepe usum esse docet ex XII. 4. XIII. 27. [Ita apud Front. de Feriis Alsiens. p. 212. ed. Mai. *commoenire*. *Muniendam* legendum esse defendit Gellii locus modo excit.]

Cap. XX. *hanc experrectus imaginem.* Qui hunc usum loquendi non intelligebant interpretes, emendabant *hac imagine*. At iungit auctor priori verbo *revolvebat imaginem* per syllepsin. Subintelligitur enim rursus, *quid rei portenderet* haec imago. Sic passim solent politissimi scriptores, cf. Oud. ad Hirt. B. Afr. c. 20. *sagittas uti fierent curare*. [Munker. ad Hygin. p. 95. ed. Staveer.]

ut tamen sese porrigeret. [Minus recte secutus mihi videtur esse Oud. Pric. sententiam, qui pro *ut: utut* legi voluit. Quantum enim video, Apuleius nunquam duplici *ut* utitur vel iis in locis, ubi pro *quomodo, utcunque* positum est; at fere omnes edd. suo more *utut* iu-

lucrum certum modis omnibus significari partium oblatione credebam. Sic anxius et in proventum | prosperiorem attonitus templi matutinas apertiones 795
opperiebar. Ac dum velis candentibus reductis in diversum deae venerabilem conspectum apprecamur, et per dispositas aras circumiens sacerdos rem divinam

luctum cod. Petr. *cretum* D. *omnibus* non comparet in Iunt. 1. 2. Aldin. *patrium* pro *partium* F. 3. G. D. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *patrum* P. *patriam* L. *oblationem* G. D. *in modum prosperiorem* p. *in provectum* f. *in perventum* Edd. Scriverii, qui ibidem male contra omnes Mss. edidit *adtentus*, licet id margini sui libri adieverit quoque Gruter. Est enim Scioppii emendatio. *Adtonitus* significat cum stupore esse adtentum; cf. Pric. et dict. ad Met. IV. p. 287. *huic me operi adtonitum. valvis* B. edd. vett. ante Colv. praeter Iunt. 2. quae habet *valvis velis*, utramque lectionem iungens. *de ullis* p. *ac dum l'* (i. e. *vel*) *candentibus* D. corruptissime. *deo d. complexum* P. *complectum* G. D. *et* ante *per dispositas* carent Elm. Scriv. Florid. At in codd. et cett. edd. omnibus legitur. *per* non est in F. 1. (certe Lindenbrog. nihil varietatis adnotavit) G. P. D. L. Colv. Vulc. Wower. Pric. Agnoscunt eam F. 3. O. p. B. f. d. et edd. priores, Elm. Scriver. Florid.

trudunt, cf. de Deo Socrat. p. 165. *verum enim vero ut ista sunt*, ubi Stewechii emendationem *utut ista sunt* plurimi Edd. secuti sunt, et Apol. p. 498. *verum enimvero ut ista sese habent*, ad quem locum me vide. Nec me offendit, quod coniunctivus positus est, qui ceteris locis non invenitur. Explicationem eius vide apud Intt. ad Cic. Tusc. I. 29. §. 70. Gronov. et Dr. ad Liv. II. 2. 1. VII. 13. 7. Beier. ad Cic. de Off. I. 27. §. 94.]

praesagium somni. [*Somnii* praetulit Pric., improbatus Oudendorpio, qui *somni praesagium* esse *somnium* recte pronuntiat. Ita p. 797. *sollertiam somni tum mirabar vel maxime.* Fere semper enim inter se confunduntur *somnus* et *somnium* ob affinitatem et litterarum et significationis; cf. Burm. ad Virg. Aen. I. 351. Dr. ad Liv. VIII. 6. Fronton. de Fer. Als. p. 214., ubi mirifice cod. Palimps. habet: *milites somno vincerent, imperatores somnio triumpharent*, quo loco *somnio* restituendum esse iam Mai. vidit.]

templi matutinas apertiones. [Porphyr. de Abst. IV. p. 374. ed Lugd. *καὶ ταῦτα δεικνύντες ἐν τοῖς ἱεροῖς, ὡς που ἔτι καὶ νῦν ἐν τῇ ἀνοίξει τοῦ ἀγίου· Σαράπιδος ἡ θεραπεία διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος γίνεται, λείβοντος τοῦ ὑμνῳδοῦ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ πῦρ φαίνοντος, ὁπηνίκα ἀνεστὼς ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῇ πατρίᾳ τῶν Αἰγυπτίων φωνῇ ἐγείρει τὸν θεόν.* Plura dabunt Intt. ad Arnob. VII. 32. apud Orell. T. II. p. 434. et Guther. de Vet. Iur. Pont. IV. 1. l. c. p. p. 173.]

velis candentibus. Male vulgo legunt *valvis.* Oppansa olim vela aris et statuis, quae adducta a profanorum conspectu eas tuebantur, reducta revelabant. Apuleius infra de initiato p. 805. *Sic ad instar Solis exornato et invicem simulacri constituto repente velis reductis in adspectum populi errabam;* Tertull. Apolog. *solis enim sacerdotibus adire licitum, et conspectus ceterarum velo oppanso interdicebatur;* Themist. Epitaph. *ὁπότε δὲ ὁ προφήτης ἐκεῖνος ἀναπετάσας τὰ προπύλαια τοῦ νεὼ καὶ τοὺς χιτῶνας περιστείλας τοῦ ἀγάλματος καλλύνας τε αὐτὸ καὶ ἀποσμήξας πανταχόθεν, ἐπιδείκνυ τῷ μυουμένῳ μαρμάρινόν τε ἤδη καὶ αὐγῇ καταλαμπόμενον θεσπεσίᾳ ἥτε ὁμίχλη ἐκείνη καὶ τὸ νέφος ἀθρόον ὑπερῴήγνυτο καὶ ἐξεφαίνετο ὁ νοῦς ἐκ τοῦ βάθους, φέγγους ἀπάπλεως καὶ ἀγλαΐας ἀντὶ τοῦ πρότερον σκότου. Ἀφροδίτη δὲ παρῆν δαδιαχοῦσα καὶ χάριτες συνεθίγγανον τῆς τελετῆς· τὸ μὲν οὖν πρόσωπον καὶ τὸ σχῆμα ὅλον μόνον δῆθεν ἐπῆν Ἀριστοτέλους τοῖς μυστηρίοις. Ἅπαντα δὲ ὅμως συνανεώγνυτο τῶν σοφῶν τὰ ἀνάκτορα καὶ συνεπωπτεύσας ἂν τὰ ἱερὰ* etc. Plaut. Querul. *Isti sunt, qui in fanis et in sacellis observant vela*, cf. Lips. Elect. II. 18. [Pignor. de Serv. in Polen. Suppl. Thes. T. III. p. 1280.]

et per dispositas aras circumiens sacerdos rem divinam procurans. [Probat Oud. praepositionem *per*, quod non

Digitized by Google

procurans supplicamentis solemnibus deae e penetrali *fontem* petitum spondeo

procurnns F. 3. ex correctione. In contexta est *procurat*. *protarat* P. In cett. *procurat*. *deae penatr*. F. 1. 3. G. P. O. D. p. *f.* ð. B. In cett. *de penet*. *penetrabili* B. p. *fontem* Lips. Schickerad. Edd. Pric. et Wower. *spondeon* Venet. 4. Par. Iunt. 1. 2. Ald. Bas. Vulc. 2. *spondeum* Colin.

iungenda sint *circumiens dispositas aras*, sed *procurat supplicamentis solemnibus rem divinam per dispositas aras*, quae verborum coniunctio minus mihi arridet, quum *circumiens* tam absolute positum moleste tantum explicari possit, ac plane superfluum esse videatur. Nihilominus ego *per* cum optimis codicibus retineo, *circumiens* cum *per dispositas aras* coniungens. Quos vero affert Oud. loci nihil faciunt ad hanc sententiam firmandam Apul. Met. XI. p. 800. *quantoque sumptu deberem procurare supplicamentis;* Virg. Aen. II. 501. *per aras Sanguine foedantem quos ipse sacraverat ignes;* IV. 56. *pacemque per aras Exquirunt.* Cur Elm. Scriv. et Florid. copulam *et* ante *per* omiserint quamquam bene intelligi potest, tamen contra omnes egerunt codd. et priscas edd. Rectius quidem abesse ea debebat, quia sententiarum nexus postulare videtur, *procurat* et *libat* inter se coniungi. Ita vero *apprecamur* et *procurat* connectuntur, et *libat* inter se coniungi. Ita vero *apprecamur* et *procurat* connectuntur, et *libat* inepta ratione separatur. Quod intelligens Oud. *et* omittendum et in seqq. *deque* pro *deae* legendum esse censet. Ego ex optimo codice Florent. 3. locum plane aliter constituo. Hic enim *procurans* habet ab eadem manu correctum. Saepius vero a me demonstratum est, emendationem *eiusdem* manus mihi videri esse veram loci lectionem eam ob caussam, quia librarius suam quam exspectaverat scripturam quum non extare videret, commoveri debuit, ut restitueret genuinam. Tum *procurans* sine dubio difficilior est lectio, ut *procurat* potius quam *procurans* a manu emendatrice profectum videatur esse. Antiquam vero esse emendationem non solum F. 3. sed ceteri quoque codd. probant, qui mirifice omnes in ea lectione perseverant. Hinc totus locus ita legendus et distinguendus est: *ac dum velis candentibus reductis in diversum deae venerabilem adspectum apprecamur, et per dispositas aras circumiens sacerdos rem divinam procurans supplicamentis solemnibus deae e penetrali fontem petitum spondeo libat: rebus iam rite consummatis inchoatae lucis salutationibus, religiosi primam nuntiantes horam perstrepunt.* Ita omnia bene cohaerent. Participium *procurans* vel artissime coniungi potest cum *sacerdos*, ita ut sit, qui procurat, vel haec duo participia copula non addita ponuntur, qui loquendi usus Apuleio est paulo frequentior; cf. ad Met. III. p. 179. Prius tamen magis probo, quod *sacerdos* inter utrumque participium positum est. Tum *apprecamur* cum Oud. non de solo Lucio intelligendum est, sed de aliis quoque, qui cum eo matutinas templi apertiones opperti erant. Dum hae preces et deorum supplicamenta fiebant, populus perstrepebat. De voc. *supplicamentum*, pro quo Apuleius supra habet *supplicium*, usu ac significatione cf. Orell. ad Arnob. in Add. p. 72. Est praesertim Afrorum proprium. Significationem *poenae, cruciatus* ei tribuit Tertullianus de Fuga in persecut. 9. *Timor non est in dilectione; sed enim perfecta dilectio foras mittit timorem; quia timor supplicamentum habet, utique ignem stagni.* Versio est loci Ioann. 4, 18., ubi Vulgat. praebet: *quoniam timor poenam* habet.

deae e penetrali fontem petitum spondeo libat. [Hanc lectionem in textum recepi partim codd. partim optimam Lipsii et Schickeradi coniecturam secutus. Optimi enim codd. praebent *deae*, unde Oud. emendabat *deque*, *que* eadem ratione in *ae* abiisse censens, qua in seqq. *ae* in *quae*, quod tamen verisimile

libat: rebus iam rite | consummatis, inchoatae lucis salutationibus religiosi 796
primam nuntiantes horam perstrepunt. Et ecce superveniunt de patria quos ibi reliqueram famulos, cum me Fotis malis incapistrasset erroribus, *ac cognati*,

saltationibus Iunt. 1. 2. Ald. *solutionibus δ. veniunt* pro *superveniunt* O. *famuli* B. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 1. 2. Ald. In cett. *famulos*, cf. ad Met. VI. p. 419. *fortis* G. *fotidis* p. f. δ. *cum nostre foeatis malis incapistrasset encoribus* D. corruptissime.

non videtur. Ego cum codd. retineo *deae*, e ex coniectura addens, quod propter duplicem eandem litteram praecedentem facile omitti poterat. Si quis *de* adiicere velit, non impedio, quum praepositio propter antecedens vocabulum *dee* oculos librariorum effugere potuerit. Hanc posteriorem explicationem adiuvat locus Met. IX. p. 598. *vas immane confestim aquae perlucidae de proximo petito fonte. Deae* vel cum *penetrali* coniungi potest vel cum *libat;* posterius magis placet, praesertim quum per se pateat, *penetrale* esse deae sive eius templi penetrale.] Dein *fonte petitum spondeo* mordicus retinent omnes Mss., unde eo descendunt nonnulli edd., ut *liquorem* subintelligant. At talis ellipsis videtur durissima potiusque accedo Lipsio et Schickeradio, legendo *fontem* s. *fontanam aquam.* Nam male omnino Beroald. quique eum sequuntur edd. reposuere *spondeon* et peius Colin. *spondeum.* Quis unquam credat, *petitum spondeon libat* significare *calicem expromit eoque libat*? Instrumentum, quo libatur semper poni debere casu ablativo demonstratum est ad Met. VIII. p. 540. *Σπονδεῖον* alio sensu sumi nequit cf. Hesych. et Suid. s. v. *σπονδεῖα ἀγγεῖα, ἐν οἷς σπένδουσι* Clem. Alex. VI. p. 758. ed. Ox. Isidis *στολιστὴς ἔχει σπονδεῖον.* Stulti fuere qui *σπονδεῖον* hic ceperunt de carmine sacrificali, si vera tradit Beroald. [Nonnulla dixi supra ad p. 775. *et alius ferebat amphoram* et *idem gerebat et aureum vasculum, in modum papillae rotundatum, de quo lacte libabat. Fontem* pro fontis aqua dici demonstrant Intt. ad Virg. Georg. IV. 376. Aen. XII. 119. *fontemque ignemque ferebant.* Ex hoc more Isidi aquam libandi puto Boettiger. Sabin. I. p. 245. explicuisse Iuven. VI. 527, quem V. D. hic locus effugit.]

inchoatae lucis salutationibus. Colv. haec adnotat: Ex hoc ritu intelligendus Senec. Epist. XCV. §. 47. *vetemus salutationibus matutinis fungi et foribus assidere templorum, humana ambitio istis officiis capitur. Deum colit qui novit;* Arnob. VII. 32. *quid sibi volunt excitationes illae, quas canitis matutini collatis ad tibiam vocibus? Obdormiscunt enim superi, remeare ad vigilias ut debeant? Quid domuitiones illae, quibus bene ut valeant auspicabili salutatione mandatis? Somni enim quiete solvuntur, occuparique ut hoc possint, lenes audiendae sunt naeniae*? Tertull. de Ieiun. *Unde et qui in idolis comendis et in hac re ornandis et ad singulas horas salutandis adulantur, curationem facere dicuntur.*" Infra p. 811. *et illico deae matutinis perfectis salutationibus.* cf. Intt. ad Suet. Ner. 78. [Cupert. Harpocrat. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. II. p. 466. Brouer. de Vet. ac Recentt. Ador. c. 6. ibid. p. 955 sq. et 967 sq. Intt. ad Cic. de Nat. Deor. I. 28.]

incapistrasset. [Non recte intellexit Colvius hunc locum ita interpretatus: Sic Aristaenet. I. 18. *τοὺς νέους κακοτεχνεῖν*; Virgil. Ecl. VIII. 41. *ut me malus abstulit error*, ubi Servius: *amor errare plerumque impellit. Incapistrare* hic ut apud Iuvenal. VI. 43. *maritale capistrum*, simili figura supra II. p. 98. *amoris pedicis illigare* et VII. p. 448. *amoribus animum irretire.* [Hanc explicationem multi viri docti secuti sunt, ut Heins. ad Advers. III. 4. p. 424. ad Ovid. Met. X. 342. ad Amor. I. 10. 9. Quam Floridus sua interpretatione expressit explicationem ea sola vera est: *post-*

scilicet famulos meos nec non et equum quoque illum meum reducentes, quem
797 diverse distractum notae | dorsualis agnitione recuperaverant: quare solertiam somni tum mirabar vel maxime, quod praeter congruentiam lucrosae pollicitationis argumento servi Candidi equum mihi reddidisset colore candidum.

cognitis scilicet famulis meis codd. plurimi et edd. *cognatos scilicet famulos meos* B. *famulos* non est in p. *aequum* Vicent. *reducentes* F. 1. 3. G. P. O. D. p. R. *d.* et B. teste Elm. Sed in collat. Modiana varietatis nihil enotatum est. *cognitio* P. *varie* pro *diverse* B. ex glossemate. *diversae* edd. quaedam. *districtum* f. *nocte* pro *notae* G. D. P. *cognitione* B. p. *d.* edd. ante Colv. *agitatione* L. Colv. Vulc. 1. In cett. *agnitione*. *recuperaverunt* Venet. 4. Paris. *sōitum* G. D. *tum* abesse in P. adnotat Oud. *tamen* pro *tum* B. *praeter* exulat a f., pro quo *propter* habet *d.* *lucrosque* G. P. O. L. f. *d.* quod Brant. defendit ex Non. p. 210. Ed. Merc. a nominativo *lucrus*. *lucrosasque* D. *reddidissent* O. *respondissent* G. D. P. [etiam in excerptis ad marg. ed. Colv., unde error mihi exortus videtur esse Oud., qui scribit in B. legi *respondissentque*. In variis enim lectionibus ad marg. ed. Colv. scriptum est *respondissent* p. qua littera signatur cod. Palatinus, quod *que* legens Oud. ad Bert. pertinere putavit.]

quam Fotis me ad capistrum adegisset malo suo errore, et Rodius: *Als Fotis aus Versehn mich zum Langohr gemacht. Mali* nominantur errores, quia per venena et incantationes committebantur. cf. ad Met. II. p. 86. *malis artibus*.]

ac cognati, scilicet famulos meos ... reducentes. Hanc lectionem ex mea qualicunque coniectura dedi. Wower. vel potius Schickeradus *cognatis sc. famulos meos ... reducentibus* correxit, quam emendationem fere omnes Edd. secuti sunt. Sed recte iam vidit Oud., lectionem codd. *reducentes* interpretes admonere debuisse, non verum esse *cognatis reducentibus*. Hinc emendavit ipse: *cognatos scil., famulos meos reducentes*, ut *cognatos* coniungeretur cum *reliqueram* deleto illo *famulos* quod antecesserat. Vel etiam simplicius *cognati sc.* superveniunt. [Coniecturae Oud. obsistit vocabulum *reliqueram*, ad *cognatos* minime aptum. Is enim non reliquerat cognatos, quia antea secum non duxerat, vel si alia ratione explicare velis de eo, qui ab iis discessit, superfluum plane est additamentum. Hinc puto, eos codd. corruptos esse, in quibus prius voc. *famulos* deest, non eos in quibus bis legitur. Ego corrigo *ac cognati, scilicet famulos meos nec non et equum ... reducentes*. Primum corruptum est *cognati* in *cogniti*, tum adhaesit littera *s.*, quo compendio *scilicet* significatur, voci *cogniti*, unde *cognitis* corruptum est, quo facto necessarium erat, *famulos meos* commutaretur in *famulis meis*. Sententia apertissima est. Sunt tamen qui hunc locum altiore laborare vulnere dicant, quia in praegressis iam de *cognatis* et *familiaribus* fama excitis ad Lucium venientibus sermo fuerit; p. 791. *confestim denique familiares ac vernulae quique mihi proximo nexu sanguinis cohaerebant .... ad meum festinant illico conspectum*. Hic vero de Thessalia sermo est, quam regionem patriam nominat, quippe quae maternae originis esset prosapia; cf. Met. I. p. 11. Hinc recte vertit Rodius: *Meine mütterlichen Anverwandten brachten sie mir nebst dem Pferde*.]

notae dorsualis agnitione. Notam hanc dorsualem Beroaldus existimat fuisse *naturalem*, Pric. vero *factiticiam*, quod posterius mihi cum Oud. praestabilius videtur esse. Est igitur inustus character. Pric. confert Isid. Origg. XX. 16. 7. *character est ferrum coloratum, quo notae pecudibus inuruntur*. Virg. Georg. III. 158. *continuoque notas et nomina gentis inurunt*. Commentt. ad Auson. de Cl. Urb. III. 11. *qualis insita solet generis nota certa*. [Plurima huc pertinentia dabit Argol. ad Panvin. de Lud. Circ. in Graev. Thes. T. IX. p. 142; cf. Voss. Etym. s. v. *gnarus*.]

CAPUT XXI.

Quo facto idem sollicitus sedulum colendi frequentabam ministerium, spe futura beneficiis praesentibus pignerata. Nec minus indies mihi magis magisque accipiendorum sacrorum cupido gliscebat, summisque precibus primarium sacerdotem saepissime conveneram petens, ut me noctis sacratae tandem arcanis initiaret. At ille vir alioquin gravis et sobriae religionis | observatione famosus [267]
elementer ac comiter, et ut solent | parentes immaturis liberorum desideriis 798
modificari, meam differens instantiam, spei melioris solatiis alioquin anxium mihi permulcebat animum. Nam et diem quo quisque possit initiari deae nutu demonstrari, et sacerdotem qui sacra debeat ministrare eiusdem providentia

sollicito B. Vera videtur Oudendorpio Pricael aliorumque coniectura *sollicitius*, quam ex loco Apol. p. 382. *ut bonus quisque sollicitius cavet* defendit. Ego assentior. *spe futuri* φ. et edd. inde a Beroald. In cett. Mss. et edd. primis *futura*. *praesentibus* non est in R. f. *pignorata* δ. solita aberratione. *glissebat* F. 3. *summarium* B. ex interpretatione. *noctis sacratae* F. 1. 3. O. R. f. δ. p. Elm. Scriv. Florid. et de Oud. sententia Ruhnken. *noctis sacrae* ex glossemate B. et edd. ante Colv. *noctis socia* P. teste Wow. *sociate* G. D. et P. (teste Elm. et in excerptis ad marg. ed. Colv.) *societate* Colv. Vulc. *noctis arcanae tandem sacratis initiaret* Ms. Sciopp. (Fulv. *sacris* pro *sacratis.*) *noctis arcanae sacris* Wow. Pric. Brantius coniecit *noctis opacitate*. *sobria* mavult Piccart. Peric. Crit. c. 16., adiectivi enallagen non perspiciens, Apuleio quam usitatissimam. *communiter* O. solita variatione. *meam differens* exulare in G. et P. testatur Oud. Sed codicis G. et D. corruptela maior est, totum locum ita habentium: *ut solent immaturis liberorum desideriis instantiam spei melioris*, hincque verisimile est in P. quoque verba *parentes*, *modificari* et *differens meam* abesse. Haec vero corruptela quomodo exorta sit, intelligere nequeo. *in eam differens* π. *sollatus* P. *Solatiis* autem vox non iungenda est *anxium* adiectivo, sed *spei melioris solatiis permulcebat mihi animum alioquin anxium*. *miche* D. *quisquis* δ., quod quamquam eodem redit, tamen cum Oud. non probaverim. Nec obsecutus est Ruhnk.

Cap. XXI. *accipiendorum.* Ex Graeco *παραλαμβάνειν τὰ μυστήρια* cf. Herald. ad Arnob. V. p. 169. (209.) *sumentes initia* [Salm. ad Spartian. Hadr. c. 13. p. 117.]

primarium. Tertull. Apolog. c. 8. *Atqui volentibus initiari moris est, opinor, prius patrem illum sacrorum adire, quae praeparanda sint describere.*

famosus. [Hoc adiectivum inter ea quae *media* vocant Latini pertinet, modo in bonam modo in malam partem adhibita. Hinc Met. IX. p. 627. *famosa castitate matrona* pro excellenti, illustri dicitur, quo sensu etiam Graeci ambigue *περιβόητος* usurpant cf. Hesych. s. v. *περιβόητος ὁ ἐπὶ κακοῦ ἢ ἀγαθοῦ φήμην ἔχει.* Gloss. Vulc. p. 50. *famosus* ἄφημος cf. Barth. Advers. XXXIV. c. 15. p. 1573. Buenem. ad Lact. Institt. III. 15. 18. p. 346. Ruhnk. Dict. ad Suet. Calig. 19. p. 265. Doederl. Synonym. T. IV. p. 202. Duk. ad Flor. III. 7. p. 508. Ita apud Tertull. ad Mart. c. 5. *Certe ad feras ipsas affectatione descendunt et de morsibus et de cicatricibus famosiores sibi videntur* legendum est, pro *formosiores*, quum alterum magis affectationi gloriae conveniat.]

deae. Pric., excitat Clement. ad Corinth.: *πάντα τάξει ποιεῖν ὀφειλόμενος ὅσα ὁ δεσπότης ἐπιτελεῖν ἐκέλευσεν κατὰ καιροὺς τεταγμένους, τάς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι καὶ οὐκ εἰκῇ καὶ ἀτάκτως ... ἀλλ' ὡρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις, ποῦ τε καὶ διὰ τίνων ἐπιτελεῖσθαι θέλει αὐτὸς ὥρισεν τῇ ὑπερτάτῃ αὐτοῦ βουλήσει, ἵν' ὁσίως πάντα γενόμενα εὐπρόσδεκτα εἴη τῷ αὐτοῦ θελήματι.* Theophyl. ad Roman. 12. 2. *πολλὰ ἀγαθὰ ὄντα οὐκ εὐάρεστά εἰσιν, ἢ παρὰ τὸν καιρὸν ἢ παρὰ τὸ πρόσωπον οἷον τὸ θυμιᾶν τῷ θεῷ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλ' ὁ Ὀζίας ποιήσας οὐκ εὐηρέστησε· καὶ καλὸν οὐν τὸ ταῖς μαθηταῖς τὰ μυστήρια πιστευθῆναι, ἀλλὰ πρὸ καιροῦ οὐκ εὐάρεστον.* [cf. Guther. de Vet. Iur. Pontif. I. 25. in Graev. Thes. T. V. p. 49. cf. infra p. 800 sqq.]

deligi, sumtus etiam cerimoniis necessarios simili praecepto destinari. Quae cuncta nos quoque observabili patientia sustinere censebat, quippe cum aviditati contumaciaeque summe cavere, et utramque culpam vitare, ac neque vocatus morari, nec non iussus festinare deberem. Nec tamen esse quemquam de suo numero tam perditae mentis vel immo destinatae mortis, qui non sibi quoque

diligi p. cf. ad Met. VII. p. 476. *dirigi* G. D. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) *sumtis d.* p. *destinaret* p. *quoque* in G. contexta non est, sed in marg. ab eadem manu scriptum. *censebat a.* suadebat cum auctoritate. *Censebat quippe cum* non comparent in Venet. 4. Bas. 1. Paris. *aviditate* F. 1. *adiudicati* G. D. *summae* Bas. Scriver. *irritare* G. P. D. *ne d. f. debere* Iunt. 1. 2. Ald. *quisquam* O. *quamquam* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. *numero* deest in p. *vel* perperam exulat *d.*

aviditati contumaciaeque summe cavere. [Difficillimum ea de re est iudicium. Latinam enim vulgatam esse negat Oud., hinc vel elapsam esse praepositionem *ab* vel lineolam pro *m* existimans. De constructione cum ablativo iam dictum est ad Met. VIII. p. 555., quo loco rectam eam esse demonstravi, codd. auctoritate non mediocriter commotus. Itaque qui obiter rem tractabit, hic forsitan cum Florent. 1. *aviditate contumaciaque* emendabit, quod posterius necessario in *contumaciae* corrumpebatur a librariis, postquam *aviditati* legi coeptum est. Praeterea qui audacior est, *contumacie* scribere possit, a terminatione *contumacies*, quam utramque declinationem apud optimos quosque variare notum et a me in his libris saepius adnotatum est. At eadem ratione, qua loco citato pertinaciter in lectione *qua clade* haerebam, hic quoque *aviditati contumaciaeque* defendere maluerim, dativumque pro ablativo cum praepositione *a* adiuncto vel accusativo retineo. Proficiscendum enim erit a dictione *cavere malo* pro *a malo* vel *malum*, quam frequentem esse Plauto lexica demonstrant, ut Plaut. Casin. II. 6. 59. Bacch. I. 2. 39. cf. Petr. c. 82. p. 526. Burm. ibique Intt. Priap. 52, 12. *quare qui sapiet malo cavebit*, ubi tamen hodie *malum* peius mea quidem sententia praeferunt. At in ambiguo versamur, *malo* utrum ablativus an dativus sit, quod prius probare quis possit ex loco Apuleii supra excitato. Nam nisi egregie fallor, hac tantummodo locutione *cavere* ita construitur, ita ut ex terminatione ipsa decerni non liceat. Analogia tamen verbi *vitare*, quod cum dativo aperte a Plauto construitur Cas. II. 2. 35. *Insipiens semper tu huic verbo vitato abs tuo viro!* CL. *cui verbo?* quum locus Prol. Poenul. 25. *vitent ancipiti infortunio* (cf. Curcul. II. 3. 19. *vitent infortunio*) in eandem dubitationem vocari possit, mihi sat superque evincit, *malo* esse dativum eumque hic quoque esse retinendum. In eo tantum Apuleius a solito loquendi comicorum usu recessit, quod non *malo* usus est, sed alio vocabulo, quod eadem ratione construebat. Nec longius abest constructio verborum *propugnandi* et *pugnandi* cum dativo, de qua accuratius egi ad Met. VII. p. 500. *arcere morsibus misello puero potueris.* Ut igitur breviter sententiam meam proponam et ablativum et dativum asciscere posse verbum *cavendi*, significatione *declinandi*, *evitandi* persuasum mihi quidem est.]

neque vocatus ... nec non. [Hunc locum commemoravit Cort. ad Lucan. VII. 112., ut coniecturam *sed neque crimen erit nec gloria* firmaret. Particularum *nec-neque* se excipientium usus notissimus est; cf. eund. ad Lucan. I. 350.]

sibi iubente. Notandum est *iubere* hic cum dativo pro *imperare*, *praecipere* constructum esse, ut Claud. Rufin. II. 155. *Hispanis Gallisque iubet*, Consul. Stil. II. 85. *ipsa iubet signis*, cf. dictat. Oud. ad Suet. Vespas. 8. [Munk. ad Hygin. Fab. 55. p. 119. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. VIII. 752. Intt. ad Cic. de Nat. Deor. III. 31. Intt. ad Petron. c. 71. p. 458, qui totus locus corruptus ita emendandus est: *aedificas monumentum meum, quemadmodum te iussi? Valde te rogo, ut secundum pedes statuae meae catellam pingas et*

Digitized by Google

seorsum iubente domina, temerarium atque sacrilegum audeat ministerium subire noxamque letalem contrahere. Nam et inferum claustra et salutis tutelam in deae manu posita, ipsamque traditionem ad instar voluntariae mortis et precariae salutis celebrari, quippe cum transactis vitae temporibus iam in ipso finitae | lucis limine constitutos, quis tamen tuto possint magna religionis 799

dea pro *domina* Vulc. ed. 2. qui perperam Colvii frigidissimam coniecturam e mutandi prurigine natam receperat. *sacrilegium* L. *tutela* G. P. O. D. R. f. L. *positam* p. *voluptarie* O. *pavere* pro *precariae* D. *lumine* F. 1. G. P. O. D. f. edd. primae Iunt. 1. Scriv. 2. a. Blaviana. *limite* R. *numine* Iunt. 2. Ald. In cett. *limine*. *constituto* O. *queis* Florid. *tam* pro *tamen* O. *possit* p. f. d. *post sunt* V. L. Brant. cod. *post sint* ed. pr. Vicent. Venet. 2.

coronas et unguenta et paederotis pugnas (pro *petraitis*); *παιδέρως* enim Graecis idem est, qui *παιδεραστής*. Suam igitur ipsius impudicitiam Trimalcho ut c. 69. perstringit. Idem restituo c. 52. p. 337. *Nam Hermerotis pugnas et Paederotis in poculis habeo*, ubi nomen proprium esse puto. *Παιδέρως* enim esse nomen patet ex Inscriptt. apud Murat. p. 1179. 5. „*IULIUS PAEDEROS.*“]

domina. Lectio *dea* nata est ex compendio *dōa* nec enumerari potest, quoties haec vocabula ut *deus* et *dominus* inter se confundantur. *Dominas* saepius nominari deas, sicut *dominos* deos notum est, cf. Heins. ad Ovid. Heroid. IV. 12. *in dominos ius habet ille deos* et *κατ' ἐξοχήν* deum mater, quae eadem est Isidi cf. p. 762., audit *domina* cf. Burm. ad Val. Flacc. III. 23. *adsuetus Phrygius dominam vectare per urbem.* Immo ipsa Isis sic appellatur apud Iuvenal. VI. 530. *Credit enim ipsius dominae favore moneri.* [cf. Ovid. Art. Am. I. 148. Virg. Aen. III. 113. 439., ad quem locum cf. Intt. Graecorum est *δέσποινα, ἄνασσα.* Haec lectio eo magis retinenda est, quod eodem fere sententiarum nexu Iuvenalis idem vocabulum usurpavit. Librarii deinde mutarunt scripturam, quippe qui viderent, ceteris ubique locis Isidem *deam* nominari. Praeterea magis respondere videtur *domina* vocabulo *iubente*, quo ratio inter sacerdotes et deam indicetur, servitii scilicet et dominatus.]

precariae salutis. Pric. confert Epist. Paul. ad Rom. VI. 11. et Timoth. II. 2. 16. *Precaria salus*, ut apud Tacit. Hist. IV. 76. *precaria vita* et Ann. I. 42. *precariam animam trahere*, dicitur hic ea, quae cum donata sit a dea Iside, nunc ei tota debetur, in eius manu posita est, ut quidvis ea facere illi liceat; ut in praegressis ipsa dixerat p. 766. *Plane memineris et penita mente conditum semper tenebis, mihi reliqua vitae tua curricula adusque terminos ultimi spiritus vadata. Nec iniurium, cuius beneficio redieris ad homines, ei totum debere quod vives.* Ii igitur qui sacris Isidis initiandi erant, promittere debebant, se suam vitam Isidis potestati tradituros esse, tam diu victuros, quam dea passura esset. [De *precarius* cf. Intt. ad Tac. Germ. 44. ad Petron. c. 30. p. 256. *dispensatorumque in precario aureos numerantem deprecati sumus, ut servo remitteret poenam*, qui locus omnium corruptissimus est. Ego velim pro *in precario* legi *in primo cavaedio* (ex compendio *p̄ cavedio.*]

limine. Lumine pravo iudicio hic Beroaldinae emendationi et scripturae optimorum codd. praetulit Pricaeus. Bene dicitur *exstinqui lumen vitae, linqui lumen vitae* similia, non vero, *constitui in lumine vitae*, sed optime ad *finitae lucis limen* pervenit ille, qui ad ultimam vitae metam processit, unde ei statim opponuntur *novae salutis curricula*, vel quasi e domus limine quo adhuc constituitur iamiam e vita exiturus est; cf. de dictione *limen vitae, lucis* ipsum Pric. et Burm. ad Virg. Aen. VI. 829. ad Rutil. I. 25. Wopkens. Misc. Observ. Vol. IV. p. 267. Sil. Ital. XIII. 548. *turbaeque in limine lucis Est iter exstinctae.* Contra *limen mortis* saepe, ut Plin. VII. 44. Sil. V. 423. XIV. 444. Nullus fere locus est, quo *limen*

committi silentia, numen deae soleat elicere, et sua providentia quodammodo renatos ad novae reponere rursus salutis curricula. Ergo igitur me quoque oportere coeleste sustinere praeceptum, quamquam praecipua evidentique magni

eligere. Errat Oud. dubitans, in ullo cod. et edit. vetere *eligere* scribi, quod in omnibus suis codd. eorumque excerptis *elicere* legatur. *Eligere* equidem invenit in G. D. et in φ. ita esse testatur Fulv. Hinc verisimile est, in aliis quoque ita legi codd. Inde ex Beroald. omnes edd. praebent *eligere.* Priores cum plurimis codd. *elicere. et* ante *sua* abest a f. et R. *praecipua* F. 3. G. P. (teste Oud.; etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) O. D. R. f. coll. Voss. Iunt. 2. *prospicua* B. P. (teste Elm.) In cett. *perspicua.*

et *lumen* non confundantur. Sicut etiam *limen* et *limes*, ut hic est in Reg. *limite*, quod certe multo praeferendum foret lectioni *lumine*, quodque Pricaeus quoque divinaverat ex Sedul. ad Timoth. II. 2. 4. *in extremo vitae limite constitutus.* [Plura praebebit de his dictionibus Burm. Anthol. Lat. T. II. p. 238., de sententia cf. Guther. de Iure Pontif. I. 25. in Graev. Thes. l. c. p. 50.]

possint. Ex corrupta cod. lectione *post sunt* emendat Brant. *potessunt*, de qua voce adiri vult Lips. Var. I. 14. Oud. nihil mutandum bene censet, licet restent *potestur, potesse* simil. [de quibus terminationibus cf. Intt. ad Plaut. Merc. III. 2. 10. ad Lucret. III. 1023. ad Fest. p. 523. Lindem.]

elicere. Satis defendi potest id quod ex coniectura Beroaldi primum receperunt Basileenses *eligere s.* optare et seligere sibi sacerdotes maxime senes, qualis hic ille primarius sacerdos, uti etiam liniger *Achoreus* apud Lucan. X. 176. *O sacris devote senex, quodque arguit aetas, Non neglecte deis.* At rectius legitur *elicere*, quo verbo blanda et potens designatur deae vis retrahentis quasi senes, qui iam in ipso limine Proserpinae et Acherontis ripa constituti sint, in recidivam vitam et novae salutis curricula. Estque verbum quod passim adhibetur in sacris inferis et manium evocatione; cf. Broukh. ad Tibull. I. 2. 45. *manesque sepulcris elicit et tepido devocat ossa rogo*, vel sumitur quoque pro *extrahere, eripere, liberare;* Plaut. Bacch. III. 1. 17. *ex lutulento coeno eliciat;* Claud. in Ruf. I. 17. *elicit oppressas tenebroso carcere leges.* [Apol. p. 473. *eliciendis mortuis marina calvaria;* Gloss. Philox. p. 84. *elicit evocat, elicuerit* ἐκβάσηται; *eliciens* εὐλύτων (ἑκλύων) ἐκβιαζόμενος; *elicuit* ἐξεβιάσατο; cf. Orell. ad Arnob. V. c. 1. T. II. p. 265. et in Append. p. 53.]

ad novae ... curricula. [cf. supra p. 766. *Quod si sedulis obsequiis et religiosis ministeriis et tenacibus castimoniis numen nostrum promeruerit, scies ultra statuta fato tuo spatia vitam quoque tibi prorogare mihi tantum licere.*]

sustinere praeceptum. [Hanc lectionem vindicat Oud. ad Met. X. p. 700. explicans hic *exspectare* esse, quod equidem valde dubito; nam ni plane fallor, *sustinere* pro genuina sua notione significare id nunquam poterit. Ut enim *sustinere munus, caussam, obsequium* dicitur qui in se suscipit exsequendam rem mandatam, ita *praeceptum sustinere* is, qui obedit, se subiicit quasi coelesti praecepto, quod in eo consistit, ut dies quo initiari possit, a dea demonstrata sit. Quia vero nondum praeceperat dea, praeceptum Lucius sustinere non poterat, hincque ex sententiarum nexu verti poterat *exspectare.*]

praecipua. [Mirum est quod fere omnes Intt. *perspicua* praetulerint, quod Oud. explicat per *conspicua* cf. ad Met. IV. p. 309. *cum sua sibi perspicua pulcritudine*, quo loco Wow. *praecipua* emendat cf. p. 306. *tam praecipua tam praeclara pulcritudo.* Sed *praecipua* plane alia hic dictum est significatione de eo, qui praeter alios aliquid capit, quod eius proprium est, nec in aliorum usum obvenit; qua notione praeceteris apud I. C. *praecipuum* usurpatur de eo, quod ab uno aliquo extra sortem percipitur, cf. Intt. ad Terent. Adelph. II. 3. 5. *Itaque unam hanc rem ne*

numinis dignatione iamdudum felici ministerio nuncupatum destinatumque: nec secus quam cultores ceteri cibis profanis ac nefariis iam nunc temperare; quo rectius ad arcana purissimae religionis secreta pervaderem.

CAPUT XXII.

Dixerat sacerdos, nec impatientia corrumpebatur obsequium meum; | sed 800
intentus miti quiete et probabili taciturnitate sedulum quot dies obibam culturae

indignatione in G. a m. p. esse adnotat Oud. Sed prima *in* syllaba iam ab eadem manu minio est obducta. *felicis* p. et edd. ante Colv., unde pro suo more *scilicet* emendabat. *cibi* f. *cereis* D. *ceteris* P. *cereris* G.

imparientia Vulc. 2. *ut impatientia* in G. esse perperam adnotat Oud. In eo enim, ut in ceteris codd., legitur *nec impatientia*. Sine dubio haec lectionis varietas ad seqq. referenda est, ubi G. cum aliis codd. pro *vel longi* habet *ut longi*. *intentis* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. Correxit Beroald. *Intentus* hic absolute positum est, ut saepius. *quod dies* F. 3. G. D. Oud. hanc orthographiae varietatem ne commemoravit quidem.

habere praeter alias praecipuam arbitror; Plaut. Rud. I. 3. 6. Gesner. ad Plin. Epist. V. 7. 1. *Praecipua* igitur *numinis dignatione* est peculari tutela, quae aliis contingere non solet; cf. supra p. 784. *qui vitae scilicet praecedentis innocentia fideque meruerit tam praeclarum de coelo patrocinium, ut renatus quodammodo statim sacrorum obsequio desponderetur.* Hinc igitur *praecipuus* magis probatur quam *perspicuus*, quamquam cum aliis Intt. non in eo haereo, quod voc. *evidenti* idem enotetur. Synonyma enim copulare Apuleium constat.]

profanis ac nefariis. [De singulis quibus abstinebant Aegyptiorum sacerdotes cibis cf. Schmidt. de Sacerd. Aegypt. p. 60 sqq.]

arcana secreta. [cf. Met. VI. p. 385. *tacita secreta*. *Arcana* hic referuntur ad *sacra*, in quibus occulta quaedam vis inerat, ut de rebus magicis; cf. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. IX. 40. p. 59., ut Met. II. p. 200. *arcana dominae meae revelare secreta*. Ita Ovid. Art. Am. II. 505. *taciturna rumpere silentia*; Arnob. III. 26. *taciturnitatis silentio*, ubi cf. Orell. T. II. p. 151. Doederl. Synonym. IV. p. 429.]

CAP. XXII. *patientia.* A pruriente critico Colvio lectio est *parientia*, nihilominus recepta a Vulc. 2., et probata Scriver. in Miscell. Observ. Vol. VI. p. 171., unde mirandum est, ut certam eam citari a Brisson. de Verb. signif. in *parientia*. Sed valeant inusitatarum vocum captatores et in his Pareus Lex. Crit. p. 885. *parientiae* pro *patientiae* etiam adspergens Tacit. in Agric. 18. Saltem debebat dici *imparentia*, ut editur in Gell. I. 13. invitis Mss. ducente Lipsio in Elect. I. 7., qui *imparientia* male restituerat. A *parere* enim deduci nequit *pariens* et *parientia*. Nam in Plin. Paneg. c. 18. Mss. et Edd. bene dant *contumacia et dedignatione parendi*. Codicis aut Cassiodori auctoritas, si vel sic tamen *parientia* apud illos vera est lectio, nihil me movet. Praeterea *patientia* melius respondet seqq. *miti quiete*.

quot dies. [Haec locutio quum singularis sit, mirum est, quod librarii eam non corruperint, unde apertum est, revera eam ita a manu Apuleii profectam esse. Contrarium vindicare videtur locus quem Taubm. affert ad Plaut. Stich. I. 2. 3. ex Ulpiano: *Nihil interesse, utrum in annos singulos vel quotannis, an in singulos menses vel quot mensibus, an in singulos dies an quot diebus legetur*, unde legendum videtur *quot diebus*. Nec defendit *quot dies* geminus quem putant locus apud ipsum Ciceronem Tusc. I. 49. §. 119. *et quot dies erimus in Tusculano*, quum hic accusativus notissima temporis significa-

Digitized by Google

sacrorum ministerium. Nec me fefellit vel longi temporis prolatione cruciavit deae potentis benignitas salutaris; sed noctis obscurae non obscuris imperiis evidenter monuit, advenisse diem mihi semper optabilem, quo me maxumi voti *compotiret*, quantoque sumtu deberem procurare supplicamentis, ipsumque Mithram illum suum sacerdotem praecipuum, divino quodam stellarum consortio ut aiebat mihi coniunctum, sacrorum ministrum decernit. Quis et ceteris

ministeriorum f. ð. *vel longi* est in F. 3. G. P. (teste Oud.) L. O. *f. ð. φ.* quod Oud. probavit, Ruhnkenio quamquam non obtemperante. Saepius enim Apuleium praecedenti *nec* subiecisse *vel* particulam, Oud. demonstravit ad Met. III. p. 192. *neque tuae dignitatis vel etiam*, ubi Intt. eadem ratione peccant. In cett. *nec longi*. In G. D. et P. in excerptis ad marg. ed. Colv. non *vel longi* est, sed *ut longi*, quam corruptelam ex compendio *vl'* l. e. *vel* exortam esse apertissimum est. *probatione* R. *deae potentis* F. 3. G. P. D. p. *f. ð.* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. In cett. *potentis deae*. *admonuit* P. *maxumi* F. 3. In cett. *maximi*. *comperiret* p., quod idem habet F. 3. in margine ab eadem manu perscriptum, quum in contextu *competeret* legatur. Priorem genuinam esse lectionem iudico. *competiret* Oud. ex *ð.* G. et P. enotat; quod tamen certe in G. non reperitur, qui cum D. *competeret* legit, unde verisimile est, etiam in P. non extare. *compotiret* ex Stewechii coniectura recepit Colv., quem posteriores editores secuti sunt. In cett. codd. et edd. *competaret*. *Compotiret* etiam Beroald. legisse videtur explicans *compotem faceret*. *Mitham* L. *Mirthium* O. *Mithiam* Wow. Pric. pessime, ut infra p. 808. *suum* deest p. *ut aiebat* non comparent in G. P. D. *ð.* et auctoris manu profecta esse haec verba negat Oud. Attamen Ruhnk. in textu ea retinuit. *ministerium* G. P. D. O. L. *f. ð.* p. B. unde Oud. emendavit *sacrorum in ministerium*. Salmas. margini adscripsit *ministeria*. *quis* F. 3. p. ð. edd. ante Colv. In cett. *quibus*.

tione explicandus sit. Magis huc pertinere videtur varia lectio apud eund. Nat. Deor. II. 52, *in quam quot annos quasi novos agros invehit*, quae mirifice a codd. optimae notae confirmatur. Sed Ciceroni an vindicanda sit dubius adhuc haereo. Aliter Gell. VI. 5. pro simplici *quot quotquot* usurpavit: *ut Carthaginienses quotquot annis P. R. darent certum pondus argenti* cf. Intt. ad Cic. de N. D. l. c. ad Plaut. Stich. l. c. et Voss. Etymol. s. v. *quot*.]

noctis obscurae non obscuris imperiis. [De sententia verborum cf. Cort. ad Lucan. I. 187. qui h. l. excitat.] Pro *imperiis* Stewech. legere voluit *indiciis* contra quam sententiam Oud. bene pugnat. Notissimum enim esse vel tironibus, *praecepta* vocari deorum monita, ut p. 793. *nec fuit vox una vel quies aliqua visu deae monituque ieiuna sed crebris imperiis;* et statim infra p. 801. *deae divinis imperiis.*

compotiret. Haec certissima est Lipsii coniectura, quam in textu cum ceteris interpretibus reponere non dubitavi. Plautinum est vocabulum, quod legimus Rudent. IV. 2. 6. *Piscâtu novo me uberi compotivit* et forma deponentiali I. 3. 23., ut Amphit. I. 1. 23. *cum nunc potivit pater servitutis.* *Compotivit* itidem restituendum est Florid. n. 23. p. 111. Minus recte ita emendat Stewech. Arnob. III. 23. *cur unius in officio praesidatus hos victoriae compotes, alios vero perpetitur ignominiosa infirmitate videri* pro *compotes compotit.* Pric. Gloss. Philox. p. 50. pro *compuso* ἐνχῆς ἐπιτυγχάνω corrigit *compotior* (vel *compotio*). [Erat quum ego propter constantem *e* et *r* litterarum lectionem hic emendarem *compertiret*, quod scripturae *comperiret* quam proxime accederet. *Compartior* certe invenitur pro communicare in Vet. Decreto sub Antonino Pio apud Gruter. 408, 39. *cum quibus munera decurionatus compartiamur.* Nec in forma nec in constructione vocis offenderem. Gloss. Philox. p. 49. *compartitur* συμμερίζεται et Cyrill. p. 619. *συμμερίζομαι compercior.*]

Mithram. Hoc nomen non solum de Persarum deo Sole seu Aegyptiorum Osiride vel Sarapide, sed etiam ut proprium nomen in Inscriptionibus occurrit, ut apud Fabrett. et alibi [cf. Hansen. de Iureiur. Vett. c. 28. in Graev. Thes. T. V. p. 860.]

Digitized by Google

benevolis praeceptis summatis deae recreatus animi, necdum satis luce lucida discussa quiete, protinus ad receptaculum sacerdotis contendo, atque eum cubiculo suo commodum prodeuntem continuatus saluto. | Solito constantius 801
| destinaveram iam velut debitum sacris obsequium flagitare. At ille statim [265]
ut me conspexit, prior: O, inquit, Luci te felicem, te beatum, quem propitia voluntate numen augustum tantopere dignatur! Et quid, inquit, iam nunc stas otiosus teque ipsum demoraris? Adest tibi dies votis assiduis exoptatus, quo deae multinominis divinis imperiis per istas meas manus piissimis sacrorum arcanis insinueris. Et iniecta dextera senex comissimus ducit me protinus ad ipsas fores aedis amplissimae, rituque solemni apertionis celebrato ministerio ac matutino peracto sacrificio, de opertis adyti profert quosdam libros litteris ignorabilibus praenotatos, partim figuris cuiuscemodi animalium concepti ser-

recreatus animi O. *recreaticum* δ., quod ex compendio *aī* i. e. *animi* corruptum est. *nec satis* G. P. D. f. *concinatus* p. *concinnatus* Bas. 1. cf. ad Met. V. p. 378. *eam Cereri et Iuno continuantur. contantius* in F. 1. male est. *saluto solito constantius* desunt in O. et π. *o inquid Luci* F. 3. *oī qe Luci* esse in G. P. O. p. f. δ. adnotat Oud. At in G. et D. est *oī qui e Luci te* et in margine a m. s. *o inquit Luci. o Luci inquit* B. et edd. vett. usque ad Colv. *o mi quidem Luci inquit* L. et cett. edd. praeter Elm. Scriver. et Florid., quae dant *O mi Luci inquit*. Colvium secutus est contra Oud. sententiam, qui G. sequitur, Ruhnk. *o mi quidem Luci* dans. *mi quidem* praeter F. 1. in omnibus codd. abesse asseverat Oud., ut plurimi B. scripturam prae se ferre videantur. *tanto opere* O. pro more, quod Oud. probatum Ruhnk. in textum recepit; cf. ad Met. II. p. 133. *magno opere. atque ipsum* B. p. edd. vett. *moraris* R. f. *adesto* δ. *multimois* P. f. cf. ad Met. XI. p. 755. *commissus* O. *protinus* delere B. testis est Elm., qui cum Scriver. hinc uncis male inclusit. In Mod. collat. nihil varietatis enotatum est. *ipsas* non comparet in G. D. *solempnii* f. *mysterio* in aliis esse testatur Elm. Equidem in nullo libro nec scripto nec edito reperi. *apertioni* O. *adyto* G. P. D. O. *aditu* Coll. Voss. *apertis editi* δ. *huiuscemodi* p. δ. et edd. ante Colv. *et cuiuscemodi* Coll. Voss. *cuiuscemodi* abest a G. P. D. O. Item Ritterh. et Piccart. Peric. Crit. 13. *accepti* δ. *conceptis* B. ob sequentis vocabuli primam litteram.

recreatus animi. [De hac locutione Apuleio usitatissima cf. Deder. ad Dict. Cretens. V. 9. Gloss. p. 362.]

ad receptaculum, sive cubiculum, ut explicat ipse auctor, et domicilium aedi deae contiguum sive intra conseptum; cf. Met. I. p. 71. *Erit tibi adiacens et ecce illud cubiculum, honestum receptaculum;* Plin. Paneg. 59. *clarissimorum virorum receptacula habitatore servo teruntur;* Solin. p. 38. de basilisci nido: *ubicunque forale sortitur receptaculum;* Sidon. Apollin. Epist. V. 17. *nuntiatum est, hora monente progredi episcopum de receptorio.*

quosdam libros etc. Elm. excitat Phil. I. p. 606. de vita Mosis: *Ἀριθμοὺς μὲν οὖν καὶ γεωμετρίαν τήν τε ῥυθμικὴν καὶ ἁρμονικὴν καὶ μετρικὴν θεωρίαν καὶ μουσικὴν σύμπασαν διά τε χρήσεως ὀργάνων καὶ λόγων τῶν ἐν ταῖς τέχναις καὶ διεξόδοις τοπικωτέραις τῶν Αἰγυπτίων οἱ λόγιοι παρέδωσαν· καὶ προσέτι τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν, ἣν ἐν τοῖς λεγομένοις ἱεροῖς γράμμασιν ἐπιδείκνυνται καὶ διὰ τῆς τῶν ζώων ἀποδοχῆς, ἃ καὶ θεῶν τιμίαις γεραίρουσιν.* Laur. Pignor. in libro de Characterib. Aegyptiacis p. 5. [Martian. Capell. II. §. 137. p. 188. Kopp. *Erantque quidam* (libri) *sacra nigredine colorati, quorum litterae animantium credebantur effigies, quasque librorum notas Athanasia conspiciens quibusdam eminentibus saxis iussit adscribi atque in speciem per Aegyptiorum adyta colorari,* ad quem locum praeceteris conferendus est Kopp., qui plurima huc pertinentia protulit. Diod. Sicul. III. 4. p. 176. Wessel. *περὶ δὲ τῶν Αἰθιοπικῶν γραμμάτων τῶν παρ' Αἰγυπτίοις κυλουμένων ἱερογλυφικῶν ῥητέον, ἵνα μηδὲν παραλείπωμεν τῶν ἀρχαιολογουμένων· συμβέβηκε τοίνυν τοὺς μὲν τύπους ὑπάρχειν αὐτῶν ὁμοίους ζωοῖς παντοδαποῖς καὶ ἀκροτηρίοις ἀνθρώπων, ἔτι καὶ ὀργάνοις καὶ μάλιστα τεκτονικοῖς* cett. cf. Argol. ad Onuph. Panvin. de Lud. Circensib. II. c. 17. in Graev. Thes. T. IX. p. 210. et p. 214.]

ignorabilibus. [Gloss. Vulc. p. 64.

Digitized by Google

monis compendiosa verba suggerentes, partim nodosis et in modum rotae tortuosis capreolatimque condensis apicibus a curiositate profanorum lectione
802 | munita. Indidem mihi praedicat, quae forent ad usum teletae necessario praeparanda.

CAPUT XXIII.

Ea protinus naviter et aliquanto liberalius partim ipse, partim per meos socios coemenda procuro. Iamque tempore ut aiebat sacerdos id postulante, stipatum me religiosa cohorte deducit ad proximas balneas, et prius sueto

etiam in modum L. *campotatimque* f. B. ed. Beroald. *capitulatimque* L. *ac curiositate* Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. *curiosa* Elm. Scriv. Florid. quod typothetarum videtur esse mendum. Nam si foret accusativus, rectius *munitos* legeretur. *Munita* vero est ablativus pertinens ad *lectione*. *foret* O. *ad usum celestem* B. *celatae* p. *tutelae* Florid. inepte.

et protinus f. *naviter* G. D. Ex cett. codd. nihil enotat Oud. In meis reliquis *gnaviter* sicut in edd. omnibus inveni. At *naviter* dedi cf. dict. ad Met. II. p. 114. ed. meae. *partim ipse* non conspiciuntur in f. *liberalis partim ipse per meos socios* O. *per* desideratur in G. P. D. *coemenda* delet Modius ex suo ingenio. *deduxit* δ.

ignorabilis ignotus ἄγνωστος Plaut. Pseud. II. 1. 18. Gell. IX. 12.]

capreolatim. In Ed. Beroaldi etiam est *campolatimque*, deductum a *campolis* cincinnis s. claviculis vitineis, ex Varrone. Verum apud eundem de R.R.I. 31. §. 4. *capreoli* dicuntur ut debet. Huc pertinent Gloss. *capriolus συνοτάπης πρόνονος*. *Campolatimque* est mera librariorum Italorum glossula interlinearis, quam *campolos* Itali vulgo *capreolos vitium* nominent.

teletae. τελετή graeco vocabulo usus est Apuleius ut hac in re proprio cf. infra p. 806. *teletae legitima consummatio;* p. 810. *rursus teletae commonet;* p. 811. *teletae discrimen interesse maximum;* p. 814. *tertiam quoque teletam;* p. 816. *instructum teletae comparo.*

Cap. XXIII. *partim ipse partim per meos socios.* De hoc loco ita disserit Stewech.: „Isidis deae mox inauguranda Lucium ipsummet huc illuc discurrisse ad conquirendum, comparandum, quod ad teletae et expiationis usum sacerdos summus requirebat, vix mihi fit verosimile: eoque subdubitare coepi, essentne a sciolo adhibita invito Apuleio verba *partim ipse*, qui existimaret particulam *partim* sine iteratione consistere non posse." His expositis sequuntur nonnulla exempla, quae hunc usum accuratius demonstrant, de quo a me actum est ad Met. IV. p. 287. *partim gladiis armati*, et 287. Ratio vero cur Stewechius has voces deleri voluerit, falsissima est. Nam sive bis *partim* sive semel ponatur, idem tamen sensus loco manet. Si enim *partim* per *socios* coemenda curavit, restat, partim sive per alios sive per se quaedam esse procurata; cf. Met. VIII. p. 526. *partim per semet ipsum, partim per ceteros familiares ac necessarios.* Iam autem satis temporis et facultatis ei potuit intercedere, ut partim ipse haec emere potuerit. In confinio scilicet templi: ubi sine ullo dubio quae ad usum teletae necessaria erant venalia proponebantur; immo citius per se quam per solos socios haec res peragi poterat. [Ratio cur Fux. cod. verba *partim ipse* omiserit mihi quidem evidentissima videtur esse ea, quod librarius oculorum errore ab uno *partim* statim delapsus est ad alterum; quod vitium in Mss. frequentissimum esse sciunt, qui obiter tantum codd. tractarunt.]

coemenda. Hoc vocabulum deleri perperam voluit Modius. Nam initiandus sumtus facere et impensas teletae ferre debebat; cf. infra p. 813. et Cuper. in Epistol. ad Dalenum p. 550.

lavacro traditum praefatus deum veniam purissime circumrorans abluit, rursumque ad templum reductum, iam duabus diei partibus transactis, ante ipsa deae vestigia constituit, secretoque mandatis quibusdam quae voce meliora sunt, | illud plane cunctis arbitris praecipit, decem continuis illis diebus cibariam 803
voluptatem coercerem, neque ullum animal essem et invinius essem. Quis

domini pro *deum* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Iunt. 1. 2. Ald. Bas. *circumrotans* Venet. 2. 4. Iunt. 1. 2. Ald. At in notis Beroaldus dedit *circumrorans*. *deductum* L. *dubiis* pro *duabus* P. *mandato* δ. *voce maiora sunt* coniecit Fulv. *illud plane* est in codd. omnibus et edd. praeter Colv. Vulc. Elm. Scriver. quae *idque* praebent. Sed particula copulativa offecit etiam constructioni. *praecepit* Coll. Voss. et B. Sententia est *praecipit mihi cunctis praesentibus*, quam neqq. probant. Aliquot interpretes perperam *cunctis arbitris* pro dativo habentes e *praecipit* pendente putabant ceteris quoque praesentibus sacerdotem castimoniam et abstinentiam praecepisse. *de esse* pro *decem* G. P. D. *voluntatem* notita aberratione G. P. D. *et* ante *invinius* desideratur in p. *inhinius* L. *invinnus* G. *innunimus* O. *immunis* D. *invius* L. *quis* F. 3. p. edd. vett. ante Colv., ut capite praecedente. In cett. *quibus*.

sueto lavacro traditum. [Ad nostrum locum explicandum egregie facit Porphyr. de Abstin. IV. p. 367. *κατὰ γένη δὲ τῶν ἱερῶν διάφθοροι καὶ οἰκεῖαι καθ' ἕκαστον θεὸν αἱ δὲ ἁγνεῖαι πάντων ἐκαθάρευον· ἡ γὰρ χρόνος οὗτος ὁπότε συντελεῖν τι τῶν περὶ τὴν ἱερὰν μέλλοιεν θρησκείαν προλαμβάνων ἡμερῶν ἀριθμόν. οἱ μὲν δυοῖν καὶ τεττεράκοντα, οἱ δὲ τούτων πλείους, οἱ δὲ ἐλάττους, οὐδέποτε μέντοι τῶν ἑπτὰ λειπομένας παντὸς ἐμψύχου ἀπείχοντο, παντὸς δὲ λαχάνου τε καὶ ὄσπριον. πρὸ γὰρ πάντων ἀφροδισίων ὁμιλείας γυναικείας, ἄρρενος μὲν γὰρ οὐδὲ τὸν ἄλλον χρόνον μετεῖχον. τρὶς καὶ τῆς ἡμέρας ἀπελοντο ψυχρῷ, ὁπότε κοίτης καὶ πρὸ ἀρίστου καὶ πρὸς ὕπνον. εἰ δέ ποτε συμβαίη καὶ ὀνειρώττειν παραχρῆμα ἀπεκάθαιρον λούτρῳ τὸ σῶμα.* Plura de hoc ritu Aegyptiorum frigida se lavandi profert Schmidt. de Sacerd. Aegypt. p. 59 sq. Tertull. de Baptismo c. 5.: *nam et sacris quibusdam per lavacrum initiantur Isidis alicuius aut Mithrae*, ubi *alicuius* minus placet, pro quo *arcanis* legere malim.]

voce meliora sunt. Perperam Fulvius emendavit *maiora*, Graecorum *τὰ λόγου κρείττω* ignorans. Sic Alexander Florid. p. 7. *fortuna melior* et Met. VII. p. 455. *virum ipsa morte meliorem.* Intelligit sanctiora quam ut dicantur et in vulgus efferantur.

cibariam ... invinius essem. [Certis cibis abstinuere sacerdotes Aegyptiorum, ut supra iam demonstratum est ex loco Porphyrii, cf. Schmidt. l. c. p. 61 sq. De vino a sacerdotibus Aegypti rarissime adhibito et de ciborum abstinentia cf. eund. Porphyr. p. 365: *δίαιτα δὲ λιτὴ καὶ ἀφελής, οἶνου γὰρ οἱ μὲν οὐδ' ὅλως, οἱ δὲ ὀλίγιστα ἐγένοντο· νεύρων αἰτιώμενοι βλάβας καὶ πλήρωσιν κεφαλῆς, ἐμπόδιον εἰς εὕρεσιν ἀφροδισιῶν τε ἔφασαν αὐτὸν ὀρέξεις ἐπιφέρειν. ταύτῃ γὰρ καὶ τῶν ἄλλων εὐλαβῶς εἶχον, ἄρτος μὲν οὐδὲ ὅλως ἐν ταῖς ἁγνείαις χρώμενοι. εἰ δέ ποτε μὴ ἁγνεύοιεν, σὺν ὑσσώπῳ κόπτοντες ἤσθιον· τὸ πολὺ γὰρ αὐτοῦ τῆς δυνάμεως καθαιρεῖν ἔφασαν τὸ ὕσσωπον, ἐλαίου δὲ ἀπείχοντο μὲν ὡς τὸ πολύ· οἱ πλεῖστοι δὲ καὶ παντελῶς· εἰ δέ που μετὰ λαχάνων χρήσαιντο, παντελῶς ὀλίγῳ καὶ ὅσον παρηγορῆσαι τὴν αἴσθησιν· τῶν μὲν ἐκτὸς Αἰγύπτου γιγνομένων βρωμάτων τε καὶ ποτῶν οὐ θέμις ἦν ἅπτεσθαι, πολύς τις οὕτως τρυφῆς ἀπεκέκλειστο τόπος· τῶν γὰρ κατ' αὐτὴν τὴν Αἴγυπτον ἰχθύων τε ἀπείχοντο πάντων καὶ τετραπόδων ὅσα μόνυχα ἢ πολυσχιδῆ ἢ μὴ κερασφόρα· πτηνῶν δὲ ὅσα σαρκοφάγα· πολλοὶ γὰρ καθάπαξ τῶν ἐμψύχων· καὶ ἔν γε ταῖς ἁγνείαις ἅπαντες ὁπότε μὴ δ' ὧὸν προσίεντο.* cf. Brouer. de vett. Adoratt. in Polen. Suppl. Thes. T. II. p. 973. Mel. XI. p. 813. de la Chauss. de Deor. Simul. Tab. XXXVI. in Graev. Thes. T. II. 791. Incidi aliquando, ut Rodius, in emendationem *veneream*, quam deinde ut litterarum ductui minus commodam reieci. Sane considerandum videtur, eiusdem rei, abstinentiae ciborum, bis fieri mentionem, quum res venerea, quam vitare inter sacrum tempus sacerdotes Aegyptiorum

by Google

venerabili continentia rite servatis, iam dies aderat divino destinatus vadimonio, et sol curvatus intrahebat vesperam. Tum ecce confluunt undique turbae sacrorum ritu vetusto, variis quisque muneribus me honorantes. Tunc semotis procul profanis omnibus, linteo rudique me contectum amicimine arrepta manu

servatis. Iam ita distinguit Vicent. *aberat* G. P. D. *distinatus* F. 3. *intrabat* G. P. D. Bas. Florent. 3. in contextu habet *intrahebat* sed e correctione, nam antiqua lectio ferebat *intrabat. trahebat* F. 1. *introibat* φ. δ. In cett. *intrahebat*, *sol curatus* O. *incurvatus vetusto* p. *tum ecce* edd. pleraeque, ut edd. vett. Colv. Vulc. 2. Elm. et in collatione F. 3. nihil varietatis enotatum est. Hinc *tum* retinui. *turbulae* f. teste Roaldo, sed in Oud. collat. huius cod. est *tube*. Prave iungebant quidem *turbae sacrorum ritu vetusto, variis*. Post *turbae* enim erat distinguendum, ut recte observarunt edd. posteriores, si quidem distinguendum est. *onerantes* II L. edd. vett. usque ad Colv. praeter Iunt. 2. solita variatione, cuius explicationem dat scriptura ed. pr. *onorantes. proscinis omnibus* (non *proscinio* ut Sciopp. in Susp. II. 4. et Symb. profert) est in B., unde Modius coniecit *proximis. lineo* cod. Petrarch. *linteo et rudi* G. P. L. Colv. Vulc. Elm. Florid. *linteo et rudito* (utraque littera ab eadem manu perscripta) D. *linteo et undique cont.* B. In cett. *rudique* ut in F. 3. et F. 1. in excerptis ad marg. ed. Colv. In collatione Lindenbrog. *rudi quo* quam lectionem Oud. ignorabat. Elm. ex hoc cod. *rudique* enotat. *linteo et rudimine contectu* O. *me* perperam exulat in edd. Pric. et Wowyer. Edd. Scriverdant *linteo undique me.*

et initiandi iubebantur cf. Intt. ad Tibull. I. 3. 26. Propert. II. 33. plane neglecta sit. Nihilominus *cibariam voluptatem* retinendum est, praesertim quod haec dictio paullo insolentior et librarios *veneream* in *cibariam* mutaturos fuisse vix putandum est. Hanc igitur cibariam voluptatem refero ad delicias et gaudia coenae elegantioris et affluentioris, quae accedunt verba *neque ullum animal essem et invinius essem* ea indicant quae prae ceteris vitanda sint initiando. Illa itaque verba temperantiam suadent, haec rerum quarundam abstinentiam.]

essem. [De hac forma contracta similibusque praeceteris cf. Voss. ad Aristarch. T. II. p. 882 sqq. Eckst. Cort. ad Lucan. VI. 267. Met. IV. p. 287. et V. p. 419.]

intrahebat. [Vellem Oud. nobis demonstrasset, qua sententia locutio sol *incurvatus intrabat vesperam*, quam lectionem probari posse dicebat, defendi posset. Ego nisi contorta et inepta ratione id fieri posse nego. Hinc a scriptura optimorum codd. recedendum et ex aliis deterioris notae recipiendum est *intrahebat*, quod probam efficit sententiam. Item Apuleius dixit Met. V. p. 359. *vesperna noctem trahente* de vespera quam brevi nox secutura est, eius quasi comes et assecla. Ita Ovid. Met. I. 219. *traherent cum sera crepuscula noctem;* Lucan. VI 335. *et per summa poli Phoebum trahit altior aestas.* Cave vero ne cum Flor. 1. et ex locis modo excitatis legas *trahebat*, in quod Elm. inclinavit. *Intrahere* enim rarius est vocabulum, quod apud nullum quantum video scriptorem praeter Apuleium legitur, cf. Met. V. p. 357. *sulcatos intrahens gressus*, ubi codd. itidem peccant. Fest. s. v. p. 82. Lind., apud quem in contumeliam trahere significat. Lectionis varietas ex corrupta scribendi ratione *intraebat* exorta est, id quod optime evincit scriptura *introibat;* hinc quid facilius quam *intrabat* exoriri potuerit nihil video. Hanc genuinam fuisse cod. F. 3. lectionem non nego, quam vel ex ingenio suo vel ex alio codice postea librarius optime correxit.]

honorantes. Vulgatum quod erat ante Colvium *onerantes* hic facile tueri potest. Passim enim dicitur *onerari laudibus, donis, honoribus* praesertim *alienis*, cf. Dr. ad Sil. III. 15. Heins. ad Virg. Aen. X. 558. [Burm. ad Phaedr. V. 5. 20. Cort. ad Sall. Iug. 12. p. 458.] et creberrime hae voces confunduntur; cf. Comment. ad Auson. Protrept. 96. Bouhier. ad Petr. de B. C. v. 156. Arntz. ad Plin. Panegyr. c. 24.; infra ad Florid. 1. *quercus cornibus onerata.*

profanis omnibus. Modius legebat *proximis*, quod nulli adfuissent profani sed soli initiati. At verisimile non est,

sacerdos deducit ad ipsius sacrarii penetralia. Quaeras forsitan satis anxie, studiose lector, quid deinde dictum, quid factum? dicerem, si dicere liceret; cognosceres, si liceret audire. Sed parem noxam contraherent aures et | linguae illae temerariae curiositatis. Nec te tamen desiderio forsitan religioso 804
suspensum angore diutino cruciabo. Igitur audi; sed crede quae vera sunt. Accessi confinium mortis, et calcato Proserpinae limine per omnia vectus

sacralii Vicent. *adducit* δ. *quaeres* f. δ. O. π. Coll. Voss. Sed vide ad Met. II. p. 94. *putes ad cibum et statim credes.* Vir quidam doctus emendavit *crederes* quasi ex compendio *credẽs* corruptum, quae lectio per regulas grammaticas non improbanda est. *quod deinde dictum, quod factum* δ. *cognoscens* ed. pr. Vicent. *audires* p. littera *s* de sequenti voc. *sed* adhaerente. *sexam* D. *contrahent* F. 3. G. P. D. L. δ. *contrahentem* p. in cett. *contraherent. illae* non conspicitur in G. P. D. L. R. f. Colv. et seqq. *et aures et lingua* G. L. O. D., quod Oud. probat, ab Ruhnk. tamen in textum non receptum est. *temeritatis curiosae* P. et L. habere testatur Elm. Colvius ipse e suo libro profert: *curiosae temeritatis*, quod mihi probabile est etiam in P. extare, quum G. et D. idem praebeant. *religio* p. *religioso* G. D. (non *religioso* ut e suis G. excerptis protulit Oud.) propter sequens vocabulum *suspensum* corruptum. *suspectum* G. P. D. *angore diurno* R. f. *diutina* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Bas. 1. *cruciabor* L. R. f. *lumine* p. ut modo in praegressis p. 709. *finitae lucis limine.*

turbas has tantummodo fuisse initiatorum, sed potius omnium, qui Lucium vel norunt vel de eius initiatione laetatos se esse testificari volebant. Populum enim his sacris ante penetralia stantem adfuisse probant verba seqq. p. 806. *repente velis reductis in adspectum populi errabam.* Hinc nihil mutandum esse persuadetur.

linteo rudique. [Vehementer dubitat Oud. an lintea vestis dici possit *rudis;* aliam enim rem esse in *lana rudis* et similibus, quare magis inclinat ad lectionem cod. Bert., ut pro *et* ponatur *me* sic: *linteo me undique contectum.* At nescivit ille vocabuli significationem haud inusitatam pro *novo*, nondum usu contrito, cf. ad Met. I. p. 18., ubi accuratius hoc loco excitato disserui. *Rude* igitur vestimentum est, quo nullus ante indutus fuerat. *Et* quod Bertin. agnoscit necessario addi debebat, postquam *undique* legi coeptum est.]

sacrarii penetralia. [cf. Herald. ad Arnob. I. 63. T. I. p. 356. Orell. Meurs. Eleusin. p. 60.]

dicerem etc. [Sententia horum verborum clarissima est. Vetitos enim fuisse initiatos quidquam de secretis sacrorum divulgare constat; Porphyr. apud Euseb. Praep. Evang. IV. 8. *σὺ δὲ εἴπερ τε καὶ ταῦτα πειρᾷ μὴ δημοσιεύειν, μηδ' ἅχρι καὶ τῶν βεβήλων ῥίπτειν ἀντὰ δόξης ἕνεκα ἢ κέρδους ... ταῦτά μοι ὡς ἀῤῥήτων τὰ ἀῤῥητότερα κρύπτειν· οὐδὲ γὰρ οἱ θεοὶ φανερῶς περὶ αὐτῶν ἐθέσπισαν, ἀλλὰ δι' αἰνιγμάτων.* De Isidis mysteriis Iamblich. de Myst. VI. 7. *διὰ τοῦτο γὰρ μένει ἐν τάξει τὰ τοῦ παντὸς μόρια, διότι ἡ ἀγαθοποιὸς τοῦ Ὀσίριδος δύναμις ἁγνὴ καὶ ἄχραντος μένει καὶ οὐ συμμίγνυται πρὸς τὴν ἐναντίαν πλημμέλειαν καὶ ταραχήν. Μένει δὲ καὶ ἡ τῶν ὅλων ζωὴ καθαρὰ καὶ ἀδιάφθορος, ἐπειδὴ τὰ ἀπόκρυφα ζωογόνα τῶν λόγων κάλλη τῆς Ἴσιδος οὐ κάτεισιν εἰς τὸ φαινόμενον καὶ ὁρώμενον σῶμα· ἀκίνητα γὰρ διατελεῖ πάντα καὶ ἀπηνῆ, διότι οὐδέποτε ἵσταται ὁ τοῦ ἡλίου δρόμος· τέλεια γὰρ καὶ ὁλόκληρα διαμένει πάντα, ἐπειδὴ τὰ ἐν Ἀβύδῳ καλύπτεται, οἷς οὖν ἔχει τὴν σωτηρίαν τὰ ὅλα, λέγω γὰρ ἐν τῷ τὰ ἀπόῤῥητα κεκρυμμένα ἀεὶ διατηρεῖσθαι καὶ ἐν τῷ τὴν ἀφθεγκτον τῶν θεῶν οὐσίαν μηδέποτε τῆς ἐναντίας καταλαμβάνειν μοίρας.* cf. de la Chauss. de Deor. Simul. tab. XXXII. in Graev. Thes. T. V. p. 780.]

et linguae. [Oud. mavult *lingua* i. e. dicentis. Hoc vero minus probatur. *Linguae* vel in universum ad omnes referri potest, qui talia provulgarent vel ad solum Lucium, plurali pro singulari ob antecedens *aures* posito. *Illae* hic pro *illius* positum est, ut Met. III. p. 220. *nocti istae.*]

accessi confinium mortis cett. [De his cerimoniis in aliis quoque sacris usurpatis vide Astorium de Diis Cabiris

Digitized by Google

elementa remeavi; nocte media vidi solem candido coruscantem lumine: deos
[269] inferos et deos superos accessi | coram, et adoravi de proxumo. Ecce tibi retuli, quae quamvis audita ignores tamen necesse est. Ergo quod solum potest sine piaculo ad profanorum intelligentias enuntiari, referam.

CAPUT XXIV.

Mane factum est, et perfectis solemnibus processi duodecim sacratus stolis, habitu quidem religioso satis, sed effari de eo nullo vinculo prohibeor, quippe quod tunc temporis videre praesentes plurimi. Namque in ipso aedis sacrae meditullio ante deae simulacrum constitutum tribunal ligneum iussus superstiti, byssina quidem sed floridę depicta veste conspicuus. Et humeris

remeravi f. *candidum coruscantem lumen* L. *superos. Accessi* ita distinguunt G. D. et omnes edd. vett. usque ad Colv. *ignores tamen credere necesse est* G. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. L. f. Scriver. uncinulis *credere* inclusit. Pricaeus probavit. *ego* D. *is inde piaculo* pro *sine piaculo* O.

perfictionis D. *solemnitatibus* L. *sacratis* G. L. P. p. *saccatis* D. *scolis* D. *deo* pro *de eo* D. *pulcerrimum* pro *plurimi* mirifice habet D. *namque* non est in G. P. D. *astit* O.

§. XII. in Polen. Suppl. Thes. Antiqq. T. II. p. 897., ubi sine dubio typothetarum errore pro *confinium* legitur *consilium*. Multa quae huc pertinent congesserunt Casaubon. et Salmas. ad Lamprid. Commod. c. 9. p. 498 sq. Meurs. Eleus. c. 11. Dio Chrysostomus Orat. 12. *πολλὰ ὁρῶντα μυστικὰ θεάματα, πολλῶν δὲ ἀκούοντα τοιούτων φωνῶν· σκότους τε καὶ φωτὸς ἐναλλὰξ αὐτῷ φαινομένων, ἄλλων τε μυρίων γενομένων.*]

Cap. XXIV. *sacratus*. [De hac voce cf. Herald. ad Arnob. V. 21. p. 310. T. II. Orell. Sunt enim *initiati*.]

duodecim stolis. De his Beroaldus haec adnotat: „Attende hic *stolas* accipi pro *vestibus sacerdotalibus*, sicut hodie stolas induunt nostri sacerdotes, quod et *orarium* vocant. Hinc illud XXIII. distinctione scriptum est; ecclesiastica institutione praefixum novimus, ut omnis sacerdos cum ordinatur orario utroque humero ambiatur, nec ad solemnia sacrificia accedat nisi orario utroque humero circumseptus, ita ut de uno eodemque orario cervicem pariter et utrumque humerum premat. Alias *stolá* dicitur vestis matronalis, unde *stolatus pudor* pro *matronalis*. Ideo autem videtur dixisse *duodecim* stolis se sacratum processisse propter duodecim signa zodiaci. Namque in cerimoniae Iudaicae mysteriis duodecim panes in mensa significabant circulum duodecim signorum atque annum duodecim mensibus divisum. Septem vero lucernae in ipso candelabro septem planetas indicabant. In sacris litteris numerus duodenarius refertur ad duodecim tribus israeliticas."

in ipso aedis sacrae meditullio. [In medio templo simulacrum erat numinis; cui templum dicatum erat, cf. Turneb. Advers. X. 11. p. 314. Virg. Georg. III. 16.]

floride depicta. [Spanh. ad Iulian. Probatt. p. 218. ed. francog. Clem. Paed. II. 10. *αἱ τοῖς ἄνθεσιν ἐοικυῖαι ἐσθῆτες Βακχικοὶς καὶ τελεστικοῖς καταλιπτέαι λήροις.*]

et humeris. Elegantius sine copula cum Piccart. Peric. Crit. c. 16. et Arntz. ad Aurel. Vict. de Vir. Illust. c. 21. legi *ex humeris*, ut apud Ovid. *aureaque Ex humeris medios cona dependebat in armos* sententia est Ovd., quam equidem probare nequeo. Eadem ratione Apuleius Met. X. p. 736. *amicula humeris defluentia* dixit. [Virg. Aen. I. 730. *dependent lychni laquearibus altis* et VI. 301. *ex humeris nodo dependet amictus*, unde utramque constructionem in usu fuisse evincitur.]

Digitized by Google

dependebat pone tergum talorum tenus pretiosa chlamyda. Quaqua tamen viseres, colore vario circumnotatis insignibar animalibus; hinc dracones Indici, inde grypes Hyperborei, quos in speciem pinnatae alitis generat mundus alter. Hanc Olympiacam stolam | sacrati nuncupant. At manu dextera gerebam 805

Pro *sed* L. habet g^{a}_{3}, quod potest esse *quasi*. Quid tamen librarius sibi voluerit nescio, nisi potius error est Colvii, qui pro *quaqua* ita legere cod. enotare voluerit. *floree* F. 1. *calorum* G. D. *colorum tenuis* O. *quamquam* G. P. D. O. f. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. Male cf. ad Met. II. p. 91. *facies quaqua pinnis explicitis*. *tamen insecie* pro *viseres* B. *insignabar* G. P. D. O. π. *insignabatur* L. *indicae* L. Venet. 2. *indice* i. e. *indicae* Vicent. *hinc gryphes borei* δ. corrupte *gripes* F. 3. *grypes* ed. pr. Vicent., [quam orthographiam meliorem esse puto; ita cod. Medic. Virgil. Ecl. VIII. 27. habet *grypes* (γρῦπες) probante Wagnero, qui Schneid. Gr. Lat. Vol. I. p. 204. excitat: Ego igitur praeterea cod. F. 3. ubique secutus *grypes* retinui.] *muldus* D. *mundus alacer* δ. *alter* non est in B. Sed necessario per sententiam requiritur. *Alter mundus* pertinet ad antipodas. *olim piacham* G. *olim piacam* D. *olim pictam* B. p. *olymphacum* Coll. Lips. *saccati* G. D. *ad manu dextera* F. 3. *ad manum dextram* F. 1. teste Elm. In collat. autem Lindenbrog. correctum est *ad manum dexteram*, quod idem praebent p. et edd. ante Colv. *ac manu dextera* Scriver. *at manu dextra* f. teste Roaldo. In cett. *at manu dextera*. *gerebant* Venet. 4. *gerebat* Bas. 1.

dracones Indici [de his compara ad Florid. p. 20.]

grypes Hyperborei. [cf. de his grypibus Intt. ad Virg. Ecl. VIII. 27. Heins. Advers. I. 12. p. 127. Optime de hoc loco agit Guther. de vett. Iur. Pont. I. 26. p. 51. ubi perperam pro *pinnatae alitis* legitur *privatae*, quae corruptela sine dubio operarum negligentiae tribuenda est.]

Olympiacam. Olympi et Olympiorum in sacris Isidis nullam rationem nec mentionem esse censet Reinesius, coniiciens hinc *Leonticam* Inscriptt. Cl. I. n. 48. p. 96. [De *Leonticis* classicus locus est Porphyr. de antro Nymph. 16. *ὅταν μὲν τοῖς τὰ Λεοντικὰ μυουμένοις εἰς τὰς χεῖρας ἀνθ' ὕδατος μέλι νίψασθαι ἐγχέωσι, καθαρὰς ἔχειν τὰς χεῖρας παραγγέλλουσιν ἀπὸ παντὸς λυπηροῦ καὶ βλαπτικοῦ καὶ μιαροῦ. Καὶ ὡς μυστῇ καθαρτικοῦ ὄντος, τοῦ πυρὸς οἰκεῖα νίπτρα προσάγουσι, παραιτησάμενοι τὸ ὕδωρ ὡς πολεμεῖν τῷ πυρί. ὅταν δὲ τῷ Πέρσῃ προσάγωσι μέλι ὡς φύλακι καρπῶν τὸ φυλακτικὸν ἐν συμβόλῳ τίθενται·* et prae ceteris Porphyr. de abstin. IV. p. 399. *ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις τὴν κοινότητα ἡμῶν τὴν πρὸς τὰ ζῶα αἰνιττόμενοι διὰ τῶν ζώων ἡμᾶς μηνύειν εἰώθασι, ὡς τοὺς μὲν μετέχοντας τῶν αὐτῶν ὀργίων μύστας λέοντας καλεῖν, τὰς δὲ γυναῖκας ὕαινας, τοὺς δὲ ὑπηρετοῦντας κόρακας. ἐπί τε τῶν πατέρων ἀετοὶ γὰρ καὶ ἱέρακες οὗτοι προσαγορεύονται ὅ τι τὰ λεοντικὰ παραλαμβάνων περιτίθεται παντοδαπὰς ζώων μορφάς, ὧν τὴν αἰτίαν ἀποδιδοὺς Πάλλας ἐν τοῖς περὶ τοῦ Μίθρα τὴν κοινὴν φησι φορὰν οὐσθαι, ὡς πρὸς τὴν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου ἀποτεινειν* (cf. supra *duodecim stolis sacratus*) *τὴν δὲ ἀληθινὴν ὑπόληψιν καὶ ἀκριβῆ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν αἰνίττεσθαι, ἃς παντοδαποῖς περιέχεσθαι σώμασι λέγουσι.* Haec quamquam bene probari posse videntur, tamen obstat, quod hic non de mysteriis Mithrae sed de Isidis sermo est, quae inter se confundi ab Apuleio nequeunt in tam accurata rerum descriptione, quodque postea demum Lucius mysteriis Mithrae initiatur. Agit de h. l. praeterea Spanh. ad Iulian. Prob. p. 129. et Saint Croix sur les myst. T. II. p. 135. qui *olympiacam* defendit et p. 164. ibidemque not. Silv. de Sacy. Rationem cur haec chlamyda *olympiaca* nominata sit, Saint-Croix profert hancce: Les prêtres donnaient à cet habillement le nom d'*olimpiaque* sans doute parce qu'il était le signe des épreuves auxquelles on s'était soumis et de la victoire qu'on avait remportée sur la crainte que ces épreuves inspiraient. Alius vir doctus *olympiacam* pro *olympicam* dictam esse chlamydam censet, quod signa coeli i. e. zodiacus adeoque totum coelum depictum fuerit; quam tamen sententiam nec adiectivi *olympiacus* usus nec praegressa *dracones Indici*

flammis adultam facem, et caput decore corona cinxerat, palmae candidae foliis in modum radiorum prosistentibus. Sic ad instar Solis exornato *me* et
806 in vicem simulacri constituto, repente velis reductis in aspectum populus errabat.

adulteram δ. faciem D. *decora* G. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. O. L. φ. Elm. Scriver. et probante Oud. Ruhnk. in textum recepit. *decorata* f. d. Petrarch. cod. In cett. *decore. dedecore* habent vitiose ed. pr. Vicent. Venet. 2. *candida* in edit. quadam esse adnotat Elm. Sed nec Oud. nec ego quae illa sit invenire potuimus. Forsitan nihil est nisi Elm. ipsius error. *adornatum me* B. teste Sciopp. et in collat. Mod. *exornatum* F. 1. in coll. Lindenbrog. p. B. (teste Oud.) ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. Bas. 1. *exornatus* F. 1. (in excerptis ad marg. ed. Colv.) Iunt. 1. 2. Ald. In cett. *exornato. constitute* F. 1. 3. G. D. B. p. et cett. quoque sine dubio codd., quamquam aliquot tantum Oud. enumerat. Idem habent omnes edd. *vel reductis* D. *populus errabat* F. 1. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) 3. B. p. edd. vett. usque ad Colv. *populi errabant* f. teste Rosaldo sed in Oud. excerptis *errabam. aspectum populi errabam* vitiose Florid. In cett. *in adspectum populi errabam.*

et *grypes Hyperborei* probant. Priore verisimiliorem reperire nullam potui. De his bestiis in stola depictis cf. Bayer. in Epist. ad Croz. I. p. 15.]

flammis adultam facem. Colv. ita emendat Nazar. Panegyr. Const. Aug. c. 21. *Nam cum introitus vi mannque quaereretur, et portarum inflammatio ignem late distulisset, cuius facilis per adiuncta contagio partu pestifero crescebat, maxima benignissimi imperatoris fuit cura, non modo ut incendium non adultum senesceret, sed oppressum emori posset,* ubi tamen cum cett. Iutt. *adiutum* retinendum est, cf. Steph. ad Sax. Grammat. p. 127. *adultas oleo lampades* et Heins. et Dr. ad Sil. VII. 353. *adiutae pinguescere flammae coepere.* Hic vero optime dicitur *adultam.* Huc pertinet Ovid. locus Am. I. 11. 9. *Vide ego iactas mota face crescere flammas, et vidi nullo concutiente mori,* [quod Ovid. Met. X. 7. expressit *nullosque invenit motibus ignes.* Forsitan rectius *adultus* deducitur a verbo *adoleo* i. e. *cremare accendere* ut sint *faces flammis accensae* ut Tac. Hist. II. 3. *igni puro altaria adolentur.* Ovid. Fast. I. 276. *haec adolet flammis cum strue farra suis.*]

decore corona cinxerat. Cum optimis codd. *decore* retineo, quod potius offendisse videtur librarios quam *decora.* De hac corona adi Tristan. Numism. T. I. p. 508.

radiorum prosistentibus. [De hoc loco cf. quae fusius disputat Boettiger. Sabin. T. I. p. 227 sq. ed. nov. Aleander. in Tabul. Heliac. Explicat. in Graev. Thes. Antiqq. T. V. p. 707. cap.: *Solis caput, adiutum.*]

Sic ad instar Solis exornato ... constituto ... in aspectum populus errabat. Plurimi interpretes in eo loco haeserunt *in aspectum populi errabam* probantes, quod apertum est antecedentibus verbis *exornato* et *constituto* minime convenire. Oud. ex scriptura aliquot codd. *exornatum* emendavit *exornato me et .... constituto*, quod ante eum iam voluisse videtur cum Schickerado Scioppius. Recte enim censuit, haec cum aliis nequaquam in nominativum esse mutanda. Nam, etiamsi mox verbum sequeretur primae personae, tamen non insolens esse graecissantibus auctoribus ablativo absoluto uti pro nominativo, cf. ad Met. X. p. 699. *ad istum modum seniore adorante placuit,* ubi mea vide. Facillime igitur primam personam *in adspectum populi errabam* defendi posse. Verum neutra lectio ei se comprobabat ita ratiocinato: „Quomodo enim Lucius *in vicem simulacri constitutus* potest dicere, *se in aspectum populi errasse*, sive per medium populum ivisse, ut ubique conspiciendum se praeberet?“ Hinc varias coniecturas tumultuario adscripsit Wasse. Sive *emicabam* ad instar solis, sive *oriebar*, ut apud Senecam de Clement. I. 8. *prodire te putas? oriris de Nerone.* Pricaeus coniecit *adspectum populi inerrabam*, quod *exhibuit* Floridus. Oud. igitur excidisse vocabulum videtur, *in aspectum populi oculis er-*

Digitized by Google

Exhinc festissimum celebravi natalem sacrorum, et suaves epulae et faceta

et hinc δ. [cf. Hand. Tursell. II. p. 665.] *festissimum* F. 3. O. p. B. edd. ante Colineum. et Ruhnken. probante Oud. *festissimumque* L. *fetissimum* G. P. D. *felicissimum* ex glossemate φ. *δ.* in cett. *festivissimum. epulas* edd. Wow. et Pric., ut iungas verbo *celebravi.* Sed aliter placuit Apuleio; cf. ad Met. I. p. 32. *et scitum cavillum; iam dicacitas tinnula. facete* L. f. *facetam δ.*

rabam sive circumspiciebam. Sic autem mavult quam *oculi errabant*, quia prior lectio corruptioni videatur fuisse facilior. Quod autem ad alteram pertineat lectionem *populus errabat*, istam certo certius esse falsam. Populum enim, qui avide conspiciat unum Lucium dici non posse *errare in adspectum.* Hoc idem sentiens Wass. adscripsit *ruebat* vel *inhiabat*, alii *horrebat* sacro sc. horrore, cf. Misc. Observ. Vol. II. T. II. p. 400 sq. His consideratis Oud. proclivis est ad emendationem *haerebat*, quod non solum haec verba passim confundantur, cf. Met. I. p. 22., sed etiam *haerere* in alicuius adspectu dicatur avide et cum stupore intuens, conf. Burm. ad Ovid. Am. I. 9. 24. *Haesit et in cultu constitit usque tuo;* Met. III. 419. *vultuque immotus eodem haesit.* X. 204. et 359. Claudian. in Rufin. I. 139. Ceterum lectori optionem dat inter utramque coniecturam, quarum prior ipsi magis placet, ut Apuleius de se solo, non de populo loquatur. [Sed totius loci ratio dictionisque insolentia probat, tam temere ne quid mutetur cavendum esse. Si *haerebat* cum Oud. defendere velis, necessarium est, pro *in adspectum* legas *in aspectu*, nec probabile est, librarios in scriptura tam facile haesisse ac quicquam mutasse, ut factum vidimus. Sententia loci clara est, quamvis perversissime ab Oud. intellecta. Lucius enim initiandus ad dei instar erat exornatus Solis, totam eius figuram induerat, corona radiata et veste olympiaca circumdatus, qui a populo spectaretur profano et admirationem ei faceret. Hinc igitur non de Lucio circumspiciente sermo esse potest, id quod Oud. coniectura sua voluit, sed de populo prae desiderio et exspectatione, prae rei solemnitate ac splendore quo oculos convertat nescio. Hanc qui probaverit loci sententiam, in locutione *errabat in adspectum*, quamquam insolentius dicta diutius non haerebit. *Errare in regionem* verbi caussa dici potest is, qui irruit in regionem, nullum certum, quo consistat quove se conferat, locum habens, qui temere nec antecapto consilio regionem intrat; ita *errare in adspectum* is dicitur, qui oculos huc illuc vagari sinit vel prae rei novitate allectus, vel splendore et lumine abreptus; ut *adspectus* hic non actionem significet conspiciendi, sed res, quae adspiciendae sunt. Populus igitur qui velis reductis in ipsum aedis meditullium admissus est, postquam Lucius ad instar Solis exornatus et invicem simulacri constitutus erat, oculis vagabatur in diversissimas partes, modo Lucium, modo hoc, modo illud contemplatus. Ita puto lectionem *populus in aspectum errabat* defendi posse, praeterea ingenio Apuleii aptissimam, qui tam inusitata praeceteris amplectitur. Tum ex iis iam quae demonstravi apertissime elucet, vitium praegressis verbis insidere, nam sive dativi sive ablativi *exornato* et *constituto* sunt, iustam explicationem non admittunt. Ego exspectaverim ablativos absolutos, qui facile corrigi possunt, dummodo pro *exornato exornato me* scribas, quam coniecturam lectio Florent. 1. aliorumque codd. *exornatum* mirifice adiuvat. Pro more enuntiationis membrum omisit Apuleius, quod tamen non solum cogitatione facillime addi potest, sed per se quoque iam intelligitur: *populus in penetralia admissus est.* Hoc luce clarius iam verbis *velis reductis* et *in aspectum errabat* exprimitur.]

celebravi natalem. [De donis et conviviis natalitiis cf. Intt. ad Martian. Capell. I. §. 7. Intt. ad Censorin. c. 1. *natalitii titulo tibi missi*, Lindenbrog ad eiusd. c. 2. p. 11.]

Digitized by Google

convivia. Dies etiam tertius pari cerimoniarum ritu celebratus, et ientaculum religiosum et teletae legitima consummatio. Paucis dehinc ibidem commoratus diebus inexplicabili voluptate simulacri divini perfruebar, irremunerabili quippe beneficio pigneratus. Sed tandem deae monitu licet non plene, tamen pro meo modulo supplicue gratiis persolutis, tardam satis domuitionem comparo; vix equidem abruptis ardentissimi desiderii retinaculis. Provolutus denique ante conspectum deae, et facie mea diu detersis vestigiis eius, lacrimis obortis, singultu crebro sermonem interficiens et verba devorans aio:

CAPUT XXV.

Tu quidem sancta et humani generis sospitatrix perpetua, semper fovendis mortalibus munifica, dulcem matris affectionem miserorum casibus tribuis.
807 Nec dies nec quies ulla ac ne momentum quidem tenue tuis | transcurrit beneficiis otiosum; quin mari terraque protegas homines, et depulsis vitae procellis salutarem porrigas dexteram, qua fatorum etiam inextricabiliter contorta retractas licia, et fortunae tempestates mitigas, et stellarum noxios meatus

dies enim tertius Florid. vitiose. *ventaculum* O. *tentaculum* p. *intentaculum* Vulc. 2. typothetarum, ut apertum est, vitio. *paucis dehinc etiam* O. De *inexplicabili voluptate* cf. ad Met. II. p. 87., ubi Oud. *inexplicabiliter* emendat. *quidem* pro *quippe* p. *pignoratus δ.* solita aberratione. *sed tandem* F. 3. G. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. O. f. *δ. π.* Coll. Lips. Iunt. 2. Wow. Pric. Scriver. In cett. *sed tamen.* Statim sequitur *tamen. monita* G. D. O. *plane δ. supplicum* P. *supplicu* (non *supplicii* ut in Oud. excerptis erat) G. et D. *gratis* p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *compero* Venet. 4. Paris. Bas. 1. Mavult Oud. cum aliis plene distinguere non post *comparo*, sed post *retinaculis*, quam sententiam Ruhnk. in textu secutus est. Ego quoque obtemperavi. *ardentissimi* non comparet in O. *consectum* in Vulc. 2. est typothetarum error. *detrusis* lectionem ed. pr. Vicent. Venet. 2. vitiosissime repetiverunt Bas., quam bene correxerat Beroald., ut Mss. habent et sententia postulat. *tersis* Iunt. 1. Ald. *abortis f. sermone* p. *animo* Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. ex compendii *aio* i. e. *animo confusione.*

secreta G. P. D. *sospitatis π. fovendo moralibus* p. *quidem* non comparet in G. P. D. L. *δ.* quod si melioris notae codd. probarent, equidem iubenter omitterem. Ne enim simpliciter apud Apuleium aliosque pro *ne quidem* usurpari demonstratum est ad Met. I. p. 71. *ac ne sufficientem supellectilem. beneficium* O. a m. p. *que* pro *quin* vitiose est in Bas. 1. *dextram* omnes edd. habent, certe quas ego comparare potui. *tempestate* p. *varios* pro *noxios* edd. vett. usque ad Colv. praeter Iunt. 2. *motus* pro *meatus* typothetarum modo error est in notis Rualdi, licet saepe de siderum cursu hoc vocabulum usurpetur.

conspectum. Elm. emendat ineptissime *conseptum*, quum seqq. satis doceant, *conspectum* hic bene se habere. Ad deae enim imaginem provolutus eam lacrimis humefecerat, et facie crinibusque deterserat e frequentissimo adorantium more; cf. ad Lucan. II. 30. *Has lacrimis sparsere deos* ad Met. p. 384. *tunc Psyche pedes eius advoluta et uberi fletu rigans deae vestigia humumque verrens crinibus.*

CAP. XXV. *retractas licia.* [i. e. retrahis, differs cf. Gloss. Philox. p. 187. *retractas διαλογίζῃ, ἀναβάλλῃ, δυσιδαιμονεῖς, ἀναλογίζῃ — retractat διστάζει retractant ἀντιβάλλουσιν (ἀναβάλλουσιν?) retractat ὑποχωρεῖ.* Est eadem sententia, quam p. 766. expressit his verbis: *quodsi sedulis obsequiis et religiosis ministeriis et tenacibus castimoniis numen nostrum promerueris, scies ultra statuta fato tuo spatia vitam quoque tibi prorogare mihi licere.* Eadem ratione dixit Ovid. Met. X. 31. *properata retexite fata*, ubi multi Iutt. emendant *fila.*]

fortunae tempestates mitigas. [cf. sacerdotis orationem p. 782 aqq. cf. Arnob. II. 45. *in corpora ire, quorum indutae carceribus sub procellis agerent tempestatibusque quotidie fortunae;* p. 782. *magnis fortunae tempestatibus.*]

Digitized by Google

cohibes. Te superi colunt, observant inferi, tu rotas orbem, luminas solem, regis mundum, calcas Tartarum. Tibi respondent sidera, | redeunt tempora, [270] gaudent numina, serviunt elementa. Tuo nutu spirant flamina, nutriunt | nubila, germinant semina, crescunt germina. Tuam maiestatem perhorrescunt 808

cohibens f. *luminaris a sole* Rittershusii est emendatio, quam Mod. ad marg. ed. Colv. adscripsit, Wasseus vero quasi cod. P. lectionem enotavit, ex eodem perverse *relegis* exeitans, cum ille codex habeat *regis coelum* e glossa scilicet pro *mundum*, qui poetis saepius *coelum* significat. *illuminas* Elm. Scriver. contra codd. *lumine solem* in G. et P. extare testatur Oud. At in cod. G. extat uti in D. *lumina solem*, *S* littera sequentis vocabuli initiali absorpta; unde etiam in P. ita legi probabile fit. Verba *regis mundum calcas Tartarum* non comparent in G. D. *conculcas* P. *respondent sidera, redeunt tempora, gaudent numina, serviunt elementa* lectio est codd. omnium et edd. ante Colv. qui e L. immutavit nonnihil ordinem: *respondent sidera, gaudent numina, redeunt tempora, serviunt elementa*, quia *sidera* et *numina* soleant iungi. In B. est: *respondent sidera, tempora redeunt, minima*, quod orationis concinnitati adversatur. Inepte *lumina* refinxit Wower. et ex eius editione de more Pric. *fulmina* δ. *flumina* B. edd. vett. praeter Iunt. 2. Bas. 1. *nutriunt* F. 3. G. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) D. δ. f. Coll. Voss. Scriver. In cett. *nutriuntur. gramina* B. *germina tuam maiestatem perhorrescunt* non est in G. D. f. et in O. π. quibus praeterea deest vox *aves. perhorrescunt aves in coelo meantes* non sunt in L.

te superi colunt, observant inferi. [p. 761. *summa numinum, prima caelitum;* Oud. comparat p. 755. *et ecce pelago medio venerandos Diis etiam vultus attollens emergit divina facies*, ubi tamen *dei* legendum est et p. 761. *regina Manium* p. 754.]

luminas solem. Quia initio huius libri apprecetur Proserpinam s. Phoebi sororem eandemque nunc quoque fusis precibus invocet, Wower. cum Rittershusio putat legendum *illuminaris a sole*, qui posterior etiam *eluminas* vel *delaminas* mavult. Praeter enim quod vox ipsa *luminat* rara et magis barbara videatur, correctionem sensum postulare ipsum. Hoc enim in vulgus notum esse, Lunam Solis obscurare potius lumen et eclipsin efficere, quam ut ei lucem commodet, quam eandem sententiam Piccart. quoque in Peric. Crit. 16. secutus est. Sed ab auctoris mente valde aberrarunt viri docti, qui existimarunt, aliquid in h. l. mutandum esse. Nam parum ad Isidis laudem pertineret, si vel ipsi opus esset solis lumine, vel si ipsa eam obscuraret et sic tenebris orbem terrarum involveret. Auctor hic Isidem non considerat ut Lunam, sed ut Venerem, quae etiam Isis, cuiusque stella aliis *Venus*, aliis *Isis*, aliis *Magna Mater*, aliis *Lucifer* dicta est et ut Sol alter diem maturat. Hanc vim clare indigitat Apuleius Met. XI. p. 755. *et solis ambagibus dispensans incerta lumina*, et p. 766. *quae caeli luminosa culmina nutibus meis dispenso.* Neque opus est cum Elm. et Scriver. refingere *illuminas.* Nam praeterquam quod alii simplex *luminare* usurpaverint, quos vide apud Voss. ad Vell. II. 35., ipse auctor dixit Met. IX. p. 617. *male luminati;* Gloss. Cyrill. p. 656. φωτίζω *lumino, illumino, inlustro* [cf. Kopp. ad Mart. Capell. I. §. 73. p. 116.]

redeunt tempora ... serviunt elementa. [cf. p. 761. *elementorum omnium domina, saeculorum progenies initialis.*]

spirant flamina. [cf. p. 756. *quae maris salubria flamina ... nutibus meis dispenso*, unde intelligitur, quam perverse alii praeferant lectionem *flumina.*] Oud. *flamina* ita defendit: praeterquam quod spiritus *fluvialis* tenuior est, quam ut inde Isidis laudes decantaret, agitur hic de coelestibus rebus.

nutriunt nubila. [Hanc lectionem ex optimis codd. restitui, quam orationis concinnitatem postulare apertum est. Qui enim totum hunc locum accuratius inspexerit, singula sibi verba ad sonum quoque respondere inveniet, quod singillatim demonstrare longum est. Hinc mea quidem sententia *nutriuntur* forma passiva non convenit, et *nutriunt* melius respondet verbis *spirant, germinant, crescunt* ita ut *spirant flamina*

Digitized by Google

aves coelo meantes, ferae montibus errantes, serpentes solo *labentes*, belluae ponto natantes. At ego referendis laudibus tuis exilis ingenio et adhibendis sacrificiis tenuis patrimonio; nec mihi vocis ubertas ad dicenda quae de tua maiestate sentio sufficit; nec ora mille linguaeque totidem vel indefessi sermonis aeterna series. Ergo quod solum potest religiosus quidem sed pauper alioquin efficere curabo: divinos tuos vultus numenque sanctissimum intra pectoris mei secreta conditum perpetuo custodiens, imaginabor. Ad istum modum deprecato summo numine, complexus Mithram sacerdotem et meum iam parentem, colloque

nicantes pro *meantes* D. *la tentes* ita in G. scriptum est, lacuna unius litterae conspicua, quam abrasam esse ab librario cognoscitur. In D. *lactentes* aperte legitur. *referentes* p. *laudibus eius* pro *tuis* G. P. D. *exiguus* pro *exilis* G. P. D. L. Colv. Vulc. Wow. Pric. In f. est *exii*, unde Oud. proclivis est ad emendationem *exili*, quam ne proferre quidem debebat, quia orationis concinnitas in seqq. voc. *tenuis patrimonio* adversatur, licet ipse suam emendationem improbaverit. *hora mille* Venet. 4. *indefeci d.*, quod valde confirmat Pricaei coniecturam *indefeeti*, in quibus vocabulis aeque probis auctoribus perpetua haec est varietas. *vel inde fessi* Venet 4. *sacratissimum* Florid. edit. ex negligentia editoris, quum quot ego vidi nec codd. nec edd. eam lectionem prae se ferant, nec Oud. lectionis varietatem enotaverit. *meis* Vulc. 2. errore typothetarum. *condita* G. P. D. L. *perpetuum* B., quod per se non improbabile est; cf. ad Met. II. p. 99. *urit perpetuum*. *nomine* p. *sacerdotem* exulat a B. *Mithiam* O. π. *mirum* Bas. 1. cf. supra p. 800. *collaque* non est in B.

et *germinant semina; nutriunt nubila* et *crescunt germina* accuratissime sibi opponantur, ut in praegressis *respondent sidera* et *gaudent numina: redeunt tempora: serviunt elementa*, quae ipsa caussa est, cur verborum positus, qui in B. conspicitur, reiiciendus sit. *Mugiunt* quod alii substituere volunt de tonitru probari nequit, quod, ut recte iam vidit Oud., auctor recenset omnia salutaria divae opera eique foecunditatem omnium rerum adscribit, ut docent seqq., quibuscum cf. p. 754. *et uvidis ignibus nutriens laeta semina. Nutriunt* vero cum Scriver. active sumi nequit, *aquas* cogitatione addente, quo accedit, quod auctor nullum hic verbum activum usurpaverit, sed omnia neutra. Hinc putaverim, *nutrire* hic neutrali significatione dictum esse, ut *pascere, ingeminare, turbare*; cf. ad Met. I. p. 61. quamquam alterum huius notionis exemplum afferre nequeo. cf. Voss. de Analog. T. II. p. 729 sqq. Eckst.]

labentes. [*Latentes*, quod omnes codd. praebent quantumque video omnibus Edd. comprobatum est, duplici de caussa ferendum non esse duxi, primum quod vocis significatio per se ad angues relata nulla est, quid enim est: *angues in terra abditi;* quam ineptiam sentiens Rodius vertit: *Schlangen in den Klüften.* Tum *latere* ceteris quae hic ponuntur verbis non convenit, quum *meantes, errantes, natantes* motionem indicent singulis quibusque animalibus propriam; vocibus *caelo, montibus, solo, ponto* habitacula notentur. Hinc emendavi *labentes*, quae emendatio omnium facillima est. *Labi* enim anguium proprium esse vocabulum demonstrat Serv. ad Virg. Aen. II. 225: *lapsu labi proprie serpentum est;* Ovid. Met. IV. 493. XV. 721. Virg. Aen. V. 86. VII. 349. Rectius forsitan reponetur vocabulum, quod in terminatione *a* litteram continet, ut *labantes* de labili serpentum motione huc illuc se trahentium, vel *reptantes*, quod tamen a codd. vestigiis nimium recedit, vel simile, quia tum singula participia non solum ad significationem sed ad terminationem quoque sibi invicem respondebunt. Donec melius edocear, *labentes* ut necessarium in textum recepi.]

nec ora mille. [De dictione *centum* vel *mille ora habere* in rebus quae descriptu sunt difficillimae, cf. Loers. ad Ovid. Trist. I. 1. 53. Eadem fere ratione dicit Arnob. I. 31. de deo: *de quo nihil dici et exprimi mortalium potis est significatione verborum.*]

deprecato. [cf. Voss. Arist. T. III. p. 952 Eckst.]

meum iam parentem. Ex antiquo

eius multis osculis inhaerens veniam postulabam, quod eum condigne tantis beneficiis munerari nequirem.

CAPUT XXVI.

Diu denique gratiarum gerendarum sermone prolixo commoratus tandem digredior, et recta | patrium larem revisurus meum post aliquam multum tem- 809
poris contendo, paucisque post diebus deae potentis instinctu, raptim constrictis sarcinulis nave conscensa, Romam versus profectionem dirigo, tutusque prosperitate ventorum ferentium Augusti portum celerrime ac dehinc carpento pervolavi, vesperaque | quam dies insequebatur iduum Decembrium sacrosan- 810

deum F. 3. G. P. D. L. *f. δ.* O. ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Paris. Bas. 1. ob praegressum *quod. eum* in F. 1. exulat forsitan ob compendium *q̄d'um. munerari* codd. omnes praeter f. qui habet *munerare. remunerari* Colv. et seqq. *remunerare* Colin. Bas. 1. *beneficiis unam nequirem* G. P. D. *numerari* Venet. 4. cf. ad Met. III. p. 200.

tam digredior D. *et recepta* D. *et recta via* B. et edd. vett. praeter Iunt. 2. cf. ad Met. VI. p. 412. *patrum* G. P. L. *aliquantulum* L. cf. Met. I. p. 74. ad Apol. p. 593. *instructu* Venet. 4. Bas. 1. *sarcinolis* G. D. *conscensu* Vulc. 2. *versus Romam* G. P. D. *Romam usque* ex glossemate p. *δ. intus* Pricael emendationem probavit Oud.; at ab Ruhnk. in textum non recepta est. *hauxi portum* B. *hausi portum* edd. vett. usque ad Colv. *augusti portum* F. 1. 3. G. O. P. D. R. *f.* L. p. *π. ad dehinc* p. Verba inde a *pervolavi* usque ad *quam* non comparent in Venet. 4. *vesperamque unam* Bas. 1. *idudum* D.

augurum instituto sic eum vocat qui ipsum *inauguraverat*. Hunc enim cooptatus in collegium *parentis* loco colere debebat, ut ait Cic. in Brut., nisi Apuleius imitatus sit Christianos, qui sic apostolos, a quibus ad veram persuasionem erant permoti *patres* vocabant, ut censet Cuper. in Epist. ad Dalen. p. 516. Huc etiam refer *παλιγγενεῖαν* et *renatos* p. 799. et *natalem sacrorum* p. 806.

CAP. XXVI. *gratiarum gerendarum.* Loquendi modus insolentior nec tamen hic tantum repertus; nam et *gratias deo gerere* in oratione martyrii horam B. Cyprian. dixit et *desideria coniugalia sibi gerere* i. e. reddere scriptor de cleric. singular. cum eodem Cypriano exarsus. Haec exempla profert Pric.

tutusque prosperitate ventorum ferentium. Wasseus coniicit *iutusque* Oud. etiam probatum, quem praeivit Pricaeus, *adiutus* emendans. Oud. mavult *fruitusque* vel *ususque.* [Nihilominus quidem *tutus* retineo propter locum: p. 784. *quo tibi tamen tutior atque munitior sis, da nomen huic sanctae militiae.* Isis enim quum navigii dea et sospitatrix navigantium sit cf. p. 786. *de novi commeatus prospera navigatione*, Lucius se sub tutela Isidis deae navigationem perfecisse gloriatur, quae ferentes ipsi a tergo ventos miserit. Qui antea terra summas perpessus erat molestias ac calamitates, nunc in tutelam receptus erat Fortunae, sed videntis cf. p. 783. De *iutus* cf. Buenem. ad Lact. de Opific. 10. §. 12. p. 1174. De dictione *ferentes venti* cf. Intt. ad Val. Flacc. I. 226. Met. V. p. 346. *venti ferentis.*]

Augusti portum celerrime ac dehinc carpento pervolavi. Primum frustra desudarunt nonnulli Intt., lectionem codicis Bert. *hausi* defendere, quam ex analogia dictionis *libare limen*, probant, quamque legi apud Petron. c. 136. p. 842. volunt. Hic vero *liberaverat* optimi Intt. bene restituebant. Nec convenit quod ex graeco afferunt Aristoph. *γενέσθαι τῆς θύρας*, et ex latino *gladio haurire pectus.* *Portum* tum proprie vocari Ostiae portum, qui Romanorum fuerit portus, eadem ratione qua ipsa Roma *urbs* dicatur. Burmannus etiam exponit *hausi portum*, tenui, occupavi ad Virg. Georg. IV. 427. *coelo et medium sol igneus orbem Hauserat*,

Digitized by Google

clam istam civitatem accedo. Nec ullum tam praecipuum mihi exinde studium fuit, quam quotidie supplicare summo numini Reginae Isidis: quae de templi situ sumto nomine Campensis summa cum veneratione propitiatur. Eram cultor

illum Venet. 4. et Paris. *exinde* deest O. *templio* p. *siti* f. *compensis* F. 1. 3. G. P. D. et codd. plerique ed. pr. Vicent. Venet. 2. *)phesis* L. Al. *)pēsus* teste Colv. *comprensio* B. teste Elm.; sed in collat. Mod. extat *comprensis*. *Campensis* habent f. et edd. inde a Beroald. *summa natione* G. D. P. pro *summa cum veneratione*. *prospiciatur* G. D. *prospiceatur* P.

l. e. *tenuerat*, ut ait Non. p. 319. ed. Merc. et Philargyr., vel invaserat ac penetrarat. Verum rectius interpretaberis: *perfecerat*, *consumserat* medium iter; quomodo Stat. Theb. I. p. 369. *haurit iter*, ubi omnino vid. Barth. Ut passim *haurire* pro consumere ponitur et de incendio, de prodigiis cett. crebro occurrit. [At *haurire portum* pro eum intrare, tenere latinum esse bene negat Oud., qui tamen in eo mihi videtur errare, quod vitium latere censens in particula *ac* emendat *Augusti portum celerrime nactus dehinc carpento pervolavi*, orationem quae Apulei ingenium miritice reddit miserrime ita corrumpens. Nam licet *nancisci littus*, *terram*, *portus* locutiones sint non ita infrequentes cf. Ovid. Heroid. XIV. 440., tamen haec potius explicatio quam emendatio loci est. Cur enim librarii *hausi* pro *Augusti* in textu reposuerint, facile potest intelligi, vocabulum quippe desiderantes, ex quo accuratius *Augusti portum* pendeat, quem ex voc. *pervolavi* aptum esse persuadere sibi non poterant. Eadem de caussa factam esse Oud. coniecturam apertum est. Qui vero totum locum accuratius consideraverit, ellipticam quasi dicendi rationem bene agnoscet, quae Apulei ingenio mirifice convenit. *Pervolare* igitur ad utrumque referri debet, et *pervolare portum* bene dici posse eum, qui non cunctans celerrime portum relinquat iter perrecturus nemo negabit. Praeterea semper restat difficultas quaedam dictionis *carpento pervolare*, ad quam cogitatione addendum aliquid esse apertissimum est, spatium significans, quod Romam inter atque Ostiam erat; quae quidem difficultas non tollitur, etiamsi *nactus* vel *hausi* interpoletur. Haec vero dictionis insolentia caussa est, cur mutandum quicquam esse non putaverim.] *Augusti portum* vero *Ostiam* dictam fuisse abunde demonstrant viri docti, cf. Cluver. in Ital. Antiq. III. c. 3. p. 876. Vulp. in Lat. Prof. XI. c. 2. Hennin. ad Bergier. de Rom. Imper. viis IV. 49. Male autem quidam confundunt eum cum portu Iulio per Augustum apud Baias effecto, de quo agit Sueton. c. 16. [cf. Lindenbrog. ad Amm. Marc. XIX. 10. §. 1. Tross. ad Auson. Mosell. 473. p. 121 sq. De *carpento* pro reda in viis publicis adhibita cf. Scheffer. de Re Vehic. c. 17: in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. V. p. 1379., qui h. l. excitans male *hausi* et *pervolvi*, (posterius sine dubio errore typothetarum corruptum est) habet.]

Campensis. [Isis ita nominata est, quia templum eius in Campo Martio erat, unde alii dii *campestres* appellati sunt in Inscriptt. apud Gruter. p. 1015. 2. cf. Vet. Schol. ad Iuvenal. VI. 530. *Isidis antiquum: In Martio campo templum erat Isidis vetustum;* Boettig. Sabin. T. I. p. 233. ed. nov. Huc refero Inscriptt. apud Gruter. p. 80, 2. *NEMESI. SANCTAE. CAMPESTRI. PRO. SALUTE. DOMINORUM. N. N. AUGG. P. AEL. P. F. AELIA. PACATUS. SCUPIS. QUOD. COH. DOCTOR. VOVERAT. NUNC. CAMPI. DOCTOR. COH. I. PR. P. U. SOMNIO. ADMONITUS. POSUIT. Campestrem* enim *Nemesin* sive Graecorum *Tisin* sive Fortunam Romanorum habes, semper est Isis Campestris. Nemesin enim apud Romanos in Capitolio tantum simulacrum habuisse, testatur Plin. XXVIII. 2. et XI. 103. XXXVI. 4. §. 3., unde illa dea quae apud Romanos sub eo nomine

denique assiduus, fani quidem advena, religionis autem indigena. Ecce transcurso signifero circulo Sol magnus annum compleverat, et quietem meam rursus interpellat numinis benefici cura pervigilis, et rursus teletae, rursus sacrorum commonet. Mirabar quid rei tentaret, quid pronuntiaret futurum: quidni? plenissime iamdudum videbar initiatus.

cultor denique F. 3. f. *cratur denique* G. P. D. (e suis G. excerptis Oud. exeitat *coator.*) In cett. *denique cultor. favi* G. P. *quidam* ∂. *aut indigena* D. *transcurro* D. *sol magnum annum* Coll. Voss. Iunt. 1. 2. Ald. et vir doctus in marg. Vicent. meae. *animum* pro *annum* D. *et e quietem* p. pro quo Oud. emendat *et ecce quidem*, quod propter paulo praegressum *ecce* minus probatur. Verba inde ab *interpellat* usque ad *sacrorum* omnia desunt in P. *pervigil* (ex compendio *pervigil'* corruptum) B. *beneficii* ∂. *beneficia* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *delete* D. *et rursus sacrorum* p. *commovet* D. *reptaret* pro *tentaret* (ex scriptura *tẽptaret* commutatum) G. O. P. D. Pricaeus tamen hinc divinavit *restaret. quid rei pronuntiaret* B. *quid impiniissime* G. P. D. Putschius coniiciebat in marg. ed. Vulc. 2. *qui mihi plenissime*; Lips. *quippe plenissime.* Oud. *quippe ni? plenissime videbar* esse in O. ait Oud.; quod etiam in ceteris codd. et edd. omnibus legitur. Forsitan typothetarum culpa *videbar* hic exiat, quum alia esse debeat lectio in O., aut Oud. adscribere voluit, hanc vocem O. deesse.

colebatur, intelligi nequit; Isidem vero Nemesin fuisse Graecorum demonstratum est ad Met. p. 763. *Rhamnusiam illi. Fortunam* vero Romanorum eandem esse Isidi evincit non solum locus Apul. Met. XI. p. 783. *in tutelam iam receptus Fortunae sed videntis, quae suae lucis splendore ceteros etiam deos illuminat*, sed etiam eius apud Romanos cognomina: *Mammosae, Stataae Matris, Sanctae, Virginis, Victricis.* Numquam tamen in Campo Martio Fortunam templum habuisse legi; cf. Hart. *Rel. der Röm.* T. II. p. 238. Eodem referenda est Inscriptio apud Murat. p. 620, 2. *LUNAE. INVICTAE. CAMPESTRI.* ubi Bimardus corrigit *CAMPESTRIBUS.* cf. ad Met. p. 1006. ed. meae.]

transcurso signifero circulo. [cf. Cort. ad Lucan. VIII. 172., qui hunc locum excitat, *sol magnus* legens, cf. Lindenbrog. ad Censorin. XIX. I. p. 142. *annus vertens est natura dum sol percurrens duodecim signa eodem unde profectus est redit*; et ad VIII. §. 4.]

Sol magnus annum compleverat. Coniecturam Beroaldi *magnum* nonnullae edd. expresserunt, quam ille reposuerat ex Virg. Aen. III. 284., ubi vide. Plura de *anno magno* dicam ad de Dogm. Plat. II. p. 201. Rectius tamen explicat Oud. solem magnum dici, quia iam in occasum vergat annus, ut *sol, dies magnus* post meridiem cf. Gell. III. 2. *post meridiem sole magno* Meurs. Exercitt. Crit. p. 228. [Minus probatur mihi eiusdem interpretatio de Osiride, *deo magno deumque summo parente*, cf. p. 810. quem Apuleius iam ante oculos habuerit p. 810. Hoc vero vix probabile est, quod si in praegressis iam allusisset ad Osiridis sacra, plane inepta essent verba: *Mirabar quid rei tenderet, quid pronuntiaret futurum. Solem magnum* equidem dici anni ultimi (transcurso signifero sole) ad occasum vergentis horas ultimas, per quas somniantibus somnia videbantur esse portenta sanctiora.]

numinis benefici cura pervigilis. Oud. magis inclinat ad lectionem codicis Bertin. *pervigil*, quia nusquam alibi Apuleius in nominativo casu vocis huius femininum *pervigilis* expresserit, sed *pervigil*, ut ceteri scriptores, vel legendum esse censet ex cod. d'Orvill. *beneficii*, intelligens curam numinis, quod beneficii pervigilis sit, sive pervigil in beneficio praestando. [Posteriori lectioni obstat positus verborum, quem Apuleius neutiquam ita instituisset, prior offensio simulata est, quia nunquam quantum equidem scio apud Apuleium nominativus huius vocis legitur, nisi hoc ipso loco, in ceteris vero casus obliqui, ita ut ex hoc solo loco iudicium de terminatione pendeat. *Pervigilis* non tantum codd. optimorum auctoritas, sed etiam

CAPUT XXVII.

Ac dum religiosum scrupulum partim apud meum sensum disputo, partim sacratorum consiliis examino, novum mirumque plane comperior, deae quidem me tantum sacris imbutum, ac magni dei deumque summi parentis, invicti Osiris necdum sacris illustratum. Quamquam enim connexa immo vero *inu-*
811 *nita* ratio | numinis religionisque esset, tamen teletae discrimen interesse ma-

at dum δ. *ac de* p. *meum sensum* F. 3. G. P. D. In cett. *sensum meum*. *scropulum* D. *sacrorum* O. f. δ. male, cf. ad Met. p. 804. *sacratus duodecim stolis*. *examino* pro *examine* edd. vett. usque ad Colv. praeter Iunt. 2. *novumque mirum* f. *novo* ed. Mercer. *comperio* Vulc. Wow. Pric. Florid. invitis Mss. omnibus et edd. vett. cf. ad Met. II. p. 143. *quid hoc inquam comperior? ad magni* G. P. D. O. L. R. f. p. B. Ms. Brantii ed. pr. Vicent. Venet. 2. Beroald. qui vidit rescribendum esse *at*, item Piccart. Peric. Crit. c. 16. Ceteri codd. et edd. praeter Scriver. et Florid. habent *ac*, quod equidem pro genuina lectione habeo. *Ac* habet vim adversativam cf. ad Met. III. p. 176. *neque parva res ac praecipua*. *domini* ed. pr. Vicent. Venet. 2. 4. Bas. 1. *inviti* D. *illustratus* G. D. *munita* F. 3. (ex correctione; nec additum est a librario meo, quid prius lectum fuerit) G. P. D. O. p. *nunnia* F. 1. *unita* R. f. L. δ, φ. cod. Petr. Iunt. 2. Wow. Pric. et auctore Oud. Rahnken. In cett. *unica*. *artio* F. 1. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *arctio* B.

analogia defendit vocis *mugil* et *mugilis*, *pugil* et *pugilis*, quam posteriorem terminationem lexicis ignoratam testantur Gloss. Philox. p. 176. *pugilis παγκρατιαστὴς πύκτης*. Bertin. cod. lectio aut librarii est emendatio aut facillima compendii *vigil'* corruptela.]

Cap. XXVII. *sensum*. [De huius vocis significatione pro *mente* et *intellectu* cf. Buenem. ad Lactant. de Opif. 2. §. 1. p. 1122. et Epitom. c. 33. §. 4. p. 1263., quo utroque loco hunc Apuleii locum excitat.]

invicti. [Kopp. in Palaeogr. IV. 3. c. 3. §. 838. 839. p. 320 sq. de *invicto Osiri* disserit. At mirari satis licet, quomodo *Osiris invictus* possit nominari, quum a Typhone superati ossa dilaniata et undique disparata sint. Nec omnino satisfacit Koppii explicatio, qui *invictum* posse nominari etiam eum, qui saepius vincat, raro victus sit existimat. Sed tota ratio mihi in eo videtur consistere, quod diversae sunt Typhonis et Osiris solis facies et imagines, quum Osiris per hiemem ad Tartarum vergat, Typhone interfectore, qui dein per Horum enecatur, qui idem Sol est cf. Herod. II. 144. 156. Diodor. I. 25. Porphyr. apud Euseb. 5, 7. 10. p. 198. Macrob. Saturn. I. 21. Cuper. Harpocrat. p. 6. 20. 31. 41. Horus enim sub imagine pueri in gremio Isidis sedentis et lactantis ubique depingitur cf. Macrob. I. 18. Plutarch. de Isid. p. 355. de Pyth. orac. p. 400. Ille igitur sub Horo solem repraesentat hiemali solstitio (Creuz. Symb. I. 276. 293. II. 157. Sub Horo igneum maximeque potentem solem vult intelligi), qui a principio parvulus magnas deinde vires adipiscitur et post Typhonis necem efficit, ut Osiris aestivus ille sol denuo reviviscat. Ita Osiris *invictus* potest nominari, qui nunquam moritur, et quamquam interfectus inter vivos semper redit. Epitheton Solis *invicti* saepissime legi potest in numis et lapidibus. Ludos solis *invicti* memorat Iul. Imper. 4. Oper. p. 156. cf. Grut. p. 32., 10. 11. p. 41., 11. p. 1066, 9. Montf. diar. Ital. 356. Spon. Recherch. 71. 73. Seivert. Insc. Dac. 41. 46. Cuper. Harp. 115. Reines. p. 97., quos omnes Kopp. excitat.]

inunita. [Ita emendavi ex lectione codd. optimorum *munita*, quam coniecturam confirmat locus Tertull. advers. Valent. 29. *triformem naturam professi* et *tamen inunitam in Adam*, cf. ad Apol. p. 422. et Met. VIII. p. 545.]

Digitized by Google

ximum: prohinc me quoque peti magno etiam deo famulum, sentire deberem. Nec | diu res in ambiguo stetit. Nam proxuma nocte vidi quemdam de sacratis [271] linteis iniectum, qui thyrsos et hederas et tacenda quaedam gerens, ad ipsos meos lares collocaret, et occupato sedili meo religionis amplae denuntiaret epulas. Is ut agnitionem mihi scilicet certo aliquo sui signo subministraret, sinistri pedis talo paullulum reflexo; contabundo clementer incedebat vestigio. Sublata est ergo post tam manifestam deum voluntatem ambiguitatis tota caligo. Et illico deae matutinis perfectis salutationibus summo studio percontabar singulos, *ecqui vestigium similis, ut somnium.* Nec fides afuit. Nam de pa-

perhinc δ. mano F. 1. teste Elm. et in Lindenbrog. collat. *mago* teste Oud. *magne δ. debere* nusquam est nisi in ed. Bas. 2. ab Oud. defensum, cui tamen verisimilius erat, utrumque vocabulum abundasse, quo facile carere possemus. *proxuma* F. 3. In cett. *proxima. sacris* p. *vidi* non comparet in O. *lineis* cod. Petr. pro more cf. p. 803. *iniectum* F. 3. G. D. f. et Mss. plerique auctore Oud. cum ed. pr. Vic. Venet. 2. Colv. Vulc. 1. Wower. *Intectum* correxit primus Beroaldus cf. ad Met. II. p. 140. et VIII. p. 579. Oud. probavit *intectum*, unde Ruhnk. in textu retinuit. *et iacienda* f. Sed falso; intelligit enim *phallos*, de quibus supra egi ad Met. p. 777. *ambitionem* φ. *certo* non esse in B. enotat Oud. In coll. Modiana nihil varietatis adscriptum est. *cunctabundo δ.* et edd. vett. *dei voluntatem* L. *dominis* G. et O. in excerptis Oud., at G. habet cum D. *domini*, quod praebent etiam edd. ante Colv. praeter Iunt. 2. In cett. *deum. voluntate* P. *de matutinis* pro *deae mat.* p. Pricaeus hic rursus mavult *ex summo studio.* Sed utrumque apud Apuleium legitur, cf. ad Met. VIII. p. 493. *summo studio fugiens ursam. et qui* Mss. tantum non omnes et edd. pp. et Beroald. de more. In cett. *ecqui. vestigio* habent δ. O. edd. post Colv. In cett. *vestigium*, quo vocabulo caret P. Oud. *vestigium* praefert, sed Ruhnk. *vestigio* retinuit. *et quam vestigium* extare in B. testis est Elm., sed Mod. collat. nihil habet, ita ut ille cum Pric. legisse videatur: *ecqui vestigio similis ut somnium. simul δ.* p. *ut summum* G. P. D. f. L. *nec fide afuit* F. 1. 3. p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. quae omnes pro *afuit* habent *abfuit*. [*Afuit* tuetur Lambin. ad Hor. I. 4. 101. contra quem minus docte pugnat Goer. ad Cic. Acad. II. 1. §. 3. Hanc enim scripturam optimi quique praebent codd., cf. Dr. ad Liv. IV. 12.] *nec fides abfuit* Iunt. 1. 2. Ald. Venet. 4. *nec vide affluit* Elm. ex B., quod Modiana collatio non confirmat. In cett. *nec is defuit*, quod retinuerunt post Colv. omnes.

thyrsos et hederas. [De Osiride, Aegyptiorum Dionyso cf. de la Chauss. de Aeneis Manib. Vot. Ref. Tab. XIV. in Graev. Thes. Antiq. T. XII. p. 971.]

ecqui vestigium similis ut somnium. Locus corruptus, sententia aperta est. Observandus erat Lucio in ordine sacrorum similis, qualem illi visio nocturna proposuerat ac designarat, i. e. contabundo incedens vestigio, et in pedis sinistri talo paullulum reflexo. Hinc emendat Stewech. *eccui vestigium simile sit, nec fides abfuit*, cui quae inserantur *ut somnium* ea ab aliena manu esse persuasissimum sit. Quomodo cett. editores et librarii locum corruperint, vides ex Var. Lect. Accusativum quem putat Oud. *vestigium* defendit ex poetarum et historicorum usu per graecam synecdochen, ut *os humerosque deo similis* apud Virgil. Aen. I. 589. cf. Sil. Ital. XII. 227. *gratior ora* [ut legendum puto apud Arnob. IV. 13. *atque mores tetrica asperitate durati,*] ut *vestigium* hic pedem significet [vel potius *plantam pedis*, quam supra *talum* dixerat Apuleius cf. Intt. ad Ovid. Met. VIII. 570. Virg. Aen. V. 566. Catull. 64. 162. *Ut somnium* verba Oud. cum Scriver. pro glossemate habet, qua sententia totius loci difficultatem iugulavit. Haec enim minime sapiunt librarii mentem sed potius genuinam quamquam dilaceratam Apuleii manum. Ego emendo vel *eccui vestigium simile sit somnii* vel *ecqui vestigium similis sit somnio*, ut sequens *nec* ansam praebuerit *somnium* corrumpendi. *Somnium* deinde dictum foret pro *viso* somnii, quamquam hac de re adhuc dubito; qua de caussa coniecturam in textum recipere non ausus sum. Denique verba *ut somnium* forsitan elliptica dicendi ratione explicare possis, *ut somnium ostenderat* vel simile quid, etsi duriusculum hoc esse largior. *Ecqui* pro *ecquis* aperte testantur codd. optimi apud Cicer. Verrin. II. 4. 8.]

nec fides afuit. [De hac locutione cf. Cort. ad Lucan. II. 16. ubi emendat

812 stophoris unum | conspexi statim praeter indicium pedis *ceterum os* etiam *statum* atque *habitum* examussim nocturnae imagini congruentem, quem Asinium Marcellum vocitari cognovi postea, reformationis meae alienum nomen. Nec mo-

complexi f. *ceteros* F. 1. 3. G. O. D. p. f. Coll. Voss. ed. pr. Vicent. Iunt. 1, 2. Ald. *cetéros status* δ. In cett. *estero*. Vir doctus ad marg. ed. Vicent. meae emendavit *caeterit*. *statuí* D. In cett. *statu* et *habitu*. Verba inde ab *habitu* usque ad *quem* non comparent in G. P. O. D. *asinum* F. 3. G. P. D. L. p. f. δ. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *Asininum* Ald. Iunt. 1. *post* O. a m. p. *alinum* F. 1. quam lectionem Oud. plane ignorabat. *non alienum* φ. f. Ald. Iunt. 1. 2. Oud. in suis cod. Fux. excerptis *non* abesse dicit, at ceteri codd. et edd. omnes eliciunt. *deformationis* φ. Wow. Elm. Scriver. Florid.

summo studio percontabar, ecqui vestigium similis ut somnium et ad VII. 726. Usurpatur enim *fides*, ubi de rebus certo seu ex promisso aut ostento evenientibus sermo est, ut nostro loco, cf. ad Suet. Claud. 37., quem usum quum Oud. non ignoraret, eo magis mirandum est, eum alteram lectionem *nec is defuit*, quae aperte glossam redolet, praetulisse.]

ceterum os etiam statum atque habitum. [Haec est mea qualiscunque coniectura, qua lectionem optimorum codd. tueri studeam. Quae enim praeterea extant scripturae nihil nisi librariorum interpretamenta sunt, qui loci constructionem non capiebant. *Congruens* enim quum idem fere sit, quod *aequalis* et *similis*, non mirum est, si eadem ratione construitur, qua supra *vestigium similis* probavimus. Oud. emendat *cetero oris et statu atque habitu* vel *cetero corporis*, quod nimium a codd. vestigiis recedit. Librorum lectio *ceteru̓ꝫ os etiam statū atque habitū* facilius in eam corrumpi poterat, quam alii codd. prae se ferunt, praesertim si consideramus, *ceterum os* in *cetero* esse mutatum. *Os* de toto vultu dici notum est cf. Intt. ad Cic. pro Reg. Deiot. c. 2. His vero verbis exprimitur, totum corporis filum et habitudinem respondisse nocturno viso, nec tantum claudicantem gressum, hunc sacerdotem a deo esse indigitatum, demonstrasse.]

reformationis meae alienum nomen. [Audaces mihi semper visi sunt viri docti, qui ut loci difficultatem solverent contra codd. auctoritatem negativam particulam intrudebant, quam omnes librarii neglexisse vix putandi sunt. Hoc loco omnes ad unum codd. *non* omittunt, si forte excipias cod. Fulvianum, in quo id extare affirmat Sciopp. At saepius iam vidisse mihi videor, Scioppio in lectionum varietate afferenda minus fidei dari posse, quippe qui quae suo ingenio ipsi videbantur optimae ac loco convenientes scripturae, eas e codd. se eruisse simularet. Nec minus dubitavit Oud. de lectionis veritate, qui solus verum vidit, quamvis huic sententiae parum tribueret. Ille enim cod. Urs. lectionem *non alienum* amplexans potius inclinat in lectionem *deformationis*, quam Wow. Elm. Pric. ac Floridus praetulerunt, quia *reformatio* vox, licet etiam in malam partem sumatur, hic tamen nimis ambigua sit; *deformatio* vero raro quamcunque commutationem ut Vitruv. I. 1. *ad propositum deformationis*, saepius turpitudinem exprimat, conf. Munk. ad Hygin. Praef. Astron. p. 405., quae res notissima est. At parum illi, qui *non* inferebant, loci sententiae consulebant, interpretati: nomen, quod non ita multum recedit a mea reformatione, ad eam alludens et quasi ei propinquum; qua re putant rei miraculum et ostenti ac somnii gravitatem augeri. Utinam hoc in ipsis verbis inesset! *Reformatio* enim hic tantummodo significat Lucii ex asino in hominem mutationem. Si igitur *non alienum* legimus, hoc significat, hoc nomen coniunctum erat s: non abhorruit ab reformatione i. e. ab eo statu in quo versabar; at minime huic statui praesenti respondebat, sed priori, antequam commutatus fuerat. Unde intelligendum est, particulam *non* necessario esse expellendam et locum explicandum: hoc nomen minime congruebat cum ista condicione, qua nunc reformatus ex asino in hominem gaudebam. Nec tamen ne-

ratus conveni protinus eum, sane nec ipsum futuri sermonis ignarum: quippe iamdudum consimili praecepto sacrorum ministrandorum commonefactum. Nam sibi visus est quiete proxima, dum magno deo coronas exaptat, et de eius ore quo singulorum fata dictat audisse, mitti sibi Madaurensem, sed admodum pauperem, cui statim sua sacra deberet ministrare: nam et illi studiorum gloriam et ipsi grande compendium sua comparari | providentia. 813

CAPUT XXVIII.

Ad istum modum desponsus sacris sumptuum tenuitate contra votum meum retardabar. Nam et viriculas patrimonii peregrinationis attriverant impensae,

futuri se sermonis P. *simili* p. *quiete permaxima* ∂. p. *magno deo* B. f. *exapta* f. *facta* F. 1. 3. G. D. B. edd. vett. et sine dubio omnes codd. *fata* emendabat Beroald., quem secuti sunt Edd. Iunt. 1. 2. Ald. Vulc. 2. Wow. Elm. Scriver. Florid. Lipsius in marg. idem coniecit. *ditat* G. P. *dicta* B. *audisset* F. 1. B. edd. ante Colv. *mihi* O. *Mandaurensem* f. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *Mandorensem* L. *Maudorensem* G. D. *admodo* O. *illud* Iunt. 1. 2. Ald. *comparare* f.

disponsus P. *desponsis* L. D. et G., cuius librarius prius scripserat *desponsus*, postea vero uni *s* litterae virgulae supposuit punctum, quo indicatur, hanc esse delendam. *responsus* p. *circa* ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. Bas. de more; emendavit iam Beroaldus. *recordabar* p. *et* ante *viriculas* non comparet in edd. ante Colv. ∂. p. *iuriculas* G. D. ed. pr. Vicent. Venet. 2. *vilaculas* al. *viriculas* P. *vinculos* O. *peregrinationes* F. 3. G. D. L. In cett. *peregrinationis*. *attenuaverant* B. *peregrinationes urbicae* B.

gaverim, consilio hoc nomen elegisse Apuleium vel si mavis deam Isidem, ut pristinae calamitatis Lucium admoneret. Nam *Asinius* adludit ad asini formam, qua antea Lucius indutus fuerat, *Marcellus*, deminutivum *Marci* i. e. *macri* a *marceo* condicionem miserrimam indicat quam antea perpessus erat. Oud. indigitari videtur filius Q. *Asinii Marcelli*, cuius nomen crebro in operibus doliaribus occurrat, et quidem sub Paetino et Apronano Coss. 123., Hadriano imperante; apud Murator. 321, 11. 498, 2. 2014, 9. Gor. Inscriptt. Etrur. T. I. p. 442.]

viriculas. [*Vires* cum de patrimonio tum de pecunia usurpari demonstrant Intt. ad Ovid. Met. IX. 677. Plin. Epist. X. 92. Apul. Met. IV. p. 269. *patrimonii viribus.*]

mitti sibi Madaurensem. [De h. l. . in Proleg. Oud. haec adnotat: Turpiter hic sui oblitus est Apuleius. Qui enim Madaurensis est, qui toto opere se finxit, esse Lucium Graecum ab inclito Plutarcho oriundum. Haec sane non conveniunt. Melius fabulae eventum narrat Lucianus sive quisquis istius graecae de *asino* fabulae auctor est.]

peregrinationis attriverant impensae. [Primum contra codd. optimos retinui lectionem *peregrinationis impensae.* Quamquam enim *peregrinationes* sumi potest de una, quam Apuleius ex Africa in Italiam fecit, quum hic non Lucii amplius sed suas res enarret, ut in Prolegomenis exponetur, tamen dubito, *peregrinationes impensas* dici posse pro magnis et sumptuosis. Quoties utraque *es* et *is* terminatio confundatur, quisque cognitum habet, qui in codd. versatus est, cui rei sequens *erogationes* argumento est, pro quo Pith. habet *erogationis.* Tum *attenuaverant* pro glossemate habeo vocis *attriverant*, quod vocabulum hac in re saepius legitur; cf. Intt. ad Petron. c. 116. Sil. VI. 301. Claudian. Epigr. 16. Plin. Epist. IX. 33. fin.; neutiquam vero commoveri possum, ut cum Oud. hinc legam *atteruerant*, ut Met. VIII. p. 569. *conterui*, quam coniecturam Oud. iam prius proposuit in Misc. Observ. Vol. IV. T. I.

Cap. XXVIII. *sumptuum tenuitate.* [*Sumptus* hoc loco pro pecuniis dictum est; quam significationem multis exemplis muniunt Salm. et Casaubon. ad Spart. Hadr. c. 7. T. I. p. 69.]

Digitized by Google

et erogationes urbicae pristinis illis provincialibus antistabant. Plurimum ergo duritia paupertatis intercedente, quod ait vetus proverbium, inter sacrum et saxum positus cruciabar: nec secius tamen identidem numinis premebar instantia. Iamque saepicule non sine magna turbatione stimulatus, postremo iussus, veste ipsa mea quamvis parvula distracta sufficientem corrasi summulam: et id ipsum praeceptum fuerat specialiter. An tu, inquit, si quam rem voluptati struendae molireris, laciniis tuis nequaquam parceres, nunc tantas cerimonias aditurus impoenitendae te pauperiei contaris committere? Ergo igitur cunctis affatim praeparatis, decem rursus diebus inanimis contentus cibis, insuper etiam
814 *de Sarapis* principalis dei nocturnis orgiis illustratus, | plena iam fiducia

erogationis p. edit. Blav. *dunita paupertati* B. teste Elm. In coll. Mod. *duriita pauperti*. *Paupertati* etiam in p. est. *quod auter* pro *quod ait* O. *quod occit* P. *quod occit* G. (non *occitur*, quod Oud. ex suis excerptis protulit) *quod occiter* D., unde Oud. emendavit *quod occinit* vel *quod ait pervetus*. *et a saxum* p. *et saxum* non est in P. *sectius* p. pro more. *premebat* B. *sepide* (ex compendio *sepicl'e*) Vicent. Venet. 2. *stipulatus* R. f., de Oud. sententia non improbandum explicantis: ad numinis vel pastophori interrogationem pollicitus, conf. Briss. de Verb. Signif. s. v. *iussos* Ald. *paricula* O. *at tu* ∂. *moliris* (non *molires*, ut typothetarum errore excusum est in ed. Ruhnk.) F. 1. 3. G. P. D. f. ∂. p. B. Elm. Scriv. ex compendio *moliris*. In cett. *molireris*. *lasciniis* f. *parces* B. quam lectionem Oud. omnino ignoravit. *nam* pro *nunc* p. *cerimoniae* Vulc. 2. *contaris comittere* s. *committere* F. 3. G. P. D. O. R. f. ∂. p. π. φ. Iunt. 2. Wow. et seqq. et F. 1. teste Elm. In collat. Lindenbrog. extat: *permittere* al. *committere*. *contaris commitem* P. teste Wower. *contaris coniectore* B., unde Modius emendavit *coniectare*. Cort. ad Lucan. V. 695. *permittere* ex cod. Florent. 2. praefert. *decem rursus* F. 3. G. D. nec dubito quin in aliis codd. legatur. Lectionis diversitatem Oud. protulit nullam. In cett. *rursus decem*. *in animis* G. *inanis* (ex compendio *inais*.) f. ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. cf. p. 816. *inanimae protinus castimoniae iugum subeo*. p. 803. *neque ullum animal esset*. *derascapi* F. 3. D. *de rascapi* F. 1. G. P. O. f. unde Lindenbrog. emendavit *Therascapi*. In cett. *Serapis*. *origiis* G. P. D. *pienaria fide* f.

p. 138. Graeci dicunt *συμψῆσαι τὸ ἀργύριον* cf. Suid. in v. *ἀργύρειος σταυρός* c. Observ. Gron.]

inter sacrum et saxum. [Erasm. in Adag. Cent. I. 15. haec profert: Tyndarus apud Plautum, alter e captivis (cf. Capt. III. 5. 84.) cum iam proditis dolis esset deprehensus, nec haberet, quanam arte posset elabi: *nunc ego*, inquit, *omnino occidi, nunc ego inter sacrum et saxum sto, nec quid faciam scio.* Apuleius Met. XI. cett. Explicat autem Apuleius allegoriam adagii, videlicet alludens ad sacerdotium, cui initiandus erat, et paupertatem saxo duriorem, per quam non suppetebant sumptus. Sumptum apparet ex priscis foederis feriendi cerimoniis, in quibus fecialis saxo porcum feriebat, haec interim pronuntians: Qui prior populus foedus rumpit, Iupiter ita eum feriat, quemadmodum ego porcum hoc lapide ferio. Sed undecunque fluxit proverbium, satis liquet dici solitum in eos, qui perplexi ad extremum periculum rediguntur; cf. Intt. ad Plaut. l. c.]

de Sarapis principalis dei illustratus. [Valde mihi suspectus locus est non solum propter scripturae ambiguitatem, sed etiam propter ipsam sententiam. Miror enim quem antea semper dixerat Osirim, eum nunc dicere Sarapim deum, quamquam scio, Osirim et Sarapim unum idemque a nonnullis putari numen; nam de diversis initiationibus sermonem non esse, id quod nonnulli volunt ex particulis *insuper etiam* concludere, ut scilicet diversae fuerint et Osiridis et Sarapidis teletae, bene potest intelligi, nam hoc si ita esset, non extaret, quando in Osiridis mysteria, de quibus solis in praegressis agitur, Apuleius esset initiatus et in sqq. non *tertia* sed *quarta* teleta dicenda fuisset. Hinc mihi quidem persuadetur, aliud quid latere vitium, quod tamen eruere nequeo. Hoc iam probat terminatio *pi* pro *pis*, quam priorem mirifice omnes codd. praebent, quasi esset a forma *Sarapus*. Tertio denique loco *de* praepositio summum scrupulum animo meo iniicit. *De* enim apud posterioris aetatis scriptores

germanae religionis obsequium divinum frequentabam. Quae res summum peregrinationi meae tribuebat solatium, nec minus etiam victum uberiorem | subministrabat, quidni, spiritu faventis Eventus quaesticulo forensi nutrito per [272] patrocinia sermonis Romani.

CAPUT XXIX.

Et ecce, post pauculum tempus inopinatis et usquequaque mirificis imperiis deum rursus interpellor, et cogor tertiam quoque teletam *susceptare*. Nec levi cura sollicitus sed oppido suspensus animi, mecum ipse cogitationes exercitius cogitabam, quorsus nova haec et inaudita se coelestium porrigeret intentio, quid

peregrinationis B. φ. p. *f. δ.*, quod eodem redit. *cunctus* pro *eventus* O. *forem si* G. D.

deum i. e. Isidis et Osiridis omnes codd. et edd. posteriores. *domini* (quasi Osiridis) ed. pr. Vicent. Venet. 2. Iunt. 1. Ald. Colin. Basil. solita aberratione. Minus probatur Colvii emendatio *dei*, quae si quidem necessaria esset, praeferrem scripturam edd. *domini*. *sciscitare* O. *susceptare* pro *suscitare* ex Wow. et Pric. emendatione Floridus. In cett. *suscitare*. *leni* P. *lenitura* pro *levi cura* G. D. *exercitus* G. P. D. O. *π. exercium*p. quod Brantii coniecturae favet *exertius*. Roaldus emendavit *extrinsecus*. In cett. *exercitius*. *cogitabam* omnes codd. et edd. praeter f., qui *agitabam* habet, Oud. probatum et a Ruhnk. receptum. *haec* non comparet in *δ*. *caelestium* exulat a G. P. D. *prosigeret* typothetae error in Bas. 2. cf. Gell. III. 18. *ad noscendos homines vim numeri illius porrigi. porrigerant* extat in G. et D., quam lectionem Oud. omnino nescivit.

ibi tantum abundare videtur, ubi instrumentum significat; cf. quae dixi ad Met. IX. p. 669. ut latine dici nequeat *de Sarapis orgiis illustratus* is qui *Sarapis orgiis admissus est*. *De rascapi* igitur pro uno verbo habendum et ita corrigendum est. Sed ne quid dissimulem, e contrario *Sarapis* hic probandum videtur propter sequentia: *germanae religionis*, quia Sarapis et Isis eorumque templa iunctim semper nominantur, id quod multis exemplis confirmat Cuper. Harpocrat. p. 506 sqq. in Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. II. cf. d'Arnaud. de Diis *παρέδροις* c. 15. ibid. p. 782. De voc. *Isis Serapis* cf. Cuper. l. d. p. 504. 548.]

Cap. XXIX. *susceptare*. [Hanc optimam Wower. coniecturam in textum recipere non dubitavi, quoniam *suscitare*, quod codd. ad unum omnes praebent, iustam explicationem non admittit, licet defensum a Florido, qui *teletam suscitare* incommode *sacrificium exstruere* interpretatur. Eodem modo hoc verbum corruptum est Met. II. p. 165. *vicariam pro me lanienam susceptavit*, ubi vide. Corruptela aperte profecta est ex more librariorum *P* ante *T* aut intrudendi aut negligendi, ut scribunt saepius *temptare*, *sagipta*. Tum insolentia vocis, quae, quanta fides habenda est lexicis, apud solum Apuleium legitur, induxit librarios, ut aliud longe frequentius corrigerent, unde lectiones *suscitare* et *sciscitare* exortae sunt.]

cogitationes exercitius cogitabam. Multum de hoc loco viri docti desudarunt. Primum offendit eos vox *exercitius*, pro qua Brantius *exertius*, Roaldus *extrinsecus* coniiciebat. *Exerte*, de quo vocabulo egi ad Met. I. p. 15. VII. p. 454. et p. 499. et conferendus est Deder. in Introd. ad Dict. Cret. p. LI., tantummodo de homine dicitur palam suas cogitationes faciente easque verbis exserente, non de eo, qui clam secum eas volvit. Hinc *exertius* minus comprobatur, licet per morem librariorum defendatur, qui eandem syllabam repetitam saepius omittunt, saepius addunt. *Extrinsecus* quomodo Roaldus explicuerit, ut huius loci sententiae respondeat, vix intelligendum est. [Hinc *exercitius* retineo i. e. maiore cum contentione et laboriosius nec solum diligentius, ut ceteri lutt. exponunt; laboris et molestae

Digitized by Google

subcisivum quamvis iteratae iam traditioni remansisset. Nimirum perperam vel minus plene consuluerunt in me sacerdos uterque et hercules iam de fide quoque eorum opinari coeptabam sequius. Quo me cogitationis aestu fluctuan-

quid subsicivum F. 3. G. D. O. B. p. f. edd. vett. usque ad Bas. 2. In cett. *quod*. *subsicuum* G. *subsecuum* P. *susicuum* D. *sufficinum* π. Al. *subcisivum*, cf. ad Met. III. p. 187. *perpera* p. *consulerunt* G. P. *utrique* F. 1. B. edd. veteres usque ad Vulc. 2. Quia igitur in his codd. ita legatur, Oud. non alienus est a lectione vulgari *sacerdotes utrique*, quam primi tacite invexerunt Mercerus Lut. A. 1601. et Wower. apud Froben. 1606. At Oud. non consideravit F. et B. collationes tam subito ac tumultuarie esse factas, ut nisi certi quid ex iis annotatum est, confidere nequeamus, utrum hoc an aliud in iis legatur. Ruhnk. *sacerdos uterque* recte retinuit. *et* ante *hercules* abest a δ. Oud. mavult *ad instar insani* cum Pricaeo, qui minus bene insuper addendam censuit copulam *et*. In talibus enim omittere particulam solere auctorem, variaque participia concervare absque coniunctione notum est, conf. dict. ad Met. III. p. 179.

contentionis notionem insuper etiam continet. Posteriore demum tempore *exsertus* in universum pro *attentus*, *strenuus* dictum esse videtur, sed semper, ubi de rebus sermo est, quae apparent, ab omnibus conspiciuntur. Quae vero res ab omnibus conspici possunt, eae saepius et maiore cum studio factitantur; ut homines fortes ab Ammiano Marcell. XXII. 11. et XXVII. 10. §. 16. nominantur: *exserti*. *Aliso quidem Tr. abscidit exsertus bellator et prudens*, qui in pugna suam personam quasi expromserat ceteris, et ita defendi potest locus Spartian. Hadr. 2. T. I. p. 592: *eumque severissime et exertissime egit*. At apud Ammian. Marcell. XXII. 16. §. 12. legerim *excitius consurgebant* ex loco XXXI. 15. §. 10. *excitatius consurgebant*. Porro offensioni erat interpretibus vocabulum *cogitabam*, pro quo Pric. emendavit *consulebam* ex Met. VI. p. 391. *sic ipsa suas cogitationes consuluit*, quae tamen coniectura a codd. vestigiis nimium recedit. Nec melius agit Oud. qui ex cod. Fux. *agitabat* recipiendum esse proposuit, non sollicitus, utra lectio glossam magis redoleat, *cogitabat* an *agitabat*. Prior vero longe difficilior et contra usum quotidianum est, ut librarium cod. Fux. in ea offendentem potius ponere possimus *agitabam* emendasse. Coniunctionem *cogitationes cogitare* minus aptam nominarem, nisi *exercitius* additum esset. Altero exemplo dictionem probare nequeo, nihilominus tamen retineo. Ita in seqq. *disseminationes disserere*.]

cogitationis aestu fluctuantem. cf. Met. IV. p. 237. *in isto cogitationis salo fluctuantem*, ad quem locum de hac dictione Pric. adnotat: de Deo Socr. p. 146. *motu cordis et salo mentis ad omnes cogitationum aestus fluctuare*. Met. V. p. 358. *aestu pelagi similiter moerendo fluctuat*; VII. p. 452. *talibus cogitationibus me fluctuantem* et IX. p. 629. *miroque mentis salo cogitationumque dissensione*. Hesych. *σάλος φρονὶς ταραχή*. Chrysolog. Serm. 33. *non tantum duo maria confunduntur fluctibus suis, quantum mulieris huius animus ancipiti cogitationum cumulo iactabatur* et de eadem Serm. 34: *magni maris instar confusis aestibus iactabatur*. Chrysostom. Homil. in Saltat. Herodiadis: *καὶ ἦν τότε ἡ ψυχὴ Ἡρῴδου ὥσπερ ἐν θαλάσσῃ πλοῖον ἀπειλημμένον καὶ πρὸς ἑκάτερον τοῖχον ταλαντεῦον*. Aristaen. I. 17. *τριχυμίας τὸν τρόπον τῆς ἀστάτου σαλεύειν*. Sirach. 29. 21. *ἰσάλευον αὐτοὺς ὡς κῦμα θαλάσσης*. cf. Intt. ad Virg. Aen. IV. 564. ad Sil. IX. 527. Suet. Claud. c. 4. *ne semper fluctuemus* [ad Ovid. Heroid. XVIII. 54. Martian. Capell. II. §. 140. p. 191. Kopp.: *post tanti laboris afflictationes aestusque mentis*. Apud Arnob. I. 48. legitur: *et medici etiam sic curant animal humi natum nec confisum scientiae veritatè, sed in arte suspicabili positum et coniecturarum aestimationibus nutans*, pro quo lego *coniecturarum aestuationibus* ex Plin. XVIII. 18. 1. cf. Loers. ad Ovid. Trist. IV. 3. 25.]

tem, ad instar insaniae percitum sic instruxit nocturna | divinatione clemens 815
imago: Nihil est, inquit, quod numerosa serie religionis, quasi quicquam sit prius omissum, terrere. Quin assidua ista numinum dignatione laetum capesse gaudium, et potius exsulta, ter futurus quod alii vel semel vix conceditur, teque de isto numero merito praesume semper beatum. Ceterum futura tibi sacrorum traditio pernecessaria est, si tecum nunc saltem reputaveris, exuvias deae quas in provincia sumsisti in eodem *fano* depositas perseverare: | nec 816

paratum pro *percitum* D. *inquit* δ. non habet, ut saepe supra. *numerosas ferie* p. *numerosa scientia* O. π. (puto *scientie*, quod *scie* i. e. *scientiae* compendio scriptum facile ex *serie* corrumpi poterat.) *quisquam* (i. e. *quicquam*) F. 3. *terrare* F. 1. 3. G. P. D. O. p. f. δ. In cett. *terreare*. *numminum* G. *ista* exulat a δ. *exultarer* P. D., quod G. a m. p. in contextu habuisse aperte potest dignosci. Tum vero eadem manus prius *R* commutavit in *T*, linea inter *A* et *T* interposita, qua distinguenda esse haec vocabula indicatur. *exultant* p. *exultanter* O. G. (teste Oud.) Iunt. 1. 2. Ald. Colin. Paris. *exultare* Bas. 1. *exultaret* Venet. 4. In cett. *exulta ter*. *futurum* φ. *functurus* B. In cett. *futurus*. Pro *alii* Elm. *aliis* legendum esse inter errores typothetarum enotat. Quibus de caussis et unde hanc lectionem intrudere voluerit nescio. Floridus *aliis* recepit *de* ante *isto* addunt Mss. omnes et edd. vett. usque ad Bas., ex qua per librariorum incuriam primum excidit. Iure igitur restituit Scriver. *de misto* G. P. habere citat Oud. At in cod. G. certo exstat *denŏ* (i. e. *numero*) *isto*, unde in P. non aliter legi probabile est. *merito* non est in f. *totum* pro *tecum* δ. *exubias* F. 3. δ. *eximias* p. *deae* non comparet in G. O. D. *funo* F. 1. 3. quam lectionem Oud. ne commemoravit quidem. *solo* G. P. D. O. R. f. M. β. π. δ. Ruhnk. Wow. Pric. probantibus. In cett. *fano*. *nunc te* O.

ad instar insaniae percitum. [Sane offensioni est dictio *percitus ad instar insaniae*, pro *insani*, quod Oud. probavit cum Pric. Ita enim *insania* quasi dea introducitur. Erat igitur quum ego *ad instar insani expergitum* legerem, quae profecto elegans dictio est. *Expergitus* idem esse quod *excitatus* in universum, nec solum de eo, qui somno experrectus est dici, probat Gell. VI. 10. *cum aliis salubribus exemplis hortabatur ad philosophiam capessendam, tum vel maxime ista re animos invenum expergebat*, et Apul. Met. II. p. 148. *ride oro inquit quam expergite munus obeas* et VIII. p. 590. *expergite mihi ausculta.*]

terrere. [De modorum variatione *terrere* et *terreare* mirum est, quod Oud. ne verbum quidem protulit. Equidem *terreare* pro emendatione habuerim librariorum, qui *nihil est, est qui* similia ubique cum subiunctivo copulanda esse cognoverant. Frustra adhuc alterum exemplum quaesivi, quo hunc ipsum Apuleii locum defenderem, quamvis res de locutionibus *sunt qui, est qui* notissima sit. Similia sunt exempla Cic. ad Famil. VI. 3. 2. *nec vero quicquam video, quod non idem te videre certo scio,* qui indicativus defensus est ab Heusinger. ad Mall. Theod. p. 51. et Grat. Cyneg. p. 192. *tunc non est victi cui concessere labori* et Senec. de Provid. 2. *non sunt ista, quae possunt convertere.* Plura de hoc coniunctivi et indicativi usu proferunt Dr. ad Liv. XLII. 66. 9. Heindorf. ad Cic. de N. D. II. 32. Beier. et Gernh. ad eiusd. de Off. I. 2. §. 5. Bently. ad Horat. Od. I. 1. 3.]

exsulta ter futurus. Haec optimorum codd. lectio sola probari potest sc. *id quod esse* sive *talis qualis esse* vix alii conceditur, ut Apuleius aliique sexcenties ea pronomina neutro genere usurpant; cf. ad Met. III. p. 214. *Quidvis aliud videbar quam Lucius.* Nihil opus igitur coniectura Fulvii *fruiturus.*

fano. [Pric. et Wow. nescio qua de caussa praetulerunt *solo*, quod Oud. quoque bene visum est. Sententia mea est, vitium aliquod in h. l. latere, quod lectio optimorum codd. *funo* et scripturae varietas *solo* satis indicare videntur. *Fano* enim tam usitatum est ac cognitum librariis vocabulum, ut mirum esset, si tantum a vera lectione aberrassent. Vocabulum igitur desidero ab usu quotidiano paulo remotius, quamquam quod sit ne coniectura quidem assequi possum. Hinc

Digitized by Google

et Romae diebus solemnibus vel supplicare iis vel cum praeceptum fuerit, felici illo amictu illustrari posse. *Quod felix itaque ac faustum salutareque tibi sit*, animo gaudiali rursum sacris initiare, diis magnis auctoribus.

CAPUT XXX.

Hactenus divini somnii suada maiestas quod usus foret pronuntiavit. Nec deinceps postposito vel in supinam procrastinationem reiecto negotio, statim sacerdoti meo relatis quae videram, inanimae protinus castimoniae iugum subeo, et lege perpetua praescriptis illis decem diebus spontali sobrietate multiplicatis, instructum teletae comparo, largitus ex studio pietatis magis

suspicari f. *iis* F. 3. G. D. In cett. *his.* *sine felici illo* cod. Petr. *amittu* O. *sit* desideratur in G. P. D. *deis* p.

sua dea ∂. *suda* p. de qua voce vide ad Met. IV. p. 307. Pro *usus foret* coniecit Oud. sine caussa *usui* ex Met. I. p. 72. *profer lintea eidem usui.* At vero postea se ipsum correxit, conf. Cort. ad Plin. Epist. VI. 22. *qua tamen ne sit usus.* *pronunciaret f.* *animae* p. *proscriptis* G. P. D. *illis* non comparet in G. O. D. *ac letae* F. 3. G. P. D. O. R. *f.* p. ∂. *largius* Elm. ex typothetarum vitio, quod in indice sphalmatum correctum est. Prave recepit ut veram lectionem Florid. repetitique Harless. in edit. Altenb. *e studio* in F. esse testatur Elm., quae varietas nec a Lindenbrog. collat. nec a meo cod. confirmatur.

recepi lectionem *fano*, quippe quae ad codd. vestigia accuratissime accedat: nihilominus locum asteriscis insignivi corruptum eum esse ratus.] Recte Oud. intelligit *pastophorium* s. aedis Osiridis et Isidis sacrarium s. cubiculum et cellam, in qua recondebantur sacrae et Olympiacae stolae et chlamydes floribus bestiisque sacris per varios colores depictae, graece *παστοὶ* s. *περιπετάσματα ποικίλα καὶ ἀνθινὰ* vel *κατάπαστοι χιτῶνες*, ut Aristid. T. I. p. 231. ed. Angl., quas initiati ut sacris deae desponsi gerebant quasque in pastophorio, cuius custodes erant, deponebant; atque inde tali stola initiati vocabantur *pastophori*. Et similia aliorum templorum etiam Iudaici conclavia *παστοφόρια* dicuntur; cf. Ioseph. Antiq. III. 6. B. Iud. IV. 9. ibique Commentt. ac graecos grammaticos; Ruf. in Hist. Eccl. II. 23. Trigland. Dissert. de Dod. p. 324. Cuper. Harpocr. p. 124. 258. Bapt. Pium T. I. Thes. Crit. p. 498. Salmas. in Plin. p. 856. Wesseling. ad Diod. I. 29. Mire et varie in describendo *pastophorio* ipsisque *pastophoris* errasse viros doctos Oud. putat, qui sibi recta vidisse visus est, ut pateat ex Inscript. apud Bemb. Epist. Ital. T. II. Grut. p. 84, 3. ibiq. Comm. Pign. Mens. Isiac. p. 64. Spon. Itin. II. p. 460. Ursat. Mon. Pat. p. 263. Cuper. Harp. p. 126. Moyn. de Melanoph. post Cuper. Harp. p. 258. Maff. Mus. Veron. p. 37, 68. *τὴν κονίασιν τοῦ παστοφορίου καὶ τὴν γραφὴν τῶν τε τοίχων καὶ τῆς ὀροφῆς καὶ τὴν ἔγκαυσιν τῶν θυρῶν, καὶ τοὺς προμόχθους τοὺς ἐν τοῖς τοίχοις καὶ τὰς ἐν αὐτῷ σανίδας ἀνέθηκεν Σαράπιδι, Ἴσιδι.* Collegii autem Pastophororum sex praeter Apuleium meminere Clem. Alex. Strom. VI. p. 758. qui omnino est consulendus; Diod. Sic. I. 29. Industriensis in Mus. Taurinensi apud Maff. in Mus. Veron. p. 230. *Isidis* et *Serapis* collegii non infrequens quoque est mentio in Inscr. vide Gruter. p. 83, 14. Spon. Misc. p. 68. Reines. Cl. XIV. Murat. p. 178. Act. Nov. Lips. A. 1748. p. 503.

perseverare i. e. permanere, qua sententia verbum de re usurpatum rarissime occurrit. Vir doctus ad marg. Iunt. 2. Oud. adscripsit *ἴσως. perservari.*

Cap. XXX. *supinam.* [*Supinus* et *resupinus* cum proprie dicatur, qui vel supine iacet aut in lecto iacere amet, de negligenti, otioso et mollito ponitur. cf. Quint. Institt. V. 12. §. 10. X. 2. §. 17. cf. Intt. ad Iuvenal. II. 66.]

largitus. Mera est Elm. edit. typo-

Digitized by Google

quam *mensura necessariis* collatis. Nec, hercules laborum me sumtunmque quicquam tamen poenituit, quidni, liberali deum providentia iam stipendiis forensibus bellule fotum. Denique post dies admodum pauculos deus deum magnorum potior et maiorum summus et summorum maximus et maximorum regnator Osiris, non *in* alienam quampiam personam reformatus sed coram suo illo venerando me dignatus affamine, per quietem recipere visus est,

mensurarum collatis F. 3. B. p. In cett. *mensura rebus*, quod posterius non comparet in G. P. D. O. R. f. δ. *sumptuque* Vicent. *que* non comparet in δ. *quicquam tamen poenituit* F. 3. G. P. D. O. f. In cett. *tamen* abest. *quid in liberali* G. D. *domini* edd. vett. praeter Iunt. 2. usque ad Colv.; solita aberratione. *dispendiis* O. *bellula* ed. pr. Vicent. Venet. 2. *vellula* F. 3. f. δ. *vellule* G. P. D. O. *per dies* Florid. Ed. vitiose repetitum ab Hariens. *magnorum* pro *maiorum* B. *maior summus* p. *Offiris* G. D. *non alien.* F. 1. 3. G. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) R. f. p. δ. B. In cett. *non in alienam. alienum* F. 3. p. *quippiam* Venet. 2. Iunt. 1. 2. Ald. In cett. *quampiam. coram suo illo* F. 3. G. P. O. D. Rim. Scriv. Florid. *coram illo suo f.* In cett. *illo* omnino abest. *recipere* F. 1. 3. G. P. D. O. φ. δ. π. p. ed. pr. Vicent. Venet. 2. alterumque *praecipere* est Beroaldi inventum, ut in notis docet, tunc alienum, et temere a cett. Edd. receptum, quibus deceptus Pricaeus corrigendum hic iubebat *iam nunc*. Nihil minus. Promittebat s. pollicebatur ipsi deus summam gloriam e causssmam s. forensibus actionibus. Vim huius verbi illustrarunt Gronov. Observ. II. 24. Burm. ad Suet. Caes. 23. [ibique Ruhnk. p. 41.] Ruhnk. retinuit *praecipere*.

thetarum menda *largius*, quam Florid. repetivit cum viro docto ita emendante ad marg. ed. Iunt. 2. Oud., ut item perperam alius *largiter* correxit. Sed *largitus* dixit Apuleius pro *largiter*, ut Afran. apud Non. p. 514. Merc. *Quid lacrimas largitus.*

mensura necessariis collatis. [Hanc meam qualemcunque emendationem in contextum recepi, quum locum corruptissimum esse appareat. Quod enim in optimis codd. *mensurarum* legitur, in aliis tantum *mensura collatis*, iure potest colligi, *rebus* additamentum esse librariorum, qui locum ita supplere voluerunt. *Mensurarum* corruptelam exortam puto ex compendio *ñcis* i. e. *necessariis*. Syllaba vero *is* aut per virgulam scripta et tum plane omissa aut ob sequentem *C* litteram *S* plane absorptum erat. Aliter loco mederi non potui.]

bellule. [Hanc scripturam ex ceteris Apuleii locis restitui cf. Met. V. p. 380. *aetatem portat bellule* et Met. X. p. 707. iam *bellule suffarcinatus*, ubi cod. Guelf. 1. etiam *velula* praefert. Est igitur mera librariorum aberratio, quae in fine libri eo minus miranda, quod negligentius in eo agere solent librarii. Hinc errare mihi videntur, qui *bellula* in neutro plural. adverbialiter accipiunt, vel *bellulo* emendant.]

deus deum magnorum potior. Ex exemplis per Pric. allatis videtur concludi posse, illum distinxisse: *deus deum, magnorum potior.* Atque sic olim maluit distinguere Oud. in Miscell. Observ. Vol. IV. T. I. p. 139. et ad Suet. Calig. c. 5. ut *deus deorum Ianus* apud Macrob. Satur. I. 9. conf. Haverk. ad Tertull. Apolog. I. 14. Spanh. Dissert. VIII. de Numism. T. I. p. 465. Postea vero nihil in distinctione mutandum esse, ratus est. Nam potius videri Apuleium per totam descriptionem usque ad *regnator* quasi per periphrasin expressisse id, quod significaret alioquin *deus deum* ut *βασιλεὺς βασιλέων*, *rex regum*, qua in re cum eo consentio. De genitivo comparativis iuncto cf. ad Met. III. p. 193. *mei maioribus.*

non in alienam quampiam personam reformatus. [Hic quoque locus valde mihi suspectus est. Primum enim codd. optimi praebent *alienum*, quod vitium coniungendum videtur cum lectione edd. *quippiam*, quae explicari nequit. Tum *in*, quod plurimi iique locupletissimi codd. omittunt, per latinitatem tolli nequit, unde miror Oud., qui per graecam synecdochen hanc ellipsin praepositionis defendere potuerit, comparans exempla ut *faciem delati*, *obtutum in me conversa*, quae plane aliter explicanda sunt

817 quam nunc | incontanter gloriosa in foro redderem patrocinia, nec extimesce-
[273] rem malevolorum disseminationes, | quas studiorum meorum laboriosa doctrina ibi *deserviebat.* Ac ne sacris suis gregi cetero permixtus deservirem, in collegium me pastophorum suorum, immo inter ipsos decurionum quinquennales adlegit. Rursus denique *qua raso* capillo collegii vetustissimi et sub illis

percontanter δ. foro non conspicitur in D. *faro* F. 1. 3. *reddere* p. *extimescere* p. *dissensiones* G. P. D. O. φ. *qua* pro *quas δ. studiorum nostrorum* f. *exercebat* pro *deserviebat* Wow. Pric. *disserebat* Beroald. et vir doctus in marg. ed. Vicent. meae. *cetor* G. *ceteio* Venet. 4. pro *cetero. pastophorum* F. 1. 3. G. P. O. *δ.* φ. edd. ante Colv. et Ruhnk. *pastorum* D. In cett. *pastopherorum. immo* non est Venet. 4. Bas. 1. *quinquennales* non est in ed. Scriver. *adlegit* F. 3. P. (etiam in excerptis ad marg. ed. Colv.) p. *δ. f.* Iunt. 2. Scriver. Ruhnk. *adegit* F. 1. *adleges* G. P. O. (in marg.) In cett. *elegit. qua* F. 1. 3. G. D. B. *quae* Ald. In cett. *quam. raro* codd. omnes ed. pr. Vicent, Venet. 2. Colv. Vulc. Merc. Elm. Scriv. In cett. *raso*, quod Oud. maluit, Ruhnken. vero non recepit. *capilli* P. *vetustissima* R.

nec speciem quidem similitudinis cum nostro loco habent. Quo tamen modo loco succurram, adhuc ignoro. Forsitan *in* post *alienam* vel *quampiam* interponendum est.]

doctrina ibi deserviebat. Mendosa videtur esse ea scriptura Florido haec adnotanti: „Pricaeana editio habet *exercebat* sensu aperto sed nescio unde Pricaeus id sumpserit. Beroaldus interposuit *disserebat*, sed male ad rem. Neque enim Apuleii doctrina malevolorum obtrectationes disserebat, sed tantum in caussa erat, cur ipsi eas dissererent. Adde, quod *disseminationes disserere* invenusta sit et putida locutio, Lucio nostro indigna. Pricaeanam lectionem retinemus, donec certiorem aliquis nos doceat.“ Oud. putat lectionem *deserviebat* ex voc. sequentis versus *deserrirem* corruptam et potius aut *differebat* legendum esse i. e. *spargi et disseminare calumnias faciebat*, quo sensu *differre* frequentissime sumatur, ut apud Suet. Caes. c. 33. *fama distulit*, ubi cf. Intt. et Burm. ad Val. Flacc. I. 753., aut *ibidem serebat.* Nequaquam enim infrequens esse Apuleio, primitivam ac derivatam vocem iungere cf. ad Met. p. 779. *cupidus cupidissime.* [Ego praefero coniecturam *disseruerat*, quam perfecti formam probat locus Suevii poetae apud Macrob. Sat. II. 14. *Hoc genus arboris in praelatis finibu' Graiis Disseruere novos fructus mortalibu' dantes.* Cum Florido autem non haereo nec in dictione ipsa nec in verborum sententia. *Laboriosa doctrina ipsa disserebat disseminationes*, quia caussa erat, cur illae existerent. Erat praeterea quum ego *quae .... deferbuerat* emendarem, quae lectio quamquam codd. optime respondet vestigiis, ad sententiam tamen minus apta videtur esse. *Deffervere* tum esset *valde fervere*, ut apud Cat. R. R. 96. *ubi lupinus deferbuerit.*]

inter ipsos decurionum quinquennales adlegit. Verissime optimi codd. dant *adlegit s. allegit*, quum *adlegi in* vel *inter* proprium sit de eo, qui in collegii societatem adsciscitur. Sic passim Livius, Plinius, Suetonius alii et Inscriptt. Vide Indic. Grut. Cap. V. Murat. Cl. IX. Videtur huc pertinere Inscript. Grut. p. 83, 14. *SACERDOS. ISIDIS. TRIUMPHALIS. ADLECTOR. COLLEGI. IPSIUS.* Plura cf. in Miscell. Observ. Vol. IV. T. I. p. 120. et ad Vol. II. T. III. p. 401. Nusquam tamen decurionum Isidis quinquennalium sermo videtur esse. Adspice num huc pertineat Inscript. Grut. 82, 3. *AEDIS. DECURIONES.*

qua raso. Isidis sacerdotes non erant *raro capillo* sed penitus *deraso*, unde p. 773. *hi capillum derasi funditus vertice praenitentes* et Casaubon. in Lamprid. Commod. c. 9. *Isidis sacra voluit ut et caput raderet* et *Anubin portaret.* Tale Isiaci rasum caput vide apud Gor. in Etrusc. Inscr. T. I. p. 373. Licet igitur hic codd. omnes retineant

Digitized by Google

Sullae temporibus conditi | munia, non obumbrato vel obtecto calvitio, sed 818
quoquoversus obvio gaudens obibam.

Syllae F. 3. G. P. D. *sillae* vel *sile* alii codd. teste Oud. In cett. *Sullae*. cf. Intt. ad Iuv. I. 16. *Sulla* rectius scribi puto. *sub illis sille trapibus* d. *munium* π. *numina* P. D. *nummina* G. *nomina* codd. alii teste Elm. *non* exulat a P. *clavitio* Venet. 2. *obio* F. 1. *obediam* π. In f. libro est: *Lucii Apuleii Platonici Madaurensis Metamorphoseos liber decimus et ultimus feliciter explicit.* In cod. Pith. uno ductu sequuntur: *Ut ferme religiosis* et demum post Florid. N. 9. legitur: *Explicit liber XI. Metamorphoseon Apuleii Incip. XII.* et sic porro post N. 15. *Explicit lib. XII. Metamorphoseon Apuleii. Incipit liber tertius decimus* post N. 17. *Incipit liber quartus decimus M. Ap. Madaurensis.*

raro, tamen Beroaldum ceterosque cum Oud. bene emendasse *raso* existimo. In ea tamen lectione Oud. obstare videtur, quod vocula *quam* pro *omnino, valde* iungatur participio, licet aliis adiectivis positivi crebro adponatur, de quo usu prius saepe dictum est. Hinc emendasse videtur Gruter. *quamquam*, Oud. *quaqua* i. e. undique, funditus, adusque. [Magis tamen inclino ad sententiam, quam timide tantum eloqui audeo. Mihi enim *qua* retinendum et pro *quaqua* intelligendum videtur. Forsitan ita emendandi sunt loci Met. II p. 91. *facies qua pinnis explicitis*, ubi emendavi *utrâque*, monumenta secutus, et Met. VII. p. 433. *quae te penetrantes qua decideris, membratim dissipabunt*, ubi nonnulli codd. accurate *qua* legunt, alii *quam* corrupte praebent, edd. *quaqua* corrigunt. Aliis locis ut Met. X p. 759. legitur *quaqua tamen insignis* et p. 804. *quaqua tamen viseres.* Apud Apuleium enim particulae simpliciter positae vim iteratarum habere videntur, quemadmodum *ut* pro *utut*; cf. ad Apol. p. 498. *ut ista sese habent.* De Isiacorum calvitio cf. Ferrar. Elect. II. 13. Schmidt. de Sacerd. Aegypt. p. 12. Intt. ad Iuven. Sat. VI. 533. ad Minuc. Felic. c. 21. §. 7. Ouzel. p. 88. Scalig. ad Tibull. I. 3. 31.]

De voce *Explicit*, quae fine codd. legitur, haec adnotat Elm.: Hanc vocem antiqui solebant in fine librorum ponere. Hieron. ad Marcell. II. Tract. V. Epist. 64: *Scire debemus apud Hebraeos in fine librorum unum e tribus solere subnecti, ut aut Amen scribant, aut Sela aut Salom. Igitur ut solemus nos completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis medium interponere EXPLICIT aut FELICITER aut aliquid istius modi: ita et Hebraei ut quae scripta sunt roborentur facere solent, ut dicant Amen aut in sempiternum et scribenda commemorant, et ponant sela aut transacta feliciter protestantur, pacem in ultimo subnotantes.* Oud. cum aliis truncatam esse vocem putat ex *explicitus*, ut docet Mediceus Virgilii codex cf. Heins. dissert. de eo cod. et du Cang. in Glossar.

HAG 2020964

Digitized by Google

IMPRESSIT BERNH. TAUCHNITZ JUN.

Digitized by Google



Digitized by Google


Digitized by Google